BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XLVI
H
22
NAPOLI

22.

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ

Digitized by Google



Joſeph Filoſi ſculp. Ven.

NAPOLI

Digitized by Google

DIONYSII
PETAVII
AURELIANENSIS
E SOCIETATE JESU
RATIONARIUM
TEMPORUM
CUI PRÆTER EA OMNIA, QUÆ UBERRIME IN POSTREMA VENETA EDITIONE ADJECTA SUNT, IN HAC NOSTRA NOVISSIMA ACCESSERE

DUO OPUSCULA

JACOBI USSERII

I. De Chronologia Sacra Veteris Testamenti.
II. De Macedonum, & Asianorum Anno Solari.



Giuseppe Filosi sculp. Ven.

VERONÆ, MDCCXLI.
Ex Typographia Petri Antonii Berni Bibliopolæ in Regione Leonum.
SUPERIORUM PERMISSU.

Digitized by Google

ILLUSTRISSIMO PRINCIPI

D. LUDOVICO
BORBONIO

ENGUIENNENSIUM

DUCI.

SI ipſæ per ſe loqui artes, diſciplinæque poſſent, (*Illuſtr. Princeps*) magnas profecto tibi, ac tuo Parenti, ſummo viro, gratias agerent; nec minus ſibi de hoc honore gratularentur, quem ſunt ad hanc diem maximum veſtro de ſe judicio conſecutæ.

Eſt enim hoc, quanti vos illas feceritis, illuſtre teſtimonium, quòd amplitudinis oterque tantæ, ille te in earum ſinu, ac gremio educari voluerit, tu earundem convictu, & contubernio poſteriores aulæ delicias, & amœnitates duxeris. Hoc eſt, inquam, prorſus amplum literis noſtris, & magnificum; regia te ſtirpe puerum, & indole ſic illis tractandis aſſueſcere, noo ut earum magiſtros ad te domum evoces; aut oblectamenti, & acroamatis adhibeas loco: ſed ut ad illorum ædes ultro accedas ipſe quotidie: neque io Scholarum officiis obeundis proprium tibi quicquam præter cæteros aſſumas. Quare cum ſempiternum vobis nomen ac famam utrique comparatis; tum exemplum huic, & ſequenti ætati ſtatuitis, quanto illas io pretio haberi deinceps oporteat ut id ex opinione evellatur hominum, quod pleriſque ordinis illius, vel palam, vel uſu tacito, ac judicio perſuaſum videtur: ut quiſque ſummo loco natus eſt, ita minimum eum otioſis illis & inertibus ſtudiis habere commercii. Quod ſi quis jactare audebit in poſterum; non Alexandri M. noo Caroli noſtratis; non reliquorum, quos ex antiquitatis memoria proferre ſolemos: ſed recentiore iſto tuo, & Illuſtriſſimi parentis tui facto refelletur. Hoc igitur, ut dixi, nomine quàm maximas ſe ambobus vobis gratias debere literæ profiterentur, ſi uti ſermone poſſent, tùm qui hoc poſſunt, fautores illarum, & amantes, prolixe ac cumulate facient: & hujus commendationem laudis adjungent ad cæteras, quarum ſegetem ac materiam olim in Illuſtriſſimo parente tuo confectam habent: in te vero nihilo minorem, & his, quæ præ te fers, generis naturæqoe bonis conſentaneam fore confidunt. Quam de te conceptam omnium opinione ſpem ratam exploratamque redduot tot illa præſtantium, quæ vel id ætatis habes, indicia virtutum. Eſt omnino divinum neſcio quid in vobis Principibus; & communi captu altior indoles, quæ vos ſecernit a vulgo, & ad hominum imperia, magnaſque res, & arduas capeſſendas natos eſſe demonſtrat. Atque ut in apum genere ſigna quædam regibus indita ſunt; quibus facile dignoſcuntur ab reliquis: aut ut Spartorum poſteri lancea; eburneo humero Pelopidæ, Seleucidæ anchora; naturalibus aliis alii notis inſignes erant: Sic eſſe ſolet eximium aliquid in magnis viris; qoos ſupra ſortem aliorum non tam conditio generis, quam omnia gubernantis, ac ſuum cuique deſcribentis ordinem Dei voluntas extollit.

Ejuſmodi in te eſſe illa, dicicimus: primum acre & excellens ingenium; cujus eſt ad omnes capiendas artes tanta celeritas, ut uodecimo jam ætatis anno, primas in Eloquentiæ ſchola eruditionis induſtriæque teneas: animus item honeſte laudis, ac gloriæ incitatus ſtimulis: crebra cum adverſario de doctrinarom genere omni certamina, neque certaminibus rariores palmæ ac victoriæ, dum tu quidem æquales inter, omnium rerum, quibus ornari ætas iſta ſolet, principatum obtines; &, ſive Parentis hortatu, ſive tuapte ſponte id aſſequeris, qood cuidam in mi-

litiam

Digitized by Google

litiam profecturo Principi ſuus apud Homerum pater præcepiſſe legitur,

Αἰὲν ἀριστεύειν, καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων.

ut umbratili hac & lodrica dimicatione præludas iis triumphis puer, quos matura poſt ætate juſtis ex hoſtibus, præliiſque reportabis. His, quæ ſplendidiora videntur vulgo, multo accedunt illa potiora; flos quidam integritatis, ac oitor, nullis vitiorum maculis oblitus; docilis oatura, & ad fingentis arbitrium renera, & flexibilis: tum caodidi mores, & amabiles; atque adverſus omnes, etiam infimos, ſumma lenitas, affabilitaſque ſermonis: Chriſtianæ denique, ſine ſuco, pietatis diligens amor, & cultus. Hæc, & ejuſdem modi cætera magna per ſeſe, tamen iode oonniſi ſemina ſunt, & initia, quibus ad dignnm Principe decus tuos ſenſim adoleſcit & perficitur animus.

Sed ego laudum hic tuarum præconinm non decrevi ſacere. Id opus cum erit, primum univerſos, quod dicere cœperam, eo conſpirare, nitique ſimul nportebit, qui doctrinarum perſequuotur ſtudia; cum Societatem noſtram neceſſe erit ex omoibus: cujus inſtitutioni tuus te nunquam ſine laude nominandus pater addixit. Quod cum ageret, una præclarum obſidem, ac pignus dabat ſingularis de ea exiſtimationis, ac voluntatis ſuæ, & illius in te viciſſim obligabat fidem, ut quibus poſſet ratiooibus cum amplificandæ gloriæ tuæ, tum juvandis ac provocandis ſtudiis tuis incumberet. Egn itaque, qui, quod & ex illa Societate ſum, & iogenuis delector artibus, utriuſque lege officii teneri me ſentio, eo ipſo defungendum mihi hoc tibi inſcribendo Opere ſtatui: in quod hiſtoriam omnem ab Orbis initio ad ætatis noſtræ tempora quanta potui brevitate, diligentiaque contuli. Sic enim commodare primum me putavi poſſe ſtudiis tuis: quorum præcipua pars io hiſtoriæ, & antiquitatis ſita eſt ſcientia. Hanc vero non decoram ſolum principibus, ſed etiam perutilem eſſe, jure perhibent ſapientes viti. Sive quod civilis ex illa prudentiæ diſciplioa petitur; dum ex alienis exemplis, & caſibus quid in ſuis, vel communibus gerendis rebus teuendum, vitandumque ſit, addiſcunt homines, nulln ſuo labore, ac periculo, ſive ex tam aſſidua rerum humanarum, fortunæque, quam illic legunt, viciſſitudine, & imperiorum ac civitatum occaſu, parvi iſta facere conſueſcunt, & in iis tuendis, aut appetendis modum adhibere cupiditatibus ſuis; atque ad ſolidæ, conſtantiſque gloriæ fructum, qui ex una virtute, & pietate capitur, conſilia ſua transferre. Hunc uſum hiſtoriæ legendæ vel eſſe præſtaotiſſimum, non ſemel admonet gravis in primis auctor Otho Friſingenſis, præſertim his verbis quæ in ſecundi libri fine poſuit: *Hæc omnia*, inquit, *nutantium rerum mala (ut ita dixerim, quotidianæ mortalium mortes, ad veram ac permanentem æternitatis vitam nos mittere deberent*. Ejuſmodi tu morum, vitæque fructum, non ſolum utilius, ſed etiam, quæ tua eſt iogenii bonitas, jucundius, quam illuin ſcientiæ cogoitioniſque, cujus eſt vehemens in primis amor in pueris, ex hoc noſtro libro colliges. Atque hinc poſtreme, de duobus illis erga te officiis, quæ mihi cum univerſa Societate propoſita debere eſſe dixi, conſequens fiet alterum; ut, ſi privatis adhoc nullis tuis, Illuſtriſſimi certe tui Parentis io me meritis, tum io noſtram Societatem utriuſque communibus, debitum a me viciſſim honorem, & cultum hac qualicumque nominis tui commendatione perſolvam.

ILL. C. T.

Addictiſſimus,
DION. PETAVIUS
e Societate Jeſu.

AD

AD CANDIDUM, ERUDITUMQUE

LECTOREM.

NEQUE *meram tibi (* erudite Lector *) hiſtoriam hoc in libro, neque porro Chronologiam inſtitui ſcribere. Quæ duo quantum diſtent invicem, cum eſt facilis exiſtimatio, tum in poſterioris partis initio docebitur. Medii eſt ergo generis, quod aggredimur, & ex ambobus ita temperatum, ut id ex unoquoque, quo potiſſimum commendatur, exprimat, quod minus ineſt commodum, eo careat. Habet hoc hiſtoria proprium, uti plenius rei geſtæ modum, ordinemque perſcribat; nullis fere neque probationibus, & argumentis, neque teſtibus, unde ſingulorum annorum ratio conſtet. Chronologia vero unum illud inquirens, quibus ſignis & veſtigiis ad annos ſuos ac tempora res quæque dirigatur, earum ſumma fere appellatione contenta eſt: ac neque ſingulas diffundit latius: nec earum progreſſiones, & exitus cum initiis contexit. Ita non obſcura ſolum præteritorum cognitio, ſed exilis etiam, & jejuna ſumi ex illa creditur. Nos hic præcipua, rerum ab exordio, totius hiſtoriæ capita ſic exponimus; ut & paullo uberius ac nitidius, quam Chronologia ſolet, atque hiſtorico pene more, tractemus; & uniuſcujuſque, quantum licet, notemus annos, ac tempora, quæ partim Chronologicis argumentis, partim idoneis auctoribus affirmare ſtuduimus. Huic lucubrationi* Rationarii *nomen fecimus: quo nomine ſummam Imperii Romani, hoc eſt, vectigalium ejus, virium, & copiarum Indiculum, ab * Auguſto confectum, Suetonius appellat.*

Cum ſit igitur duplex, *ut cum Phædro loquar, hujus* libelli dos *; ac tum perpetuam ab mundi primordio rerum hiſtoriam; tum rationem temporis, ideſt,* [illegible] *exhibeat: utrumque hic paulo aliter, atque in priori editione, inſtitui tradere. Nam in iſta conjunctim ambo illa iiſdem, & libris, & plerumque capitibus exponebantur; ac ſua cuique hiſtoriæ ſubjecta erat Chronologica probatio: tum qui Operis in principio poſitus erat liber, & primus in Lectoris incurrebat oculos, meram Chronologiam afferebat: hoc eſt, elementa doctrinæ illius, & annorum ſtructuras, computandorumque temporum præcepta. Quæ omnia etſi facilitate ſumma, quantam capere res ipſa poterat, explicata illic erant; tamen non defuerunt, qui eorum ſe difficultate abſterreri ab illius lectione dicerent, ac malle ſe plena hiſtoriæ ſpatia continenti peragrare curſu, quam toties ad eas tricas, & ſalebras offendere. Addebant iidem, ne id quidem conſilii fuiſſe, quod in ipſo Operis aditu, qui quadam ſuavitatis, & facilitatis illecebra blandiri, ac Lectorem allicere debeat, Chronologica iſta collocarim; quæ aſpera fronte, ac tetrica hiſtoriæ ab ſeſe ſtudioſos arceant: neque Pindari præcepto paruerim admonentis,* cujuslibet operis in capite ſplendentem ac renidentem faciem eſſe oportere. *Hæc cum plerique jactarent; etſi me nondum ſuperioris conſilii pœnitebat, tamen illorum obſequi voluntati, quam in propoſito perſeverare malui. Quare quidquid ad ſubtilem, & enucleatam rationem temporum attinebat, quod per libros ſingulos diffuſum erat, & cum hiſtoria permiſtum, ſecrevi unum in locum, ac ſepoſui: totumque hoc Opus in partes duas diſtribui. Quarum prior nudam fere ac ſimplicem hiſtoriam complectitur: eaque rurſus in Tomos eſt diviſa duos: e quibus alter ab mundi primordio ad Chriſtiana initia proficiſcitur; poſterior inde cœpta hiſtoriam ad noſtra uſque tempora perducit. Secunda pars Chronologicas probationes quatuor libris explicat præcipuorum hiſtoriæ capitum, quæ in priori Parte narrantur. Qua etiam in Parte priori poſterioris locos ad marginem notavimus; ex quibus probationes illæ repetendæ erunt, ſi quem ad iſta diligentius inquirenda voluntas induxerit. Ac præter hos Chronologicos locos, nomina inſuper adſcripſimus Auctorum ſingulorum, eorumque libros, & capita, unde quælibet hiſtoria deſcribitur. Id autem ea cautione fecimus, ut quoad licuit, quam vetuſtiſſimos, & illorum vel æquales, vel ſuppares temporum, hoc eſt maxime omnium fide dignos adhiberemus. In quo & iſtud commodum eſt non ſane prætermittendum, quod hoc ipſum* [illegible] *vice methodi eſſe poſſit, quam in legenda plenius hiſtoria ſibi quiſque præſcribat. Habebit enim Scriptorum notulis, quibus paginarum prætexuntur oræ, hiſtoricorum omnium ſeriem, & ordinem, qui temporibus ſingulis accommodantur. Cætera, quæ ex hujus libelli uſu adjumenta capies, tuæ (* Candide Lector *) experientiæ permitto: ne ambitioſe jactare noſtra, pluraque, quam re ipſa peti ex illius tractatione poterunt, polliceri tibi videar.*

Ad-

A D M O N I T I O.

SPectarunt eo ſemper, erudite Lector, meæ cogitationes meaque conſilia, ut ſi quid per me poſſet obtineri, id in ſtudiorum ſtudioſorumque commodum atque emolumentum conferrem. Quamobrem quum his ſuperioribus annis pulcrum & perquam utile de *Doctrina Temporum* opus, celeberrimi P. Petavii, e Societate Jeſu, illudque in tria volumina digeſtum amplioribus foliis divulgaſſem; ſicuti alibi eadem majori forma typis impreſſam ejuſdem auctoris Dogmaticam Theologiam inſpicere contigit: ſupereſſe animadverti & aliud inſigne opus, nempe *Rationarium Temporum*, quod tanti apud eruditos eſſe audio; quapropter ipſum eadem ampliori forma, qua commemoratum de *Doctrina Temporum* opus, in lucem dare decrevi. Immo quoad poſſum, ut magis litterariæ reipub. proſim, cum ſcriptis ejuſdem Chronologicis una edere in animo eſt, quæ in hoc ſtudiorum genere ſcripta reliquit in omni eruditione præſtans Uſſerius; duo opuſcula: *Chronologiam*, ſcilicet, *Veteris Teſtamenti*, & de *Macedonum & Aſianorum anno Solari*, quæ ad calcem dicti operis *Rationarium Temporum* adjicientur; quæ omnia priorem partem conficient. Præterea & aliud majus opus, quod inſcribitur *Annales Veteris, & Novi Teſtamenti*, quod poſtquam altero tomo a me editum fuerit, ſatis abunde ſtudio meo factum eſſe putabo, quum æque ſplendidam atque ſelectam doctrinæ ſupellectilem obtulero illius ſtudii cultoribus, in quo magna cum utilitate ſummaque jucunditate eruditi homines ſolent verſari. Vale.

NOI REFORMATORI

Dello Studio di Padova.

AVendo veduto per la Fede di Reviſione, ed Approbazione del P. F. Lauro Maria Piccinelli Inquiſitore di Verona, nel Libro intitolato *Dionyſii Petavii Rationarium Temporum, cui acceſſerunt Jacobi Uſſerii Annales Veteris, & Novi Teſtamenti, nec non duo ejuſdem Opuſcula de Chronologia Sacra Veteris Teſtamenti, & de Macedonum, & Aſianorum Anno Solari*, non v' eſſer cos' alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per Atteſtato del Segretario Noſtro; niente contro Prencipi, e buoni coſtumi, concedemo Licenza a Pierantonio Berno Stampatore in Verona, che poſſi eſſer ſtampato, oſſervando gl' ordini in materia di Stampe, & preſentando le ſolite copie alle Pubbliche Librarie di Venezia, & di Padova.

Dat. 2. Agoſto 1737.

{ *Gio. Franceſco Moroſini Cavalier Refformator*,

{ *Pietro Grimani Cavalier Refformator*.

Agoſtino Gadaldini Segretario.

DIONYSII

DIONYSII PETAVII

E SOCIETATE JESU

RATIONARII TEMPORUM

PARTIS PRIMÆ,

QUÆ EST ΙΣΤΟΡΙΚΗ',

LIBER PRIMUS

Annos continens ab orbis initio, ſive (1) *anno Periodi* Julianæ 730. *ad* 3. Salomonis, *qui eſt ejuſdem Periodi* 3702.

CAPUT I.

Quænam [2] *primo hoc intervallo a mundi conditu ad diluvium digna memoria contigerunt: ubi de operibus ſex dierum, deque anno diluvii.*

A. 730. Per. Jul. ad 2386.

MUNDUM a Deo eſſe factum, ſi non divina perſuaderet auctoritas, ſatis nos ejus per ſeſe contemplatio doceret. Hunc etſi ſummus ille Artifex conſtantem partibus ſuis & abſolutum momento creare potuit, paullatim tamen ſex intervallo dierum elaborare maluit.

Quocirca principio rerum omnium nihil præter terram, terræque circumfuſam aquarum immenſitatem exſtitit. Aquæ porro non craſſæ erant & concretæ, quales modo cernimus: ſed tenues, ac vaporis inſtar, & nebulæ totum hoc inane repleverant, quod ſupra terram elementorum ceterorum, ac cæleſtium corporum vaſtitas occupavit. Eas partim aquarum vocabulo, partim abyſſi declarat *Moyſes*;
Gen. 1. quas & initio, nondum exorta luce, tenebris obſitas fuiſſe dicit; & iis Dei incubuiſſe Spiritum. Ex aqua, terraque, velut materia, reliqua deinde formata ſunt corpora, quæ in ſex dierum opere percenſentur. Quod autem Deum in principio cælum & terram creaſſe, *Moyſes* ait, ea generalis eſt ſententia, quæ id omne complectitur, quod ſex illis diebus effectum eſt, quodque per partes deinceps exponitur.

Prima die lucem procreavit Deus; quam aqua, ſive tenuis, & immenſus ille vaporum tractus excepit; nondum ſole producto. Et ut diei noctiſque ſpatia definiret, eamdem lucem nebuloſi illius corporis agitatione circumtulit. A. 730. Per. Jul. ad 2386.

Secunda die firmamentum a Deo fabricatum eſt. Quo nomine tam cæleſtia corpora ſignificari credimus, quam aerem & ætherem: hoc eſt, totum id, quod a terra ad extremum uſque mundi patet, & inane vulgo creditur. Quibus fingendis omnibus abyſſus, hoc eſt aquæ in vaporem attenuatæ moles infinita materiam præbuit. Firmamento demum vis illa eſt indita, ut ſuperiores aquas ab infimis ſepararet: non ut totum ipſum inter ambas medium intercederet; ſed aliqua tantummodo ſui parte, quæ citima terris regio aeris infima dicitur. Hæc enim ut firmamenti pars eſt, hoc eſt inanis illius exporrecti; ſic firmamentum vel expanſum appellari poteſt. Superiores aquæ, nubes ſunt medio in aere ſuſpenſæ, e quibus pluviæ gignuntur: inferiores, maria, fluminaque; quæ ſequenti die ortum habuerunt.

Tertia die primum aquas in unum collegit locum; immo vero totidem in loca, quot maria, & lacus exſtiterunt. Nam exaggeratis in immenſum montibus, & excavatis alveis, aquarum conceptacula fecit. Exinde retectam humum herbarum ac ſtirpium viriditate veſtiri, arboreſque juſſit educere.

Quarta die Solem, ac Lunam, Stellaſque collocavit in cælo.

Quinta piſces & aves ex aqua procreavit.

Sexta demum hominem finxit e terra, & divini afflatu Spiritus animavit: cui ab terra *Adami* nomen impo- *Paradiſus terreſtris. Gen. 2. 14.*

[1] *Anno Periodi Julianæ 730.*) De Periodo Juliana Vid. *part.* 2. *lib.* 1. *cap.* 4. Ceterum Anno Per. Jul. 730. conditum fuiſſe Mundum aſſerit Auctor, quia a condito Mundo ad initium æræ Chriſtianæ annos tantum 3983. effluxiſſe putat, Vid. *part.* 2. *l.* 2. *c.* 1. Cum autem ex accuratioribus calculis infra in Not. *ad c.* 2. *lib.* 2. *part.* 2. *& ad c.* 6. ejuſdem libri deductis appareat annum primum Æræ vulgaris ſeu Per. Jul. 4714. fuiſſe Mundi 4004. (non 3984.) ſequitur Mundum Per. Jul. Anno 710. (non 730.) conditum ſupponi debere.

[2] *Primo hoc intervallo*) Quæ fuerit illius intervalli duratio ſcil. annor. 1656. & de diſcrimine Codicum Hebraic. & Græc. Vid. *part.* 3. *lib.* 2. *c.* 1.

A. 730. Per. Jul. ad 2386. impoſuit. Poſt in hortos amœniſſimos a Deo conſitos novus homo transfertur; quos (1) in *Babylonia*, vel in bujus & *Meſopotamiæ* confinio ſitos fuiſſe, juſta ſuſpicio eſt. Non enim alibi *Tigris* & *Euphrates*, (2) quos nominatim *Moyſes* recenſet, alveos committunt. Iis in hortis cum alias arbores ad uſum hominis ac voluptatem, tum inſignes collocavit duas, alteram vitæ, alteram ſcientiæ boni & mali. Prior ab effectu nomen invenit; quod ei vis ineſſet perpetuæ cum vita ſovendæ ſalubritatis ᵃ ut *Auguſtinus*, & *Proſper*, aliique ſentiunt. Poſterior ab eventu ſic appellata eſt; quod ejus deguſtato fructu ſtatim intellexerunt, quanto amiſſo bono, quantum in malum incidiſſent, ut eidem ᵇ *Auguſtino* videtur, nec non ᶜ *Moſi bar Cephæ* in Commentario de Paradiſo. Sive quod boni malique ſcientiam illa ex arbore ſerpens promitteret: ut acute ᵈ *Rupertus*. Ibi dormientis ex *Adami* latere detractam coſtam Deus formavit in fœminam, quam illi comparem & adjutricem dedit. Sed ea quovis hoſte graviorem ipſi perniciem attulit. Ejus quippe blanditiis infractus, oblatum ab illa interdictæ fructum arboris comedit. Cujus ſceleris noxam cum ipſe præſenti mox pœna luit; tum deinceps derivavit in poſteros. Igitur beata illa manſione dejectus cum culpæ ſocia conjuge in vitæ hujus ærumnas extruditur.

ᵃ Aug. 3. Civ. cap. 20. Proſp. 2. de vita Cont. c. 18.
ᵇ Aug. 14. Civ. cap. 17.
ᶜ Par. 1. cap. 19.
ᵈ Rup. 2. de Trin. cap. 27.

Gen. 4. Primi deinde mortalium ab illis orti ſunt *Cainus* & *Abelus*: quorum ille agricultura, hic paſtione pecorum vitam exercuit; qui & Deo propter integritatem fuit acceptior. Ob id furore ardens & invidia *Cainus* innocentem fratrem peremit: & in ultionem parricidii huc illucque vagus oberrans, ſimilem ſui, hoc eſt inviſam Deo ac rebellem procreavit ſobolem.

Gen. 4. 17 Idem de *Henochi* nomine urbem primus inſtituit. Stirpi huic adverſam, hoc eſt piam & religioſam alteram propagavit *Sethus*, aliquanto poſt *Abeli* necem *Adamo* genitus: cujus Filius *Enos* Dei nomen invocare cœpiſſe dicitur: quod, ut opinio eſt, Dei cultum ab *Caini* poſteris obliteratum publice conſtituit. (Gen. 4. 26.)

Gen. 5. 22. Inter alios memorandus venit *Henoch Jaredi* Filius. Quem cum ob innocentiam adamaſſet Deus, vivum adhuc ex hominum oculis eripuit (3) nondum legitima ætate confecta. Hujus poſteri, quos *filios Dei* ſcriptura nominat, moribus in deteriora lapſis, cum *Caini* gente matrimonia junxerunt; quo ex commercio gigantes procreati ſunt. Tum in omne flagitiorum effuſi genus mortales, iram in ſe Numinis verterunt; cum virtute ex hominibus exſtincta, nihil ei jam moræ poſſet objici. Ergo inſenſus *Adami* poſteris Deus univerſos aquarum eluvione decrevit perdere. Unus e *Sethi* ſanguine *Noemus* ſupererat qui

Gen. 6. in fide ac Dei obſequio perſtabat. Hunc de conſilio ſuo centum & viginti annis ante certiorem facit: ac paucis ex hominum pecudumque numero ſervandis,

Arca Noemi. (4) moliri arcam imperat. Centum toros annos in ea fabricanda Patriarcha poſuit. Quæ trecentos longa cubitos, lata quinquagenos, in altum tricenos aſſurgebat, triplici tabulatorum ordine, in quibus ſuas quibuſque generibus animantium manſiones attribuit. A. 730. Per. Jul. ad 2386.

Gen. 7. 2. Octo in totum hominum capita; purorum animantium ſeptena; impurorum paria ſingula eo navigio incluſa ſunt, ac diluvii aquis erepta: reliqua terrarum omnium eluvione conſumpta ſunt; quam quadraginta dierum continens imber, & effuſi late gurgites effecerant: ſic ut altiſſimorum juga montium quindecim cubitis unda ſupergreſſa ſit. Annus ab rerum exordio 1656. tunc agebatur, ante *Chriſti* æram 2329. Vid. Par. 2. l. 2. c. 1.

CAPUT II.

A. 2387. Per. Jul. ad 2752.

Quæ ex ſacra profanaque hiſtoria intervallo iſto geſta memorantur, quod (5) *ab anno Periodi* Julianæ 2387. *ad* 2752. *pertinet: ubi de* Babelis *ædificatione, ortu* Abraami, *& migratione:* Aſſyriorum, Ægyptiorum, Sicyoniorum *regnis*.

Gen. 8. Joſephus. l. 1. An. cap. 4.

EXacto diluvio *Noemus* ex arca digreſſus ſacra rite Deo fecit (6) in montibus *Armeniæ*; ubi & arcæ reliquias in longa tempora ſervatas eſſe prodidere Veteres aliqui.

Poſt hæc, verſis ad agriculturam ſtudiis, vitem *Noe* conſerit: ac vino, cujus vim adhuc neſciebat, paullo largius epoto, in ebrietatem, ex eaque in ſomnum ſolutus eſt; quem nudatis verendis indecore ſtratum in tentorio ludibrio *Chamus* habuit, fratribuſque monſtravit: hi averſi, retroque gradientes pallium injiciunt. Re pater poſtea comperta, *Chami* ſtirpem execratus, *Japheto*, ac *Semo* bene precatus eſt. (7) Ab his tribus propagatum humanum genus brevi maximum incrementum habuit, ut non una regione capi amplius poſſet. Et videlicet frequentandæ erant orbis terrarum partes reliquæ. In has antequam immigrarant, a ſeque mutuo divellerentur, ingentem turrim in campo *Sennaar* ædificare placuit, quod commune ſui monimentum poſteris relinquerent. Erat hactenus mortalium omnium eadem lingua. Hanc fruſtrandis illorum conatibus Deus in plures diſtraxit. Ita commercio vocis ablato, ædificandi conſilium abjecerunt. Quod ex illa molitione reliquum fuit(8)*Babylonis* initium feciſſe creditur. Nam *Babel* a linguarum permiſtione turris illa nominari cœpit. Hæc ut in ortu ipſo *Phaleci*, hoc eſt uno ab Diluvio vertente ſæculo, minime facta putamus: ſie in plura proferre nihil attinet. Alterius ergo ſæculi elapſo jam dimidio, quod oſtendam in ſecunda parte, perturbatio linguarum cum populorum, ac regnorum propagatione contigit. Part. 2. l. 2. c. 3.

Ab *Heberis* ſtirpe, penes quam uſus cognominis linguæ & vera religio conſtitit, ortum duxit *Abraamus*, in ingens pietatis & obſequii futurus ſpecimen. *Abraami ortus.* Pater huic *Thare*, patria *Chaldæa*; e qua Dei monitu cum Patre profectus (9) in *Meſopotamiam* eſt Partis 2. l. 2. c. 2.

ætatis

(1) *In Babylonia*) de Situ Paradiſi terreſtris conſulendi *Bochart. Geogr. part.* 1. ſeu *Phaleg lib.* 1. *cap.* 4. *&* *Huetius Tract.* 3. *de Situ Parad. Terr.* qui uterque poſt *Petavium* ſcripſere.

(2) *quos nominatim recenſet Moſes*) In cod. Heb. non Tigris ſed Chiddekel nominatur: eo autem nomine eumdem intelligi fluvium, qui Græcis Τίγρις dicitur, probant jam laudati Scriptores.

(3) *Nondum legitima ætate confecta*) erat enim annos natus 365. *Gen.* V. 23. 24.

(4) *Moliri Arcam imperat*) De figura & dimenſionibus Arcæ conſulenda *Diſſertatio Gallica Joan. Le Pelletier Rhotomagi edita*. Anno 1700. in qua fuſe probat auctor ſufficere potuiſſe hoc ædificium ad excipienda [præter Noachi familiam] omnia animalia in eo includenda cum pabulo, aliiſque ad eorum omnium vitam per annum conſervandam neceſſariis.

(5) *Ab anno Per. Jul. &c.*] De iſtius periodi duratione & auctoris in hoc errore, vid. *Part* 2. *lib.* 2. *cap.* 2. & Not.

(6) *In Montibus Armeniæ*) illi in Heb. Cod. dicuntur montes Ararat in Vulg. montes Armeniæ, fuiſſe autem *Gordyæos* in Armenia montes vero ſimillimum reddit *Bochart. Phal. lib.* 1. *c.* 3. Vid. *Chardini Itiner. Tom.* 2.

(7) *Ab his tribus*) Ordo nativitatis filiorum Noemi duci debet ex *Gen.* c. x. ubi illorum poſteri recenſentur. Ibi autem ſic diſponuntur Japhet, Cam, Sem. Semus itaque non quod fuerit primogenitus, ſed ob continuatum in ejus familia Dei fœdus, primus vulgo nominatur.

(8) *Babylonis initium feciſſe creditur*) fuiſſe revera terram Scinhar vel Sennaar eamdem cum Babylonia vel ſaltem Babyloniæ partem ibique conditam tunc fuiſſe Babylonem aperte colligitur ex *Gen.* X. v. 10. XI. v. 2. & *Dan.* 1. v. 2. Vid. *Perizon. Orig. Babylon.*

(9) *In Meſopotamiam*) vel potius in Chananæam: Ur enim unde proficiſcebatur Abram, in Meſopotamia erat. Vid. *Act.* VII. v. 2. & *cap.* ſeq. §. 1. ubi idem ſupponit auctor noſter. Vid. & *Perizon. Orig. Babylon. cap.* VI. p. 85. & addita in fine libri.

Digitized by Google

A. 3387. Per. Jul. ad 3752. (1) ætatis anno 70. ac circiter annis quinque *Charris* habitavit. Ibi patre relicto, mox, ut juſſus eſt, cum uxore *Sarai* & *Loto* fratris filio migravit in *Chananæam*, annum agens 75. *Tharai* patris anno 145. Vixit deinde, patre ſuperſtite, annis in *Chananæa* fere ſexaginta: quibus exactis, anno ipſo vitæ 135. in *Meſopotameam*, ac paternam domum abiit; unde mox jubente Deo, in *Chananæam* regreſſus eſt. Sic illa conciliantur, quæ ex *Moſis* & *Actorum* hiſtoria ſolent objici.

Poſtquam *Noemi* poſteri per orbem terrarum diſſipati ſunt, nationum exinde ac regnorum diſcrimina cœperunt. Quorum quidem litteris prodita ſunt initia,
Part. 2. L. 2. c. 3. *Aſſyriorū regnum.* vetuſtiſſimum fuit *Aſſyriorum* ſive *Chaldæorum*, quod in *Babylonia* primum exortum, ab ea in *Ninoven Aſſyriamque* translatum, annis circiter mille ac trecentis obtinuit. Nam quæ de *Arabum* & *Chaldæorum* antiquioribus regnis ex *Africano* commemorantur ab *Euſebio*, ea fabulæ, quam vero propiora ſunt.

Belus ſive Nembroth. [2] Primus in Regum *Aſſyriorum* ſerie *Belus* ponitur: qui *Babylone* regnavit, ejuſque conditor habetur a profanis Auctoribus; ex quo idem videtur eſſe, qui in ſacris litteris *Nembroth* dicitur. Huic, cum quinque & ſexaginta imperaſſet annos, ſucceſſit
Ninus. *Ninus*: a quo condita *Ninive*; eoque ſedes translata regni, quod deinceps ab *Aſſyrus* nomen accepit.
Diod. 2. Juſt. 2. Supra hunc profana hiſtoria non aſſurgit. Ac primus proferendi imperii cupiditate bella cum exteris ſeciſſe fertur. *Aſia* ſubacta, poſtremo *Bactrianos*
Semiramis. cum eorum rege *Zoroaſtre* domuit. Inde *Semiramide* in conjugium adſcita, ex eaque ſuſcepto filio *Ninya* moritur poſt annos, quam regnare cœperat, duos & quinquaginta.

Semiramis impubere filio circumſcripto, regnum artibus intervertit, quod duobus & quadraginta annis
a Diod. 2. Juſt. 1. Euſeb. Chron. obtinuit. a *Græcorum* annales exſtructam ab ea *Babyloaem* aſſerunt. Verius amplificatam dixeris, & mirabili mœnium ambitu cinctam: quorum circuitus b
b Herod. 2. quadringenta & octoginta ſtadia colligebat. *Aſiam* præterea, *Mediam*, *Perſidem*, *Ægyptum*, *Libyam*, *Æthiopiam*; demum *Indiam* cum exercitu aditam ab illa, vaſtatamque, memorant. Ad ultimum libidinoſa mulier filium ad inceſtum provocans, ab eo necatur anno regni 42 (3) *Semiramidis* anno 23. *Abraamus* oritur: non, ut falſo perſuaſit *Euſebius*, *Nini* 43.

Ninyas. *Ninyas* interempta matre, regnum, quod a parentibus ampliſſimum acceperat, per ſummam ſocordiam tenuit; ac per prefectos omnia gerens, raroque conſpectus, inter pellicum greges conſenuit. Quod inſtitutum ſequentes deinde Reges amplexi ſunt, qui nulla re inſignes ac vix nomine ipſo poſteris noti, tres ſupra triginta recenſentur in *Euſebii Chronico*: quaternos amplius numerat *Africanus*; & imperii totius intervallum juſto longius facit. Quod ut ſupra demonſtravi, (4) annis 1300. circumſcribitur.

L. 9. de Doct. Temp. c. 15. Per idem tempus, quo *Aſſyriorum* regnum primordium habuit, alibi quoque regna conſtituta ſunt:
Ægyptio- Dynaſt. fabuloſa. [5] præſertim *Ægyptiorum*, & *Sicyoniorum*. Sed illorum origines fabularum licentia corrupit. *Sicyone* duodecim fere poſt *Aſſyriorum* initium annis fundatum eſt imperium, anno ante *Chriſtum* 2164. ac mille propemodum perſeveravit annis.

Petavii Rationar. Temp.

CAPUT III.

Summa hiſtoriæ ſacræ ſpatio illo comprehenſæ, quod (6) *ab anno Periodi Julianæ* 2753. *ad* 3183. *interceſſit, ubi de* Abraami, Iſaaci, Jacobi, *geſtis & hujus poſteris: tum de* Jobo. A 2753. Per. Jul ad 3183.

ABraami, & ejus poſterorum variæ peregrinationes, reſque ab iis geſtæ continentur hoc annorum ſpatio. *Abraamus* fame urgente, anno fere, quam *Abraami geſta.*
in *Chananæam* primo tranſierat, c *Ægyptum* petiit, c Gen. 12. 10.
ubi ab [7] Regis libidine *Saram* ejus conjugem tutatus eſt Deus. d Inde reverſus in *Chananæam* ab *Loto* d Gen. 13.
fratris filio divellitur; quem e *Meſopotamia* profectionis comitem, & hactenus contubernalem habuerat. Is *Sodomis* domicilium optavit: *Abraamus Hebrone*, ad convallem *Mambre*.

e Secutum eſt bellum, quo a *Codorlahomore*, tribuſque ſociis Regibus, victis aliis quinque Toparchis, e Gen. 14.
e quibus *Sodomæ Gomorrhæque* Reges erant, ac direptis oppidis, pars prædæ fuit *Lotus*, cum familia, fortuniſque omnibus. Sed re audita, victoribus ex improviſo ſupervenit *Abraamus*; iiſque per intempeſtam noctem fuſis ac fugatis, ſalva omnia cum *Loto* ſuo recuperavit. Redeuntem xeniis ac panis & vini myſtica oblatione *Melchiſedecus* excepit, Rex *Salem*: hæc eſt, *Hieroſolyma*; viciſſimque manubiarum primitiis ab *Abraamo* donatus eſt.

Poſt f annos decem, quam habitare *Chananæam* f Gen. 16. 3.
cœperat *Abraamus*, *Sara* ſterilem ſe videns, *Hagarem* ancillam *Ægyptiam* viro ſuo permiſit. Ea gravida cum dominam ſperneret, ab ea male habita, fugit in deſertum g ſed Angeli monitu reverſa, *Iſmaelem Abraamo* peperit annum agenti 86. g Gen. 16. 16.

h Undecentaſimo ætatis anno Patriarcha, ex fœdere, quod cum Deo percuſſit, cum omni familia, & h Gen. 17. 1.
Iſmaele 13. vel 14. annos circiter nato, (8) circumciſus eſt.

i Idem annus *Sodomæ*, *Gomorrhæ*, *Adamæ*, ac *Seboim* exitialis fuit. Quæ oppida propter execranda i Gen. 18. & 19.
flagitia, ac præpoſteram libidinem (9) pice ac ſulphure animata cæleſtis flamma conſumpſit. Quo ex incendio ereptus ab Angelis *Lotus*, amiſſa conjuge, quæ *Sodomorū conflagratio.*
contra vetitum poſt ſe reſpectans in ſtatuam ſalis eſt mutata, primum (10) in urbem *Segor*, quam imminenti cladi precibus exemit; inde vicinum in collem ſubiit; ubi per noctem, & ebrietatem filias inceſto polluit. Hinc orti ſunt *Moab* & *Ammon*; a quibus totidem propagati ſunt populi.

k Centeſimum annum agens *Abraamus Iſaacum* de k Gen. 17. 17. & cap. 21. 5.
Sara conjuge nonagenaria ſuſtulit anno ante *Chriſtum* 1936. ac tam illius, quam Dei monitu, poſt annos aliquot, *Hagarem* cum *Iſmaele* filio domo expulit. *Iſaacus* virili jam ætate, hoc eſt anno, ut putat l *Joſephus*, quinto & viceſimo, a patre immolandus ſi- l Joſephus 1. Orig. c. 14.

(1) *Ætatis anno* 70.) parum accuratam hic eſſe Auctoris noſtri Chronologiam probatur in *annot. ad cap.* 2. *lib.* 3. *part.* 2.

(2) *Primus in Regum Aſſyriorum ſerie*) Hos etiam Auctoris calculos emendatos habes in *annot.* 4. *ad cap.* 5. *lib.* 2. *part.* 2.

(3) *Semiramidis anno* 23.) ad alia plane tempora pertinet *Semiramis*. Vid. *loc. cit. in Not. præced* & *Uſſer.* ad A. per Jul. 3499. Ceterum de *Semiramidis* nomine & Etymol. vid. *Boch. Can. lib.* 2. *cap.* 11. Et *Jaquelot Diſſertat. de Dei Exiſt. cap.* 17. conjicit hic ultimus ſcriptor fabuloſa eſſe ea omnia quæ de *Semiramide* narrantur & nata ex vocibus quibuſdam æquivocis linguæ Hebr.

(4) *annis* 1300.) ſic quidem *Diodor. Juſtin.* aliique ex *Cteſia* aſſerunt, ſed ex *Herodoto* 520. annos tantum huic Monarchiæ tribuendos eſſe patet Vid. *loc. cit. Not.* 7.

(5) *præſertim Ægyptiorum & Sicyoniorum.*) de horum imperiorum antiquitate & auctoribus Vide. *Perizon. Ægyptiar. Orig. & tempor. Inveſtigat c* 2. ubi multis probat ad Moſis non vero Abraami tempora referenda eſſe *Sicyoniorum* initia.

(6) *ab anno Per. Jul.* 2753 *ad* 3183.) de hujus 3. periodi duratione Vid. *Part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 4. & annot.

[7] *ab Regis libidine*] Rex ille Ægypti, Moſi tantum Pharao dictus, *Uſſerio* is videtur fuiſſe qui *Manethoni*, Apophis dicitur, Vid. *Uſſer.* ad A. P. J. 2730. & 2795.

(8) *Circumciſus eſt*) Tunc etiam mutata fuere nomina Abrami & Sarai, iſque ex inde dictus *Abraham* & Sarai *Sara*, *Gen.* XVII.

(9) *Pice ac ſulphure*) Inde ortus lacus *Aſphaltites* vulgo dictus Moſi ים המלח *Mare ſalſum*, aliis *Mare mortuum*.

(10) *In urbem Segor*) Ea in textu Hebræo & plurimis verſionibus tabuliſque Geographicis *Tſuhar* dicitur Vulg. *Segor*.

A. 2753. Per. Jul. ad 3183. a Gen. 23. 1. b Gen. 24. c Gen. 25. 20 d Gen. 25. 1. e Gen. 25. 26. f Gen. 25. 7. g Gen. 26. & ſeq.

ſiſtitur in monte *Moria*. Mox ejuſdem, a quo mactari juſſus erat, Dei imperio liberatus, poſt *Saræ* matris obitum, quæ a anno 127. exceſſit e vita, b *Rebeccam* duxit, *Bathuele* natam *Nachoris* filio fratris *Abraami*. Erat tum *Iſaacus* c annos natus 40.

d Interim *Abraamus Cethura* in matrimonium ſumpta ſex filiis auctus eſt. e *Iſaacus* ſexagenarius, conjugis ſterilitate precibus diſcuſſa, geminos ex ea ſuſcepit *Eſau* & *Jacobum*, anno ante *Chriſtum* 1876. f *Abraamus* poſtea moritur vitæ anno 175. ante *Chriſtum*, 1862.

Poſt *Iſaacus* g variis peregrinationibus & iocommodis exercitus, grandioribus jam filiis, hoc eſt, ſeptimum & ſeptuageſimum annum agentibus, centeſimum trigeſimum & ſeptimum numerans ipſe (ut ex *Joſephi* & *Jacobi*, cum io *Ægyptum* venit, ætate, & hujus apud *Labanum* menſiooe deducitur) *Eſau* filio bene precaturus, veoatu prius ab illo parari ſibi epulas jubet. Sed hortante matre, furtim obrepens, *Jacob* paternam benedictionem intervertit. Mox fratris

h Gen. 29.

inſidias veritus h in *Meſopotamiam* ad *Labanum* avunculum fugit. Quo in itinere oblata ſibi per quietem Dei ſummis ſcalis incumbentia ſpecie, ac promiſſis animatus eſt. cum autem *Labano* ſeptennem operam in paſcendis pecoribus locaſſet, non ante pactam ab eo *Rachelem* abſtulit, quam majoris ſororis *Lia* nuptiis per fraudem implicatus eſt anno ætatis fere 84. Per. Jul. 2921. Ex his, & earum ancillis duabus, [1] *Bala*, & *Zelpha*, nati ſunt *Jacobo* liberi duodecim. Ex *Lia* 7. *Ruben*, *Simeon*, *Levi*, *Juda*, *Iſachar*, *Zabulon*, cum *Dina* filia. Ex *Rachele* 2. *Joſephus* & *Beniamin*. i E *Bala* 2. *Dan*, *Nephthali*. E *Zelpha*, 2. *Gad*, *Aſer*: fiunt mares 12. cum filia unica. Viginti apud *Labanum* annis expletis, *Jacob* in *Chananæam* rediit, k aono vitæ circiter nonageſimo ſeptimo ac variis in locis tentoria poſuit. Prætertim [2] apud *Sochotha*; & ad *Salem Sichimorum* oppidum, ubi l poſt annos decem, quam e *Meſopotamia* redierat, *Dina* ejus filia ab *Sichemo Hemoris* reguli Filio vim eſt paſſa: quam injuriam uterini illius fratres, *Simeon* & *Levi*, *Sichimitarum* internecione, & urbis direptione ſunt ulti. Profectus inde *Jacob Bethelem* abiit, novum jam adeptus *Iſraelis* nomen: m quod ei ad patrem e *Meſopotamia* redeunti Angelus, quo cum luctatus erat, monimentom fortitudinis impoſuit. n *Rachel Beniaminum* pariens obiit, cum annos expleſſet *Joſephus* o ſedecim, & decimum ſeptimum iniiſſet. Qui poſt paullo per iovidiam a fratribus diſtractus, & in *Ægyptum* deductus, ab *Putiphare* præpoſito cubiculariorum *Pharaonis* Regis emptus eſt. Apud hunc cum adoleviſſet, ab ejus conjuge fruſtra ſollicitatus ad ſtuprum, ejuſdem falſa delatione fidei & innocentiæ pœnas luit triennali carcere. [3] Unde ad interpretandum Regis ſomnium eductus, cum imminentem fertilitatem aooorum ſeptem ac totidem ſterilitatem præſagiiſſet, (4) toti *Ægypto* præficitur. Eo demum p *Jacobus*, hortatu filii, cum familia & fortunis omnibus, graſſante jam tertium annum fame, proficiſcitur, anoo aote *Chriſtum* 1747. annum agens q 130. qui erat *Joſephi* quadrageſimus. Vixit in *Ægypto Jacob* annis omnino 17. Eo mortuo corpus in *Palæſtinam*, ut optaverat, delatum, & in parentum ſuorum ſepulchro conditum eſt.

i Gen. 30.
k A. C. 1780.
l Alexand. Polyhiſt. apud Euſeb. 9. p. 247.
m Gen. 32. 28.
n Gen. 35. 19.
o Gen. 37. 2. & deinceps.
A. 2753. Per. Jul. ad 3183.
p Gen. 47.
q Gen. 47. 9.

r *Joſephus* anno vitæ expleto 110. mundi 2308. moritur, qui 71. circiter fuit ex quo *Jacob* in *Ægyptum* immigrarat. Secundum hæc *Jacobi* ſobole majora in dies incrementa capiente (5) s *Ægyptiorum* Rex qua invidia, qua metu, ne deficerent, paullatim occidere illorum genus inſtituit. Itaque necari, præter fœminas, quidquid deinde ſtirpis naſceretur jubet, aut in profluentem abjici. Ita t (6) *Moyſes* ad flumen expoſitus, [7] a *Pharaonis* filia tollitur, & in aula ad ſpem regni capeſſendi alitur. Hic *Amrami* filius, *Caathi* nepos, *Levi* pronepos, *Maria* ſorore & *Aarone* fratre junior fuit. u Annos oatus quadragiota, gentiles ſuos iooviſeus, *Ægyptium* quemdam, a quo *Hebræus* pulſabatur, occidit. Neque hoc Rege clam fuit. Itaque pœnam metuens, in *Madiaanitidem* fugit *Moyſes*; ubi *Jethro* Sacerdotis filiam *Sephoram* duxit.

r Gen. 50. 25.
s Exhod. 1.
t Exhod. 2.
u Act. 7 30.

x Anno ætatis octogeſimo *Moyſes*, dum ad montem *Oreb*, qui & *Sinai* dictus eſt, greges paſceret, ex flagrante rubo divinis animatus oraculis, (8) in *Ægyptum* ad ſuos revertitur.

Eodem intervallo *Jobum* admirabile patientiæ, ac fortitudinis exemplum exſtitiſſe probabile eſt. y Quem ex *Eſau* ſtirpe deſcendiſſe cum pleriſque veterum arbitramur. Hujus ex veriſimili conjectura ſic annos ordinamus. Natus eſt *Zara* nepote *Eſau* ſub annum ante migratiooem *Iſraelitarum* ducenteſimum triceſimum ſecundum, ante *Chriſtum* 1763. Idem anno vitæ quinquageſimo permiſſus *Satanæ*, variis calamitatibus aooo uno conflictatus eſt. Quibus perſunctus vixit deinde annos 139. ac mortuus eſt, ætatis anno 189. z ante migrationem ex *Ægypto* 45.

x Exhod. 3. & 4.
Job.
y Euſeb. 1. de Dem. c. 4. Epiph. Chryſoſt. Hom. 2. de Job. Auguſt. 18. Civ. c. 47.
z A. C. 1575.

CAPUT IV.

De Argivorum *regno*, Inachi *poſteris*, *&* Ogygis *diluvio*, Prometheo, *&* Athenienſium *regno*.

SExto anno poſt *Abraami* obitum, ante *Chriſti* æram 1857. *Argis* in *Peloponneſo* novum regoum auctore cœpit (9) *Inacho*: quem veteres plerique *Moſis*

Argivorū regnū init. Par. 2. lib. 2. c. 5.

(1) *Bala & Zelpha*) Heb. Bilha & Zilpha.
(2) *apud Sochotha*) Heb. Succoth.
(3) *Unde ad interpretandum Regis ſomnium eductus*) Hic Ægypti Rex *Uſſerio* is fuiſſe creditur qui *Manethoni Mephramuthoſis* vel *Myſphragmuthoſis* dicitur *Uſſer.* ad A. Per. Jul. 2983. Minime tamen negligenda quæ adverſus ſummi illius viri Chronologiam habet *Perizon. Ægypt. Orig. Inveſtig. cap.* 12. Ea quibus hoc ſaltem colligitor eſſe conjecturas quæ de his temporibus traduntur. Tabulæ ſcil. *Manethonis* ex quibus ea ducuntur & in pluribus confictæ ad Ægyptiorum antiquitatem augendam & io reliquis corruptiſſimæ ſuot, ut ſuſe a variis Chronologis probatum eſt.
(4) *Toti Ægypto præficitur*] ſub variis regibus & per annos 80. præfecturam hanc egit Joſephus. *Euſeb. Chron.* de eo Vid. etiam *Juſtin. lib.* 36. *cap.* 2.
(5) *Ægyptiorum Rex qua invidia*) Rex ille *Uſſerio* itid. is judicatur fuiſſe qui *Manethoni Rameſſes Miamum* dicitur. Vid. & *Marsham* ad hæc tempora.
(6) *Moyſes ad flumen expoſitus.*) de Moſe Vid. etiam *Juſtin. lib.* 36. *cap.* 2. ubi imperite illum *Joſephi filium* dicit.
(7) *a Pharaonis filia*) quæ *Thermutis* dicta *Joſephi Antiquit. lib.* 2. *cap.* 5.
(8) *In Ægyptum ad ſuos revertitur*] Regnaote jam *Amenophi Rameſſis Miamum* filio. Qui *Amenophis Belus Ægyptius* fuiſſe exiſtimatur, pater Ægypti & Danai Græcis dictus. Tres autem *Beli* circa hæc tempora *Uſſerio* obſervantur, primus *Babylonius* pro Deo Chaldæis habitus & *Juppiter Belus* dictus qui Evechous fuiſſe videtur circa annum Per. Jul. 2952. 2. Ægyptius *Amenophis* ſcil. de quo hic ſermo circa annum Per. Jul. 3203. 3. Aſſyrius Nini pater. A. Per. Jul. 3392. ſcilicet Beli nomen non *proprium* fuit oomen ut crediderunt Græci; ſed *appellativum* Hebræum nempe *Babal*, quod Dominum ſignificat. Ceterum in eo ut in deſignatione aliorum Ægypti Regum de quibus in ſcriptura ſacra fit mentio, ab *Uſſerio* diſſentit recentior ſcriptor *Perizonius*, cujus conſuli poſſunt *Ægypt. Orig. Inveſt.* Et *Orig. Babylon. cap.* VI.
(9) *Inacho*) circa *Inachi* nominis originem an Græca fuerit an Phœnicia vix quicquam certi habetur. Forte ab appellativo Ἄναξ, Rex antiquiſſimi regni nomen proprium deduxerunt Græci. Forte a Phœnicibus qui ſe *Anaks* filios dicebant & magna de parente ſuo narrabant, diu poſt tempora de quibus hic agitur nomen iſtud deſumptum eſt. Ex iis quæ ab Auctore noſtro e Græcis ſcriptoribus hauſta referuntur, id tantum conjici poteſt, circa tempora Abraami coli cœptam Græciam, Japeti nimirum poſteris e vicina Aſia eo tranſfretantibus. Sed *Inachum*, & *Argivorum* imperium ad antiqua illa tempora pertinere minime fit veroſimile. Moſis ævo vixiſſe *Inachum* tradunt accuratiores Chronologi. Vid. *loc. ad marg. cit.* & *Perizon. Ægypt. Orig. Inveſt. cap.* 28.

Digitized by Google

A. 2753. Per. Jul. ad 3183.

ſis æqualem fecerunt: ſed aliquot ſæculis illo fuiſſe ſuperiorem, fidem fecit *Euſebius*. Nos annum, antequam ex *Ægypto* migrarent *Iſraelitæ*, 327. illius regni finimus exordio. Poſt *Inachum* ſedes *Argis* perſeveravit imperii annis 546. ſub Regibus tredecim: e quibus novem priores, ad *Gelanorem* uſque, *Inachidæ* vocantur, quod ab *Inacho* recta ſerie deſcendant. *Gelanore* ab *Argivis* expulſo, horum conſenſu, regnum *Danaus* occupavit, ex *Ægypto* advena, & ab *Inacho* ipſe ſtirpis originem trahens; quippe *Beli* filius, *Epaphi*, quem *Io Inachi* filia *Jovi* peperit, pronepos fuiſſe dicitur. Ab *Danao* quattuor itidem *Argis* ſedem habuere regni, ad *Acriſium* uſque: quo per imprudentiam ab nepote occiſo *Perſeo*, *Mycenas* hic tranſtulit regnum, cujus e ſanguine poſtremus fuit *Euryſtheus*. Eo ab *Heraclidis* interfecto, *Pelopidæ* rerum potiti ſunt numero ſex: quorum ultimi Reges fuere *Tiſamenus* & *Penthylus Oreſte* geniti. *Micenis* porro regnatum eſt annis 210. In totum ab *Inacho* 756. uſque ad annum 80. poſt excidium *Trojanum*. Quæ omnia ſub conſpectum ſimul hic data, ſuis intervallis poſtea reddentur. Hoc quidem quod *Iſraelitarum* ex *Ægypto* profectione terminatur, hæc fere contigerunt.

a Apollod. 2. Euſeb.
b Pauſ. Cor. p. 58. *Phoroneus* c Init. l. 2.

Phoroneus [a] *Inachi*, & *Meliſſæ Oceaninæ* Filius [b] rudes adhuc homines & ſparſos oppidis legibuſque muniit, ac totam, ſi [c] *Apollodoro* credimus, ſub ditione ſua *Peloponneſum* habuit.

d Apollod. 2.
e Euſeb. & Auguſt. 18. Civ. c. 6.
f Herod. 2.
g Euſeb.

[d] Hujus filius *Apis*, a quo *Apia* dicta; quæ poſtea *Peloponneſus*, ob mutatum in tyrannidem regnum inviſus ſuis, ab *Thelxione* & *Thelchine* ex inſidiis opprimitur, nulla relicta prole; [e] ac poſt mortem in *Ægypto* divinis conſecratus eſt honoribus. Quin & [f] *Inachi* filiam *Io* in *Ægyptum* pervectam memorant [g] ibidem pro Dea habitam eſſe, ac nominatam *Iſidem*. Verum *Pauſanias* recentiori id alteri tribuit, *Jaſo Triope* filio genitæ, quod & mihi vero ſimilius videtur.

h Excerpta Scal. Græca p. 263.
i vide c. 5. l. 2. par. 2.

Sub eodem *Phoroneo Ogyges* in *Attica* regnabat: cujus tempore magnum ibi diluvium accidit, quod *Ogygium* vocant. [h] Id Olympiadem primam mille ac viginti annis anteceſſiſſe proditum eſt ab *Acuſilao*: qua ratione *Chriſtianam* æram præceſſerit annis 1796. quinto que ab *Iſaaci* morte anno contigerit. [i] Quamquam alii duobus circiter ac viginti annis tardius referant.

Apide regnante *Spartam* conditam affirmat *Euſebius*.

k Tatianus.

[k] Septimi *Argivorum* Regis ætate *Driope* ac *Cecrope* in *Attica* regnante, *Prometheus Japeti* filius, ejuſque frater *Atlas*, ambo Aſtrologiæ ſcientia nobiles, ſed fictis Poetarum fabulis nobiliores extiterunt: quod tempus ſub diſceſſum ex *Ægypto Hebræorum* incidit. [l] Siquidem *Triopas* anno cœpit ante *Chriſtum* 1557. tertio & viceſimo priuſquam Dei populus emigraret: cum jam ante annos aliquot *Athenis Cecrops* regnum inchoaſſet: quod initium æra *Chriſtiana* prius eſſe annis 1558. ponit *Euſebius*; *Arundeliana* marmora tribus & viginti circiter antevertunt. *Ægyptium* hunc fuiſſe docent [m] Veteres: & quod *Ægyptiacam* linguam *Græcamque* calleret, διφυὴς nominatum. Ab hoc Reges in *Euſebii Chronico* recenſentur numero 17. quorum poſtremus fuit *Codrus*. Secuti ſunt Prætores perpetui numero 13. deinde decennales ſeptem; demum annui conſtituti ſunt. Quæ quibus temporibus geſta ſint, ſuis locis explicabimus.

l Vide loco cit. p. 2. *Athenienſium regnum.*
m African. in Excerpt. Scal. p. 265. & Euſeb.

CAPUT V.

A. 3184 Per. Jul. ad 3701.

De his, quæ poſt migrationem ex Ægypto *ex primis 46. annis memoria digna contigerunt* Iſraelitico *populo.*

[n] MOyſes (1) octogeſimo ætatis anno, quod de *Iſraelitis* ab *Ægyptiaca* tyrannide liberandis mandatum ſibi erat, aggreſſus eſt exſequi. [o] Commeatu ab *Pharaone* Rege fruſtra petito, multiplicibus prodigiis & calamitatibus adeo perterruit *Ægyptios*, ut cum [p] poſtremo qui primi in quaque illorum familia geniti erant, ab Angelo nocte occiſi forent, eadem ipſa egredi permitterentur *Hebræi*. Quod antequam facerent, ſollemni agni epulo Paſcha dedicarunt. Is dies feſtus ad æternam partæ illo die libertatis memoriam deinceps inſtitutus eſt. [q] Prima illa nox ea fuiſſe videtur, quæ inter *Aprilis* diem ſecundum ac tertium interceſſit. [r] Cenſa ſunt *Iſraelitici* nominis peditum dumtaxat virorum millia ſexcenta. [s] Fugientem populum mox (2) inſecutus eſt *Pharao*. Sed *Moyſes* interrupto mari rubro viam ſuis aperuit: quam dum terga premens illorum *Ægyptius* ingreditur, eadem, qua diductum erat, virga percuſſum mare coiit, ac trepidantes involvit hoſtes. Ita trans ſinum *Arabicum* evadentes *Iſraelitæ* [t], menſe tertio, qui eſt *Sivan*, legem a Deo conditam accipiunt, qua ſacra profanaque populi jura conſtituta ſunt.

n ante Chr. 1531
o Exhod. 5. 6. & ſeq.
p Exhod 12.
q Lib. 9. de Doct. Tem. c. 24.
r Exhod. 12. 37.
s Exhod. 14.
t Exhod 19. 5.

Multis deinde ſtationibus confectis [v] anno altero, quam egreſſi erant, ineunte, *Aprilis* circiter 8. die, *Moyſes* tabernaculum erexit; *Aaronem* Pontificem, filios ejus Sacerdotes inſtituit. At ingratus adverſus tot beneficia Dei populus, cum & de cælo ad eos alendos continue Manna plueret [x], & interdum coturnicibus immiſſis etiam delicias indulſiſſet, jurgari ac Deum *Moyſemque* provocare non deſtitit. [y] Miſſi demum a *Moyſe* in *Chananæam* exploratores decem: qui poſt dies 40. reverſi, cum terrore ac diffidentia populi animos impleſſent, fruſtra obnitentibus *Joſue* & *Calebo*, qui & ipſi exploratum iverant, rem ad ſeditionem vocarunt.

v Exhod. ult. 15.
x Num. 12.
y Num. 13.

[z] Ob id *Chananææ* terræ aditu prohibiti, ac retro per *Arabiæ* deſerta circumducti ſunt; donec rebelles omnes ſuo quiſque fato conſumpti ſunt, duobus ſolis e tanta multitudine, qui in fide manſerant, relictis, *Joſue* & *Calebo*. Ergo unde quadraginta circiter annis in illa ſolitudine *Nomadum* more vagati ſunt. Qua in peregrinatione perpetuæ in Deum *Moſemque* contumaciæ graves pœnas dederunt. [a] In primis *Core*, *Datan*, & *Abiron* nefariæ defectionis auctores, ſubito dehiſcente terra, cum ſuis familiis abſorpti, ac 250. ex ea factione thus adolentes, cæleſti flamma deuſti ſunt: eodemque mox incendio correpta millia quattuordecim ac ſeptingenti ceteris exemplo fuerunt. Complures quoque diuturni erroris tædio *Moſi* obtrectantes, igneorum morſibus anguium extincti ſunt. [b] Ceteris, ne eamdem necem incurrerent, *Moyſes* ænea ſerpentis effigie ſublata conſuluit. Hæc anno ab exitu quadrageſimo geſta ſunt. Quo [c] *Aaroni* ſummo Sacerdoti mortuo ſuffectus eſt ejus filius *Eleazarus*. *Seone* poſt hæc *Amorrhæorum* & *Ogo Baſanis* Rege devictis, *Balac Moabitarum* Rex, adjunctis ſibi *Madianitis*, non tam aperto Marte, quam artibus *Hebræos* oppugnavit, conducto ad exſecrandum ariolo *Balaamo*. Sed infauſtam precationem divinitus verſis ejus carminibus, eleganti ſpecie puellas, eodem hortante *Balaamo*, Rex *Iſraelitis* obtulit,

z Num. 14.
a Num. 16.
b Num. 21.
c Num. 20.

ut

[1] *Moyſes*] Exteris Scriptoribus minime ignotus fuit hic Judæorum Legiſlator, Vide quæ de eo congeſſit *Hugo Grot. de Verit. Relig. Chriſt. lib.* 1. §. 16. & *in notis*.

(2) *Inſecutus eſt Pharao*]. ſcilicet *Amenophis*. s. *Rameſſis Miamum* filius pater *Sethoſis*, juxta *Uſſer. Ann. U T. ad A. P. I.* 3203. *Perizonius Amoſim* fuiſſe putat primum *Dynaſtiæ* 18. *Manethonis*, vid. *Ægyp. Orig. Inveſt. c.* 18.

A. 3184. Per. Jul. ad 3701. ut hac eos illecebra caperet. [a] Quo tempore *Phinees*
Eleazari filius pietate in Deum ardens principem vi-
a Num. 25. rum una cum ſcorto ſub omnium confodit oculis,
eoque facto perpetuum ſibi ſacerdotii decus, populo
delicti illius gratiam impetravit.

b Deut. 34. [b] Anno ab exitu quadrageſimo, menſe undecimo
exeunte, *Moyſes* in monte *Nebo*, qui e *Moabitis* campe-
c Ante Ch. 1491. ſtribus aſſurgit, diem obiit, [c] anno ætatis 120. Huic
ſuffectus eſt *Joſue* filius *Nun*, e tribu *Ephraim* qui po-
pulum, ſiccato *Jordanis* alveo, in *Chananæam* tradu-
d Joſue 4. 19. xit [d] decima die menſis primi, qui eſt *Niſan*, quæ in
Aprilis 6. incidit. Exinde arma circumferens, oppi-
da quamplurima cum eorum incolis ferro flammiſ-
e Joſ. 6. que conſumſit, [e] ab *Hierichunte* orſus; cujus urbis
mœnia, circumlata ſeptem diebus Arca, ad extre-
mum clangorem buccinarum, ac vociferatione mi-
f Joſ. 10. litum in plana ſubduxit. [f] Quinque regulos *Gabao-
nem*, quæ *Hebræis* deditionem fecerat, oppugnantes
repente irruens in fugam egit: ad quos perſequendos
penituſque delendos, quo plus haberet ſpatii, So-
lem Lunamque diei unius intervallo juſſit conſiſtere.
g Joſ. 12. Denique [g] uno & triginta debellatis Regibus, ac ſex
totis annis majori ſubacta *Palæſtinæ* parte, eam *He-
bræorum* diviſit in tribus circa annum ante *Chri-
ſtum* 1486.

CAPUT VI.

Reliqua ſacræ hiſtoriæ ad Templi conditum; quibus tam Judicum *geſta*, *quam* Saulis *ac* Davidis *&* Salomonis *continentur*.

Joſue. Vid. part. 2. l. 2. c. 6. h Joſ. ult. JOſue poſt annos a *Moyſis* obitu quatuordecim vi-
ta functo, ætatis [h] 110, Seniores Rempublicam
adminiſtrarunt annis circiter decem: quibus deinceps
reliqui ſucceſſerunt [1] eo ordine ac tempore, quæ
in Parte hujus operis altera propoſuimus. Res au-
tem a ſingulis, vel ſub eorum præfectura geſtas ube-
rius exſequi inſtituta hoc in opere brevitas vetat.
i Jud. 1. Quare paucis iſtis contenti erimus. [i] Subinde poſt
obitum *Joſue*, *Judæ* tribus *Adonibezecum* Regem *Cha-
nanæum* vicit prœlio, & in fuga comprehenſo, ma-
nuum ac pedum extrema præcidit: pari in eum di-
vinitus conſtituto ſupplicio, ac ſeptuaginta ante
Reges affecerat. Aliæ poſtea tribus civitates alias
partim cœperunt, partim ſtipendiarias fecerunt; non
ſine offenſione Numinis; a quo omnis cum illa gen-
te conditio prorſus erat interdicta.

Michas. *Michæ*, ac *Danitarum* hiſtoria quæ *Jud.* 18. per-
ſcribitur, ſub illis Senioribus, qui *Joſue* ſucceſſerunt,
accidiſſe videtur; cum *Jonathan Moyſis* nepos, ejuſ-
que filii Sacerdotes a *Danitis* electi eodem loco di-
cantur.

Per idem tempus bellum quoque civile conflatum
Gabaonitæ. eſt ob ſtupro violatam a *Gabaonitis*, qui de tribu
Beniamin erant, *Levitæ* conjugem. Quod flagitium
reliquæ tribus acerrime vindicarunt; *Beniaminitis* qui
pro tribulibus ſuis in armis ſtabant, prope occidio-
ne cæſis tertio prœlio, cum duobus ante victores in
acie fuiſſent. Ideo, quo dixi, tempore contigiſſe fi-
k Joſue 20. 21. dem facit, [k] quod *Phinees Eleazari* filius, *Aaronis* ne-
pos, ſacris tum præfuiſſe legitur.

Exſtinctis Senioribus illis, qui utcumque Dei po-
pulum auctoritate ſua continebant, patria deſtitu-
l Jud. 3 ta Religione, [l] & ipſe a Deo deſtitutus, ab *Chuſa-
no Meſopotamiæ* Rege octo annorum ſervitute premi-
tur: ut cujus ſecundis ſuis rebus obliti erant per ad-
verſa meminiſſent Dei. Reſipiſcentibus vindex aſſer- A. 3184. Per. Jul. ad 3701.
torque datus eſt *Othoniel* anno ante *Chriſtum* 1459. Othoniel
qui oppreſſo *Chuſano* partam populo ſuo libertatem
[2] annis 40. moderatus eſt. Eo vita functo pari ad
nefariam ſuperſtitionem & ſervitutem gradu redie-
re. Hanc enim ſub *Eglone Moabitarum* Rege annis
duodeviginti pertulerunt: donec anno Periodi *Ju-
lianæ* 3313. *Eglone* ſublato lucem rebus attulit *Aodis*
Judicis virtus, qui longiſſimo tempore, annis ſcilicet
80. præfuit.

Anno ante *Chriſtum* 1301. [m] *Iſraelitæ* poſtquam ab m Jud. 4. & 5.
Jabino Chananæorum Rege viginti annis oppreſſi ſunt, Jabin.
reconciliato ſibi Numine, jugum excutiunt. Victo-
riæ partæque libertatis artifices fuere mulieres duæ;
Debora Prophetiſſa, quæ *Baracum Nephthalitam* ad bel- Debora.
lum capeſſendum acuit: & *Jahel*, quæ *Siſaram* ex
acie profugum tabernaculo excepit, ac ſopitum im-
pacto per tempora clavo trucidavit.

[n] Mortua *Debora* rurſus in priſtina ſcelera cultuſ- n Jud. 6. & 7.
que dæmonum *Hebræi* relapſi ſunt. Ob id *Madianitis*
in ſervitutem traditi: quibus cum annos ſeptem ſer-
viſſent, anno mundi 2730. [o] per *Gedeonem* in liber- o Ante Ch. 1254.
tatem aſſeruntur. Qui juſſu Dei trecentis omnino Gedeon.
delectis, eos tubis ac fictilibus laguntulis inſtruxit.
Producti in aciem, cum lagenas, quibus faces erant
incluſæ, comploſiſſent, & eodem omnes tempore tu-
bis ceciniſſent, territi hoſtes mutuam in cædem rue-
runt.

[p] *Gedeone* poſt annos 40. mortuo tyrannidem oc- p Jud. 9.
cupat *Abimelech* ejus filius, *Sichimitarum* opibus ad-
jutus; qui regnum per nefas partum firmare parrici-
diis agreſſus, 70. fratres ſuos crudeliſſime mactavit;
ipſeque triennio per ſummam impotentiam ac ſævi-
tiam exacto, poſtremo dum *Thebes* oppido capto,
turrim illius obſidet atque incautius ſubit, ſaxo ab
muliere capiti ejus illiſo, armigero ſe jugulandum
præbuit.

[q] Interjectis aliquot Judicibus, qui nihil dignum q Jud. 11.
memoria geſſerunt, illuſtris habitus eſt *Jephte*, vir Jephte.
ut obſcuro genere [nam ſcorto natus eſt] ita ſtre-
nuus ac manu promptus. Quem cum latronum tur-
ba vagantem *Iſraelitæ*, qui *Galaaditidem* incolebant,
Ammonitarum oppreſſi jugo, ducem ſibi ſumpſerunt.
Hic cum hoſte pugnaturus vovit, ſe, quidquid do-
mum ſibi poſt victoriam redeunti ex ea primum oc-
curriſſet, Deo immolaturum. Damnatus voti, quam
primam in occurſum habuit, unicam filiam macta-
vit. Id evenit anno ante *Chriſtum* 1166. duodevi-
ginti circiter poſt *Trojanum* excidium, decem amplius
poſt interfectam ſimiliter ab *Agamemnone* filiam; niſi
hæc fabula potius ſit ad veræ illius hiſtoriæ confi-
cta ſpeciem.

[r] Anno ante *Chriſtum* 1135. judiciariam functio- r Jud. 14. & ſeq.
nem iniit *Samſon*, heroica vir fortitudine, ad [3] Samſon.
Palæſtinorum comprimendam tyrannidem a Deo ſub-
miſſus. [s] Natus hic matre ſterili Deoque conſecra- s Jud. 14.
tus ex utero, comam ex [t] *Nazaræorum* lege pro- t Jud. 14.
miſſam habuit; indeque tantum ei divinitus robo-
ris datum eſt, ut obvium in itinere leonem quaſi
hœdum manu diſcerperet. Uxorem e *Palæſtinorum*
gente duxit, quæ cum, eo abſente, collocata eſſet
alteri, hac offenſus injuria, graſſari in illos hoſti-
li more ſtatuit. [v] Trecentis primum captis vulpibus, v Jud. 15.
& ad earum caudas invicem junctas illigatis facibus
ſuccenſiſque cum eas dimiſiſſet, late per maturas ad
meſſem ſegetes incendium ſparſit. Hinc a *Palæſtinis*
poſtulatus ad ſupplicium, & ab *Hebræis*, qui tum
illo-

[1] *Eo ordine ac tempore*) Circa durationem iſtius periodi ab exitu Iſraelitarum ex Ægypto uſque ad jacta fundamenta templi Salomonici, Vid. *loc. ad margin. citat.* præcipue vero annotata ad *cap.* illud *6. lib. 2. part. 2.* ubi emendatur Auctoris noſtri Chronologia & eventus hic narrati accuratius diſponuntur.

[2] *Annis 40. moderatus eſt*) immo 40. anni effluxerunt ab eo anno quo quies regioni a Joſue data fuerat *Joſ.* 14. *v.* 10. ad eum quo ab *Othoniele* reſtituta fuit. Vid. *loc. cit. not. præc.*

[3] *Palæſtinorum*) Aliter Philiſtinorum Heb. Pheliſchtæorum, Heb. פלשתים Pheliſchtim.

[A. 3184. Per. Jul. ad 3701.] illorum imperio tenebantur, deditus, ruptis repente vinculis, arrepta, quæ forte jacebat, aſini maxilla, mille hoſtium mactavit. [a] [a Jud. 16.] Quin & *Gazæ* occluſis portis interceptus, earum unam cum elauſtris ac poſtibus revulſam humeris comportavit io propinqui montis verticem. Poſt hæc & ſimilia inauditi roboris exempla, mulierculæ captus illecebris, & ab ea *Palæſtinis* proditus, inde excæcatus & ad ludibrium productus concuſſis utraque manu columnis, quibus ea domus ſuſtinebatur, in quam frequentes proceres ad epulas ac ſpectaculum confluxerant, eadem ſe & illos ruina ſepeliit anno viceſimo quam Judex eſſe cœperat.

Mortuo *Samſone* circa annum ante *Chriſtum* 1115. [b 1. Reg. c. 1. & ſeq. *Heli.*] [b] *Heli* Pontifex Judicis titulo populum gubernavit (1) annis viginti. Nam priores totidem cum *Samſone* communes habuit, ut alio loco ex inſtituto docui. [lib. 2. c. 6. part. 1. *Samuelis ortus.*] Utroque Rempublicam adminiſtrante, hoc eſt anno *Samſoni* ſecundo, ante *Chriſtum* 1134. natus videtur *Samuel*, patre *Elcana*, ex poſteris *Caat*, *Leviticæ* tribus: uti [c] [c Paral. c. 6.] Scriptura demonſtrat. Quem votis ac precibus impetratum adeo mater *Anna* pia fœmina templi miniſteriis addixit. Per hunc fruſtra monitum *Heli*, uti graſſantem ad ſacrorum injuriam filiorum ſuorum libidinem coerceret, tandem ſevere ultus eſt Deus. [d 1. Reg. 4.] [d] Victi ingenti acie a *Palæſtinis Hebræi*: Arca, quam ad ultimum ſubſidium in Caſtra portaverant, ab hoſte capta: ambo Pontificis filii cæſi: pater ipſe, nuntio tantæ cladis accepto, e ſella corruens ſubito eſt exſtinctus.

[e Ante Chr. 1095.] [e] Exinde *Samuel* ætatis agens quadrageſimum circiter annum, populi curam capeſſit; cui quidem & *Sauli* annos quadraginta liber [f] [f Act. 13. 20.] *Actorum* imputat: e quibus *Sauli* duodecim, reliquos ſoli Prophetæ ex conjectura tribuimus. Ut rempublicam attigit *Samuel*, ſtatim converſa rerum facie, in melius omnia ceſſerunt. [g 1. Reg. 6.] [g] Arca ſeptem apud *Palæſtinos* morata menſibus, eum quocumque portaretur, luem ac perniciem ſpargeret; ad *Iſraelitas* remiſſa, annis viginti *Cariathiarimis* conſedit. [h 1. Reg. 7.] [h] poſt id tempus ſub annum mundi 2909. ſollemni apud *Maſpham* populi conventu habito, *Samuel* fœdus cum Deo redintegrevit. Conciliati Numinis index inſignis ſubinde contra *Palæſtinos* victoria fuit: quos ſuperiorum bellorum præmiis exutos ſuis ſe continere finibus Propheta compulit.

[i Ante Ch. 1067.] [i] Poſt id tempus populus libertatis nimiæ pertæſus, [k] [k 1. Reg. 8.] ſub Rege deinceps eſſe voluit, quem & impetrevit, [l] [*Saul.* l 1. Reg. 9.] *Saule Cis* filio ex tribu *Beniamianica* divino priuſquam humano ſuffragio ad hoc faſtigium evecto. [m] [m 1. Reg. 11.] Ab eo *Jabenſes Galaaditæ* præſenti erepti diſcrimine, *Naaſo Ammonitarum* ſuperato Rege, qui deditionem ea conditione eogebat facere, dextros ut omnibus oculos erueret. Ab *Ammonitis* in *Palæſtinos* [n 1. Reg. 14.] arma convertit: [n] qui tum *Hebræis* dominabantur, quos audaci *Jonathæ* filii facinore conſternatos toto campo cecidit, tanto id quidem ardore, ut ne guſtandi quidem cibi poteſtatem euiquam ſub mortis interminatione faceret. Cujus edicti *Jonathas* ignarus, eum ſumma virga paullulum ſilveſtris mellis ori admoviſſet, ab irato patre damnatus inſons, deprecante populo vix eſt ereptus. Idem vero paullatim mutatis moribus, dum divinis mandatis privatam libidinem antiquiorem habet a Deo rejectus eſt: [o] [o 1. Reg. 16. 13.] eique ſucceſſor ex tribu *Judæ* deſtinatus eſt *David Iſai* filius. Quem anno fere ætatis 22. clanculum inunxit *Samuel*, anno ante *Chriſtum* 1063. ut proinde circiter anno ante *Chriſtum* 1085. videatur in lucem editus.

[p Anno ant. Chr. 1057.] Poſt annos inde ſex [p], obiit Propheta *Samuel* biennio ante *Saulem*, uti *Clemens Alexand. Strom.* 1. refert. [A. 3184. Per. Jul. ad 3701.]

[q] *Saul* anno regni duodecimo, cum *Palæſtinis* dimicans, [r] cum *Jonathane* filio cecidit. [q 1. Reg. 31.] Cujus in *Dagonis* templo ſuffixo capite, corpus pro mœnibus ſuſpenditur. [r Ante Chr. 1055.]

[s] *David* utriuſque necem lacrymia ac luctu proſecutus regnum capeſſit; [s 2. Reg. 1.] quod in tribules ſuos primum tenuit [t] annis 7. menſibuſque ſex, cum apud [*David.*] *Hebronem* ſollemni ritu ac frequentibus comitiis inunctus eſſet, anno ætatis triceſimo. [t 2. Reg. 5. 4. & 5.]

[u] Interim *Isboſeth Saulis* filius reliquas in tribus [u 2. Reg. 2. 8.] imperium cepit. Nec finis ambos inter affines bellorum plus quam civilium fuit; illo paternum jus regni, iſto divinum beneficium armis vindicante: ſed divinis tandem humana præſidia ceſſerunt. [x] Octavo, [x 2. Reg. 4. & 5.] quam patri ſucceſſerat, anno domi ſuæ per ſummum ſcelus a ſicariis oppreſſus *Isboſeth*, ſolidam *Davidi* regni poſſeſſionem reliquit.

[y] Anno ante *Chriſtum* 1047. conventu totius *Iſraelitici* nominis habito, [y 2. Reg. 5.] *Hebrone* denuo Rex inauguratus eſt *David*, bellica virtute vir ac geſtis rebus illuſtris, ſed pietate præſtantior. Prima illi rudimenta ſub *Saule* Rege fuerunt; [z] cui egregiis moribus ac memorabili facinore conciliatus, [z 1. Reg. 17.] quo occiſo *Goliatho*, egregiam de *Palæſtinis* victoriam adeptus eſt, regiam affinitatem meruit, [a] ducta *Michole Saulis* filia. [a 1. Reg. 19.] Sed vehemens hic amor momento in odium invidiamque vertit. [*Davidis calamitates.*] Quæſitus ad necem ſæpius, ac per deſerta loca & per abrupta montium ac ſpeluncas feræ in modum latebras captans, ægre hoſtiliter inſequentis ac curioſe omnia perſcrutantis ſoceri ſedulitatem eluſit. Nec ſemel, eumdem cum in poteſtate haberet, interficere noluit. Per hæc tolerantiæ ac manſuetudinis exempla annis 7. (ut conjicimus) exactis, mortuo (ut ſupra dictum eſt) *Saule*, in tribules primum ſuos, [*Rex fit Judææ.*] inde in reliquos poſt necem *Isboſethi*, ſine competitore principatum obtinuit.

Quem ut adeptus eſt, [b] *Sionis* arcem, pulſis inde [b 2. Reg. 5. 7.] *Jebuſæis*, expugnavit, ibique regiam conſtituit.

[c] Anno vero ante *Chriſtum* 1045. ex ædibus *Aminadab* & oppido (2) *Gabaa* Arcam tranſtulit; [c 2. Reg. 6.] quæ dum in *Sionem* portatur, *Ozia*, quod eam temere tetigiſſet, repente mortuo, territus *David* in domum *Obededom Gethæi* illam avertit; indeque poſt menſes tres in *Sionem* magna pompa detulit.

[d] Sub annum ante *Chriſtum* 1039. qui decimus ſeptimus a *Saulis* obitu numeratur, *Davidis* adulterium [d 2. Reg. 11.] ac cædes innocentis *Uriæ* contigiſſe videtur, *Ammonitico* bello. Anno vero ſequenti natus eſt ex *Bethſabee* legitima jam uxore [e] *Salomon*, [f] [e 2. Reg. 12. 24.] eodemque *Ammonis* inceſtus eum ſorore *Thamar* accidit. [f 2. Reg. 13.]

[g] Poſt bienniam vero, *Amnon Abſalomi* fratris uterini *Thamaris* inſidiis inter epulas occiditur. [g 2. Reg. 13. 23.]

Anno porro [h] quadrageſimo quam Rex *Saul* factus [h Cap. 15. 7.] eſt, ab ejus morte ſeptimo & viceſimo impius *Abſalom Davidem* patrem *Hieroſolymis* ac regno expulit; [*Abſalom.*] occupataque regia, fœdiſſimo ſtupro paternas concubinas polluit. Sed paullo poſt prœlio victus, dum per avium ſaltum præcipiti in fugam mulo vehitur, patulæ quercus & condenſæ ramis implicato capite ſuſpenſus hæſit. Coma, quam ad decorem prolixam gerebat, pependiſſe auctor eſt [i] *Joſephus*, [i Lib. 7. c. 9.] haud probabili commento. Hærentem, uti credibilius eſt, collo juvenem *Joabus Davidicus* dux exercitus triplici jaculo confodit.

[k] *David*, quod regni ac vitæ reliquum fuit in ſecundis rebus & otio tranſacto, [k Lib. 3. Reg. c. 1.] demum ſenio ac laboribus confectus, anno regni ſui quadrageſimo, ætatis ſeptuageſimo, eum *Salomonem* in ſolio ſuo col- [*Salomon.*] locaſſet

(1) *Annis viginti*) hi auctoris calculi omnes fere erroris ſuſpecti emendantur. *loc. ſup. cit. Not.* 1.

(2) *Gabaa*) al. Guibha.

A. 3184. Per. Jul. ad 3701.
[a] 3. Reg. 2.
[b] 3. Reg. 3.

locaſſet, moritur. Erat tum *Salomon* natus annos circiter 23. cujus initium competit in annum ante *Chriſtum* 1015. [a] Hic *Adoniæ* fratri novarum rerum ſuſpecto vitam eripuit. [b] *Pharaonis Ægypti* Regis filiam in matrimonium accepit. Deo per viſum apparente ſibi, & cujus vellet rei optionem dante, cum ſapientiam opibus ac ceteris omnibus antepoſuiſſet, non illam ſolum quam petierat, ſed reliqua inſuper, quæ neglexerat, votis majora ab eodem obtinuit.

CAPUT VII.

De vetuſtis Græcorum *originibus, quas ſpatium illud amplectitur, quod ab exitu* Iſraelitarum ad Salomonis *quartum annum pertinet: ac de triplici* Græcorum *genere*, Æolico, Dorico, *&* Jonico, *qui ab* Hellene Deucalionis *filio procreati*.

HOc intervallum vetuſtiſſimæ *Græciæ* origines illas amplectitur, quarum qualemcumque veritatem ſic Poetæ mendaciis ſuis obruerunt, ut ea dijudicari modo nequeat. (1) Adhibenda tamen a nobis opera eſt, ut quæ ex idoneis antiquitatis teſtibus afferri utcumque repurgata poterunt, in ſui temporis ordinem vocentur. Et quoniam in *Græcis* fere rebus ac populis illuſtrandis labor iſte vertitur, de *Græcis* ipſis ac primis nominis illius generiſque divortiis par eſt dicere.

Ex Apollod. lib. 1. Diod. 4. Strab. 8. Pauſan. Conon. apud Phot. Cod. 186.

Græcum omne nomen ac genus ab *Hellene Deucalionis* filio propagatum in tria faſtigia dividitur: in *Æolicum* genus, *Doricum* & *Jonicum*. Stirpis auctor, ut dixi, *Deucalion* fuit, qui in *Theſſalia* ſedem ac regnum habuiſſe fertur. Hujus ætate diluvium in *Græcia* contigit: cujus tempus in nonnulla ſententiarum varietate poſitum, in annum ante *Chriſtum* 1529. conjicimus, tertium ab *Ægyptiaca* profectione: uti ſuo loco demonſtrabimus.

Part. 2. l. 2. c. 9.

Deucalionis ac *Pyrrhæ* filii duo fuere, *Hellen* & *Amphictyon*. *Amphictyon* pulſo *Cranao Athenis* regnavit. Ab *Hellene* (2) *Græci* Ἕλληνες vocati. Hic ex *Orſeide* filios tres genuit, *Æolum*, *Dorum*, & *Xuthum* [c]

[c] Conon apud Phot. Lib. 27.

Æolus natu maximus patri ſucceſſit, obtinuitque quidquid inter *Enipeum* & *Aſopum* fluvios interjacet. Ita præter *Theſſaliam*, *Locros* ac *Bœotiam* eſt adeptus. *Doro* ceſſit ea regio, quæ *Parnaſſo* ſubeſt, ubi *Boeum*, *Cytinium*, *Pindum* & Erineum condidit; ab eoque *Doris* regio nomen accepit. *Xuthus* natu minimus, quod paternas pecunias depeculatus eſſet, pulſus a fratribus, in *Atticam* profugit, ubi *Tetrapolim* condidit & *Erechthei* filiam *Creuſam* conjugem duxit.

Æolidarum ſtirpes.

Æolus ex *Enarete Deimachi* filia ſeptem mares ſuſtulit, fœminas quinque. Mares fuere *Critheus*, *Siſyphus*, *Athamas*, *Salmoneus*, *Deion*, *Magnes*, *Perieres*. Filiæ vero, *Canache*, *Alcyone*, *Piſidice*, *Calyce*, *Perimede*. *Crithеus* ex *Tyrone Salmonei* fratris filia *Æſonem*, *Amythaonem*, & *Pheretem*. *Æſonis* filius *Jaſon* fuit. *Amythaon Pylum* in *Peloponneſo* tenuit, ac *Melampodem* & *Biantem* genuit. *Melampus* ob *Præti* filias a furore liberatas regnum *Argis* cum *Biante* fratre a *Megapenthis* filio *Anaxagora* ſuſcepit. Et ex hujus filia *Iphianira Antiphaten*, *Manto*, *Biantem*, & *Pronoen* genuit. *Antiphate* nati ſunt *Oicles*, ſive, ut *Pauſanias* vocat, *Jocles*, & *Amphalces*. *Oicle* vero *Amphiaraus Amphilochi* pater & *Alcmæonis*.

A. 3184. Per. Jul. ad 3701.

Bias ex *Perone Talaum* ſuſcepit, *Adraſti*, *Parthenopæi*, & *Eriphyles Amphiarai* conjugis Patrem.

Pheres Admetum & *Lycurgum* procreavit: ex hoc *Opheltes* natus eſt, qui & *Archemorus*. Hi *Crithei* filii.

Siſyphus Corinthum condidit, & ex *Merope Atlantis* filia *Glaucum* genuit *Bellerophontis* patrem.

Athamas Bœotiæ regulus ex *Nephele Phryxum*, & *Hellen*; poſt ex *Ino Cadmi* filia *Learchum*, & *Melicerten* filios habuit.

Salmoneus in *Theſſalia* primum habitavit, poſt in *Elide*; cujus filia *Tyro*, antequam *Crithеo* patruo nuberet, *Peliam* & *Neleum* ex *Neptuno* peperit; Qui cum adoleviſſent, diſcordes inter ſe fuerunt. *Neleus* itaque *Meſſanam* fugit, atque ex *Chloride Amphionis* filia undecim mares ſuſtulit. Qui omnes, præter *Neſtorem*, ab *Hercule* interfecti ſunt. Filiam vero præterea *Pero*.

Pelias in *Theſſalia* regnavit, ex eoque nati ſunt *Acaſtus* & *Alceſtis* filia.

Dejon, *Phocidem* tenuit; cujus filii cum alii, tum *Cephalus* fuit *Procridis* conjux.

Magnetis filii *Polydectes*, & *Dictys Seriphi* incolæ. *Perieres* ex *Gorgophone Perſei* filia *Aphareum*, *Leucippum*, *Tyndareum*, & *Icarum* ſuſcepit.

Hactenus *Æolidarum* progenies ex *Apollodoro*. At [d] *Diodorus Siculus* præter iſtos *Æoli* filium refert alium *Mimantem*, qui fratribus in diverſa loca profectis, in *Æolide* regnavit. Hujus filius *Hippotes*, qui ex *Melanippe Æolum* genuit. Cujus filia fuit *Arne*, quæ ab *Neptuno* compreſſa, ob idque *Metapontino* cuidam a patre tradita, apud eum geminos peperit, *Æolum* avo cognominem & *Bœotum*. E quibus *Æolus* inſulas occupavit, quæ ab eo dictæ ſunt *Æoliæ*. *Bœotus* ad avum *Æolum* rediit, & in *Æolide* regnavit, *Arneque* condidit, ac *Bœotis* de ſuo nomen indidit.

[d] Lib. 4. p. 187. Græcæ edit.

Jonum ſtirps.

Xuthus vero, (nam de *Dori* ſtirpe nihil eſt memorabile ſcriptis proditum) *Hellenis* liberorum natu minimus, pulſus a fratribus in *Atticam* conceſſit: ubi ducta uxore *Erechthei* Regis *Athenienſium* filia, *Achæum* & *Jonem* filios habuit. *Achæus* cæde præter voluntatem facta, in *Peloponneſum* abiit, [ut auctor eſt *Conon* apud *Photium*] & in ea regione, quæ ab eo dicta eſt *Achaja*, [*Ægialea* ante vocabatur] *Tetrapolim* condidit. Inde *Athenienſium* & *Ægialenſium* auxilio, in *Theſſaliam* profectus, paternam poſſeſſionem recepit.

Jones Attici dicti.

Jon Athenis conſtitit, & ſi *Cononi* creditur, *Erechtheo* mortuo, ibidem regnum obtinuit, ab eoque *Attici* populi *Jones* appellati ſunt. Sed hoc ſolus iſte Scriptor aſſeverat, neque in *Atticorum* Regum catalogo ponitur *Jon*. Quin *Pauſanias* in *Achaicis*, *Erechtheo* mortuo ſcribit inter hujus filios de ſucceſſione exorta lite, *Xuthum Jonis* patrem & *Achæi* arbitrum ab illis eſſe captum. Qui cum *Cecropi*, tamquam ſeniori, regnum adjudicaſſet, ab hujus fratribus ſolum vertere coactus, (3) in *Ægialum*, quæ tum erat *Achaja*, ſeſe recipiens, ibi diem obiit. De *Jone* quoque refert idem *Pauſanias*, eum in *Achaja* (quo ex *Attica* fugiſſe

giſſe

(1) *Adhibenda tamen a nobis opera eſt*) Fabulas plane redolent ea etiam quæ hic ab Auctore noſtro ut ex *idoneis teſtibus* afferuntur, & in iis luculenter apparet Græcorum ingenium heroes ſemper fingentium ad reddendam rationem nominum populorum & urbium quam a ſe ignorari fateri nolebant; ea igitur ut vera a cordato viro admitti nullo modo debent; Hæc tantum duo circa Græcorum origines certa habemus.

1 Paullo poſt diſperſionem hominum apud Turrim Babel ex Oriente in Græciam quoſdam homines, præſertim *Javanis* poſteros tranſiiſſe, Vid. *ſup. c.* 2. & *c.* 4.

2. A Phœnicibus ſeu Cananæis patria pulſis ab Iſraelitis duce Joſua præcipue repletam & cultam fuiſſe Græciam ab uſque in regionem hanc invectas artes & diſciplinas. Ipſi Græcorum annales ad hæc tempora tantum aſcendunt, & in veteribus nominibus populorum, urbium, heroumque Græciæ, præterea in Religione & diſciplinarum principiis aperta occurrunt Phœnicum veſtigia, ut jam pluribus oſtenderunt viri docti, inter alios *Bochart Can. de Phœnicum colon. lib.* 1. & 2.

(2) *Græci* Ἕλληνες *vocati*) De variis & antiquiſſimis Græciæ nominibus. Vid. *Palerm. Græc. Ant. lib.* 1.

(3) *In Ægialum quæ tum erat Achaja*) dicendum erat *in Achajam quæ tum erat Ægialus*, ut ex §. *præd.* & *Pauſania* initio Achaicorum obſervavit *Auct. præf.* hujuſce operis Edit. Lugd. Batav. A. 1710.

A. 3184. Per. Jul. ad 3701.

giſſe debuit) adverſus *Selinuntem* Regem bellum moliente, pactione nuptiarum conciliatum fuiſſe, accepta in matrimonium *Helice Selinuntis* unica filia; atque & ſocero ſucceſſiſſe, & *Jonas* ab eodem appellatos eſſe, qui prius *Ægialenſes* vocati. Poſtea cum *Athenienſes* inter & *Eleuſinios* bellum eſſet ortum, *Jonem* ab illis electum ducem ex *Achaja* veniſſe, & in *Attica* vitam finiiſſe. Hæc in *Achaicis Atticiſque Pauſanias*.

De Græcorum variis linguis.

Operæ pretium nunc eſt animadvertere, quæ ab illis auctoribus ſtirpis populorum per *Græciam* linguarumque facta ſint divortia. Nam populi fuere potiſſimum tres, *Æoles*, *Dores*, & *Jones*, quibus adjungi poſſent *Attici*, qui ſe indigenas & αὐτόχθονας eſſe gloriari ſolebant, niſi cum *Jonibus* in unum coaluiſſent.

Strabo lib. 8. init.

Strabo quidem ex quattuor *Græciæ* linguis, *Æolica*, *Dorica*, *Jonica*, & *Attica*, duas eſſe primigenias & ſinceras ait: reliquas ex corruptela & aliarum permiſtione factas. Priores ſunt *Dorica*, & *Attica*. Quæ autem *Æolica* & *Jonica* deinceps appellatæ ſunt, ax diverſorum generum commercio ab ſui cujuſque proprietate deſciverunt. Nam priores ob id iocorruptæ manſerunt, quod ambæ illarum regiones, *Doris*, & *Attica*, propter aſperitatem & ſterilitatem minus exterorum migrationibus & coloniis opportunæ, eoſdem perpetuo incolas habuerunt.

Addit ſcriptor idem, populos omnes, qui extra Iſthmum arant in *Græcia*, exceptis *Athenienſibus*, *Megarenſibus*, & *Dorienſibus Parnaſſi* accolis, *Æolenſes* ad ætatem ſuam uſque nominatos eſſe. Sed & olim intra Iſthmum *Æolenſes* habitaſse. Quibus cum *Jones* ex *Attica* profecti & *Dorienſes* e *Doride*, poſtmodum immiſti ſunt. Hos enim *Heraclidæ* ſecum in *Peloponneſum* reduxerunt. Sed cur reductos ab *Heraclidis* in *Peloponneſum Dorienſes* aſserat *Strabo*, non ſatis video. Neque enim, perinde ut *Jones*, aut *Æoles*, prius ibi ſedem habuerant, quod equidem legerim. At idem Auctor *lib. 9.* ſcribit *Dorienſium* Regem *Æpalium* ab *Hercule* reſtitutum in regnum, in ejus rei gratiam *Hyllum Herculis* filium adoptaſse ac ſucceſsorem reliquiſse; indidemque profectos *Heraclidas* poſtea *Peloponneſum* occupaſse. Ceterum *Jones* [ait [a] *Strabo*] ab *Achæis Æolenſis* generis ex *Ægialo* ſive *Achaja* facile pulſi ſunt. Unde ſola in *Peloponneſo* remanſerunt genera duo, *Doricum* & *Æolicum*.

[a] Strabo lib. 8.

Arcades porro & *Ælei*, qui in priſtinis ſedibus hæſere, illi quod propter montana regionis ac prærupta loca haud facile adiri poſſent, hi propter religionem, quod *Olympio Jovi* erant ſacri, *Æolice* locuti ſunt. Alii miſtam uſurparunt ex *Attica* & *Dorica*. Hæc *Strabo* initio octavi libei. Qui locus nonnihil apud Auctorem impeditus & corruptus legitur.

Horum omnium exacte computare tempora nullius eſt humani ingenii. Sic autem rudi Minerva delioeare licet. *Xuthus* a *Theſſalia* pulſus io *Atticam* ad *Erechtheum* Regem ſe contulit. *Erechtheus* autem regnare cœpit anno ante *Chriſtianam* æram 1400. fere *Deucalionis* diluvium circa annum ante *Chriſtum* 1529. ponitur. Ergo *Hellenes Græci* nominati, & io varios illos populos diſtributi ſunt decimo quinto ac decimo quarto ſæculo ante *Chriſtum*; ſub id tempus, quo *Iſraelitæ Palæſtina* poſſeſſione adita, ſub Judicibus eſſe eteperunt. Hoc velut eardine poſito, ſingulorum *Hellenis* poſterorum tempora, partim ax aliis certioribus hiſtoriis, quibus alligata ſunt, partim ex conjectura prudenter æſtimabimus; quod non eſt hoc loco neceſſe facere.

Petavii Rationar. Temp.

CAPUT VIII.

A. 3184. Per. Jul. ad 3701.

Mycenæorum *Regum, qui* Argivis *ſucceſſerunt, tempora, ac de* Inachidarum *deque* Perſei *ſtirpe quædam ad vetuſtatis notitiam ſcitu digna.*

ANTIQUISSIMAM Regum familiam, quæ *Argis* imperavit, in *Acriſio* terminat *Euſebius*, indeque traoslatum ait a *Perſeo Mycenas* regnum; quam ille urbem condiderat. Sed *Argis* interea non minus regnatum eſt. Nam poſt *Acriſium Megapenthes Præti* filius, *Talaus*, & *Adraſtus* in ea urbe principatum tenuerunt. Ac *Megapenthi Talaus* ſucceſſit; quo mortuo, *Adraſtus* ejus filius, *Argis* relictis, *Sycionem* migravit, ibique cum annos aliquot regnaſſet, *Argos* repetiit: ubi & *Tydeum* ac *Polynicen* profugos excepit. Sane quo tempore *Mycenis* regnabat *Agamemnon*, *Diomedes Tydei* filius *Argis* dominabatur, ut *Euſtathius* obſervat *ad Iliad.* 1. & ad hunc verſum:

2. Par. l. 1. cap. 8.

Vid. 9 de Doct. Temp. c. 16. & 18.

Ἡ μετέρῳ ἐνὶ οἴκῳ ἐν Ἄργεϊ τηλόθι πάτρης.

Ut ad *Mycenæos* tranſitum faciamus, explicandum hic arit *Perſei* ſtemma, quo cum pleræque res *Græcorum* illius ætatis implicantur. Sed altius origine repetita, atiam *Agenoridarum* ſiva *Cadmidarum* ſtirpem recenſebimus, *Apollodorum* maxime ſecuti. *Inachus* filiam *Jonem* habuit. Ea io *Ægyptum* profecta ex *Jove Epaphum* genuit *Ægypti* Regem: cujus ex filia *Libya* & *Neptuno* gemini nati ſunt, *Belus* & *Agenor*. Ita quidem *Apollodorus*; ſed oos (1) [b] *Pauſaniæ* libentius aſſentimur, qui *Jonem* banc non *Inachi* filiam, ſed *Jaſi* multis poſtariorem annis facit: quod & *Danai* ætas exigit. Præter hos duos, *Neptunus* ex *Libya* [c] *Buſirim* quoque genuiſſe proditur. Qui baud procul *Nilo* degens, latrociniis hoſpitumque cædibus inſamis eſt habitus, ſub id tempus, ut apparet, quo ex *Ægypto* receſſere *Judæi*. Redeo ad *Epaphi* filios, e quibus *Agenor* in *Phœnicem* abiit. (2) *Belus* in *Ægypto* regnavit, ac liberos ſuſcepit duos, *Ægyptum* & *Danaum*. Priorem *Belus* ad *Arabiam* obtinendam, poſteriorem in *Libyam* miſit. Poſtea cum *Ægyptus* mares 50. totidem *Danaus* filias procreaſſet, bie oraculo monitus ſibi ab uno e fratris filiis impendere necem, 50. remorum actuaria navi ſugit in *Græciam*: ubi mortuo *Sthenelo*, ejuſque ſucceſſore *Gelanore* pulſo conſenſu populi dalatum eſt *Danao* regnum. Id anno ante *Chriſtum* 1475. accidit, triennio poſt obitum *Joſue*. Ab eo ferunt *Argivos* appellari *Danaos*. Poſt *Ægypti* filii, cum *Argos* veniſſent, a *Danaidibus* ſponſis ſuis ioterfecti ſunt, uno excepto *Lynceo*, qui *Danao* ſucceſſit. *Lyncei* exordium capit annus ante *Chriſtum* 1425. Quare paullo anta bunc cædes illa facta ſit oportet. *Lynceum Abas* filius excapit. Huic gemina ſoboles contigit, *Prætus*, & *Acriſius*: quorum ille prior *Argis* regnaſſe perbibetur ab *Euſebio*. Sed [d] *Pauſanias Corinthiacis* ambos ait paterоum regnum ita partitos eſse, ut *Acriſius Argos*, *Prætus Tyrinthem*, *Midiam* & *Heræum* obtineret. [e] *Apollodorus* ambos illos fratres, poſt patris *Abantis* obitum, da regno contendiſse memorat; ae victorem *Acriſium Argis* hæſiſse; *Prætum* in *Lyciam* ad *Jobatem* ſugiſse; cujus filiam *Sthenobœam*, aut, ut *Homero* placet, *Antiam* duxit. Inde ſoceri auxilio fretum, in *Peloponneſum* rediiſse, ac *Tyrinthem* occupaſse. Huic vero adverſatur *Euſebius*, qui *Prætum* in *Argivorum* Regum ſerie collocat anta *Acriſium*. Quare interjecti illius anni 17. in *Abantem* aut *Acriſium* reſundendi ſunt. Hic

Apollod. lib. 2.

Belidarum ſtirps

[b] Pauſ. Corin. p. 58.

[c] Euſeb. Apol. l. 2.

Danaus a quo Danai.

[d] P. 58. & vide 9. de Doct. Temp. c. 18.

[e] Apollod. 2.

(1) *Pauſaniæ libentius aſſentimur*) revera inter Inachum & Danaum multo majus temporis ſpatium interceſſiſſe quam ſupponit *Apollodorus*, liquet ex *dictis ſup. cap.* 4.

(2) *Belus in Ægypto regnavit*) Vid. *ſup. cap.* 3. *Not. ult.* Ceterum non tam ex Ægypto quam ex Phœnicia veniſſe antiquos illos Græciæ heroes fuſe probavit *Bochart. Can. lib.* 1. Ad Ægyptios vero potius quam Phœnices originem ſuam referre maluerunt Græci plurimi quod nobilior iis videretur hæc origo & Ægyptus majoris eſſet nominis quam Palæſtina.

A. 3184. Per. Jul. ad 3701.

ille *Prœtus* eſt, ad quem *Bellerophon Glauci* filius ſextus a *Deucalione* confugit ob patratam cædem; & ab *Sthenobœa* ſollicitatus ad ſtuprum, cum ei morem gerere noluiſſet, in crimen adductus, [a] ad *Jobaten* miſſus eſt in *Ciliciam*, ubi cum *Chimæra* conflixiſſe fingitur. Quæ res commode cadit in annum ante *Chriſtum* 1360. *Aode* judiciarium munus apud *Hebræos* exercente.

[a] Apollod. 2.

Perſeus. *Acriſio*, ut opinor, regnante, naſcitur ex ejus filia *Danae Perſeus*: quod anno ejus ſecundo, ante *Chriſtum* 1343. conſentanee ponitur. Idem periculis perfunctus iſtis, quæ ex fabulis ſunt notiſſima, circa annum ætatis, ut eſt conjectura, quintum & viceſimum, cum copiis profectus in Orientem, ea geſſit apud *Cepheum*, quæ Poetarum celebrata ſunt verſibus: atque *Andromedam* conjugem habuit. Ea eſt *ϛρατεία Perſei*; quam ex antiquis Chronologis *Clemens Alexandrinus* annis ante *Trojanam* cladem quattuor & triginta poſuit, (1) errore manifeſto; quem paucis ante paginis altera ab eodem inſtituta temporum putatio refellit. Enimvero cum *Acriſius* a *Perſeo* nepote per imprudentiam occiſus eſſe dicatur, obierit autem [b] *Acriſius* exactis in regno annis 31. circa annum ante *Chriſtum* 1312. vel 1311. eodem quoque *Perſeus* in *Græcia* fuerit oportet una cum *Andromeda* conjuge, atque adeo quinque circiter aut ſex annis antea illam ipſam liberarit. Etenim *Acriſio* regnante probabilius eſt, quam privato, natum eſſe *Perſeum*, neque triceſimum ætatis annum exceſſiſſe, cum *Acriſium* occidit. [c] Quo interfecto, *Argis* habitare non ſuſtinens, cum *Megapenthe Prœti* filio patruele ſuo permutavit imperium; ac *Tyrinthe*, quam obtigiſſe *Prœto* ſupra docuimus, regnum conſtituit; quod in urbem a ſe conditam *Mycenas* poſtea tranſtulit. *Megapenthes* vero cum *Argis* aliquot regnaſſet annis, locum *Talao* dedit, ut ſuperius attigimus.

Clementis error Strom. 1.

[b] Euſeb. Chron.

[c] Pauſ. Corinth. p. 58.

Perſei filii. *Perſeus* itaque circiter anno ante *Chriſtum* 1312. regnare eſt orſus, primum apud *Tyrinthem*, deinde *Mycenis*. Qui præter *Perſen* apud *Cepheum* ſocerum relictum, a quo *Perſæ* nominati, filios ex *Andromeda Mycenis* genuit, ſex, *Alcæum*, *Sthenelum*, *Helam*, *Meſtorem*, *Electryonem*, & filiam *Gorgophonem*, quam *Perieri*, *Æoli* filio, *Hellenis* nepoti, nupſiſſe paullo ante ſignificavi.

Alcæo & *Hipponome Menœcei* filia natus eſt *Amphitruo* & *Anaxo* filia. Ex *Meſtore* & *Lyſidice* filia *Pelopis Hipothoe* genita eſt. Cujus ex *Neptuno* filius extitit *Taphius*, qui *Taphum* coluit urbem *Cephalleniæ*, populumque *Teleboas* vocavit. *Taphii* filius *Pterelas* fuit, quem *Neptunus* immortalitate donavit.

Electryo ex *Alcæi* filia *Anaxone Alcmenam* ſuſcepit, una cum maribus 9. & ſpurium ex *Midea Licymnium*. *Sthenelus* ex *Nicippe Pelopis* filia *Euryſtheum* genuit; cui in ſervitutem eſt addictus *Hercules*.

Inter initium regni *Perſei* & *Stheneli*, anni ſunt 58. Nam *Sthenelus* circa annum mundi 2730. iniit. Quo toto intervallo non videtur ſuperſtes fuiſſe *Perſeus*, ſi *Apollodoro* credimus. Hic enim *Mycenis* cum *Taphio* regnaſſe *Electryonem* ait. *Pauſanias* autem in *Corinthiacis*, *Mideæ*. Potuit idem & *Mycenis* & *Mideæ* regnare. Nam *Midea* & *Tyrus Mycenis* contributæ ſunt. Proinde in *Mycenæorum* Regum ſerie numerandi videntur (2) *Electryo* & *Taphius Perſei* filii, atque ante *Sthenelum* locandi: niſi eodem tempore plures ſimul regnaſſe velimus, quod tunc erat uſitatum, cum & oppidorum domini Reges appellarentur. Sane *Taphius* cum *Electryone* pariter ſceptrum tenuit. Cujus filii paterni regni portionem ab *Electryone* repoſcentes, orto jurgio, hujus liberos interficiunt: quos ut ulciſceretur *Electryo*, *Alcmenam* filiam *Amphitruoni* paciſcitur, ea lege, ut non eam ante contingeret, quam ab expeditione rediiſſet, quam contra *Teleboas* parabat. Sed cum *Electryonem* imprudens occidiſſet *Amphitruo*, pulſus a *Sthenelo* cum *Alcmena Thebas* ad *Creontem* profugit: a quo expiatus, contra *Teleboas* rem ex ſententia geſſit. Per idem tempus genitum *Herculem* ferunt; quod circa annum ante *Chriſtum* 1289. incidit. Quæ cum ita ſint, apparet *Mycenæorum* Regum catalogum haud ſatis ex fide ab *Euſebio* eſſe redditum. Nam *Perſeo* mortuo *Electryo* ante *Sthenelum* regnavit. Neque *Perſeus* annos 58. *Mycenis* præfuit, ut ex illius & *Pauſaniæ* deſcriptione olim ſtatuimus.

A. 3184. Per. Jul. ad 3701.

Herculis ortus.

Euſebius notatur.

Perſei poſteritate in *Euriſtheo* deficiente, *Mycenis* regnarunt *Pelopidæ* a *Pelope* filio *Tantali Phrygiæ* Regis oriundi, a quo *Peloponneſus* nomen eſt ſortita. Ex quo conjectari poſſit aliquis, toti illum *Peloponneſo* dominatum fuiſſe. Sed non eſt ita: nam in *Piſea* regnavit; & fortitudine ac ſolertia pleroſque peninſulæ illius incolas adjunxit ſibi, ut teſtatur [d] *Diodorus*. Hic e *Phrygia* trajecit in *Græciam*; & *Hippodamiam Oenomai* filiam fraudis potius, quam celeritatis in curſus certamine præmium abſtulit; quod ſub annum ante *Chriſtum* 1324. incidit, extremo Judicis *Aodis* tempore. [e] Hujus filii *Atreus* & *Thyeſtes* parricidalibus inter ſe odiis & inceſtis ſtupris clarum ſibi nomen apud poſteros fecere. *Thyeſtes* uxorem fratris *Aeropem* polluit. *Atreus* viciſſim epulandos illi filios ſuos dedit. Poſt *Thyeſtes* [3] *Pelopis* filiæ imprudens vitium obtulit, unde natus eſt *Ægyſthus*, qui *Atrei* filium *Agamemnonem* occidit. Hunc tamen *Apollodorus Pliſthene Atrei* filio ſatum, ut & *Menelaum* aſſerit; idque auctore *Heſiodo* confirmat *Euſtathius* ad primum *Iliados*, in hæc verba:

Pelopidæ.

[d] Diod. l. 4. p. 192.

[e] Hyg. F. 81. & ſeq.

Agamemnon.

Ἀτρείδης τε ἄναξ ἀνδρῶν.

Igitur *Mycenæorum* regnum a *Perſeidis* ad *Pelopidas* translatum, eo tempore deſitum eſt, quo *Heraclidæ Peloponneſo* potiti ſunt. De quo poſt agetur. Nam *Pelopidæ* cum *Perſei* ſtirpe affinitate juncti ſunt: ſiquidem ex *Nicippe Pelopis* filia *Sthenelus Euryſtheum* ſuſcepit, ut antea dictum eſt.

CAPUT IX.

De alia duplici Inachidarum *ſtirpe*, Agenoridarum, *&* Pelaſgorum, *deque* Cadmi *progenie.*

HActenus *Belidarum*, ſive *Danaidarum*, e quibus *Perſeidæ* fuerunt, genus deſcripſimus. Nunc *Inachidarum* ſtirps altera, quæ ab *Agenore* propagata eſt, perſtringenda paucis videtur. Eſt enim ad res antiquioris *Græciæ* cognoſcendas non inutilis hic labor.

Agenor. *Agenor* ex *Telephaſſa* filiam *Europam*, mares autem tres, *Phœnicem*, *Cadmum* & *Cilicem* genuit, ut *Apollodorus libro* 3. prodidit. Sed idem in *Phœnicia*, quæ eſt *Aſiæ* regio, liberos iſtos ab *Agenore* ſuſceptos indicat in 2. *libro*, in 3. vero, cum in *Europam* veniſſet: cui & conſentanee ſubjecit, *Phœnicem* ad quærendam ſororem cum *Cadmo* fratre miſſum, ea non inventa, in *Phœniciam* abiiſſe: quaſi inde eum pater

Vide Par. 2. lib. 2. c. 9.

non

(1) *Errore manifeſto*] incidit quippe clades Trojana in annum Per. Jul. 3530. ante Ær. Chriſt. 1184. *inf. c.* 11. quod tempus iſto longe eſt poſterius.

(2) *Electryo & Taphius Perſei filii*] fuit quidem Electryo Perſei filius, ſed Taphius illius pronepos ut paullo ante referebat ipſe auctor noſter. Obſervatus fuit hic error in *Præfat.* hujuſce operis edit. Lugd. Batav.

(3) *Pelopis filiæ*] lege *Pelopeja filiæ* imprudens &c. ex Thyeſte enim & Pelopeja Thyeſtis filia natus eſt Ægyſthus. Obſervatus etiam fuerat hic error in *Præfat.* hujuſce operis Edit. Lugd. Batav.

A. 3184. Per. Jul. ad 3701.

non miſerit. Igitur cum *Europam* rapuiſſet *Juppiter*, *Agenor* tres ad illam inquirendam filios deſtinat, quibus cum profecta eſt *Telephaſſa* mater. Exinde *Phœnix Phœniciam* occupat; *Cilix Ciliciam*. *Cadmus*, *Telephaſſa* matre vita functa, venit in *Græciam*, ac *Thebas* condidit, urbem patriæ, ut apparet, cognominem. Nam (1) *Ægyptius Thebis* oriundus *Agenor* videtur. Scribit apud *Photium* [a] *Conon Europam Phœnicis* fuiſſe filiam, (quod & *Apollodorus* refert) *Cadmum* vero, qui apud *Phœnicas* auctoritatis erat maximæ, ab eorum Rege miſſum in *Europam*, novas ut ibi ſedes conſtitueret, ſimulaſſe quærendæ ſocoris ſe gratia profectum, ac demum *Thebas* in *Bœotia* condidiſſe, de *Ægyptiarum* nomine ſumpto vocabulo; quod *Phœnices*, qui tum *Aſiæ* partem maximam obtinebant, ſedem imperii *Thebis* in *Ægypto* collocarant. Ex eo manaſſe fabulam, *Cadmum* ad *Europam* ſororem quærendam navigaſſe, qui ad occupandum in *Europa* domicilium veniſſet. Hæc *Conon*. [b] Scholiaſtes *Pindari* ſcribit, *Agenorem* in *Phœnicia* regnaſſe. Utcumque res habet, poteſt adventus in *Græciam Cadmi*, conditusque *Thebarum* imputari primis Judicum *Hebræorum* temporibus.

Cadmus.

a Conon. lib. 32. & 37.

b Nemea c. 10.

Cadmi Poſteritas

Bacchi ætas.

Cadmi ex *Harmonia* filiæ recenſentur, *Autonoe*, *Ino*, *Semele*, *Agave*: filius *Polidorus*. *Autonoe Ariſtæo* nupſit, *Ino Athamanti*, *Agave Echioni*. *Semele Bacchum* peperit. Cujus ortus competit in annum circiter ante *Chriſtum* 1354. *Aode Hebræorum* Judice. *Euſebius* vero confert in annum *Abraami* 628. qui eſt ante *Chriſtum* 1389. Sed nondum erat nata *Semele*. Ita *Phryxi* cum *Helle* ſorore fuga per idem tempus accidere potuit: [c] quos ambos *Nephele Athamanti* peperit. Hic vero cum *Inonem* deinde ſibi connubio junxiſſet, hujus artibus *Phryxus* & *Helle* neci a patre deſtinati in *Colchos* fugere coguntur: quo in itinere *Helle* in mare decidens huic de ſuo nomen reliquit: *Phryxus* quo intenderat pervenit, ac theſauros, quos ſecum exportarat, *Æetæ* Regi *Colchorum* reliquit. Aurei velleris arietem hunc fuiſſe, eoque pervectum in *Colchidem Phryxum*, ac prædivitem hanc pellem ibi aſſervatam eſſe carminum licentia Poetæ finxerunt. *Polydorus*, *Thebis* regnavit; & ex *Nicteide Nyctei* filia *Labdacum* genuit. Qui poſt *Pentheum* moriens *Lajum* filium anniculum reliquit. Ideo *Lycus Nyctei* frater (ambo iſti ex *Eubœa* venerant) regnum occupat. *Nyctro* filia erat *Antiopa*, quæ de *Jove* gravida, patris iram metuens, *Sicyonem* fugit ad *Epopeum*, eique nubit. *Nycteus* moriens *Lyco* fratri mandat, ut *Epopeum* ulciſcatur. Quem cum, capta *Sicyone*, occidiſſet, & *Antiopam* abduceret; ea in itinere geminos enixa eſt, *Zethum* & *Amphionem*, apud *Eleutheras Bœotiæ*: ubi a bubulco ſublati educatique ſunt. Interim *Antiopa* male ab *Lyco* ejuſque conjuge *Dirce* habita, clam evadens, a filiis jam adultis agnita eſt: qui occiſo *Lyco*, ac *Dirce* ad tauri indomiti caudam alligata necataque, *Thebis* potiuntur. *Lajus* ab iis pulſus in *Peloponneſum* abiit, & *Zethus Theben*. *Amphion Nioben* duxit *Tantali* filiam. Quibus omnibus exſtinctis, *Lajus* in regnum reſtitutus eſt, & *Jocaſtam* conjugem adſciſcit *Menœcei* filiam, e qua natus eſt *Oedipus*, cujus inceſtas eum matre nuptias, ac filiorum cædes mutuas Poetæ omnes ac theatra omnia perſonant. De *Thebarum* expugnatione paullo poſt. Reliquorum tempora, conſtituto anno adventus in *Græciam*, prudenter æſtimanda ſunt. Hæc *Apollodorus lib.* 3.

c Apoll. 1. Hyg. fab. 3.

Petavii Rationar. Temp.

A. 3184. Per. Jul. ad 3701.

Poſtremo ex *Europa* & *Aſterio Cretenſium* Rege, ut ſcribit [d] *Euſebius*; ut *Apollodorus*, ex *Jove*; *Minos*, *Radamanthus*, & *Sarpedon* orti ſunt. *Minoes* porro duos fuiſſe auctor eſt [e] *Diodorus*, alterum *Europæ* filium, (2) alterum nepotem.

d Euſeb. Chron.

e Diod. 4. p. 183.

Inachidarum ſtirps tertia.

Tertium ab *Inacho*, Poetarum & Hiſtoricorum prædicant litteræ *Pelaſgicum* genus. Nam *Pelaſgus Jove* & *Niobe*, *Phoronei* filia, *Inachi* nepte, natus dicitur. [f] *Pelaſgi Lycaon* filius 50. liberos habuit, qui omnes *Nyctimo* excepto, interfecti feruntur. [g] Habuit & *Calliſtonem* filiam *Lycaon*, e qua natus eſt *Arcas*. Hujus filii *Elatus* & *Aphidas*. Hic *Aleum* & *Stenobœam* genuit *Præti* conjugem. *Aleo* nati ſunt *Cepheus*, & *Lycurgus*, & *Auge* amborum ſoror: quæ ex *Teutrante Telephum Myſiæ* Regem peperit: *Lycurgi* filii memorantur, *Ancæus*, *Epochus*, *Amphidamas*, & *Idæus*. *Amphidamantis Melanion*, qui *Atalantam Jaſi* ſeu *Schœnei* filiam duxit, *Parthenopæi*, unius e 7. qui ad *Thebas* occubuerunt, ducibus, matrem.

f Dion. Halic l. 1. Apollod. 2. & 3.

g Hæc Apollod. lib. 3.

Ergo *Pelaſgi Arcades* fuiſſe videntur; qui *Peloponneſo* pulſi, in *Hæmoniam*, quæ *Theſſalia* eſt dicta poſtea, migrarunt, ducibus *Achæo*, *Phthio*, & *Pelaſgo*. Unde ſexta ætate a *Curetibus* & *Lelegibus*, qui deinde *Ætoli* ac *Locri* nominati ſunt, ejecti, pars in *Cretam* abierunt, pars *Cycladas* inſulas; alii *Heſtiæotidem* ad *Olympi* & *Oſſæ* radices; alii *Bœotiam*, *Phocidem*, & *Eubœam*; *Aſiam* & *Helleſponti* oram ac *Leſbum* tenuerunt alii. Complures in *Saturniam*, quæ eſt *Italia*, tranſmiſerunt, ſeque *Aboriginibus* adjunxerunt. Hæc *Dionyſius*; quibus & *Strabo* conſentit.

Strabo lib. 5. p. 153. Dion. Halic. l. 1. p. 14.

CAPUT X.

De Hercule, Jaſone, Argonautarum *expeditione*, Minoe, Theſeo, Oedipo, *ejuſque filiis ac* Thebano *bello*.

Vide Par. a. l. 2. c. 9.

HOc temporis ſpatio, quod *Hebræorum* exitum ab *Ægypto* deinceps eſt ſecutum, inſignia illa carminibus Poetarum nomina & fabuloſi *Græciæ* Heroes exſtiterunt, quorum alii majorum in Deorum gentem aſcripti ſunt: alii inter minores ac ſemideos habiti. Horum pleroſque ſparſim, ut ſe occaſio dabat, attigimus. Nunc illuſtriores quoſdam referemus, (3) ac primum omnium *Herculem*, quod nomen non uni tributum eſſe conſtat. [h] Tres a *Diodoro* commemorantur, quorum unus omnium antiquiſſimus fuit *Ægyptius*; qui cum armis terrarum orbem peragravit. Secundus *Cretenſis*, qui ex *Idæis Dactylis* fuit, ac ludos *Olympicos* inſtituit. Poſtremus paullo ante *Trojanum* bellum natus ex *Alcmena*, qui *Euriſthei* imperio paruit. Hos tamen in unum conflari vulgo idem *Diodorus* aſſerit. [i] *Cicero* ſex enumerat; quorum ultimus idem ille eſt *Alcmena* genitus, de quo nos hic agimus. *Alcmenæ* pater fuit *Electryo*, *Perſei* & *Andromeda* filius; mater, ut *Apollodorus* cenſet, *Anaxo Alcæi* filia. Ut autem [k] *Diodorus* ait, *Eurymeda* vel *Eurydice Pelopis*. Illa cum *Amphitruoni* nupſiſſet patrueli ſuo, (hic enim *Alcæo* natus eſt *Electryonis* fratre, *Perſei* filio) *Herculem de Jove* peperit; cujus ætas circa *Gedeonis* præfecturam convenit. Nam *Euriſtheus* anno Periodi *Julianæ* 3468. *Gedeonis* nono regnare cœpit, ante *Chriſtum* 1246. Natus apud *Tirynthem Hercules*, *Thebas* cum *Amphitruone* translatus eſt. [l] Quam urbem, ut primum adolevit, ab *Ergini Minyarum* Regis domi-

h Diod. 6. ne lib. 3. *Hercules plures.*

i Cic. 3. de Nat. Deor.

k Lib. 4. p. 151.

Herculis poſtrema geſta.

l Diod. 4. p. 151.

(1) *Ægyptiis Thebis oriundus Agenor videtur*] Non Ægyptius ſed Phœnix ſtatuendus eſt Agenor ut ex *Apollodoro ſup. cit.* liquet. Thebarum autem nomen a voce Phœnicia quæ *lutum* ſignificat, quod urbs eſſet πάλυδρ☉ & πεδίον ἐχοντώδην deducit *Bochart. Can. lib* 1 c. 16.

(2) *Alterum nepotem*] immo pronepotem; fuit enim Minos poſterior nepos prioris, qui filius fuerat Europæ ut obſervatum fuit in *Præfat.* hujus oper. Edit. Lugd. Batav.

(3) *Ac primum omnium Herculem*] Plerorumque illorum Heroum nomina e lingua Phœnicia ducenda eſſe abunde ab eruditis probatum eſt. *Herculis* porro nomen non *mercatorem* ut vulgo creditur, ſed *virum fortem*, *præſtantem* Heroem ſignificare, ex Arabica lingua veroſimillime probari poteſt.

A. 3184. Per. Jul. ad 3701.

natu in libertatem aſſeruit, & *Orchomenum Bœotiæ* oppidum, quæ regni illius ſedes erat, evertit. Ob id *Creon Thebarum* Rex filiam ei *Megaram* conjugem dedit. Inde *Euryſtheo* in ſervitutem deditus varia obiit certamina. [a] Cum *Jaſone* quoque inter *Argonautas* navigavit in *Colchos*, & [b] cum *Amazonibus*, earumque Regina *Hippolyta* ad *Temiſciram* urbem acie congreſſus, eas devicit. [c] *Trojam* inde rediens expugnaſſe, ac cæſo *Laomedonte*, *Priamo* regnum dediſſe, fertur. Idem in *Hiſpaniam Italiamque* penetravit annis ante ultimam *Trojæ* vaſtitatem circiter 55. ut mox explicabitur. [d] *Olympicis* vero celebratis in *Græcia* ludis, in deſperatum morbum incidens, vivus ſe ardentem injecit in rogum. Quorum omnium certum tempus ex *Argonautarum* expeditione poteſt conjici. De qua ideo paucis hic dici convenit.

a Diod. 4. p. 183. Hyg. Fab. 14. & 89. Apoll. 2. b Diod. 4. p. 156. Apoll. 2. c Diod. 4. p. 165. Hyg. 89. d Diod. 4. p. 170. Euſeb. Chron. e Apol. 2.

Argonautarum expeditio.

[e] *Cretheus Æoli* filius, *Hellenis* nepos, *Deucalionis* pronepos, ex *Tyrone Salmonei* filia *Æſonem* genuit *Jaſonis* patrem, & ex eadem a *Neptuno* vitiata *Pelias* eſt ortus. Hic, mortuo *Cretheo Theſſaliæ* regnum invaſit, fratre pulſo *Æſone*: cujus filium viribus & ætate florentem *Jaſonem* veritus, eum in *Colchos* ad aureum vellus reportandum navigare juſſit; hoc eſt, ad repetendos theſauros, quos *Phryxus* fugiens apud illos depoſuerat. Ejus expeditionis fama vulgata per *Græciam*, quæ tum viris fortibus abundabat, complures ex iis in ſocietatem glorioſi laboris excivit: quorum varie prodita ſunt nomina. [f] Primarii fuiſſe perhibentur, *Hercules Alcmenæ* filius, *Orpheus Oeagro* & *Calliopa* genitus, muſica ac poeticæ artibus illuſtris, *Caſtor* & *Pollux*, *Peleus Achillis* pater, *Telamon*, *Theſeus*, *Pirithous* & ceteri. Hi duce *Jaſone*, majore, quam viſa erat hactenus, fabricata nave, quæ (1) *Argo* ab celeritate dicta eſt, ad *Troadem* appulerunt: ubi *Heſionem Laomedontis* filiam, ceto interfecto, cui erat expoſita, liberavit *Hercules*, eamque ſibi ex pacto conceſſam cum equis pernicibus apud patrem reliquit, dum ab expeditione rediens cuncta reciperet. *Jaſon* ut in *Colchidem* venit, conciliata ſibi *Medea* Regis *Æetæ* filia, voti compos eſt factus, eamque connubio ſibi junctam cum aureo vellere pervexit in *Theſſaliam*. *Hercules* ab *Laomedonte* præmium ex pacto repetens, ac perjurio ejus illuſus, *Trojam* expugnat, *Laomedontem* interficit, filium ejus *Priamum* Regem conſtituit. Quadrageſimo id anno geſtum eſſe priuſquam *Græci Trojam* funditus everterent, *Iliados* parvæ teſtis eſt ſcriptor. Quare *Argonautarum* navigatio, ſi vera iſta ſunt, in annum cadet, qui ante *Chriſtianam* epocham numeratur 1226. Paullo hæc aliter a *Darete Phrygio* narrantur: *Argonautas* a *Laomedonte Trojanis* litoribus excluſos, mox ut reverſi ſunt in *Græciam*, comparata claſſe, duce *Hercule* in *Troadem* profectos, oppidum *Ilion* cepiſſe, ac *Laomedontem* cum filiis omnibus occidiſſe, uno excepto, qui tum forte aberat, *Priamo*; *Telamoni Heſionem* in virtutis ceſſiſſe præmium. Quam cum *Priamus* per legatos incaſſum repoſceret, *Alexandrum* filium ſuum cum claſſe miſit in *Græciam*: a quo abducta *Menelai* uxor *Helena* belli ingentis occaſionem attulit. Hæc *Dares Phrygius*.

f Vide Hyg. Fab. 14. Apol. 1. Apollon. Rhod. Val.Flac. Orph.&c.

Diod 4. Hyg &c.

Vide Part. 2. l. 2. c. 9.

g Diod 4. p. 178.

[g] *Argonautæ*, poſtquam in patriam rediere, ſolemne ludricum magno apparatu in honorem Jovis inſtituerunt facere, ejuſque curationem *Herculi* permiſerunt; qui in *Elide Peloponneſi* provincia ad *Alpheum* amnem ludos inſtauravit *Olympicos*: tametſi auctorem illorum *Atreum* facit [h] *Vellejus*, per eoſque generis omnis certaminum victorem fuiſſe dicit *Herculem*. Sed fieri poteſt, ut non ſemel, & ab ambobus, brevi interjecto ſpatio, celebrari ſint. Mora *Herculis* haud longe ante tentatam ab illius poſteris *Peloponneſum*, & *Euriſthei* necem accidit, quæ ſub annum cadit ante cladem *Trojanam* viceſimum, ut poſtea demonſtrabitur.

h Vellei. 1.

A. 3184. Per. Jul. ad 3701.

Interim *Jaſon Corinthi* degens apud *Creontem* Regem, *Glaucen* ejus filiam *Medea* repudiata, conjugem duxit: [i] cum jam annos cum illa vixiſſet decem. (2) Quam injuriam barbara mulier in *Creontis* familiam & genitos ex *Jaſone* filios ſuos ulta, *Thebas* ad *Herculem* confugit, ac poſt longos errores in patriam longo intervallo rediit. *Jaſon* magna ob perfidiam invidia collecta, rerum omnium inops ſibi vitam eripuit. Unus ex *Jaſonis* ac *Medeæ* liberis necem evaſit [k] *Theſſalus* qui *Jolcum* poſtea *Jaſonis* patriam petens, paterno ſibi jure debitum adiit regnum, ab eoque *Theſſalia* nomen accepit: quamvis id alteri cuidam nominis ejuſdem [l] *Vellejus* aſſignat.

Diod. p. 179. Apoll. 2. i Diod. ibid.

k Diod p. 180.

l Vellei. 1.

[m] Sub idem tempus *Minos* in *Creta* regnabat, *Minois* alterius nepos, quem *Jovis* filium ex *Europa* fuiſſe memorant. Hujus filium *Androgeon Ægeus Theſei* pater in *Attica* per ſicarios occiderat. Ob eam cauſſam *Athenienſibus Minos* intulit bellum. Tum eodem tempore fame ac ſiccitate per *Atticam Græciamque* reliquam divinitus immiſſa, principes civitatum *Delphos* deliberatum miſerunt, quodnam iis malis remedium caperent. [n] His conſulentibus oraculum editum eſt ut *Æacum Jovis & Æginæ* filium pro communi *Græcia* deprecatorem adhiberent. *Æacus*, votis rite ſuſceptis, omnium præter quam *Athenienſium*, agris fertilitatem reddidit. His vero rurſus adeuntibus *Pythia* reſpondit, non prius mali finem eos habituros, quam de nece *Androgei* ex *Minois* arbitrio ſatisfacerent. Hujus itaque decreto, ſeptimo quoque anno ſeptenos mares ac totidem puellas in *Cretam* mittere jubentur. [o] Eo cum *Theſeus* ſive ſponte ſua, ſive ex ſorte veniſſet *Ægei* filius, *Ariadnæ*, quæ ejus amore capta erat, opera *Minotauro* ſuperato, quem *Minois* ducem fuiſſe referunt vocabulo *Taurum*, periculo ſe, *Athenas* ſervitute in perpetuum liberas fecit. Id paullo ante mortem *Ægei* & initium regni *Theſei* incidit. Nam cum navem e *Creta Theſei* nigris velis *Atticum* in portum tendere, non albis, ut inter eos convenerat, *Ægeus* a litore proſpiceret, ſeſe in mare præcipitaſſe dicitur. [p] *Theſeus* porro, ſive annis ante *Trojanum* excidium ſeptem & quadraginta, ſive paullo pluribus regnare cœpit. [q] Poſtea *Minos Dædalum* ingenioſiſſimum artificem, qui e *Creta* in *Siciliam* ad *Cocalum* regem aufugerat, armis repetens, ab eodem *Cocalo* in balneo ſuffocatus eſt. *Theſeus* æmulatione *Herculis* rebus maximis confectis, tota *Græcia* celebre nomen eſt adeptus.

m Diod. 4. p. 183. Plut. Theſ. Apoll. 3. Hyg. 42. *Minos.*

n Diod.

o Hyg. Fab. 41. & 42.

p Clem. Alex. 1. Strom. q Diod 4. p. 194 Hyg. 43. *Theſeus.* Vid. Par. 2. l. 2. c. 9.

[r] Inter alia porro, *Amazonum* copias, quæ ex *Ponto* claſſe in *Atticam* pervenerant, collatis ſignis cecidit *Boedromione* menſe, qui ob illius victoriæ memoriam id deinceps nomen accepit. *Herculis* deinde poſteros ab *Euriſtheo* Rege armis appetitos, egregia fidei commendatione, *Athenienſium* ſuorum præſidio tutatus eſt. [s] Poſtremo cum decennem *Helenam* [t] quinque & viginti ante *Trojanam* cladem annis rapuiſſet, [v] magnumque ab *Tyndaridis* bellum in ſe provocaſſet, *Mneſthei* factione pulſus *Athenis* in *Scyrum* inſulam conceſſit, ibique ex mœrore obiit, non ſine ingratæ patriæ deteſtatione: [x] quam per pagos diviſam ſub regni ſui primordium, unum in corpus civitatis contraxerat.

r Plut. Theſ. Diod. 4. p. 163.

s Diod. 4. p. 185. t Vetus Chron. apud Clem. Alex. l. 1. v Plut. x Arund. Marm. Plut.

[y] Triſte ante hoc tempus *Thebis* editum eſt ſpe-

ctacu-

y Diod. 4. p. 185. Hyg. 67. & ſeq. Apoll. 3.

(1) *Argo ab celeritate dicta*) potius a *longitudine* voce deducta e lingua Phœnicia; cum Græci rotundis ſcaphis antea uterentur.

(2) *Quam injuriam barbara mulier*) præter poetas & inter alios *Euripid.* in Medea Vid. *Ælian. var. hiſt. lib.* 5. c. 21. & *Bochart. Geogr.* ſeu *phal. lib* 4. c. 31. ubi a crimine τεκνοκτονίας excuſatur Medea.

Digitized by Google

A. 3184. Per. Jul. ad 3701.

ctaculum. *Oedipus Laio* patre per imprudentiam occiſo; *Jocaſtæ* matris nuptias in præmium interfectæ a ſe *Sphingis* adierat. Quo ex conjugio nati ſunt *Etheocles*, & *Polynices*. Re comperta, *Oedipus* effoſſis ſibi oculis voluntarias pœnas luit. Ejus filii inter ſe ita pacti ſuot ut alternis annis regnarent, *Etheocles* anno ſuo perfunctus *Polynici* fratri cedere noluit. Qui *Argos* ad *Adraſtum* ſe recipiens gener illius eſt factus.

[a] Apoll. 3. Diod 4. p. 185. Hyg. 68. & ſeq. *Septem ad Thebas ducti nomina.*

Hinc, [a] *Theſeo* adhuc ſuperſtite, motum eſt adverſus *Thebanos* vehemens bellum, *Polynice* contra fratrem *Etheoclem Adraſti* & aliorum Principum arma concitante. Qui omnes ſeptem numero fuiſſe narrantur; *Adraſtus*, qui *Argis* regnabat, *Tydeus Oenei Calydonis* filius, *Capaneus*, *Hippomedon*, *Parthenopæus Atalanta Schenæi* filia genitus, *Amphiaraus*, qui *Adraſti* ſororem *Eriphylen* habebat in matrimonio, & *Polynices*. Hi, præter *Adraſtum*, eo bello univerſi perierunt, cum ingenti militum ſtrage, quorum omnium cadavera ſepeliri *Creon* vetuit, *Jocaſtæ* matris

[b] Apoll. 3.

ejuſdem & coojugis *Oedipi* frater. [b] Sed *Athenienſes* duce *Theſeo* pro communi immunitate *Thebanis* indixere bellum, eorumque capta urbe, parentandi propinquis copiam fecere.

[c] Clem. Alex. 1. Strom. [d] Diod. 4. p. 187. Hyg.

Accidit *Thebanum* hoc bellum, ſi veteri apud [c] *Clementem* Chronologo creditur, annis ante *Trojam* ditutam ſeptem & triginta. [d] Poſt annos decem, Principum illorum, qui ad *Thebas* occubueraot, liberi, quos *epigonos* vocant, duce electo *Amphiarai* filio *Alcmeone*, bellum contra *Thebanos* capeſſunt, iiſque a-

[e] Pauſ. Achai. p. 308. [f] Diod. 4. p. 187.

cie victis, urbem diripiunt; [e] *Tireſiam* abducunt, qui io itioere mortuus eſt: filiam ejus *Manto Delphos* ablegant, quæ inde in *Aſiam* eſt profecta. [f] *Diodorus* eam *Daphnen* nominat, quam apud *Delphos* hæſiſſe, & ut præclara erat indole, ſingulari elegantia oracula ſcripſiſſe refert, ex quibus *Homerum* ait haud pauca

[g] Diod. 4. p. 187.

ſumpſiſſe. [g] *Thebani* urbe ſua pulſi, *Dorienſes* viciſſim oppidis ſuis eiiciuot, ac plerique *Thebas* poſtea reverſi ſunt.

CAPUT XI.

De Trojanorum *regno*, *ac* Trojæ *excidio*, Æneæ *in* Italiam *profectione*, Jovis *&* Saturni *ætate*.

Par. 2. l. 2. c. 10. [b] Apoll. 3. Diod. 4. p. 191.

ANno, poſtquam ex *Ægypto* profecti ſunt *Iſraelitæ*, fere quinquageſimo, paullo ante mortem *Joſue*, [b] *Trojanum* regnum in *Aſia* fundatum eſt, auctore *Dardano*, quamquam primus in *Troade* regnaſſe *Teucer* dicitur, *Scamandri* & *Idææ* Nymphæ filius, a quo *Teucrorum* populis illis inditum eſt nomen. *Jovis* porro & *Electræ Atlantidis* filii exſtitere duo, *Dardanus* & *Jaſion*, ſive *Jaſius*, qui ambo

[i] Virg. 3. Æn. & Serv. [k] Varroni, & Græcis apud Serv. ibid. [l] Serv. ad 3. Æn. Auct. Troic. [m] Apollod. 3. [n] Serv. ad 3. Æn. Auct. l. de prog. Aug. [o] Apoll. Diod. [p] Apoll. [q] ibid.

primum in *Italia* regnarunt, [i] ac *Tuſciæ* urbe *Corito*. Etſi [k] aliis placet non ex *Italia*, ſed *Arcadia* duci illorum originem. Igitur patriis ambo relictis ſedibus, io *Samothraciam* venerunt.

Unde poſtea *Dardanus* io *Troadem* tranſmittens, ab Rege *Teucro* humaniter exceptus eſt, ejuſque filiam *Bateam* io matrimooium accepit. [l] Sunt qui ab *Dardano* fratrem interfectum eſſe velint *Jaſium*. [m] *Apollodorus* ob tentatam *Cererem* fulmine ictum eſſe prodidit. Nec [n] deſunt qui *Dardanum* prius in *Troade* regnaſſe, quam *Teucrum* exiſtiment, atque hunc e *Creta* veniſſe. [o] *Teucro* mortuo, *Dardanus* cognomioem ſibi orbem condidit ad mootem *Idam*, prope mare, populoſque de ſe *Dardanos* nominavit. Hujus filius *Erichthonius* ex *Aſtyoche Simoentis* filia *Troem* ſuſcepit [p] a quo, regioni *Trojæ* oomeo impoſitum. [q] *Tros* e *Callirhoe Scamandri* filia nati ſunt *Ilus*, *Aſſaracus*, *Ganymedes*, & filia *Cleopatra*. *Ganymedem Tantalus* rapuit [r] *Paphlagonæ* Rex, annis ante *Trojanum* excidium circiter 192. ut ex antiquo Chronologo [s] *Clemens Alexandrinus* aſſerit. Paullo ioſra hoc tempus hiſtoriam iſtam ſummovet *Euſebii Chronicon*; quod & *Phrygiæ*, quæ tum *Mæonia* dicebatur, Regem appellat *Tantalum*. [t] Hanc injuriam *Ilus* armis proſecutus *Tantalum* exuit regno. *Aſſaraco* oatus eſt *Capys*, cujus *Anchiſes* filius, *Æneæ* pater. *Ilus* in campeſtri *Troadis* regione *Ilium* condidit, ac *Laomedontem genuit*; cujus filii *Tithonus* & (1) *Podarces*, filia *Heſione*. *Tithonus* io Orientem & *Æthiopas* uſque profectus, *Memnonem* ibi filium ſuſcepit. *Podarces*, occiſo, ut ſupra meminimus, *Laomedonte*, regnum accepit ab *Hercule*, quod [u] annis quadraginta teouiſſe ſcribitur. Complures hic liberos habuit; e quibus *Alexander*, qui & *Paris* eſt dictus, navibus in *Peloponneſum* ac *Spartam* delatus, *Menelai* hoſpitis uxorem *Helenam* rapuit. (2) Ob quam grave bellum adverſus *Trojanos Græci* [x] toto decennio geſſerunt, magno gentis utriuſque damno, & occiſis amborum fortiſſimis ducibus. Sed *Græcis*, quorum erat cauſſa juſtior, ad extremum ceſſit victoria, (3) proditione *Antenoris* & *Æneæ* urbe capta atque direpta. Clades iſta certiſſime incidit in eum annum, qui eſt Periodi *Julianæ* 3530. ante *Chriſtum* 1184. ſub *Jaire Hebræorum* Judice. Victores domum redeuntes oihilo commodior fortuna, quam victos excepit. Plerique tempeſtate jactati, aut oppreſſi. *Agamemnon* in ipſo conjugis ac Deorum Penatium complexu, ab *Ægyſtho* adultero *Thieſtæ* filio confoſſus eſt. [y] Sed hujus necem ultus eſt poſtea filius ejus *Oreſtes*, qui cum *Electra* ſorore conſiliorum omnium participe, *Ægyſthum* & *Clytæmneſtram* matrem ſuſtulit; Diis, ut ferunt, parricidium approbantibus diuturnitate imperii pariter, & felicitate. Nam regnavit annos 70. vixit 90. & *Hermionem* habuit uxorem *Menelai* & *Helenæ* filiam, occiſo apud *Delphos Pyrrho Achillis* filio, qui ejus pactæ ſibi nuptias iovaſerat, [z] annis viginti poſt everſum *Ilium*.

A. 3184. Per. Jul. ad 3701. [r] Diod. 4. p. 191. [s] Clem. Alex. 1. Strom. [t] Diod. [u] Auct. Troic. *Trojanum bellum.* [x] Dictys Cretenſ. Dares Phryg. Hyg. [y] Vellei. 1. Hyg. Fab. 119. [z] Euſeb.

Æneas in Italiam proficiſcitur. [a] Dictys l. 5. Virg. 1. Æn. [b] Dares Halic. 1. Liv. 1. [c] Euſeb. Chron. l. de Orig. Rom. [d] Halic. Vide Par. 2. l. 2. c. 10. [e] Vide Lact. fine l. 1. *Jovis ætas, & Saturni.* [f] Æn. 7. [g] 14. Met. [h] Dion. Halic. 1. Victor. de Orig.

Melioribus auſpiciis ex illo incendio patriæ longinquas in oras avolarunt *Trojani* duo, *Antenor* & *Æneas*. Quorum [a] ille per *Adriaticum* mare ad *Venetorum* appulſus litora, urbem ibi Patavium poſuit: [b] alter claſſe navium duarum & viginti pervenit in *Latium*, cui *Latinus* tum præerat *Fauni* filius, ſive, ut quibuſdam videtur, *Herculis*. [c] Ante quem quattuor omnino fuiſſe Reges accepimus, [d] *Janum*, *Saturnum*, *Picum*, & *Faunum*. *Jano* regnante *Saturnus* a *Jove* filio pulſus ad *Italiam* appulit; ibique exceptus hoſpitio, haud procul *Janiculo* arcem condidit, quam de ſuo nomine *Saturniam* vocavit. Quattuor iis Regibus annos 150. tribuit *Euſebii Chronicon*. Ex quo videtur initium *Jani* in annum convenire, qui ante *Chriſtum* fuit 1330. [e] indidemque conſtat quanta ſit vetuſtas gentilium Deorum. Nam cum *Jano*, ut dixi, regnante *Saturnus* vixerit, poſt annum ante *Chriſtum* 1330. non multo ante naſci *Juppiter* potuit; adeoque ſub *Aod Iſraelitarum* Judice, ante tria circiter ab hac ætate noſtra annorum millia: circa quod tempus ætas aurea fuit, Poetarum commendata fabulis. *Picum Saturno* genitum fuiſſe [f] *Virgilius* & [g] *Ovidius* affirmant. *Fauno* vero regnante [h] annis ante *Trojæ* excidium ſexaginta, *Evander* ex *Arcadia* oavigavit in *Italiam* & *Pallantium* exſtruxit, ubi *Roma* eſt poſtea condita. Ante hunc *Pelaſgi* a *Theſſalia* in *Epirum* & *Dodonam* primo, tum inde io eamdem *Italiam* profecti, cum *Aboriginibus*, qui ex *Arcadia* eo pridem appulerant, ſeſe conjunxerunt: a quibus eje-

cti

(1) *Podarces*) Qui *Priamus* ſæpius vocatur.

(2) *Ob quam grave bellum*] Belli illius Trojani veritatem pluribus probat *Thucydides* in initio Hiſtoriæ ſuæ.

(3) *Proditione Antenoris & Æneæ*] illi non proditores ſed Principes pacifici & Patriæ ſimulque juſtitiæ vere amantes aliis Hiſtoricis dicuntur. Vid. *Dict. Cretenſ.*

A. 3184. Per. Jul. ad 3701.

&c;ti *Siculi* ſub annum vel 60. ut *Philiſto* placuit, vel 90. hoc eſt 30 ann tres, ut *Hellanicus* ſcripſerat, in *Trinacriam*, ſive *Sicaniam* trajecerunt, quæ ab illis *Siciliæ* vocabulum traxit. Quinque poſt *Evandrum* annis, ante *Trojanam* cladem quinque & quinquaginta, *Hercules* cum *Græcorum* manu ad eamdem appulſus oram ab *Evandro* comiter exceptus eſt.

Herculis adventus in Italiam

a Dion. Halic. 1. Liv. 1. Aliter Conon apud Phot. cod. 186. l. 46.

Turnus

a Demum *Latino* Rege, & anno ejus 35. *Æneas* anno a calamitate *Trojæ* tertio, in *Laurentem* adductus agrum, pacem cum *Latino* affinitatemque junxit, filia ejus in matrimonium accepta *Lavinia*, a qua conditum a ſe oppidum appellavit *Lavinium*. *Turnus* deinde *Rutulorum* Rex *Latinum* ſimul & *Æneam* bello petiit, iratus utrique, quod prius pactam ſibi *Laviniam* ille Advenæ, quam indigenæ, dare maluiſſet. Victi acie *Rutuli*; *Turnus* & *Latinus* occiſi quarto anno poſt *Trojam* erutam. Ita ſolus *Æneas* rerum triennio potitus eſt: cui in prœlio, quod *Rutuli*, ac *Mezentius Tyrrhenorum* Rex cum eo geſſerunt, interempto ſucceſſit *Aſcanius*. Is hoſtibus fuſis, paceque cum *Mezentio* facta, triceſimo poſt conditum *Lavinium* anno, *Albam* longam exſtruxit. Qua in urbe 14. poſt *Aſcanium* Reges imperarunt ad *Romulum* uſque, *Romæque* primordium.

Æneæ mors.

CAPUT XII.

De Herculis *poſterorum expeditionibus in* Peloponneſum: Melantho *&* Codro Athenarum *Regibus: tum de* Archontibus: *de* Æolica *&* Jonica *migratione: aliiſque nonnullis.*

b Ex Apoll. 2. Diod. l. 4. p. 181. & ſeq. Pauſ. Corinth. p. 60. & alibi paſſim Euſeb. 5. de Præp. p. 124.

HERCULI b *Alcmenæ* & *Amphitruonis* filio utrumque genus e *Peloponneſo* ac *Mycenarum* Regibus fuit. Ambo enim illius parentes *Perſei* nepotes & patrueles invicem erant. *Alcæi* quippe *Perſeo* nati filius *Amphitruo*. *Electryonis* eodem geniti *Perſeo* filia fuit *Alcmena*. *Amphitruo*, [1] fratre eodemque ſocero per imprudentiam occiſo, ab *Sthenelo* patruo *Mycenis* exturbatus *Thebas* petiit. *Hercule* mortuo, *Mycenarum* Rex *Euryſtheus Stheneli* filius ſtirpem illius omnem conatus eſt exſtinguere, veritus ne, ſi adoleviſſet, *Mycenarum* ad ſe transferret imperium. Igitur *Ceyci* Regi, apud quem *Trachine* morabantur, denuntiat, ut ſuſpectum ſibi genus, niſi mallet dedere, ſuis finibus expelleret: hoc ni faciat, bellum exſpectare jubet. Hoc mandato territi *Heraclidæ*, cum nemo eos *Euryſthei* metu recipere auderet, ad *Athenienſes* eorumque Regem *Theſeum*, non, ut c *Euripides* ait, *Demophoontem*, ſe conferunt. *Euryſtheus* magnum in illos exercitum ducit. Fit deinde prœlium, in quo ducibus *Jolao Iphicli* fratris *Herculis* filio, & *Hyllo*, quem ex *Dejanira* idem *Hercules* genuerat, ac *Theſeo*, victus *Euryſtheus* ab *Hyllo* perimitur, unaque proles ejus omnis occubuit. d Victores *Heraclidæ Peloponneſum* occupant, ac brevi amiſſa omnia recuperant. Sed ingruente peſte, quod ante conſtitutum tempus reditum acceleraſſent, ab Oraculo moniti ſponte diſcedunt. Poſt hæc *Hyllus*, conſulto iterum *Apolline*, reſponſum accipit, uti fructum tertium exſpectet. Id eo valebat, ut in tertiam hominum ætatem differre juberetur: at ille tertium annum ſignificari putans, poſt id tempus novam expeditionem comparat, perque Iſthmum copias immittit, ancipiti altero falſus oraculo, e quod *per humentes anguſtias* ducentibus victoriam pollicebatur: qua ambage mare ipſum intelligebat *Pythia*, quo ad eaſdem illas *Peloponneſi* fauces contenditur. Ingruentibus *Heraclidis Atreus Euryſthei* avunculus f ejuſque ſucceſſor

c In Herácl.

d Apoll. 2.

e Euſeb. 5. de Præp.

f Thucyd. 1.

ſe cum armis oppoſuit. Commiſſa pugna, cadit *Ariſtomachus* unus *Heraclidarum*: ac demum *Hyllus* hoſtium quemlibet ad ineundum ſecum ſingulare certamen provocat, cum ea lege, ut utrius partis victor eſſet, ea *Peloponneſum* obtineret; *Heraclidæ* porro, ſi viciſſet hoſtis, non ante certam diem, (quinquageſimum annum *Diodorus*, g alii centeſimum finiunt) illius aditum repeterent. Conditione accepta, pugnat *Echemus Tegeatarum* Rex, & *Hyllum* interficit. *Heraclidæ* in *Atticam* revertuntur. h Prima hæc irruptio annis viginti *Trojanum* excidium anteceſſit.

A. 3184. Per. Jul. ad 3702.

g Thucyd. Schol. l. 1.

h Schol. Thucyd. ad lib. 1.

Exinde poſt annos a priore centum, ab *Trojana* clade i octoginta, rurſus *Heraclidæ Peloponneſum* aggrediuntur. Horum principes erant *Ariſtomachi* filii tres, *Temenus*, ſive *Temenes*, *Creſphontes*, & *Ariſtodemus*. Qui dum claſſem moliuntur ad *Naupactum Ariſtodemus*, ſive k ictu fulminis ſive *Pyladæ* l & *Electræ* filiorum *Tiſameni* propinquorum, dolo periit: in cujus locum ambo ejus filii, *Procles* & *Euryſthenes*, ſuffecti. Illi ducem expeditionis trioculum adhibere juſſi ab Oraculo, in luſcum m quemdam incidunt mulo inſidentem; cui nomen *Oxylus*, genus ex *Ætolia*. Huic pacti *Elidem* ſe daturos, ejus ductu hortatuque claſſem inſtruunt, ac *Peloponneſum* invadunt. Eam regionem per id tempus incolebant fere populi duo, *Achæi* & *Jones*, ab ambobus *Xuthi* filiis ita dicti. *Achæi Argos* & *Lacedæmonem* habitabant ſub *Pelopidarum*, hoc eſt, poſterorum *Agamemnonis*, regno, *Tiſameni* & *Penthili*, quorum pater *Oreſtes* fuerat. *Jones Achajam* tenebant. n *Heraclidæ* pulſis *Achæis* triſariam ſortes diſtribuunt. Ex quibus *Temeni Argos* obtigit, *Creſphonti Meſſenia*, *Ariſtodemi* filiis *Laconia*. o Nec vero regiones iſtas prius armis, quam jure ad ſe pertinere dicebant. Quippe *Argos* ante *Perſei*, quam *Pelopis*, tenuiſſe poſteros: *Laconicam* vero, interfecto, qui eam occuparat, *Hippocoonte*, *Tyndareo* commiſiſſe *Herculem*; ſimiliter & *Meſſeniam Neſtori*, quam, occiſo ejus patre *Neleo* ac fratribus omnibus, armis acquiſierat.

i Thuc. 1. Vellei. 1. Tatian. Eratoſt. apud Clem. Alex. 1. Strom.

k Apollod. 2.

l Pauſ. init. Lacon.

m Apollod. 2. Pauſan. Eliac. 1.

n Pauſ. Meſſen. 113. Apollod.

o Pauſ. Cor. p. 60.

p *Oxylus Elidem*, ut convenerat, accepit: cujus e progenie *Iphitus* fuit, qui agones inſtauravit *Olympicos*. Soli *Arcades* priſtinis in ſedibus hæſere, quod in aſperis ac præruptis locis degerent. *Elidenſes Ætolos* Advenas in partem agri receperunt. q *Phliaſios* invaſit *Rhegnidas Phalci* filius, *Temeni* nepos, *Hippaſo* depulſo: qui inde *Samum* contendit, & filium habuit *Euphronem*, qui *Mneſarchum* procreavit, e quo natus eſt *Pythagoras*.

p Pauſ. Eliac. 1. p. 130. Strabo lib. 8.

q Pauſ. Cor. p. 56.

Heraclidarum hæc incurſio magnis per omnem *Græciam* populorum motibus ac migrationibus originem præbuit: cum, ut quiſque a valentiore ſedibus ſuis ejectus fuerat, in alterum imbecilliorem incumberet: non ſecus ac ventis turbato mari fit, ut e longinquo concitati fluctus proximum quemque propellant. r *Achæi* iis, quas dixi, provinciis coacti cedere, contra *Jonas* in *Achajam* erumpunt: iiſque debellatis & in fugam actis, in illorum immigravere locum, Rege amiſſo *Tiſameno*, qui in conflictu cecidit. ſ *Jones* in *Atticam* fugere, ubi eos *Melanthus* excepit, qui cum aliis *Neleidis* ac *Neſtoris* poſteris, eodem non multo ante pervenerat.

r Pauſ. Eliac. 1. & in Achai. p. 206.

ſ Pauſ. in Achai.

Hunc *Andropompi* filium t *Pauſanias* fuiſſe dicit, *Bori* nepotem: cujus pater *Penthilus*, avus *Periclymenus* fuit *Neſtoris* filius, & ab *Heraclidis* expulſum *Athenas* migraſſe: cui & u *Conon* aſſentitur. Forte tum *Athenienſes cum Bœotis* ſuper *Oenoe* bellum gerebant, idque ſingulari Regum prœlio dirimi placebat. Ab eo cum *Thymœtes Athenienſium* Rex abhorreret, *Melanthus*, oblata ſpe regni, periculum adiit,

t Cor. p. 60.

u Conon. l. 39. ap. Phot. cod. 186. vid. in voce Μελανθος

(1) *fratre eodemque ſocero*) Lege *patruo eodemque ſocero*, ut ex ipſa loci ſerie apparet & obſervatum fuerat *in Præfat.* hujus operis Edit. Lugd. Batav.

A. 3184. Per. Jul. ad 3701.

adiit, & *Xantho Bœotorum* interempto Rege, *Athenarum* imperio mutavit axſilium. Mox idem pulſos ab *Achæis Jonas* peregrinus ipſe ſuſcepit. Hinc apparet, poſt *Heraclidarum* reditum in *Peloponneſum*, *Melanthum* in *Attica* regnare cœpiſſe, contra quam *Euſebius* in *Chronico* exiſtimaſſe videtur. [a] Paternam æmulatus gloriam *Melanthi* filius *Codrus*, majorem etiam virtutem promeruit. Bello quippe, quod inter *Dorienſes* novos *Peloponneſi* incolas & *Athenienſes* erat, cum reſpondiſſet *Pythia*; quorum dux in acie cecidiſſet, eos fore ſuperiores, paſtorali ſumpto habitu, hoſtium agmen ingreditur. Ibi temere jurgium eiens, ab gregario quodam milite, quem ſauciarat, interficitur. Agnito Regis cadavere *Dorienſes* ſine pugna recedunt. Quo in facto utrum magis mirere neſcias, vitæ, an regni contemptum; quod utrumque mortales cariſſimis omnibus anteferre ſolent. Ea pugna congruit in annum ante *Chriſtianam* æram 1071. qui eſt Periodi Julianæ 3643.

Melanthus.
a Vellei. 1. Juſt. 2. Pauſ. Achai. p. 232.
Codrus.

Codri morte Regum *Athenis* exſtincta ſucceſſio eſt, adminiſtratioque Reipublicæ Magiſtratibus permiſſa, quos Ἄρχοντας vocabant: iique initio ſuere perpetui. Et primus horum *Medon* fuit, [b] *Codri* filius, pede altero debilis. Quem cum ideo frater ejus *Neleus* principem ſe negaret *Athenis* paſſurum fieri, re ad arbitrium *Apollinis* delata, ſecundum *Medontem* ille pronuntiavit.

Archontes.
b Pauſ. Achai. p. 206.

Ut de *Græcorum* migrationibus & coloniis quod inſtitueram abſolvam, poſt *Heraclidarum* reditum inſignes ab Auctoribus commemoratæ ſunt duæ: altera *Æolica*, duce [c] *Penthilo Oreſtis* filio, qui ſtatim atque *Laconica* ceſſit, in *Thraciam* primo cum ſuis penetravit. Tum, eo vita ſuncto, in *Aſiam* trajecere, ejuſque partem illam, quæ *Æolis* deinceps appellata ſuit. Nam *Achæi*, qui *Laconicam* incolebant, *Æolenſes* erant. Altera longe celeberrima migratio, quam *Jonicam* nominant, annis poſt *Trojæ* cladem centum & triginta, vel, ut aliis viſum eſt, decem amplius evenit. [d] *Jones Athenas* profecti, ut ſupra demonſtravimus, poſt *Codri* obitum, *Neleo* & *Androclo* filiis ejuſdem ducibus, tranſmearunt in *Aſiam*, & oram ejus, quæ ab illis vocata eſt *Jonia*, oppidis frequentarunt.

Æolica migratio.
c Strab. lib. 13.
Jonica migratio.
d Pauſ. Achai. p. 206. Strabo 13. Velles. 1. Ælian 8. Var. c. 5.

[e] Medio inter ambas tempore, novam e *Laconica Minyarum* coloniam *Theras* duxit *Auteſionis* filius, *Polynicis Oedipi* filii abnepos, cujus ſoror *Argia Ariſtodemo* nupta *Proclem* & *Euriſthenem* peperit. Erant *Minyæ Argonautarum* e *Lemniadibus* poſteri, qui a *Pelaſgis Lemno* pulſi *Lacedæmonem* ſupplices acceſſerant; ubi comiter accepti, ac civitate donati, cum inſoleſcere cœpiſſent ac jus etiam vendicare ſibi regni, in vincula conjiciuntur. Inde cum uxoribus permutato habitu in *Taygetum* evadunt. Sed cum ad ſupplicium *Lacedæmonii* eos expeterent, *Theras* condonari ſibi illos poſtulat, ut ad novas capiendas ſedes ſecum educeret. His impetratis itineris ſociis, in *Calliſten* inſulam, quæ inter *Cretam* & *Lybiam* ſita eſt, colonos intulit, ac de ſuo nomine *Theram* appellari conſtituit. Id una ante *Jonicam* profectionem ætate incidiſſe [f] *Pauſanias* refert, quod 30. annis æſtimari ſolet.

e Herod. lib. 4.
f Pauſ. Achai. p. 206. Strab. 13.

Poſt *Jonum* ex *Attica* demigrationem, *Cumam Pricotidem*, vel *Priconidem*, ſive *Æolicam*, in *Aſia* colere cœperunt *Æoles*, qui eodem, quo *Penthili* ſocii, tempore profecti e *Laconia*, circa *Locridem* ejuſque montem *Phricium* hæſerunt. Unde in *Aſiam* tranſportati, *Cumam* illic ab eo, quem incoluerant, monte nominarunt, [g] annis poſt frequentatam civibus *Leſbon* viginti. [h] Hanc vero ſub *Jonum* adventum in *Aſiam* novis auctam eſſe coloniis conſtat.

g Herod. in vita Hom.
h Ælian. lib. 8. Var. c. 5.

[i] *Æoles* duodeviceſimo, poſtquam ad *Cumam* appulerant, anno *Smyrnam* condiderunt. Hoc eſt poſt *Trojanum* bellum 168. quo tempore clariſſimum ingenii lumen *Homerus* in lucem exiit annis ante *Chriſtum* circiter mille, *Judæis Salomone* regnante: etſi de ejus ætate non plane inter Auctores convenit. Huic tempore & ingenio famaque ſuppar *Heſiodus* vixit: quem nonnulli vetuſtiorem, quidam vero recentiorem faciunt. [k] Sed æqualem fuiſſe, ex Arcturi ortu, quem Poeta iſte deſcribit, eruditi artis illius colligunt.

i Herod. in vita Hom. Velleius Cyril. 7. con. Jul. Vide Euſ. 12. de Præp.
Homerus.
A. 3184. Per. Jul. ad 3701.
k Longom. 2. Sphær. p. 83.

Cuma fuit altera, [l] oppidum *Eubææ* inſulæ; [m] ex qua, & *Chalcide*, *Hippocle Cumæo* ac *Megaſthene Chalcidenſi* ducibus, coloni profecti, *Cumas* in *Italia* condiderunt. Quorum curſum ante eas volitans columba rexiſſe fertur, ſive etiam ſtrepitus æris, qualis per nocturna *Cereris* ſacra fieri conſueverat. Aiunt ſic illos inter ſe pactos eſſe, ut amborum populorum alterius eſſet colonia: alter ſuum illi nomen imponeret. Itaque ab *Cumæis* dicta, propria *Chalcidenſium* fuit. Quam *Euboicam* idcirco *Virgilius* appellat. Hanc demigrationem omnium, quæ in *Siciliam Italiam*que factæ ſunt, vetuſtiſſimam eſſe confirmat *Strabo*, proindeque *Troicis* rebus antiquiorem. At multo citeriorem *Vellejus* & *Euſebius* exiſtimant.

l Steph.
m Strabo. 5. Vellei. 1. Euſeb. Chron.

CAPUT XIII.

De Lacedæmoniorum & Corinthiorum *regnis*, *ac de* Cypſelo, & Periandro.

DOrienſes cum *Heraclidis*, occupata *Peloponneſo*, regna ibi præcipua fundarunt duo, *Lacedæmonium*, & *Corinthiacum*; *Lacedæmonem*, pulſis *Achæis* & *Oreſtidis*, obtinuerunt *Ariſtodemi* filii *Procles* & *Euryſthenes*, quos geminos fuiſſe, anno autem *Procli* vitam breviorem, eumque fratri rerum geſtarum gloria præſtitiſſe, [n] *Cicero* prodidit. A quibus Regum in illa urbe familiæ duæ propagatæ ſunt, *Euryſthenidarum*, quæ præſtantior eſt habita, & *Proclidarum*, cui ſecundæ principatus tributæ. Hæc eadem *Eurypontidarum* eſt dicta, ab *Eurypionte Proclis* nepote. Regum ex priori ſtirpe ſeries notata diligentius eſt: obſcurior altera remanſit, ſine annorum, quot regnavit quiſque, numero. Initium regni illius proxime ab *Heraclidarum* in *Peloponneſum* reditu contigit, ſub annum ante *Chriſtum* 1102. deſiit in *Ageſipolide* & *Lycurgo*, [o] qui poſt *Cleomenis* obitum, circa annum primum Olympiadis 140. utcumque regnarunt.

Part. 2. l. 2. c. 20.
n Lib. 2. de Div.
o Polib. 4. p. 271. & 274.

[p] Sub idem tempus, quo *Heraclidæ Lacedæmone* regnare cœperunt, *Corinthi* quoque regnum conſtituerunt, quod hactenus *Æolidæ* vel *Siſyphidæ* tenuerant, ut refert [q] *Pauſanias*. Qua ex progenie poſtremi *Doridas* & *Hyanthidas*, ab *Aleta Hippotæ* filio, *Phylantis* nepote, pronepote *Antiochi*, *Herculis* abnepote, exuti regno, in eadem urbe privati conſtiterunt, ac deinceps *Aletæ* poſteri rerum potiti ſunt. Quorum ultimus *Teleſtes* a *Pauſania* recenſetur. Poſt quem annui *Prytanes* ſubſtituti, initio ab *Automene* facto, quem Regem facit *Euſebius*. Solet tamen *Corinthiorum* Regum nova familia a *Bacchide* duci, quam *Bacchiadarum* vocant. Ultimus *Heraclidarum* Rex *Teleſtes* apud *Euſebium* deſiit triennio ante primam Olympiadem: ad quem computantur anni 324. ab *Aletæ* primordio, qui eſt annus proximus ab *Heraclidarum* adventu.

p Vide l. 9. de Doct. Temp. c. 31.
q Cor. p. 47.

Poſt *Automenem* optimates ex eodem *Bacchiadarum* ſanguine civitatem gubernarunt uno ex ſuo grege Magiſtratu annuo creato, quem Πρύτανιν vocabant, uſque ad *Cypſelum*, qui a *Melane Antaſi* filio originem trahebat. Erat *Melas Goneuſa* oppido ſupra *Sicyonem* oriundus. Qui cum *Aleta* & *Heraclidis Corinthum* expugnavit, ab iiſque poſtea in civitatem adſcitus eſt. [r] *Cypſelus* annis 30. tyrannidem tenuit. *Periander* vero *Cypſeli* filius annis 44. Itaque ab initio regni *Heraclidarum* ad *Periandri* obitum anni ſunt elapſi 518.

r Herod. l. 5. c. 92. Ariſtot. 5. Pol. c. 12.

DIONYSII

DIONYSII PETAVII

E SOCIETATE JESU

RATIONARII TEMPORUM

PARTIS PRIMÆ,

LIBER SECUNDUS.

Annos continens 484. *a quarto* Salomonis, *qui eſt Periodi* Julianæ 3702. *ad mortem* Cyri, *Periodi* Julianæ 4185.

A. 3702. Per. Jul. ad 4185.

CAPUT I.

Regum Judæ a Salomone *&* Joſaphatum, *&* Iſraelitarum *Regum a* Jeroboamo *ad* Baalam, *geſtæ res, ac tempora.*

1. Reg. 6. *Salomon.* ANNO ab rerum conditu 2972. ante *Chriſtum* 1012. *Salomon* parta divinitus ſapientia, & incredibili copiarum apparatu, quas ad hoc olim pater illius congeſſerat, inſtructus templum *Hieroſolymis* aggreditur, opus longe magnificentiſſimum: quod *Judaicæ* Religionis deinceps ſacrarium foret. Id anno abſolutum eſt octavo.

a 3. Reg. 7. 1. [a] Poſt templum, regias ſibi & uxori ſuæ *Pharaonis* filiæ, tum alias ædes *Salomon* annis tredecim molitus eſt. Tametſi poteſt fieri, ut eodem tempore Templum Domini, & palatia iſta conſtruxerit, adeoque non anno regni ipſius 24. ſed 16. ad exitum ædificatio omnis adducta ſit.

Interim opibus ac ſapientia mortalibus longe omnibus antecellens, cum & Regum populorumque donis & obſequiis honeſtaretur, & longius dilatatis regni finibus, pace otioque frueretur, ad extremum ſecundarum rerum magnitudinem non tulit. Quippe vergente jam ætate, uxorum & concubinarum, quas utraſque ad mille contraxerat, illecebris captus, ad vetitas nefariaſque ſuperſtitiones abducitur: nec utrum ante mortem reſipuerit, hactenus conſtat. Ex quo (1) anceps de illius ſalute conjectura poſteris eſt relicta.

Roboam. Regnum paterno vitio peſſundatum evertit *Roboam*. [b] Hic enim rogatus a populo, ut in ſe paul-

b 3. Reg. 12. lo mitius, quam a patre factum erat, exerceret imperium, ſeniorum rejecto conſilio, qui juſtis illius querelis dandum aliquid putabant, de æqualium ſuorum ſententiæ ſuperbe aſpereque reſpondit. Quæ res ſic illorum efferavit animos, ut decem omnino tribus a *Davidis* familia divulſæ, novum ſibi Regem ſtatuerent [2] *Jeroboamum Nabati* filium, *Efraimitam*, ſolis duabus, *Judæ*, ac *Beniamini Roboamo* reliquis factis. Ex eo ſciſſum eſt in regna duo *Judaicum* nomen: quorum alterum *Judæ*, alterum *Iſraelis* appellatum eſt: hoc vero poſterius etiam *Ephraimiticum* ab ejus conditore *Jeroboamo*, & *Samariæ* vocari ſolitum, poſtquam in id oppidum tranſportata regni ſedes eſt, quæ hactenus in urbem *Sichem*, [c] quam in monte *Ephraim Jeroboamus* ex- c 3. Reg. 12. 25.

ſtruxit collocata fuerat; nam alterius regni *Hieroſolymis* arx fuit. *Davidis* poſteri in *Judæ* tribu regnum tenuerunt unus & viginti: *Iſraelitæ* decem & octo. Priores poſt obitum *Salomonis* annos imperarunt circiter 387. poſteriores fere 254.

Ut ad ambos illos Reges revertar, neutri vera in Deum pietas conſtitit. Citius tamen *Iſraelita* *Jeroboam* defecit. [d] Qui ut Rex factus eſt, veritus ne, ſi *Hie-* d 3. Reg. 12. & ſeq.

roſolymam ad ſtata ſollemnia commearent ſui, paullatim eos divortii illius tædium caperet, ultra ſacrorum cauſſa proficiſci illo vetuit; & ut haberent apud ſe quod venerari poſſent, aureas vitulorum effigies erexit, præſertim in *Bethele*, *ac Danae*: quibus & ſacrificulos & profanas religiones verarum æmulas inſtituit. Quem aureo vituli ſimulacro thus adolentem Propheta vehementius increpavit. Eum vero Rex, indigne id ferens, comprehendi mox jubet: ſed cum ejus manus, qua ut caperetur innuerat, exaruiſſet, hoc prodigio territus, & ad preces converſus pœnæ illius gratiam obtinuit. Propheta eo, unde venerat, rediens, ab altero Propheta domum invitatus eſt; ibique, contra quam a Deo mandatum ſibi fuerat, curato corpore, mox ut digreſſus eſt, a leone interficitur, aſino, quo is vehebatur, incolumi relicto.

[e] Eadem Deorum ſuperſtitione contactus *Roboamus*, ſuos & ipſe traxit in perniciem. Ergo aras & fana poſuere paſſim, ac lucos in collibus profa- e 3. Reg. c. 14. & 2. Paral. 12.

nis

(1) *Anceps de illius ſalute conjectura*] Reſipuiſſe Salomonem & ſalutem obtinuiſſe tum ex Eccleſiaſtis libro tum ex elogiis illi paſſim in ſcriptura conceſſis pluſquam veroſimiliter colligitur. Regnavit annos 40.

(2) *Jeroboamum*) Impoſitus is fuerat a Salomone tributis exigendis, & dirigendis operibus duarum tribuum Ephraim & Manaſſe. *Lib.* 1. *Reg. Lat.* 3. *cap.* 11. v. 28. Regnavit *Jeroboam A.* 17.

A. 3702. nis dicavere numinibus. Hinc iratus Deus *Seſacum*,
Per. Jul. quem (1) [a] *Seſoſtrim Joſephus* exiſtimat, *Ægypti*
ad 4185. Regem in eos immiſit, qui [b] anno 5. *Roboami Hie-*
[a] Lib. 8. *roſolymam* veniens, theſauris ac donariis omnibus
c. 4. [b] 3. Reg. direptis inde diſceſſit.
c. 14. 25. [c] Sub *Abiamo* Rege *Roboami* filio ingentem cladem
Abiam. *Jeroboamus* accepit. Octingenta millia hic in aciem
[c] 2. Par. 13. eduxerat. Contra quem cum quadringentis millibus
progreſſus *Abiam* ac prope circumventus, implora-
ta patrii Numinis ope inſignem victoriam adeptus
eſt, cæſis hoſtium quingentis millibus; quod pro
anguſtiis utriuſque regni vix fidem habeat, ſi alio
quam Deo teſte referatur. Nec is tamen tanto bene-
ficio ab imitanda patris impietate, abſterreri potuit.
Aſa. [d] *Aſæ* initia laudatiſſima fuerunt: Nam aras, &
[d] 3. Reg. idola, ac paternæ ſuperſtitionis veſtigia ſuſtulit, ex-
15. & 2. celſis tantummodo relictis. Erant hæc altaria veri
Par. 14. quidem Dei cultui, ſed paſſim, & alibi quam in
[e] 2. Par. urbe primaria contra interdictum *Moyſis* erecta. [e]
16. Eo regnante, *Zara* Rex *Æthiopum* cum decies cen-
tenis millibus militum ac trecentis curribus irrum-
pens, piis Regis precibus obſecundante Deo inter-
[f] 3. Reg. necione deletus eſt. [f] Poſtea (2) *Baaſa* adverſus
15. & 2. *Aſam Ramam* muniente, *Benadab Syriæ* Rex donis
Par. 16. ingentibus contra *Iſraelitas* evocatus cœptum coe-
[g] 2. Par. git omittere, quod [g] anno 36. factum Scriptura me-
16. 1. morat; nempe ab eo tempore quo ambo regna di-
vulſa ſunt. Sed cum ab *Hanani* Propheta objurga-
tus eſſet ideo, quod ſpem ſuam a Deo ad huma-
na præſidia tranſtuliſſet, ægre id ferens monitorem
abduci juſſit in nervum: neque deinceps in officio
ſtetit. Itaque pedum doloribus triennio conflicta-
tus, divina ope contempta, in unam Medicorum
[h] 2. Par. intentus artem periit anno regni 41. [h] Ejus funus
16. 14. ambitioſa pompa & odorum unguentorumque bar-
barico luxu celebratum eſt.
Joſapha- Sextus a *Davide Joſaphatus* pietate pariter & opi-
tus. bus illuſtris fuit. Primam in exordio regni conſti-
[i] 2. Par. tuendæ religionis curam habuit. [i] Sublatis enim ſu-
17. perſtitionis impiæ monimentis, anno regni tertio,
principes ſuos cum *Levitis* ad erudiendum populum
circum oppida dimiſit, anno Periodi *Julianæ* 3802.
qui erat Sabbaticus, eoque ad illud inſtitutum a-
ptior. Ea re tantum nominis ſui terrorem finiti-
mis gentibus objecit, ut ei certatim tributa pen-
[k] 2. Par. derent. [k] Habuit autem ad regni præſidium, quod
17. incredibile ſit, virorum fortium undecies centena
ſexagena millia.

CAPUT II.

Part. 2. *De aliis* Judæ & Iſraelis *Regibus ad* Ezechiam *uſque.*

l. 2. c. 11.
[l] 3. Reg. 16. 15. AT in *Iſraelitide*, [l] mortuo *Baaſa*, ejuſque fi-
lio *Ela*, qui ambo quattuor & viginti annos,
nec eos integros, regnarunt, *Zamri*, a quo occiſus
Ela, diebus tantummodo ſeptem rerum potitus eſt.
[m] 3. Reg. [m] Exinde populus *Iſraeliticus* in duas factiones abiit.
16. 21. Nam altera pars *Thebni* filio *Gineth* paruit, altera
[n] ibid. (3) *Amri* ſecuta eſt, [n] a quo *Zamri Therſæ* cum
verſ. 18. eſſet obſeſſus, deſperata ſalute ſe cum regia ſuccen-
derat. Ac videtur civilis iſta diſſenſio ad annos
quattuor perducta, hoc eſt ad *Aſæ* 31. quo *Amri*

Petavius Rationar. Temp.

regnum [o] auſpicatus eſt: quod ſic interpretamur, A. 3702.
ut ab eo tempore ſolus imperarit, competitore ſub- Per. Jul.
lato. [p] Hic ille eſt *Amri*, qui cum ſex annis *Therſæ* ad 4185.
regni ſedem habuiſſet, montem *Someron* emit a *Se-* [o] 3. Reg. 16. 23.
mere, ibique *Samariam* condidit: quo & domici- [p] Ibid.
lium regni tranſtulit, ſub annum ante *Chriſtum* 923. verſ. 74.
Huic anno regni duodecimo perfuncto ſucceſſit *Samaria condita.*
[q] *Achab* ejus filius, patre deterior: [r] qui *Jezabelem* *Achab.*
Ithobali Tyriorum Regis filiam infauſtis auſpiciis du- [q] 3. Reg.
xit, perditam, ac turbulentam fœminam. Hujus 16. 29.
Regis implicatus eſt affinitate *Joſaphatus*. [s] Quippe [r] 3. Reg. 16. 31.
Joramo filio ſuo *Achabi* & *Jezabelis* filiam conjugem [s] 2. Par.
dedit. Per id tempus, & anno circiter *Achabi* 13. 21. 6.
ut in *Seder holam* afferunt *Hebræi*, hoc eſt ſub an-
num Periodi *Julianæ* 3809. *ante Chriſtum* 905. pro-
dire cœpit *Elias Thesbites*; cujus parentes & æta- *Elias.*
tis initia Scriptura tacuit. [t] Hic trium annorum [t] 3. Reg.
ſexque menſium ſiccitatem indixit. Inde ad torren- 17. & 18.
tem *Carith* aliquandiu moratus, annonam ſuppedi-
tante corvo, ad *Sareptanam* viduam perrexit; cu-
jus filium poſtea mortuum vitæ reſtituit. Idem,
velut arbiter mundi, ad condictum diem pluviam
ac terræ fœcunditatem reddidit; cum, provocatis,
ad fidem veri Numinis miraculo ſanciendam, Sa-
cerdotibus *Baalis*, fruſtraque ſatagentibus, ipſe cæ-
litus evocata flamma perlitaſſet, ac Sacerdotes iſtos
numero 850. jugulaſſet. Ob id quæſitus ad necem,
& impiæ *Jezabelis* minas fugiens, Dei fruitur al-
loquio, [u] ejuſque monitu Prophetam ac ſucceſſorem [u] 3. Reg.
ſibi *Eliſeum* deſignat. 19. 19.
[x] *Benadad* Rex *Syriæ* contra *Achabum* valido exer- [x] 3. Reg.
citu bellum iterato commovens, fruſtrante conatus 20.
illius omnes *Elia*, poſt fœdiſſimam cladem, in qua
[y] *Syrorum* centum & viginti ſeptem millia occiſa [y] Ibid.
ſunt, pacem ſupplex petiit. verſ. 29.
[z] Sed *Iſraelitarum* Rex contra tot Dei beneficia ob- [z] 3. Reg.
firmatus ad perfidiam, pœnas ad extremum dedit 22. & 2.
cum aliorum ſcelerum, tum per calumniam [a] inter- Par. 18.
fecti *Nabothi*; & in prœlio, quod contra *Syros* [a] 3. Reg.
commiſerat, tertio quam pacem cum iis fecerat 21.
anno, ſagitta confoſſus mortem oppetiit. *Joſaphat*
vero, qui conjunctis copiis in periculi ſocietatem
venerat, Dei auxilio admirabiliter eſt ereptus. [b] Poſt [b] 2. Par.
hæc, *Moabitarum* & *Ammonitarum* innumerabiles co- 20.
piæ, contra *Joſaphatum* poſitis caſtris, ſolis ipſius
precibus occidione deletæ ſunt. Ex quo tantum
prædæ fuit, ut exportari triduo non poſſet.
Achabo mortuo regnum *Iſraelitarum* (4) *Ochozias* *Ochozias.*
tenuit ejus filius, anno ante *Chriſtum* 897. Quo in-
ſuper anno *Elias* igneo curru raptus in cælum, pal-
lium ex alto projecit *Eliſeo*, eumque Prophetici mu- *Eliſeus.*
neris ſibi heredem ſubſtituit. Id anno *Joſaphati* 17.
accidiſſe confirmat *Hebræorum Chronicon*, quod *Seder*
holam nuncupant. Sed & [c] liber *Regum* quartus in- [c] 4. Reg.
dicat, non diu poſt *Ochoziæ Iſraelitæ* mortem ſuper- 1. & 2.
ſtitem in terris *Eliam* fuiſſe. Quippe eodem anno mo-
ritur, quo *Ochozias*, qui æger ad conſulendum de ſo-
ſpitate ſua *Beelzebubum* certos homines ablegarat,
quibus occurrens *Elias*, graviter incuſato Principi
nuntiari juſſit, ipſum ex eo morbo deceſſurum. [d] [d] 4. Reg.
Mox ſatellites ad ſe comprehendendum a Rege miſ- 1.
ſos devocato cælitus igne conſumpſit.
(5) Poſt *Ochoziam* frater ejus *Iſraelitis* præfuit

(1) *Seſoſtrim Joſephus exiſtimat*) Seſonchim *Uſſerius ad A. P. J.* 3736. Vid. etiam *Perizon. Ægyptiac. Orig. Inveſtigat. c.* 8. 9. ubi non id ſenſiſſe Joſephum, quod hic illi tribuitur, multis probat. Simulque ab *Uſſerio* diſſentiens exiſtimat *Seſacum*, de quo hic fit mentio, eſſe *Smendem* regem primum *Dyn.* 21 *Manethonis*. Seſoſtrim porro tempore Judicum & ſervitutis Iſraelitarum ſub Jabino vixiſſe credit *Perizonius*, eumque eſſe qui *Rameſſes* vel *Rhamſes Manethoni* dicitur inter ultimos reges *Dynaſtiæ* 18. vel primos 19. *Ægypt. Orig. Inveſt. c.* 12. 14. & 16. Fatendum eſt non facile hæc determinari poſſe, & recentiores Chronologos facilius præcedentium ſyſtemata evertere quam proprium ſtabilire.

(2) *Baaſa*) inter Jeroboamum & Baaſam in ſerie regum Iſrael occurrit Nadab Jeroboami filius, qui regnaſſe videtur A. I.

(3) *Amri*) Heb. Homri.

(4) *Ochozias*) Heb. Achazia, ut & alter Rex Judæ, de quo infra. Regnaverat porro Achab A. 22. I. vel 3. *Reg.* c. 16. v. 29.

(5) *Poſt Ochoziam*) duos annos regnaſſe dicitur Ochozias (Achazia) I. vel 3. *Reg.* c. 22. v. 52. qui anni non perfecti ſed cœpti intelligi debent; vel partem alterius cum patre regnaſſe dicendus eſt. Conf. locum citat. cum 2. vel 4. *Reg.* c. 3. v. 1.

A. 3793. Per. Jul. ad 4185. Joram. a 4. Reg. 3.

Joram ᵃ anno 18. *Joſaphati*, paternæ impietatis heres; etſi commodior aliquanto fuit. Huic cum *Joſaphato* & *Idumæo* Rege contra *Moabitas* exercitum ducenti, & in ſiticuloſa regione potus inopia periclitanti, ſubvenit *Eliſeus* in *Joſaphati* gratiam, ac præter aquam, de hoſte quoque victoriam dedit. Quo in bello *Moabitarum* Rex in eam deſperationem venit, ut obſidione vallatus, ac fruſtra cona-
b ibid. verſ. 27. tus erumpere, ᵇ heredem regni filium ſuum parricidali religione mactaverit. Secundum hæc, miraculis ac futurarum rerum prædictionibus majorem
c 4. Reg. 4. & ſeq. in modum *Eliſeus* inclaruit, quæ ᶜ in 4. *Regum* capitibus aliquot explicantur.

Jorami duo. Per idem tempus *Jorami* duo utrique regno dominati ſunt, alter *Joſaphati*, alter *Achabi* filius. *Joſaphat* enim annos quinque & viginti exegit in regno. Poſt cujus obitum *Joramus* fratres ſuos interſecit, ac, pari infelicitate & perfidia tranſactis
d 4. Reg. 10. & 2. Par. 22. Ochozias Jehu res geſtæ. reliquis quattuor annis, ᵈ locum dedit *Ochoziæ* filio ex (1) *Athalia Achabi* filia, *Amri* nepte. Qui vix anno integro perfunctus, cum *Joramo Iſraelita* ab *Jehu* necatus eſt. Hunc enim ad *Achabi* ſtirpem funditus abolendam Dominus evexit ad *Iſraeliticum* regnum, quod ut eſt adeptus, ſtrenue quidem Deo iſtam navavit operam; nam *Jezabelem* e feneſtra præcipitari juſſit; cujus cadaver cum ad ſepulturam quæreretur, nihil ejus præter calvariam ac pedes manuſque ſummas eſt reperium, cetera canes devoraverant, ſed & *Achabi* ſeptuaginta filios eodem momento trucidandos curavit: *Baalis* quoque ſacrificulos omnes per ſpeciem ſollemnis ſacri in unum coactos jugulari præcepit, ſimulacrum ſuccendit, ædem demolitus eſt: ſed, quod reliquum erat, patrii numinis cultum haud reſtituit; atque in vitulorum, quos *Jerobeamus* poſuerat, veneratione perſtitit.

Athalia. e 4. Reg. 11. At *Hieroſolymis* ᵉ *Athalia Jorami Judæ* Regis uxor, mortuo (2) *Ochozia*, quidquid ſupererat ſtirpis regiæ ſuſtulit, ac tyrennidem invaſit. Unus *Ochoziæ* filius *Joas* ab amita *Joſaba Jojadæ* ſummi Pontificis uxore neci eſt ereptus. Quem poſt annos ſex, *Athalia* necata, *Jojadas* paternum in ſolium reſtituit.

Joas. f 4. Reg. 12. & 2. par. 24. ᶠ *Joas* Rex *Judæ*, quoad vixit *Jojadas*, inter optimos Reges cenſeri potuit. Eo mortuo anno ætatis 130. aulicorum adulationibus corruptus *Joas*, patria religione ſpreta, ad lucos & Idola reſpexit.
g 2. Par. 24. 15. Ibid. 20. Addidit & neſariæ ſuperſtitioni indigniſſimam ᵍ necem *Zachariæ* Prophetæ filii *Jojadæ* illius, cui vitam regnumque debebat; quod is divino impellente Spiritu eorum impietatem argueret. Nec diu tanti ſceleris ultionem diſtulit Deus. Anno vertente, *Syriæ* Rex *Hazael* cum exiguis copiis *Judæ* regnum populatus, principes occidit omnes, & ab *Hieroſolymis*, quibus jam imminebat, vix ingentibus donis, in quæ theſauri omnes effuſi ſunt, averti potuit. *Joas* ipſe paullo poſt miſerrima confectus ægritudine, a ſuis in lectulo confoſſus interiit anno regni 40. nec in ſepulcbra Regum illatus eſt,

4. Reg. 13. & ſeq. Joachaz Rex Iſraelis. Apud *Iſraelitas* mortuo *Jehu*, filius ejus *Joachaz*. tum *Joachazi* filius *Joas*, annis ambo ſedecim regnant. Inde *Jeroboam Joaſi* filius annis 41. illaudati omnes, & idolis dediti. Porro *Joas Judæ* Rex ſucceſſorem habuit *Amaſiam* filium annis undetriginta. *Amaſiam* (3) *Azarias*, qui & *Ozias* excepit, ac præfuit annis 52.

Amaſias Undecimus a *Davide* regnavit *Amaſias Joaſi* filius, ʰ cujus, perinde ut patris, initia laude digna, diſ- *A. 3708. Per. Jul. ad 4185. h 4. Reg. 14. & 2. Par. 25.*
ſimiles exitus fuerunt. Bellum adverſus *Idumæos* totis regni viribus adortus, trecenta ſuorum armavit millia; præter quos ex *Iſraelitico* regno centum millia conduxit. Quæ ſubinde unius ad Prophetæ vocem talium auxilio probibentis uti, neglectis quos in illos fecerat ſumptibus, domum dimiſit. Ea regis obedientia delectatus Deus vincere hoſtem dedit. Sed ea victoria, uti ſecundæ fere res ſolent, victoris in perniciem vertit. Deorum enim ſimulacra plurima ex manubiis parta cultu ac ſacris proſecutus eſt: neque abſterrentem ab eo ſcelere Prophetam auſcultare voluit. Ideo deſtitutus a Deo, primum ab *Joaſo Iſraelitarum* Rege, quem ſtolide provocarat, victus atque captus eſt: *Hieroſolymorum* mœnia diruta: gaza omnia tam ſacra, quam regia, direpta. *Amaſias* demum poſt annos a *Joaſi* morte quindecim conſpiratione ſuorum oppreſſus eſt.

ⁱ Regnante *Joaſo*, ejuſque, ſi quid *Hebræis* creditur, anno decimo, qui eſt Periodi *Julianæ* 3884. moritur *Eliſeus*. Quem hac ratione perdiu Propheticum id munus obiiſſe neceſſe eſt, ſub *Iſraelitarum* Regibus ſex. Moriens *Joaſo* Regi tripliceem de *Syro* victoriam promiſit; quam & paullo poſt eſt adeptus. In ejus vero ſepulchrum abjectum cadaver hominis, mox ut oſſa ſancti viri contigit, ad vitam excitatur. *i 4. Reg. 13. Eliſeus moritur.*

Duodecimus ab *Davide* regnavit *Azarias*, ſive *Ozias*, Princeps ſatis bonus: ideoque divino tectus *Ozias.*
præſidio regnum feliciter adminiſtravit. ᵏ Verum *k 2. Par. 26. 16.*
oblitus poſtremo ſui, dum quæ Sacerdotum erant partes per ſuperbiam uſurpat, elephantiacus repente factus, ab omni, etiam civili, functione depellitur, tranſlata in *Joatham* filium procuretione regni.

Apud *Iſraelitas Jeroboamus* eodem tempore ſceptrum gerebat, quo *Azarias* cœpit. Hic enim anno ˡ illius *l 4. Reg. 15. 1.*
27. iniiſſe fertur.

Sub hoc & *Ozia* Regibus complures Prophetæ floruerunt, præſertim in *Iſraelitico* regno, quod, ut altero depravatius erat, ita frequentioribus remediis opus habuit. ᵐ Regnante ergo *Jeroboamo Jonas* extitit, qui de *Syris* victoriam ei prædixit. Sub *Ozia* porro celebres fuerunt *Oſee*, *Joel*, *Amos*, *Abdias*. *Iſaias* quoque eodem Rege vaticinatus eſt. *Prophetæ. Jonas. m 4. Reg. 14. 25.*

ⁿ Tertius decimus a *Davide* in regno *Judæ Joathamus* extitit, pietate patris *Oziæ* non diſſimilis. ᵒ Sed ejus filius, *Achaz* Regum peſſimus fuit, & ab religione patria ſic abhorruit, ut *Baalem* coleret, eique ſtatuas & aras poneret, filios ritu neſario igne luſtraret. Ob id maximis cum vicini Reges afficere cladibus, *Iſraelita*, *Syrus*, &, quem adverſus hunc magnis incitarat præmiis, *Aſſyrius*; nec non *Idumæi*, ac *Palæſtini*. Eas ut calamitates expiaret, ſtolido conſilio *Damaſcenos* ſibi Deos placare ſacris inſtituit, & occluſo templo, paſſim aras profanis numinibus excitavit. *Joatham, & Achaz. n 4. Reg. 15. o 4. Reg. 16. & 2. Par. 28.*

Achazo Judæ tribum regente, *Iſraelitis* præerat *Oſee*, *Oſee.*
prioribus *Iſraelitarum* regibus paullo tolerabilior: neque tamen inanium Deorum cultum abjecit, aut ad veri religionem animum tranſtulit.

At, qui *Achazo* patri ſucceſſit, *Judæ* Rex ᵖ *Ezechias* poſt *Davidem* Principibus longe omnibus antecelluit. Hic enim Deorum ſtatuas omnes ac fana diſjecit, lucos excidit, excelſa ſuſtulit, ac denique *Moſaicæ* legi obtemperavit penitus. Hujus ᑫ anno ſexto, *Oſee* nono, Periodi *Julianæ* 3993. *Salmanaſar* Rex *Aſſyriorum*, capta *Samaria*, *Iſraelitas* omnes tranſportavit (4) in *Aſſyriam*, atque ita regnum *Iſraeliticum* deſiit, quod annos fere tenuit 254. *Ezechias. p 4. Reg. 18. & 2. Par. 29. q ibid. verſ. 10.*

Anno

(1) *Athalia Achabi filia*) ac proinde nepte Homri cujus filia dicitur 2. *Paralip.* c. 2. v. 2. ratione loquendi Hebræis familiari.
(2) *Mortuo Ochozia*) Is per A. 1. tantum regnavit.
(3) *Azarias qui & Ozias*) Conf. 2. vel 4. *Reg.* c. 15. v. 1. 2. & 2. *Paralip.* c. 16. v. 1.

(4) *In Aſſyriam*) Et in Mediæ civitates 2. *Reg.* 17. v. 6. & 18. 10. ſcil. per ἀναρχίαν, quæ ante Dejocem apud Medos obtinuit Aſſyrii quaſdam illorum civitates occupaverant *Tob.* 1. Ceterum ut hæc intelligantur, legendum eſt hujus libri c. 4. cum notis.

A. 3702. Per. Jul. ad 4185. a 4. Reg. 18. 13. & c. 19.

a Anno quartodecimo *Ezechiæ*, Periodi *Julianæ* 4000. *Sennacheribus Salmanaſaris* filius, Rex *Aſſyriorum*, in *Judeam* irrumpens oppida pluſima cepit, aut evertit. *Rapſacem* deinde ad obſidendam *Hieroſolymam* cum copiis mittit. Quo reverſo, dum ad invadendam urbem *Sennacheribus* accingitur, una nocte centum octoginta quinque *Aſſyriorum* millia ab Angelo interfecta ſunt.

b Vide 9. de Doct. Temp. cap. 56.

Eodem anno, poſt cladem *Aſſyriorum*, *Ezechias* in lethalem morbum incidit, a quo per *Iſaiam* Prophetam divinitus eſt ſanatus, & in annos quindecim illius vita producta. b Præpoſtere faciunt, qui morbum *Ezechiæ* ante ſtragem *Aſſyriorum* collocant.

Tobias. c Vide 10. de Doct. Temp. cap. 4.

Inter *Iſraelitas*, qui a *Salmanaſare* deportati ſunt, c fuit *Tobias* vir ſanctiſſimus, cujus hiſtoria peculiari Scripturæ libro traditur.

Manaſſes. d 4. Reg. 21. & 2. Paral. 33.

Sextus decimus a *Davide* regnat *Manaſſes* annum agens duodecim, d qui a paternis moribus ita degeneravit, ut neſcias uter utram in partem illuſtrior exſtiterit; ille pietate in Deum, ac virtutum ceterarum officiis; iſte contemptu patriæ religionis, crudelitate, libidine, quibus in ſacra pariter & humana graſſatus eſt. Ideo octavo circiter, ut conjectamur, anno regni ſui a principibus exercitus *Aſſyriorum* Regis captus, & compedibus vinctus in *Babylonem* perducitur: ubi mali edoctus, ac toto pectore converſus ad Dominum, ab eo reſtitutus eſt in integrum. Moxque idolis & omnibus ſuperſtitionis impiæ monimentis abraſis, numinis patrii cultum repræſentare

e Vide 12. de Doct. Temp. c. 26.

ſtuduit. e Nobis, ut & aliis pleriſque, probabile eſſe videtur, (1) a *Merodacho Babyloniæ* tum regulo, & *Aſſyriorum* Regi ſubjecto, captum eſſe *Manaſſem*. Nam utriuſque tempora congruunt, ut poſtea videbimus. Ac per idem tempus f (2) *Judithæ & Holophernis* hiſtoriam eveniſſe: ſiquidem *Aſſyriæ* Rex *Nabuchodonoſor*, unus ex *Aſſarhaddonis* poſteris, *Medos* & *Babylonios* alioſque populos ac dynaſtas obnoxios habebat: ita tamen ut per ſeſe res illi ſuas interim agerent, ac privatim & ipſi regnum exercerent. g Quare ſub annum ante *Chriſtum* 688 *Judithæ* facinus accidiſſe credimus.

Judith. f Judith.

g Vid. 12. de Doct. Temp. c. 26.

h 4. Reg. 21. & 2. Paral. 33. i 4. Reg. 12. & ſeq. & 2. Par. 34. & ſeq.

h Poſt *Amonem Manaſſis* filium, qui priorem parentis ſui vitam imitatus, ſceleratiſſime regnavit ad biennium uſque, i *Joſias* octennis puer ad imperium eſt evectus. Qui ſanctitate & religione jam tum a teneris excelluit: &, abolita omni penitus ſimulacrorum ac gentilium ſacrorum memoria, Deum ſincere & ex animo veneratus eſt. Anno 18. regni ſui ex collatitia pecunia templum inſtauravit. Ibi reperto legis volumine, ac coram Rege lecto, præ terrore denuntiatæ deſertoribus pœnæ, veſtimenta ille ſua diſcidit. Eodem anno Paſcha celeberrimo apparatu *Hieroſolymis* indixit. Tandem vero dum *Neco*, ſive *Nechao*, *Ægypti* Rege adverſus *Aſſyrios* tendenti inconſulte ſeſe cum copiis objicit, in prœlio cæſus eſt anno regni ſui 31.

Vide Animadv. ad Epiph. pag. 18. & lib. 9. de Doctrina Temp. c. 61.

CAPUT III.

De Joſiæ *poſteris, maxime* Sedecia, *& clade* Hieroſolymitana, *ac de 70. annorum ſervitute.*

k 1. Par. 3. 15. l Cap. 22. 11. m 4. Reg. 23. 30.

JOſiæ liberi k recenſentur quattuor, *Johanam*, *Joakim*, *Sedecias*, *& Sellum*. Ex quibus poſt patrem regnaſſe *Sellum* ſcribit l *Hieremias*. Idem igitur eſt cum *Joachazo*, *qui Joſiæ* ſucceſſit m, menſibuſque ſex regnavit, & a *Nechao Ægypti* Rege de ſolio dejectus & in *Ægyptum* abreptus eſt; qui Regem illius loco conſtituit *Eliacim*, ſive *Joakim*, illius fratrem. *Johanam* porro ſuperſtite adhuc *Joſia* deceſſiſſe videtur. Itaque ſublato *Joachazo*, qui populari factione, uti ſuſpicio eſt, majoribus natu fratribus antepoſitus erat, regnavit *Joakim* anno Periodi *Julianæ* 4104. cujus n anno tertio ineunte *Nabuchodonoſorus* a patre *Nabopolaſaro* miſſus venit in *Syriam*, & o victo *Nechao Ægypti* Rege, (3) *Joakimum* p anno ejus ineunte quarto ſibi ſubjecit. q Qui cum poſt annos tres rebellaſſet, ab ejuſdem *Nabuchodonoſori* exercitu captus eſt, proque eo regnare juſſus *Joachim*, qui & *Jechonias*, ejus filius. Sed poſt menſes tres, *Nabuchodonoſoro* rurſus ad obſidendam *Hieroſolymam* veniente, r *Jechonias* ſponte ſe illi dedit, atque in *Babyloniam* cum matre ac proceribus aliiſque compluribus eſt abductus. Hic octodecim annos natus Rex eſſe factus dicitur in libro 4. *Reg.* in ſecundo vero *Paralipomenon*, octennis; quod ſic interpretari licet, ut a patre in regni conſortium ſit aſſumptus anno circiter regni ſui ſecundo, ac decem cum illo imperarit annos.

Petavii Rationar. Temp

A. 3702. Per. Jul. ad 4185.

Joakim. n Dan. 1. o 4. Reg. 24. 7. p Hier. 25. 1. q 4. Reg. 24. 1.

r 4. Reg. 24. 36. & 2. Par. 6. *Jechonias.*

s 4. Reg. 25. Hier. 52.

s Poſtremus in locum *Jechoniæ* a *Nabuchodonoſoro* creatus eſt *Judæ* Rex *Mathanias*, qui & *Sedecias*, *Joſiæ* filius, deſertor & ipſe religionis ac fidei, tam Deo debitæ, quam ei, a quo Rex erat factus, *Babylonio* præſtitæ. Nam ab eo, anno regni ſui nono, deſcivit, eumdemque provocavit in ſeſe. Cœpta eſt igitur obſideri *Hieruſalem* t anno Sabbatico ineunte, mundi porro 3393. ut v ex *Hieremia* colligitur, ac tertio anno capta, templumque incendio concrematum. *Sedecias* e fuga retractus, & oculis, quibus jugulari ante ſe prius liberos ſuos viderat, orbatus, in vinculis *Babylonem* perducitur.

t Per. Jul. 4124. ante Chriſtum 591. v cap. 34. *Hieroſolyma capta.*

Expugnata urbs eſt (4) anno ante *Chriſtum* 589. menſe quarto, ac die quinta, x ut ſcribit *Hieremias*: y at idem alibi nonam diem præfinit. Nimirum quinta die pars aliqua urbis occupata eſt; nona vero penitus eſt perrupta. Quæ dies congruit *Junii* 16. z Sequenti menſe, qui fuit *Ab*, die 10. quæ incurrit in *Julii* 20. cum templo urbs incenditur.

x Hier. 39. 2. *Sedecias.* y Cap. 52. 6. z Cap. 52. 13.

Sedecia Rege inſignes exſtitere Prophetæ, *Hieremias*, & *Ezechiel*. *Daniel* vero tum adoleſcebat in *Babylonia*, quo cum reliquis anno quarto *Joakimi* tranſportatus eſt: *Ezechiel* vero cum *Jechonia*, poſt annos octo. a *Hieremias*, qui annis pluribus, ac præſertim obſidionis tempore, crudeliter a ſuis vexatus fuerat, capta urbe, *Nabuchodonoſoris* mandato, a *Nabuzardane* honorifice eſt habitus, facta ubi vellet habitandi copia. Cum a patriæ ruinis digredi noluiſſet, *Godoliæ*, quem populi reliquiis *Chaldæus* præfecerat, commendatus: illo paullo poſt ab *Iſmaele* occiſo, in *Ægyptum* ab ſuis popularibus cum *Barucho* invitus abripitur. Ibi dum *Judæorum* ſceleribus obſiſtit, multa perpeſſus, b demum ab illis interficitur.

a 4. Reg. 25. Hier. 42.

b Epiph. de Vitis Prophet.

CAPUT IV.

De Tyriis *Regibus*, Carthaginis *conditu*, Lycurgo *Legislatore, ac* Medorum *&* Macedonum *initiis.*

Part. 2. l. 2. c. 13.

PEr idem tempus, quo ambobus *Hebræorum* regnis ſuæ gentis principes præerant, ac longo poſt exſtinctum utrumque ſpatio, regnatum eſt apud *Tyrum Sidoniorum* coloniam; quam annis ducentis & qua-

(1) *A Merodacho Babyloniæ tum regulo*] Immo poſt illius mortem Babylonii tunc iterum ab Aſſyriis ſub jugum miſſi 2. *Paral.* 33. 12. Vid. *Uſſer.* ad A. P. J. 4037. ab Eſarhaddonis ergo ducibus abductus fuit Manaſſes.

(2) *Judithæ & Holophernis hiſtoriam*] Regnante ſcil. in Juda Manaſſe & Aſſyriis Babyloniiſque ſimul imperante Saoſduchino Eſarhaddonis Succeſſore A. P. J. 4058. A. C. 656.

(3) *Joakimum anno ejus ineunte 4. ſibi ſubjecit*] Inde numerandos eſſe annos 70. captivitatis Babylonicæ ſcil. ab A. P. J. 4108. ad 4178. ſeu ab A. A. C. 606. ad 536. conſentiunt accurati Chronologi.

(4) *Anno ante Chriſtum 589.*] 588. habet *Uſſerius*, cujus accuratiores ſunt calculi.

A. 3702. Per. Jul. ad 4185.
a Joſ. 8. Ant. c. 8.
ann. Per. Julianæ 3467. ante Chriſtũ 1247.
Hiramus. Rex Tyri.

quadraginta ante fundatum ab *Salomone* templum fuiſſe conditam, ex *Tyriorum* annalibus [a] *Joſephus* affirmat. Cadit id tempus in *Gedeonis* præfecturam, & annum ante *Chriſtum* 1247. ante *Trojanum* excidium fere ſeptuageſimum. Sed priorum *Tyri* Regum memoriam vetuſtas obliteravit: nec ullius antiquior eſt, quam *Abibali*, & filii ejus *Hirami*, qui *Davidis* & *Salomonis* ætate vixit; & cum ambobus fœdere amicitiaque junctus, huic etiam ad templum ædificandum materiam atque artifices prolixe ſuppeditavit.

Ithobaal.
b 3. Reg. 16. 31.
Pygmalion.
Dido, & Carthaginis conditus.
c Solin. c 30.
d Joſ. 1. cont. Appion p. 1043. edit. Græco-Latin.
Virgilius notatur.

Octavus ab *Hiramo* regnaſſe proditur *Ithobalus Aſtartæ* Sacerdos. [b] cujus filiam *Jezabelem* in matrimonium accepit impius *Achab Iſraelitarum* Rex. Undecimus porro ab eodem *Hiramo* cenſetur *Pygmalion*, qui ſororis *Eliſæ* ſive *Didonis* conjugem *Sichæum*, opibus ejus inhians, vita privavit. At *Dido*, gaza omni clam in naves impoſita, nec paucis fugæ comparatis ſociis, navigavit in *Africam*; [c] ubi ab *Hiarba Mauruſiorum* regulo agrum mercata oppidum condidit; quod *Byrſam* primum, (arcis id nomen fuit) exinde (1) *Carthaginem* vocarunt. Ea profectio *Pygmalionis* anno ſeptimo [d] ab *Joſepho* tribuitur ex archivis *Phœnicum*. *Carthago* vero fundata dicitur anno poſt Templum inchoatum 144. qui eſt annus poſt *Trojanam* calamitatem 316. ante *Chriſtum* 868. Minime itaque conſentanea eſt *Virgilii* ratio, qui æqualem *Æneæ Didonem* ſtatuit, quam trecentis fere annis poſten vixiſſe conſtat inter Annales. Quamvis enim *Carthaginis* conditum ante expugnatum *Ilium* quidam ex Antiquis adſcripſerint, non ii tamen auctorem illius fuiſſe *Didonem* arbitrati ſunt *Pygmalionis* ſororem.

e Plut. Lyc. Juſt. lib 3
Lycurgus.
Vid. Par. 2. lib. 2 c 14.

Eadem tempeſtate, qua in *Africa* novum a *Tyriis* poſitum eſt oppidum, [e] *Lacedæmoniorum* in *Græcia* Rempublicam ſaluberrimis fundavit legibus *Lycurgus Eunomi* filius, ex *Proclidarum* ſive *Euripondidarum* ſtirpe; cujus fratre mortuo *Polyuctio* Rege, cum ejus uxor filii nece, quem in utero gerebat, paciſci cum illo nuptias vellet, prudenter eluſa fœminæ cupiditate, recentem a partu adhuc infantem in throno collocatum regio deſtinavit Principem; ac regno ſe abdicans, pro tutore deinceps procuravit Rempublicam. *Charilao* (nomen id fuit pueri) jam adulto, ut affectati principatus purgaret invidiam, peregre profectus, variorum ex uſu populorum confectam legum ac civilis diſciplinæ formam reportavit in patriam. In primis agrum *Spartanum* inter omnes ex æquo partitus eſt: auri & argenti uſum, tamquam litium ac ſcelerum omnium cauſſam, funditus ſuſtulit, nummis e ferro gravibus inductis. Ac ne cuiquam parandarum opum luxus occaſionem daret, cum epulari publice juſſit omnes, tum frugali ac duro victu conſueſcere. Hæc aliaque civibus ſuis inſtituta mandanti gravis orta ſeditio pene interitum attulit: quam dum fuga declinare ſtudet, *Alcander* converſo capite forte reſpectanti ſuffodit oculum. Hoc ſpectaculo repente flexis ad miſericordiam animis, auctor illi facinoris ad ſupplicium deditur: quem ille in domum acceptum lenitate & obſequio ita ſibi devinxit, nemo ut deinceps amicior fuerit. Ad eum modum publice receptis legibus, ut iis æternitatem daret, *Delphos* ſe ad oraculum proficiſci velle denuntiat: ac ſacramento cives omnes adigit, nihil eos de legibus ſuis mutaturos antequam reverti-ſſet. Sic in *Cretam* abiens, ibi ad obitum uſque permanſit. Vitam ſponte inedia finiiſſe [f] *Tertullianus* refert, ægre ferentem leges a ſe latas *Lacedæmonios* mutaſſe. Quin & oſſa ſua moriens in mare projici juſſit, ne iis *Spartam* relatis, ſolutos ſe ſacramenti religione *Lacedæmonii* crederent. Harum rerum tempus, ob Scriptorum diſſenſionem, certo conſtitui non poteſt. Nam (2) *Lycurgum* [g] alii ſub primam Olympiadem floruiſſe volunt: alii annis centum, eoque amplius, anteceſſiſſe.

A. 3702. Per. Jul. ad 4185.
f Apolog.
g Pauſ. El. 1. p. 150.
h Cteſias apud Diod. 2. p. 83. & Athen. Len. Juſt. 1. 1. Euſ. Chr.
Medorum initium.

[3] [h] Integro ante primam Olympiadem ſæculo vetus *Aſſyriorum* deſiit regnum: *Sardanapalo* poſtremo Rege ob luxum & ſocordiam a præfecto *Medorum Arbace* contempto, & poſt fuſum illius exercitum mori compulſo. Mos erat *Aſſyriorum* Principum ex antiquo traditus, ut ſe videndos nemini præberent, quod inter ſcortorum greges pudendam viris, nedum dignam Regibus, vitam ducerent. Contra hunc morem admiſſus *Arbaces*, cum *Sardanapalum* muliebri habitu inter pellices penſa trahentem adſpexiſſet, rei indignitate commotus ab eo defecit. Poſtque aliquot eventu vario geſta prœlia, poſtremo victum ad regni vitæque deſperationem impulit. Igitur in regiæ ſe penetrale recipiens, coacervatis in lignorum ſtruem theſauris omnibus, ſeſe ſuperinjecit, vivumque concremavit, ut hoc ſolo facinore utcumque virum imitaretur. Sic *Medorum* in *Aſia* conditum eſt imperium octavum circiter annum *Iſraelitis* regnante *Jehu*, *Joaſi* vero *Ochoziæ Judæ* Regis filii tertio, Per. *Jul.* 3838. ante *Chriſtum* 876. Primus in *Medorum* ſerie imperavit *Arbaces*: (4) poſtremus *Aſtyages*, avus *Cyri*. Novem in totum Reges exſtitere, qui annis 317. rerum potiti ſunt.

Part. 2. l. 2. c. 14.

(5) At *Herodotus* de *Medis* paullo diverſa prodidit. Nam *Aſſyrios* narrat annis 520. *Aſiam* obtinuiſſe: ab iis defeciſſe poſtea *Medos*: qui cum perdiu ſine legibus & imperio vixiſſent, ad ultimum Regem ſibi præfeciſſe *Dejocem*; cujus in jure dicundo prudentiam experti fuerant: ab hoc conditum eſſe *Ecbatanorum* oppidum.

Part. 2. l. 2. c. 14.
Macedonum regnum.
i Dexippus in Excerpt. Euſeb. Gr. p. 49.
k Euſeb. Chron. Sch. Pind. Olymp. 13.
l Theoc. idyl. 17.

Annis poſt *Medorum* initium duobus & ſexaginta, regnante *Amaſia* in *Judæ* ſorte, [6] *Iſraelitis* vero *Jeroboamo*, [i] *Macedonum* imperium fundatum eſt a *Carano Argivo Phidonis* fratre, ejus [k] qui menſuras & pondera primus inveniſſe dicitur. Horum genus ab *Hercule* deductum; a quo *Caranus* undecimus a *Dexippo*, a *Vellejo* ſextus decimus putatur: qui contracta ex omni *Peloponneſo* valida manu in *Macedoniam* venit, ibique regnum auſpicatus eſt. Hinc ſe *Macedoniæ* Reges, nec non [l] *Alexandrini* ab *Lagida Ptolemæo Macedone* oriundi, *Heraclidas* ferebant. Initium *Carani* ex *Euſebii Chronico* competit in annum

Abraa-

(1) *Carthaginem vocarunt*] de Carthaginis conditu & nominibus Vid. *Bochart. Can. lib.* 1. *c.* 24. & *lib.* 2. *c.* 5. & Noſtrum *Part.* 2. *lib.* 2. *c.* 13.

(2) *Lycurgum alii ſub primam Olympiadem floruiſſe &c.*) Recte obſervatum fuerat in præfat. hujus oper. Edit. Lugd. Batav. mullam inter illos auctores eſſe diſſenſionem, ſcil. vixit Lycurgus ſub primam Olympiadem Iphiteam h. e. ipſius Iphiti tempore, ſimulque annis centum anteceſſit primam Olympiadem h. e. eam quæ 1. numeratur in Olympiadum epocha, ſic enim numerari cœptum eſt non Iphiti tempore qui ludos Olympicos inſtauravit, ſed centum annis poſt a ludis illis quibus ſtadio victor fuit *Corœbus* Eleus, ut *ex Polybio* & *Africano* liquet.

(3) *Integro ante primam Olympiadem ſæculo*) In rebus Aſſyriacis enarrandis a Cteſia & Diodoro deceptus fuit auctor noſter, ad *Uſſerium* & *Marshamum* recurrendum ut reſtituatur hæc hiſtoriæ pars, ſicque ferme res intelligenda. Regnante in Juda Jothamo A. P. J. 3967. A. C. 747. ab Arbace poſt triennalem Ninives obſidionem, combuſta regia, in qua ſe Sardanapalus incluſerat, everſa eſt ingens illa Aſſyriorum Monarchia, quæ per annos 520. univerſam fere Aſiam ſub ſe habuerat. Ex illius ruinis tria nova ſurrexerunt imperia. 1. fuit Medorum qui ſine Rege per annos 37. vixerunt, de qua *ἀναρχία* dictum eſt ſup. c. 2. Not. 7. 2. Aſſyriorum quod veteris nomen non potentiam tenuit, hujus inſtaurator fuit ſcripturæ Tiglathpileſer dictus etiam Ninus junior hoc ipſo Ann. P. J. 3907. 3. denique Babylonicum a Nabonaſaro conditum qui in Scriptura vocatus creditur Baladan. vid. ſup. laud. *Uſſer.* ad hæc tempora.

(4) *Poſtremus Aſtyages avus Cyri,*) Vid. inf. Cap. 9. & Not.

(5) *At Herodotus de Medis paullo diverſa prodidit*] Vid. ſup. *lib.* 1. *c.* 2. & *Not.* 7. 8. 9.

(6) *Iſraelitis vero Jeroboamo*] ſcil. Jeroboamo II.

[A. 3702. Per. Jul. ad 4185.] *Abraami* 1204. Periodi *Julianæ* 3901, qui eſt octavus & triceſimus ante primam *Olympiadem*. Poſtremus *Macedonum* Rex *Perſeus*, *Philippi* filius captus eſt a *Romanis* anno urbis conditæ 586. cum jam Reges imperaſſent numero 40. annis 647. Ac principio, anguſtis clauſi finibus, aſſidua, ſed obſcura, [a Juſt. 7.] cum *Illyriis* & *Thracibus* bella geſſerunt. a Per quæ id, *Europo* vel *Aeropa* Rege, ſane memoria dignum accidit. *Philippus*, *Argæi* filius, ordine Regum ſextus, circa annum Periodi *Julianæ* 4116. tertium *Olympiadis* 45. moriens, *Europum* pene adhuc infantem reliquit heredem. Cujus ætate contempta, *Illyrii* bellum *Macedonibus* inferunt. Ii primo prœlio victi, mox certamine repetito Regem ſuum in cunis productum ante aciem collocant: atque ex ejus adſpectu tantum ardorem animo conceperunt, ut magna ſtrage fuſis hoſtibus, nobilem de iis victoriam referrent. Ceteri ad *Philippum* & *Alexandrum* uſque Magnum nulla re fere celebres exſtiterunt.

CAPUT V.

De Olympicis *agonibus*.

[Part. 2. l. 3. c. 8.] CEleberrimum in *Græcia* certamen inſtitutum eſt *Olympicum* anno poſt *Trojam* deletam 408. ante *Romam* conditam tertio & viceſimo, cum *Judæis* regnaret *Ozias* annum jam quartum & triceſimum. (1) Hujus inſtaurandi princeps fuit *Iphitus Praxonidæ* filius, *Eleus*, qui genus ſuum ad *Herculem* referebat. *Hercules* porro complures exſtitere. Ex his qui inter *Idæos Dactilos* cenſetur, ludos primus iſtos edidit: quos ab aliis ſubinde repetitos *Pelops Tantali* filius, necnon *Atreus*, ac deinde *Alcmenæ* filius celebravit *Hercules*. Ab *Iphito* demum, & eo, quo dixi, tempore ſtati eſſe cœperunt, ut quinto quoque ineunte anno redirent: ex quo πεντετηρικοί, id eſt *quinquennales* agones appellati ſunt. Quippe quatuor confectis annis in orbem recurrebant. Hoc vero quadriennium eo genere conſtabat anni, quo *Græcia* vetus utebatur; quod lunare fuiſſe, ſed minus [b Lib. 1. de Doct. Temp. & 4. Var. Diſſ. a. d. Uran.] exactum, b alio loco demonſtravimus. *Africanus* apud *Georgium* Monachum referebat, *Lunam* ab *Ægyptiis Olympiadem* eſſe dictam, quod ſingulis menſibus *Zodiaci* dodecatemorion peragrat; qui circulus a veteribus Ὀλυμπος nominatur; unde *Olympiadas* putabat eſſe dictas. Sed id minime eſt verum: nam *Olympiadum* nomen antiquius videtur apud *Græcos* fuiſſe, quam *Zodiaci* partitio in duodecim ſegmenta, [c Lib. 2. Var. Diſſ. ad Uran. cap. 1.] c ut alibi diſſerimus. Itaque ab loco illis inditum eſt vocabulum. *Piſatis* in *Peloponneſo* regio a primaria urbe, *Piſa*, quæ *Olympia*, auctore *Stephano*, [d Pauſan. Eliac. 1. p. 200. e Strabo 8.] dicta eſt, nomen invenit. d Urbem hanc vicini *Elidenſes* evertere, cum ſe ex eorum poteſtate, cui ſubjuncti erant, *Piſatæ* conati eſſent eripere. e Ad eamdem vetuſtiſſimum *Jovis* fanum erat, trecentis ab *Elide* ſtadiis diſtans, prope *Alpheum* fluvium. Nec longe inde oleaſtris conſitum nemus, e quibus victorum coronæ texebantur; tum curriculum, ſive ſtadium, in quo ludrica ſpectacula præbebantur.

Templum ſcribit *Pauſanias* opere *Dorico* factum ab ima area ad ſummum faſtigium octo & ſexaginta pedes habuiſſe, latum nonaginta quinque, longum vero 330. cujus architectus *Libo* fuit. Hujus tectum [f Pauſan.] pro tegulis, *Pentelico* ſtratum marmore. f Ara in eo *Jovis* erat *Olympii*, cujus crepido pedum in circuitu 125. altitudo 22. fuit. Crepidinem appellabant πρόθυσιν, in qua victimæ mactabantur: earum vero femora in ara ſumma cremabantur. Itaque *Pauſanias* e cineribus factam hanc aram fuiſſe narrat. Sed & gradus eum ad πρόθυσιν uſque lapidei eſſent, inde [g Strabo 8.] ad aram cinerei fuerunt. g Memorabile ibidem exſtitit *Jovis Olympii* ſimulacrum; quod a *Phidia* elaboratum, *Panænus* Pictor coloribus pinxit.

[h Pauſ. Eliac. A. p. 200. i Polyb. l. 4. p. 537.] h Jam ludis ipſis *Elei* præfuere, ac *Piſatas*, qui jus illud uſurpare conabantur, funditus deleverunt. i Iidem *Jovis* & ludorum religione tuti vacationem ab armis habebant, ac ruri ferme degebant. Sed ea contempta quiete, cum ſe poſtea bellis immiſcuiſſent, in magnas calamitates inciderunt.

[k Pauſ. Eliac. A. p. 156. l Pauſ. Eliac. A. p. 173. m Pauſ. Eliac. A. p. 200. n Pindar. & ejus Schol. ad Olymp. Tzet. ad Lycoph. o Thuc. l. 5. p. 380. edit. Vech.] k Igitur ex ea gente certaminum arbitri [quos *agonothetas*, ſive *Hellanodicas* vocabant] primum exſtitere duo; tum novem; poſtea decem ac duodecim; inde octo; ac decem denique ſunt facti. l Coram his athletæ producti, ad *Jovis Fidii* ſtatuam, quem Ὅρκιον nominabant, ad juſjurandum adigebantur, omnes ſe diſciplinæ numeros decem ante diem certaminis menſibus expleſſe. m Præcipuum & antiquiſſimum genus certaminis curſus fuit, quod *ſtadium* appellabant, reliqua deinceps addidere. n Quinque omnino ludis inſtaurandis attributi ſunt dies ab Luna undecima ad quintam decimam. Plenilunio quippe agonem obibant, ut ait *Pindarus*. o Ac paullo ante ludricum, denuntiatis per civitates induciis, ſi quæ bellum invicem gererent, ab armis abſtinere jubebantur.

[p Dion. Halic. l. 7. ſub fin. q Lib. 5. de Anim. c. 17. r Lib. 9.] p Jam cum nudi prorſus athletæ certarent, ab iis ſpectaculis muliebrem ſexum lex, & pudor arcebat. In quo muſcas iis q *Ælianus* anteponit, quæ ſponte avolantes nuſquam per id tempus apparebant. Victorum oleaginea corona præmium fuit. Tum ad aras ſex, quas ſingulas par Deorum obtinebat, ſacra faciebant. Prima omnium *Olympias* ſtadionicam habuit *Corœbum Elidenſem*: quem arte coquum fuiſſe prodit r *Athenæus*. Ea porro *Olympias* iniit anno Periodi *Julianæ* 3938. mundi 3208. qui eſt ante natalem *Chriſti* 776. actique ſunt ludi a *Julii* 19. die, ad 23. Quippe legitimum tempus illorum fuit æſtivum, ſub ipſum ſolſtitium.

CAPUT VI.

De poſteriore ac rediviva Aſſyriorum *imperio, ejuſque Principibus, deque* Juditha, & Holopherne, *ac de* Sargon, & Thartan; *tum de* Babylonici *regni primordio*.

[Vide l. 9. de Doct. Temp. c. 25.] FIt in ſacris Libris *Aſſyriorum* Regum non infrequens mentio, etiam poſt illud tempus, quo *Sardanapalo* mortuo, prius illud imperium a *Belo* vel *Nino* cœptum, occidiſſe conſtat. Id enim anno illo contigiſſe inter omnes convenit, quo *Medorum* imperii jacta ſunt fundamenta. Quod quidem centum annis ante primam *Olympiadem*, hoc eſt trecentis ac ſeptemdecim ante *Cyri* primordium eveniſſe, (2) ſupra *cap.* 4. demonſtravimus. Atqui longe poſt illud tempus alii recenſentur *Aſſyriorum* Principes, qui & *Ninive* ſedem regni ſui collocarunt. Sic (3) *Azaria* regnante, ſub ejus nonum & triceſimum annum, *Phul* Rex *Aſſyriorum Iſraelitas* vexaſſe s dicitur. [s Lib. 4. Reg. c. 15. 19.] Qui annus ante *Chriſtum* numeratur 771. & eſt centeſimus ſextus ab nece *Sardanapali* excidioque *Ninives*.

Ne

(1) *Hujus inſtaurandi princeps fuit Iphitus*] id quidem verum eſt, ſed non ab Iphiti tempore, ut in toto hoc capite ſupponere videtur Auctor, incipit Olympiadum Epocha. Agon, in quo ſtadio vicit Corœbus Eleus, centum annis Agone Iphiteo poſterior fuit. v. c. *præced. Not.* 2.

(2) *Supra cap. 4. demonſtravimus*) Vid. ibi notas. Et in genere de rebus iſtis ad Uſſerium & Marshamum locis citat. longiores enim requirerentur ad omnia hic emendanda obſervationes, quam ut in notis reponi poſſint.

(3) *Azaria regnante & Phul.*) Phulem ante Sardanapalum reponendum pluſquam veroſimile reddit *Uſſer.* ad A. P. J. 3943.

A. 3702. Per. Jul. ad 4185. Per. Jul. 3943.

Ne te longius morer: exiſtimo poſt antiquum illud *Aſſyriorum* exſtinctum vel in *Medos* translatum imperium, (1) paullatim exoleſcentibus *Medis*, & propter ignaviam ac mollitiem eorum labefactatis viribus, nonnullos defeciſſe; primum *Aſſyrios*, deinde *Babylonios*. Nam quod *Medi* ab *Arbace* ad *Dejocem* non eumdem fortunæ curſum tenuerint, ex eo veriſimile fit, quod *Herodotus* interjecto illo ſpatio *Medos* ait liberos ac ſine Rege vixiſſe. Quocirca *Ninive* ſubverſa, & prioribus ſublatis *Aſſyriis*, novi poſtea Reges exſtiterunt, qui urbem illam inſtaurarunt, lateque dominati ſunt, donec a *Babylonis* Regibus bello ſuperati fuerunt. Horum nomina, & quibus in *Judæa* regnantibus exſtiterint, qui quidem in Scriptura memorantur, adſcribam:

	Laterculum Regum *Aſſyriorum*.			
	Reges *Aſſyrii*.	Regnantibus in *Judæa*.		Anni Jul. Per. in quos incidit eorum mentio.
1	*Phul*	*Ozia*	4. *Reg*. 15. 19.	3943
2	*Teglath Phalaſar*.	*Joathan* & *Phacee*	Ibid. verſ. 29.	3955
3	*Salmanaſar*	*Ezechia*	4. *Reg*. 17. 3.	3993
4	*Sennacherib* ejus F.	*Ezechia*	Ibid. 18. 13. & *Tob*. 1. 18.	4000
5	*Aſſarbaddon Sennacheribi* F.	*Ezechia*	4. *Reg*. 19. 37.	4001
6	*Nabuchodonoſor* diverſus a *Babylonio*.	*Manaſſe*.	*Judith*. 1. 5.	4025

Hi ſunt *Aſſyriorum* Reges, quorum Scriptura meminit: (2) quos initio *Babylonia* potitos eſſe liquet [a] ex ſacra Regum hiſtoria: ubi *Salmanaſar* e *Babylone* aliiſque regionibus colonos in *Samariam* miſiſſe dicitur. Sed & *Medis* imperaſſe ex eodem [b] libro colligitur.

[a] Reg. 4. c. 17. 24.
[b] c. 18. 2. Vid. Iſai. 23. 13. ex Hebræorum interpretatione.

[c] *Salmanaſar Iſraeliticum* regnum invaſit, & *Iſraelitas*, quo nomine decem fere tribus continebantur in *Mediam*, & *Babyloniam*, ac reliquas Orientis provincias relegavit; pro iis colonos in illorum vacuas ſedes variis ex gentibus infundit: quibus cum infeſti leones eſſent, *Aſſyriorum* Rex unum e captivis *Judæorum* Sacerdotibus ad eos mittit: a quo *Hebræorum* numinis religiones edocti; has ipſas cum profanis ſuperſtitionibus ſuæ quiſque patriæ complexi ſunt. Hinc *Samaritanorum* fœda colluvio, & in longum propagata tempus, ortum accepit.

[c] 4. Reg. c. 17. & ſeq.

Samaritanorum ex variis gentibus collecti.

[d] Poſt *Iſraeliticam* vaſtitatem, quæ ſub annum *Ezechiæ* ſextum incidit, non ultra regnare *Salmanaſar* annum *Ezechiæ* 14. potuit. Siquidem *Sennacheribus* circa annum iſtum illi ſucceſſit. Quo anno in *Judæam* duxit exercitum; ac pluribus expugnatis oppidis, dum *Hieroſolymam* aggreditur, & per legatos *Ezechiæ* Regi & *Iſraelitarum* Deo contumelioſis vocibus inſultat, una nocte deletis ab Angelo 185000. trepidus domum rediit: ubi filiorum parricidio inter ſacra, & in ipſo Dei ſui conſpectu miſerrime periit, [e] cum prius *Judæorum* exſulum nece, quos in regnum ſuum deportatos habebat, acceptam in illorum patria cladem eſſet ultus.

[d] 4. Reg. 18. & ſeq.

A. 3702. Per. Jul. ad 4185.
[e] Tob. 1. 21.

(3) *Nabuchodonoſor* vero, quem poſtremum in ſerie numeramus, is ille eſt, qui in hiſtoria [f] *Judith*, contra *Arphaxadum Medorum* Regem, a quo *Ecbatana* condita erant, inito prœlio viciſſe dicitur, anno regni ſui duodecimo. Non alius eſt *Arphaxad*, quam *Dejoces Herodoti* atque *Cteſiæ*, qui *Medorum* primus ab *Herodoto* Rex ponitur. Nam tempora mirifice congruunt. Hinc *Juditham* ad *Manaſſis* tempora pertinere cum pleriſque credimus. Regnare porro cœpit *Manaſſes* anno Periodi *Julianæ* 4016. *Dejoces* autem 4018. (4) *Babylone* interim reguli quidam ab *Nabonaſſaro* deinceps regnum ſtatuerant: quod initio modicum, & *Aſſyriorum* dominatui ſubjectum fuit: unde [g] *Merodach*, qui per illud tempus *Babylonem* tenebat, unus e *Nabuchodonoſori* Principibus appellatur, a quo captus eſt, & in *Babyloniam* perductus *Manaſſes*. Quo abſente *Nabuchodonoſorus Holophernem* miſit in *Judæam*; qui ab *Juditha* laudatiſſima fœmina prudenter illuſus & occiſus eſt.

Vide l. 22. de Doctrin. Tempor. c. 26.
[f] Judith. 1.
Judithæ tempus.
[g] 2. Paral. 33. 11.

Præter hos *Aſſyriorum* Reges meminit [h] *Iſaias Sargon* Regis *Aſſyriorum*, qui *Thartan* miſit; quem cum *Sennacheribo* plerique confundunt, [i] quod hic *Thartan* miſiſſe fertur. Non deſunt tamen, qui diverſum utrumque faciunt. Quibus ſi auſcultemus, inter *Salmanaſarum* & *Sennacheribum* inculcandus erit; & hujus aut pater, aut certe frater fuiſſe putandus. Etſi probabilius eſt eumdem eſſe cum *Sennacheribo*. Siquidem [k] mortuo *Salmanaſare*, regnaſſe pro illo dicitur *Sennacherib* filius ejus. Itaque nullus ambos inter collocandus videtur.

[h] c. 20. 1.
[i] 4. Reg. 18. 17.
[k] Tob. 1. 8.

Ceterum quæ de regni *Babylonici* primordio paullo ante obiter injecimus, *Ptolemæi* ac veterum Aſtronomorum teſtimonio nituntur, qui ab initio *Nabonaſſari Babyloniæ* Regis tempora ſua computant. Quod initium annis [l] 747. *Chriſti* æram antecedit. Hinc vetus *Chaldæorum* regnum cœpiſſe videtur. Eſt in ſacris libris prima Regum *Babyloniorum* mentio, ſub *Ezechiæ* regno, circa annum ejus 14. [m] quo *Merodach* filius *Baladan* Rex *Babyloniorum* legatos miſiſſe fertur ad *Ezechiam ut interrogarent de portento, quod acciderat ſuper terram*; tum quod illum ægrotaſſe didicerat. Annus 14. *Ezechiæ* ex his, quæ ſuperius expoſita ſunt, incurrit in [n] annum ante *Chriſtum* 714. qui eſt a *Nabonaſſari* primordio triceſimus quartus.

[l] Per. Jul. 3967.
[m] 4. Reg. 20. & 2. Par. 32. 31.
[n] Per. Jul. 4000.

[o] Vetus eſt Canon *Babyloniorum Regum*, quo *Ptolemæus* aliique Mathematici ſunt uſi, qui a *Nabonaſſaro* ad *Alexandri* M. obitum perducitur. In eo porro *Mardokempadus*, qui *Merodach* in ſacris libris nominatur, regnare cœpit anno ab *Nabonaſſaro* 27. & fortaſſis *Baladam* illius pater is eſt, quem *Canon Iliulæum* vocat.

[o] In fine partis hujus.

Quocirca probabilis eſt conjectura, (5) poſt *Aſſyrios*, aliquanto ſpatio defeciſſe ab *Medis Babylonios*, ac privatum ſibi ſtatuiſſe regnum duce *Nabonaſſaro*. Quod regnum initio tenue, & *Aſſyriis* obnoxium

(1) *Paullatim exoleſcentibus Medis*) Vel potius ſtatim poſt everſam Aſſyriorum Monarchiam, antequam conſtitutum fuiſſet Regnum Medorum. Vid. *ſup. cap*. 4. *not*. 3.

(2) *Quos initio Babylonia potitos eſſe liquet*) Scilicet perpetuis inter novos illos Reges bellis modo huic, modo illi cedebat Babylonia, ſicque, licet Reges Babylonis Nabonaſſari poſteri vigerent, potentior Salmanaſar Babylone aliquandiu potiri & inde colonos Samariam mittere potuit. *Uſſerius* porro hanc novam fuiſſe coloniam non Salmanaſaris ſed Eſarhaddonis tempore miſſam judicat, ex loco Ezræ c. 4. v. 2. 10. ad A. P. J. 4037.

(3) *Nabuchodonoſor vero*) Is eſt qui in *Canon. Ptolem.* Saoſduchinus nuncupatur Eſarhaddonis ſucceſſor; imperavit & Aſſyriis & Babyloniis. Vid. *inf*. *Not*. 8.

(4) *Babylone interim*) Vid. *ſup. c*. 4. *Not*. 3. & de Nabonaſſaro Merodaco aliiſque Babyloniæ Regibus conſule *Canon. Ptolem.* in loco porro 2. *Paral*. 33. 11. qui hic ad marginem citatur nulla fit *Merodaci* mentio, reſpexit auctor ad 2. *Paral*. c. 32. v. 38. qui locus infra citatur.

(5) *Poſt Aſſyrios &c.*) Vide *ſup. cap*. 4. *Not*. 3.

Google

A. 3702. Per. Jul. ad 4185.

obnoxium (1) ab *Nabopolaſſaro* ejuſque filio *Nabuchodonoſoro* amplificatum eſt, ut & *Medos* ipſos *Aſſyrios*que ſibi ſubjiceret. De qua re poſtea. Sed obſcuriſſima ſunt illius imperii primordia; de quibus nihil præter conjecturam fere reliquum habet hiſtoria.

CAPUT VII.

De Romulo *ac* Romæ *conditu, deque geſtis illius, & ſex inſequentium Regum.*

Part. 2. lib. 3. a Dionyſius Hal. l. 1. & 2. Liv. 1. Plut. Romul. Victor. de Orig. Rom. b Plutar.

DUodecimus ab *Ænea Latinis* regnavit *Amulius*, a *Numitore* fratre circumvento, ad quem propter ætatem jus regni pertinebat. *Numitoris* unica erat filia *Silvia*, quam *Amulius*, ne qua poſteritatis ſpes eſſet, Veſtalem fecit. At illa, incertum a quo compreſſa, geminos eſt enixa, *Romulum*, ac *Remum*: qui juſſu Regis expoſiti, & a *Fauſtulo* paſtore clam educati, poſtquam adoleverunt, occiſo *Amulio*, avum reſtituerunt in regnum, & anno ipſius ſecundo *Romam* condiderunt: (2) qui b ex *Varronis* calculo incidit in annum tertium Olympiadis ſextæ.

c Lib. 2. p. 119. ed Vech. d Per. Jul. 3944. e Per. Jul. 3961. *Romulus.*

c *Dionyſius* auctor eſt, natum eſſe *Romulum* anno 2. exeunte Olympiadis ſecundæ, d qui eſt ante *Chriſtum* 770. & octavo decimo poſt, ideſt ante e *Chriſtum* 753. Urbem auſpicato condidiſſe. Hic igitur, anno ætatis 18. primus ab convenarum manu Rex ſalutatus eſt, cum jam fratrem novi æmulum regni ſuſtuliſſet. Mox ordinato rerum ſtatu, ac diviſo in partes populo, f *Sabinorum* puellas per ludorum occaſionem rapuit anno regni quarto; ex quo vehemens ac diuturnum cum *Sabinis* bellum geſſerunt. Victi *Ceninenſes*, *Antemnates*, *Cruſtumini*, ac demum *Sabinis Tatio* duce prementibus, interventu raptarum, inter ambos convenit, uti *Romæ* communiter habitarent, ac duo ſimul imperarent, *Romulus*, & *Tatius*. Hoc vero poſt ſex annos interfecto, ſolus regnavit utriſque *Romulus*, & 38. annos explevit, finitimis interim civitatibus bello ſuperatis; *Fidenatibus* in primis, ac *Vejentibus*. g Demum ad *Capreæ* paludem dum concionem haberet, repente caliginoſa tempeſtate ſuborta, nuſquam comparuit, a Patribus, ut eſt multorum opinio, diſcerptus, quibus propter impotentiam inviſus eſſe cœperat. Mors illius contigit anno 1. exeunte Olymp. 16. h ante *Chriſtum* 715. *Ezechiæ* circiter 13. quo anno *Maii* 26. ſub occaſum Sol defecit.

f Halic. 2. p. 100. Liv. Flor. Plutar.

g Dion. Liv. Plut. Florus. Vid. 10. de Doct. Temp. c. 21. h Per. Jul. 3999.

Primus ille civitatem in curias triginta diſtribuit, populum in tribus tres. Tenues clientelæ potentiorum addixit; quos & Patricios nominavit. Tres de hoſte victo triumphos in urbem invexit; 1. de *Cæninenſibus*, & *Antemnatibus*: quando &, *Acrone* Rege eorum ſua manu cæſo, prima *Jovi Feretrio* ſpolia reportavit: 2. de *Camerinis*, 3. de *Fidenatibus* & *Vejentibus*.

Numa. i Dion. l. 2. p. 120. Liv. 1. Plut. Num.

Poſt interregnum unius anni Rex a *Romanis* optatus eſt *Numa Pompilius* genere *Sabinus*, & *Curibus* oriundus, i anno tertio Olympiad. decimæ ſextæ, ante *Chriſtianam* æram 714. qui ad pacis ſtudia converſus, *Romana* ſacra conſtituit. Annum decem hactenus menſibus conſtantem duobus auxit. *Jani* templo clauſo perpetuum ſuis otium fecit. Regnavit annos 43.

A. 3702. Per. Jul. ad 4185. k Dion. 3. init. & ceteri.

Tertius *Romæ* regnavit *Tullus Hoſtilius*, k qui anno 2. Olymp. 27. cœpit, ante *Chriſtum* 671. vir pacis inſolens, & ad bella factus. Hic, *Albanis* victis, urbem eorum excidit, cum opes ejus omnes ipſumque populum *Romam* tranſtuliſſet; ac *Metium Fuffetium Albanorum* Dictatorem perfidiæ convictum inter duos currus religatum actis equis in diverſa diſtraxiſſet. Ter ille triumphavit, de *Albanis*, *Fidenatibus*, *Sabinis*. Regnavit annos 32. ac de cælo tactus, cum uxore familiaque periit.

Ancus.

Quartus regnavit *Ancus Martius*, [3] *Numæ Pompilii* nepos, anno ante *Chriſtum* 639. ſecundo Olymp. 35. a quo *Latini* ſuperati, ac plerique in Urbem recepti, qui in *Aventino* collocati ſunt. *Janiculum* ab eodem munitum, & ſublicio ponte junctus *Tiberis*, *Oſtia* condita. Regnavit annos quattuor & viginti.

Tarquinius. Priſcus.

Quintus *Romæ* Rex *Tarquinius Priſcus* cœpit anno ſecundo Olymp. 41. ante *Chriſtum* 615. Hic *Demarati Corinthii*, ex *Bacchiadarum* ſtirpe, profugi filius, & *Lucumo* prius dictus, *Romam* migravit, & a *Tarquiniis Etruſco* oppido, ubi cum patre hactenus habitarat, *Lucius Tarquinius* appellatus eſt. Adeptus imperium Senatum ampliavit: Tuſciæ populos 12. ſubegit: ab iiſque inſignia ſummæ poteſtatis accepit faſces, trabeam, curules, prætextam, & id genus alia. Opera præterea in Urbe magnifica condidit: velut cloacas, quibus in *Tiberim* aqua derivabatur. l *Capitolini Jovis* ædem inchoavit. Occiſus eſt ab *Anci* filiis, cum regnaſſet annos 38.

l Dion. 4. &c.

Servius Tullius. m Vid. 2. de Doct. Temp. c. 76.

Hujus gener ſextus ordine regnavit *Servius Tullius* anno 4. Olympiadis 50. ante *Chriſtum* 577. Hic [4] *Ocriſia Corniculana* captiva matre natus, ac *Tarquinio* Regi virtute commendatus, regii ſtemmatis proceribus antepoſitus eſt. Multa in Republica præclare ab eo ſunt ordinata. Primus m cenſum inſtituit, ac quinto quoque vertente anno fieri decrevit. Ex cenſu populum in claſſes & centurias diſtribuit. Urbem ipſam amplificavit. Regno demum ſumma cum laude per annos 44. adminiſtrato, generi ſui *Tarquinii* ac filiæ execrando parricidio vita illi eſt erepta.

n Dion. 4. p. 212. Liv. 1. &c. *Tarquinius Superbus.*

Anno n ut refert *Dionyſius*, quarto Olympiadis 61. ante *Chriſtum* 533. ſeptimus, ac poſtremus regnavit *Tarquinius* cognomento *Superbus*, quem *Priſci* filium plerique *Romanorum* veterum, & eos ſecutus *Livius*, aſſeverarunt; nepotem fuiſſe perſuadet *Dionyſius*. Hic regnum ſcelere partum non melius, quam quæſierat, adminiſtravit. Cædibus ac direptionibus in Senatores ac Nobiles graſſatus eſt. *Latinorum* ſociorum commune fanum in *Albano* conſtituit, *Latinas*que ferias condidit. Templum *Capitolini Jovis*, ab avo cœptum, de manibus exædificavit. Tandem ob ſtuprum *Lucretiæ* nobiliſſimæ fœminæ ab (5) *Arunte* filio ejus illatum, abſens, dum *Ardeam* obſideret, conſenſu populi ſumma illi abrogata dignitas eſt, cumque eo regium nomen e civitate ſublatum anno Urbis exeunte 244.

CA-

(1) *Ab Nabopolaſſaro &c.*) Res ſic intelligi poteſt Eſarhaddon Sennacheribi filius & Succeſſor Babylonios ſub Aſſyriorum jugum iterum miſit. Indeque illius ſucceſſores indifferenter Aſſyriorum, & Babylonii Reges dicuntur uſque ad Nabopolaſſarum, qui cum Babylonius eſſet Aſſyrii Regis legatus, &, ab eo exercitus præfectus, ab eo defecit, junctiſque cum Medo (Aſtyage) viribus, Aſſyrium Saracum ſeu Chinaladanum de Solio deturbavit, & Ninivem expugnavit A. P. J. 4088. ex quo Aſſyriis viciſſim imperarunt Babylonii. Hæc fere *Uſſer.* ad A. P. J. 4088.

(2) *Qui ex Varronis calculo*) de Tempore, quo condita eſt Roma de variis calculis Varronis & Faſtorum Capitolinorum Vid. *loc. ad marg. paullo ſupra cit. Part.* 2. *lib.* 3. *c.* 2.

(3) *Numæ Pompilii nepos*) Senec. Ep. 108. Anci originem non certo notam fuiſſe aſſerit. *Anci pater nullus Numæ nepos dicitur.*

(4) *Ocriſia Corniculana captiva matre natus*,) Senec. loc. cit. *de Servii matre dubitatur*; additque, *Duos Romanos Reges eſſe, quorum alter patrem non habet, alter matrem.*

(5) *Ab Arunte filio*) Sic quidem *Florus lib.* 1. *cap.* 10. ſed *Livius*, *Dionyſius* aliique non ab *Arunte*, ſed a *Sexto Tarquinio* vim Lucretiæ illatam fuiſſe aſſerunt. Obſervatum id fuerat in Præf. hujus operis edit. Lug. Batav.

CAPUT VIII.

A. 3702. Per. Jul. ad 4185.

De bello Meſſeniaco, *ac Rege eorum* Ariſtomene, *deque* Tyrtæo *Poeta*.

[a] Pauſan. Meſſen. Juſt. 3. Excerpta Diod. a Valeſ. edita, p. 226.

MEſſenia [a] *Laconicæ* finitima regio eſt, quam (1) poſteri *Herculis* occuparunt. Hujus incolæ, gravi ac diuturno cum *Lacedæmoniis* bello fortiter geſto, tandem victi ac ſolum vertere coacti ſunt. Cauſſa belli fuiſſe videtur *Lacedæmoniorum* cupiditas, & ambitio, ex quibus invidia in vicinos ac ſimultas oritur. Occaſionem dedit ſive *Laconis* oblatum a *Meſſeniis* ſtuprum per ſacrorum ſpeciem, ac *Teleclo Lacedæmoniorum* Regi ab iiſdem illata nex; ſive mutuæ privatorum injuriæ; quas dum civitates animoſius perſequuntur, bellum utrimque vehemens exarſit. Initium oppugnandi fecere *Lacedæmonii*, qui nequicquam provocantibus ad æquas conditiones *Meſſeniis*, graviſſimo jurejurando prius obſtricti, non ante ſe ab armis ceſſaturos, quam *Meſſeniam* obtinerent, eorum oppidum in clivo poſitum occuparunt *Amphiam*. [b] Id accidit anno ſecundo nonæ Olympiadis, hoc eſt Periodi *Julianæ* 3971. *Euphae Meſſeniis* regnante. Quarto poſt anno, qui fuit Periodi *Julianæ* 3975. atrox prœlium eſt factum; tum nova *Lacedæmoniorum* irruptio: ac denique *Meſſenii*, ceteris oppidis relictis, *Ithomen* muniunt. Mortuo *Euphae*, *Ariſtodemus* Rex a *Meſſeniis* eligitur, is qui filiam ex oraculo jugularat. Id evenit anno circiter *Julianæ* Periodi 3984. tertio Olymp. 12. Ab hoc Rege magnam cladem acceperunt *Lacedæmonii*. [c] Quibus adeo placuit, ad prolem ſufficiendam, uxores ſuas proſtituere, unde nati quos *Parthenios* vocarunt, de quibus poſtea. Ea res circa tertium annum Olympiadis 13. accidit, *Ariſtodemi* quintum. Demum *Ariſtodemus* deſperata patriæ ſalute, quod *Ithomen* arctiſſima obſidione prememerent *Spartani*, ſemetipſum ad filiæ ſepulcrum jugulat, poſtquam annos ſex & majorem ſeptimi partem imperavit. Anno vero primo Olymp. 14. exeunte, Periodi *Julianæ* 3991. viceſimo quam initium erat *Meſſeniacum* bellum, *Ithome* a *Meſſeniis* deſerta, & a *Lacedæmoniis* everſa eſt. Ita bello priori finis imponitur. Ex hoc *Meſſeniorum* naufragio quidam, *Alcidamida* duce, *Rhegium* commigrarunt, quod eſt *Italiæ* oppidum.

Bellum Meſſeniacum.

[b] Pauſan. Meſſen. p. 116.

[c] Juſt. 3.

Parthenii.

Poſt annos inde 38. hoc eſt Olympiadis 23. anno 4. Periodi *Julianæ* 4029. Archonte *Athenis Tleſia*, ut ait *Pauſanias Ariſtomenis* hortatu viri heroica fortitudine præditi, *Meſſenii* bellum contra *Lacedæmonios* inſtaurant; quo bello *Lacedæmonii*, ex oraculo, ducem ab *Athenienſibus* petunt. Hi *Tyrtæum* Poetam ludimagiſtrum ad illos deſtinant. Quo imperatore victi primum; poſtea dolo potius quam virtute ſuperiores facti ſunt. *Meſſenii* in *Iram* montem ſe recipiunt anno belli tertio: ubi undecim annos hoſtibus reſtiterunt. [d] Multa per id tempus incredibilia & ſtupenda *Ariſtomenes* edidit. Tandem anno *Olymp.* 27. primo, expugnata eſt *Ira*, ante *Chriſtum* 671. ac bellum deſiit, quod ex *Pauſaniæ* narratione colligitur annos tenuiſſe 14. [e] *Juſtinus* tamen bellum ſecundum poſt annos a priore octoginta ab *Meſſeniis* inſtauratum refert, cum toto hoc ſpatio ſervilem in modum a *Lacedæmoniis* eſſent habiti. *Meſſenii*, exciſa patria, vere appetente, in *Siciliam* navigant, ibique *Zanclen* occupant, quam *Meſſanam* nominant,

Tyrtæus.

[d] Pauſan. Meſſen. 128. & ſeq.

[e] Vide Valeſ. ad Exc. Diod. p. 38.

CAPUT IX.

A. 3702. Per. Jul. ad 4185.

De Cyaxare Medorum *Rege*, *&* Scytharum *irruptione*, *ac* Babyloniorum *Regibus*, *præſertim* Nabuchodonoſoro, *ejuſque poſteris*.

HErodotus [f] in primo libro, *Medorum* imperium regnante *Phraorte Cyaxaris* patre auctum & amplificatum eſſe ſcribit, ab eoque *Perſas* & *Aſiaticos* bello domitos ac ſubactos. Qui cum *Aſſyrios* oppugnaret, ac (2) *Ninum* obſideret, ibi cum maxima exercitus parte periit. *Cyaxares Phraortis* filius, ut patrem ulciſceretur, contra *Aſſyrios* bellum & ipſe ſuſcepit. Quibus victis, in ipſa *Nini* obſidione, ſubita irruptione *Scytharum* opprimitur. Qui *Cymmerios* inſequentes, *Madye* duce, *Aſiam* ac *Mediam* inundaverant. Iidem *Aſiæ* octo & viginti annis dominati ſunt, continuas ex ea prædas agentes, ac prohibente nullo impune graſſantes; donec poſt annos 28. *Cyaxares* convivio illos excepit, ac poculis largioribus invitatos & temulentos ad unum occidit omnes, priſtinumque recuperavit imperium.

[f] Herod. 1. c. 102. Part. 2. l. 3. c. 4.

Scytharum irruptio.

Ad eumdem poſtea *Cyaxarem Scythici* nominis alii cum ſupplices veniſſent, eos ille benigne habuit: quibus & *Medorum* pueros *Scythico* ſermone, ac ſagittandi peritia, qua illi præ ceteris pollebant, inſtituendos tradidit.

Interim *Scythæ* quotidie venatum euntes, ferinæ ſemper aliquid offerebant Regi. Quod cum aliquando prædæ inopia deſiiſſent facere, male ab illo ſunt accepti. Quam injuriam barbarica crudelitate ſunt ulti. Unum enim de diſcipulis ſuis mactatum, ac ferinæ in modum paratum, ad Regem deferunt; & ſubinde ſupplices ad *Alyattem Lydiæ* Regem ſeſe recipiunt. *Cyaxares*, comperto flagitio, profugos ad ſupplicium dedi ſibi poſtulat, ac bellum, niſi impetraret, *Lydis* minatur. Quinquennali igitur bello per eventus varios & ancipites tracto, ſexto demum anno fit inter ipſos prœlium, a quo repentina Solis obſcuratione territi deſtiterunt. Tandem *Syenneſis Cilicis* & *Labyniti Babylonii* opera conciliati ſunt invicem, paxque nuptiali fœdere ſancita. Nam *Arienne Alyattis* filia *Aſtyagi Cyaxaris* filio nupſit. (3) *Labynitus* iſte idem eſſe videtur, qui in ſacris Libris *Nabuchodonoſorus* dicitur, *Nabopolaſſari* filius, qui tum *Babylone* regnabat, ac jam *Medorum* excuſſo dominatu, *Babyloniorum* res in majus extulerat, de quibus deinceps facienda mentio eſt.

Poſt *Nabonaſſarum*, quem, *Babylonici* fundatorem imperii jure ſuſpicamur, plures, ſed obſcuri, ad *Nabopolaſſarum* uſque numerantur in Mathematico Canone, cujus ſupra meminimus. *Nabopolaſſarus Babylonicum* regnum, quod modicum acceperat, armis propagavit. Quippe [g] *Beroſus Chaldaicorum* Scriptor Annalium & *Alexandri* M. temporum æqualis prodidit, *Nabopolaſſarum Nabuchodonoſori* patrem *Ægypto*, *Cœleſyriæ*, ac *Phœniciæ* dominantem, illis præfeciſſe Satrapam: qui cum defeciſſet, *Nabopolaſſarus* ingraveſcente jam ætate filium ſuum *Nabuchodonoſorum* adverſus illum cum exercitu miſit; qui perduellibus victis, recuperatoque imperio, cum inter hæc fato functus eſſet *Nabopolaſſarus*, raptim *Babylonem* advolavit, copiis omnibus una cum præda cuidam amicorum relictis, ut ea deportaret in *Babyloniam*. Regnavit *Nabopolaſſarus* annos unum & viginti, ac cœpit anno Periodi *Julianæ* 4089. *Joſiæ* Regis 17. Porro expeditio illa prior *Nabuchodonoſori*, *Joakimi Joſiæ* Regis filii anno

[g] Apud. Joſeph. l. 9. Ant. c. 11. & l. con. Ap. p. 925. edit. Frob. Euſ. 9. de Præp. p. 267.

Nabopolaſſarus.

(1) *Poſteri Herculis occuparunt.*] Vid. ſup. lib. 1. cap. 22.
(2) *Ninum obſideret*] quæ ſæpius Ninive dicitur.
(3) *Labynitus iſte idem eſſe videtur, qui in - - Nabopolaſſari filius*] ad hæc tempora non pertinet Labynitus, ſed idem eſt cum Nabonido, ultimo Babyloniorum Rege, cui ſucceſſit, vel potius quem de Solio dejecit, Saxares Danieli Darius Medus dictus, *Uſſer.* ad A. P. Jul. 4159. & 4172. id expreſſe docet *Beroſus* apud Joſ. quem tamen in erroribus ſecutus eſt auctor noſter

A. 3702. Per. Jul. ad 4185.

no tertio quartove ineunte, contigit Periodi *Julianæ* 4107. a quo *Nabuchodonoſori* Regis initium auſpicati ſunt *Judæi* quamvis biennio poſt hunc annum ſuperſtes fuit *Nabopolaſſarus*. *Nabuchodonoſorus* porro patre multo clarior longe bella maxima geſſit, ac gentes plurimas vincendo peragravit; quod non ſolum Litteræ ſacræ teſtantur, ſed etiam *Megaſthenes*, in quarto rerum *Indicarum* [a] apud *Joſephum* de hoc Rege ſcripſit, fortitudine multum ab eo eſſe ſuperatum *Herculem*. Nam & præcipuam illum *Africæ* civitatem, & majorem *Hiſpaniæ* partem armis ſubjugaſſe. Addit *Philoſtratus* in *Phœnicum* & *Indorum* hiſtoriis, *Tyrum* ab eodem annis tredecim oppugnatam; quam anno circiter regni ſui aggreſſus videtur decimo ſexto, Periodi *Julianæ* 4122. anno antequam obſideret *Hieroſolymam*, *Sedecia* regnante. Tantis elatus ſucceſſibus *Nabuchodonoſorus* primum coli ſe pro Deo voluit; [b] ingentique ſibi, ut [c] quibuſdam placet, ex auro erecta ſtatua, numinis ritu adorari eam juſſit: quam impietatem libere detrectantes *Hebræos* tres, *Ananiam*, *Azariam*, *Miſaelem*, vivos in ardentem fornacem mandavit abjici. Sed cum exſtinctis, qui circum erant, ſatellitibus, tribus illis flamma pepercisset, & inter eos quartus quidam ignota, ſed auguſtiori, quam eſt humana, ſpecie conſpectus eſſet, ira in ſtuporem religionemque verſa, Rex juvenibus iſtis & eorum ſocio *Danieli* omnem deinceps honorem tribuit; tum quem ſibi uſurparat impie cultum ac venerationem, *Hebræorum* in Deum pio edicto tranſtulit. [d] Verum relapſis in ſuperbiam moribus poſtquam neque divinis oſtentis, neque *Danielis* hortatu revocari ſe ad officium paſſus eſt, in amentiam incurrit: ex qua pecudis ritu ac pabulo victitans, ſeptem totos annos ſub dio tranſegit; donec recepta mente, ac ſceleris exorata venia, in priſtinum eſt reſtitutus. Moritur deinde anno, poſt parentis obitum, regni tertio & quadrageſimo, [e] ante *Chriſtum* 563. quo ſecundus iniit *Olympiadis* 45.

Nabuchodonoſorus. — [a] 10. Ant. c. 11. — [b] Dan. 3. — [c] Hieron. — *Tres pueri in fornacem injecti.* — [d] Dan. 4. — [e] Per. Jul. 4151.

[f] *Evilmerodachus* hunc filius excepit: qui ſtatim ut regnum adiit, *Joachimum* ſive *Jechoniam*, *Joakimi* filium, qui ſe *Nabuchodonoſoro* dediderat, e carcere liberatum habuit in pretio, & in contubernium accepit. [g] Hujus ſororem habebat in matrimonio *Nerigloſſoorus*, ex eaqua *Laboroſſarchodum* ſuſceperat. Itaque occiſo *Evilmerodacho* poſt expletum regni biennium, quaſi tutorio nomine, pro filio *Laboroſſarchodo* (1) quem nos *Balthaſſarum* eſſe credimus, imperium geſſit annis quattuor; qui quidem *Laboroſſarchodo* nonnumquam imputari ſolent. [h] Hic vero, patre mortuo, cum ad luxum & perpotationem ſacrilegium adderet, ac ſacra vaſa, quæ ex *Hieroſolymitano* templo avus ipſius tranſportarat, profanos ad uſus conviviorum inferri juſſiſſet, vidit ad parietem moventes ſeſe manus humanæ digitos, ac tria verba pingentes; quæ cum interpretari nemo, præter *Danielem*, potuiſſet, is ſummum inde honorem eſt adeptus. Rex vero eadem nocte conſpiratione ſuorum, quos ob pravam indolem alienos a ſe fecerat, interfectus eſt, novem poſt parentis obitum menſibus exactis.

[f] 4. Reg. 25. 17. Jerem. 51. 31. — *Evilmerodachus.* — [g] Beroſ. apud Joſeph. 1. con. App. p. 226. edit. Frob. & Euſeb. 10. de Præp. p. 267. — *Baltaſar.* — [h] Dan. 5.

Nabonidus.

Tum de conſenſu procerum (2) *Nabonido* cuidam origine *Medo*, & conjurationis ſocio defertur imperium. Quod cum ille ſeptemdecim adminiſtraſſet annis, bello appetitus a *Cyro* *Perſarum* Rege, & intra *Borſippenam* incluſus arcem, deditione facta in *Carmaniam* tranſlatus eſt.

Petavii Rationar. Temp.

CAPUT X.

De poſtremis Ægypti *Regibus ex* Herodoto, Sethone, *duodecim Principibus*, Pſammeticho, Necao, Amaſide, *& ceteris*.

Ægyptiorum origines ac Dynaſtiæ, quas ex *Africano* & *Euſebio* *Georgius* Monachus collegit, multis fabulis adſperſæ ſunt. Quare, iis omiſſis, paucos ex *Herodoto* Reges adducemus in medium, qui ad hanc noſtram & ſacram illuſtrandam hiſtoriam neceſſarii videntur. [i] Ergo ille, commemoratis aliquot Regibus, regnaſſe ſcribit *Vulcani* Sacerdotem *Sethon*; qui cum militari genere contemptim uteretur, in ejus offenſionem incidit. Itaque cum *Sennacheribus* *Arabum* *Aſſyriorumque* Rex magnis viribus oppugnaſſet *Ægyptum*, ab ſuo exercitu deſtitutus *Sethon* numinis imploravit fidem; a quo murium agreſtium vis immiſſa noctu hoſtium pharetras, & arcuum nervos, ac ſcutorum habenas arroſit. Ita poſtero die hoſtes armis exuti fugam fecere. Non dubium eſt, quin *Sennacheribus* ille Rex *Aſſyriorum*, idem fuerit, qui *Ezechia* regnante *Judæam* populatus eſt. Nam utrobique tempora congruunt.

Part. 2. l. 3. c. 7. — [i] Herod. 2. c. 141. & ſeq. — *Sethon.*

Poſt *Sethonem* duodecim ſibi Reges *Ægyptii* præfecerunt, totidem in partes regione diviſa. Horum unus *Pſammetichus* fuit; qui a collegis pulſus, & in paluſtria loca relegatus, *Jonum* & *Carum* auxilio ſuperatis undecim reliquis, univerſam occupavit *Ægyptum*; & cum *Græcis* amicitiam fecit; primuſque agrum illis in *Ægypto* ad incolendum dedit. Initium illius cadit in annum ante *Chriſtum* 670. Olympiadis 26. tertium: ab eoque annos 54. regnavit, ex quibus undetriginta in *Azoti Palæſtinæ* oppidi obſidione conſumpſit.

Duodecim reguli.

Poſt hunc *Necos* ejus filius præfuit. Quem *Syros* ad *Magdolum* acie viciſſe auctor eſt *Herodotus*. [k] Hic eſt *Necaos* *Ægypti* Rex, a quo *Joſias* interfectus eſt in *Mageddo*, circa annum ante *Chriſtum* 611. quo ſextum jam annum regnabat *Necos*: qui annis exactis in regno ſedecim, *Pſammim* ſucceſſorem habuit: hic *Apriem*, qui [l] *Hieremiæ* eſt *Ephree*.

Necos. — [k] 4. Reg. 23. 29. & 2. Par. 35. 10. — [l] Jerem. 44. 30.

Ab eo propter *Cyrenaicam* expeditionem haudquaquam e ſententia geſtam defecerunt *Ægyptii*. Ad quos placandos miſſum ait *Herodotus* *Amaſim* præfectum; qui conciliatis ſibi rebellibus, regnum invaſit ipſe; & *Apriem* in cuſtodia detentum, poſtulantibus deinde *Ægyptiis*, neci dedidit. Cœpit *Apries* ex *Herodoti* ratiociniis, anno Periodi *Julianæ* 4120. & annis 25. regnavit. Ita *Amaſis* anno Periodi *Julianæ* 4145. iniit. Quem primum, ſuperſtita adhuc *Necao*, Præpoſitum *Ægypto* fuiſſe a *Nabuchodonoſoro* crediderim, & poſt occiſum *Apriem*, *Babyloniorum* excuſſo dominatu, ſuis auſpiciis regnare cœpiſſe. Quippe *Nabopolaſſarus*, ut ſupra demonſtravi, jamdudum *Ægyptum* ſubegerat. (3) Qua, ut appa-

Apries.

D

(1) *Quem nos Baltaſſarum eſſe credimus*) Non Laboroſſarchodus ſed Nabonidus Danieli Baltaſarus vel Belſatſar nominatur, rationes ab auctore noſtro *Part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 6. allatæ tales non ſunt ut *Uſſerii* argumentis ex *Beroſo* & *Can. Ptolem.* ſerie Chronologica deductis præponderent. Vid. *Uſſer. loc. cit.* *in Not. præced.*

(2) *Nabonido cuidam origine Medo*] Beroſo dicitur Nabonidus τὶς τῶν ἐκ Βαβυλῶνος quod eum ex Babylonica ſtirpe (Regia ſcil.) potius quam Medica fuiſſe probat. Is revera Nebucadneſaris ex filio Evilmerodacho *nepos* fuit. Vid. *loc. citat.* Not. 2. præterea Beroſi locum apud *Joſeph. Antiq. lib.* 10. & adv. *Appion. lib.* 1. hæc ultima loca male intelligit *Petavius* huj. op. *Part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 6. cum ex illis colligit Nabonidum non fuiſſe de ſtirpe Nebucadneſaris, cum contrarium potius ex iis colligatur. Hinc porro patet non in Carmaniam tranſlatum, ut male hic habet auctor noſter ex Beroſo, ſed in palatio occiſum fuiſſe Nabonidum. Vide *Dan.* 5. *v.* 30. Ceterum inter Medorum Reges omittitur a *Petavio* ultimus, Cyaxares ſcil. Aſtyagis filius, qui Babyloniæ imperium Cyri ſororis filii virtute partum obtinuit, idque per duos circiter annos occupavit, eſtque Darius Medus, de quo *Dan.* 5. 6. & 9. in eos errores incidit auctor noſter, quod nimium *Juſtini* narrationibus crediderit, quæ ex *Xenophonte* emendari debent.

(3) *Qua --- propriis permiſſa Regibus*) Immo a Babyloniis ſtatim poſt exſtinctam Monarchiam Aſſyriacam defeciſſe Ægyptios & perpetua cum illis bella geſſiſſe, apparet inter alia ex *Jerem. cap.* 34-37. &c. Amaſis autem non a Babylonio Ægypto

præfectus

A. 3702. Per. Jul. ad 4185.

apparet, propriis permiſſa Regibus, iiſque vectigalibus factis, curatorem addidit, qui illam in officio contineret, quod & filius deinceps ejus *Nabuchodonoſorus* inſtituit.

a Herod. l.2.c.172. *Amaſis*.

Amaſim refert a *Herodotus*, quod plebejo eſſet genere, ab ſuis initio eſſe contemptum: bos vero conſilio & ſolertia potius, quam vi ac minis ad cultum ſui in hunc modum adduxiſſe. Pelvim auream, in qua pedes cum convivis lavare ſolitus erat, comminuit, ac ſimulacrum ex ea numinis fecit, idque in propatulo dedicavit. Quod cum ab *Ægyptiis* magno haberi io honore didiciſſet, vocata concione dixit, ſtatuam illam, quam adeo venerebantur, ex ea pelvi fabricatam eſſe, quam ad ſordidos uſus adhibere conſueſſet. Sibi vero perinde ut illi contigiſſe; qui cum plebejus ante fuiſſet, nunc ſe illorum eſſe principem. Æquum itaque videri, ſibi ut deinceps ab omnibus honos haberetur. Qua Oratione ſtatim quod volebat effecit.

b Herod. l.2.c.177.

b Ferunt & ab eodem latam hanc eſſe legem, ut quotannis apud provinciarum præſides profiterentur, ſinguli undenam victum ſibi compararent: qui aut hoc non faceret, aut vivendi Rationem non probaret, morte plecteretur. Quam legem imitatus poſtea *Solo Athenienſibus* tuliſſe dicitur. *Amaſis* ſex circiter menſibus deceſſit ante quam *Cambyſes* in *Ægyptum* irrueret; de quo paullo poſt dicetur.

CAPUT XI.

De Aſtyage Medorum *Rege ultimo*, *& occaſu* Medici *ergo*, *atque ortu* Perſici, Crœſo, *ac* Cyro, *& hujus geſtis rebus*, *monarchia*, *& obitu*, *ac* Judæorum *reditu* a Babylonica *ſervitute*.

c Herod. 1. Creſ. Juſt. 1. Vid. par. 2.l.3. c.8

MEdis [1] ultimus regnavit *Aſtyages*, ut c *Herodotus*, & *Cteſias*, ex iiſque ceteri deinceps Hiſtorici prodiderunt. Hic, cum virili careret ſobole, quam habebat unicam filiam *Mandanem*, *Cambiſi* cuidam *Perſæ* collocavit, homini quieto, neque novarum rerum cupido; quod ex ſomnio didicerat, ſe ab nepote imperio eſſe privandum. Eadem de cauſſa prægnantem ad ſe filiam evocat, & ex ea natum infantem occidendum *Harpago* tradit; quem unum familiariſſimum babebat, & arcanorum omnium participem. At ille clam exponendum paſtori regio dedit, a quo educatus, ubi ad ætatem pervenit, ſomniorum implevit fidem. Nam cum ab *Aſtyage* agnitus eſſet, & in gratiam receptus, demum bortante *Harpago* (cujus filium *Aſtyages*, ob ſervatum nepotem ſuum, interfeceraт, epulandumque patri præbuerat) ab avo deſecit. *Aſtyages*, quid in *Harpagum* admiſiſſet oblitus, ſummam ei belli permiſit; qui exercitum omnem ſtatim *Cyro* prodidit. Poſt hæc *Aſtyages*, novis undique contractis copiis, cum *Cyro* confligit. Quo in prœlio victus libertatem cum imperio perdidit, in quo d quinque & triginta annos expleverat. Sic a *Medis* ad *Perſas* poſt annos 317. dominatus tranſiit ineunte Olympiade 55. ut Antiquorum omnium conſenſus habet, e qui eſt annus ante *Chriſtum* 559.

Cyri incunabula.

d Herod. 1. c. 130.

e Per.Jul. 4155.

Aſtyage ſuperato primum, cum *Crœſo Lydiſque* certamen fuit. *Crœſus* enim affinitate junctus *Aſtyagi*, ut f ſupra retuli, ſimul incrementa *Cyri*, *ac Perſarum* haud æquo ferens animo, bellum iis intulit. In quo victus ipſe cum omni regno maritimiſque *Græciæ* coloniis in *Cyri* poteſtatem venit. Scribit g *Diodorus Eurybatam Epheſium*, cum magna vi pecuniæ miſſum ab *Crœſo* ut in *Peloponneſo* reliquaque *Græcia* militem

Crœſus. f Cap. 9.

g In Excerpt. a Valeſ. editis p. 241.

conſcriberet, ad *Cyrum* transfugiſſe. Inde nomen *Eurybati* probro apud *Græcos* babitum, ut cujus inſignem perfidiam & improbitatem notare vellent, eum vocarent *Eurybatum*. *Lydorum* illa clades Olympiade circiter 59. ineunte, b ante *Chriſtum* 544. evenisse videtur.

b Anno Per. Jul. 4170.

Crœſus ab victore *Cyro* damnatus incendio; cum *Solonis* identidem nomen appellaret, ſciſcitanti *Cyro* quid is tandem hominis eſſet, *Athenienſem* fuiſſe ſapientem reſpondit, qui ſe olim admonuiſſet: *Mortalem ante obitum neminem dici beatum oportere*: quæ vox quam eſſet vera nunc ſe demum intelligere. Hoc audito, *Cyrus* non ſolum homini pepercit, ſed etiam in pretio deinceps habuit. Inde ſubacta *Lydia*, *Aſiam* expugnavit, cui *Mazarem* præfecit, a quo *Lydi*, cum iterum rebellaſſent, conſilio *Crœſi*, armis atque equis ademptis, cauponias, & ludicras artes, ac lenocinia exercere ſunt juſſi; de quibus *ludorum*, *& ludiorum* vocabula ipſa fluxiſſe creduntur. Poſt bunc, *Harpagus* eamdem curavit provinciam; i & *Joniam* aliaſque propinquas regiones ditionis *Perſicæ* fecit, orſus a *Phocæa* civitate; cujus incolæ barbaricæ metu ſervitutis, rebus omnibus ſuis in naves impoſitis, ac dira ſibi, ſi umquam redirent, imprecati, ad *Corſicam*, & *Italiam*, oramque *Gallicam* appulere, k & in hac nobile condiderunt oppidum, quod Maſſiliam dixerunt. Quod circa Olymp. 60. evenit. Quamquam alii haud paullo ante id tempus iiſdem ab *Phocæis* conſtructam ferunt *Maſſiliam*; in eaque fuiſſe ſententia ſummum *Ariſtotelem* teſtis eſt l *Harpocratio*; & *Euſebius* ad 45. Olympiadem conditum illius adnotat. Interim *Cyrus* in *Babyloniam* tranſportato exercitu, in qua tum *Naboadus* regnabat (2) quem *Darium Medum* appellatum eſſe ſuperius oſtendimus, patre *Medo Babylonis* inquilino genitum,) caput gentis *Babylonem* poſt longam obſidionem cepit, circiter anno 22. quam *Medorum* opes everterat, m ante *Chriſtum* 538. quo tertius iniit annus Olympiadis 60. *Darium* vero *Medum* in *Carmaniam* tranſtulit. Ab hoc anno captæ *Babylonis* novum imperii primordium *Cyrus* accepit; indidemque illius anni in ſacris Litteris putari ſolent.

i Herod. 2.

k Iſocr. in Archid. Juſt. 43.

l Harpocrat. in Μασσαλία Vide Scal. ad Euſeb. 1417.

m Per. Jul. 4176.

Tot elatus victoriis *Cyrus Maſſagetis* intulit bellum, quod initio proſperum, in fine *Cyro* ipſi *Perſiſque* calamitoſum accidit. Quippe *Tomyris* Regina, cujus filium *Cyrus*, cum fugam ſimulaſſet, vino atque epulis illectum magna cum *Scytharum* ſtrage ceciderat, eumdem inſidiis exceptum cum toto exercitu profligavit. Cujus caput præſectum *Tomyris* in utrem humano plenum cruore injeciſſe dicitur, exclamaſſeque, *Satia te ſanguine, cujus inſatiabilis ſemper fuiſti*. Hæc fere *Herodotus*, ac *Juſtinus*. Paullo aliter *Cteſias*, qui in primis *Aſtyagem* negat ullo jure propinquitatis cum *Cyro* fuiſſe junctum: affinem vero poſtea factum, cum ejus filiam *Amyntam Cyrus* uxorem duxiſſet. Exinde *Bactrios* refert ſponte ſe *Cyro* ſubjeciſſe. Tum *Sacas* ab eo victos, eorumque captum Regem *Amorgem*; poſtea *Lydos*, & *Crœſum*, ad ultimum contra *Derbicas* præliantem, accepto vulnere triduo poſtea deceſſiſſe, diviſo in duos filios imperio, quorum major natu *Cambyſes* patri ſucceſſit, junior vero *Tanaxarces Bactrianorum*, *Coramnorum*, *Parthorum*, & *Charmanorum* principatum adeptus eſt. Obiit *Cyrus* anno regni triceſimo, quarto Olympiadis 62. n ante *Chriſtum* 529.

Cyri mors.

Tomyris.

n Per.Jul. 4185.

o Hic anno primo *Babylonici* imperii qui ab exordio *Perſici* ſecundus ac viceſimus fuit, edicto *Judæis* redeundi in patriam, & urbis ac templi pariter inſtaurandi poteſtatem fecit. Nam de urbe nominatim p *Joſephus* docet. Itaque *Zorobabele Salathielis* filio duce

o Par. 2.l. 3.c.10. 2. Par. c. ult. & 1.Eſd.c.1.

p Lib. 11. Antiq. c. 1 Vide Eſd. 1. c. 4. 12. & 12. de Doctrina Temp. c.31.

præfectus, ſed Saites quidam fuit Apriæ ſubditus *Herodot. lib.* 2. *c.* 172. & ab eo miſſus ad pacandam ſeditionem, quæ in Ægypto orta fuerat ob infauſtum ſucceſſum expeditionis in Cyrenæos ſuſceptæ *Herod. lib.* 2. *cap.* 161. 162. & *Diod. Sic. lib.* 1.

(1) *Ultimus regnavit Aſtyages*) Vid. *ſup. cap.* 9 *Not. ult.* & *Xenoph. Cyriped.* unde tota hæc de Cambyſe viro ignobili & Aſtyagis ſomnio fabula ſolide refutari poteſt.

(2) *Quem Darium Medum* &c. vide ſup. cap. 9. *Not.* 2. 3. 4

Google

A. 3702. Per. Jul. ad 4185. a 1. Eſd. a 64. 1. Eſd. 4. b 1. Eſd. 3.

duce, nec non *Joſue* filio *Joſedec* ſummo Sacerdote, *Judæi* numero a 42360. profecti ſunt. Qui primum omnium altari ſtructo, ſeptimo ineunte menſe, juge ſacrificium offerunt. b Anno vero ſecundo quam advenerant, ſecondo menſe, qui in *Aprilem* cecidit, templi fundamenta jacta ſunt. Sed adverſariorum calumniis diſturbatum opus eſt, & impeditum ſuperſtite *Cyro*, deincepſque, donec *Darii Hyſtaſpis* filii anno ſecundo repetitum eſt.

CAPUT XII.

De his, quæ toto hoc intervallo, quod eſt à Templi conditu ad Cyri *mortem, ſparſim hiſtoriis prodita leguntur, ac de viris eruditione præſtantibus ætatis illius.*

c Diod. in Excerpt. Vales. p. 229. d Schol. Pind. in a. Pyth.

c SUb primum *Meſſeniacum* bellum, inclytis quibuſdam civitatibus datum eſt initium; in primis *Syracuſis*, quarum conditor *Archias Corinthius*, (1) e ſtirpe *Bacchiadarum*. Qui d quattuor expugnatis oppidis, *Achradine, Neapoli, Epipolis, Tyche*, unam ex omnibus urbem inſtituit. Ad quam & *Ortygia*, quæ hactenus inſula fuerat, acceſſit. Utrumque & *Ortygiæ* & *Syracuſarum* nomen vel locis illis dederunt, vel ab iis acceperunt filiæ totidem *Archiæ*, quas illic genitas *Ortygiam* & *Syracuſam* vocavit. Poſtea ab *Telepho* quodam, qui illi in amoribus fuerat, per dolum occiſus, pœnas veteris in patria commiſſi ſceleris dedit, propter quod *Græcia* coactus eſt excedere. Id autem hoc modo ſe habuit.

e Plut. in Amat. Narrat. Diod. in Excerpt. Valeſ. p. 229. Maxim. Tyr. Diſſert. 8. Apoll. Schol. ad lib 4.

e *Meliſſus* erat *Corinthi*, *Abrone* natus eo, qui *Phidonis Argivorum* Regis *Corinthiorum* imminentis libertati conſilia clam illis aperuerat: ob idque civitate ab iis donatus, eo cum univerſa domo commigrarat. Hujus filium *Actæonem*, eleganti corporis ſpecie, ſed majore pudicitia præditum, cum donis ac variis illecebris fruſtra ſollicitaſſet *Archias*, vi palam tentavit abripere: Nam magna ſervorum & amicorum manu ſacta, in *Meliſſi* ædes irrupit; indeque prehenſum *Actæonem* cœpit abducere. Sed patre ac domeſticis reſiſtentibus, utrimque diſtractus puer, inter illorum manus exſtinctus eſt, f & cognominis ac fabuloſi illius necem haud abſimili repræſentavit exitu, perinde ab ſuis, ut ille, diſcerptus. *Meliſſus* fruſtra legom ac Magiſtratuum implorata fide, cum indignationem magis ac dolorem omnium, quam quod jus erat, exprimeret, per *Iſthmiorum* ludicrum ac frequentem illic *Græciæ* mercatum, in *Neptuni* templum adſcendit, quod erat in arduo loco poſitum. Ibi poſtquam multa contra *Bacchiadas*, deque *Abronis* patris ſui meritis in *Corinthios* peroraſſet, ad ultimum ultores ſibi precatus Deos, ex alto ſe præcipitem jecit. Paullo poſt orta ſiccitate ac peſte, *Corinthii* interrogandi *Apollinis* cauſſa *Delphos Archiam* miſerunt. Huic conſulenti oraculum reſpondit, ita deſiturum hoc malom, ſi de *Actæonis* morte *Corinthii* pœnas ſumpſiſſent. Quo audito *Archias Corinthum* non auſus regredi, in *Siciliam* navigavit. *Bacchiadæ* omnes *Corintho* ejecti ſolum vertere. *Syracuſarum* conditum *Euſebius* a *Pontaco* editus aſſignat anno quarto nonæ Olympiadis, qui eſt ante *Chriſtum* 741. Editio *Scaligeri* in quartum annum refert undecimæ.

f Diod. & Schol. Apoll.

g Thuc. lib. 6. h Thuc. lib. 5. Steph. i Thuc. 5.

Naxum quoque g anno ante *Syracuſas* conditam ſcribit *Thucydides*, h auctore *Thucle Chalcidenſi* ex *Eubœa* inſula: qui & i quinto poſt *Syracuſas Catanam*, pulſis inde *Siculis*, frequentavit.

k Apud Schol. 1. Apoll. lib. 4.

Ex eadem *Bacchiadarum* progenie *Cherſicrates*, *Corintho* & ipſe profugus in *Corcyram* inſulam colonos duxit, ut k *Timæus* prodidit. Sed annis poſt excidium *Trojæ* ſexcentis id factum addidit: quod minime convenit. Fuiſſet enim annus primus Olympiadis nonæ & quadrageſimæ, qui longe abeſt ab *Syracuſarum* conditu, pulſiſque *Corintho Bacchiadis*. *Euſebius* ad Olympiadem octavam decimam *Corcyræ* conditum adſcribit.

A. 3702. Per. Jul. ad 4185.

l Pauſ. Phoc. p. 326 Juſt. 3. Lact. l. 1. c. 20. *Parthenii.*

Bello l *Meſſenio Lacedæmonii* ingenti prœlio ab *Ariſtodemo* ſuperati, ad prolem ſufficiendam, florenti ætate milites domum allegant, iiſque relictarum ibi fœminarum copiam faciunt. Unde orti, quos *Parthenios* nominarunt. Qui triceſimo poſt anno, ut ait *Juſtinus*, ad ſedes novas quærendas ablegati, duce *Phalanto* in *Italiam* navigantes *Tarentum* condiderunt. Clades *Lacedæmoniorum* incidiſſe videtur anno ante *Chriſtum* 726. Olympiadis 13. anno tertio. Ideo *Partheniorum* migratio confertur ex *Juſtino* in annum ante *Chriſtum* 696. qui eſt primus Olymp. 21. Quare ſub hoc tempus *Tarentum* a *Lacedæmoniis* eſt conditum. m Haud multo poſtea *Calchedon* a *Megarenſibus* exſtructa eſt, nempe anno quarto Olympiad. 22. Triennio poſt, *Cyzicus* in *Aſia*, & *Locri* in *Italia* poſiti ſunt.

m Euſeb Pont.

n Thuc. 1. Strab. 7. Euſ. Pont. *Cyrene condita.* o Lib. 19. c. 3. p Theophr. l 6. de cauſ. c. 3.

Olympiade 39. anno ante *Chriſtum* 624. n *Epidamnus* a *Corcyræis* eſt condita. Nec multo poſt *Cyrenem Battus* ſtatuit in *Libya*. Quod Olymp. 45. anno poſt *Trojam* captam 586. accidiſſe *Solinus* aſſerit. Hic erit ſecundus circiter annus Olympiadis illius. o *Plinius* vero annum urbis aſſignat 143. qui eſt ſecundus Olympiadis 43. ante *Chriſtum* 611. quod & p *Theophraſto* conſentaneum eſt, qui trecentis circiter annis ante *Simonidem* Archontem conſtructam eſſe *Cyrenem* adſtruit: qui eſt annus ſecundus Olymp. 117. ante *Chriſtum* 311. Idem porro *Theophraſtus Silphium* ſeptem annis ante *Cyrenem* conditam exortum eſſe ſcribit, imbre piceo ſubito madefacta tellure, circa *Heſperydum* hortos, *Syrtimque* majorem.

q Clem. Alex. 1. Strabo. Euſ. r Ælian. 8. Var. 10. s Plut. Solon part. 2. l. 3. cap. 9.

Athenis q ſub Olympiadem 39. *Draco* leges edidit quas r θεσμὸς vocarunt, s ſanguine potius, ut ajebat *Demades*, quam atramento ſcriptas. Tanta quippe earum aſperitas fuit, ut parvis juxta magniſque delictis capitalis irrogata pœna ſit, ac qui otii damnatus eſſet, non minus, quam qui parricidium feciſſet; morte lueret. Eas leges, præterquam quæ de ſicariis erant poſtea *Solon* abrogavit.

t Thuc. 1 Plut. Sol *Cylonis Facinus*

t In eadem urbe, circa Olymp. 45. memorabile fuit *Cylonis* facinus unius ex Principibus. Qui ab oraculo monitus arcem ac dominatum occupare, celeberrimo *Jovis* feſto die, per *Olympicum* id ludicrum aggreditur, ignarus aliud in patria *Jovis* eſſe feſtum, quod *Diaſia* vocabant. Itaque conatui non reſpondit exitus. Obſidione vallatus a popularibus ſuis evaſit ipſe cum fratre ſuo. Reliqui fame ac ſiti coacti, ad aram, quæ erat in arce, ſupplices aſſederunt. Qui fide data hinc abducti, nihilominus interfecti ſunt. Hujus cædis auctores & eorum poſteri pro ſacrilegis & piacularibus habiti fuerunt, ac poſtea ex urbe proſcripti.

u Herod. l. 1. & 3. Diod. *Periander* x Ariſtot. 5. Polit. c. 12 y Herod. 3. Diod.

Ut iſtorum de occupando patriæ dominatu conſilia fortuna deſtituit, ita complures illa ipſa ætate, quaſi ex compacto idem aggreſſi, quod volebant adepti ſunt. Memorabiles ex eo Tyrannorum numero fuere u *Periander Corinthius*, *Cypſeli* filius; x qui annos quattuor & quadraginta dominatum exercuit, cœpitque Olympiade octava & triceſima, ante *Chriſtum* 628. ac deceſſit anno quarto Olympiadis 48. hoc eſt, uno ante *Olympiadem* 49. ut *Soſicrates* apud *Diogenem* refert, ante *Chriſtum* 585. y Hic *Lyſidem*, quam *Meliſſam* ipſe nominavit, uxorem ſuam, *Proclis Epidauriorum* Tyranni filiam interfecit, quod ægre ferens *Lycophron* ejus filius, ab illo primum abdicatus, deinde relegatus in *Corcyram*, cum poſtea ad capeſſendam tyrannidem revocaretur a patre, ab *Corcyrenſibus* occiſus eſt. Ob id Principum illius inſulæ liberos trecentos ad *Alyattem Lydiæ* Regem caſtran-

Petavii Rationar. Temp.

(1) *E ſtirpe Bacchiadarum*) Vid. *ſup. Part. 1. lib. 1. cap. 13.*

A. 3702. Per. Jul. ad 4185.

[a] Herod. lib. 1. [b] Herod. ibid. *Thraſybulus.*

ſtrandos miſit *Periander*; quos in *Samum* delatos eripuere *Samii*, & in patriam remiſere. [a] Coluit hunc *Arion Methymnæus* fidicen, quem etiam ex *Italia* redeuntem, & a nautis in mare coactum ſe projicere, ac delphino reveſtum excepit. [b] Fuit & *Thraſybulus Mileti* Tyrannus *Periandro* junctus amicitia.

[c] Euſeb. *Phalaris.* [d] Polyæn. l. 5. c. 1. [e] Euſeb. *Piſiſtratus.*

Non multo poſt *Periandri* obitum, [c] hoc eſt *Olympiade* circiter tertia & quinquageſima, *Phalaris Agrigenti* in *Sicilia* tyrannidem arripuit. [d] Nam cum publicanus eſſet, ac templo *Apollinis* in arce ſumma ædificando præeſſet, publicis acceptis pecuniis mercenarios magno numero conduxit, & complures captivos emit: tum queſtus furto ſibi materiam ex arce ſurripi, muniendæ arcis poteſtatem accepit: itaque ex improviſo tyrannidem cepit, [e] quam per ſummam deinceps immanitatem annis ſedecim exercuit.

[f] Ariſt. 5. Pol. c. 12. [g] Herod. 1. c. 59. & ſeq.

Æqualis hujus fuit *Piſiſtratus* [f] qui *Athenas* bis occupavit; primum circa *Olympiadem* 55. & initium *Cyri*. [g] Sed brevi poſt *Megaclis* præpotentis civis factione pulſus, cum eum ſibi nuptiarum pactione reconciliaſſet, ab eodem per ſubornatam *Minervæ* ſpecie fœminam in arcem introductus eſt. Unde *Megaclis* conſpiratione rurſus ejectus, undecimo demum anno reſtitutus eſt, ſub id tempus, quo *Crœſus* contra *Cyrum* bellum agitans, *Græcorum* circumſpectabat auxilia. Obiit ſucceſſore *Hippia* relicto filio, circa annum primum Olympiadis 62. cum ſeptemdecim haud amplius annis tyrannidis potitus eſſet.

[h] Herod. 6. *Cliſthenes.* [i] Herod. ibid. [k] Herod. ib. Diod. in Excerpt. Valeſ. p. 230.

Porro *Megacles* iſte *Alcmæonem* filium habuit, [h] qui ab *Crœſo* locupletatus eſt, & cognominem patri Filium genuit *Megaclem*, *Cliſthenis Sicyoniorum* Principis generum. [i] Hic enim *Agariſtam* filiam volens *Græciæ* totius præſtantiſſimo in matrimonium dare, certam diem edixit, ad quam proci omnes *Sicyonem* venirent, quorum e numero *Megaclem Alcmæonis* filium eligit. [k] Affuiſſe tum inter alios *Smindyrides Sybarita* dicitur, opibus & luxu per id tempus celebris. Atque hoc ſecunda poſt *Solonem* & *Crœſum* ætate incidiſſe teſtis eſt *Herodotus*.

Archilochus. [l] Patian. Cyr. t. con. Jul. *Steſichorus.* *Alcman.* [m] Euſeb. *Alcæus*, *Sappho.*

Exſtiterunt illa tempeſtate ingenii ac ſapientiæ laude inclyti; ex Poetis quidem, *Archilochus* [l] Olymp. 23. *Steſichorus*, qui naſcitur Olymp. 37. & moritur Olymp. 57. ait *Suidas*.

Alcman Lyricus Poeta floruit [m] circa Olympiadem 42.

Eodem tempore vixit & *Alcæus*, qui cum *Pittaco* aliiſque potentioribus graves inimicitias exercuit. *Euſebius* in *Chron.* *Alcæum* & *Sapphonem* adſcribit Olympiadi 44. vel 45.

Theognis. [n] Plato 1. de Leg. Theod. 5. con. Gen.

Theognis Olympiade floruit 58. *Euſebio* teſte. Quem *Megarenſem* e *Sicilia* fuiſſe perhibent [n] nonnulli. Alii *Megaris*, Iſthmo *Corinthiaco* vicina urbe oriundum aſſerunt.

Hipponax. [o] Lib. 36. c. 5.

Hipponax mordacium ſcriptor Jamborum exſtitit Olympiade 60. ut ait [o] *Plinius*.

Septem ſapientes. [p] Pauſ. Phoc. p. 340.

In Philoſophia porro claruerunt in primis illi ſeptem, qui id vocabulum proprium ſibi fecerunt. Hos in *Protogora Plato*, ex eoque [p] *Pauſanias* in *Phocicis* ita recenſent.

A. 3702. Per. Jul. ad 4185.

[q] Diog. Laert. Cyr. 1. cont. Jul. [r] Diog. Laert.

Primus fuit *Thales Mileſius*, natus [q] Olympiad. 35. anno 1. Archonte *Damaſia*: obiit Olympiade 58. poſtquam in expeditione contra *Cyrum Crœſo* adfuit. Quare non 70. vel 90. ut *Diogenes* dicit, ſed 96. vixit annos, ſiquidem 24. ſolidas Olympiadas confecit.

Secundus *Pittacus Mitylenæus*, qui [r] floruit Olympiade 42. & mortuus eſt anno tertio Olymp. 52. Archonte *Ariſtomene*.

[s] Diog.

Tertius *Bias Prienenſis*, [s] qui eadem ætate vixit, ſub *Alyatte Crœſoque Lydiæ* Regibus.

[t] In Excerpt. Valeſ. 237.

Cujus æterna celebrandum laude facinus [t] a *Diodoro* proditur in *Excerptis* nuper editis. Cum enim *Meſſeniæ* nobiles virgines a prædonibus captæ eſſent, eas ille ſuapte pecunia redemptas domi aluit, & filiarum habuit loco. Quas cum deinde propinqui aliquanto poſt repeterent, nullo neque redemptionis, neque alimentorum accepto pretio illis reddidit. Hujus ſingularis beneficii memores puellæ, ubi domum reverterunt, cum ſub id tempus *Meſſenii* piſcatores æneum tripodem extraxiſſent, cui inſcriptum hoc erat, *Sapientiſſimo*, apud ſuos effecerunt, ut ille *Bianti*, tamquam omnium digniſſimo mitteretur.

[v] Diog. Plut. [x] Diog. [y] Ælian. 8. Var. c. 16.

Quartus *Solon*, qui [v] anno tertio Olympiadis 45. Prætor *Athenis* fuit, *Tarquinio Priſco Romæ* regnante; quo & leges *Athenienſibus* dedit, & eorum Rempublicam ordinavit. Mortuus eſt annos natus [x] 80. eodem, ut apparet, anno, quo *Cyrus* in *Perſide* imperare cœpit, [y] paullo poſt occupatum *Athenis* a *Piſiſtrato* dominatum.

Quintus *Cleobulus Lindius*, æqualis *Solonis*.

Sextus *Myſon Chenenſis* ex *Laconicæ* oppido, vel *Oetæo* potius, quas *Chenos* vocat.

Septimus *Chilo Lacedæmonius*, quem Olympiade 52. ſenem ait fuiſſe *Diogenes*.

Pro *Myſone* plerique *Periandrum Corinthiorum* Tyrannum numerant, ait *Pauſanias*: alii *Anacharſin Scytham*, qui eadem tempeſtate vivebat.

Æſopus quoque fabularum ſcriptor ſæculo illo floruit. Quem Olympiade 54. necatum a *Delphis* refert *Euſebius*.

[z] Diog. [a] Id.

Epimenides Cretenſis inter illorum temporum ſapientes adſcribitur. Qui [z] Olympiade 46. *Athenas* veniens, urbem *Cylonii* piaculi contagione purgavit. [a] Creditus eſt annos 57. in ſpelunca dormiiſſe, vixiſſe 154. vel 157. vel 298. *Diogenes* præterea ſcribit ipſum ad expiationem *Athenarum* aras complures excitaſſe nulli certo Deo dicatas, ad quod *Actorum* 13. *Paullus* reſpexiſſe videtur.

[b] Diog.

(1) [b] *Anaximander Mileſius* anno ſecundo Olymp. 58. annum agebat 64. paulloque poſt obiit.

[c] Vide L. 13. de Doctrina Temp. [d] Diod. Part. 2. L. 5. c. 9.

Anaximenes & ipſe *Mileſius* natus Olympiade 63. & mortuus circa *Sardium* ἅλωσιν, ut ait *Diogenes*: ſed falſo. [c] *Sardes* enim captæ ſunt a Cyro anno 1. Olympiadis 59.

[d] *Xenophanes* claruit Olymp. 60. qua eadem *Pherecydes Syrus* Philoſophus exſtitit.

Sunt qui *Periandrum*, ut dixi *Corinthi*, & *Piſiſtratum Athenarum* Tyrannos inter ævi illius ſapientes annumerent.

(1) *Anaximander Mileſius*) Hic primus Zodiaci obliquitatem obſervaſſe dicitur. Illi etiam vel ſaltem illius diſcipulo, & ſucceſſori Anaximeni gnomonis & horologii inventionem plurimi tribuunt. Vid. *Uſſer.* ad A. P. J. 4001. & 4167.

DIONYSII

DIONYSII PETAVII

E SOCIETATE JESU

RATIONARII TEMPORUM

PARTIS PRIMÆ, LIBER TERTIUS.

Tempora continens ab anno Periodi *Julianæ* 4186. ad 4430. ſive ab initio *Cambyſis* ad *Ptolemæi Philadelphi* primordia.

CAPUT I.

De iis, quæ ſub Cambyſe *ac* Dario *memoria digna contigerunt, præſertim de* Marathonico *conflictu.*

A. 4186. Per. Jul. ad 4430. Par. 2. l. 3. c. 10.
a Lib. 3. init.

CAmbyſes anno 4. Olymp. 62. ante *Chriſtum* 529. ut oſtenſum eſt, regnare orſus in *Perſide*, quinto anno, ut in *Chronico* ſcribit *Euſebius*, invadit *Ægyptum*. Cauſſam belli hujus ridiculam refert a *Herodotus*; *Cambyſem Amaſidis* filiam ad conjugem expetiiſſe: pro ea vero *Apriæ* filiam *Nitetim* ab *Amaſide* miſſam, quod ſciret non uxoris legitimæ loco habendam eſſe, ſed pellicis. Id ubi *Cambyſes* reſcivit, in *Ægyptum* arma vertiſſe. Sed cum *Apries* ante annos 44. obierit, quam *Cambyſes* *Ægyptum* peteret, non eſt veriſimile, *Apriæ* genitam pro puella *Cambyſe* nuptiis deſtinari potuiſſe. Quare probabilius eſt, quod & nonnullos aſſerere ſcribit *Herodotus*, affinitatem illam non a *Cambyſe*, ſed a *Cyro* exambitam fuiſſe.

Cambyſis geſta.

Quod & *Polyænus* ſecutus eſt. Scribit enim *Cyro Amaſidis* filiam ad conjugium poſtulanti, miſſam ejus loco ab *Amaſide Nitetim Apriæ* filiam; quæ, diſſimulata re, ubi plures e *Cyro* liberos ſuſcepit, inque his *Cambyſem*, *Cyro* fraudem confeſſa, eum perpulit, ut, quoniam *Amaſis* obierat, (1) in filium ejus *Pſammetichum* vindicaret. Sed in apparatu mortuo *Cyro*, *Cambyſes* hortatu matris *Ægypti* regnum in *Apriæ* poſteros tranſtulit.

b Herod. ibid.

b Antequam in *Ægyptum Cambyſes* proficiſceretur, *Amaſis* obierat, eique *Pſammenitus* filius ſucceſſerat; qui a *Cambyſe* captus, aliquandiu vixit in *Perſide*. *Cambyſes* in ea expeditione *Polycratis Samiorum* Tyranni claſſe eſt adjutus. *Ægypto* ſubacta, multa ibi crudeliter & impie fecit. Contra *Æthiopas* exercitum ducens, ob commeatus inopiam incœpta deſtitit. Cum autem ad *Ammonii Jovis* oraculum incendendum 50. millia circiter miſiſſet, ea tempeſtate & arenarum ingeſtis molibus obruta ſunt.

A. 4186. Per. Jul. ad 4430.
Crœſus a nece liberatus.

Crœſum porro amice quæ officii erant admonentem duci ad necem imperavit. Sed *Perſæ* clam eum ſubduxerunt. Quo cognito *Cambyſes* de illius ſalute gaviſus, conſervatores ejus capitali affecit ſupplicio.

c Herod. ibid.

c Demum anno octavo ineunte regni ſui, ante *Chriſtum* 522. *Cambyſes* in amentiam incidit, ac fratrem ſuum *Smerdin* mandavit interfici, quod eum per ſomnium in ſolio ſuo confidentem vidiſſet. *Prexaſpes* id mandatum exſecutus eſt. Ita quidem *Herodotus*. *Cteſias* vero nomen illius *Tanyoxarem* fuiſſe ſcribit, paulloque rem aliter exponit. Haud multo poſt *Cambyſes* lignum incidens, femoris muſculum oblæſit, atque undecimo poſt die mortuus eſt.

d Herod. ibid.

d Ægrotante *Cambyſe*, *Polycrates* in *Samo* anno 11. tyrannidis ſuæ ab *Oræte Sardium* præfecto per fraudem evocatus interficitur, ejusque cadaver in cruce ſuſpenditur.

Magus invadit imperium.

Per idem tempus, ante *Cambyſis* obitum, *Magus* quidam *Smerdi* ſimillimus, ejus ſibi perſonam impoſuit; ac defuncto *Cambyſe*, regnum menſibus ſeptem tenuit.

e Herod. 3. Valer. Max. 7. cap. 6. Juſt. 1.
Darius.
De Dario Par. 2. l. 3. cap. 10.

e Quo a ſeptem principibus occiſo unus ex horum numero *Darius*, *Oebaris* ſtratoris ſui opera, & equi hinnitu, regnum eſt adeptus, annum agens 28. Siquidem *Herodotus* in calce *libri* 1. ait anno ultimo *Cyri Darium* annorum fuiſſe circiter 20. Is *Orœtem* paullo poſt interfecit. *Intaphernem* unum de ſex adjutoribus ſuis, quod ab admiſſionali & janitore ad Regem adire prohibitus, utrique nares auresque præcidiſſet, morte damnavit. Tributa certum ad modum redegit. Horum ſumma ex *Aſia* & *Ægypto* talentum *Euboicorum* fuit 14560. quæ ad æs noſtrum redacta ſcutatorum noſtrorum efficiunt 10374000. (Editio Francof. 9487626.)

Syloſonti Polycratis fratri, a quo privatus adhuc veſte donatus in *Ægypto* fuerat, patriæ ſuæ *Samo* inſulæ principatum dedit. Quo fere tempore *Babylon* defecit, quam 20. menſibus obſeſſam, per *Zo-*

pyrum

(1) *In filium ejus Pſammetichum*) Lege Pſammenitum, ut ex §. ſeq. apparet, & *Herod.* lib. 3. c. 14. is porro ille eſt, qui *Cteſiæ* *Amyrtæus* dicitur.

A. 4186. Per. Jul. ad 4430.

pyrum egregiæ fidei principem obtinuit. Quod ſub annum tertium Olympiadis 67. incidit.

a Herod. 4. Juſt. 1. Corn. Nep. in Milt.

a Duplex ab eo inſignis expeditio facta. Prior contra *Scythas*; contra *Græcos* altera. In priori, ponte *Boſphorum* injunxit, tum alterum in *Danubio* fecit; cui ſervando *Jonicarum* urbium principes adhibuit: a quibus deliberetum eſt, ecquid ponte reſciſſo, ad quod *Scythæ* eos adhortabantur, *Darium* & *Perſarum* robur iiſdem internecione delendum traderent. Sed vicit *Hiſtiæi Mileſii* ſententia, qui ne id fieret ea ratinne perſuaſit, quod *Darii* regno ipſorum ſalus niteretur ac dominatio. Itaque *Darius* magna exercitus amiſſa parte, ægre in *Aſiam* rediit *Megabazo* cum 70. M. in *Europa* relicto ut eam armis ſubigeret. Contigit hæc in *Scythas* expeditio ineunte 68. Olympiade, ante *Chriſtianam* æram 508.

Darii Scythica expeditio.

b Herod. 5.

b *Megabazus Thraciam* & *Macedoniam*. *Darii* ſubjecit imperio. Quo tempore *Alexander*, *Amyntæ Macedonum* Regis filius, *Perſarum* principes quoſdam petulantius in convivio domi ſuæ laſcivientes occidit. *Darius* in *Perſidem* rediens, *Hiſtiæum Mileſii* Tyrannum ſecum per honoris ſpeciem abducit invitum. Qui *Ariſtagoram* generum & conſobrinum ſuum civitati ſuo loco præpoſuit. Quem poſtea, ut ab Rege deficeret, & in belli ſocietatem *Jonas* ſecum traheret, clam eſt hortatus. Quippe patriæ deſiderio & aulæ *Perſicæ* tædio id conſilii ceperet, ut, prætextu domeſtici illius incendii reſtinguendi, commeatum impetretet a *Dario*. Interim *Ariſtagoras*, *Mileſiis* reſtituta libertate, ac Tyrannis, quoad potuit, ubique ſublatis, ad *Græcorum* auxilia reſpexit. Itaque *Lacedæmoniis* fruſtra tentatis, *Athenas* venit: a quibus claſſe viginti navium adjutus palam defecit a *Perſis*. Mox eorumdem auxilio captæ ſunt *Sardes*, & incenſæ. Id evenit Olympiade 69. *Perſæ Jonas* perſecuti fundunt fugantque. Qui ab *Athenienſibus* deſtituti, nihilo ſecius contra *Perſas* utcumque bellum ſuſtinent. *Byzantium* & alias urbes capiunt. *Darius*, audito ab *Athenienſibus* inflammatas eſſe *Sardes*, ulciſcendi cupidus, quotidie ſe de bello *Athenienſibus* inferendo jubet admoneri.

Hiſtiæus Mileſius.

c Herod. 6.

c *Ariſtagora* deinde in acie cæſo, miſſus ab *Dario Hiſtiæus* fruſtra contra Regem cum *Jonibus* nititur: qui navali prœlio ſuperati; *Miletus* ſexto ab *Ariſtagoræ* defectione anno expugnata, & incendio conſumpta; *Hiſtiæus* ab *Arpago Perſarum* duce captus in pugna, & ad *Artaphernem Darii* fratrem perductus, in crucem agitur.

Darius Mardonium generum adverſus *Græcos* cum exercitu mittit; qui Tyrannis ex urbibus *Joniæ* ſublatis, pro iis popularia imperia conſtituit. *Thraciam* inde, *Macedoniam*, ac finitimas regiones ſibi ſubjicit. Ad montem *Athon* gravi tempeſtate jactatus viginti amiſit hominum millia. Poſt hæc, legatos *Darius* miſit in *Græciam*, qui (1) aquam & ignem exigerent; quibus *Æginetæ* paruerunt.

Part. 2. l. 3. c. 11.

Demum anno tertio Olymp. 72. Periodi *Julianæ* 4224. ad *Marathona* pugnatum eſt.

d Herod. 6. Corn. Nepot. Milt. Pauſan. Att. p. 31. Juſt. 2. c. 9.

d Cauſſam hujus belli *Dario* præbuit partim propagandi in *Europam* & *Græciam* imperii, partim ulciſcendorum *Athenienſium* cupiditas, qui auxilium contra ſe tulerant *Jonibus*, & *Sardes* incenderant. Non hoc ſolum poſterius expeditioni prætexuit ſuæ, ſed illud inſuper, ut *Hippiam Piſiſtrati* filium *Athenis* ejectum, ac ſupplicem ſibi factum, in tyrannidem reſtitueret.

e Lib. 6. p. 331. edit. Græci

His commotus *Darius* claſſem mittit in *Græciam* ſexcentarum triremium, ut ait e *Herodotus*; ut autem *Cornelius Nepos* in *Miltiade* refert, quingentarum; quibus ducenta peditum millia, decem equitum impoſuit, ſi eidem creditur. At *Lyſias in Epitaphio*, quingenta millia numerat. Ea claſſis, ducibus *Dati* & *Artaphyne Artaphernis* fratris *Darii* filio, primum ad *Eubœam* appulſa, *Eretriam* cepit. Inde in *Atticam* venit, & ſuas copias in campum *Marathonem* expoſuit. *Athenienſes* decem contra illos Prætores creant, qui exercitui præeſſent: inter quos erat *Miltiades*; cujus auſpiciis perexigua manu (non enim plures decem millibus habebant, e quibus *Athenienſium* novem millia, *Platæenſium* mille fuerunt) fuſi ſunt barbari. Centum millia peditum cum equitum millibus decem in aciem produxiſſe *Datim* aſſerit *Cornelius Nepos*. Cæſa in eo prœlio *Perſarum* 6400. *Athenienſes* 192. die *Boedromionis* 16. ut ait f *Plutarchus*, hoc eſt, *Septembris* 29. Celebrantur inter alios *Callimachus Athenienſium* Polemarchus, & *Cynægirus*, (2) qui hoſtilis navis apluſtria manu prehendens ea abſciſſa cecidit.

f Plut. in Cam.

g Herod. 7. init.

Poſt hanc cladem *Darius* majorem contra *Græcos* apparatum inſtruit g triennio toto. Quarto vero anno defecit *Ægyptus*. Dum igitur ad ulciſcendos utroſque ſe comparat, orta liberos inter diſſenſione, qui a Patre Regem eligi de more poſtulabant, tandem ab eo *Xerxes* deſignatus eſt, ac majori natu *Artabazani* antepoſitus, quod & *Cyri* filia *Atoſſa* genitus, & in principatu ſuſceptus eſſet. Sequenti demum anno ab *Ægypti* defectione (3) moritur *Darius*. Hæc *Herodotus*. Ex quibus id efficitur, *Marathoniam* pugnam anno *Darii* ſecundo & triceſimo contigiſſe, hoc eſt, quinto ante illius obitum.

CAPUT II.

De Piſiſtratidarum *hiſtoria*, *&* Hipparchi *nece*, *tum de* Miltiadis *dominatu*, *&* Cornelii Nepotis *errore graviſſimo*.

h Lib. 6. Herod. 5. & 6. Vide Par. 2. l. 3. c. 19.

ANno ante *Marathonium* prœlium viceſimo, ut auctor eſt h *Thucydides*, *Piſiſtratidarum* dominatus *Athenis* exſtinctus eſt *Alcmæonidarum* opera, & auxilio *Lacedæmoniorum*. Pulſus eſt enim *Hippias Piſiſtrati* filius, cum annos 18. poſt patris obitum præfuiſſet. Cujus frater *Hipparchus* fuit, vir moderatus & eruditus, ut teſtis eſt i *Plato*. Tametſi *Diodorus Hipparchum* & *Hippiam* violentos & impotentes fuiſſe dicit, tertium vero *Piſiſtrati* filium *Theſſalum* civilem ac bene moratum, qui ejurata tyrannide civibus percarus fuit: cui rurſus contradicit k *Heraclides*, qui *Theſſalum* juniorem & audacia præcipitem ait fuiſſe; quem conjurati volentes occidere, pro eo *Hipparchum* interemerunt longe commodiorem fratribus duobus. Hic *Harmodii* & *Ariſtogitonis* conſpiratione cæſus eſt *Panathenæorum* tempore. (4) Qui ambo a ſatellitibus occiſi; plerique alii torti, & ſupplicio affecti. Inter quos *Leæna* meretricis conſtantia celebratur. l Poſt *Hippias Athenis* dominatus eſt annos tres; & quarto pulſus, ad *Darium* confugit, anno viceſimo ante *Mara-*

i Dial. de lucri cupid. in Excerpt. Val. p. 250.

k Lib. de Polit.

l Pauſ. Att.

(1) *Aquam & ignem*) Lege terram & aquam, ut ex *Herod. lib.* 6. c. 48. & 49. obſervatum fuit in *Præfat. huj. oper. Edit. Lugd. Batav.* erat autem traditio terræ & aquæ formula acceptæ dominationis. Aqua autem & igni interdicere, Romanis erat in exſilium mittere.

(2) *Qui hoſtilis navis apluſtria manu prehendens*) ſcilicet cum terra victi Perſæ in naves confugerent. *Herod. lib.* 6 c. 114.

(3) *Moritur Darius*) Hic Darius Hyſtaſpis filius vulgo creditur *Aſſuerus* libri *Eſtheræ*, *Uſſer.* ad A. P. J. 4194. *cap.* 11.

(4) *Qui ambo a Satellitibus occiſi &c.*) alter tantum illorum occiſus eſt a Satellitibus, alter dein captus tortus & ſupplicio affectus eſt, ut ex *Thucyd. lib.* 5. c. 57. & *ſeqq.* obſervatum fuerat in *Præfat. huj. oper. Edit. Lugd. Batav.*

A. 4186. Per. Jul. ad 4430.

Marathoniam pugnam, ut ait *Thucydides*. Quo circa *Hipparchi* nex contigit anno 4. Olymp. 66. quo anno *Panathenæa* pentaeterica ſacra *Athenis* indici ſolita indidem colligitur. Fuit autem hic annus ante *Chriſtum* 513. *Hippias* vero anno tertio Olymp. 67. eſt ejectus, Periodi *Julianæ* 4204. Statuæ deinde publice *Harmodio* & *Ariſtogitoni* poſitæ ſunt, ut ſcribit

a Lib. 34. c. 4.

a *Plinius*; qui eodem anno id actum eſſe dicit, quo pulſi ſunt Reges. Pulſi ſunt autem tertio anno exeunte Olympiadis ejuſdem, hoc eſt, periodi *Julianæ* 4205.

b Herod. lib. 6.

b Per idem tempus, quo *Darius* per legatos (1) aquam & ignem a Græcis civitatibus petebat, cum *Æginetæ* mandata feciſſent, & ad eorum cauſſam cognoſcendam *Lacedæmone Cleomenes* Rex eo veniſſet, a collega ſuo *Demarato* in crimen adductus, huic ipſi regnum abrogari fecit, ſubornata *Pythia*, quæ legitimum *Ariſtonis* filium negaret eſſe *Demaratum*. Huic ſubſtitutus eſt *Leotichides*, a quo ille ludibrio perſtrictus ad *Perſas* profugit.

c Herod. 6. c. 34. *Miltiadis hiſtoria.*

c Memorabilis eadem tempeſtate fuit *Athenis Miltiades Cimonis* filius, qui in *Cherroneſo Thraciæ* dominatum obtinuit. Hujus enim patruus *Miltiades Cypſeli* filius, eadem qua *Cimon* matre genitus, a *Doloncis Thracibus*, qui *Cherroneſum* incolebant, ad principatum, ex oraculo, *Athenis* expetitus, *Crœſo* regnante, quo cum & amicitiam coluit, regionem illam tenuit. Is moriens *Cimonis* fratris filium *Steſagoram* ſucceſſorem relinquit. Quo ab ſicario interfecto *Piſiſtratidæ* ait *Herodotus*, *Miltiadem Cimonis*, quem ipſimet e medio ſuſtulerant, filium eo ſubmittunt, qui rerum ibi potitus eſt. Tertio vero poſtquam venerat, anno *Scythæ*, quos *Darius* expeditione in eos facta provocarat, in *Thraciam* irrumpunt. Quos *Miltiades* fugiens *Cherroneſum* reliquit, eundemque poſtmodum a *Thracibus* eſt reſtitutus. Hæc *Herodotus*. Quæ ut vera ſint, neceſſe eſt poſt Hipparchi necem ab *Hippia* ſolo miſſum eſſe *Miltiadem*, ſiquidem tertio anno poſt *Scythæ* impreſſionem fecerunt.

Cornelii Nepotis gravis error de Miltiade.

In quo *Cornelii Nepotis* animadverſione dignus eſt error, qui priorem *Miltiadem* cum poſteriore confudit, & utriuſque geſta adſcripſit uni. Recte autem d *Ælianus* in *Variis Miltiades* tres diſtinguit, itidem ut nos fecimus.

d Lib. 12. Var. c. 35. e Herod. Corn. Nepot. Juli. 2. *Cimonis geſta.*

e *Cimonis* filius *Miltiades*, cum totum illud mare *Perſica* claſſis obtineret, *Athenas* elapſus eſt. Ac poſtea contra *Darii* exercitum Imperator, in campo *Marathonio* ſecundiſſimo & glorioſiſſimo exitu certavit. Quam victoriam adeptus, ad ejus perſequendas reliquias cum claſſe mittitur: ac dum per inſulas bella circumfert, *Paron* aggreſſus; indeque qua terrore falſo ingruentis *Perſarum* exercitus, qua oblæſi corporis ægritudine depulſus, iniquis civium ſuorum ſententiis grandi ære mulctatus eſt; & quia ſolvendo non erat, in vincula conjectus, ubi diem obiit ſupremum. Hæc proximo anno ab *Marathonia* victoria videntur accidiſſe

CAPUT III.

De quibuſdam viris doctis, qui circa illud tempus extiterunt.

Simonides. Phocylid. Anacreon.

HOc temporis ſpatio, quod ab anno tertio Olympiadis 60. ac *Cyri* primordio *Babylonico*, ad obitum *Darii* & *Xerxis* initium fluxit, memorantur inſignes in omni doctrinæ genere viri. Poetæ quidem, (2) *Simonides Ceus*, Lyricus, quem *Euſebius* adſcribit Olympiadi 61. una cum *Phocylide*.

A. 4186. Per. Jul. ad 4430. f Lib. 3. c. 121. g Schol. Æſch.

Tum *Anacreon*, qui *Polycrati Sami* Tyranno percharus fuit, ut refert f *Herodotus*. At *Polycrates* Olympiade 64. ab *Orœte* necatus eſt.

Æſchylus

Floruit & g *Æſchylus Athenis Cynegyri* illius frater, qui in pugna *Marathonia* fortiſſime pugnavit, quo cum & *Æſchylus* in acie ſtetit, ut ſcribit Vitæ illius Auctor. At in *Sophoclis* Vita refert alius, hunc Archonte *Philippo*, natum eſſe, anno ſecundo Olympiadis 71. & 17. annis *Æſchylo* fuiſſe juniorem. Ita natus fuerit *Æſchylus* anno primo Olympiadis 67. Periodi *Julianæ* 4202. & *Marathonii* conflictus tempore annum agebat circiter 22. aut 23. ac mortuus erit anno Periodi *Julianæ* 4267. Olympiadis 83. anno ſecundo. Nam vixit annos 65. Verum cum *Hieronis Siciliæ* Regis tempore & apud illum mortuus eſſe perhibeatur, & *Hiero* anno Periodi *Julianæ* 4247. obierit, non conſonat ratio. Itaque longe ante Olympiadem 67. natus fuerit.

Xenophanes.

Inter Philoſophos recenſetur *Xenophanes* Phyſicus idemque Poetica laude celebratus, quem *Diogenes* & *Euſebius* circa Olympiadem ponunt 60.

Pythagoras. Jambl. in vita Pyth. Diog. Diod. in Excerpt. Valeſ. p. 241.

Sed nihil *Pythagora* nobilius ætas illa peperit, qui ortus inſula *Samo*, poſt diuturnam peregrinationem, reverſus in patriam, *Polycrate* adhuc in ea dominante, *Crotonam* in *Italia* petiit, ibique diſcipulos complures habuit, ut refert *Diogenes*. Alii *Syloſontem Polycratis* fratrem & ſucceſſorem ajunt non potuiſſe ferre. Floruit is Olympiade 60. ſi *Diogeni* credimus: *Jamblichus* circa Olympiadem 62. in *Italiam* abiiſſe ſcribit, qua ſane *Polycrates* dominari cœpit. Mortuum vero Olympiade 70. ejuſque quarto anno refert *Euſebius*, cum vixiſſet annos vel 80. vel 90. ut auctor eſt *Diogenes*, Cum *Phalaride* Tyranno & *Abaride* verſatum eſſe prodit *Jamblichus* idem, qui de ejus vita & dogmatibus ſcripſit. Fuit autem *Abaris Hyperboreus Apollinis* Sacerdos; qui *Pythagoram* pro *Apolline* veneratus, mirificam illi ſagittam obtulit, qua fretus flumina tranſmittebat, urbes peſtilentia liberabat, & alia pleraque ſtupenda faciebat. Hæc *Jamblichus*. h *Tertullianus* vero *Pythagoram* apud *Thurios* tyrannidem affectaſſe ſcribit.

h in Apol. c. 46.

Pythagoræ præceptis *Crotoniatæ* Rempublicam ſuam inſtituerunt: ac non moribus ſolum, ſed etiam virtute bellica adeo profecerunt, ut centum eorum millia duce *Milone* cum trecentis *Sybaritarum* millibus (3) ad *Sagram* fluvium conflixerint, & cæſis hoſtibus, urbem ipſam funditus everterint,

Diod. 12.

Heraclitus. i Tert. ad Mart. c. 4.

Heraclitus Epheſius circa Olympiadem 69. floruit, auctore *Diogene*. Nec non *Zeno Eleates*. i Hunc bubulo ſe ſtercore oblitum extuliſſe refert *Tertullianus*.

CAPUT IV.

De ejectis Roma *Regibus, ac bellis deinceps a* Romanis *ſuſceptis*.

k Lib. 1. in fine. l Dion. I. 4. Plut. in Popl. m Per. Jul. 3961.

REgnatum eſt *Romæ*, ait k *Livius*, ab condita urbe ad liberatam, annos 244. Itaque l anno ineunte 245. pulſis Regibus, Conſules primi creati ſunt. Quare cum urbs condita ſit, ex *Varronis* opinione, anno tertio Olympiadis 6. qui incurrit in annum m ante *Chriſtum* 753. Regifugium ac primus Conſulatus convenit in annum quartum Olympiadis 67. ante *Chriſtum* 509. Quod ſic intelligi volumus, quaſi idem in anno veteri *Romano* ſitus menſium fuerit, qui hodieque in *Juliano* cernitur. *Palilia* 6. Cal. *Maii* celebrata ſunt: unde Urbis anni computari ſolent. *Olympiadici* vero ab ſolſtitio numerantur. Itaque initium

(1) *Aquam & ignem*] Terram & aquam. Vid. *cap. præced. Not.* 2.

(2) *Simonides Ceus*) Chius in plurimis Ciceronis operum editionibus dicitur. *Simonides Chius* poeta, quem primum ferunt artem memoriæ protuliſſe de Orat. §. 141.

(3) *Ad Sagram fluvium*) Delendæ ſunt hæ voces errore huc illapſæ, ut ex *Diodoro* ad marginem citato obſervatum fuit in *Præfat. hujus oper. Edit. Lugd. Batav.*

A. 4186. Per. Jul. ad 44.0.

tium annorum urbis in finem *Olympiadicorum* coogruit. At *Romani* menſes per illa tempora non eo-uem lneo conſiſtebant: quem tum vero tenerent, oulla poteſt divinatio coolequi. Ideo communi oos & hodierno ſitu ſæpius utemur.

Vide 10. de Doct. Temp. c. 81.

Tarquinio propter oblatum ab ejus filio *Lucretiæ* ſtuprum abrogatum eſt regnum 6. Cal. *Mart.* quo die Regifugium ootatur in Calendario *Romano*.

Conſules creati.

Pro Regibus Cooſules duo comitiis centuriatis a Præfecto urbis ex commentariis *Servii Tullii* creati ſunt, *L. Junius Brutus* & *L. Tarquinius Collatinus*: quorum hic *Tarquiniorum* propinquus erat, *a Demarato* oriundus ejuſque pronepos. Qui, poſt detectam conſpiratinnem, in qua filii *Bruti* & ipſius *Tarquinii* ſororum filii deprehenſi fuerant, cum ſe mollius gereret, annitente *Bruto*, redactus in ordinem exſulare coactus eſt, eique P. *Valerius Poplicola* ſuffectus. Poſt *Tarquinio* Rege bellum inſerente, in ipſo conflictu *Brutus* occubuit, ejuſque loco primum *Lucretius* Conſul eſt factus; deinde *M. Horatius*: ac deinceps quot annis inſtitutum, nova ut conſulum paria Reipublicæ præeſſeot.

a Liv. 2. Dion. 5. Plut. in Popl. *Horatius Cocles. Scævola.*

[a] Anno tertio a parta *Romæ* libertate *Porſenna Cluſinorum* Regulus ad reducendos *Tarquinios* bellum *Romanis* intulit. Quo bello *M. Horatii Coclitis* virtus enituit: qui ingruentes per pontem boſtes ſuſtinuit unus, ac reciſo ponte tranſnatavit. Tum *Mucii Scævolæ*, qui Regem aggreſſus, & conatu ſuo fruſtratus ardentem in focum injecta manu illum adeo terruit, ultro ut pacem a *Romanis* expeteret. Nec minus puellarum fortitudo conſpecta eſt, inprimiſque *Clœliæ*, quæ obſes data Regi, eluſa cuſtodia, trans flumen ad ſuos equitavit.

Clœlia.

b Liv. 2. Dion. 6. *Primus Dictator.*

[b] Submotis *Etruſcis* vehemens ab *Latinis* bellum increbuit, quos *Octavius Manilius Tarquinii* gener, *Latinus* ipſe, concitabat, contra quos Dictator anno urbis 258. factus *Poſtumius*, ad *Regillum* lacum inſigni prœlio victis ſocietatem reddidit. Nec primus hic Dictator fuit. Ante hunc urbis anoo 250. creatus erat T. *Lartius* Conſul eum plebs ære alieno preſſa numeo adverſus *Latinos* dare detrectaret.

c Liv. 2. Plut. Cor. *Bellum Volſcorum* d Dion. l. 8. Liv. Plut. *Coriolanus.*

[c] Contra *Volſcos* bellum poſtea ſuſceptum: qui *Latinis* ſuperiore bello, quæ mitterent, auxilia paraverant. Quod bellum ex intervallo ſæpe repetitum ad annos plures propagatum eſt. Cœpit autem anno urbis 259. [d] Memorabilis eo bello *C. Marcii Coriolani* fortuna fuit, qui anno urbis 263. damnatus abſens, in *Volſcos* abiit; iiſque auctor fuit inſtaurandi belli, cui gerendo dux cum *Tullio Accio* delectus, cum fuſis ſæpe *Romanis*, jam mœnibus ipſis immineret, maternis precibus infractus, cœpto deſtitit; quod anno urbis conditæ 266. evenit. Extincto *Coriolano*, *Volſci* nihilominus bellum perſeveraruot facere, qui cum *Æquis* & *Hernicis* inſigniter a *Spurio Caſſio* ter Conſule victi. Sed ea gloria in auctoris ſui perniciem ceſſit. Hic enim primus *Romæ*, poſt ejectos *Tarquinios*, regnum auſus affectare, in ipſo conatu eſt oppreſſus, ac de Rupe *Tarpeja* præcipitatus anno U.C. 269. [e] Hic princeps agrariam *Romæ* legem tulit anno eo, qui illum, quo necatus eſt, anteceſſit.

e Dion. 8. Liv. 2. *Agraria lex prima.*

Tribuni creati.

At anno conditæ *Romæ* 261. cum ob creditorum impotentiam ac fœnebre malum plebs trans *Anienem* in montem ſacrum ſeceſſiſſet a Patriciis, *Menenii Agrippæ* conſilio & Oratione reconciliata eſt, impetrato prius Magiſtratu, quem ad ſui tutelam violentiæ Patrum objiceret. Ii Tribuni appellati ſunt.

V. Par. 2. l. 3. c. 13. f Herod. 7. & 8. Plut. in Them. & Ariſt. Juſt. 2. Corn. Nep. in Them. Diod. 11.

CAPUT V.

De expeditione Xerxis *in* Græciam, Græcorum *navali ad* Salaminam *victoria, & clade* Perſarum.

ANno poſt *Marathonium* pugnam decimo *Salaminia* contigit, ut auctor eſt *Thucydides*. [f] *Xerxes* enim, qui anno 4. Olympiadis 73. & ante *Chriſtum* 485. poſt parentis obitum imperare cœpit, *Piſiſtratidarum* & *Alevadarum* hortatu, tum horribilibus ſpectris incitatus ad hoc bellum anno imperii ſui quinto, Periodi *Julianæ* 4233. ſive Olympiadis 74. anno quarto, in *Aſiam* profectus eſt, & hyeme *Sardibus* exacta, ſequente vere trajecit in *Græciam*. *Herodotus* ſcribit in illius exercitu capitum fuiſſe amplius quinquagies & bis ceotena octoginta tria millia, [g] *Plutarchus* quinquagies: [h] *Theodoretus* tricies centena millia, *Cornelius Nepos* peditum ſeptingenta millia, equitum quadringenta. Claſſis porro navium fuit, ut idem refert, 1200. *Lacedæmonii* duce *Leonida*, cum trecentis *Spartanis* & *Græcorum* ceterorum millibus quattuor, in *Theſſaliæ* faucibus, quas *Thermopylas* vocant, ingruentem illius exercitum aliquandiu repreſſerunt. Dilapſis deinde *Græcis* aliis, ſoli *Lacedæmonii* a *Perſis* circumventi perierunt. *Athenienſes* ab oraculo moniti, ut ſe muris ligneis tutarentur, auctore *Themiſtocle*, relicta patria ſe ſuaque omnia in naves impoſuerunt, quas ducentas oumero paratas habebant, ut ait *Cornelius Nepos*. Quibus additæ *Græcorum* reliquorum centenæ trecentarum navium claſſem implebant.

A. 4186. Per. Jul. ad 4430.

g in Paral. h Orat. 10. con. Græc.

[i] At *Herodotus Atticas* naves 127. haud plures, memorat: in totum vero 271. *Xerxes Atticam* ingreſſus, *Athenas* incendit. Tum navalis ad *Salaminam* pugna fit; in qua victi ſunt *Perſæ*, *Boedromionis* die 20. qui in *Septembris* 23. incidit. Fugit *Xerxes*, & ad *Helleſpontum* pervenit die poſt pugnam 45. relicto in *Græcia Mardonio* cum 300000. peditum. Hoc navale prœlium contigit ineunte anno primo Olympiadis 75. ante *Chriſtum* 480. Anno ſequente, *Mardonius* a *Græcis*, duce *Pauſania Lacedæmonio* & *Ariſtide*, vincitur ad *Platæas*, & occiditur, *Boedromionis* tertio, *Septembris* 25. [k] Qua eadem die 25. *Græci* ab *Mycalem* navali prœlio *Perſas* ſuperarunt.

i Herod. 8. init.

k Herod. lib. 9. Diod. 11. Plut. Ariſt.

Per idem tempus, quo cum *Perſas* maritimo prœlio certavere *Græci*, *Carthaginienſes* quos ad invadendam *Siciliam Xerxes* incitarat, terra victi ſunt ad *Himeram* a *Gelone*, ut ſcribit [l] *Diodorus*.

l Lib. 11.

CAPUT. VI.

De rebus memoria dignis, quæ poſt Perſicum *bellum in* Græcia *contigerunt, ac civilibus* Græcorum *bellis*.

PErſici turbinis metu perfuncta *Græcia* ab externis bellis ad domeſtica paullatim arma ſua convertit, nobiliſſimis civitatibus de principatu certantibus, *Athenis* & *Lacedæmone*, ad eas ceteræ partitis ſeſe ſtudiis applicarunt.

m Diod. 11. Corn. Nepos. Themiſt. Plut. Them.

[m] Prima, conſtitutis rebus, *Athenienſes* cura tenuit inſtaurandorum mœnium, quæ *Perſæ* diruerant, quod *Themiſtoclis* induſtria perfectum eſt; nequicquam *Lacedæmoniis* obſtantibus, ne extra *Peloponneſum* paullo aliqua munitior urbs eſſet, qua barbari occupata velut arce uterentur ad opprimendam *Græciam*: etſi non tam boni publici amore, quam invidia & metu ne ſe altius æmula civitas efferret, id illos prohibere conſtabat. Quin ejuſdem conſilio [n] *Themiſtoclis*, *Athenienſes* in *Piræeo* portum fecere, cum *Phalerico* hactenus uterentur. [o] Poſtea *Græci* ad depellenda barbarorum præſidia *Pauſaniam* cum claſſe miſerunt in *Cyprum* & *Helleſpontum*. [p] Qui, capto *Byzantio*, moras ibi faciens, occulta cum *Perſis* conſilia de prodendis *Græcis* iniit, quibus patefactis, domum revocatus, ac denique damnatus periit. *Athenienſes* interim *Græcos* populos, *Pauſaniæ* ſuperbia ab *Lacedæmoniis* alienatos, per *Ariſtidem* adjunxere ſibi; quibus commune quoddam ærarium in inſula *Delo* conſtituere placuit, in quod ſinguli quotannis conferrent aliquid, quod ſibi poſtea *Athenienſes* uſurparunt.

n Thuc. l. 1. p. 62. Corn. Nep. o Diod. 11 Corn. Nep. in Pauſan. p Tuc. l. Diod. 11. Corn. Nepot. Plut. Parall.

Inde *Lacedæmoniis* poſt necem *Pauſaniæ Themiſtoclem* prodi-

A. 4186. Per. Jul. ad 4430.

proditionis accuſantibus, fugit ille, & ad *Perſas* abiit. Quod anno ſecundo Olympiadis 77. ante *Chriſtum* 471. *Diodorus* refert, qui nonus poſt cladem *Salaminiam* fuit. Itaque ſuperſtite adhuc *Xerxe* venit ad eum *Themiſtocles*, [a] ut alio loco docuimus.

Themiſtoclis fuga. [a] Par. 2. l. 3. c. 10. [b] Diod. 11. Plut. in Cim. Corn. Nep.

[b] Sequente anno, *Cimon Miltiadis* filius cum claſſe navium 250. invectus, ad *Cyprum* Barbarorum 340. naves prœlio ſuperavit; eodemque die militibus ſuis *Perſicis* veſtibus indutis & in captas naves impoſitis, terreſtres *Perſarum* copias ex improviſo adortus, ad *Eurymedontem* fluvium cecidit.

At in *Peloponneſo*, vehementi terræ motu concuſſa *Lacedæmone*, cum *Helotes* & *Meſſenii* defeciſſent, primum acciti ſunt a *Lacedæmoniis Athenienſes* ut opem ferrent. Sed interim dum in itinere ſunt, hoſtes ab *Archidamo* compreſſi, & ſuſpecta jam *Athenienſium* auxilia dimiſſa ſunt. Quæ res illorum alienavit animos, & ſimultatis initium dedit. Id anno 4. Olympiadis 77. *Diodorus* adſcribit.

Ineunte Olympiade 78. *Mycenas* ab *Argivis* quod iis ſe ſubjicere nollent, everſas eſſe *Diodorus* idem aſſerit. [c] *Pauſanias* vero ex æmulatione gloriæ implacabile in eos odium *Argivos* cepiſſe prodit; quod *Perſico* bello, domi quieſcentibus *Argivis*, *Mycenæi* 80. milites contra *Perſas* ad *Thermopylas* ſubſidio miſiſſent. Anno vero ſequenti mortuum tradit *Hieronem Syracuſis* regnantem, cum annis 11. imperaſſet, ac *Thraſybulum* fratrem ſucceſſorem habuiſſe; qui *Syracuſanorum* conſenſione depulſus in *Locros* abiit. [d] Ita *Syracuſani* deinceps ad *Dionyſium* uſque annis 60. in ſumma tranquillitate vixerunt. Quod anno 3. Olympiadis 77. *Diodorus* aſſignat.

[c] Pauſ. Cor. 59.

Hiero.

[d] Diod. 11.

[e] In *Perſide* vero *Xerxes* anno 4. Olympiadis ejuſdem occiſus eſt ab *Artabano*; nec non *Darius* illius filius ab *Artaxerxe* fratre, apud quem parricidii, quod ipſe commiſerat, illum accuſarat *Artabanus*, qui *Artaxerxi* meritas pœnas dedit. Sic *Artaxerxes ὁ μακρόχειρ* [f] eodem anno regnare eſt orſus. Hic anno imperii tertio, Olympiadis 79. ſecundo, *Ægyptum*, quæ cum *Inaro Libyæ* Rege defecerat, per *Achæmenem* patruum oppugnat. At *Inarus Athenienſium* copiis adjutus *Perſis* reſtitit. Qui & navali prœlio victi ab *Athenienſibus* anno tertio Olympiadis ejuſdem, ſequente vero *Memphim* confugientes ab iiſdem illic obſidentur. Demum Olympiade 81. [g] *Athenienſes* ab *Ægyptiis* deſtituti, a *Megabazo* æquis dimiſſi conditionibus diſceſſerunt. *Inarus* in crucem actus eſt: *Ægyptus* recuperata.

[e] Diod. 11. Juſt. 3.

Artaxerxes. [f] part. 2. lib. 3. c. 10.

[g] Thuc. 1.

Interim *Lacedæmonios* inter & *Athenienſes* velitationes aliquot & atrociſſimorum, quæ deinceps conſecuta ſunt, bellorum orta ſunt initia. Nam *Athenienſes*, quos opinione comitatis ac juſtitiæ ſibi conciliarant ſocios, converſis in ſuperbiam moribus offenderunt. Illi ad *Lacedæmonios* ſeſe receperunt, velut [h] *Thaſii*, *Æginetæ* Olympiade 79. Quin etiam mutuæ hinc inde in agros impreſſiones factæ. *Athenienſes* duce *Leocrate*, *Corinthiis* & *Epidauriis* victis, in *Peloponneſum* graſſati ſunt anno 2. Olympiadis 80. Item Olympiade 81. duce *Tolmide Laconicam* populati ſunt, & *Æginetas* ſibi ſubjecerunt. [i] Poſt *Cimonis* opera quinquennales induciæ factæ, bellique contra *Perſas* converſus eſt impetus. *Cimon* cum claſſe profectus in *Cyprum*, terra marique barbaros vicit, & ad pacem faciendam adegit *Artaxerxem*, qua nulla *Græcis* ad hanc diem gloriæ, *Perſis* ignominiæ plus attulerat. Iis enim conditionibus eſt accepta, ne ad mare propius intervallo quantum equi curſus eſt accederent; intra *Cyaneas* autem & *Chelidonias* longa navi vel roſtrata non inveherentur: & ut *Aſiæ* urbes liberas relinqueret. [k] Ea pax anno 4. Olympiadis 82. tribuitur a *Diodoro*. Eodem anno *Cimon* in *Cypro Citium* obſidens ex morbo deceſſit.

[h] Diod. 11.

[i] Thuc. 1. p. 72.

Petavius Rationar. Temp.

A. 4186. Per. Jul. ad 4430. [k] Diod. 11. Thuc. 3. Plut. & Corn. Nep. in Cimone. [l] Thuc. 2. Diod. 12.

[l] Subinde *Græcorum* inter ſe recrudeſcentibus odiis, repetitum eſt bellum. Quod tricennalium induciarum pactione utcumque ſopitum eſt anno 3. Olympiadis 75. Interim *Samii* ab *Athenienſibus* deficientes ad *Lacedæmonios*, a *Pericle* perdomiti ſunt anno 4. Olympiadis 84. & *Corinthii* contra *Corcyræos* & eorum ſocios *Athenienſes* bellum movent. Ac ſub annum 2. Olympiadis 86. navali certamine ſuperantur. Ergo anno 14. quam factæ induciæ, ab *Athenienſibus* eas eſſe violatas *Lacedæmonii* & eorum ſocii pronuntiant. Ita bellum de integro conflatum eſt, quod *Peloponneſiacum* appellant.

CAPUT VII.

Romanorum *res geſtæ ab A. U. C. 271. ad 323. & initium belli* Peloponneſiaci.

[m] Liv. 2. Dion. 9. Gellius. 17. c. 20

ROmæ [m] *Vejens* bellum initum eſt Urbis anno 271. quod cum privatis opibus gerendum *Fabiorum* ſibi gens una depopoſciſſet, & ad *Cremeram* fluvium caſtra muniiſſet, circumventi hoſtium inſidiis eodem die periere trecenti ſex, anno Urbis 277. quarto anno poſt pugnam *Salaminiam*, ait *Gellius*. Sed anno ſequenti cum *Vejentibus* debellatum eſt ab *Servilio* Coſ.

[n] Liv. l. 3. Dion. 10.

[n] Cum *Volſcis* quoque bellum perſeveravit: qui victi ſæpius, præſertim a *T. Quinctio Capitolino*. Is anno Urbis 286. *Antium* gentis caput expugnavit. Anno vero 290. adverſus *Æquos* Dictator factus, & (1) ab aratro vocatus, *Minucium* Coſ. ab illis circumſeſſum eripuit, hoſteſque ſub jugum miſit.

[o] Dion. 10. & 11. Liv. 3. *Decemviri.*

[o] Anno poſt U. C. trecenteſimo tertio, ante *Chriſtum* 451. ut auctor eſt *Dionyſius*, mutata *Romæ* eſt Reipublicæ forma. Nam pro Coſſ. duobus creati ſunt Decemviri cum ſumma poteſtate; qui ex legibus, quas hinc inde legati e *Græcia* ſuperiore anno *Romam* attulerant, populo *Romano* jura conſcriberent. Sed cum iidem poteſtate ſua ad tyrannidem abuterentur, & eorum unus *Appius Claudius Virginiam* per vim ſibi ad ſtuprum vindicare vellet, eamque ſuapte manu pater occidiſſet, fit altera plebis ſeceſſio: ad quam ſedandam, redacti ſunt in ordinem Decemviri ac Tribuni plebis, & Conſules reſtituti. Quod anno Urbis trecenteſimo quinto, [p] ſexageſimo poſt partam libertatem incidit, ante *Chriſtum* 449. Ita tertium annum attigere Decemviri.

[p] Cic. 2. de fin.

[q] Liv. 4. Val. l. 5. c. 3.

[q] Anno U. C. trecenteſimo decimo quinto *Sp. Melius* per occaſionem prævalidæ famis in plebem frumento diviſo aditum ſibi parans ad regnum, juſſu *Quinctii* Dictatoris a *C. Servilio Ahala* Magiſtro Equitum occiſus eſt. Sequenti vero *Fidenates* ad *Lartem Tolumnium Vejentium* Regem deficiunt, & legatos populi *Romani* trucidant. His in foro ſtatuæ poſitæ. *Vejentes* anno, qui proxime ſecutus eſt, U. C. 317. a *Mamerco Æmilio* Dictatore victi: *Tolumnius* a *Corn. Coſſo* eſt occiſus; qui & opima ſpolia ſecundus a *Romulo Feretrio Jovi* conſecravit. Etſi *Sigonius* id in illius Conſulatu factum putet anno 326.

[r] Liv. 4. *Cenſores.*

[r] Cenſores *Romæ* conſtituti anno 311. iidemque quinquennales facti. Sed anno 320. a *Mamerco Æmilio* Dictatore ad ſeſquiannum contracti.

(1) *ab aratro vocatus, &c.*) Duos diverſos Quinctios in unum male confundit auctor; primus T. Quinctius Capitolinus dictus, Volſcos devicit, & Antium expugnavit: alter ab illo diverſus fuit L. Quinctius Cincinnatus Dictator factus adverſus Æquos & ab aratro vocatus, qui Minucium Coſ. liberavit, obſervatum hoc fuerat in *Præfat. huj. oper. Edit. Lugd. Batav.*

A. 4186. Per. Jul. ad 4430.

Anno vero 323. contra *Æquos*, & *Volſcos* Dictator *A. Poſtumius* proſpere rem geſſit; ſed eam victoriam filii ſui ſanguine cruentavit, quem, quod contra juſſum ſuum pugnaſſet, ſecuri percuſſit.

CAPUT VIII.

De viris excellenti Doctrina præditis, qui inter tempus expeditionis Perſarum *in* Græciam & Peloponneſiacum *bellum floruerunt.*

Anaxagoras. EMinentes ingenio fuere hoc intervallo Philoſophi, *Anaxagoras*, qui eo anno, quo *Xerxes* trajecit in *Græciam*, annum agebat viceſimum, quo & philoſophari cœpit, ut refert *Diogenes*. Natus itaque eſt Olympiade 70. ut ſcripſit *Apollodorus*; mortuus Olympiade 88. Male apud *Diogenem* ἑβδομηκοστῇ pro ὀγδοηκοστῇ. Hujus diſcipulus *Pericles* fuit.

Socrates. a Diog. Laert. [a] Natus eſt & Philoſophiæ parens *Socrates* anno quarto Olympiadis 77. *Thargelionis* 6. die. Hic eſt annus Periodi *Julianæ* 4246. ante *Chriſtum* 468. vixit annos 70. mortuus eſt anno primo Olympiadis 95.

Democritus. *Democritus* naſcitur anno tertio Olympiadis 77. anno ante *Socratem*, ut ait *Thraſilus* apud *Diogenem*; & vixit annos 109. Itaque moritur anno 4. Olympiadis 105. Quod autem librum, qui inſcribebatur μικρὸς διάκοσμος, ſe ſcripſiſſe teſtatus eſt anno 730 ab excidio *Trojæ*, qui annus ex calculo noſtro cadit in annum Periodi *Julianæ* 4260. fuit tunc annos natus 15. Sed fieri poteſt, ut ἅλωσιν *Trojanam* annis aliquot anteverterit.

b Apol. 46. Hunc ſe oculis privaſſe propterea, [b] teſtis eſt *Tertullianus*, quod mulieres ſine cupiditate intueri non poſſet.

Empedocles. c Diog. Laert. Euſeb. *Hippocrates.* *Meto.* [c] *Empedocles* & *Protagoras* circa Olympiadem 84. floruerunt, quando & *Meliſſus*, (1) nec longe poſt *Parmenides*; qui 90. Olympiade inſignis eſt habitus. Item *Gorgias*, *Hippias*, *Prodicus*, *Hippocrates* Medicus; quos ad Olympiadem 86. adſcribit *Euſebius*. Claruit & Aſtronomus (2) *Meto*, qui anno ante bellum *Peloponneſiacum* ſolſtitium obſervavit.

Pindarus. d Pind. Vita. Poetæ vero celebres habiti ſunt, *Pindarus*, [d] qui anno, quo *Xerxes* tranſitum fecit in *Græciam*, annos natus erat 40. Olympiade 65. in lucem editus. Item *Bacchylides*, quem *Euſebius* ponit Olympiade 82. Vigebant tum & Tragici inſignes, *Æſchylus*, de quo ante dictum eſt; *Sophocles*, qui 17. annis junior *Æſchylo*, natus eſt anno 2. Olympiadis 71. ante *Chriſtum* 495. & obiit annos natus 90. anno tertio Olympiadis 93. Periodi *Julianæ* 4308. ut ſcribit [e] *Diodorus*, qui & *Apollodorum* in *Chronicis* referre ſcribit, *Euripidem* eodem anno eſſe defunctum. Qui quidem natus eſt, ut ait *Thomas Magiſter* in illius Vita, anno ipſo primo Olympiadis 75. quo *Xerxes* irrupit in *Græciam*, vixitque annos 75.

Æſchylus. *Sophocles.* e Diod. 13. *Euripides.*

Comici quoque *Cratinus*, *Plato*, *Ariſtarchus* Olympiade 81. conſignantur ab *Euſebio*.

CAPUT IX.

A. 4186. Per. Jul. ad 4430.

De Bello Peloponneſiaco, *ac ceteris quæ per illud in* Græcia *contigerunt.*

f Thuc. 2. Diod. 12. Plut. Peric. Vide Par. 2. l. 3. c. 51. *Periclis mors.*

BEllum [f] in *Græcia* longe atrociſſimum maximeque diuturnum *Athenienſes* inter & *Peloponneſios* erupit anno primo exeunte Olympiadis 87. *Pythodoro* Archonte, verno tempore, ante *Chriſtum* 431. Occaſionem dedit *Pericles*, qui ſeptem millibus talentum expenſis, ne rationes cogeretur reddere, permiſcere maluit omnia.

Hujus belli multiplex fortuna fuit, ac ſumma rerum varietas. *Pericles* poſt biennium & ſex menſes, quam bellum cœperat, (3) peſtilentia moritur, quæ ſæviſſima graſſari cœpit anno ſecundo. [g] *Lesbii*, & præcipue *Mitylenæi*, ab *Athenienſibus* defecerunt anno quarto belli; ſed inſequente, a *Pachete* duce recepti, ægreque ab internecione ſervati ſunt. Anno ejus belli decimo, cum ad *Toronam Cleo* dux *Athenienſium*, & *Braſidas Lacedæmoniorum* in acie cecidiſſent, utrioque quinquaginta annorum induciæ factæ ſunt; at eæ poſt annos octo diſſolutæ. g Thuc. 3. Diod. 12.

[h] Anno vero belli 16. Olympiade 91. induciarum tempore, *Siciliam* aggreſſi ſunt *Athenienſes*, ut *Ægeſtanis* & *Leontinis* contra *Syracuſanos* opem ferrent. Duces ad eam expeditionem miſſi ſunt *Alcibiades*, *Nicias*, *Lamachus*. Sed *Alcibiades* abſens ſacrilegii poſtulatus, & demum revocatus aufugit *Lacedæmonem* & ad auxilia *Syracuſanis* importanda *Lacedæmonios* hortatus eſt. Itaque miſſo *Gylippo* duce, *Athenienſes*, quibus hactenus res ex voto fluxerant, terra marique victi omnes in poteſtatem venerunt hoſtium; a quibus occiſi ſunt *Demoſthenes* dux fortiſſimus, & *Nicias*. Id anno belli 19. contigit, ante *Chriſtum* 413. h Thuc. 8. Diod. 15 *Siculæ clades Athenienſium.*

Eo tempore *Athenienſium* inclinare fortuna cœpit, quam tamen labantem utcumque revocavit [i] *Alcibiades*, cum in patriam reſtitutus eſſet, populari imperio ſublato, ac penes quadringentos conſtituta Republica, quæ deinde quinque millibus permiſſa. i Thuc. l. 2. Diod. 13.

[k] Poſtremo ab *Araco* & *Lyſandro* ducibus victis ad *Ægos* potamon *Athenienſibus*, urbeque ipſa in deditionem accepta, finis bello eſt impoſitus, anno viceſimo octavo ineunte, *Aprilis* circiter 18. hoc eſt *Munychionis* 16. Tenuit itaque bellum annos ſolidos 27. ad uſque *Athenarum* ἅλωσιν. [l] At *Xenophon* bellum extendit ad autumnum uſque ſequentem, quo Solem defeciſſe refert; quod anno ante *Chriſtum* 404. Olympiadis 94. anno primo, *Septembris* 3. accidit. Siquidem Olympiade nova ineunte id eveniſſe narrat, adeoque proxima ab illa quam diſerte 93. numeraverat initio *libri* 1. k Corn. Nep. & Plut. in Lyſan. Pind. 13. *Athenæ captæ.* l Xeno. 2. Hellen. p. 570. Græc.

Ceterum *Artaxerxis Longimani* anno 34. bellum inchoatum eſt. Nam ejus belli anno 7. mortuus eſt, ut ait [m] *Thucydides*, cum regnaſſet annos 40. Deſiit autem anno *Artaxerxis Mnemonis* primo deſinente, vel ineunte ſecundo, ut [n] ex *Diodoro* conſtat. m Thuc. l. 3. p. 585. n Diod. 13.

Per idem belli tempus, ejus, ut auctor eſt *Diodorus*, anno 22. profligatis in *Sicilia Athenienſium* opibus, *Ægeſtani*, qui illos ad auxilium exciverant, ad *Carthaginienſes* confugiunt; qui *Hannibalem Amilcaris* filium eo cum copiis mittunt. Is *Selinuntem*

diripit,

(1) *Nec longe poſt Parmenides*) Immo contra & Meliſſus & Empedocles inter Parmenidis diſcipulos memorantur, ipſeque Olymp. 69. floruiſſe *Laertio* dicitur, obſervatum id fuit in *Præf. huj. oper. edit. Lugd. Batav.*

(2) *Meto*) Is etiam Enneadecaeteridem ſeu Cyclum Lunarem novemdecim annorum inſtituit, de quo conſuli poteſt *auctor noſter part. 2. lib. 1. c. 2.*

(3) *Peſtilentia moritur &c.*) Genus morbi *hiſtorice* deſcripſit (qui & eo morbo laboravit, & alios laborantes vidit) *Thucydides Lib. 2. Medice*, qui ei curando tum præſens operam præſtitit) *Hippocrates Lib. 3. Epidem. Sect. 3. Poetice* vero (qui longo poſt tempore vixit) depingit *Lucretius lib. 6.*

A. 4186. Per Jul. ad 4430.

diripit, *Himeram* evertit. Contra quem *Hermocrates Syracuſanus* exſul ſtrenue dimicat, ſed idem anno primo Olympiadis 93. clam *Syracuſas* irrepens, in foro cum ſuis occiditur: quos inter *Dionyſius* erat is, qui poſtea tyrannidem occupavit anno belli *Peloponneſiaci* ultimo. Siquidem [a] *Dionyſius Halicarnaſſ.* ſcribit, Archonte *Callia*, anno tertio Olympiadis 93. (cœpit is anno Periodi *Julianæ* 4309. [b] *Dionyſium Syracuſis* tyrannidem obtinuiſſe. (1) quod eodem aſtu, ac *Piſiſtratus Athenis* olim, perfecit,

[a] Lib. 7. init.
[b] Diod. 13. Xeno. 2. Ελλην.

CAPUT X.

De iis, quæ poſt Peloponneſiacum *bellum memoratu digna geſta ſunt, uſque ad* Philippi Macedonis *tempora.*

POſt [c] *Athenas* a *Lyſandro* captas cum 30. viris rerum illic ſumma permiſſa foret, ii crudeliter in cives graſſantes, a *Thraſybulo* ſunt ejecti, ac libertas *Athenis* reſtituta anno 4. Olympiadis 94. quarto ab eadem urbe capta. (2) Quo ipſo *Cyrus* junior, *Darii* filius, *Artaxerxis Mnemonis* frater, & a patre *Aſiæ* præfectus, cum *Græcorum* & in primis *Lacedæmoniorum* fretus auxilio contra fratrem arma ſumpſiſſet, in prœlio cæſus eſt. *Græci* auxiliares ad quinque millia ex decem redacti, duce inter alios [d] *Xenophonte* per *Armeniam*, & *Paphlagoniam*, & infeſtos Regia exercitus in *Græciam* admirabiliter evaſere anno primo Olympiadis 95.

[c] Xenop. lib. 2. Ελλην. Diod 13. & 14.
[d] Xenop. in libris Ἀναβάσ. Chion ad Matridem.

Interim ab *Artaxerxe Pharnabazus* & *Tiſſaphernes Aſiæ* præpoſiti. *Lacedæmonii* (3) ad *Pharnabazum* contra *Tiſſaphernem* adjungunt ſeſe, & ab eodem *Conon Athenienſis* claſſi præficitur.

Ageſilaus quoque in *Aſiam* profectus ibi multa fortiter gerit. [e] Sed pace cum *Perſis*, occiſo ab Rege *Tiſſapherne*, facta, cum *Bœoti*, *Athenienſes*, *Corinthii*, & *Argivi* contra *Lacedæmonios* conſpiraſſent, revocatus in patriam adverſus *Bœotos* ancipiti exitu pugnavit. Hoc anno 2. Olympiadis 96. refert *Diodorus*.

[e] Diod. 14. Xenoph. 4. Ελλην. Plut. in Ageſil. Corn. in Ageſil.

Exinde *Lacedæmoniorum* vires in deterius verſæ. Quin & ad *Gnidum* navali certamine vincuntur a *Perſis Conone* duce. Quo tempore Sol defecit, ut *Xenophon* & *Plutarchus* in *Ageſilao* meminerunt. Id autem contigit anno Periodi *Julianæ* 4320. *Auguſti* 14.

Clariſſimi per id tempus imperatores fuere: *Athenis* quidem *Iphicrates*, *Chabrias*, *Thraſybulus*, *Timotheus*; apud *Thebanos Pelopidas*, & *Epaminondas*, vir non ſolum Philoſophiæ doctrinæque laude, ſed etiam militaris rei gloria, & integritate vitæ perilluſtris, qui *Thebanos* ſuos ad capeſſendum *Græciæ* principatum erexit. Nam *Lacedæmonios*, priſtinum recuperare decus perfidia magis, quam virtute nixos, ſecundis aliquot prœliis fregit. *Phœbidas* dux ab illis contra *Corinthios* miſſus *Cadmeam Thebanorum* arcem fraudulenter [f] occupavit, in eaque urbe Tyrannos conſtituit anno tertio Olympiadis 99. ut putat *Diodorus*. Sed *Pelopidæ* conſilio & arte libertatem cum arce recuperarunt poſt annos quatuor. Hinc adverſus *Lacedæmonios* junctis in unum viribus civitates *Græciæ* conſpirant, ducibus *Athenienſibus*. Sed *Artaxerxes* in *Ægyptum*, quæ defecerat, bellum movens, ne exercitus ſui in *Græcia* detinerentur, edixit omnibus, ut ab armis abſtinerent, ac priſtinam libertatem, ſublatis omnibus præſidiis, reciperent: ſe eos qui detrectarent, pro hoſtibus habiturum. Huic pacis conciliatori cupide *Græci* omnes obtemperarunt, præter *Thebanos*, quos ab ea pace *Epaminondas* deterruit. Sed non diuturna fuit illa *Græcorum* concordia. Statim enim recrudeſcente bello acrius inter ſe dimicarunt. *Thebani* contra *Athenienſes* arma ſumpſerunt, ac *Platæas* vetere inducti odio ſubvertunt. Poſt adverſus *Lacedæmonios* converſus eſt impetus. Qui ad *Leuctra Bœotiæ* longe plures a paucioribus *Thebanis*, *Epaminonda* duce ſuperati *Cleombroto* etiam occiſo [g] Ea clades anno ſecundo Olympiadis 102. contigit, *Diodoro* teſte,

Athenienſes illuſtres duces.
[f] Xenop. Hell. 5. Diod. 15. Plut. Pelop. Juſt. 6. Corn. Nep. in Pelop.
Petavii Rationar. Temp.
Leuctrica pugna.
[g] Xenop. Hell. 6. Corn. Nep. in Epam. Val.l.10. de Doct. Temp. c. 31.

Deinceps contemptui eſſe cœpere *Lacedæmonii*, qui & rurſum ab *Arcadibus* vincuntur. *Thebani* porro *Epaminondam* ſecuti in *Laconicam* irrumpunt, ac *Spartam* obſident. *Lacedæmonii* opem ab *Athenienſibus* poſtulant. Sed, utriſque fruſtra repugnantibus; iterum *Lacedæmoniorum* agrum populatus eſt *Epaminondas*. Demum, anno tertio Olympiadis 103. a *Perſarum* Rege reconciliati ſunt *Thebanis Lacedæmonii*. Illi contra *Alexandrum Phæreum* Tyrannum arma convertunt: adverſus quem pugnans *Pelopidas*, & victor occiditur. (4) Rurſus *Thebani* a *Mantineenſibus*, qui ab reliquis *Arcadibus* diſſidebant, ad auxilium vocati, *Epaminonda* imperatore bellum gerunt. [h] Is ad *Mantineam* cum *Lacedæmoniis* & *Arcadibus* poſtremo prœlio conflixit; in quo victor ex vulnere paullo poſt occubuit anno 2. Olympiadis 105.

[h] Diod 15. Xen. 7. Corn. Nep. in Epam.
Epaminondæ mors.

Anno ſequente mortuus eſt [i] *Ageſilaus* annum agens 84. regni 41. in *Cyrenaica*, cum ex *Ægypto*, in quam *Tachoni* Regi, qui a *Perſis* defecerat, opem allaturus venerat, rediret in patriam.

[i] Diod. 15. Plut. Ageſ. Cornel. Nep. in Ageſ. Xenoph. in Encom. Ageſ.

[k] At in *Sicilia Dionyſius* interim aſſidue bellabat. Nec minus cum ſuis quam cum externis hoc eſt *Carthaginenſibus*, illi negotium fuit. *Syracuſanos* rebellantes compreſſit ſæpius, *Lacedæmoniorum* etiam opibus adjutus. Contra *Carthaginenſes* vero perpetuo certavit. Qui & *Imilcone* duce *Syracuſas* obſidentes, cum ex ſacris profaniſque prædas agerent, peſtilentia pariter & hoſtili claſſe a *Syracuſanis* & *Dionyſio* terra marique ſunt oppreſſi, anno, ut ait *Diodorus*, primo Olympiadis 96. Sed iidem rurſus ex integro *Siciliam* adorti ſunt. Tum pace cum *Dionyſio* juncta, cum idem bellum poſtea facere vellet, in ipſo apparatu [l] obiit ex crapula, poſtquam *Lenæis* ludis victorem ſe renunciatum *Athenis* audiſſet. [m] Regnavit annis 38. cum 25. natus tyrannidem occupaſſet mortuus eſt ineunte Olympiade 103. anno ante *Chriſtum* 368. ac ſucceſſorem habuit cognominem filium [n] Contra quem *Dio Hipparini* filius, cujus ſororem *Ariſtomachen* ſuperior *Dionyſius* habuit in matrimonio, duabus onerariis inſtructus e *Græcia* proficiſcitur, & per abſentiam Tyranni *Syracuſas* occupat. Qui cum arcem præſidio teneret, nec ullas ab *Syracuſanis* conditiones impetrare poſſet, in *Italiam* navigavit. Interim *Dio* a *Zacyn-*

Dionyſius pater tyrannus.
[k] Diod. 15.
[l] Diod. 15.
[m] Cic. Tuſc. 5.
[n] Diod. 16. Corn. Nep. & Plut. in Dione.
Dionyſius junior. Dio.

(1) *Quod eodem aſtu, ac Piſiſtratus*) V. ſup. lib. 2. c. 12.

(2) *Quo ipſo Cyrus junior*) obſcura hæc videntur, quia auctor noſter Seriem Regum Perſarum non accurate retulit ſcil. inter Artaxerxem Longimanum & Mnemonem occurrunt Xerxes II. Secundianus vel Sogdianus & Darius Nothus, qui tres reges 20. annos occupant, per hos 20. annos, geſtum eſt bellum Peloponneſiacum & Artaxerxis Mnemonis anno 1. deſiit. Anno regis illius 3. in illum exercitum duxit Cyrus frater, de quo hic Autor noſter.

(3) *Ad Pharnabazum contra Tiſſaphernem adjungunt ſeſe*) De variis Peloponneſiorum cum Regiis Legatis fœderibus & quomodo Tiſſaphernes illis ſuſpectus in apertum tandem cum illis odium venerit. Vid. *Thucyd. lib.* 8.

(4) *Rurſus Thebani a Mantineenſibus, qui ab reliquis Arcadibus diſſidebant, in auxilium vocati*) Immo contra, ab Arcadibus præcipue vero *Tegeatis* vocati ſunt Thebani adverſus Mantineenſes, qui Lacedæmoniorum & Athenienſium opem imploraverant. Obſervat. id fuer. *in Præfat. huj. oper. Edit. Lug. Batav.* Vid. *Xenoph. Hellenic. lib.* 7.

A. 4186. Per. Jul. ad 4430. *a* Diod. 16. Plut. Corn. Nep. in Dione.

ibus mercenariis jugulatur *a* anno 3. Olympiadis 106. *Dionyſius Syracuſas* decimo, poſtquam ejectus erat, anno recuperavit, ſecundo Olympiadis 108. Poſtremo *Timoleon Corinthius* a *Syracuſanis* expetitus *Dionyſium* exſuit regno, & *Corinthum* mittit, ubi privatus in ludo puerili conſenuit. Factum illud eſt anno 2. Olympiade 109. ante *Christum* 343.

Timoleon. *b* Plut. Corn. Nepos. in Timol. Diod. 16.

b Secundum hæc *Timoleon*, tyrannidis ſublatis reliquiis, *Carthaginenſes* memorabili pugna ſuperavit, *Thargelionis* 7. quæ in *Maii* diem 26. incidit, exeunte quarto Olympiadis 110. atque ita pacata *Sicilia*, quod reliquum vitæ habuit, ibidem placidiſſime tranſegit.

CAPUT XI.

De bello ſociali Græcorum, *& ſacro*, *ac* Philippi Macedonis *rebus geſtis*.

c Diod. 16.

SOciale *c* porro bellum in *Græcia* concitatur anno tertio Olympiadis 105. in quo adverſus *Athenienſes Byzantii*, *Rhodii*, *Coi*, *Chii*, cum *Mauſolo Cariæ* Principe conſpirarunt. *Chabrias* eodem anno cæſus in acie dux *Athenienſium*. Sed idem bellum anno quarto terminatum eſt.

d Diod. 16. Pauſan. Phoc. p. 318. Juſt. 8. Oroſ. 3. c. 12. *Bellum Phocenſ.*

d Eodem tempore bellum alterum in *Græcia* conflatum eſt, quod *ſacrum* nominarunt. (*Amphictyones* (Judices hi ſunt e communi *Græcia* delecti) *Lacedæmoniis* & *Phocenſibus* multam dixerant: illis, quod *Cadmeam Thebarum* arcem occupaſſent; his, quod agri ſacri non nihil tenerent. *Philomelus Phocenſibus* ſuis auctor eſt, ut *Delphicum* templum diripiant. Eo ſacrilegio contacta civitas aliquanto tempore contra *Locros* ac *Thebanos* ſecundo *Marte* pugnavit, ad extremum ultima gentis clade tantum ſcelus expiatum eſt. Qua in re memoria dignum

e Philo de Provid. apud Euſeb. 8. de Præpa. Evang. pag. 231.

eſt, quod apud *Euſebium* *e* *Philo* ſcriptis prodidit. Cum lex eſſet, ut ſacræ pecuniæ expilatores præcipitio, vel ſuffocatione in aquis, vel incendio perirent, duces tres *Phocenſium* ſacrilegii participes tribus his pœnarum formis eſſe conſumptos. Primus *Philomelus* a *Thebanis* victus ſeſe præcipitavit, anno, ut ſcribit *Diodorus*, tertio Olympiadis 106. Poſt illum, *Onomarchus* a militibus ſuis in mare demerſus ibidem præfocatus eſt anno 4. ejuſdem Olympiadis. Tertius *Phayllus* anno ſequente in templo, quod apud *Abas* fuit, vivus concrematus eſt, quamquam *Diodorus* aliique tabe periiſſe referunt. Confectum eſt hoc bellum a *Philippo Macedoniæ* Rege, cujus ad auxilium *Thebani* confugerant. Quippe *Phocenſes* a *Lacedæmoniis* & *Athenienſibus* adjuvabantur. Ergo *Phocenſium* urbes omnes ſolo æquatæ, præter *Abas*, quæ ſacrilegii participes non fuerant. Cœptum eſt hoc bellum, ut ait *Diodorus*, anno 2. Olympiadis 106. a conditu *Romæ* 399. finitum eſt anno decimo quam initum erat, exeunte ſecundo

f Pauſ. Phoc. p. 318.

Olympiadis 108. Periodi *Julianæ* 4358. quamvis *f* *Pauſanias* Prætore *Athenis Agathocle* & anno 4. Olympiadis 105. inchoatum eſſe velit, & ineunte 108. Olympiade deſiiſſe, Archonte *Theophilo* biennio ante *Diodorum*. Sed *Diodori* verior eſt ſententia. Si-

g Demoſt. περὶ παραπρ.

quidem *g* *Demoſthenes Orat. de emendata legat.* teſtatur eodem anno, quo *Phocenſium* urbes everſæ ſunt a *Philippo Pythicos* ludos eſſe celebratos, ad quos propter luctum *Athenienſes* θεωρὶς & θεσμοθέτας *ſacros* videlicet *legatos*, non miſerunt. Atqui *h* *Pythia* exe-

h Vide l. 1. de Doct. Temp. c. 33.

unte anno ſecundo tetraeteridos Olympicæ peragebantur.

Hæc victoria *Philippo* gratiam & auctoritatem apud *Græcos*, ac poſtremo dominatum peperit. Hic *Amyntæ* genitus, *Thebis* obſes apud *Epaminondam* aliquandiu vixit, ejuſque diſciplina tantum profecit, quantum res ab eo geſtæ poſtea declararunt. *i* Mortuis fratribus tribus, eorum noviſſimo *Perdicca*, anno ſecundo Olympiadis 105. regnum tenuit. Eo anno victis ad *Methonem Athenienſibus*, pacem deinde cum *Amphipoli* reddidit, ut eo liberius finitimos ſubjugare ſibi poſſet. Ergo *Pæones* & *Illyricos* vincit. Inde *Amphipolim* capit. Superatis Regibus tribus, *Thraciæ*, *Pæonum* & *Illyriorum*, *Olynthios* deinde præpotentem in *Thracia* civitatem ſuis artibus, hoc eſt dolo ac muneribus, in poteſtatem redegit, ineunte 108. Olympiade. Quo eodem, *Phocenſibus* deletis, ſacro bello, cui adjutor & dux a *Thebanis* adſcitus erat, finem impoſuit.

A. 4186. Per. Jul. ad 4430. *i* Diod. 16. Juſt. 8. *Philippus Macedo.*

k Anno tertio Olympiadis 109. mortuo *Arymba* Rege *Moloſſorum*, *Alexandrum* uxoris ſuæ *Olympiadis* fratrem, excluſo *Æacida Arymbæ* filio, *Pyrrhi* patre, regem facit.

k Plut. Pyr.

Byzantium oppugnans, *Athenienſium* aliorumque *Græcorum* conſenſu territus, ab incœpto deſtitit, pacemque cum *Athenienſibus* facit Olympiade 110. qua anno tertio diſſoluta, cum iiſdem *Athenienſibus* & *Bœotis* ad *Chæroneam* conflixit, ac victoria moderate uſus, hortatu *Demadis* pacem cum *Athenienſibus* ſocietatemque renovavit. *l* Poſt *Chæronenſem* victoriam inſigne hoc moderati animi ſpecimen dedit quod ſe quotidie conditionis admoneri ſuæ juſſit, adhibito puero, qui ei antequam prodiret ter illud acclamaret, *Philippe*, *homo es*. Denique dux contra *Perſas Græci* nominis electus, cum ſe ad bellum compararet, in ipſa celebritate ludorum, quos *Ægis* in *Macedonia* peragebat, a *Pauſania* ſtipatore corporis ſui, incertum an *Olympiadis* conjugis, & *Alexandri* filii conſilio, ex improviſo *m* confoditur, ineunte Olympiade 91. ante *Chriſtum* 336. Regnavit annos 24.

l Ælian. lib. 8. Var. c. 15.

m Diod. 16 Juſt. 8. & 9.

CAPUT XII.

Romanorum *res ab initio* Peloponneſiaci *belli ad obitum* Philippi, *id eſt ab A. U.* 373. *ad* 418.

ROmæ ab initio *Peloponneſiaci* belli ad mortem *Philippi*, varia bella confecta ſunt. *n* Nam præter *Æquos* & *Volſcos*, etiam cum *Vejentibus* negotium fuit. Quorum urbs obſeſſa eſt, eaque obſidio annos decem tenuit. Ac tum primum ſub pellibus hyems agi cœpta. Initium obſidendi factum eſt anno U.C. 349. Capta urbs eſt anno 358. a *Camillo* Dictatore. Idem *Faliſcos*, non tam armis, quam juſtitiæ opinione, ad imperium adjecit anno urbis 360.

n Liv. 4. & 5. Flor. l. 1. c. 12. Eutrop. 5.

(1) *o* Sed a *Gallis* victrix ipſa *Roma* propemodum eſt deleta. Qui cum anno 363. *Cluſium* obſediſſent, ac *Romani* legatos ad ipſos miſiſſent *Fabios* tres, iique contra jus gentium prima in acie pugnace conſpecti eſſent, omiſſo *Cluſio*, ad urbem advolarunt.

o Liv. 5. Flor. 1. c. 13. Plut. Cam. Eutrop. 1. Vide Part. 2. lib. 3. c. 11. *Capta Urbs a Gallis.*

Primo impetu fuſi fugatique ad *Alliam Romani*, qui obviam iverant. Urbs deinde capta & incenſa; Capitolium, quo ſe flos civitatis receperat, obſeſſum; & ſi abſque *Manlio* fuiſſet, clam invadentibus barbaris captum foret. Sed clangore anſeris excitatus *Manlius*, ac deinde reliqui, ſubeuntes per acclive *Gallos* egere præcipites. Interim *Camillus*, qui *Ardeæ* exſulabat, revocatus, abſenſque Dictator eſt factus. Is collectis copiis *Romam* adveniens, inde *Gallos* ejecit, & ad octavum lapidem delevit penitus.

Poſt hæc *Romanos*, relictis *Romæ* ruinis, *Vejos* migrare

(1) *Sed a Gallis &c.*) 200. annis antea regnante ſcil. Tarquinio Priſco jam Galli in Italiam duce Belloveſo penetraverant, ſed brevi recedere coacti fuerant, *Liv. lib.* 5.

Digitized by Google

A. 4186. Per. Jul. ad 4430. *M. Manlius.*

grare cupientes, ægre *Camillus* Dictator compeſcuit, & ad inſtaurandam patriam adduxit. *M.* vero *Manlius*, ob ſervati Capitolii decus, a quo & *Capitolinus* cognomen acceperat, elatus arrogantia, dum per ambitionem ac popularem gratiam viam ſibi affectat ad regnum, [a] ex illo ipſo, quod erat tuiatus, *Tarpejo* ſaxo dejicitur anno U. C. 370.

[a] Liv. l. 6. Plut. Cam. [b] Liv. 6. Flor. 1. c. 26.

[b] Magna deinde patricios inter & plebejos altercatio fuit. Nam *C. Licinius Stolo*, & *L. Sextius*, Tribuni plebis legem anno U. C. 377. promulgarunt de plebejo altero creando Conſule. Huic patribus acerrime reſiſtentibus, nullum curulem Magiſtratum paſſi ſunt fieri Tribuni. [c] Ita *Romæ* quinque annorum *ἀναρχία* fuit. Ac demum pervicit plebs anno 387. & anno ſequenti primus e plebe Conſul factus eſt. *L. Sextius*.

[c] Liv. 7. *Primus e plebe Conſul.*

[d] Liv. 7. Oroſ. 3. cap. 5. *M. Curtius.*

[d] Anno U. C. 392. cum ingens medio in foro terræ hiatus exſtitiſſet, ac reſponſum foret, id illi dicandum eſſe, quo plurimum Pop. Rom. poſſet; quid illud eſſet dubitantibus omnibus, *M. Curtius*, juvenis bello egregius, amatus, & equo inſidens in voraginem ſeſe demiſit, ratus nullum magis *Romanum* bonum quam arma virtutemque eſſe.

Cum *Tiburtibus*, *Tarquinienſibus*, & *Faliſcis* bellum deinde fuit; præſertim anno U. C. 398. quo, ad terrorem Sacerdotibus cum facibus & anguibus præmiſſis, *Faliſci & Tarquinienſes* acerrime certantes, a *Fabio* Coſ. victi ſunt utriſque induciæ in annos 40. conceſſæ anno 403.

Cum *Gallis* quoque non ſemel res fuit. His in acie ſtantibus, *M. Valerius* Trib. militum annos natus tres & viginti *Gallum* quemdam *Romanos* ad certamen provocantem corvi auxilio ſuperavit anno U. C. 405. unde *Corvini* cognomen & anno ſequente Conſulatum meruit.

Sammiticum bellum. [e] Liv. l. 7. Flor l. 1. c. 16. Eutrop. 2. [f] Liv. 31. [g] Liv. 8. Flor. l. 1. cap. 14. Oroſ. 3. cap. 9.

[e] Sed nullum gravius ac diuturnius, quam *Samniticum* bellum, accidit, quod anno Urbis 411. *Campanorum* rogatu ſuſcepere *Romani*. Illi enim a *Samnitibus* victi, *Romanis* deditionem fecerunt. Quare pro dedititiis ſumpſere bellum, quod [f] ad annos 70. vel uno amplius, extenſum eſt; etſi domiti ſæpius identidem in fœdus reſtituti ſint. Velut anno 413. quo [g] *Latini* novi hoſtes ſucceſſere. Sed ii ſequente anno a duobus victi Coſs. *Torquato* & *Decio*, quorum alter filium, quod injuſſu ſuo pugnarat, ſecuri percuſſit; alter ſe pro exercitu devovit: deditionem & ipſi faciunt. Mox rebellantes iterum, anno 416. penitus ſubacti ſunt.

CAPUT XIII.

Qui ingenii gloria præſtiterunt circa idem tempus.

Plato. [b] Diog. in Plato. et Apol.

IN [b] *Græcia* claruerunt ingenii commendatione ex Philoſophis primum *Plato*, qui natus Olympiade 88. ejuſque anno primo, *Thargelionis* ſeptima, Archonte *Aminia*, qui *Epaminon* alias dicitur, quod anno mundi 3556. incidit. (Hoc enim anno *Aminiæ* magiſtratus deſiit, paullo ante initium Olympiadis) Mortuus eſt anno primo Olympiadis 108. Archonte *Theophilo*, Urbis conditæ 406. ante *Chriſtum* 348. annum agens 81. Hic anno ætatis viceſimo *Socratem* audire cœpit. Quare non amplius quam octo annos auditor illius eſſe potuit. Mortuus eſt enim *Socrates* anno primo Olympiadis 95. cum *Plato* octavum & viceſimum annum ætatis ageret.

A 4186. Per. Jul. ad 4430.

[i] Diog.

Platonis ſcholam excepit ſororis ejus filius *Speuſippus*; qui anno ſecundo Olympiadis 110. moritur, Archonte *Lyſimacho*. Ita octo circiter annos ſcholæ præfuit. Hunc in adulterio deprehenſum obiiſſe auctor eſt [k] *Tertullianus*. *Speuſippo Xenocrates* ſucceſſit annis 25.

[k] In Apol. c. 46.

Ariſtoteles [l] Diog. Laert.

[l] *Ariſtoteles* ſectæ *Peripateticæ* conditor natus eſt anno, ut putat *Apollodorus* apud *Diogenem*, primo Olympiadis 99. ante *Chriſtum* 384. *Platone* junior annis circiter tribus & quadraginta. Cui anno ætatis 17. operam dare cœpit, audiitque annos viginti; ac mortuus eſt anno ætatis 63. Olympiadis 114. anno tertio, quo & obiit *Demoſthenes*.

Eudoxus. [m] Vide l. 2 de Doct. Temp. c. 6.

[m] *Eudoxus Cnidius* floruit Olympiade 103. ut ait *Diogenes*: qui & Aſtronomiæ princeps ætate eſt habitus illa.

Xenophon [n] Diog.

[n] *Xenophon Platonicorum* columen, eodem tempore non ſolum Philoſophiæ, ſed etiam militaris ſcientiæ gloria celebris exſtitit. Hic anno 4. Olympiadis 94. *Xenæneto* Archonte, anno ante obitum *Socratis* contra *Artaxarxem* cum *Cyro* ejus fratre profectus, finito bello, *Græcos* auxiliares incolumes reduxit in *Græciam*. Moritur *Corinthi* anno primo Olympiadis 105. *Callidemide* Archonte, quo & *Philippus Macedoniæ* regnare cœpit: qui eſt mundi 3625.

[o] Gellius lib. 15. c. 23.

[o] Hiſtorici quoque præſtantes hoc ſæculum illuſtrarunt: quorum princeps *Thucydides*. De quo memorabilis eſt *Gellii* locus ex *Pamphylæ libro* 11. Hellanicus *in initio belli* Peloponneſiaci *fuiſſe quinque & ſexaginta annos natus videtur*: Herodotus *tres & quinquaginta*: Thucydides *quadraginta*.

Philiſtus Syracuſanus, *Dionyſii* utriuſque Tyranni familiaris, obiit Olympiade 106. cum pro minore *Dionyſio* contra *Syracuſanos* navali prœlio certaret, ut ex *Diodoro* ſupra retulimus.

Vixit & *Theopompus Iſocratis* diſcipulus, & *Ephorus Cumæus* ex *Æolide*. *Cteſias* quoque *Cnidius* Medicus, qui *Artaxerxis Mnemonis* & *Cyri* junioris tempore floruit. *Iſocrates* vero, eloquentiæ magiſter, natus Olympiade 86. Archonte *Lyſimacho*, quinque annis ante bellum *Peloponneſiacum*, mundi 3548. uti *Dionyſius* & *Plutarchus* in ejus Vita referunt; obiit eo anno, quo ad *Chæroneam* victi ſunt *Athenienſes*, Archonte *Charonida*, ſive *Charonda*, mundi 3646. undecenteſimo ætatis anno. Inter Poetas nobiles fuerunt *Ariſtophanes* Comicus circa tempus belli *Peloponneſiaci*; *Eupolis*, *Cratinus*, itidem Comici; *Philoxenus Cythereius*, *Timotheus Teleſtes* Dithyrambici, ut refert *Diodorus lib.* 14. Sed & *Dionyſius* Tyrannus major Tragœdias ſcripſit. (1)

CAPUT

(1) Magnus hic in Auctoris noſtri Rationario occurrit hiatus. Seriem, nimirum, *Hiſtoriæ Judaicæ* a Cyri primo edicto, de quo ſup. lib. 2. cap. 21. ſub fin. ad Alexandrum Magnum omnino omiſit; Ea igitur ex libris Sacris *Eſdræ*, *Eſtheræ*, *Nehemiæ*, *Zachariæ*, *Aggæi & Malachiæ*, præterea ex Hiſtoria gentis illius a *Joſepho* conſcripta peti debet. Nobis præcipuos eventus populum hunc ſpectantes breviter hic ſuppleviſſe ſat erit.

Poſt edictum Cyri clam primum Rege illo ſuperſtite, deinde vero apertius ſub Cambyſe illius filio, qui Eſdræ Aſſuerus dicitur, Judæis nocere conati ſunt Samaritani. Cum eorum litteræ Cambyſis ſucceſſori (Mago ſcil. qui *Eſdræ* 4. 7. 16. Artaxaſta dicitur) traditæ fuiſſent, hic Hieroſolymam ædificari vetuit A. A. C. 521. & Samaritanis illius auctoritate fultis in Judæos identidem irruentibus, Templi & urbis reſtaurationis opus turbatum tandemque plane intermiſſum eſt uſque ad annum 2. regni Darii filii Hyſtaſpis, hoc eſt, circiter per 3. annos *Eſdræ*. 4.

Poſt triſte illud intervallum, Judæi hortantibus prophetis Zacharia & Aggæo intermiſſum opus repetierunt edicto Cyri nitentes quod perpetuum & immutabile eſſe debebat. Cumque a Tatnajo Præfecto regionis cis flumen ejuſque ſociis turbarentur, novum Darii Reſcriptum obtinuerunt, quo non tantum in opere pergendi libertas illis conceſſa eſt; ſed præterea Tatnajus & ſocii juſſi ſunt Judæos omni ope juvare etiam collatis ex tributo regio expenſis. *Eſdr.* vi. A. A. C. 519.

Circa idem tempus, & ſub hoc Rege reponi debet hiſtoria *Eſtheræ* ejus nominis libro contenta.

Anno 6. Darii hujus perfectum a Judæis & dedicatum fuit Templum A. C. 515.

Ex eo tempore uſque ad Darii mortem, per totum Xerxis illius filii regnum, & primos Artaxerxis Longimani annos

nulla

A. 4186. Per. Jul. ad 4430.

CAPUT XIV.

De Alexandro Magno *ejuſque tempore, ac rebus ab eo geſtis, morte* Darii, *& occaſu* Perſici *Imperii*, Alexandri *obitu*.

a Diod. Plut. in Alexand. Arrian. Curt. Vid. Lib. de Doct. Temp. c. 31. & Paral. pag. 856.

Alexander Magnus,

[a] ALexander *Philippi* filius, ob rerum geſtarum excellentiam *Magni* cognomen aſſecutus, naſcitur Olympiade 106. anno Urbis 398. mundi 3628. ante *Chriſtianam* æram 356. quod *Diodorus*, *Plutarchus*, aliique confirmant. *Plutarchus* vero ſextum etiam diem *Hecatombæonis* adſcribit. Quo tempore *Philippo* refert, capta *Potidæa*, (1) tres optatiſſimos nuntios adveniſſe; victoriæ de *Illyriis* a *Parmenione* partæ; & alterius *Olympicæ*; tum nati filii. Quæ omnia potuerunt eodem menſe *Loo*, vel *Hecatombæone*, contingere, non tamen eodem die nuntiata ſunt. Siquidem agones *Olympici* celebrabantur plenilunio menſis illius, qui *Hecatombæoni* reſpondebat. Niſi forte menſis primus *Eludenſium* anno illo *Hecatombæonem Atticum*, vel *Loum* antevenerit. *Rupertus libro 9. de Victoria Verbi Dei capite* 11. neſcio quo ex auctore prodidit, *Nectanebum* quemdam maleficum, præſtigiis ſuis in *Ammonis* ac cornuti *Jovis* ſpeciem converſum cum *Olympiade* rem habuiſſe, ex eaque *Alexandrum* genuiſſe.

Conſtat eadem nocte, qua in lucem editus eſt *Alexander*, *Dianæ* templum *Epheſi* deflagraſſe: de quo *Timæi* dictum exſtat; *minime id eſſe mirandum, quod* Diana, *cum in partu* Olympiadis *adeſſe voluiſſet, abfuiſſet domo*. Quod ut acute concinneque repertum

b II. de Nat. Deor.

laudat [b] *Cicero*. *Plutarchus* ut ineptum ac frigidum jure contemnit.

c Diog. Laert. in Ariſt.

d Arrianus initio l. 1,

Alexander [c] anno ætatis 15. in diſciplinam traditus eſt *Ariſtoteli*. Anno porro viceſimo, Urbis 418. ante *Chriſtum* 348. occiſo patre *Philippo*, regnare cœpit, [d] *Pythodoro Atbenis* Archonte, qui & *Pythodemus* appellatus eſt.

Eodem, quo *Alexander*, anno (2) *Darius Codomanus* poſtremus *Perſarum* regnum auſpicatus eſt. Contra quem communibus *Græciæ* ſuffragiis, præter *Lacedæmonios*, imperator *Alexander* eligitur. Sed, ut erant mobilia *Græcorum* ingenia, dum in *Thracia* bellum gerit [e] *Alexander*, ab eo deficiunt. Eo cum opinione celerius ille cum exercitu veniſſet, ab *Athenienſibus* ceteriſque placatus, contra *Thebanos*, qui pertinacius in ſententia manebant, arma tranſtulit, & urbem illorum vi expugnatam funditus diruit *Boedromionis* die 15. qui in *Octobris* quartum diem incurriſſe videtur ſecundo anno Olympiadis 111. [f] Cæſa *Thebanorum* ad 90000. in ſervitutem abducta 30000. liberi omnes ſub corona vænierunt, *Philippi* exceptis hoſpitibus, qui puer in ea urbe obſes fuerat, nec non *Pindari* poſteris, cujus domum ſolam intactam reliquit *Alexander*.

A. 4186. Per. Jul. ad 4430.

e Diod. 17. Arian. Plutarch. Juſt. 11.

f Ælian. 13. Var. c. 7.

Hinc, *Helleſponto* trajecto, in *Aſiam* venit anno mundi 3650. regni ſui, ut ait [g] *Zoſimus*, tertio. Habuit autem in exercitu peditum 30000. equitum 4500. Tam exiguis copiis, ſed fortiſſimorum ac veteranorum militum, *Perſarum* evertit imperium. Primus ad *Granicum* amnem *Phrygiæ* conflictus factus eſt, quo *Perſæ* ſuperati: Victoriæ præmium fuit *Aſia* pæne omnis, *Græcorum* frequentata coloniis; *Memnone* interim *Græco Darii* duce præſtantiſſimo inſulas populante.

g Zoſ. 1.

[h] Secunda ad *Iſſum Ciliciæ* pugna fuit, ante quam *Alexander* periculoſum in morbum incidit. Sed *Philippi* Medici ope cito convaluit. Victi denuo *Perſæ*, quorum in acie peditum quadringenta, equitum centena millia fuerunt. Caſtra *Darii*, cum ejus matre, uxore, ac liberis, in poteſtatem *Alexandri* venerunt, qui ſumma humanitate & abſtinentia in captivos uſus eſt. Id evenit anno ante *Chriſtum* 333. mundi 3151. Sequente vero, qui Olympiadi 112. initium dedit, *Alexander* in *Phœniciam* venit. [i] Qua univerſa præter *Tyrum*, potitus, cum ad hanc urbem caduceatores miſiſſet, qui ad pacem hortarentur, eos *Tyrii* contra jus gentium interfectos in mare projecerunt. Hac ille exacerbatus injuria, urbem obſedit; & jactis in altum molibus, omnique machinarum genere agreſſus, cum illi, qua veniæ deſperatione, qua ſpe ab *Carthaginenſium* legatis,

h Curtius l. 3.

i Diod. Curt. 4. Arrianus Plut Juſt.

Tyro capta.

qui

nulla in Judæorum forte occurrit mutatio alicujus momenti, de bello Græcis inferendo tantum cogitabant Perſæ. Sed Artaxerxis Longimani anno 7. Eſdras ſacerdos ad Rempublicam Judaicam conſtituendam & Eccleſiam reformandam Hieroſolymam miſſus eſt, novo inſtructus edicto; quo pleniſſima huic populo concedebatur libertas, *Eſdr.* c. 7. & 8. Cum adveniſſet varia circa Religionem conſtituit, in primis vero alienigenarum uxorum miſſionem ſeveriſſime juſſit, *Eſdr.* c. 10. A. A. C. 467.

Cum vero iterum a Sanballato Horonita Moabitidis, & Tobia Ammonitidis Toparchis urgerentur Judæi; Nehemias, Artaxerxi a poculis, anno ejus regni 20. præfecturam Judææ & ædificandæ Hieroſolymæ ampliorem, quam hucuſque data fuerat, poteſtatem accepit, qua quomodo uſus fuerit in illius libro habetur. Inde porro 70. Danielis ſeptimanarum initium duci debere exiſtimant recentiores fere omnes Chronologi: fuit is annus ante *Ær.* Vulg. 454. Vide *Uſſer.* ad hunc annum & *Diſſert. Gallic. D. Le Blanc* de 70. Danielis Hebdomadibus.

Nehemiæ cura, fremente licet Sanballato aliiſque vicinis hoſtibus, urbis mœnia perfecta & dedicata ſunt, variaque officia tum ſacra tum politica accuratius ordinata.

Præfuit deinde Nehemias populo per 12. annos uſque ad Artaxerxis annum 32. quo iter ad Regem ſuſcepit, eo abſente, cum variæ corruptelæ in Rempubl. & Eccleſiam Judaicam irrepſiſſent, ipſe poſt annum reverſus, omnia ſeveriſſime correxit.

Illius tempore vixiſſe creditur & prophetaſſe Malachias. Poſtea deficientibus Prophetis illis ſucceſſiſſe *Viros Synagogæ magnæ* tradunt Judæi, his tamen temporibus ſub Præſide ſeu Satrapa Perſa Rempublicam adminiſtrabat Senatus. Vid. *Joſeph. Antiquit. lib.* 11. *c.* 7.

Ad Expeditionem Ægyptiacam proficiſcens, Mnemonis ſucceſſor Ochus ſecum plurimos Judæos in Ægyptum adduxit A. A. C. 349. ex Ægypto rediens multos etiam e Judæis captivos Babylonem abduxit, plures etiam in Hyrcaniam ad mare Caſpium deportavit. Hæc ex Georgio Syncello habet *Uſſer.* ad A. A. C. 350.

Anno denique ante Chriſt. 336. Darius Codomanus Sanballetem genere Cutheum, unde Samaritis origo eſt, in Samariam Satrapam miſit, qui ad Judæorum gentem ſibi devinciendam Nicaſo filiam ſuam Manaſſæ Judæo fratri Jaddi ſummi ſacerdotis nuptam dedit. Verum cum ob hanc alienigenam ductam ſacerdotio pulſus fuiſſet Manaſſes, ad ſocerum confugit, qui illi pollicitus eſt ſe Novum Templum Hieroſolymitano ſimile in monte *Garizim* ædificaturum, cujus Pontifex eſſet Manaſſes; Templum illud Alexandri Magni auctoritate revera a Sanballete vel Sanaballate ædificatum eſt A. A. C. 332. & Manaſſes ejus Pontifex conſtitutus, qui Judæos quam plurimos præcipue alienigenarum conjugiis implicitos ad ſe traxit, inde odium illud ortum duxit, quod Chriſti tempore Judæos inter & Samaritas adeo vigebat. Vid. *Joſeph. Antiquit. lib.* 11. *c. ult.*

(1) *Tres optatiſſimos nuntios adveniſſe*) de hac Plutarchi narratione Vid. *Uſſer.* An. V. T. ad A. P. J. 4358.

(2) *Darius Codomanus*) omiſit iterum Auctor noſter in ſerie Regum Perſidis duos Reges, quorum nomina ſaltem & regni tempus & duratio notari debuiſſent. Ii ſunt Artaxerxes Ochus dictus & Arses. Artaxerxes Ochus, Mnemonis filius, patris morte per decem menſes celata aperte illi ſucceſſit, Rexque agnitus eſt A. A. C. 360. regnavit annos 23. juxta accuratiores Chronologos pacem cum Græcis fovit, & totus incubuit expeditioni adverſus Ægyptum, cujus rege Nectanebo devicto, univerſam Ægyptum occupavit & crudeliſſime tractavit, Deum Apim irriſit, cumque eum, Ægyptii ob inertem animum Aſinum appellaſſent, ille Apim vi abſtractum immolavit aſino carneſque ejus a coquis diſſecari & ad cœnam præparari voluit. *Ælian. Var. hiſtor. lib.* 4. *c.* 8. *Suid. in* Ὦχος *Uſſer. ad A. A. C.* 350. Tandem ægrotantem Ochum, Bagoas, Eunuchus, medici Ægyptii ope veneno ſuſtulit. Arſemque Ochi filium natu minimum aliis omnibus filiis interfectis in ſolio conſtituit. A. A. C. 338.

Poſt biennium Arſem Regem idem Bagoas ab eo ſibi metuens, liberoſque ejus omnes e vita ſuſtulit, & Darium, qui Codomanus dictus eſt, ex amicis unum Arſanis, qui Ochi frater fuerat, filium in regno collocavit. V. *Curt. lib.* 6. *cap.* 4. *& Arian. lib.* 2.

Digitized by Google

A 4186. Per. Jul. ad 4430.

qui tum forte aderant, auxilii facta, pertinacius reſiſterent, vi tandem expugnavit menſe ſeptimo. Tum exceptis, qui ad templa confugerant, trucidari omnes ac domos incendi jubet. Quindecim tamen millia ab *Sidoniis*, qui *Alexandro* militabant, occultata, & *Sidona* pervecta ſunt. Armatorum in urbe cæſa millia ſex: duo, quæ cædi ſuperfuerant, crucibus affixa per totum litus pependerunt. Capta eſt urbs, ait [a] *Arrianus*, *Aniceto Athenis* magiſtratum obtinente, (qui *Niceratus* a *Diodoro* dicitur) anno ante *Chriſtum* 332. menſe *Hecatombæono*, qui circa ſolſtitium incidit. Huic urbi datum ab *Hephæſtione* Regem *Balonymum* ſcribit *Diodorus*, regia oriundum ſtirpe, ſed propter inopiam ſuburbanum hortum colentem. Verum ante captam *Tyrum*, non hujus urbis, ſed *Sidonis*, *Abdolominum* Regem eſſe factum [b] *Curtius* refert, *Gazam* exinde vi *Alexander* expugnat.

a Lib. 2.

b Curt. l. 4.

Per idem tempus [c] *Hieroſolymam* veniens a *Jaddua* Pontifice eſt exceptus; & in templo ſacrificavit, ac *Judæis* quam plurima largitus eſt, profeſſus ſe *Dii* in *Macedonia* eadem, qua ſummus Pontifex ſibi in occurſum venerat, ſpecie Deum vidiſſe, qui ad *Perſicam* expeditionem hortans victoriam polliceretur.

c Joſeph. lib. 11. c. 8.

[d] Poſt *Ægyptum* ingreſſus, *Ammonis Jovis* oraculum adiit, & inde revertens *Alexandriam* condidit. [e] Demum ultimo prœlio ad *Arbella* cum *Dario* debellavit anno ſecundo Olympiadis 112. ante *Chriſtum* 331. Urbis conditæ 423. *Darium* porro in exercitu decies centena militum habuiſſe millia idem refert *Plutarchus*, qui cum *Arriano* conditum *Alexandriæ* ante profectionem ad *Ammonis* ſacrarium collocat. *Curtius* vero, *Diodorus*, & *Juſtinus* poſteriorem faciunt.

d Diod. l. 17. Curt. 4. Plutarch. Alex. Juſt. 11.

e Par. 2. l. 3 c. 12. & 10. de Doctrina Temp. c. 31. Plin. 2. c. 70.

Quocirca annus idem ab orbe condito 3653. ante *Chriſtianam* æram 331. *Alexandrinæ* urbis initium, cladem *Perſarum* ad *Arbella* ſive *Gaugamela*, tum *Perſici* finem imperii, & *Macedonici* ſive *Græci* in Oriente primordium attulit, qui & ſeatus putatur *Alexandri* ab *Philippi* patris obitu.

Clades ultima Darii, & Perſici imperii.

Darius ægre dilapſus e pugna, perſequentem *Alexandrum* equorum celeritate fruſtratus eſt; ac dum novis coactis copiis bellum rurſus aggreditur, a *Beſſo Bactrianorum* præfecto indigne perimitur anno altero poſt *Arbellicam* cladem. Interim *Alexander Suſiana* potitus, & *Perſide*, caput gentis *Perſepolim* diripit: regia quoque *Perſarum* inibi ſuccenſa.

Nec minus in *Græcia* ſecundo *Marte* contra *Lacedæmonios* pugnavit *Antipater* præfectus *Alexandri*, quo in certamine Rex *Agis* occubuit.

At in Oriente victoriis magis quam paſſibus omnia peragrans *Alexander*, *Hyrcaniam*, *Paropamiſadas Caucaſi* incolas, *Indos*, victo prius & capto illorum Rege *Poro*, ſubjugavit, tum varias late nationes & provincias. *Beſſum* anno primo Olympiadis 113. deditum ſibi juſto ſupplicio punivit. Tot igitur proſperarum rerum ſucceſſibus elatus, ad poſtremum fortunæ magnitudinem non cepit. Ac primum humanæ ſortis oblitus Deo ſe genitum haberi voluit; tum adulatione, luxu, & crapula in crudelitatem converſis moribus, complures amicos optimeque de patre ac de ſe meritos occidit. In his *Parmenionem* ducem fortiſſimum, ac *Philotam* ejus filium in ſuſpicionem temere vocatos: *Clitum* in convivio per vinolentiam ſuapte manu confodit. Biennio fere antequam vita excederet, *Hephæſtionem* amiſit amicorum ſummum, cujus obitum fracto ac muliebri animo tulit; cujus corpus *Babylonem* deportari, ibique magnificentiſſime ſepeliri juſſit; quin etiam pro Deo haberi voluit. Auctor *Lucianus* in libro *de calumnia*.

[f] Tandem anno regni ſui decimo tertio, hoc eſt duodecim integris annis ac menſibus ſeptem exactis, *Babylone* ex morbo, quem ebrietate contraxerat, ſeu veneno, ut creditum eſt, obiit, [g] ætatis annum iniens triceſimum tertium.

f Diod. l. 18. Arrian. 7. Plut. in Alex. Juſt. 12. Curt. 10.

g Part. 2. l. 3. c. 12.

CAPUT XV.

Quæ in Oriente ac Græcia *memoria digna geſta ſunt poſt mortem* Alexandri *ad* Pyrrhum *uſque.*

ALexandro mortuo, quod is ſucceſſorem deſignare noluiſſet, totidem pæne Reges emerſere, quot erant præfecti ac duces. [h] Summa tamen initio penes *Perdiccam* potentiæ fuit, cui moriens *Alexander* annulum tradiderat. Alternantibus deinde ſententiis, *Aridæus* ex *Philinna Theſſala Philippi* ſcorto genitus, Rex nomine ac ſpecie tenus factus eſt, eique *Philippi* nomen attributum, ac *Perdiccas* curator appoſitus; (r) tum Satrapiæ præfecturæque omnes in principes diſtributæ, *Ptolemæo Lagi* filio *Ægyptus*; *Laomedonti Mitylenæo Syria*; *Philotæ Cilicia*; *Pithoni Media*; *Eumeni Paphlagonia*, & *Cappadocia*, cum finitimis provinciis; *Antigono Pamphylia*, *Lycia*, & *Phrygia* major; *Caſſandro Caria*; *Meleagro Lydia*; *Leonnato Phrygia* minor; *Lyſimacho Thracia*; *Antipatro Macedonia*; *Aſiæ* ſuperioris provinciæ iis, qui tum præerant, permiſſæ; *Seleucus* ſociorum equitibus præfectus. *Craterus* ab *Alexandro* miſſus jam erat in *Ciliciam* cum 10000. emeritorum. Cui quidem una cum *Antipatro Græcia* conceſſa.

h Diod. l. 18. Dexippus apud Phot. Cod. 81. Curt. l. 10. Arrian. de rebus poſt Alex. obitum geſtis apud Phot. Cod. 82.

Succeſſores Alexandri.

Interim *Græci*, nuntiato *Alexandri* obitu, ubique tumultuati ſunt; in primis *Athenienſes*, qui *Leoſthene* duce *Græcos* ad libertatem vocarunt; *Antipatrum* victum *Lamiæ*, quod *Theſſaliæ* oppidum eſt, obſederunt. Unde *Lamiaco* bello nomen impoſitum eſt, quod anno proximo ab *Alexandri* obitu cœptum. [i] Sed inſequente, cum ſe ad *Antipatrum Craterus* adjunxiſſet, victi ſunt ad *Cranonem Athenienſes*, *Metagitnione* menſe, qui in *Auguſtum* incidit; ac *Boedromione*, hoc eſt, *Septembri*, *Macedonum* præſidium in *Munychiam* acceperunt.

Lamiacum bellum.

i Auct. cit. & Plut. in Demoſt.

At

(r) *Tum Satrapiæ præfecturæque omnes in principes diſtributæ.*] Obſervare debuiſſet Auctor, Alexandro duos ſuperſtites fuiſſe filios, Herculem ex Barſine concubina, & Alexandrum e Roxane conjuge natum, aliquot menſibus poſt Alexandri M. obitum, *Curt. lib.* 10. *c.* 10. Prioris quidem, ut e concubina nati in patris ſucceſſione, non magna habita eſt ratio, ſed cum ne nimiam auctoritatem aliquando ad ſe traheret, Caſſander obſedit in urbe Pydna, ubi ab avia Olympiade, & matre Barſine educabatur A. A. C. 316. poſtque urbem deditione acceptam primum eodem anno Olympiadem, cui tamen ſalutem promiſerat, e medio ſuſtulit, deinde A. A. C. 309. Herculem cum matre Barſine per Polyſperchontem, quocum fœdus inierat, Caſſander occidi curavit. *Diodor. Olymp.* 117. *A.* 4. *& Juſtin. lib.* 15. *c.* 2.

Alexandrum vero Roxanes filium, quod attinet illius ſtatim ac natus eſt, maxima ratio eſt habita, iſque Rex cum Aridæo dictus in Perdiccæ tutela aliquandiu vixit. Illum cum Aridæo *Philippo* dicto in exercitu habuit Perdiccas, in Ægyptum adverſus Ptolemæum proficiſcens anno a morte Alexandri ſecundo A. C. 321. *Pauſan. in Att. p.* 5. *Juſtin. lib.* 13. *cap.* 6. Anno A. C. 319. Polyſperchon *Regum tutor* dictus Epiſtolam *Regum* (*Aridæi* ſcil. *& Alexandri*) nomine ad Eumenen ſcribit, *Plutarch. & Æmil. Prob. in Eumene*. Poſtea anno A. C. 316. idem Polyſperchon occiſa Olympiade Alexandrum cum matre Roxane in arcem Amphipolitanam cuſtodiendos miſit, *Diod. Olymp.* 116. *a.* 1. & *Juſtin. lib.* 14.

Anno A. C. 311. Pax inter præcipuos duces Alexandri M. compoſita eſt in hanc ſententiam, ut certis regionibus quiſque imperaret, donec Alexander Roxanes filius ad maturam ætatem perveniſſet. Verum paullo poſt ſub finem anni ſcil. Caſſander eum cum matre Roxane per Glauciam cuſtodiæ illorum præfectum occidi curavit, eorumque occultari cadavera, *Diodor. ad Olymp.* 117. *a.* 3. vixit igitur hic Alexander Magni filius duodecim circiter annos a fine anni A. C. 323. ad finem 311. illo autem ſuperſtite nullum e ducibus Alexandri M. regium nomen ſumpſiſſe oſtendit *Juſtin. lib.* 15. *c.* 2. *Tanta in illis verecundia fuit, ut cum opes regias haberent, regum tamen nominibus æquo animo caruerint, quoad Alexandro juſtus heres fuit.*

Digitized by Google

A. 4186. Per. Jul. ad 4430.
[a] Diod. Dexip. Corn. Nep. Plut. in Eumen. *Eumenes.*

[a] At in Oriente *Perdiccas* in ſeſe transferre omnia cupiens, opprimendorum ducum initium a *Ptolemæo* inſtituit facere. Contra quem validum ducens exercitum, in ipſo *Nili* tranſitu conſpiratione ſuorum, quibus ob ſuperbiam inviſus erat, occiditur anno ante *Chriſtum* 322. *Eumenes* vero, qui *Perdiccæ* favebat, paullo ante cum *Cratero* & *Neoptolemo* facto prœlio, utrumque vicit, ambobus cæſis, hoc etiam manu ſua perempto. Itaque tam iſte, quam *Alcetas Perdiccæ* frater hoſtes judicati; reliqua ex *Ptolemæi* & *Antipatri* voluntate compoſita, penes quos & *Antigonum* principatus tunc erat. *Antigonus* contra *Eumenem* & *Alcetam* profectus, utrumque in *Piſidia* ſuperavit. *Antipater*, *Polyſpercbonte* Regis *Aridæi* & *Eurydices* ejus conjugis tutore facto, *Caſſandro* vero filio chiliarcho, moritur. Qua ſorte non contentus iſte ad *Ptolemæi* ſocietatem tranſiit. *Polyſpercbon Olympiadem Alexandri* matrem, quæ *Antipatri* metu in *Epirum* fugerat, in *Macedoniam* revocat. Ea poſtquam reſtituta eſt, *Philippum Aridæum*, ejuſque conjugem *Eurydicem*, ac pleroſque principes *Caſſandri* amicos interficit. Id anno ante *Chriſtum* 318. accidiſſe [b] *Diodorus* indicat: qui ſex annis ac menſibus quattuor *Aridæum* regnaſſe perhibet.

[b] Diod. 19.
Demetrius. Phalereus

Caſſander cum *Polyſperchonte* in *Græcia*, *Eumenes Polyſperchontis* & *Olympiadis* fautor in *Aſia* cum *Antigono* eodem tempore bella geſſerunt. *Athenæ* in *Caſſandri* poteſtatem veniunt: quibus, populari ſublato dominatu, curator adhibitus eſt *Demetrius Phalereus Theophraſti* diſcipulus, vir facundia & Philoſophiæ ſtudio ætate illa longe præſtantiſſimus. Ea mutatio Reipublicæ incidit [c] *Archippo* Prætore, anno tertio Olympiadis 115. cum paullo ante *Phocionem* capitis damnatum, & a *Polyſperchonte* comprehenſum, *Athenaſque* miſſum, [d] cives ſui cicutæ hauſtu necaſſent. *Caſſander* anno 1. Olympiadis 116. *Macedonia* potitus Olympiadem occidit, *Theſſalonicem Alexandri Magni* ſororem conjugem ducit.

[c] Diod. 19. *Phocion.*
[d] Plut. in Phoc. Cornel. Nep.

[e] Corn. Nep. & Plut. in Eumen. Diod. 19.

[e] In *Aſia* vero *Eumenes*, fatigato perdiu *Antigono*, tandem veteranorum militum *Argyraſpidum* perfidia proditus, ab eoque ſublatus eſt, anno decimo ab *Alexandri M.* obitu. Ex eo tempore opibus ac potentia auctus *Antigonus*, contra *Caſſandrum* & *Ptolemæum* bellum inſtauravit una cum *Demetrio* filio, qui *Poliorcetæ* cognomen adeptus eſt, utroque profitente ſe *Græciæ* civitates, quarum libertatem *Caſſander* oppreſſerat, recuperare velle. [f] Harum pleraſque per *Demetrium* filium legibus ſuis reſtituit. In primis *Athenas* quintodecimo anno poſtquam *Lamiaco* bello in ſervitutem venerant, detracto præſidio, priſtinæ libertati reddidit anno ante *Chriſtum* 307. quo eodem anno tam illi duo, quam ceteri ſucceſſores *Alexandri*, regium ſibi nomen & inſignia ſumpſere. Sub hæc, anno poſt *Alexandri* mortem quarto & viceſimo, ante *Chriſtum* 301. ultimo Olympiadis 119. cum *Antigonus* & *Demetrius* nimiam ob potentiam formidoloſi reliquis eſſent, *Lyſimachus*, *Caſſander*, & *Seleucus* conjunctis copiis, in quibus peditum erant 74000. equitum dena & quingenti, currus 120. adverſus ambos illos, quibus peditum erant 70000. equitum decem, cum elephantis 75. pugnam fecerunt ad *Ipſum Phrygiæ* oppidum. Victus *Antigonus* in acie cecidit. *Demetrius* in *Græciam* fugiens ab *Athenienſibus* excluſus eſt. [g] Verum paullo poſt viribus & copiis refectus *Athenienſes* oppugnat, urbemque annua obſidione vallatam obtinet, pulſo *Lachare*, qui pro Tyranno ſe in illa geſſerat, anno 1. Olympiadis 121. Summa tum in victos, & extrema omnia uti meritos, ſic pati formidantes, Regis humanitas exſtitit. Leni verborum caſtigatione contentus, priſtina illis, præter libertatem, reſtituit omnia; & impoſito præſidio, contra *Lacedæmonios* tetendit, quibus cum Rege *Archidamo* ſuperatis, dum ſe ad *Spartam* obſidendam accingeret, nova eum ſpes in *Macedoniam* avertit. [h] Mortuus ibi paullo ante *Caſſander*, [tertio videlicet Olympiadis 120.] filios e *Theſſalonica* tres reliquerat. Quorum maximus *Philippus* uno anno regnavit. Reliqui duo, *Antipater*, & *Alexander*, de imperio certabant. *Antipater Lyſimachi* Regis *Thraciæ* gener, matrem, quod in *Alexandrum* videretur propenſior, vitam etiam per ubera materna deprecantem, occidit. *Alexander* itaque *Pyrrhum* in auxilium vocat; qui partem *Macedoniæ* in auctoramentum accepit. Eo vero *Demetrius* adveniens, quem eodem quoque tempore *Alexander* acciverat, *Pyrrho* & *Antipatro* pulſis, *Alexandro* interfecto, *Macedonia* potitus eſt anno tertio Olympiadis 121.

[f] Diod. Plut. *Alexandri ſucceſſores Reges ſalutati.*
[g] Plut. in Demetr.

A. 4186. Per. Jul. ad 4430.
[h] Juſt. 16 *Caſſandri mors.*

[i] Sed cum ad *Aſiam* recuperandam ingentem appararet exercitum duodecentenorum millium peditum equitum 12000. cum claſſe quingentarum navium, *Seleucus*, *Lyſimachus*, *Ptolemæus*, & *Pyrrhus* communibus cum conſiliis oppugnant. Ejectus *Macedonia*, ac civitatum reliquarum defectione territus, *Seleuco* ſe tradere cogitur. Qui *Stratonicen* ejus filiam in matrimonio habitam, *Antiocho* filio, quod eam ad uſque vitæ periculum perdite adamaſſet, ſponte ceſſerat. Apud hunc inter luxum ac delicias vitam ingloriuſ anno poſt tertio finiit, anno itidem tertio 123. Olympiadis.

[i] Plut. in Pyr. & Dem. *Demetrii. exitus.*

[k] Nec multo poſtea victores primi tres exſtincti ſunt. *Ptolemæus Lagi* filius, tranſlato in *Philadelphum* filio regno, moritur anno primo Olympiadis 124. *Lyſimachus* anno tertio *Olympiadis* ejuſdem, ante *Chriſtum* 282. in *Aſiam* contra *Seleucum* trajecit, ibique pugnans occubuit annos natus 74. *Seleucus* vero annum agens 77. & *Alexandri* commilitonum ultimus, poſt menſes admodum ſeptem, *Ptolemæi Ceraunii Philadelphi* fratris inſidiis oppreſſus, regnum *Macedoniæ* quod *Lyſimacho* eripuerat, cum vita pariter amittit.

[k] Juſt. 17. Pauſ. Phoc. 335. Dexip. apud Euſ. in Collec. Gr. p. 49

Mortuo *Demetrio*, ejus poſteri in *Macedonia* regnarunt uſque ad *Perſen Philippi* filium, de quo poſtea dicetur.

Regna Græcorum quattuor
[l] Dan. 7. 6.
[m] Diod. 10.

Atque hæc ſunt præcipua regna, quæ poſt *Alexandri* obitum ex ejus cineribus enata ſunt; quæ numero quattuor a *Daniele* [l] Propheta obſcuris ſignificationibus adumbrata ſunt. Horum principes fuere *Ptolemæus Lagi* filius in *Ægypto*; *Seleucus Babylone*, & in *Syria*. *Caſſander* in *Macedonia*, & *Græcia*; *Antigonus* in *Aſia*. Qui omnes, ut & *Lyſimachus* in *Thracia*, regium ſibi nomen & inſignia ſumpſerunt anno, ut ſcribit [m] *Diodorus*, Olympiadis 118. ſecundo, ante *Chriſtum* 307. quorum æmulatione Tyrannus *Agathocles*, qui tum forte in *Africa* cum *Pœnis* bellum gerebat, regium & ipſe decus aſſumpſit. Porro *Antigono* victo ad regna tria rerum ſumma pervenit, *Ægyptiacum*, *Syriacum*, *Macedonicum*; quibus & *Pergamenum* ſuccrevit; cujus *Lyſimacho* Rege jacta ſunt primordia.

Ptolemæi Reges Ægypti.

Ptolemæorum Alexandriæ & in *Ægypto* regnum, nomenque, pervaſit ad poſteros ab ejus conditore *Lagi* filio *Ptolemæo*, ſive, ut *Pauſanias* in *Atticis* refert, *Philippi* patris *Alexandri Magni*. Qui tametſi anno demum poſt obitum *Alexandri* octavo decimo titulum Regis uſurpaverit, ejus tamen initium regni ab illo ipſo ſumitur, quo mortuus eſt Alexander. Hinc ergo *Ptolemæi* regnare orſi ſunt in *Ægypto*. Nam quadraginta illi tribuuntur anni ab *Euſebio*, & ceteris, qui ab anno mundi 3660. quo *Alexander* exceſſit, ad 3699. uſque perveniunt. Hoc enim anno *Ptolemæum* filium cognomento *Philadelphum*, ex *Berenice* genitum, vivus adhuc ſibi Regem ſubſtituit.

CAPUT

A. 4186. Per. Jul. ad 4430.

CAPUT XVI.

De Agathocle, Pyrrho, *&* Gallorum *in* Græciam *expeditionibus variis.*

Agathocles. [a] Diod. l. 19.

PEr idem tempus [a] *Agathocles* in *Sicilia* regnavit, obſcuro loco natus, *Carcini Rheginenſis* adſcriptitii civis filius, a quo figlinam edoctus, tyrannidem *Syracuſis* occupat anno quarto Olympiadis 115. mundi 3667. quam ad annos circiter octo & viginti admirabili fortunæ varietate pertulit. [b] Domitis non ſemel *Siculis*, cum *Carthaginienſibus* conflixit; a quibus ingenti ad *Himeram* fluvium victus prœlio, tertio anno Olympiadis 117. nec opinato tranſvectis in *Africam* copiis, acceptam ibi victoribus cladem repoſuit. *Curtius* hanc *Syracuſanorum* expeditionem in *Africam* & obſidionem *Carthaginis* in idem tempus conjicit, quo ab *Alexandro Tyrus* obſidebatur, in quo duobus & viginti annis aberrat. Annus, quo in *Africam* trajecit *Agathocles*, inſigni Solis defectione notatus eſt ab *Diodoro* & *Juſtino*, quæ *Auguſti* 15. hora octava matutina *Syracuſis* accidit anno Periodi *Julianæ* 4404. ante *Chriſtum* 310. *Carthaginienſes* prope ad deſperationem adducti *Saturno* liberos ſuos immolant, & *Amilcarem* ducem e *Sicilia* revocant. At is *Syracuſas* obſidens ab obſeſſis ipſis captus interficitur. [c] Demum *Agathocles* anno 4. Olympiadis 122. ante *Chriſtum* 289. cum in *Bruttios* tranſfretaſſet, veneno ſublatus eſt ab *Archagatho* nepote. [d] *Diodorus* in *Excerptis* & nupere editis *Agatharchum* nominat.

[b] Diod. l. 20. Juſt. 20. & ſeq.

[c] Diod. 20. & in Ecl. l. 21. Juſt. 23.

[d] Excerp. Valeſ. p. 250.

[e] Non minus ſtupenda fortunæ varietas in *Pyrrho*, ſed major, ut in legitimo principe, virtus enituit. Qui *Æacida* patre (*Arybæ* filio, Rege *Moloſſorum*) natus, ac regno pulſus, ſub *Demetrio Poliorceta*, cui ſoror ejus *Deidamia* nupſerat, prima tirocinia rei militaris habuit. Nam in illa celebri pugna, qua ad *Ipſum* victus eſt cum *Antigono* patre *Demetrius*, in hujus caſtris militabat adhuc adoleſcens. Poſtea, *Ptolemæi Lagidæ* & uxoris ejus *Berenices* affinitate & opibus adjutus, regnum recuperavit. Cujus initium *Vellejus* [f] attribuit anno illi, quo Conſules erant *Q. Fabius* quintum, & P. *Decius Mus*; qui eſt Urbis 459. mundi 3689. Quo eodem anno ab *Alexandro Caſſandri* filio vocatus in *Macedoniam*, partem ejus ſibi vindicavit. Unde pulſus a *Demetrio Poliorceta*, aliquot annis, partim per ſeſe, partim junctis cum *Lyſimacho*, *Ptolemæo*, & *Seleuco* viribus, bellum geſſit, cujus præmium occupata ſeptem haud amplius menſibus *Macedonia* fuit. Mox a *Tarentinis* excitus in *Italiam*, contra *Romanos* iterato bellavit. Nec minus *Siciliam* interim aggreſſus, ac deinde tam hac, quam *Italia*, coactus excedere, in regnum revertit. Hinc *Macedonia* rurſum potitus eſt, ejecto *Antigono Demetrii* filio. Poſtremo a *Cleonymo Spartano Arei* filio evocatus in *Peloponneſum* adverſus *Antigonum*, apud *Argos* oppetiit primo Olympiadis 127. ante *Chriſtum* 272. regni, ut apparet, tertio & viceſimo; ſiquidem anno Urbis 459. ante *Chriſtum* 295. regnare cœpit. Triſte illa nocte, qua *Argos* eſt ingreſſus, auſpicium ei noctua fecit, ſummæ ipſius haſtæ inſidens, ut ſcribit [g] *Ælianus*.

[e] Plut. in Pyrrho. Diodori Eclogæ, Juſt. l. 16. & ſeq. *Pyrrhus.*

[f] Vellejus l. 1.

[g] Lib. 10. Hiſt. An. cap. 37.

Gallorum irruptio in Thraciam & Græciam. [h] Pauſ. Phoc. p. 335. Juſt. l. 24. Dexippus in Coll. Scal.

[h] *Gallorum* quoque in *Thraciam* & *Græciam* expeditio in idem intervallum incidit. Ea triplex a *Pauſania* deſcribitur. Primo *Cambaule* duce in *Thraciam* uſque penetrarunt; cujus populatione contenti domum redierunt. Secundo diviſis trifariam copiis, alii *Thraciam* duce *Cerethrio*, *Pannoniam* alii *Brenno* & *Acichorio* ducentibus, adierunt. Reliquos in *Macedoniam* & *Illyricum* egit *Bolgius*. Huic reſiſtere auſi *Macedones* ingentem cladem accipiunt, occiſo *Ptolemæo Ceramno*. Deſperatas *Macedoniæ* res unius principis virtus *Soſthenis* erexit, qui barbaros exſultantes victoria repreſſit, ac *Macedoniæ* finibus expulit: eoque merito regnum eſt conſecutus. [i] Scribit *Polybius* Reges quattuor, *Ptolemæum Lagidam*, *Lyſimachum Seleucum*, & *Ptolemæum Ceraunum*, intra 124. Olympiadem exſtinctos eſſe. Quare *Cerauni* cædes recte anno quarto exeunte Olympiadis iſtius imputabitur, mundi, 3704.

Petavius Rationar. Temp.

A. 4186. Per. Jul. ad 4430. [i] Polyb. 2. p. 128. & 155.

Sequens annus tertiam *Gallorum* irruptionem attulit in *Græciam*, imperatoribus *Brenno* & *Acichorio*. Quorum exercitus conſtabat peditum millibus 152. equitum viginti millibus & quadringentis, quorum ſingulis equites erant adjuncti famuli duo, qui mortuis heris ſuccederent. Quod αὐτάγμα vocabant τριμαρκισίαν. Nam μάρκαν *Galli* nominabant equum, ait [k] *Pauſanias*. Sic equitum millia unum & ſexaginta, & ducenti amplius, fuerunt. Victi primum ad *Thermopylas*; tum ad *Parnaſſum*, quo potiundi *Delphici* templi ac ſpoliandi gratia perruperant. *Brennus* ipſe multis acceptis vulneribus largius hauſto mero vitam ſponte finiit. Ea *Gallorum* calamitas notatur a *Pauſania* Archonte *Anaxicrate*, hyemis tempore, hoc eſt, anno ſecundo Olympiadis 125. ante *Chriſtum* 279.

[k] Pauſ. Phoc. p. 335.

Inſequente rurſus anno, *Democle Athenis* Prætore, in *Aſiam* infudere ſe *Galli*, ut idem *Pauſanias* refert. [l] *Polybius* vero ſcribit eodem anno *Gallorum* reliquias *Comontorio* duce in *Thraciam* invaſiſſe, ac tributum a *Byzantinis* exegiſſe.

[l] Polyb. 4. p. 313.

CAPUT XVII.

Res ab Romanis, *ab anno U.C. 419. ad 472. geſtæ.*

DUm in Oriente atque *Græcia* ab *Alexandro M.* ejuſque ſucceſſoribus bellis ac tumultibus omnia miſcentur, non minores *Italia* procellas armorum tulit; quibus ſe *Romana* virtus ad orbis terrarum dominatum exercuit.

[m] Diuturnum præ ceteris maximeque formidoloſum *Samniticum* bellum fuit, de quo [n] ſupra memini, quod hoc intervallo acerrime geſtum eſt; nonnulla interim clade *Romanorum* & ignominia: ſed majore, &, quod caput eſt, ultima *Samnitum*: qui poſtremo domiti anno Urbis conditæ 482. finem belli fecerunt, anno, ut jam diximus, uno & ſeptuageſimo; nempe ab anno Urbis 411. ad 481. [o] Quo ſpatio *Caudinæ* furcæ *Romanorum* dedecore nobiles factæ ſunt anno Urbis conditæ 433. quarto poſt *Alexandri M.* obitum, quando deditionem hoſtibus fecit *Romanus* exercitus, & ſub jugum miſſus eſt cum utroque Conſule. Sed eam infamiam ſequente anno majori *Samnitum* clade, ac pari ignominia, rependit *Papyrius* imperator illa ætate fortiſſimus. Præter quem & complures alii percenſentur ab *Livio*, [p] qui *Alexandro*, ſi in *Italiam*, ut erat fama, veniſſet, pares eſſe potuerunt.

[m] Liv. 2. Eutrop. *Samniticum bellum.*

[n] cap. 12.

[o] Liv. 2. Flor. 1. c. 16. *Caudinæ furcæ.*

[p] Liv. 9.

[q] *Alexander* alius *Epiri* Rex, avunculus *Magni*, ab *Tarentinis* accitus in *Italiam*, cum adverſus *Samnites*, *Bruttios*, ac *Lucanos* ſæpe fortiter pugnaſſet, pace cum *Romanis* facta anno U. C. 422. ab *Lucanis* tandem occiſus eſt ad *Acherontem* fluvium, anno U. C. 428. tertio Olympiadis 113. ſuperſtite *Alexandro M.*

[q] Liv. 9. Juſt. 12. Oroſ. 3. c. 11.

[r] Cum *Gallis* quoque repetitum identidem in *Italia* certamen. Quorum varias irruptiones ex *Polybio* ac *Romanis* Annalibus hic breviter attingam. Triceſimo anno, poſtquam *Roma* potiti ſunt, haud procul *Collina* porta, magna utrinque edita cæde, vix averſi ſunt, Dictatore tumultus iſtius cauſſa creato *Servilia Ahala*, anno Urbis conditæ 394. Duodecimo poſt anno, qui fuit Urbis 405. rurſus a *Camillo* cæſi, quo tempore *Valerius Corvinus Gallum* provocantem auxilio corvi ſuperavit. Poſt annos tredecim pacem cum *Romanis* ac fœdus faciunt, in quo annos

[r] Polyb. 2. p. 102. Liv. 7. *Bella cum Gallis inita.*

Corvinus.

A. 4186. Per. Jul. ad 4450.

triginta perſeverarunt. Itaque ſub annum Urbis conditæ 450. *Ciſalpini Galli* cum *Tranſalpinis* & *Etruſcis Romanorum* agros populati ſunt. Inde cum ingenti præda reverſi domum *Ciſalpini*, de hac ipſa inter ſe digladiati ſunt. Anno poſtea quarto cum *Samnitibus Etruſcis*que conjuncti, commiſſo prœlio legionem *Romanam* ceciderunt, cui præerat *L. Scipio* Proprætor. Quo tempore flagrante altera pugna, & ſiniſtro jam inclinante cornu, *P. Decius* Coſ. caput devovit, ac victoriam morte ſua peperit, anno U. C. 459.

Decius.

[a] Decem poſt hæc elapſis annis, iterum *Galli Senones* a *Lucanis, Bruttiis, Samnitibus*, & *Etruſcis* exciti *Aretium* obſederunt; ac *L. Cæcilio* Prætore victo, *Romanorum* millia tredecim occiderunt. Quam cladem Conſul *Dolabella* mox ultus eſt *Galliſque* profligatis, *Sena* eorum urbe capta, coloniam eo deduxit. *Boii Senonum* calamitate commoti, & cum *Etruſcis* conſpirantes, ad *Vadimonis* lacum pugnam faciunt: in qua cæſi plerique omnes *Etruſci*, *Bojorum* pauci admodum evaſerunt. Id accidit anno Urbis 471. Sequente vero, *Boii* rurſus a *Romanis* funditus deleti pacem ac fœdus impetrarunt, tertio anno antequam *Pyrrhus* in *Italiam* veniret.

[a] Polyb. p. 107. & 108. Eutrop. Epit. Liv. 13.

[b] *Palæpolitani* præterea, ubi nunc *Neapolis* eſt, auſi *Romanis* inferre bellum, tertio anno, qui fuit U.C. 428. a *Publilio* Procoſ. domiti ſunt.

[b] Liv. 8.

Sic *Etruſcorum* duodecim populi in excidium *Romani* nominis incitati anno U. C. 442. [c] a Conſule *Fabio* anno 444. ingenti prœlio devicti ſunt, in quo cæſa aut capta hoſtium millia ad ſexaginta.

[c] Liv. 9. Flor. 1. c. 17. Oroſ. 3. c. 21.

CAPUT XVIII.

De viris doctrina præſtantibus.

ATHenis poſt [d] *Ariſtotelis* obitum, qui tertio Olympiadis 114. anno mortuus eſt, *Peripateticam* Scholam rexit *Theophraſtus Ereſius*, cum biennio ante *Diogenes Cynicus* exceſſiſſet e vita [e] eodem ſcilicet quo & *Alexander M.* natus annos fere nonaginta. [f] *Xenocrates Platonicæ* ſectæ magiſter, cum ei quinque & viginti præfuiſſet annis, nimirum ab ſecundo 110. Olympiadis, & Archonte *Lyſimacho*, moritur anno tertio Olympiadis 116. [g] Floruerunt & *Polemo Xenocratis* auditor; *Crates Polemonis*; & illius *Crantor Solenſis*, *Crantoris* item *Arceſilaus*, mediæ auctor Academiæ, ex *Pitana Æolidis* oppido: qui Olympiade 120. celebris eſt habitus.

[d] Diog. in Ariſt. *Theophraſtus.* [e] Idem in Diog. Cyn. [f] Diog. in Xenocrat. *Xenocrates.*

A. 4186. Per. Jul. ad 4450. [g] Idem. *Epicurus.* Diog. in Epic.

Epicurus anno tertio Olympiadis 109. editus in lucem, obiit anno ſecundo Olympiadis 127. (1) natus annos 92. *Zeno Stoicæ* conditor ſectæ, *Cratetis* ante diſcipulus, idem ſæculum ornavit; quem Olympiade 129. obiiſſe perhibet *Euſebius*. *Demetrius* item *Phalereus Theophraſti* diſcipulus, non minus adminiſtrandæ Reipublicæ, quam Philoſophiæ & Eloquentiæ facultate nobilis, *Athenis* præfuit annos decem, ut ait *Diogenes Laertius*. [h] Cœpit autem anno tertio Olympiadis 115. quo *Caſſander Athenis* potitus eſt. At anno ſecundo Olympiadis 118. *Demetrio Poliorceta Athenas* obtinente, fugit in *Ægyptum* ad *Ptolemæum Lagi* filium. [i] Quo mortuo, ab ejus filio *Ptolemæo Philadelpho* relegatus, ac dolore contabeſcens, aſpidis morſu periit anno circiter primo Olympiadis 124. [k] Aſtronomiæ ſcientia clarus *Timocharis* fuit circa Olympiadem 121.

Zeno Stoicus. [h] Diog. 18. Plut. in Phoc. [i] Diog. in Demet. [k] Ptolem. 7. c. 3.

Sed nominis celebritate vicit ceteros *Demoſthenes*; [l] qui anno tertio ab *Alexandri* obitu, eodem quo *Ariſtoteles*, fato conceſſit in *Galauriæ* inſula, quo ſe metu *Macedonum* receperat.

Demoſthenes. [l] Plutar. Demoſt.

Menander Comicus Poeta Archonte *Philippo* mortuus perhibetur, ut eſt in veteri inſcriptione, cum natus eſſet tertio Olympiadis 109. Archonte *Soſigene*: Ita ut quinquagenarius obierit.

Menander.

[m] Hiſtoriam ſcripſit *Timæus Siculus Tauromenita Agathoclis* tempore, a quo *Sicilia* pulſus, ſtilo ſeſe vindicavit, quo in illum intemperantiore uſus dicitur. [n] At e contrario *Callias Syracuſanus*, quod magnis ab eodem Tyranno beneficiis affectus eſſet, in hiſtoria ſua turpiter ei aſſentatus eſt.

At *Alexandro M.* regnante [o] *Beroſus Ægyptius*; ſub ejus vero ſucceſſoribus *Ptolemæis Lagida* & *Philadelpho*, [p] *Manethon Dioſpolitanus* Hiſtorici memorantur.

[m] Diod. in Excerpt. Valeſ. p. 258. [n] Idem. [o] Tatian. apud Euſ. de Præp. 289. [p] Joſep. 1. Ant. c. 3. Theoph. ad Autol. 8.

(1) *Natus annos 92.*) Immo 71. tantum, tot enim ab anno 3. Olymp. 109. ad 2. Olym. 127. numerantur.

DIONYSII

DIONYSII PETAVII

E SOCIETATE JESU

RATIONARII TEMPORUM

PARTIS PRIMÆ

LIBER QUARTUS

Rerum hiſtoriam continens ab A. Periodi Julianæ 4431. ad 4713.

A. 4431. Per. Jul. ad 4713.

CAPUT I.

Romanorum *res ab anno U. C. 472. ad 536. ac potiſſimam de bello* Epirotico, Punico *primo*, & Gallico.

A. 4431. Per. Jul. ad 4713.

Flatiſcentibus, oppreſſa jam libertate, *Græcorum* animis ac viribus, efferre ſe *Romana* res cœpit. Itaque major deinceps in *Italia* & *Africa*; quam in Oriente, ſeges hiſtoriæ naſcitur. Ideo *Romana* bella primo loco memorabimus.

a Epit. Liv. 13. Plut. in Pyr. Eutrop. 2. Flor. l. 1. c. 18. Oroſ. l. 4. c. 4. Juſt. 24. Diod. in Eclog. *Bellum cum Pyrrho.*

a Tarentini Græca levitate majus, quam pro viribus ſuis, bellum contra ſe provocarant, *Romanorum* claſſe direpta, & eorum legatis, qui de injuria queſtum venerant, temere pulſatis anno Urbis conditæ 472. Ob id *Tarentinis* indicto bello, *L. Æmilius Barbula Tarentinos*, *Samnites*, & *Salentinos* acie devicit. Ea clade permoti *Pyrrhum* ad auxilium evocant. Qui anno Urbis 474. in *Italiam* trajecto exercitu, cum *Romanis* bellum gerit, quod ſex annos tenuit. Primo congreſſu *Romani*, *Levino* duce non tam viribus quam elephantorum inuſitata victi ſpecie, ceſſerunt. Captivos repoſcente *C. Fabricio*, ſine pretio *Pyrrhus* remiſit omnes. Mox per *Cineam* legatum fruſtra pace tentata, (hanc enim *Appius Cæcus* fieri prohibuit) bis ancipiti *Marte* cum *Romanis* congreſſus eſt. Tum a *Syracuſanis* contra *Pœnos* accitus in *Siciliam*, ibi rebus ex voto minime fluentibus in *Italiam* revertit anno Urbis 479. ac victus, & caſtris exutus, *Tarentoque* pulſus in *Epirum* rediit, cum ſex annos in *Italico* ac *Siculo* bello poſuiſſet.

b Epit. Liv. 14. Oroſ. 4. c. 3.

b Pyrrho fugato, *Tarentini* cum *Samnitibus*, *Bruttiis*, & *Carthaginienſibus*, qui iſti bello contra fœdus intervenerant, acie victi (1) in *Romanam* venere ditionem, ac pacem & libertatem acceperunt anno U. C. 482. cum eo qui anteceſſit, *c* a *Ptolemæo Philadelpho* ſocietas cum *Romanis* eſſet inita.

c Eutr. 2.

d Flor. 1. c. 19. Eutr. 2. *e* Polyb. 1. Epit. Liv.

d Secutum eſt *Picens* bellum, ac *Salentinum*, & omnium denique graviſſimum ac longiſſimum *e Punicum*: quod primum anno U. C. 490. cœptum eſt, undecimo poſtquam *Pyrrhus* in *Epirum* rediit.

f Polyb. 1. p. 12. & ſeq. Epit. Liv. Flor. 2. cap. 2. Eutr. 2. Appian. Oroſ. l. 4. c. 7. *g* Polyb. 1. p. 8. Pauſan. Eliac. 2. p. 189. *Bellum Punicum.*

f Primi ergo *Punici* belli cauſſa fuit utriuſque civitatis ambitio, ac mutuo ſuſpecta & formidoloſa potentia. Occaſionem dedere *Mamertini*, & *Hiero Syracuſarum* Rex, ac *Carthaginienſium* ſocius. *g* Hic anno Olympiadis 126. ſecundo, a *Syracuſanis* primum factus imperator; Rex deinde ſalutatus quarto Olympiadis 127. *Mamertinos* qui *Meſſanam* occuparant, armis aggreditur. Hi *Romanorum* implorant opem: qui in inſulam trajectis copiis cum *Hierone Pœniſque* bellandi fecerunt initium. Ejus belli anceps diu fortuna fuit, *Pœnis* mari, *Romanis* terra vincentibus. Qui anno demum belli quarto, U. C. 493. rem nauticam attigerunt. Sed ea identidem omiſſa, repetitaque, ad extremum ſuperiores fuerunt. Memorandus eo bello cum primis venit *Attilius Regulus*, qui maritimo ac terreſtri prœlio fractis *Carthaginienſium* viribus, cum pacem petentibus niſi iniquis conditionibus dare nollet, *a Xanthippo Lacedæmonio* duce victus, & in acie captus eſt cum millibus 15. occiſis 20. mille, anno Urbis duodequingenteſimo. Poſt a *Carthaginienſibus Romam* miſſus, ut de permutandis captivis cum Senatu ageret, id ne fieret interceſſit; & *Carthaginem* ad certiſſimam carnificinam ſponte rediit. Primus navalem victoriam *Romanorum* adeptus eſt *C. Duilius*, belli anno quinto: poſteriorem *C. Lutatius* anno 23. & ultimo, qua ad *Ægatem* inſulam cum *Pœnis* debellavit; quibus pax his legibus conceſſa eſt, ut inſulis omnibus cederent, quæ *Italiam* inter & *Africam* interjacent, ac bis mille, & ducenta in annos 20. talenta penderent. Id actum eſt anno U. C. 513. ante *Chriſtum* 241.

Attilius Regulus.

h Polyb. 1. p. 65. Appian. in Pun. Diod. in Excerp. p. 275. *i* Polyb. 1. p. 88.

h Perfuncto externo bello *Carthaginienſes* majus domi periculum excepit. Nam mercenarii milites, quo genere plurimum uſi ſunt *Pœni*, ſtipendia ſua & Militiæ præmia poſtulabant: quod exhauſto ærario præſtari non poterat. Ideo graſſantibus per *Africam*, & late omnia vaſtantibus, ægre obſiſti potuit. *i* Tandem poſt annos tres & menſes quattuor bello iſti finem impoſuerunt.

k Eutr. 3. Plut. in Numa. Oroſ. 4. c. 11.

k Anno Urbis 519. quod *Romæ* perraro accidit, templum *Jani* clauſum eſt, bellis ubique pacatis. Sed ſubinde novis coortis motibus apertum eſt. *Ligures*,

(1) *In Romanam venere ditionem*) Tarentini ſcilicet cum Samnitibus & Bruttiis non vero Carthaginienſes ut innuere videtur phraſis Auctoris.

A. 4431. *Sardi*, *Corſi* ſubacti. Cum *Illyriis* deinde ac *Teuta*
Per. Jul. Regina anno Urbis 524. initium bellum, tertio poſt
ad 4713. anno confectum eſt. Ac tum primum legati victoriæ
[a] Polyb. nuntii per *Græciam* miſſi. [a] *Corinthii Romanos* in ſocie-
2. p. 101. tatem *Iſthmicorum* acceperunt.

[b] Polyb. [b] *Gallorum* præterea formidoloſa fuit irruptio. *In-*
2. p. 109. *ſubres* & *Boii* ob ereptum *Senonibus Gallis*, & agraria
Flor. 2. lege divitum [c] a *Flaminio* Trib. Pl. agrum *Picenum*,
c. 5. Oroſ. (quæ lex anno urbis conditæ 522. lata eſt) accitis
4. c. 13 *Tranſalpinis Gallis Gæſatis*, ita mercenarios vocabant,
[c] Cic. 2. *Romanos* oppugnarunt. Contra quos peditum, quod
Acad. vix credibile ſit, [d] millia ſeptingenta, equitum ſe-
Quæſt. ptuaginta conſcripſere *Romani*. Victi ſæpius *Galli*,
[d] Polyb. ac trans *Padum* anno primum Urbis conditæ 530. co-
2. p. 113. piæ ductæ: *Inſubreſque* domiti: [e] ac *Gæſatarum* Rex
Eutr. 2. *Viridumarus* a C. *Marcello* Conſule trucidatus opima
[e] Eutr. 2. de ſe ſpolia dedit. [f] Ad hoc bellum *Siciliæ* Rex *Hie-*
[f] Diod. *ro*, qui ſub initium *Punici* belli victorum in partes
Ecl. 25. amicitiamque tranſierat, frumenti vim maximam mi-
ſit, cujus pretium confecto bello recepit.

CAPUT II.

Bellum Punicum *ſecundum*.

[g] Polyb. PUnicum inde bellum alterum ſecutum eſt [g] anno
2. Liv. 1. a primis fine quarto & viceſimo; quod ſpatio
Dec. 5. quidem minus temporis fuit, ſed adeo cladium atro-
Flor. 2. citate terribilius, ait *Florus*, ut ſi quis conferat
c. 6. Plut. damna utriuſque populi, ſimilior victo ſit populus,
in Fab. & qui vicit. Belli cauſſa eadem, quæ ſuperioris, do-
Marc. minandi cupiditas, & in *Pœnis* impatientia ſervitu-
Appian. tis; quod annum jam, ut dixi, quartum & viceſi-
Oroſ. 4. mum *Romanorum* victi armis ceſſerant. Præcipuam
c. 14. huic incendio facem ſubjecit *Hannibal Hamilcaris* fi-
lius, ejus qui bello priore *Carthaginienſium* imperator
pacis leges mœrens acceperat; quique compoſitis in
[h] Polyb. *Africa* rebus, anno Urbis ut ex *Polybio* [h] colligitur,
init. l. 1. 517. miſſus in *Hiſpaniam*, *Hannibalem* novem annos
Liv. l. 21. natum ſecum duxerat, cum eum prius ad aram ad-
Corn. ductum jurare juſſiſſet, numquam ſe in amicitia cum
Nep. in *Romanis* fore. *Hamilcare* poſt annos circiter novem ne-
Hannib. ciſo, ſuffectus eſt *Haſdrubal* illius gener, qui *Hanniba-*
Plut. de *lem* accivit, eumque poſt octo annos interfectus ſuc-
Vir. ill. ceſſorem habuit, Urbis 534. cum ætatis circiter ſe-
ptimum ac viceſimum inchoaſſet: qua ratione natus
videtur anno urbis conditæ 507. ante *Chriſtum* 247.
Igitur ſtatim atque Imperator eſt factus, totam intra
[i] Liv. 21. flumen *Iberum Hiſpaniam* ſibi ſubjicit. [i] Hinc *Saguntum*
Polyb. 3. *Romanorum* ſociam magnis adortus viribus, poſt ſeptem
menſes capit. *Saguntini* omnes, fruſtra expectato *Ro-*
manorum auxilio, partim hoſtili gladio, partim ſuapte
manu ceciderunt. Ita bellum conflatum *Punicum* ſe-
[k] Liv. 30. cundum: quod initium anno Urbis conditæ 536. [k]
P. Cornelio Scipione, *T. Sempronio Longo* Coſſ. decimo
ſeptimo exitum habuit, Coſſ. *M. Servilio Gemino*, *T.*
Claudio Nerone, U. C. anno 552.

[l] Polyb. [l] Habebat *Hannibal* in exercitu peditum, ut ſcri-
3. p. 189. bit *Polybius*, millia 90. equitum duodecim; varie de
Liv. 21. numero prodit *Livius*. (1) Primo impetu uterque
Conſulum victus, *P. Cornelius* ad *Ticinum*, *Sempronius*
ad *Trebiam*. Sequente anno U. C. 537. major ad *Thra-*
ſumenum lacum clades accepta; cum interim *Q. Fa-*
bius Maximus Prodictator a populo factus cunctando
[m] Polyb. rem utcumque ſuſtentavit. [m] Sed omnium atrociſſima
3. p. 264. plaga *Cannenſis* anno U. C. 538. alterius temeritate
Liv. 2. Conſulis *Terentii Varronis* accidit. In ea pugna cæſa
Appian. *Romanorum* 40. millia. Neque tamen infractis ob eam
Flor. & calamitatem animis, *Cannenſi* prœlio captos redimere
alii cit. noluerunt. Tum *Syracuſas*, quæ urbs poſt *Hieronis*
obitum, qui anno U. C. 539. contigit, ab ſocietate A. 4431.
defecerat, *Marcellus* [n] Conſul obſedit anno Urbis 540. Per. Jul.
Quam ab vehementi illius oppugnatione unius homi- ad 4713.
nis induſtria tutata eſt. *Archimedes* is fuit, qui cæli [n] Polyb.
ſiderumque contemplator ea ætate præſtans, ſed ma- 8. p. 515.
chinarum operumque bellicorum inventis multo cla- & ſeq.
rior, *Romanorum* apparatus omnes perlevi negotio lu- Liv. 3.
dificatus eſt. Itaque vix anno demum tertio, Urbis Dec. 4.
542. capi *Siracuſæ* potuerunt. [o] Quo tempore prodi- Plut. in
tum eſt *Archimedem*, intento in ea ſtudia, quibus de- Marc.
ditus erat, animo, ac nihil eorum ſentiente, quæ [o] Liv.
per hunc tumultum gerebantur, ab ignoto milite, Dec. 3.
fruſtraque ſciſcitato quis eſſet, interfectum: ejus ex lib. 5.
morte magnum dolorem cepiſſe *Marcellum*, qui ut *Archimo-*
vitam illi conſervarent, irrumpentibus in urbem mi- *des*.
litibus edixerat: ac ſepulturæ curam habuiſſe.

Hæc *Syracuſarum* calamitas finem [p] attulit regii in [p] Polyb.
Sicilia dominatus, quem is, cujus paullo ante me- in Ex-
minimus, inſtauraret *Hiero*, ac legitimum ex tyran- cerpt. Va-
nico & acceptum etiam vulgo fecerat comitate ac cle- leſ. p. 10.
mentia, eum nihil ex tanta dignitate præcipuum ſibi & lib. 1.
præter curam ac liberalitatem aſſumeret. Regnavit Hiſt.
autem annos quatuor & quinquaginta exorſus ab an- p. 16.
no Urbis conditæ 485. ſexto ante bellum primum *Pu-*
nicum: quo ineunte victus ab *Appio* Conſule ab *Car-*
thaginienſium ſocietate, ad *Romanos* deſcivit, & in eo-
rum amicitia [q] prope quinquaginta perſeveravit an- [q] Liv. l. 4.
nos. [r] Iiſdem moribus filium habuit *Gelonem*, qui Dec. 3.
ante patrem obiit quinquageſimo ætatis anno; & *Hie-* [r] Polyb. in
ronymum ex *Nereide Pyrrhi Epirotarum* Regis filia ſu- Excerpt.
ſceptum reliquit aviti hæredem regni; quod anno Val. p. 13.
Urbis 539. adiit, *Hierone* mortuo, annum agens quin- Liv. l. 4.
tum decimum. Sed ut peſſima erat indole; effuſus in Dec. 3.
omne flagitii ac crudelitatis genus, conjuratione ſuo- Pauſan.
rum eodem anno perimitur. El. 2. Ju-
ſtin. 28.

[s] Interim *Philippum Macedoniæ* Regem, pacta cum [s] Liv. 3.
Hannibale ſocietate, imminentem *Italiæ Lævinus* Præ- Dec. 4.
tor compreſſit, & in *Macedoniam* ſe ſuam incenſa ul-
tro claſſe coegit recipere anno Urbis conditæ 542.
At in *Hiſpania P. & Cn. Scipiones* fratres, qui *Haſdru-*
bali tranſitum in *Italiam* ad *Hannibalem* fratrem ha-
ctenus intercluſerant, multaque ibi fortiter geſſerant,
deleto exercitu ambo ceciderunt. [t] *L. Martius* eques [t] Liv. 3.
Romanus, in trepidatione dux militari ſuffragio crea- Dec. 5.
tus, labantem rem ſuſtinuit: cujus ductu una nocte
ac die bina hoſtium expugnata ſunt caſtra, & ad tri-
ginta ſeptem millia hoſtium interfecta: quod anno
illo Urbis 542. contigit. Eodemque *Tarentum*, præ-
ter arcem captum ab *Hannibale*: *Capua*, ab *Romanis*
obſeſſa: [v] a qua ut eos averteret, *Romam* contendit [v] Liv. 3.
Hannibal. Sed coorta ſubito tempeſtas hunc ab ejus Dec. 6.
mœnibus conſpectuque repulit. *Capua* deinde *Roma-*
nis tradita; cujus principes veneno ſibi vitam eripue-
runt: Senatores ſecuri percuſſi; urbs in Præfecturam
redacta.

[x] *P. Scipionis* ejus, quem in *Hiſpania* cæſum eſſe [x] Liv.
meminimus, filius erat *P. Scipio*: qui poſt *Hiſpanien-* ibid. Val.
ſem illam cladem territis omnibus, quattuor & vigin- 3. c. 7.
ti natus annos imperium in *Hiſpaniam* petere ſe pro- Plut. de
feſſus eſt; eoque pro Conſule eſt miſſus anno Urbis Vir. ill.
543. [y] Ibi rebus geſtis maximis, & *Haſdrubale Giſco-* [y] Liv. 3.
nis filio ac *Magone* ſuperatis, anno quinto quam ve- Dec. l. 6
nerat, *Carthaginienſes* tota ejecit *Hiſpania*. Inde in Polyb. 11.
Africam profectus amicitiam junxit cum *Syphace Ma-* p. 628.
ſylorum, deinde cum *Maſaniſſa Maſæſulorum* Regibus.
Geſta hæc ſunt anno Urbis 548. tertio ab *Marcelli* cla-
de Conſulis, [z] qui anno 546. ſecundis cum *Hannibale* [z] Liv. 3.
prœliis aliquot factis, ejuſdem circumventus inſidiis Dec. 7.
opprimitur. [a] Sequente vero, a duobus Conſulibus Plut. in
Claudio Nerone & *Livio Salinatore Haſdrubal Hannibalis* Marcell.
frater, [a] Liv. ib.
Polyb.
init. l. 11.

(1) *Primo impetu uterque Conſulum victus*) Clarius indicare de-
buiſſet Auctor clades illas in Italia acceptas fuiſſe, poſtquam Hi-
ſpania profectus Hannibal Gallias peragraſſet, Alpeſque ſummo
labore tranſiiſſet. Vide *loca Polyb. & Liv. ad margin. cit.*

A. 4331. Per. Jul. ad 4713.

frater, qui cum novo exercitu in *Italiam* pervenerat, antequam ſe cum fratre conjungeret, cum ſuis copiis deletus eſt. Erat tum in *Apulia Hannibal*, cui ſe *Nero* Conſul oppoſuerat. *Livius* in *Ciſalpina Gallia* caſtra contra *Haſdrubalem* habebat. Interceptis *Haſdrubalis* litteris, *Nero* clam, inſcio *Hannibale*, ſex dierum ſpatio totam emenſus *Italiam*, ad collegæ caſtra cum copiarum parte venit; ac victis, uti memoratum eſt, hoſtibus, ante ad ſtativa ſua rediit, quam eum diſceſſiſſe *Hannibal* ſentiret. Cæſa feruntur eo prœlio quinquaginta ſex hoſtium millia, capta quinquaginta & quadringenti. Caput *Haſdrubalis* ante ſtationes *Pœnorum* ab *Nerone* projectum triſte acceptæ cladis indicium *Hannibali* fuit.

[a] Liv. 28. Appian.

[a] At *P. Scipio*, ut ab *Italia* revocaret *Hannibalem*, tranſportare bellum in *Africam* ſtatuit, quod anno demum Urbis 549. quo Conſulatum ipſe geſſit, aggreſſus eſt. Sed initio, cum id temerarium conſilium haberetur; nihil neque pecuniæ, neque militum publice ſuppeditatum eſt. Ita nemine niſi voluntario milite conſcripto, & accepta mutuo corrogataque pecunia, primum ad *Siciliam* Conſul, inde in *Africam* anno Urbis 550. belli quintodecimo, cum claſſe Proconſul appulit. [b] Quo anno *Peſſinunte* in *Phrygia* ſimulacrum *Idææ* matris *Romam* ex oraculo devectum, a *P. Scipione Naſica Cn.* filio, quem adoleſcentem Senatus virum optimum judicarat, exceptus eſt.

[b] Liv. Plut. de Vir. ill. Herodian. lib. 1.

Scipioni dux ab *Carthaginienſibus* objectus eſt *Haſdrubal Giſconis* filius, qui *Maſaniſſæ* filiam *Sophoniſbam* deſponderat. Sed eam, abſente patre ac ſponſo *Carthaginienſium* populus *Syphaci*, qui amore puellæ captus agros eorum vaſtabat, publice collocavit, ut eum ab *Romanorum* amicitia ad ſuam transferret. Qua commotus injuria *Maſaniſſa* totum ſe *Romanis* addixit, magnumque deinceps ad *Pœnos* debellandos momentum attulit.

Liv. App. Flor. &c.

Scipioni Uticam oppugnanti anno eodem Urbis 550. *Syphax* & *Haſdrubal* cum centum armatorum ſupervenere millibus. Quorum caſtra eadem die deleta ſunt, millibus occiſis quadraginta, captis ſex, amboque rurſus redintegratis copiis altero prœlio ſuperati. *Syphax* a *Lelio* & *Maſaniſſa* Rege vivus eſt captus.

Ejus uxorem *Sophoniſbam* cum *Maſaniſſa* duxiſſet, increpitus ab *Scipione* venenum ad eam miſit, quo ſibi mortem illa conſcivit. [c] *Hannibal* a *Carthaginienſibus* revocatus, *Italia* relicta, decimo ſexto belli anno, Urbis 551. rediit in *Africam*; [d] ſociis, qui ſequi nollent, qua occiſis, qua in ſervitutem redactis; ac tentata fruſtra per colloquium pace, congreſſus acie ab *Scipione* vincitur. Poſt eum *Vermina Syphacis* filius, qui auxilio *Pœnis* venerat. *Scipio* pacis leges *Carthaginienſibus* dixit, auctore Senatu populoque *Romano*. (1) *Hannibal* ad *Antiochum* perfugit.

[c] Liv. 3. Dec. 10. Appian. &c. Polyb. 85. [d] Diod. in Excerpt. Valeſ. p. 290.

[e] Finitum eſt bellum anno ſeptimo decimo, Urbis 552. Coſſ. *M. Servilio Gemino*, *T. Claudio Nerone*: ac ſequente pax *Carthaginienſibus* ab Senatu data, & triumphans in urbem invectus eſt *Scipio*. [f] in eoque triumpho ductus *Syphax*, paullo poſt, *Tibure* in cuſtodia mortuus eſt, [g] At *Livius* ante triumphum obiiſſe narrat, [h] ac publico elatum funere. Ubi & *Polybium* id quod dixi, ſentire aſſerit. *Hunc regem* (ait) *in triumpho ductum* Polybius *haudquaquam ſpernendus auctor tradit*. Quæ Hiſtorici præſtantiſſimi commemoratio nimis anguſta ac jejuna mihi videtur.

[e] Liv. 3. Polyb. 15. [f] Polyb. 16. p. 733. [g] fine l. 10. Dec. 3. [h] Valer. Max. l. 5. c. 1.

CAPUT III.

A. 4413. Per. Jul. ad 4713.

De Achæorum *initiis*, Pyrrhi *rebus geſtis & obitu*, *ac* Pergami *Regum &* Parthorum *origine*.

IN *Græcia* porro & Oriente ad hiſtoriam hæc præcipua contigerunt. *Achæorum* Reſpublica paullatim in *Peloponneſo* coaluit; [i] cujus fundamenta jacta ſunt Olympiade 124. ſub *Pyrrhi* tranſitum in *Italiam*, quando *Dymæi*, *Patrenſes*, *Tritæenſes*, & *Pharæenſes* concordiam inierunt; ad quos ſe reliqui deinceps applicarunt. Hi principio Scribam unum, & Prætores duos in orbem conſtituerunt. Poſt annos quinque & viginti unicum Prætorem placuit eligere. Is circa *Plejades* exortum creari ſolitus, [k] ut auctor eſt *Polybius*; ac primus ſingularium Prætorum *Marcus Caryneuſis* ab eodem proditur, cujus anno quarto *Aratus Sicyonius* viceſimum agens annum, rebus geſtis cœpit inclareſcere. Quocirca anno ultimo *Olympiadis* iſtius orta eſt illa Reſpublica, anno ante *Chriſtum* 281. Urbis 473. Siquidem anno ſequente *Pyrrhus* in *Italiam* transfretavit. *Lacedæmonii* domeſtica vexari ſeditione prope ſub *Pyrrhi* venere dominatum. *Cleomenes*, annis in regno ſexaginta & decem exactis menſibus, obiit, *Diodoro* teſte, Prætore *Athenis Demetrio Phalereo*. Is eſt quartus Olympiadis 117. [l] Hic filios genuit duos, *Acrotatum*, qui ſuperſtite patre mortuus filium reliquit *Areum*, & juniorem *Cleonymum*. Nata de ſucceſſione controverſia, Senatus *Areum* antepoſuit *Cleonymo*. Hunc vero, ne quid contra Rempublicam conſilii caperet; honoribus ac præfecturis delinire conati ſunt. Nam inter alia *Tarentinis* contra *Lucanos* & *Romanos* miſſus auxilio, *Lucanos* vicit. *Tarentum*, quod defecerat, expugnavit, anno Urbis conditæ 451. Olympiadis 119. ſecundo, ut auctor eſt [m] *Diodorus*. Poſt urbe *Salentinorum* capta, ab *Romanis*, duce *Æmilio* Conſule, anno 452. fugatus cum claſſe ſua, ad *Patavina* litora prædabundus pervenit. Ubi peſſime accepta claſſis, vix quinta parte incolumis domum rediit, ut ſcribit *Livius*, [n] qui hunc Regem *Lacedæmoniorum* haud recte nominat. Verum ille poſt annos plures cum repulſæ memor, tum nova provocatus injuria, quod *Acrotatus Arei* filius *Chelidonidem* conjugem ſuam corrupiſſet, *Pyrrhum* excivit in *Laconicam*, [o] anno eodem, quo ex *Italia* reverſus *Macedoniam* occupavit, *Antigono* pulſo: qui eſt Urbis conditæ 481. Sequente igitur anno *Pyrrhus* in *Laconicam* impreſſione facta, pæne urbem defenſoribus vacuam cepit. Sed oppidanorum virtute pulſus contendit *Argos*: quam urbem ingreſſus, contraque *Antigonum* pugnans illiſa capiti tegula a muliere peremptus eſt, ineunte Olympiade 127. Is eſt annus ante *Chriſtum* 272. ad quem ab eo anno, quo *Cleonymus* a regno eſt rejectus, qui fuit ante *Chriſtum* 309. intercedunt anni circiter ſeptem & triginta.

[i] Polyb. 2. p. 129. [k] Polyb. init. 5. p. 350. [l] Diod. 20. Pauſ. in Lacon. p. 87. Plut. in Ag. & Cleom. Vid. l. 10. de Doct. Temp. c. 5. [m] Diod. 26. [n] Liv. 10. [o] Plut. in Pyrrho Juſt. 25. *Pyrrhi mors.*

[p] Per idem tempus, quo *Achæorum* civitates in unum corpus redigi ſunt cœptæ, *Pergami Phrygiæ* majoris oppido ad *Caicum* amnem novi regni fundamenta jacta ſunt. Circa Olympiadem 124. ultimo anno *Ptolemæi Lagidæ*, *Philetærus* ſpado ærario præfectus ab *Lyſimacho*, *Agathoclis* ejus filii necem ægre ferens, quem pater ab *Arſinoe* conjuge falſis criminibus accuſatum veneno ſuſtulerat, ab illo defecit, ac novi apud *Pergamum* imperii princeps exſtitit. (2) Hic fratres habuit duos, *Eumenem* & *Attalum*; qui & in regnum ſucceſſerunt. Primus autem regium nomen uſurpavit *Attalus*, ut ait *Strabo*. Poſtremus

fuit

[p] Strabo l. 13. Pauſan. Att. p. 7. *Pergami regnum.*

(1) *Hannibal ad Antiochum perfugit.*) Non ſtatim poſt pacem ut innuere videtur Auctor, ſed aliquot poſt illam annis, ut ex *Corn. Nep. & Liv. lib. 30. & 33.* obſervatum fuit in *Præfat. huj. oper. Edit. Lugd. Batav.*

(2) *Hic fratres habuit duos &c.*) Male hic confudit Auctor Philetæri fratres cum ejus Succeſſoribus. fratres & vixere & mortui ſunt in privata fortuna. At ſucceſſit Philetæro *Eumenes* Eumenis Philetæri fratris filius. Dein *Attalus* ejus Patruelis, ex alio Philetæri fratre Attalo ibidem dicto, natus. Vid. *Strab. lib. 13. p. 624. & Pauſan. in Attic. c. 8. deſumpta eſt hæc nota ex Præfat. huj. op. Edit. Lugd. Batav.*

A. 4431. Per. Jul. ad 4713.

fuit *Attalus* prioris *Attali* nepos, qui moriens populum *Romanum* hæredem inſtituit anno U. C. 621. Ita annis circiter 152. *Pergami* regnarunt.

Parthorum initium.

Parthorum in Oriente regnum, *Romani* quondam æmulum futurum, *Arſace* conditore, cœpit eodem tempore quo *Punicum* bellum primum in Occidente flagrabat. Sed in incerto eſt propter Antiquorum de illius origine diſſidium.

a Juſt. 41.

a *Juſtinus* quidem primam defectionem *Parthorum* primo *Punico* bello accidiſſe memorat, *L. Manlio Vulſone*, *Attilio Regulo* Coſſ. regnante *Seleuco*; cujus cum *Antiocho* fratre diſcordia impunitatem illis defectionis dedit. Conſules iſti annum occupant Urbis conditæ 504. ante *Chriſtum* 250. quo regnabat in *Syria Antiochus ὁ θεὸς Seleucidarum* tertius, *Seleuci Callinici* pater. *Seleuco* geniti ſunt *Seleucus Ceraunus*, qui poſt patrem *Callinicum* anno regni viceſimo mortuum, tribus annis imperavit; & *Antiochus Magnus*, qui *Ceranno* fratri ſucceſſit. *Juſtinus*, qui ab *Seleuco Antiochi Soteris* pronepote defeciſſe *Parthos* ait, non *Callinicum*, ſed ejus filium *Ceraunum* intellexit, cujus frater *Antiochus* fuit. (1) In quo mirifice fallitur. *Seleucus Ceraunus* regnum init anno ſecundo

Error Juſtini.

Olympiadis 138. primo ſequentis obiit. Triennio quippe regnavit. Initium itaque illius convenit in annum Urbis 527. qui eſt quintus decimus a pace *Pœnis* data, & a Conſulatu *Vulſonis* & *Attilii* quartus & viceſimus. *Euſebius* porro ſub *Antiocho Θεῷ* ad Olympiadem 133. adſcribit, biennio poſt memoratos a *Juſtino* Conſules.

b Strabo 13. Appian. in fine Syr.

b At *Strabo* regnante *Callinico* fuiſſe ſcribit *Arſacem*, quod ſatis cum *Euſebio* congruit. *Appianus* eo tempore defeciſſe *Perſas* ait, quo *Antiocho Deo* mortuo *Laodice Berenicen* alteram illius conjugem occidit: cujus necem frater ejus *Ptolemeus Evergetes* ulciſci cupiens, in *Syriam* ac *Babylonem* uſque profectus eſt. Hæc geſta ſunt anno ipſo primo *Seleuci Callinici*, paullo poſt *Antiochi Dei* mortem. Quamobrem ſub *Callinico Parthorum* exordia poſita credimus, eoque primitus imperante circa annum ante *Chriſtum*

c Arrian. in Parthic. Phot. cod. 58. Vide Par. 2. l. 4. c. 7.

246. Siquidem c *Arrianus* apud *Photium* auctor eſt *Arſacem* cum *Teridate* fratre *Phereclem* ab *Antiocho Deo* regioni ſuæ præfectum ob tentatam ab eo pudicitiam alterutrius occidiſſe. Unde vel ſuperſtite adhuc *Antiocho Θεῷ*, vel paullo poſt ejus obitum veriſimile eſt id eveniſſe.

Ab *Arſace* deinceps *Parthorum* principes nomen acceperunt, velut ab *Cæſare Auguſtoque Romani* Imperatores *Auguſti* ac *Cæſares* appellati ſunt. Horum imperium ad annos circiter 472. perſtitit; ab anno ante *Chriſtum* 245. ad 220. poſt *Chriſtum*, & quintum

d Herodian. 6.

uſque *Alexandri Mammeæ* filii; d quo *Artaxerxes* genere *Perſa Artabano Parthorum* Rege occiſo rerum ſummam in *Perſas* tranſtulit.

e Juſt. 41.

e *Theodotus* quoque *Bactrianorum* præfectus eodem, quo *Arſaces*, tempore novi factus eſt regni conditor. Quod ipſum minime diuturnum fuit, atque in *Parthorum* ditionem conceſſit.

CAPUT IV.

Quænam in Græcia *perque Orientem geſta ſunt ab anno ante* Chriſtum 252. *ad* 219. *& initium belli ſecundi* Punici.

f Polyb. 2. p. 130. Plut. in Arato. Pauſan. Cor. 51. *Aratus.*

ACHæorum f in *Peloponneſo* Reſpublica *Arati Sicyonii* virtute magnis auctibus excrevit. Hic

A. 4431. Per. Jul. ad 4713. g Polyb. 2. p. 130.

ætatis anno viceſimo (qui & *Punici* belli prioris undecimus, & ab *Achæorum* fundata Republica undetriceſimus putatur, g hoc eſt quartus Præfecturæ *Marci Carynenſis*) *Græcas* urbes quæ ab Tyrannis pleræque per id tempus obtinebantur, ab eorum, nec non *Macedonum* jugo extricare eſt aggreſſus. Cujus rei a patria fecit initium, quam, expulſo *Nicocle* Tyranno, libertate donatam ad *Achæorum* concilium adjunxit, anno ante *Chriſtum* 253. Urbis conditæ 501. Cum autem exules amplius quingenti *Sicyonem* reverſi bona ſua repeterent, *Aratus* in *Ægyptum* profectus, a *Ptolemæo Philadelpho* 150. talenta, quibus illis ſatisfaceret, expreſſit. Octavo poſt anno Prætor primum factus eſt, & h anno interjecto iterum eumdem magiſtratum cepit, per quem i dejecto ex arce *Macedonum* præſidio, cui *Perſeus Stoicus* præerat, *Corinthum* liberavit. Quod exemplum in oppidis pleriſque valuit, quæ eamdem ſocietatem ſecuta ſunt. Id vero anno ante *Romanorum* ultimam de *Pœnis* victoriam contigit, ut refert *Polybius*, *Punici* belli prioris ſecundo & viceſimo, Urbis 511.

h Plut. in Arato. i Polyb. Plut. Pauſan.

k Sub idem tempus *Lacedæmone* tumultus exſtitit, *Agide* ac *Leonida* regnantibus: quorum ille ex *Eurytionidarum*, ſive *Eurypontidarum* erat familia, ſextus a magno illo *Ageſilao*, qui in *Aſia* contra barbaros præclaras res olim geſſerat. *Leonidas* ex *Agidarum* ſive *Euryſthenidarum* ſtirpe oriundus fuit, quæ dignatione anteibat alteri, patre natus *Cleonymo*; quem *Cleomenis* ſuperioris filium, *Acrotati* fratris *Areo* filio poſthabitum, *Pyrrhum* in *Laconicam* adduxiſſe ſupra l ſignificavi. *Agis* nondum viceſimo ætatis anno collapſam *Lycurgi* diſciplinam inſtaurare cupiens, ab novis tabulis & agrorum diviſione id aggreſſus eſt facere. Cui cum civitatis principes, & inter eos *Leonidas* Rex alter, intercederent, nihilominus in incœpto perſtitit, adjutorem nactus conſiliorum *Lyſandrum* Ephorum; a quo *Leonidas* judicio poſtulatus, abrogato regno & in *Cleombrotum* ejus generum tranſlato, ſupplex in *Chalciœcæ* templo conſedit. Poſtea, novis ſuccedentibus Ephoris, ac *Lyſandrum* aliosque fautores *Agidis* ad cauſſam dicendam citantibus, Reges ambo magno cum amicorum ſtipatu in forum veniunt; Ephoros in ordinem redigunt: pro his cum alios ſuarum partium ſubſtituunt, tum *Ageſilaum*, latiſſime arantem hominem, ſed ære obrutum alieno. Qui propterea auctor *Agidi* fuit ut ante legem agrariam novas ad deliniendam plebem tabulas proponeret. Ejus cum *Agis* conſilio paruiſſet, ubi ventum eſt ad agrorum partitionem, miris artibus ludificari ac tergiverſari *Ageſilaus* inſtitit. Quæ res ab *Agide* civium alienavit animos. Igitur conſpiratione inimicorum illius revocatur ab exſilio *Leonidas*, ac regno reſtituitur. *Agis* & *Cleombrotus* ſupplices ad delubrum *Minervæ Chalciœcæ* confugiunt. *Cleombrotus* per *Chelonidem* uxorem, *Leonidæ* filiam, vita impetrata ſolum vertit; eoque virum, nequicquam patre retinente, *Chelonis* eſt ſecuta. *Agis* ab Ephoris comprehenſus, capitiſque damnatus, laqueo vitam finiit: eodemque ſupplicio mater ejus *Ageſiſtrata* & *Archidamia* avia ſunt exſtinctæ. m *Archidamus* frater fuga necem evaſit. Quem ab *Leonida* paullo poſt revocatum, & in regni collegium aſſumptum, eo mortuo, *Cleomenis* metu fugiſſe denuo, ab eoque demum occiſum n *Polybius* demonſtrat. *Agiatis* uxor *Leonidæ* filio *Cleomeni* adhuc puero coacta nubere, quem prioris exemplo viri ad eadem perſequenda cœpta ſuapte concitatum

k Plut. Ag. & Cleom.

l cap. 3. *Agidis hiſtoria.*

m Plut.

n Lib. 5. p. 383.

ſponte

(1) *In quo mirifice fallitur.*] De hac epocha regni Parthorum & Juſtini computu vide *Uſſer.* ad A. A. C. 250. ſcil. ſub Antiocho Θεῷ cœpit defectio, ſed cum regnante illius ſucceſſore Callinico, Arſaces ingentem victoriam reportaverit, ipſumque Seleucum ceperit; Parthi victoriæ illius diem ſolemnem velut initium libertatis obſervaverunt; ſicque non mirum, ſi exinde imperii illius initium ducant. *Juſt. in lib.* 41. *c.* 4. & *Appianus in Syriacis p.* 130.

A. 4413. Per. Jul. ad 4713.

ſponte vehementius accendit. *Agidis* iſta calamitas ſub *Punici* prioris belli exitum incidit, & occupatam ab *Arato Corinthi* arcem.

Cleomenis geſta.

Leonida aliquanto poſt vita perfuncto, *Cleomenes* regnavit, ſub annum, uti ſuſpicamur, ante *Chriſtum* 235. Urbis conditæ 519. ingentis animi, ſed fervidi ac ferocis, adoleſcens, & in primis bello ſtrenuus; qui *Achæos* viribus & imperio florentes, ac tota *Peloponneſo Arato* duce volitantes, haud ſemel acie profligavit; cum ab eorum fœdere, quod publice hactenus coluerant, ad *Ætolorum*, quibus cum bellum iis erat, ſocietatem *Lacedæmonii* tranſiiſſent.

a Polyb. 7. & Plut. in Arato.

a Etenim *Achæi*, quod perpetuo concupiverant, multo id magis per hoc tempus auctore perſeverabant *Arato*, uti ex omnibus *Peloponneſi* civitatibus Rempublicam unam facerent. Quod metuentes *Macedonum* Reges, in illarum pleriſque Tyrannos aut ipſi collocaverant, aut jam per ſeſe conſtitutos ſuo præſidio firmabant. In his qua vi dejiciendis, qua ſponte in commune fœdus adducendis ſedulam operam præſtitit *Aratus*; ad idque perficiendum multum induſtria conſilioque valuit.

Arati res geſtæ.

Itaque ſuperſtite adhuc *Antigono Gonata Demetrii Poliorcetæ* filio, præter alia oppida, *Sycionem* & *Corinthum*, ejecto illinc Tyranno, hinc *Macedonum* præſidio, ad ſuorum fœdus adjunxit. Tum vero *Gonata* mortuo anno tertio Olympiadis 134. Urbis conditæ 512. ac *Demetrio* filio, qui decem exactis annis obiit anno Urbis 522. ante *Chriſtum* 232. in liberandam *Græciam* ſtudium omne ſuum contulit. Quo tempore *Atticam* primum jugo *Macedonum* exſolvit; *Diogene*, qui illi præerat, ad eam prodendam magnis præmiis illecto; dehinc *Argivos*, *Hermionenſes*, *Phliaſios*, alioſque, ſponte ſe dedentibus proditionis metu Tyrannis, & ad commune *Acbrvorum* applicantibus. Quorum tam ſecundis rebus *Ætoli*, & Rex *Lacedæmoniorum Cleomenes*, mnras objecere; illi invidia & calliditate, aperta iſte vi & armis; quibus *Aratum* & alios *Achæorum* imperatores haud ſemel, ut jam diximus, vicit ac fugavit. Quod bellum ſuis ut auſpiciis, non ad aliorum nutum, adminiſtraret, fecit quod jamdudum cogitabat, ut ſublatis Ephoris, jus & imperium ſibi omne vindicaret; veteremque diſciplinam domi repræſentavit, aooo regni decimo, Urbis *Romæ* 528. aut ſequenti. Exinde domeſtico metu ſolutus ac liber in *Achaicum* bellum totus incubuit. Huic ſuſtentando cum *Achæi* impares ſe viderent, fatiſcente ac languente jam *Arato*, magniſque a *Cleomene* cladibus acceptis, auctore eodem illo, ad *Macedonum* auxilia reſpexerunt. *Macedoniæ* tum regnabat *Antigonus* cognomento *Δωσων* hoc eſt *profuturus*, quod nomen ex eo ſortitus [illegible] quia ſe daturum quod petebatur identidem ajebat. Hic pro *Philippo Demetrii* filio regnum curabat ex anno ante *Chriſtum* 232. Urbis 522. ineunte Olympiade 137. nempe paullo antequam *Romani* in *Illyricum* trajicerent, b ut ait *Polybius*.

b Lib. 2. p. 151.

Igitur *Antigoni* ſocietatem *Aratus* cum *Achæis* ſuis expetit, cum hactenus *Ptolemæi* amicitia uſi eſſent, quod novum fœdus magno auctocamento pacti ſunt arcis *Corinthiæ*, qua *Macedoni* ceſſerunt, & eumdem mox *Græci* ducem nominis terra marique renuntiarunt.

c Polyb. p. 279.

c Venere in communionem illius fœderis *Macedones*, *Achæi*, *Epirotæ*, *Phocenſes*, *Bœoti*, *Arcades*, *Theſſali*. *Cleomenes* irrumpenti cum ingentibus copiis *Antigono* cum ad *Iſthmum* occurriſſet, *Argivorum* defectione territus ad defendendam patriam retro pedem retulit. Ita *Macedones* probibente nemine *Peloponneſum* adiere anno mundi 3761. Urbis 531. quo ſecundus iniit Olympiadis 139. ac ſequente multis oppidis potiti ſunt, haud interim ceſſante *Cleomene*, qui *Megalopolim* ex improviſo cepit evertitque funditus; quod ſocietatem inire ſecum cives patria licet profugi renuiſſent, ita ſuadente *Philopœmene*, d qui tum triginta erat annorum.

A. 4331. Per. Jul. ad 4713.

d Plut. in Philop.

e Polyb. 5. Plut. in Ag. & Cleom.

Poſtremo anno Urbis 533. ante *Chriſtum* 221. quo quartus incepit Olympiadis ejuſdem, e commiſſo prœlio ad *Selaſiam Laconicæ* oppidum, ab *Antigono* victus eſt *Cleomenes*, cum hic viginti, ille triginta millia in aciem eduxiſſet. Elapſus e pugna *Cleomenes*, ad *Ptolemæum Evergetem* transfretavit in *Ægyptum* vacuam propugnatoribus *Antigono* relinquens *Lacedæmonem*; quam ille adiens, libertatem ei ac priſtina omnia jura reſtituit. Poſtridie certior factus incurſari ab finitimis barbaris *Macedoniæ* fines, eo quam celerrime contendit. In tranſitu *Nemeis* ludis interfuit, per quos magnis *Græcorum* acclamationibus atque omni genere honoris eſt acceptus. Ut autem *Macedoniam* attigit, profligatis *Illyriis*, aliiſque barbaris, confecto jampridem tabe corpuſculo deceſſit, & *Philippo* reliquit imperium, qui adverſus *Romanos* poſtea bellavit. Anno id urbis eveniſſe 533. Mundi 3763. quod quartus numeratus eſt annus Olympiadis 139. ſuadet *Nemei* ludicri mentio, quod ſub finem anni tertii *Olympici*, ac prope ſolſtitium committi ſolebat, f ut alias oſtendimus.

f Not. ad Jul. p. 323. & ſeq. Polyb. 2. p. 155.

Cleomenes a *Ptolemæo Evergete* perhonorifice & amanter exceptus, eo poſt paullo mortuo, in ſuſpicionem venit apud *Evergetis* ſucceſſorem *Philopatorem*, qui illum redire properantem in *Græciam*, de *Soſibii* conſilio, cujus auctoritate regnum adminiſtrabatur; cuſtodia ſepſit; e qua tandem erumpens cum paucis, ac diſtrictis gladiis tota urbe diſcurſans, *Alexandrinoſ*que nequicquam ad libertatem vocans, ſibi ipſi manus attulit g tertio quam *Ægyptum* adierat anno, h regni confecto decimo ſexto. Quippe ſtatim poſt *Cleomenis* necem *Cœlen-Syriam* ab *Theodoto* proditam eſſe *Antiocho*, teſtis eſt i *Polybius*. Quod anno conditæ Urbis 535. ſecundo Olympiadis 140. contigit. Ad hunc modum affirmatur *Cleomenis* initium, quod ſecundo anno Olympiadis 136. Urbis 519. adſcripſimus. Nam ab eo ad Urbis 535. pleni ſedecim intercurrunt.

g Polyb. 4. p. 304.

h Plut. in Agide & Cleom.

i Lib. 9. p. 385.

CAPUT V.

De bellis Antiochi M. & Ptolemæi Philopatoris *pugna ad* Raphiam, Achæi *rebus geſtis*.

IN *Syria* principum luxus & crudelitas calamitoſos habuit exitus. *Antiochus Seleuci Nicanoris* nepos, ab eoque tertius, uxorem habebat *Laodicen Ptolemæi Philadelphi* filiam, ut narrat k *Appianus*, ex eaque liberos duos *Seleucum Callinicum*, & *Antiochum Hieracem*. Cumque Reges ambo maxima inter ſe bella geſſiſſent, in eas tandem convenere pacis conditiones, uti *Berenice* altera *Philadelphi* filia *Antiocho* nuberet, *Laodice* aut repudiata, aut concubinæ loco habita. Mortuo deinde *Philadelpho*, anno Urbis 507. ante *Chriſtum* 247. *Antiochus* amore victus *Laodicen* revocavit, quæ viri levitatem verita, veneno ei vitam eripuit. Tum *Berenice* ejuſque filio adhuc infante cæſis *Seleucum* filium ad regnum evehit. Hæc *Berenice* amita fuit illius, quam a *Ptolemæo Philopatore* cæſam indicat l *Polybius*.

k App. in fine Syr. Hieron. ad c. 11. Dan.

l Lib. 5. p. 382.

m *Ptolemæus Evergetes*, qui *Philadelpho* ſucceſſerat, in *Syriam* invectus, ſororis necem cæde alterius eſt ultus. Nec eo victoriæ fructu contentus magnam incurſavit *Aſiæ* partem; ac domeſtico tumultu revocatus, *Syriam* quam fuiſſe *Cœlen* arbitror, per ſuos obtinuit. n *Ciliciam* vero *Antiocho Hieraci* permiſit. Moritur anno regni 26. mundi 3763. quo tertius deſiit Olympiadis 139. Ea vero Olympiade deceſſiſſe auctor eſt o *Polybius*, qui & morbo ait exſtinctum; p *Juſtinus* vero filii parricidio ſublatum aſſerit,

m Hieron. Polyb. 5. p. 403.

n Hier.

o Lib. 3. p. 50.

p Lib. 30.

A. 4431. Per. Jul. ad 4713.

rit, cui propterea per ludibrium *Philopatoris* cognomen impoſitum eſſe ſcribit.

Igitur anno illo, quem poſui, *Ptolemæus Philopator* in *Ægypto* ſceptrum tenere cœpit [a] qui ſtatim *Magam* fratrem interfecit, & *Berenicem*, ut narrat *Polybius*; [b] ac ſe totum ludis, comeſſationibus, luxuriæque tradidit. Quod eo licentius faciebat, quod ſibi domi foriſque in longum tempus ſecuritatem partam arbitrabatur. Nam & occiſo fratre aliiſque propinquis terrorem ſuis objecerat; & *Antigono Macedoniæ, ac Seleuco Syriæ* Regibus exſtinctis, in eorum locum pæne adhuc pueri venerant *Antiochus* & *Philippus*, ab quibus nihil tum ſibi metuebat.

[a] Polyb. 5. p. 380. Juſt. 30. [b] Polyb. 5. p. 380. Plut. in Agide & Cleomene Juſt. 30.

[c] Commodum enim mortuo *Seleuco Callinico*, qui viginti regnavit annis, ejuſque ſucceſſore filio *Seleuco*, poſt inſelicem cum *Ptolemæo Evergete* pugnam, amicorum inſidiis exſtincto, *Antiochus Seleuci* frater, *Callinici* filius, *Babylone* accitus eſt ad regnum capeſſendum propemodum puer, ineunte Olympiade 139. conditæ urbis 530. qui ob res geſtas, & recuperatam imperii partem haud modicam, *Magni* cognomen meruit. Nam hujus exordium tumultuoſum & exercitum fuit, præfectis provinciarum per contemptum ætatis ab eo deficientibus. [d] Primus *Molo Mediæ* rector, & *Alexander Perſidis* illius frater, jugum excutiunt; ad quod conſilium *Hermiæ Caris* hominis nequiſſimi, qui apud Regem poterat omnia, metus illos potiſſimum impulit. Hi paucis annis, hoc eſt non integris tribus, quantum ex *Polybio* conjicimus, vexato *Antiocho*, & ejus victo occiſoque duce *Xenæta*, multis expugnatis urbibus ab ipſo tandem Rege ſuperati, voluntaria morte meritas pœnas anteverterunt, eodemque anno *Hermias* io Regis caput nefaria molitus, eo jubente per inſidias opprimitur, qui fuit annus Urbis *Romæ* 533. idem prorſus quo & *Cleomenem Spartæ* Regem ab *Antigono* ſuperatum eſſe capite ſuperiori retulimus.

[c] App. Syr. *Antiochi M. exordium.*

[d] Polyb. l. 5. p. 386.

Achæus regnum uſurpat.

[e] Occiſo, ut dictum eſt, *Seleuco Ceranno Achæus* ejus propinquus, vindicata ipſius nece, quidquid citra *Taurum* erat armis recuperavit, &, *Antiocho* ſpreto, (1) regnum ſibi ſumpſit. [f] Quo tempore *Molone* debellatu contra *Artabazanem* Satrapam ducebat *Antiochus*, ipſo, quem memoravimus, anno Urbis 533. quarto Olympiadis 139. [g] ac poſt annos duos ab nece junioris *Seleuci* fratris *Antiochi*. Sed antequam in *Achæum* moveret *Antiochus*, prius *Cœlen Syriam* decrevit aggredi: [h] quam proviociam ex antiquo *Ægypti* Reges obtinebant, ejuſque poſſeſſionem pluris etiam atque *Ægyptum* ipſam facere conſueverant, quod adverſus *Syriæ* regnum peropportunus illius ſitus eſſet. Igitur anno mundi 3765. Urbis 535. tertio aote *Rhaphienſem* pugnam quod [i] *Polybius* indicat, [k] in *Cœlen Syriam* duxit *Antiochus*, ac prius *Seleuciam* expugnavit. Secuodum quæ *Theodotus Ætolus* genere, *Cœlæ Syriæ* a *Ptolemæo* præfectus, partim hujus contemptu, partim quod ejus erga ſe procerum ſuſpectam haberet voluntatem, ad *Antiochum* defecit, eique provinciam illam prodidit. *Ptolemæus*, [l] magno apparatu belli clam inſtructo, contra *Antiochum* pergit: [m] quem collatis ſignis ad *Rhaphiam* oppidum *Phœniciæ* ſuperavit. [n] Fuiſſe produntur in exercitu *Ptolemæi* millia peditum ſeptuaginta, equitum quinque cum elephantis tribus & ſeptuaginta. *Antiochus* peditum numerabat ſexaginta duo, equitum ſex millia, elephantes duos ſupra centum. [o] Lævum *Ptolemæi* cornu ab dextro *Antiochi*, hujus ſiniſtrum ab illius dextro fuſum eſt: pugnam utrinque phalanges reſtituere, in qua *Antiocheni* poſtremo campo ceſſerunt. Horum deſiderata ad decem fere millia cum equitibus trecentis; e *Ptolemaicis* peditum mille quingenti, equites ſeptingenti. Hic ille conflictus eſt, cujus liber tertius *Machabæorum* apocryphus initio meminit; qui inſuper *Theodoti Syriæ* proditoris audax factum refert, cum in *Ptolemæi* tentorium ante pugnam cum duobus irrumpens, eo forte non reperto, alium pro illo trucidavit: [p] quod & *Polybius* memoriæ prodidit. Addit *Machabæorum* tertius, *Arſinoen Philopatoris* ſororem illi pugnæ interfuiſſe, ac fortiter ex adverſo repugnaotibus *Antiochenis*, ſuos ad prœlium acuiſſe, cum per ordines paſſis crinibus lacrymabunda diſcurreret, ac ſingulis binas auri minas polliceretur: eo factum, ut ſuperiores acie fuerint *Ægyptii* Eodem anno pugnatum ad *Rhaphiam* eſſe auctor eſt [q] *Polybius*, quo *Romani* ad *Thraſumenum* in *Etruria* victi ſunt ab *Hannibale*, Olympiadis centeſimæ quadrageſimæque tertio: [r] idemque verno id tempore contigiſſe ſignificat, quo & ad *Thraſumenum* certavere *Romani*. Quio eamdem pugnam Lunæ defectio anteceſſit, [s] ut ſcribit *Polybius*; quæ autumno ſuperiore iocidit anni urbis 536. ante *Chriſtum* 218. Calendis *Septembris*.

[e] Polyb. l. 4. p. 271. & 314. [f] Polyb. 4. p. 99. [g] Polyb. 4. p. 315.

[h] Polyb. 5. p. 380. C. & 428. A. Juſt. 30.

[i] Lib. 5. p. 409. D. & 385. [k] Polyb. 5. p. 402. & 405.

[l] Polyb. 5. p. 407. & 7. & ſeq. [m] Polyb. 5. p. 422. [n] Polyb. 5. p. 421. C. [o] Polyb. 5. p. 426. & ſeq.

[p] Lib. 5. p. 425.

[q] Lib. 5. p. 412. F. [r] P. 421. C. & 431.

[s] Lib. 5. p. 420.

[t] Tanta præter ſpem ac meritum adepta victoria uti *Philopator* neſciit: qui ſi ad fortunam animum & induſtriam adjunxiſſet, ſpoliare *Antiochum* regno poterat. Nunc quæ amiſerat recuperare contentus, petenti pacem *Antiocho* dedit: tum in *Syria* & *Phœnicia* menſes tres moratus eſt; [u] quo tempore cum ad eum gratulatum *Judæi* miſiſſent, *Hieroſolymam* adiit, ibique celebratis rite ſacrificiis, in ipſum templi penetrale ſanctius tentavit ingredi. Quod dum illis fruſtra renitentibus aggredi cupit, occulta vi abjectus io terram, diſſoluto corpore, interceptaque voce, ab ſtipatoribus ſuis metu & horrore perfuſis abducitur; atque e veſtigio furens inde minitanſque deceſſit. Reverſus *Alexandriam*, quidquid *Judaici* per *Ægyptum* nominis fuit, decuriari, & compedibus vinctum *Alexandriam* abripi, atque in Circum includi jubet: tum eodem elephantos induci, ut eorum pedibus obterendos in conſpectu populi totius objiceret. Ad hoc ſpectaculum cum certam ſæpe condixiſſet diem, ea quoties venit, omni ejus, quod decreverat, divinitus illi erepta memoria eſt, nec umquam deſtinata potuit exſequi. Ergo in miſericordiam & amorem deinde gentis repente mutato illius odio, dimiſit omnes; ac deinceps multo, quam quiſquam antea Regum liberalius & honeſtius habuit; quin etiam permiſit, ut in patriæ deſertores religionis ſui generis animadverterent. [x] Perfunctus his curis *Philopator* confeſtim priſtinos ad mores rediit; ac regiæ majeſtatis & pudoris omnis oblitus, dies & noctes in ſtupris flagitiiſque conſumpſit. Nam *Eurydice* occiſa ſorore, eademque conjuge, *Agathocleæ* meretricis blanditiis irretitur; eique ſe totum, adjuncto fratre illius *Agathocle* & *Oenanthe* matre, permittit; quorum ex arbitrio maxima minimaque omnia tractabantur.

[t] Polyb. p. 428. Juſt. 30.

[u] 3. Mac. 1.

Ptolemæus Philopator in adytum ingredi prohibetur

[x] Juſt. 30. Hieron.

[y] At in *Aſia*, quæ cis *Taurum* eſt, *Achæus* interim, dum de *Cœle Syria* cum *Ptolemæo* contendit *Antiochus*, regnum ſuum firmare & quam latiſſime proferre ſtudebat, continua finitimis Regibus ac civitatibus inferens bella. [z] Cui *Pergami* Rex *Attalus* haud ſegniter reſiſtebat, conductis e *Thracia* uſque auxiliaribus *Gallis Tectoſagis*; quibus deinde militiam detrectantibus, & quod ſuper *Megiſtum Myſiæ* amnem poſitis caſtris Luna defeciſſet, in religionem trahentibus, miſſionem dedit, anno tertio Olympiadis 140. Urbis 536. nam eo anno Luna Calendis *Septembris* obſcu-

[y] Polyb. 5. p. 415. & ſeq.

[z] Polyb. p. 420.

(1) *Regnum ſibi ſumpſit.*) Non ſtatim Achæum regis nomen ſumpſiſſe, ſed aliquot anoos poſt obſervatum fuit in *Præfat. huj. Edit. Lugdun. Batav.*

A. 4431. Per. Jul. ad 4713.

obſcurata eſt. Eoſdem poſtea *Gallos* effuſe omnia populantes [a] *Pruſias Bithyniæ* Rex haud procul *Helleſponto* ad unum concidit anno Urbis 538.

[a] Polyb. fine l. 5. p. 447.

[b] *Antiochus*, compoſitis cum *Ptolemæo* rebus, amiſſaque *Cæle Syria*, belli molem in *Achæum* vertit. Quem & *Sardibus* obſeſſum *Cretenſium* duorum proditione in poteſtatem redegit, ac vita per ſummos cruciatus exuit circa annum urbis 539.

[b] Polyb. l. 5. p. 444. & l. 7. p. 506. & l. 8. p. 512.

[c] Per idem tempus, quo victus ad *Raphiam Antiochus* in *Achæum* parabat bellum, *Rhodiorum* urbs ingenti terræ motu concuſſa eſt, quo mœnium ac navalium magna parte disjecta, ingens quoque coloſſus corruit. Quam jacturam Regum ac civitatum profuſa in illos liberalitas poſt paullo ſarcivit. Coloſſus annos complures in ſolo jacuit, [d] donec eum *Saracenorum* Rex *Mauvia*, capta *Rhodo*, Mercatori cuidam vendidit ſub annum *Chriſti* 653. Hunc 70. cubitorum altitudinis fuiſſe, & poſt quinquageſimum ſextum annum, quam a *Charete Lyſippi* diſcipulo factus eſt, terræ motu proſtratum ſcribit [e] *Plinius*; paucos pollicem ejus amplexos; majores fuiſſe digitos quam pleraſque ſtatuas; duodecim annis effectum talentis 300. Hanc ruinam *Euſebius* confert in annum ſecundum Olympiadis 139. in ſeptimum ab eo, uti dixi, *Polybius*.

[c] Polyb. l. 4. p. 428

[d] Cedren.

Coloſſus Rhodius.

[e] Lib. 34. c. 6.

CAPUT VI.

De ſociali contra Ætolos *bello*, Philippo *Rege* Macedoniæ *duce facto*, *deque* Philippi *ejuſdem rebus geſtis*.

ANtigonus, qui ab liberalibus promiſſis *Δώσων* cognominatus eſt, ab *Achæis* contra *Cleomenem* vocatus in auxilium, eo victo [f] pacem tota *Græcia* conſtituerat, cujus inter alias conditiones ea fuit, ut ne *Ætoli* cum exercitu *Achajam* intrarent. Huic paullo poſt vita functo *Philippus* ſucceſſit pæne puer; [g] nondum enim ſeptimum decimum annum exceſſerat, [h] egregiæ indolis, & ad virtutes magnaſque res capeſſendas ſactæ ſpecimen ætate illa præferens; quam & oris dignitas, ac totius corporis ſpecies quædam regia commendabat. Sed ſubinde improborum uſu, [i] præſertim *Tarentini Heraclidæ*, & flagitiorum licentia tot illa naturæ bona ſpeique de ſe hominum evertit. [k] *Ætoli* hujus ætate ſpreta, cum jampridem eos quietis publicæ pigeret, quod alioqui rapto vivere ac prædas undecumque agere conſueſſent, turbandæ pacis initium fecerunt a *Meſſeniæ* populatione, quæ in eorum ſocietate tunc erat. Præerant *Ætolis* [l] *Dorimachus* & *Scopas*, quibus cum *Aratus* & *Achæi* fruſtra denunciaſſent, ut a *Peloponneſiorum* finibus arma ſua & injurias abſtinerent, res ad bellum deducitur exeunte Olympiade 139. qui fuit annus ante *Chriſtum* 220. Urbis conditæ 534. [m] Primum inter illos prœlium ad *Caphyas* oppidum *Arcadiæ* geſtum eſt, in quo *Achæi* ſuperati ſunt. *Ætoli* ex eo fiducia majore ſumpta *Peloponneſo* tota graſſati ſunt. Contra quos evocatus *Philippus*, de communi Sociorum ſententia, quorum in numerum *Meſſenii* recepti ſunt, bellum iis indicit, quod *Sociale* vocatum eſt; [n] ex anno primo cœptum Olympiadis 140. ante *Chriſtum* 220. U. C. 534. cum *Aratus* Prætor eſſet *Achæorum*. Eodem anno primo [o] Olympiadis 140. ſed ante *Chriſtum* 219. vere jam adulto, hoc eſt, ſub Vergiliarum ortum, quo tempore *Achæorum* Prætores magiſtratum inibant, *Arato* juniore *Arati* filio in patris locum ſubrogato, oppugnare *Ætolos* aggreſſus eſt *Philippus*, dum eodem tempore *Hannibal* ad obſidionem *Saguntinorum* ſeſe comparat, *Romani* contra *Demetrium Pharium Illyriorum* Principem, *Æmilio* Conſule imperatore bellum moveut; qui ſubinde victus ad *Philippum* ſe recepit. Tum *Lycurgus* Rex *Lacedæmonis* ſtatim poſt obitum *Cleomenis* creatus facto cum *Ætolis* fœdere *Achæos* infeſtat. *Rhodii*, adjuncto *Pruſia Bithyniæ* Rege, contra *Byzantios* certant; quod *Gallis* tributa coacti perſolvere, portoria quædam negotiatoribus imponerent. *Sinopenſes* adverſus *Mithridatem Ponti* Regem imminentem civitati ſuæ *Rhodiorum* ſe præſidio defendunt. Tot illa bellorum initia anno eodem primo Olympiadis 140. contigiſſe [p] *Polybius* obſervat; eorumque cauſſam eo rejicit, quod tunc orbis fere totius cogniti regna & imperia novi Principes adirent.

[f] Polyb. 4. p. 272. & 276.

[g] Polyb. ib. p. 274 & 294.

[h] Polyb. 14. p. 339.

[i] Diod. in Excerpt. Val. p. 293.

[k] Polyb. 4. p. 272. & p. 285. B.

[l] De hoc vide Diod. Excerpt. Val. p. 278.

[m] Polyb. 4. p. 281. & 283.

Bellum Sociale.

[n] Polyb. 4. p. 295. D & 398.

[o] Polyb. 4. p. 305. *Magiſtratus ubique Olympiad. 140. ineunte.*

Petavius Rationar. Temp.

A. 4431. Per. Jul. ad 4713.

[p] Lib. 2. fine & 4. p. 271.

Bellum ſociale *Philippus* ad annum tertium adminiſtravit, [q] *Arato* uſus plurimum, quem cum procerum ſuorum calumniis permotus a ſe nonnihil alienaſſet, mox ut, quantus vir eſſet, re ipſa cognovit, majore habuit in pretio. [r] Sed eumdem denique rurſus in invidiam adductum veneno interficiendum curavit circa annum Urbis 541. quartum Olympiadis 141. [s] paullo poſt naves ab *Romanis* incenſas *Philippi*, ac [t] circa *Syracuſarum* obſidionem a *Marcello* cœptam Urbis anno 542. Quare ſexageſimo ſecundo ineunte anno ætatis *Aratus* obiit; qui quintus fuit ab ſocialis fine belli. [u] Hoc enim anno Urbis 537. tertio deſinente Olympiadis 140. finitum eſt, pace cum *Ætolis* facta, cum audita clade *Romanorum* ad *Thraſumenum* lacum *Philippus* in *Italiam* navigare cuperet, ac cum *Pœnis* in partem venire victoriæ. [x] Claſſe igitur *Illyricum* verſus invectus, *Romanorum* metu ſubito repreſſus ab incœpto deſtitit. Poſt anno Urbis 539. cum [y] *Hannibale* fœdus iniit. Ex quo in apertum cum *Romanis* bellum erupit anno U. C. 540. quo *Illyrici* ora tentata, [z] a *M. Valerio Lævino* perterrefactus, ſubductis aut incenſis navibus, terra *Macedoniam* petiit. *Lævinus* cum *Ætolis* ſocietatem contra *Philippum* facit [a] Urbis anno 542. Cum his & *Attalo* Rege *Romani Macedonas* oppugnant, eorumque ſocios, quorum primarii erant *Achæi*. [b] Horum princeps *Philopœmen* ætate illa inſignis exſtitit: a quo *Lacedæmoniorum* Tyrannus *Machanidas* ad *Mantinæam* oppreſſus eſt, circa annum Urbis 548. [c] quem *Nabis* longe iſto crudelior excepit. Cum autem neglectæ ab *Romanis* in *Græcia* res forent, quod domeſtico cum *Pœnis* bello eſſent occupati, tandem *Epirotis* intervenientibus, pax inter ipſos & *Philippum* amborumque ſocios convenit anno Urbis 549.

[q] Polyb. l. 4. p. 338. & ſeq. Plut. Arati

[r] Polyb. 8. p. 519. Plut.

[s] Plut. in Arato

[t] Polyb. 8. p. 519. *Arati mors.*

[u] Polyb. l. 4. p. 207. & l. 4. p. 442.

[x] Polyb. ib. p. 446.

[y] Id. lib. 7 Liv. l. 23.

[z] Liv. l. 24.

[a] Liv. 26.

[b] Polyb. l. 11. p. 619. Liv. Dec. 4. l. 4. & 5.

[c] Polyb. l. 13. p. 674. & Diod. in Excerpt. Val. p. 285.

[d] Pacatis in *Europa* rebus, ad *Ægyptum* occupandam *Philippus* intendit animum. Commodum e vivis exceſſerat *Ptolemæus Philopator* ante *Chriſtum* 204. Urbis 550. relicto quadrimo filio *Ptolemæo Epiphane*. Itaque cum *Antiocho Philippus* de invadendo illius regno conſilium iniit. Sed *Alexandrini Agathocle* tutore ejuſque ſorore *Agathoclea* ſublatis, legatos mittere *Romam*, qui tutelam iis permitterent. *Antiochus* interim *Cœlen Syriam* & *Phœnicen* recuperat. Ac tum *Onias* Sacerdos cum *Judæis* plurimis in *Ægyptum* profugit; ubi, ſub *Philometore*, *Heliopoli* poſtea templum exſtruxit.

[d] Polyb. l. 15. Hier. in c. 11. Dan. Juſt. l. 30

CAPUT VII.

De præſtantibus ingenio viris, qui ab Olympiade 125. ad 145. ſive ab anno Urbis conditæ 474. ad 554. exſtiterunt.

CHryſippus Stoicus *Cleanthis* diſcipulus hoc tempore celebris fuit. Eum mortuum eſſe ſcribit *Diogenes* Olympiade 143. natum annos 73. Ita ſub initium Olympiadis 125. in lucem prodiit. *Strato Lampſacenus Peripateticæ* ſcholæ poſt *Theophraſtum* præfuit annis 18. *Diogene* teſte. Quare cum docere orſus ſit Olympiade 123. ſub finem obiit Olympiadis 127. ut idem [e]

Chryſippus.

Strato.

[e] Laert. in Lycone.

A. 4431. Per. Jul. ad 4713.
a Diog. Laert.
b Diog.

Diogenes indicat. *Lyco Stratonem* excepit, a & annis 40. ſcholam duxit, vixit autem annos 74. *Lacydes Cyrenæus* novæ auctor Academiæ docere cœpit b anno quarto Olympiadis 144. ac 26. annis ludum tenuit.

Eratoſthenes.

Eratoſthenes varia vir eruditione præditus, ac *Beta* cognominatus, quod in unoquoque genere ſcientiæ ſecundas teneret, natus eſt Olympiade 126. & annos natus 80. inedia vitam finit, ait *Suidas*.

c Suidas.
Callimachus.

c Inter Poetas celebratus eſt in *Græcia Callimachus Cyrenæus Ptolemæo Philadelpho* regnante.

Aratus.
d Arati vita.
Livius Poeta.
Nævius.
Plautus.
Ennius.

d Tum *Aratus*, qui ſub *Antigono Gonata* floruit. *Romæ* vero *Livius* Poeta anno U. C. 514. primum fabulam docuit. *Nævius* Olympiade 144. deceſſit, ut in *Euſebii Chronico* ponit *Hieronymus*.

Sequenti vero Olympiade *Plautus* obiit Urbis anno 554. auctore eodem.

Q. Ennius natus anno U. C. 515. ſæculum idem nobilitavit.

CAPUT VIII.

Romanorum res *geſtæ contra* Philippum Macedonum *Regem*, Antiochum Syriæ, & Perſeum Macedonum *itidem Reges*.

a Livius l. 31. Flor. 2. c. 7. Plut. in Flamin. Juſt. 30. Eutr. 4.

BEllo a ſecundo *Punico* confecto, *Macedonicum* ſucceſſit cum *Philippo* Rege, quod decem ferme annis ante cœptum (ait *Livius*) triennio prius depoſitum erat. Nimirum ante annos fere tredecim, Urbis 540. a *Lævino* Prætore vexari *Philippus* cœperat. Anno vero U. C. 549. in concordiam redierunt. Pace *Carthaginienſibus* data, bellum de integro cum *Macedone* ſumptum, quod anno Urbis 554. indictum eſt. Ad id *Romanos* perpulere cum veteres injuriæ *Philippi*, tum recens ſociorum infeſtatio, prætertim *Athenienſium*, qui ab Rege pervaſtati, ad *Romanos* confugerant.

Macedonicum I. bellum.

f Polyb. l. 16. p. 735. Plut. in Flaminio.

f Initium belli gerendi ab oppugnatione fecit *Abydenorum Philippus*; quos in eam deſperationem conjecit, ut *Saguntinorum* exemplo univerſi in mortem ruerent. Tandem quarto anno, poſtquam inſtauratum fuerat, Urbis 557. a T. *Quinctio Flaminio* finitum eſt, victo ad *Cynoſcephalas* in *Theſſalia Philippo*.

g Polyb. l. 17. p. 762.
h Polyb. Eccl. 9. Plut. in Flam.
Flori error.

g Cæſa refert *Polybius*, ex eoque *Plutarchus*, *Macedonum* octo millia, capta quinque. Pretium victoriæ libertas *Græciæ* fuit, quam per ſolemne h *Iſthmiorum* ludicrum præconis voce pronuntiatam tantus cum applauſu clamor excepit, ut ſupra ſtadium volantes corvi in terram deciderint. *Florus* id per *Nemea* factum aſſeverat ludis quinquennalibus: errore non levi. Nam nec quinquennalis agon *Nemeorum* fuit, & *Iſthmiis* hoc eveniſſe *Polybius* & *Plutarchus* aſſerunt. i *Nemeis* porro ſolis *Argivis* pronuntiata libertas eſt.

i Liv. l. 34.
k Liv. 33.

k *Titi* frater *Lucius* eodem tempore fractos *Acarnanas* in deditionem accepit.

l Liv. 35. Polyb. Ecl. 22. Plut. in Philop.

l Exinde *Nabidi Lacedæmoniorum* Tyranno bellum movit T. *Quinctius*; ſed *Argivis* liberatis pacem eidem dedit. Ita *Græcis* ex urbibus *Sparta* ſola in ſervitute relicta; quam anno U. C. 562. *Philopœmen*, *Nabide* ab *Ætolis* occiſo, ad *Achæorum* ſocietatem adjunxit.

Antiochicum bellum.
m Polyb. l. 16.
n Liv. l. 33. fine Corn. Nep. in Hann.

Paucis poſt *Macedonicum* annis bellum cum *Antiocho* Rege geſtum eſt. m Qui recuperata *Syria*, ac *Ptolemæi Epiphanis* duce *Scopa* devicto, *Romanis* jam formidoloſus eſſe cœperat. Contra quos illum præcipue incitavit *Hannibal* n qui eoſdem metuens hoſtes, ad eum confugerat anno Urbis conditæ 559. *Ætolorum* quoque legati qui a *Romana* ſocietate alienati jam erant, haud parvum momentum attulere. o His impulſus *Antiochus*, compoſita cum *Ptolemæo* pace, cui *Cleopatram* filiam in matrimonium dedit, ac dotis nomine *Cœlen Syriam* & *Judæam* conceſſit, *Romanis* intulit bellum, quod anno Urbis conditæ 562. ſuſceptum, triennium omnino tenuit. Siquidem anno Urbis 564. L. *Cornelius Scipio* Conſul cum *P. Cornelio Africano* fratre legato profectus in *Aſiam*, hujus potiſſimum conſilio ſuperavit *Antiochum*. Ad quinquaginta millia peditum cæſa uno prœlio p *Livius* refert, equitum quatuor millia. *Antiocho* data pax cum aliis conditionibus, tum illa, uti regionibus omnibus, quæ erant cis *Taurum* montem, cederet.

A. 4431. Per. Jul. ad 4713.
o Liv. 34. & ſeq. Flor. 2. c. 8. Appian Syr. Juſt. 31. Eutr. 4. Oroſ. 4. c. 20.
p Livius l. 37.

q Victo *Antiocho*, mox *Ætoli* perdomiti ſunt a *Fulvio* Conſule anno Urbis conditæ 565. eodemque *Gallogræci* a *Cn. Manlio* altero Conſule ſubacti.

q Livius l. 38. Flor. 2. c. 9.

Olympiade 194. tres eximii Imperatores obierunt, *P. Scipio*, *Hannibal*, & *Philopœmen*. *Publius* a *Petiliis* r *Tribunis* dicta die de capta ab *Antiocho* ob dandam pacem pecunia, *Liternum* in *Campaniam* ſeceſſit. *Lucius* frater ejus peculatus damnatus eſt. s At *Publius* anno illo *Juliano* mortuus eſt, qui Urbis 570. cœpit, quo Coſs. fuere *P. Claudius*, *L. Porcius*, ante *M. Catonis* Cenſuram, quam iiſdem Coſs. geſſit. *Hannibal* anno vel biennio poſt, t nam variant Scriptores, apud *Pruſiam Bithyniæ* Regem a *Romanorum* legatis quæſitus ad necem, veneno vitam finiit. u Anno Urbis 571. *Philopœmen Achæorum* dux a *Meſſeniis* captus & interfectus eſt, cum quidem *Lacedæmonios* ab *Achæorum* ſocietate deſciſcentes muris legibuſque nudatos ſuis jugum pati coegiſſet.

P. Scipionis, Hannibalis, & Philopœmeni mors.
r Livius ibid.
s Livius ſub fin. l. 39.
t Livius ib. Corn. Nep in Hannib.
u Livius ib. Plut.

x Hujus necem *Lycortas Achæorum* Prætor ultus eſt, ac *Meſſenios Lacedæmonioſ*que in concilium *Achæorum* reſtituit. Nam utrique, ſed hi præſertim, ægre obtemperabant, *Romanorum* freti potentia, qui *Achæorum* ſocietatem coaleſcere inviti patiebantur.

x Polyb. Excerpt. Legat. 52. & 53.

Interim *Philippus* a *Romanis* repreſſus magis ſuperiori certamine, quam victus, in apparatum novi belli totus incubuit. y Qui cum filios haberet duos, *Perſeum* natu majorem, ac *Demetrium*, & hunc *Romanis*, apud quos obſes aliquot annos vixerat, longe gratiſſimum, orta inter ambos ſimultate, *Demetrium* & *Romanorum* amicitia & fratris calumniis ſuſpectum morte affecit, Olympiade ineunte 150. Urbis conditæ anno 574.

y Livius l. 40. Polyb. Ecl. 50.

z Sequente igitur anno, qui 150. Olympiadis ſecundus putatur, mundi 3805. U. C. 575. *Macedonum* poſtremus Rex iniit *Perſeus*, a *Carano*, qui primus inibi regnavit, undequadrageſimus. Hic, paterni in *Romanos* hæres odii atque conſilii, bellum in eos geſſit. Quod quarto anno tam illius, quam totius *Macedonici* imperii clade ac ſervitute, finitum eſt anno primo Olympiadis 153. Urbis conditæ 586. a *Romanorum* imperator eo prœlio fuit Conſul *Æmilius Paullus*; quo *Macedonum* cæſa ſunt in acie ad viginti millia, capta undecim. *Romanorum* non plus centum cecidere. Inſignis ea victoria regnique *Macedonici* occaſus fuit lunari defectione, quæ pridie ejus diei, quo certatum eſt, accidit ea nocte, quæ inter 4. & 5. *Romani Septembris* interceſſit, quæ in *Juliano* Calendario inter *Junii* 21. & 22. media fuit. Ea non alterum in annum congruere poteſt, quam qui b ante *Chriſtianam* æram 168. fuit, mundi 3816. Hoc igitur ipſo *Macedonum* imperium a *Romanis* exſtinctum eſt, undecimo *Perſei* Regis anno. Nam totidem ei *Livius* aſſignat. Uno minus *Euſebius* quem & antea ſecuti ſumus. Nunc *Livium* anteponimus.

z Livius l. 45.
Perſeus ultimus Rex Macedonum.
a Livius l. 4. Vellejus 1. Plut. in Æmilio. Juſt. l. 33. Flor. 2. c. 12. Eutr. l. 4.
b Per. Jul. 4646

c Belli *Macedonici* ac victoriæ *Romanis* acceſſio fuit *Illyriorum* Rex *Gentius*; qui a *Perſeo* per fraudem inductus in periculi ſocietatem, L. *Anicio* Prætori.

c Ibidem.

Illyrici

A. 4431. Per. Jul. ad 4713.

Illyrici triumphi materiam dedit. Quem eodem anno deportavit, quo de *Perſeo* ac *Macedonibus Æmilius*; utroque Rege victoris ſui antecedente currum, anno Urbis 587. *Macedonia* & *Illyricum* in provinciæ ceſſere formam.

CAPUT IX.

De Judaicis *rebus & calamitatibus, quas ſub* Antiocho Epiphane *paſſi ſunt, ac de* Epiphanis *expeditionibus* in Ægyptum, *& de Templo* Hieroſolymitano *ab eo Rege polluto*.

[a] Strabo l.16. Juſt. l. 32. vide 10.l. de Doct. Temp. c. 45.

Heliodorus flagellatus.

[b] 2. Mac. c. 3.

[c] App. in Syr.

[d] 1. Mac 1. 11.

[e] Vide l. 3. c. 13. par. 2. Excerpt. Diod. Valeſ. p. 306.

[f] Lib 1. Mac. c. 4.

DUm *Europa*, & *Aſia Romanis* armis quatitur, *Judæam* quoque externi pariter ac domeſtici turbines infeſtam habuerunt. [a] *Antiochus Magnus* apud *Elymæos* in *Suſiana*, cum *Beli Jovis* templum deprædari vellet, a barbaris occiſus eſt, ut refert *Strabo*, anno ſecundo Olympiadis 148. (1) *Græcorum* 126. Succeſſit illi *Seleucus Philopator* ejus filius; quo regnante Pontificatum tenebat *Onias* ejus nominis tertius, vir ſanctus, [b] qui *Heliodorum* unum e *Seleuci* purpuratis ad ærarium templi diripiendum *Hieroſolymam* miſſum, & ab Angelis flagellatum, ac ſeminecem liberavit precibus ſuis.

[c] *Seleuco* annis regni duodecim perfuncto, & *Heliodori* inſidiis interfecto, ut ſcribit *Appianus*, ſuffectus eſt *Antiochus Epiphanes* [d] anno *Græcorum* 137. qui eſt annus primus Olympiadis 151. Urbis *Romæ* 578. ante *Chriſtum* 176. ut [e] ex annorum *Græcorum* certa ratione colligitur.

Ab illo Rege ſacra omnia profanaque *Hieroſolymis* ac per totam *Judæam* peſſundata proculcataque ſunt. Primus in ſacerdotium gentis illius graſſatus eſt furor. Erat Pontifex tum *Onias*, ut jam dixi, vir laudatiſſimus. [f] Hujus Pontificatum ab *Antiocho* ſub ipſum regni, ut apparet, initium, grandi pecunia mercatus eſt *Jaſon* illius frater, homo perditus ac nefarius, qui gentiles ritus *Hieroſolymam* invexit. *Onias Antiochiam* ſeceſſit.

Per idem tempus *Ptolemæus Philometor*, (2) *Ptolemæi Philopatoris* & *Cleopatræ Antiochi* ſororis filius, *Alexandriæ* regnabat. Cujus exordium incidit in annum ante *Chriſtum* 181. U. C. 573. quartum Olympiadis 150.

[g] Hier. in Dan. 11. Luc. 42.

Antiochi bellum cum Philometore.

[h] 2. Mac. 4. 21.

[g] Erat huic frater *Ptolemæus Evergetes*, ſoror *Cleopatra*, ætate omnes infirma. Ob id per tutores *Eulæum* ſpadonem nutricium, & *Lenæum*, res adminiſtrabantur. Qui *Cœlen Syriam*, quam *Antiochus* a patre recuperatam obtinebat, auſi repoſcere, illum in ſe concitarunt, *Ægypto* alias imminentem, cujus regni procurationem tutorio ſibi jure, propinquitatis nomine vendicabat. Nam & *Apollonium* ducem ejus rei gratia miſit in *Ægyptum*, & a regni primatibus ut [h] ait Scriptura, voto ſuo fruſtratus eſt. Tum vero *Hieroſolymam* adiens, ab *Jaſone* ſummo cum honore eſt exceptus: indeque claſſis exædificandæ cauſſa in *Phœnicen* abiit. Quod anno *Græcorum* 139. eveniſſe videtur, Urbis 580.

[i] Polyb. in Legat. 71.&72.

[k] Hieron. in Dan.

[l] Diod. in Excerpt. Valeſ. p. 310.

Dum igitur magno utrinque apparatu bellum Reges ambo moliuntur, [i] legatos miſere *Romam*, per quos ſeſe invicem accuſabant. [k] Nec ſegniter interim *Antiochus*, cunctantibus *Ægyptiis*, in *Ægyptum* tetendit. Ibi *Peluſium* inter & montem *Caſium* pugna committitur, [l] qua *Ægyptii* ſuperati; & occidione deleri poterant, niſi *Antiochus* ipſe inter ſuorum ordines adequitans, parcere cædi juſſiſſet, ac vivos tantum capere, qua humanitate pluſquam armis profecit; nam ſtatim *Peluſio* ac tota deinceps *Ægypto* potitus eſt.

Petavii Rationar. Temp.

[m] Liv. 44.

[n] Euſeb. Chron. priore p. 54.

[o] Liv. 44.

[p] Liv. 45.

[m] *Philometor*, clade hac accepta, contemptus a ſuis, & ab minore fratre *Evergete* pulſus *Alexandria*, ab *Antiocho* eſt exceptus, qui per honeſtam ſpeciem illius reducendi in regnum *Alexandrinis* intulit bellum; a quibus *Evergetes*, qui & *Phyſcon* dictus eſt, renuntiatus Rex erat. [n] Excerpta *Græca Georgii Monachi*, quæ *Euſebio Scaliger* inſcribit, *Ptolemæum Philometorem* ajunt ſolum regnaſſe annos undecim; dehinc ab *Antiocho* victum, regnoque pulſum. Verum [o] *Livius*, cui potius accredimus, non ab *Antiocho* ejectum, ſed a fratre minore, *Philometorem* refert; *Antiochum* vero, quod jam dixi, per ſpeciem reducendi majoris, bellum cum minore fratre feciſſe, & ad *Peluſium* navali prœlio victorem *Alexandriam* obſediſſe. Ideo *Ptolemæum* & *Cleopatram* legatos ad Senatum miſiſſe. Quo commoti Patres, extemplo C. *Popilium* cum duobus aliis *Alexandriam* ad conciliandos inter ſe Reges ire juſſerunt. [p] *Antiochus* ergo fruſtra tentatis mœnibus *Alexandriæ*, relicto *Memphi Philometore*, & *Ægypto* cetera ei tradita, validum *Peluſii* præſidium reliquit; indeque abiit in *Syriam*, & *Hieroſolymam* venit. Ibi templum diripuit, cædem fecit, ingentemque luctum *Judæis* attulit. Hoc anno *Græcorum* 143. incidiſſe

[q] Mach. l. 1. c. 1. 21.

[r] Faſti Capit.

[s] Lib. 42.

[q] Scriptura teſtatur his verbis: *Et Convertit* Antiochus, *poſt quam percuſſit* Ægyptum *in centeſimo & quadrageſimo tertio anno & adſcendit ad* Iſrael. Qui *Græcorum* annus incurrit in Urbis conditæ quingenteſimum octogeſimum quartum, Olympiadis centeſimæ quinquageſimæ ſecundæ tertium, & [r] Conſules habuit *A. Hoſtilium Mancinum*, & *A. Attilium Serranum*. Sequens vero annus Urbis 585. Coſſ. notatur *Q. Marcio Philippo* II. & *Cn. Servilio Cæpione*, qui *Græcorum* annus erat 144. ut manifeſtus ſit eorum error, qui pugnam illam *Antiochi* cum *Ægyptiis Caſium* inter & *Peluſium Philippo* II. & *Cæpioni* Coſſ. adſcribant, contra Scripturæ fidem. Porro initium belli hujus, quod ob *Cœle-Syriam* commotum eſt ab *Ægyptiis*, capit annus Urbis 582. C. *Popilio* & P. *Ælio* Coſſ. ut [s] *Livius* indicat, qui ſequenti anno, Coſſ. *P. Licinio Craſſo* & *C. Caſſio*; jam impulſum hoc fuiſſe bellum demonſtrat.

[t] 2 Mac. 4. 23.

Pontifices Judæorum impii.

[u] Ibid. verſ. 29.

Onias ſanctus occiditur.

[t] Paullo antequam *Ægyptum* peteret *Antiochus*, hoc eſt, poſt triennium ab incœpto pontificatu, adeoque anno *Græcorum* 142. *Jaſon* Pontifex *Menelaum* ad *Antiochum* miſit cum pecuniis. At is trecentorum amplius, quam *Jaſon* pendebat, talentorum pactione ſummum ab Rege ſacerdotium mercatus eſt. Sed cum fidem non exſolveret, a ſacerdotio remotus eſt, ſucceſſore ſeu vicario potius dato ei fratre *Lyſimacho*. Nam *Græca Menelaum* reliquiſſe ſacerdotii ſucceſſorem fratrem *Lyſimachum* ferunt; [u] *Latina* vero amotum a ſacerdotio *Menelaum*. Nec inviro ipſo id eſſe factum inſequens hiſtoria demonſtrat. Nam ſubinde *Antiochiam* veniens, *Oniam* ſanctiſſimum ac legitimum Pontificem, qui ſe apud *Daphnem* aſylo concluſerat, per fraudem extractum, *Andronici* opera necavit. Cujus morti *Antiochus* illacrymans *Andronicum* capitis damnavit. *Menelaus* deinde *Hieroſolymam* rediens *Lyſimachum* ad ſacrum ærarium expilandum impulit. Sed in ipſo ſcelere oppreſſus *Lyſimachus*; *Menelaus* apud Regem poſtulatus, gratia & corruptela ſuperior fuit, occiſis accuſatoribus.

De duobus iſtis fratribus haud vana quæſtio eſt, fuerint ne ex *Aaronis* ſtirpe, penes quam ſolam ſacerdotii jus eſſet, an ex aliena tribu, maxime *Beniaminica*,

(1) *Græcorum* 126.) *de anno Græcorum*, de quo hic primum mentio, Vid. *Part.* 2. *lib.* 3. *c.* 13.

(2) *Ptolemæi Philopatoris---filius*) Ptolemæi Epiphanis filius fuit Philopatoris nepos, ut obſerv. fuit in *præfat. huj. op. Edit. Lugd. Batav.*

A. 4431. Per. Jul. ad 4713. a 2. Mac 4. 23. b 2. Mac. 34. Joſeph. l. 11. c. 8. Vide 10. de Doct. Temp. c. 50. c Liv. 45. d Lib. 45.

quod *Menelaum Simonis* fratrem [a] Scriptura nominat; *Simonem* porro de tribu *Beniamin* eadem fuiſſe [b] teſtis eſt. *Joſephus* ambos *Jaſonis* & *Oniæ* fratres, & ſacerdotalis originis facit; quod & nos emplectimur. Fratris eutem vocabulum ad affinitatem aliquam poteſt referri.

[c] Interim *Philometor Antiochi* veritus inſidias, cum fratre & ſorore pacem confirmet. Qus illorum concordia offenſus *Antiochus* bellum adverſus ambos comparat anno *Græcorum* 144. *Ptolemæi* legatos *Romam* impetrandi auxilii gratia mittunt. Profecti *Roma* tres menſe *Martio*, ut ex [d] *Livio* colligas, (qui tum in *Decembrem* circiter noſtrum cadebat; quod Lunæ illa defectio demonſtrat, quæ ante *Macedonicum* prœlium accidit *Septembri* menſe, qui tum *Junium* occupabat, ut *cap.* 8. meminimus) nonniſi poſt *Romanorum* victoriam de *Perſeo* Rege *Alexandriam* pervenerunt: boc eſt, poſt æſtatem anni ante *Chriſtum* 168. Urbis 586. *Græcorum* 145. Ibi vero incumbentem in obſidionem urbis *Antiochum*, & navali ad *Cyprum* parta victoria tumidum ſola euctoritate repreſſerunt. [e] Nam *Popilius* unus legatorum, dextrem porrigenti tabellam Senatus conſultum continentem viciſſim tradidit: quo perlecto, cum ſe conſideraturum adhibitis amicis quid ſibi faciendum eſſet, *Antiochus* dixiſſet, eum legetus virga, quam tenebat, circumſcripſit, ac priuſquam circulo hoc excederet, reſponſum dare juſſit, quod Senatui referret. Qua libertate territus Rex, in Senatus ſe poteſtate reſpondit fore. Sic legati unius voce & auctoritate terreſtres & maritimæ *Antiochi* copiæ eb *Ægypto* depulſæ ſunt.

e Polyb. Ecl. 92. Liv. 45. Valer. Max. l. 6. c. 4. Juſt. l. 35. Vell. 1. *Popilius legatus Antiochum deterret.*

Hac ſpe alienæ ditionis occupandæ falſus *Antiochus*, ae furore amens, *Hieroſolymam* venit, audito prælertim *Jaſonem*, [f] falſo de morte ſua rumore ſparſo, contre *Menelaum* arma moviſſe, atque urbem cepiſſe. Ob id *Judæis* iratus, [g] promiſcua cæde atque incendio vaſtatis *Hieroſolymis*, templum polluit; ac idolis & abominandis ſacris omnia replevit poſt duos ennos ab adventu priore, die quintadecima *Caſleu*, qui in *Novembrem* incidit. Ad hæc cives pleroſque ad ejurandam patriam religionem diris ſuppliciis compulit. Reverſus *Antiochiam*, *Eleazarum*, [h] ae ſeptem fratres eum eorum matre, quod contra divinum interdictum ſuilla veſci renuerent, excarnificatos neci tradidit.

f 2. Mac. 5. g 1. Mac. 1. *Templi profanatio.* 1. Mac. 1. 20 & 57. Joſe lib. 12. cap. 1. h 2. Mac. c. 6. & 7.

CAPUT X.

De Judæorum *rebus a templi profanatione ad* Simonis *mortem*; *ubi de* Juda Machabæo, & Syriæ *Regibus*.

Antiocho in *Judaici* nominis & ſacrorum perniciem impie graſſante, [i] *Mathathias* de ſtirpe *Joarib* ſacerdos, occiſo regio ſatellite, qui ad profanos ritus populum adigebat, ex *Modin* oppido profugit; & collecta *Judæorum* manu, Regis minas contempſit. Moriens anno *Græcorum* 146. Urbis conditæ 587. filios quos habebat quinque fortiſſimos viros ad tuendam libertatem animavit. (1) Horum principes erant *Judas* (2) cognomento *Machabæus*, *Jonathas*, & *Simon*, qui ſigillatim populo præfuerunt.

i 1. Mac. 2. Vide l. 10. de Doct. 50. *Judas Machabæus.*

[k] Primus *Judas Machabæus* ſecundis aliquot prœliis factis cum *Antiochi* ducibus, eo in *Perſidem* profecto, templum repurgavit, ad divinum cultum reſtituit, qui annis tribus intermiſſus erat. Id accidit anno *Græcorum* 148. *Caſleu* 25. qui in *Novembrem* incurrit.

k 1. Mac. 3. & 4. A. 4431. Per. Jul. ad 4713.

[l] Interim *Antiochus*, dum in *Dianæ* templo, quod in *Elymaide* erat, expilando paterni ſacrilegii imitatur exemplum, concurſu oppidanorum ejectus in *Babylonem* abiit. Sed in itinere, audita *Judæorum* defectione, mœrore amens & iracundia, gravem in morbum incidit, horrendiſque viſcerum doloribus ac vermibus conſumpto corpore, fruſtra ſceleris veniem a Deo poſtulans, miſerandam mortem obiit [m] anno *Græcorum* 149. Urbis conditæ 590. cum regnaſſet annos ſolidos undecim.

l 1. Mac. 6. & l. 3. c. 9. *Mors Antiochi.* m Ibid. verſ. 16.

Succeſſit ei filius *Antiochus Eupator* curante *Lyſia*, qui ad opem ſuis ferendam, qui in arce obſidebantur e *Juda*, *Hieroſolymam* adduxit exercitum, & eam oppugnavit anno currente Sabbatico, [n] *Græcorum* 150. ante *Chriſtum* 163. Denique pace cum *Judæis* conſtituta intra urbem admiſſus, contra fidem muris everſis, *Antiochiam* profectus eſt: cum jam ad Pontificatum conſenſu populi *Judas* eſſet evectus. [o] Quippe triennio ipſum in eo magiſtratu fuiſſe *Joſephus* & *Euſebius* referunt. Hec ratione anno circiter *Græcorum* 149. quo *Antiochus* obiit, ex duce populi ſummus eſt factus Sacerdos.

Antiochus Eupator. n 1. Mac. 6. verſ. 20. & 53. Vide par. 2. l. 3. c. 13. o Joſeph. l. 12. c. 17.

[p] Biennio poſt, *Græcorum* 151. *Demetrius Soter Seleuci* qui frater fuit *Epiphanis Antiochi*, filius olim obſes a patre pro *Antiocho Romanis* datus, cum ab iis, *Epiphane* mortuo, dimitti ſe fruſtra poſtulaſset, clam ex urbe profugit in *Syriam*, & *Antiocho Eupatore* ac *Lyſia* juſſu ejus occiſis, regnare cœpit annos natus tres & viginti, ut ſcribit [q] *Polybius* & *Appianus*. Ad hunc [r] *Alcimus* e ſacerdotali ſtirpe veniens, homo perditus, ſacerdotium obtinuit. Sed *Judas* ei acerrime reſtitit; [ſ] qui & fuſo Regis exercitu, ejus ducem occidit *Nicanorem* anno *Græcorum* 151. exeunte, menſis *Adar* die 13. qui incidit in annum ante *Chriſtum* 161. [t] Sub hæc miſſis *Romam* legatis fœdus cum *Romanis* ac ſocietatem iniit. Demum anno *Græcorum* 152. cum *Demetrius Bacchidem* & *Alcimum* cum 20000. peditum & 2000. equitum contra *Judæos* miſiſset, [u] *Judas* e ſuis deſertus octingentiſque non amplius ſtipatus, prœlium auſus eſt committere: quod cum tota die ſuſtinuiſset, glorioſam mortem oppetiit, vir pietate ac fortitudine bellica nemini ſecundus. [x] Succeſſit ei *Jonathas* frater, qui octodecim annis circiter præfuit. *Alcimus* vero dum templi opera demolitur, inflicto divinitus morbo periit, anno *Græcorum* 153.

Demetrius Soter. p 1. Mac. c. 7. Polyb. Ecl. 114. q Polyb. Ecl. 107. Appian. Syr. r Lib. 1. Mach. 7. ſ 1. Mac. c. 7. verſ. 49. & 2. Mac. 14. t 1. Mac. 8. u 1. Mac. 9. *Judæ mors.* x Lib. 10. Doct. Temp. c. 50.

Demetrius porro, ut *Romanos* ſibi conciliaret, *Leptinem*, & *Iſocratem* Grammaticum, quorum ille *Cn. Octavium* legatum ad *Antiochum Eupatorem Roma* profectum occiderat anno *Græcorum* 150. iſte factum probaverat, vinctos miſit anno *Græcorum* 152. ut ex *Appiano* & [y] *Polybio* colligitur. *Ariarathen Cappadociæ* Regem mille talentum pactione ab *Holopherne* fratre illius adductus regno expulit; quo *Romam* profecto, [z] Senatus decrevit, ut ambo fratres ſimul regnarent. Porro tribus in ſe concitatis Regibus, *Ptolemæo Ægypti*, *Attalo Aſiæ*, & quem nominavi, *Ariarathe Cappadociæ*, ab iiſdem (3) ſubornato *Prompalo* quodam fortis extremæ juvene qui ſe *Antiocho* genitum ferret, regno

y Polyb. Ecl. 120. & ſeq. z Polyb. Ecl. 125. App. Syr.

(1) *Horum principes &c.*) Reliqui duo fratres, quorum nomina hic non referuntur, fuerunt *Johanan*, & *Eleazar*. Vid. 1. Mac. 2. v. 2. ubi hoc ordine recenſentur *Johanan*, *Simon*, *Judas Eleazar*, & *Jonathan*.

(2) *Cognomento Machabæus*) Hujus nominis Machabæi origo ex eo vulgo dicitur, quod in vexillo habuerit Judas quattuor has litteras Hebraicas מכבי, quæ initiales ſunt quattuor iſtarum vocum מי כמוך באלים יהוה, *quis ſicut tu inter fortes Domine*, quattuor enim illæ litteræ in unam vocem conjunctæ efferri poſſunt *Macbbai*, unde addita terminatione Latina fit Machabæus, idque nomen non tantum Judæ, ſed illius etiam Succeſſoribus datum fuit. Alio nomine porro iidem vocantur Aſmonæi a voce Hebraica vel Chaldaica חשמנים quæ *Principes* ſignificat.

(3) *Subornato Prompalo quodam, fortis extremæ &c.*) Recte obſer-

A. 4431. Per. Jul. ad 4713. regno detruditur. *a* Nam ille *Alexandrum* ſa nominans cognomento *Balam*, anno *Græcorum* 160. contra *Demetrium* arma commovit: eique poſt bienninm regnum ac vitam aripuit, conciliato ſibi *Jonatha Judæorum* Pontiſice. Mox *Cleopatram Ptolemæi Philometoris* filiam duxit, natam exitio *Syriæ* ac *Seleucidarum* fœminam. Ita præter ſpem ac meritum ad ſummam evectus potentiam, dum vitam in regio luxu & inertia perditam degit, *b* *Demetrius Nicator*, *Demetrii Soteris* filius e *Creta* veniens illum aggreditur anno *Græcorum* 165. *Ptolemæus* quoque *Philometor* in *Syriam* navigans, & a genero magnifice exceptus, inſigni perfidia regnum illi abſtulit cum *Cleopatra* filia, quam *Demetrio* collocavit. Inde cum *Alexandro* acie congreſſus eum fugere compulit in *Arabiam*; (1) *ubi* *c* capite truncato, veteris & ipſe in *Demetrium Soterem* injuriæ pœnas luit, anno *Græcorum* 167. Urbis *Romæ* 608. Triduo poſt obiit *Philometor* ex vulnere, relicto ſucceſſore fratre *Evergeta Phyſcone*, quocum ſimultatem babuerat. *d* Etenim cnm ambo *Alexandriæ* vixiſſent annis ſex, a 12. *Philometoris* ad 17. poſtea diviſo regno, *Philometoris* anno 18. *Græcorum* 150. *Evergetæ Libya* & *Cyrenaica* obtigit. Qua ille minime contentus, *Romæ* apud Senatum querelas ſuas expoſuit: qui *Cyprum* illi decrevit dari ut anctor eſt *Polybius*, & *Euſebius* in Chron. Mortuo *Philometore* accitus *Cyrenis* *e* *Evergetes Alexandriæ* regnavit, vultu deformis, & ſagina ventris belluæ ſimilior, quam homini: qui ipſo die nuptiarum, quas cum ſorore ac fratris olim conjuga *Cleopatra* junxerat, parvulnm utriuſque filium in ipſo complexu matris peremit. Nec minori crudelitate deinceps regnum tenuit: adeo ut exacerbatis civibus in *Cyprum* fugere ſit coactus cum nxoris ejuſdemque ſororis ex *Philometore* filia, quam, repudiata matra, prius ſtupratam conjugio ſibi ſociarat. Ibi audito ſtatuas ſuas ab *Alexandrinis* eſſe disjectas, filium, quem ex *Cleopatra* ſuſceperat, membratim diſſectum ad eam miſit in ciſta.

a 1. Mac. c. 10. Juſtin. 15. Joſeph. *Jonathas Pontifex.*
b 1. Mac. 10. 67. & c. 11. *Demetrius Nicator. Ptolomæi Regei.*
c Ib. verſ. 19. Epit Liv. 52.
d Excerpta Euſ. 63. p. 54. Polyb. Ecl. 113. 117.
e Juſt. 38.

f *Demetrius* interim ab *Antiochenſibus* ſeditione vexatus præſidio *Judæorum* militum eos compeſcuit. Sed cum omnibus inviſus eſſet, *Diodotus*, cognomento *Tryphon* qui *Alexandri Balæ* ſatelles fuerat, *Antiochum* ejus filium, qni apud *Emalchuelem*, ſive *Malchum*, Regem *Arabum*, educabatur, Regem conſtituit, ac *Jonatham* ſibi demereri ſtuduit anno *Græcorum* 168. quo & ſocietatem cum *Romanis* & *Spartanis Jonathas* inſtauravit. Inſequente anno *g* *Tryphon* tyrannidem affectans, ne qua per *Jonatham* mora ſuis conſiliis eſſet, exceptum illum inſidiis occidit. Cujus loco *Simon* ajus frater populi dux & Pontiſex factus eſt; qui cum *Demetrio* inito fœdere, immunitatem ab eo nactus eſt, *h* anno *Græcorum* 170. Urbis 611. quo ex tempore *Simonis* Pontificatus anni putari cœpti ſunt. Idem & *Gazam* expugnavit, & *Hieroſolymitanam* arcem; quam & muniit, & deinceps habitavit.

f 1. Mac. 1. Joſeph. l. 13. c. 9.
Tryphon. *g* 1. Mac. c. 12. *Simon. Pont.*
h 1. Mac 13. 41. Vid. l. 10. de Doct. Temp. c. 53.

Demetrius, ut adverſus *Tryphonem* auxilia compararet, in *Mediam* profectus eſt, ut ait Scriptura. *i* *Juſtinus* vero ad *Parthos* oppugnandos illo veniſſe teſtatur; a quibus captus & benigne eſt habitus; adeo ut *Rhodogunen* filiam Rex *Phraates* illi in matrimoninm daret.

i Juſt. l. 36. & 38. App. Syr. *Demetrius captus a Parthis.*

Capto *Demetrio Tryphon Antiochum* pupillum interfecit, ac diadema ſumpſit, quod ad tertium circitar annum tenuit, auctore *Joſepho*, licet *Appianus* uno regnaſſe dicat. *k* Unde conjectura eſt, quod in 1. *Mach. cap.* 14. *Demetrii* expeditio poſt *Antiochi Alexandri* filii necem exponitur, in eo non temporis ſed narrationis ordinem obſervaſſe Scriptorem.

A. 4431. Per. Jul. ad 4713. *k* Ioſeph. l. 12. c. 13.

Dum hæc aguntur, *l* *Antiochus Sidetes Demetrii Soteris* filius, *Nicatoris* frater in *Syriam* venit, atque a *Cleopatra* uxore fratris accitus eam dnxit ac *Tryphonem* occidit anno *Græcorum* 174. *m* *Simoni* poſtea per *Cendebeum* ducem bellum intulit, qui a *Joanne Simonis* filio ſuperatus eſt.

l Juſt. 36. Joſeph. ib.
m 1 Mac. 16.

Proſperas *Judæorum* res *Ptolemæi* (*Simonis* gener is fuit) perfidia conturbavit; qui convivio exceptum ſocerum cum duobus filiis interfecit. *Joannes* vero cognomento *Hyrcanus* evaſit, ejuſdem *Simonis* filius; qui annis deinde 31. *Judæis* præfuit. *n* Ea clades incidit in finem anni *Græcorum* 177. menſe undecimo *Sebebat*: qui annus Sabbaticus fuit, incboatus anno mundi 3848. Urbis 618. ab autumno, *o* uti *Seleucidæ* putare conſueverant. *Judæi* vero ab menſe *Niſan*, a quo *Sebebat* undecimus numeratur. Et hactenus ſacra Hiſtoria progreditur.

Simon Pont. occiſus.
n 1. Mac. 16. 14. Joſeph. l. 13. c. 15. Euſeb. 8. de Præp.
o Vide 2. Par. l. 3. c. 13.

Antiochus Sidetes anno quarto regni ſni (ait *p* *Joſephus*) *Hyrcano* primo, *Hieroſolymam* arctiſſima obſidione vallavit, anno ſcilicet *Græcorum* 178. ante *Chriſtum* 135. ac per feſtum Scenopegiæ ſeptem diarum conceſſis induciis, *Hyrcanum* adeo permovit, nt æquis conditionibus ab eo pacem impetraverit.

p Joſeph. l. 13. c. 16.

CAPUT XI.

Romanorum *res geſtæ*, *bellaque varia*, Achaicum, Punicnm 3. Macedonicum 3. Numantinum, *Servile*.

(2) MAcedonibus poſt *Antiochum Magnum* altero bello domitis, eorumque regno in formam provinciæ redacto, ſervire deinceps *Romanis* neminem puduit. Horum igitur obſequio certatim ſeſe populi ac Reges addixerunt, ab iiſque pacis inter ſe ac belli arbitria ſumpſerunt. *q* Ex regibus duo præ ceteris illorum gratiam allicere conati ſunt, *Eumenes Aſiæ*, & *Pruſias Bithyniæ*, qui *r* *Venator* cognominatus eſt; quorum ille occulti in *Perſeum* favoris ſuſpectus, purgandi ſui gratia *Attalum* fratrem *Romam* miſit, Senatui, qnod nutante fratre manſiſſet in fide, gratiſſimum. Qui ne regnum ſibi privatim peteret, a *Statio* Medico deterritus eſt, quem eo conſilio comitem illi dederat *Eumenes*. Id anno Urbis factum eſſe *Livius* oſtendit 587.

q Polyb. Ecl 93. Liv. l. 45. Epit.
r App. Mith.

s *Pruſias*, qui cum *Perſeo* affinitata junctus neutras partes foveret, cum *Nicomede* filio *Romam* profectus, ſervilem in modum Patribus adulatus eſt, adeo ut ſoſpitatores Deos ſalutando illos appellaret, ſeque eorum libertum nominaret. Idem *Nicomedem* filium diſcedens *Romæ* alendum reliquit anno Urbis eodem.

s Polyb. Ecl. 97. Livius 35. App. in Mich.

Eumene vero *Pergami* Rege mortuo circa annum Urbis 596. [regnavit enim annos ſolidos 40.] cum (3) filium imbecilla adhuc ætate reliquiſſet *Eumenem*, pro eo tutor regnum procuravit *Attalus* illius frater annos

obſervatum eſt in *præf. huj. op. edit. Lugd. Batav.* nomen hoc *Prompalo* ex prava lectione loci *Juſtini lib.* 35. *c.* 1. huc illatum fuiſſe. Legebant in eo veteres quædam Editiones *ſubornant Propolam quemdam*, aliæ *ſubornant pro Palam quemdam*, ſed vitium ſenſerant & emendarunt eruditi *Gronov.* Obſerv. 4. 1. & *Rupertus* obſerv. ad Hiſt. univ. c. 16. citati *Grævio* not. in hunc *Juſtini* locum, qui ideo in editione ſua legit *ſubornant Balam quemdam*. *Idem* ex Strabone, Joſepho & Euſebio probat id revere fuiſſe juvenis illius nomen, qui exinde *Alexander Bala* dictus eſt.

[1] *Ubi capite truncato*) Alexander a Zabdiale Arabe capite truncatus eſt. 1. *Mac.* 11. *v.* 17.

(2) *Macedonibus poſt Antiochum &c.*) Apparet ex *Liv. lib.* 45. ante Antiochum devictos fuiſſe Macedonas captumque Perſeum, neque hinc Macedoniam in provinciæ formam redegiſſe Romanos; ſed potius liberam eſſe & propriis Magiſtratibus uti juſſiſſe. Optime obſervatum fuit in *Præf. huj. op. Edit. Lugd. Batav.* feſelliſſe Auctorem noſtrum Epitomen Livianam, quæ diverſa habet ab iis quæ in textu occurrunt.

(3) *Filium -- reliquiſſet Eumenem*) Recte obſervatum eſt in *præf. huj. op. Edit. Lugd. Batav.* filium Eumenis non *Eumenem* ſed *Attalum* vocatum fuiſſe, quemadmodum illius patruus & tutor: atque Attalus *Eumenis* filius ultimus fuit regum Pergami. *Vid. inf.* c. 14. §. 2.

A. 4431. Per. Jul. ad 4713.

annos 21. [a] quocum anno ſequente *Pruſias* bellum geſſit: quod anno Urbis conditæ 601. *Romanorum* juſſu pacatum eſt.

a Polyb. Ecl. 128. 135. & 136. App. Mith. Epit. Liv. 50. *b* Livius 44. Polyb. Ecl. 80. & 99.

Liberorum populorum *Rhodii* iram, maxime *Romanorum*, veriti, & vero commeriti fuerant: [b] nam & *Perſeo* ſtuduerant, & ſuperbe pacem illis non tam ſuadere, quam imperare auſi, minas etiam adjecerant, eos ſe pro hoſtibus habituros, per quos, ne pax fieret, ſtetiſſet. Itaque, victo *Perſeo*, parum abfuit quin contra eos bellum decerneretur. Quod cum infimis precibus avertiſſent, *Lycia* & *Caria* iis adempta.

Achaicum bellum.

At non ſimplici rerum ſuarum damno, ſed civitatum exitio populi duo *Romanorum* expiarunt odia, *Achæi*, & *Carthaginienſes*. Priores, multis in unum Reipublicæ corpus partim allectis, partim vi coactis urbibus, *Græciæ* totius erant potentiſſimi. Iidem invitos *Lacedæmonios*, mœnibus ac priſtinis ademptis legibus, in eamdem ſocietatem compulerant, ut jam ſupra meminimus. Quorum querela permotus Senatus, cum haud ſemel *Achæorum* conatibus interceſſiſſet, ac ne nimiæ forent eorum opes, diſtrahere ſtuderet, ſingulaſque urbes juris propriis facere, [c] tandem Urbis conditæ anno 606. mundi 3836. legatos miſit in *Græciam*; qui non ſolum *Lacedæmonem*, ſed etiam *Corinthum*, *Argos*, *Heracleam*, & *Orchomenios Arcadas* ab ſuo corpore juberent divellere. Hæc illis edicentibus, *Critolao* potiſſimum inſtigante, tanta repente orta ſeditio aſt, ut peregrinos omnes, maxime *Lacedæmonios*, trucidarent; ac ne legatis quidem ipſis pepercissent, niſi fuga eorum antevertiſſent impetum. Quibus de cauſſis bellum iis denuntiatum anno Urbis 607. ac primum a Prætore *Metello* duobus prœliis ad *Thermopylas* & in *Phocide* ſuperati; quorum altero dux erat *Critolaus*, altero *Diæus*; demum eodem anno, qui ſunt Urbis 608. a *L. Mummio* Conſule omnis *Achaja* in deditionem accepta, *Corinthus* ipſa caput gentis incenſa eſt. Tum de legatorum decem ſententia, ſublato *Græciæ* concilio, ac tributi forma deſcripta, conſtitutum eſt, ut quotannis Prætor juris dicundi cauſſa mitteretur. [d] Quo ex tempore *Græcia* omnis *Achajæ* nomen accepit, ut teſtis eſt *Pauſanias*.

c Polyb. Ecl. 142. Pauſan. Ach. Juſt. 34. Oroſ. l. 5. c. 3. Flor. l. 2. c. 16. Vellej. 1. Epit. Livii 52.

Corinthus everſa.

d Vide Plin. l. 8. Ep. ult. & Notas noſtras ad Ep. 35. Jul.

Flagrante *Corintho*, ex auro, argento, atque ære liquefactis inviceemque confuſis, genus illud æris pretioſiſſimi caſus invenit, quod *Corinthium* dixere, mire apud Antiquos laudatum. [e] Clades urbis nobiliſſimæ, *Plinio* id diſerte teſtificante, contigit anno tertio Olympiadis 158. Urbis 608. ante *Chriſtum* 146.

Æs Corinthium. *e* Plin. l. 33. c. 2.

f Flor. l. 2. c. 15. Epit. Livii 52. App. Libyc. Eutr. 4. Oroſ. 4. c. 23.

[f] Idem etiam annus tertio in *Africa Punico* bello cum occaſu *Carthaginis* exitum dedit. Huic bello ex *Maſaniſſa* Rege quæſitus color, quem *Pæni* fines ſuos invadentem armis propulſaverant; cauſſaque ad *Romanos* delata, eorum judicio agro inſuper ac pecunia mulctati fuerant. Sed *Carthaginem* funditus delere quacumque ſpecie *Romani* decreverant; inſtante prælertim *Marco Catone Cenſorio*, qui hoc in Senatu ſententiis ſuis omnibus ſolebat adjicere. Igitur anno Urbis 605. a duobus Coſſ. *Manilio* & *Cenſorino* oppugnari cœpti ſunt *Carthaginienſes*, cum fruſtra idem, quod *Uticenſes* fecerant, *Romanis* ſeſe dediſſent. Juſſi extemplo, urbe ſua diruta, decem ab mari paſſuum millibus ſedes ponere, in rabiem deſperationemque verſi, ſupra vires reſtiterunt; donec anno quarto, eodem, ut dixi, quo *Corinthus* exciſa eſt, a *P. Cornelio Scipione* Proconſule, qui *Paullo Æmilio* genitus a *Scipionis Africani* filio adoptatus erat, capta & incenſa *Carthago* eſt penituſque ſubverſa. Sub initium belli *Maſaniſſa* Rex *Numidarum* per annos ſexaginta fere (verba ſunt [g] *Eutropii*) amicus populi *Romani*, anno vitæ ſuæ 97. mortuus eſt, 44. filiis relictis. Cujus rogatu *Scipio* miſſus a *Manilio* Conſule extremum morientis ſpiritum excepit, ac regnum in ejus filios diviſit.

Bellum Punicum 3. & Carthago exciſa.

g Eutr. 4.

A. 4431. Per. Jul. ad 4713.

h Vellei. init. 2. Flor. l. 2. c. 17. Appian. Iber. Oroſ. l. 5. c. 4. Epit. Livii 52.

[h] Per idem tempus in *Hiſpania Luſitani* fœda clade *Romanos* afficiunt, *Viriatho* duce; qui ex venatore latro, ex latrone ſubito dux atque imperâtor, *Romanorum* exercitus non ſemel cecidit. Memorabilis inter ceteras clades illa fuit, qua anno U. C. 608. *Vetilium* Prætorem, fuſis ejus copiis, captum trucidavit, ut ſcribit *Appianus*. *Oroſius* de anno teſtatur; ſed evaſiſſe fugientem *Vetilium* refert. Nec ſolus ille a *Viriatho* victus eſt; ſed alii præterea, de quibus [i] Annales meminerunt. Contra quem primum C. *Lælius* [k] Prætor anno 609. egregia pugnavit. Poſt *Q. Fabius Maximus Æmilianus* Proconſul, reſtituta militari diſciplina, eumdem devicit. Tum *Q. Fabius Maximus Servilianus* Conſul, alterius frater, fuſum fugatumque in *Luſitaniam* compulit anno 612. Sequente vero cum a *Viriatho* circumventus opprimi poſſet, pacem præoptanti æqui conditionibus dedit. Sed, ea neglecta, *Q. Servilius Cæpio* anno 614. repente *Viriathum* adortus, corruptis ejus legatis dolo illum interemit, majore populi *Romani* dedecore, quam operæ pretio.

Bellum Viriathicum. *i* Vide Sigon. Faſ. *k* Cic. in Læl.

Numantinum bellum. *l* Appian. Iber. Epit. 55. & ſeq. Flor. 2. c. 18. *m* Epit. 55. Front. l. 3. App. Eutr. 4. Plin. de Vir. ill.

Nam atrocius multo coortum eſt in *Celtiberia* bellum. [l] Quippe *Segidenſes* ſocios ſuos, e *Romanorum* manibus elapſos, *Numantini* cum recepiſſent, a *Metello* Procoſ. juſſi ſupplices dedere, arma ipſi deponere, utrumque detrectarunt. Exinde, numero licet opibuſque tanto impares, annos aliquot *Romanis* fortiter repugnarunt. [m] Cæſus ab iis anno Urbis 616. *M. Popilii* Procoſ. exercitus: nec non ſequente, triginta *Romanorum* millia duce *Mancino* Conſule fuſa ſunt a *Numantinorum* millibus quattuor. Quam ignominiam turpior conſecuta pax eſt. Eam vero Senatus ratam habere noluit. Itaque anno Urbis conditæ 618. *Mancinus Numantinis* deditus eſt ea lege, quam ſuaſit ipſe. Sed eum *Numantini* non acceperunt. [n] Tandem duce *Scipione*, qui *Carthaginem* exciderat, victi ac fugati ſunt *Numantini*, & intra urbem ſuam obſeſſi extrema deſperatione mori coacti ſunt. Ita nullo ſuperſtite, [nam ſibi omnes necem conſcivere] ſolo æquata *Numantia* eſt nono anno poſtquam ab *Romanis* defecerat; qui idem decimus quartus [o] ab *Eutropio* numeratur ab everſa *Carthagine*, Urbis vero conditæ 621. Sic eſt [p] *Florus* interpretandus, qui *Numantiam* ait ſine muro, ſine turribus, modice edito in tumulo apud flumen *Durium* ſitam, quattuor millibus *Celtiberorum* 40. millium exercitum per annos 14. ſolam ſuſtinuiſſe: quod de ſola *Numantia* intelligi non poteſt, ſed ita ut *Viriathi* cum *Romanis* bellum una comprehendatur.

n Epit. 59. App. &c.

Numantia everſa. *o* Eutr. 4. *p* Flor. l. 2. c. 18.

Nondum *Achæi Carthaginienſeſque Romanis* Imperatoribus ceſſerant, cum [q] *Macedonia* tertio ab illis domita eſt, quam *Andriſcus* quidam infimæ ſortis homo pro *Philippo Perſei* filio ſe gerens occupaverat anno Urbis 605. Qui anno 606. a *Q. Cæcilio Metello* Prætore devictus eſt, occiſis ex ejus copiis viginti quinque millibus. Inde *Metello Macedonici* cognomen inditum.

q Flor. l. 2. c. 14. Eutr. 4. Epit. 49.

Macedonicum bellum.

Servile bellum.

Dum in *Hiſpania Celtiberico* & *Numantino* bello *Romani* diſtinentur, ſervis in *Sicilia* tumultus exortus eſt anno, [r] ut putat *Oroſius*, Urbis 619. nempe *Ser. Fulvio Flacco* & *Calpurnio Piſone* Coſſ. [s] *Syrus* quidam nomine *Eunus*, fanatico furore ſimulato, dum *Syriæ* Deæ ceremonias jactat, ad libertatem & arma ſervos, quaſi numinum imperio concitavit, ut ait *Florus*. Hic magnis collectis copiis, ad uſque ſeptuaginta millia, ac *Romanis* Prætoribus victis quattuor, anno denique quarto, Urbis 622. a *P. Rupilio* Conſule profligatus eſt.

r Oroſ. l. 6. c. 6. *s* Flor. l. 2. c. 19. Epit. 59. Val. Max. l. 2.

CAPUT

CAPUT XII.

A. 4431. Per. Jul. ad 4713.

Qui ingenii laude celebres habiti ab Olympiade 145. ad 162. ſive ab anno Urbis 554. ad 622.

Cæcilius.

CÆcilius Comicus *Iuſuber Gallus*, & *Ennii* contubernalis, clarus habitus eſt Olympiade 150. Urbis 574. ut *Hieronymus* ſcribit in *Chronico*.

Ennius annos ſeptuaginta natus obiit *Coſſ. Cæpione* & *Philippo* iterum, Urbis 585. auctore *Cicerone* libro *de Senectute*.

Terentius

Decem poſt annis, hoc eſt, Urbis 595. fato functum eſſe *Terentium* Comicum, ejus Vita teſtatur.

Celebrati ſunt & *Pacuvius* & *Accius*; quorum ille ab *Hieronymo* floruiſſe dicitur circa annum Urbis 600. hic 614.

Diogenes Critolaus Carneades.

a Pauſan. Achaj. p. 216. Cicero 2. Acad. Gell. l. 7. c. 14. & l. 17. c. ult.

Ex Philoſophis tres in primis ætatem illam exornarunt, *Diogenes Stoicus*, *Carneades Academicus*, & *Critolaus Peripateticus*. Qui legati *Romam Athenis* miſſi ſunt, uti multam remitti civitati peterent quingentorum talentum, quam fecerat, propter *a Oropi* vaſtationem, *Sycioniis* damnaotibus, quibus illius cauſſæ judicium a Senatu permiſſum fuerat. Legationis iſtius tempus mira Auctorum diſſenſione traditur. *Gellius lib.* 17. ſub bellum *Punicum* alterum illos adveniſſe refert; ac poſteriorem eorum adventu facit *Ennium*, quod ego falſum arbitror; ſiquidem obiit *Ennius* anno, ut dictum eſt, Urbis Romæ 585. At *Cicero Academ.* 2. legationem iſtam aſſignat *P. Scipioni* & *M. Marcello* Coſſ. qui eſt annus 599. Verum *Pauſanias* in *Achaicis* ſub annum Urbis *b* 603. illos adveniſſe ſignificat. Nam *Menalcida* præfecturam *Achæorum* gereote, paullo poſt illam legationem, *Oropum* ab *Athenienſibus* direptam eſſe ſcribit; ac non longe poſtea *Metellum* contra *Andriſcum* exercitum duxiſſe.

b Eodem anno Caſaub. id eveniſſe putat in Synopſi ad Polyb.

Hipparchus.

c Ptol. 2. Vide l. 4. de Doct. Temp. c. 16.

Eodem intervallo Aſtronomiæ princeps exſtitit *Hipparchus*, cujus obſervatio prima æquinoctii autumnalis congruit anno mundi 3822. Urbis 592. ut *c* auctor eſt *Ptolemæus*. Verni autem æquinoctii ultima cadit in annum Mundi 3856. Urbis 626. Quocirca lunares eclipſes, quas ex *Hipparcho Ptolemæus* refert in fine quarti, quarum prima incurrit in annum mundi 3783. Urbis 553. non videntur *Hipparchi* ipſius oculis notatæ, ſed ab aliis acceptæ. Nam intervallum ab hac eclipſi ad ultimum æquinoctium ab *Hipparcho* deprehenſum, annorum eſt 74.

d Hippar. l. 1. ad Arati Phæn.

Vixit & *Attalus* eadem ætate non ignobilis Grammaticus, nec Aſtronomiæ rudis, *d* qui *Aratum* commentariis illuſtravit.

CAPUT XIII.

Seleucidarum, *&* Ægyptiorum *Regum bella*, *nec non* Judæorum, *ab anno mundi* 3854. *qui fuit Urbis* 624. *ad mundi* 3865. *Urbis* 665.

e Appian. Syr. Juſt.

f Lib. 2. Mach. c. 1.

ANtiochus *Sidetes* anno regni ſui nono & ultimo (totidem enim regnavit, ut teſtis eſt *Euſebius* in *Chron.*) contra *Parthos* exercitum duxit, per ſpeciem recuperandi fratris *Demetrii*, ut indicat *e Appianus*. *Juſtinus* vero longe cauſſam aliam refert. Profectus eſt una cum *Judæorum auxiliis Johannes Hyrcanus*. *Phraates Parthorum* Rex *Demetrium* in *Syriam* ad occupandum regnum cum *Parthico* præſidio mittit; & *Antiochum* interim ex improviſo aggreditur, qui deſertus a ſuis occiditur, ait *Juſtinus*. *Appianus* ſua manu interemptum aſſerit. Plerique vero *Antiochum* illum eſſe ſentiunt, cujus mentio fit in *f* epiſtola *Judæorum Hieroſolymitanorum* ad *Ægyptios*, ubi occiſus dicitur *Antiochus* in templo *Nanea*, cum ejus pecunias diripere vellet. Fieri poteſt, ut amiſſa victoria cum reliquiis exercitus ſui in illam prædam involare cupiens, & incluſus, ſibi necem intulerit. Contigit hoc, ut ex illius initio ac regni ſpatio colligitur, anno *Græcorum* 183. mundi 3854. circa hyemem, ut *Juſtinus* oſtendit.

A. 4431. Per. Jul. ad 4713.

Hyrcanus Pontifex.

g Joseph. l. 13. c. 17.

g Hyrcanus paullo ante dimiſſus, ut apparet, ab *Antiocho*, ejus audita nece, oppida quædam expugnat, inque his *Garizim Samaritanorum*, ubi templum eorum conditum ante annos ducentos *Alexandri* tempore ſubvertit.

Demetrius ſecundo regno *Syriæ* potitus, quattuor id annis tenuit: donec inviſus omnibus, & ab *Alexandro Zebina* victus, quem *Ptolemæus* Regem *Syris* poſtulantibus miſerat, ab uxore *Cleopatra* interfectus eſt, indigne ferente, quod *Rhodogunem* duxiſſet, ut auctor eſt *h Appianus*. *Juſtinus*, cum *Tyrum* peteret navi egredientem præfecti juſſu interfectum aſſerit. Quod aono mundi 3859. accidit.

h App. Syr. Juſt. 39. Vide l. 10. de Doctrina Temp. c. 45.

i Appian. Syr. Juſt. 39.

Demetrio ex *Cleopatra* filii nati ſunt duo, *Seleucus* & *Antiochus Grypus*. *Antiocho Sidetæ* ex eadem *Antiochus Cyzicenus*. *Seleucus*, quod injuſſu matris diadema ſumpſiſſet, ab ea ſagitta confoſſus eſt, ait *i Appianus*, *Grypus Ptolemæi* filiam, *Gryphinam*, *Tryphænam* alii vocant, duxit; *Alexandrum* occidit; matrem venenum ſibi propinantem bibere ipſam coegit anno regni quarto. Siquidem duodecim regnavit annis, ut in *Chronico* ſcribit *Euſebius*. *Juſtinus* vero poſt matris necem octo ipſum annis pacifice imperaſſe narrat; & videlicet alios 17. adjecit, quibus cum fratre perpetuis certavit odiis, ut *k Joſephus* indicat, qui 29. annis illum regnaſſe ſcribit.

k Joſeph. l. 13. c. 21.

l Juſt. 39.

m Vide l. 10. de Doctrina Temp. c. 46.

Ptolemæus Rex Cyrenarum

n Juſt. 39. Epit. 70. Jul. Obſ.

Ptolemæus porro *Grypi* ſocer *Evergetes* fuit, cujus ſcelera vitamque perditam antea perſtrinximus; atque is *l* recoociliata ſibi, quod valde mirum ſit, ſorore *Cleopatra*, quo tempore contra *Alexandrum Zebinam Antiocho Grypo* favebat, moriens ſub annum mundi 3857. Urbis conditæ 637. *m* ut *Ægyptiorum* Regum ſeries oſtendit, regnum *Cleopatræ* conjugi reliquit, ſororis & olim conjugis *Cleopatræ* filiæ, & ei ex liberis quem illa legiſſet. Erant ii duo, *Ptolemæus Lathurus*, & *Ptolemæus Alexander*, ac præter hos tertius expellice natus *Ptolemæus Appio*, cui præter *Cyrenarum* regnum teſtamento conceſſit, auctore *n Juſtino*. Qui ſub annum U. C. 657. vita excedens Populum *Romanum* fecit hæredem.

Pronior in minorem filium *Alexandrum* erat *Cleopatra*; ſed a populo majorem eligere coacta *Lathurum*, priuſquam ei regnum daret, cariſſimam ei conjugem ac ſororem *Cleopatram* ademit, pro qua minorem *Seleucen* ducere juſſit. *Cleopatra Antiocho Cyziceno* nupſit, quæ *Antiochia* a *Grypo* capta, juſſu ſororis ſuæ *Gryphinæ Grypi* uxoris occiditur in templo. Nec multo poſt *Cyzicenus Gryphina* viciſſim interfecta conjugi parentavit. *Cleopatræ* nex anno *Grypi* tertio decimo videtur eveniſſe, Urbis 642. poſt octo nimirum illos pacificos, quos ex *Juſtino* ſupra memoravi; *Gryphinæ* vero, inſequenti anno.

o Juſt. 39. Euſeb. Chron. Pauſ. Attic. p. 7.

o In *Ægypto Ptolemæum Lathurum*, cum annos regnaſſet 17. *Cleopatra* mater expulit, proque eo *Alexandrum* Regem conſtituit anno Urbis 654. Olympiade ineunte 170. ut ex *Chronico Euſebii* & *Ægyptiorum* Regum ſerie colligitur. Pulſus iſte *Cyprum* obtinuit, & cum *Alexandro Judæorum* Rege bellavit. Sed eum *Cleopatra* implacabili odio perſecuta, *Judæa* fugavit, ac tandem ab *Alexandro* filio necata eſt, anno Urbis 664. Ideo ab *Alexandrinis* hic ejectus, poſtquam annos regnavit decem, & ipſe Urbis anno 665. a *Chærea* oavarcho trucidatur. Tum vero revocatus *Lathurus* octo deinceps exegit annos. Hic eſt ille *Ptolemæus* octavus a *Lagi* filio, quem *Pauſanias Philometorem* appellat, per ludibrium ita dictum aſſerens, quod mater ipſum pluſquam novercalibus odiis exagitarit, quæ res Annalium Scriptoribus quibuſdam impoſuit, qui *Pauſaniæ* narrationem iſtam ad ſextum *Ptolemæum Philometorem* falſo tranſtulerunt.

Digitized by Google

A. 4431. Per. Jul. ad 4713. *a* Joſeph. l. 13. c. 17. *Hyrcanus*

a *Judæorum* interea res ſub *Hyrcano* primum Pontifice floruerunt, cum *Seleucidarum* potentia parricidialibus odiis ac mutuis cædibus conſumpta paullatim exoleſceret. *Hyrcanus* itaque longe lateque ditionis ſuæ fines protulit. *Idumæos* in primis bello ſubactos *Judaicos* ritus cum Circumciſione coegit accipere, teſte, *b* *Joſepho*; neque tamen diademate aut regio nomine eſt uſus; *c* quod primus ejus filius *Ariſtobulus* inſtituit; qui annis uno & triginta Pontificatu functo patri ſucceſſit, homo exſecrandus & impius. Nam & matrem & *Antigonum* minimum fratrem ſuſtulit: reliquos tres in vinculis habuit, anno Urbis 651. Ejus uxor *Salome*, ſive *Saalina Alexandrum* unum ex tribus viri fratribus regni ac conjugii ſui compotem fecit. Qui fratrum alterum rebus incumbentem novis occidit; alterum privata vita otioque contentum retinuit. Inviſus idem *Judæis* & eorum odiis ac factionibus exagitatus; quos viciſſim crudeliter eſt ultus. Nam non minus illorum quinquaginta millia ſex annis interfecit. *d* Crebra ſuper hæc bella cum *Ptolemæo Lathuro*, & *Demetrio Eucæro*, aliiſque geſſit, ac per ſummam fortunæ viciſſitudinem amplificatum nihilominus imperium ad annos ſeptem ac viginti perduxit, ut ſcribit *Joſephus*.

b Joſeph. 13. c. 19. *c* Joſeph. ib. *Primus Judæorum Rex poſt Machabæorum tempora.*

d Joſep. l. 1. de Exc. c. 3. & 4.

CAPUT XIV.

Romanæ *res ab anno Urbis conditæ* 621. *ad* 662. *in primis* Gracchorum *ſeditiones:* Marii *cum* Cimbris *&* Teutonibus *bella. Nec non* Jugurthinum.

UT *Romanas* res, quæ in illud tempus incidunt, attingam, *Attalus Eumenis* filius, *Attalo* patruo, qui poſt *Eumenis* obitum regnum pro tutore curaverat, vita functo, quinque regnavit annis; ac moriens ſub annum U. C. 621. *e* ut ex *Strabone* colligitur, Populum *Romanum* inſtituit hæredem. Quod ægre ferens *Ariſtonicus Eumenis* ex pellice filius invadit *Aſiam*, & *Craſſi* Prætoris exercitum delet. Poſt a Conſule *Perperna* profligatus eſt anno 624. cujus belli reliquias *M. Aquilius* Conſul ſequente anno confecit. Qui annus *Scipionis Africani* ac *Numantini* morte functus exſtitit; qui non ſine veneni ab uxore dati ſuſpicione in lecto mortuus eſt repertus, ut ſcribit *Vellejus*. Aſia *facta* Romanorum ait *f* *Juſtinus*, *cum opibus ſuis vitia quoque* Romam *tranſmiſit*.

e Strabo l. 13. Vell. l. 2. Flor. l. 2. c. 10. Eutr. 4. Oroſ. 5. c. 10.

f Juſt. fine l. 36.

Quo *Attalus* anno populum *Romanum* fecit hæredem, *Romæ* atrox eſt orta ſeditio. *g* Nam *Tib. Gracchus* Trib. Pl. lege lata agraria, ne quis amplius quingenta poſſideret agri jugera, cum intercedenti collegæ *Octavio* magiſtratum abrogaſſet, ac præterea *Attali* Regis pecuniam in populum dividi vellet, nec non Tribunatum in ſequentem ambiret annum, commotis ea re Patribus, *P. Corn. Naſica* auctore in Capitolio, quo ſe receperat, interfectus eſt.

Gracchorum ſeditio.

g Livii Ep. 58. Velle. 2. Flor. l. 3. c. 13. App. 1. Civil. Plut. in Grac.

Poſt *Tiberii* mortem *h* *Cajus* ejus frater eamdem ſectam proſequens ab *Opimio* Conſule anno U. C. 633. eſt oppreſſus, cum eoque *Fulvius Flaccus* Conſularis. Mox *Opimius* ſæviſſimam quæſtionem exercuit, in qua tria millia hominum occiſa ſunt, ut refert *i* *Auguſtinus*.

h Idem Flor. 3. c. 15.

i Aug. 3. Civ. c. 24.

In *Gallis* cum *Tranſalpinis* populis primum dimicavere *Romani* anno U. C. 629. *k* Initium a *Salyis* & *Allobrogibus* eſt factum, quos *Fulvius Flaccus*, idem, qui poſt annos, ut dixi quattuor cum *C. Graccho* interemptus eſt, bello perdomuit. Anno vero 633. *Allobrogicum* bellum confecit *Fabius* Coſ. qui *Bituitum Arvernorum* Regem acie vicit, cæſis ad *Iſaram* ex ejus exercitu 120. millibus. Rex ipſe *Romam* veniens ad ſatisfaciendum Senatui, *Albæ* in cuſtodiam datus eſt. Tum & *Narbonenſis Gallia* provincia facta; ac *Narbonem* deducta colonia eſt anno, ut docet *l* *Vellejus* U. C. 636.

k Epit. 6. Flor. 3. c. 2. Eutr. 4. *Allobrogicum bellum.*

A. 4431. Per. Jul. ad 4713. *Narbo colonia.*

l Vellei. 1.

Continuum fere deinceps cum *Gallis* certamen habuere *Romani*, a quibus multas maximaſque clades acceperunt. (1) *Cimbri Teutoneſque* præ cæteris terrori fuerunt. qui interelula *Gallia*, & *Hiſpania*, cum *Italiam* petiſſent, nec ab Senatu agrum impetraſſent, *M. Silanum* Conſulem fuderunt, anno, ut ex *m* *Aſconio* liquet, Urbis 645. Sequente itidem anno Conſul alter *Scaurus* a *Cimbris* vincitur, auctore *n* *Tacito*: a *Tigurinis Helvetiis* *o* *L. Caſſius* Coſ. anno 647. in *Allobrogum* finibus. Quod ex *Cæſare* conſtat. Sed memorabilior ceteris *Q. Cæpionis* calamitas fuit, ejus qui Conſul, *Toloſa* direpta in *Tectoſages*, 110. millia auri pondo quinquies decies centena millia abſtulit, ut ſcribit *Juſtinus*. Quod anno U.C. 648. factum eſt. *p* Inſequente vero, Proconſul cum *C. Manlio* Coſ. internecione *Romani* exercitus ſacrilegium luit. Cæſa conſtat eo certamine fuiſſe *Romanorum* & ſociorum millia 80. calonum lixarumque ſexaginta. *Cæpioni Romæ* imperium abrogatum eſt.

m Aſcon. in Corn.

n Tac. de Mor. Germ.

o Cæſ. 1. Comm.

Epit. Liv. 75. Flor. 3. c. 3. Juſt. 32.

p Epit. 63. Oroſ. l. 5. c. 19.

q Demum a *Mario* IV. Conſule *Teutoni* & *Ambrones* pæne omnes, trucidati, interfectis millibus ducentis, captis ſeptuaginta millibus, Urbis anno 652. Idem Conſul anno 653. cum *Catulo* Procoſ. *Cimbros* per *Noricum* irrumpentes cecidit, interemptis millibus.

q Plut. Mar. Epit. 68. Oroſ. 5. c. 16. Flor. loco cit. Eutr. 5. *Marii victoria de Cimbris.*

r Tot victoriis partam *Jugurthino* bello gloriam cumulavit *Marius*. Etenim anno Urbis 643. ut ex *Salluſtio* colligitur, bellum cum *Jugurtha* Rege *Numidiæ* ſumptum eſt; quod *Hiempſalem* & *Adherbalem*, *Micipſæ* filios, *Maſaniſſæ* nepotes, ac patrueles ſuos regno ac vita ſpoliarat. Sed cum auro potius quam armis *Romanos* aliquot expugnaſſet annis, a *Metello* primum Coſ. antiquæ ſeveritatis imperatore tractus, poſtremo a *Mario* Conſule anno U. C. 647. ac ſequenti anno Proconſule, debellatus, proditione *Bocchi Mauritaniæ* Regis ad quem confugerat, in victoris poteſtatem venit; cujus cohoneſtato triumpho, in carcere necatus eſt.

r Salluſt. de bello Jugurth. Plut. in Mar. & Sylla. Epit. 62. Eutr. 4. Oroſ. 5. c. 15. *Jugurthinum bellum.*

Proſperum foris *Romani* curſum imperii crebræ deinceps ac fœdiſſimæ domi tempeſtates interpellarunt: quarum ab Tribunis nata ſunt initia. *ſ* *Saturninus* agraria lege lata, ut quem agrum *C. Marius* pulſis e *Gallia Cimbris* peperiſſet, populo divideretur, *Metellum Numidicum* reſiſtentem ſibi multavit exſilio, ac tandem a *C. Mario* ſextum Conſule, anno ab *Romæ* conditu 654. peremptus eſt. *Metellus* ſequenti anno ab exſilio revocatus.

ſ Epit. 69. App. 1. Civ. Plut. in Mario. Oroſ. 5. c. 17.

t Poſt hunc *Livius Druſus* Trib. Plebis, ſed Patribus favens, cum Senatui priſtinum recuperare ſplendorem, ad eoſque judicia transferre vellet, quæ *C. Gracchus* cum Equitibus communicarat, leges eaſdem agrarias tulit, ac ſpem ſociis fecit civitatis obtinendæ. Quod cum præſtare non poſſet, in omnium incurrit odium, & clam gladio confoſſus eſt anno Urbit 663.

t Epit. Liv. 71. Flor. 3. c. 17. App. 1. Civ. Oroſ. l. 5. c. 18.

CAPUT XV.

Seleucidarum in Syria *poſtremæ res, & eorum occaſus: cum* Ptolemæorum *in* Ægypto.

SEleucidarum in Oriente regnum luxu Regum & diſcordia paullatim concidit. *Antiochus Grypus* inſidiis *Heracleonis* occiditur anno ætatis 45. regni

29. ait

(1) *Cimbri Teutoneſque præ ceteris &c.*) Cave ne credas, ut ex ſerie phraſeos auctoris noſtri innui videtur, e *Gallis* fuiſſe hos populos *Cimbros & Teutones*, qui contra ex aliis Europæ regionibus, maxime ſeptemtrionalibus, ſcilicet, in Gallias & Italiam irrumpebant.

A. 4431. Per. Jul. ad 4713.
a Joſeph. 13. c. 12.

29. ait a *Joſephus*, qui regno ejus imputat illud omne tempus, quo aliis regnantibus ſuperſtes fuit, quod interim aliqua in *Syriæ* parte dominaretur. Nam duodecim ſolos annos regno illius *Euſebii Chronicon* aſſignat. Ille igitur circa annum Urbis 658. moritur, relictis liberis b quattuor, *Seleuco*, *Antiocho*, *Philippo*, *Demetrio Eucæro*, ut eſt auctor *Joſephus*. Succeſſit patri *Seleucus*, qui *Antiochum Cyzicenum* patruum occidit anno 659. ipſe c anno ſequente ab *Antiocho Pio Cyziceni* filio pulſus, apud *Mopſueſtiam* civili ſeditione vivus exuſtus eſt.

b Lib. 10. de Doct. Temp.
c Joſeph. & App. Syr.

Antiochus Pius Seleucu, quæ prius patri *Cyziceno* & patruo *Grypo* nupſerat, uxorem duxit, ex eaque *Antiochum* ſuſcepit, cognomento *Aſiaticum*. Idem *Antiochum Grypi* filium exercitu ac vita privavit. At *Ptolemæus Lathurus Demetrium Eucærum* provexit ad regnum. Sic eodem tempore plures in *Syria* Reges extiterunt, donec *Syri* tot civilium bellorum ac parricidiorum tædio *Tigranem Armeniæ* Regem illa tempeſtate præpotentem advocarunt; qui annos, ut ſcribit d *Juſtinus*, 18. ut autem *Appianus* 14. *Syriam* tranquille tenuit. e Eo victo *Lucullus* anno U.C. 686. *Antiochum Aſiaticum* Regem *Syriæ* ſalutavit. Quare detractis annis 18. ab 686. colligitur annus Urbis 669. quo *Tigranes* regnare cepit in *Syria*. Adeoque *Antiochus Euſebes* novem circiter imperavit annis.

Tigranes
d Juſt. 40.
e Appian.

Pompejus anno Urbis 688. *Tigrane* in deditionem accepto, *Antiocho Aſiatico Syriam* ademit. Regnatum igitur eſt in *Syria* ab initio *Seleuci* primi ad *Tigranis* exordium annis 228. ad ultimum *Aſiatici*, annis 247.

In *Egypto Ptolemæus Lathurus* obiit anno U. C. 673. quo *L. Sulla* f *Alexandrum Alexandri Lathuri* fratris filium Regem fecit *Ægypti*. Sed eo poſt dies 19. ab *Alexandrinis* occiſo, ejuſdem nominis alter, illiuſque germanus regnum obtinuit, quod g alio in opere demonſtramus. Atque hic ſub annum 689. a ſuis pulſus *Tyrum* ſeceſſit, ubi & moriens Pop. *Romanum* hæredem eſſe juſſit. Itaque annis 16. vel 17. regnavit.

f Cic. de leg. Agr. 1. & 2. Trogus Pomp. 39. App. l. 1. Civil.
g Lib. 10. de Doct. Temp. c. 46.

Poſt h hunc *Ptolemæus*, *Auletus* dictus ab tibiarum ſtudio, ſecutus eſt, *Ptolemæorum* alienus ſtemmate; qui & generis ſui, & teſtamenti *Alexandri* ſibi conſcius Populi *Romani* ſocietatem & amicitiam infinita pecunia mercatus eſt: ob quam tributis immanibus *Ægyptios* onerans, eorum conſenſu pellitur anno regni ſui octavo, Urbis 697. Itaque cœpit anno circiter 690. Eo abſente *Alexandrini* ſceptrum ejus filiæ natu majori deferunt, eamque nubere cogunt *Cibioſactæ* cuidam e *Syria* homini fœdo & obſcuro, quem Regina paucis poſt diebus interfecit. Inde *Archelao Comanorum* in *Ponto* ſacerdoti nupſit. *Auletes* biennio poſtea U. C. 699. a *Gabinio* juſſu *Pompeii* reſtitutus, filiam cum ejus conjuge ſuſtulit, quæ omnia i *Strabo* memoriæ prodidit. Videtur hic anno U. C. 703. fato eſſe functus, quod indicat k *Cælius* ad *Ciceronem* ſcribens. Itaque annos 13. regnavit.

Ptolemæus Auletes.
h Strabo. 17. Clem. Alex. 1. Strom. Euſeb. Chron. Epiph. de menſ. Chron. Alex.
i Lib. 17.
k Lib. 8. Epiſt. fam. Ep. 5.

l Hujus filius *Ptolemæus* cognomento Διόνυσος id eſt *Bacchus*, cum ſorore primum *Cleopatra*, mox ea anno, ut videtur, Urbis 706. pulſa, ſolus regnum tenuit. m Quo enim tempore *Cæſar* in *Ægyptum* venit, *Ptolemæus*, ejecta ſorore, ut eam regni arceret aditu, cum copiis aderat; quem ex *Dione* conſtat annum fuiſſe 706. n Sequente porro contra *Cæſarem* pugnans cecidit, ac ſorori *Cleopatræ* reliquit imperium.

l Vide 10. de Doct. Temp. c. 45.
m App. 2. Civ. Dio. 42.
n Hirt. de bello Alex.

(1) *ad condictum diem per totam Aſiam interficit.*) Quot cives Romani tunc interfecti fuerint, quamve bellum illud Romanis grave viſum fuerit, diſci poteſt ex *Orat. Ciceronis pro Lege Manilia*.

CAPUT XVI.

A. 4431. Per. Jul. ad 4713.

De bello Sociali, Mithridatico, Syllæ & Marii, Sertoriano, Servili, *conjuratione* Catilinaria.

ROmani o eodem pæne tempore duo difficillima ac formidoloſiſſima bella geſſerunt: quorum alterum in *Italia*, alterum extra *Italiam* contigit. Illud *Sociale*, vel *Marſicum* appellatum eſt, quod a *Marſis* primum concitatum fuerit. Etenim *Latini* omnes, ac plerique *Italiæ* populi, indigne ferentes ſe laborum ac periculorum participes, ab communione imperii & honoris excludi, fruſtra per *Druſum* ſperata civitate, quod jure non poterant, armis conſequi ſtuduerunt, ac primum per *Latinas* ferias Coſſ. ambos *Philippum* & *Cæſarem* anno U.C. 663. interficere conati ſunt: re detecta palam defecerunt. *Q. Servilium* Proconſ. *Fontejum* legatum, ac *Romanos* omnes *Aſculi* peremerunt. Poſt hæc vario eventu cum illis dimicatum eſt. Præcipuum adverſus eos victoriæ decus *Cn. Pompejus Strabo Magni* pater meruit; primum legatus *P. Rutilii* Coſ. anno Urbis 664. quo, eruptione facta ex oppido *Firma*, obſidentes *Latinos* repulit, & *Aſculum* fugavit; deinde Conſul anno 665. quo *Aſculum* cepit, *Veſtinos*, & *Pelignos* ad deditionem redegit, deque iis triumphavit. *Lucius* quoque *Sylla Lucii Cæſaris* Coſ. legatus anno 664. multis maximiſque prœliis egregia cum laude confectis, Conſulatum adeptus eſt anno 666. eoque belli Socialis reliquias eſt perſecutus. Scribit p *Appianus*, iſto bello primum libertinos ad ſacramentum vocatos fuiſſe.

o App. 1. Civ. Ep. 71. Flor. 3. c. 18. Plut. in Syl. Eutr. 5. Oroſ. 5. c. 18.
p App. 1. Civ. Macrob. 1. Sat. c. 11.

q Bellum alterum contra *Mithridatem* in *Aſia* ſuſceptum eſt: qui a *Perſarum* Regibus originem traxit, & ſextus decimus a *Dario Hyſtaſpis* filio numeratur, (ſic enim apud r *Appianum* legi neceſſe eſt) ἑκκαιδέκατος ὢν ἐκ Δαρείου τοῦ Ὑστάσπου, non ut vulgo ὄγδοος, octavus ab illo *Mithridate*, qui paullo poſt obitum *Alexandri* a *Macedonibus* defecit; etſi ſ ſextum *Appianus* antea putaverat. Ortum inde bellum eſt, quod *Mithridates Ariarathe Cappadociæ* Rege ſororis ſuæ marito per inſidias occiſo, tum ejus cognomine filio, regnum illius occuparat, ac poſtea iniqua poſſeſſione pulſus, t *Ariobarzanem* Regem a Senatu *Cappadocibus* datum expulerat: quem quidem *L. Sylla* Proprætor reſtituit anno U. C. 660.

q Vell. 2. Appian. Mithr. Ep. 76 & ſeq. Flor. 3. c. 5. Eutr. 5. Oroſ. 5. cap. 19. *Mithridaticum bellum.*
r App. in Mithr. p. 149. Græcol.
ſ p. 176.
t Epit. 74. Vide Sigon.

u Poſt hæc iterum *Ariobarzanes Cappadocia*, *Nicomedes Bithynia* opera *Mithridatis* expulſi, ex Senatuſconſulto regna ſua recuperarunt. Quod ægre ferens *Mithridates*, & a *Nicomede* ac *Romanis* inſuper armis laceſſitus, *Cappadociam* & *Bithyniam* invadit; *Romanos* exercitus profligat; *Italos* omnes (1) ad condictum diem per totam *Aſiam* interficit; *Macedoniam*, *Thraciam*, *Græciam* & *Athenas* in ditionem ſuam redigit. Contra hunc *Sylla* Conſul profectus anno U. C. 668. *Athenas* capit. *Mithridatis* ducibus victis, ipſum ad pacis conditiones adigit, uti *Aſia*, *Bithynia*, & *Cappadocia* cederet.

u Ep. 74. App. Mithr. Plut. in Syl. & Pomp. Flor. 3. c. 5. Eut. 5. Oroſ. 6. c. 2.

o Inſtabat enim civile bellum, quod etiam proficiſcenti *Syllæ* Conſuli moras injecerat. Quippe ante hoc tempus, anno U. C. 666. *Marius*, licet ſenio confectus, *Mithridatici* belli gerendi cupiditate flagrans, per (2) C. *Sulpicium* Trib. Pleb. eam *Syllæ* provinciam eripuerat, & in ſe tranſtulerat. Qua re *Sylla* commotus Urbem occupat, occiſoque *Sulpicio*, *Marium* fugat. Eo vero abſente, *Cinna* Conſul anno 667. Rempublicam perturbans, ab *Octavio* collega pulſus Urbe, adjunctis ſibi *Mario*, *Carbone*

o Vell. 2. App. 1. Civ. Plut. in Syl. & Mar. Flor. 3. c. 21. Eutr. 5. *Sulpicii Trib. Pl. factiones. Mariana proſcriptio.*

(2) *C. Sulpicium*) Lege *Publium* Sulpicium, hoc enim fuit tribuni illius nomen, ut ex *Appiano* & *Livii* Epitome obſervatum fuit in *præfat. huj. op. Edit. Lugd. Batav.*

A. 4431. Per. Jul. ad 4713.

& *Sertorio*, quadriſariam partitis copiis patriam oppugnat. Ea capta, multi cives interfecti. *Marius* anno ſequente morbo eſt exſtinctus.

Sylla.

Pace cum *Mithridate* facta, *Sylla* in *Italiam* reverſus anno 671. civile bellum, *Carbone*, *Norbano*, juniore *Mario*, aliiſque profligatis biennio confecit: ac Dictator anno 672. renuntiatus eſt plurimoſque viciſſim *Marianorum* partium proſcriptione ſuſtulit.

Sertorius. a Vell. 2. Plut. in Sert. Ep. 96. Oroſ. 5. c. 23. b Plut. Syl. App. 1. Civil. Vell. 2. Flor. 3. c. 22. Oroſ. 5. *Lepidi civile bellum.*

a *Q. Sertorius* anno 671. deſperatis partibus, in ulteriorem *Hiſpaniam* receſſit; ubi bellum annos aliquot pari virtute, atque induſtria ſuſtinuit.

b *Sylla* Dictatura cum ſe abdicaſſet anno 675. ſequenti obiit pediculari morbo, annos natus 60. Poſt cujus mortem *Lepidus* Conſul de actis illius reſcindendis pernicioſa conſilia molitus, a collega *Catulo* fugatur, anno U. C. 676. Eo vero, qui ſecutus eſt, anno ad Urbem cum exercitu veniens, ab eodem *Catulo*, & *Cn. Pompejo* victus, in *Sardiniam* fugit, ubi ex morbo interiit. Idem *Pompejus* in *Hiſpaniam* adverſus *Sertorium* miſſus, ut *Metello* ſuccurreret, nihil admodum promovit. Verum perfidia ſuorum oppreſſo illo provinciam facile recepit anno U. C. 681.

Mithridaticum bellum confectum. c Vell. 2. Epit. 72. Plut. Luc. App. 1. Civil. Dio 35. Eutr. 6. d Apud. Phot. Cod. 97.

Interim *Mithridaticum* bellum vivo adhuc *Sylla* recrudeſcit, quod a *L. Murena* anno U. C. 672. geſtum eſt, ut c *Epitome Liviana* docet. Poſt *Syllæ* mortem, cum Rex fœdus etiam cum *Sertorio* pepigiſſet; ac *Bithyniam*, quam *Nicomedes* moriens anno 679. Populo *Romano* reliquerat, armis occupaſſet, *L. Lucullus* anno 680. Conſul eo profectus, ſecundiſſimis prœliis terra marique factis, *Mithridatem* in *Pontum* primo, indeque mox in *Armeniam* ad *Tigranem* fugere compulit anno Urbis conditæ 683. Ita *Ponto* ſubacto, ambos Reges cum ducentis peditum millibus, equitum ſexaginta, congreſſos acie devicit anno 685. quod & d *Phlegon* teſtatur, quarto Olympiadis 177. id aſſignans. Sub hæc capta *Tigranocerta Armeniæ* caput, tum *Niſibis*, urbes maximæ. Sed a militibus ſuis poſtremo deſtitutus *Lucullus* tot laborum victoriarumque fructum *Cn. Pompejo* cedere coactus eſt anno 688. *Pompejus*, lege a *Cn. Manilio* Trib. Pl. lata anno, quem dixi, cum utroque rege bellum ſuſcepit. *Tigranem* ad deditionem adactum ſola contentum *Armenia* eſſe juſſit. *Iberos*, & *Albanos*, dum *Mithridatem* perſequitur, *Romano* adjecit imperio Urbis anno 689. *Mithridates* denique anno 691. undique pulſus, deſperatis domi rebus, fugam in *Gallias* meditans, *Pharnacis* filii & exercitus defectione perterrefactus ſibi ipſe vitam eripuit. Quæ ratio temporum ex e veteribus Hiſtoricis Faſtiſque conſtat.

Lex Manilia. e Dio. 36. Plut. in Pomp. App. Mithr. f Flor. 3. c. 5. App. init. Mithr. Eut. 6. Oroſ. 6.

Ita *Mithridaticum* bellum eo anno, quo Conſul fuit *Cicero*, Urbis 691. terminatum eſt; quod annos 40. duraſſe f *Florus* aſſerit, duos amplius *Appianus* initio *Mithridatici*, in fine vero 40. totidem *Eutropius*. *Oroſius* vero nonniſi 30. tribuit ab anno 662. ad 691. quo Conſul fuit *Cicero*. Verum anno, ut ſupra memoravi, 660. *Sylla* contra *Mithridatem* Proprætor *Ariobarzanem* reſtituit. inde ad Conſulatum *Ciceronis* anni ſunt pleni 32. *Appianus Mithridaticum* motum ab Olympiade 173. repetit, quæ cœpit anno U. C. 666. quo in apertum bellum res eſt deducta, & in *Græciam Sylla* navigavit. Hac ratione ſex & viginti anni, non 40. imputandi erunt. Vixit, ut idem ſcribit *Appianus*, annos 68. vel 69. regnavit 57. *Eutropius* 40. regnaſſe putat.

g Vell. 2. Epit. 96. Plut. in Craſ. Fl. 3. c. 20. Eutr. 6. Oroſ. 5. c. 24. *Spartaci bellum.*

g Flagrante *Mithridatico* bello, *Servile* conflatum eſt. Anno Urbis 681. *Spartacus Oenomaus* & *Crixus* gladiatores, effracto *Capuæ* ludo *Lentuli*, ac perditorum haud exigua collecta manu, *Romanos* non ſemel fuderunt exercitus, ac tandem a *Craſſo* Prætore & *Pompejo* profligati ſunt anno 683.

(1) *Haſamonæis*) Vid. ſup. cap. 10. not. 2.

A. 4431. Per. Jul. ad 4713. h Plut. in Pomp. Ep. 99. *Piraticum bellum.*

h Piratas quoque, qui a *Mithridate* ſollicitati maria omnia & oras infeſtabant, *Pompejus* anno 687. breviſſimo tempore perdomuit, extraordinarium nactus imperium lege *Gabinia*.

i Sall. in bel. Cat. Cic. Orat. Catil. Dio 36. Joseph. 14. c. 8. Plut. in Cic. Ep. 102 Flor. 4. c. 1. *Catilina.*

i Dum foris a *Pompejo Romanorum* amplificatur imperium, pæne ipſum caput imperii nefariorum civium conjuratione deletum eſt; qui *Catilina* duce, *Lentulo* Prætore, *Cethego*, aliiſque Senatoribus adjunctis, de *Ciceronis* Conſulis nece, deque inflammanda ac diripienda Urbe conſpirarant. Sed horum conatus vigilantia Conſulis eluſit. Ejectus mœnibus *Catilina* ad paratum exercitum profugit: de *Lentulo* ceteriſque conjuratorum principibus ſupplicium ſumptum, ipſo exeunte Conſulatu *Ciceronis*, anno 691. Sequente, a *Petrejo Antonii* Procoſ. legato victus *Catilina* in pugna cecidit.

CAPUT XVII.

Quæ in Judæa *contigerunt ſub* Hircano *&* Ariſtobulo, *utque libertate amiſſa in* Romanorum *poteſtatem redacti ſunt.*

Vide 10. de Doct. Temp. c. 54.

JUdæorum Reſpublica ambitione principum, ac civilibus diſcordiis, in extremam eſt adducta perniciem. Primus, uti dictum eſt, in ea gente regnum ex (1) *Haſamonæis* uſurparat *Ariſtobulus Johannis Hircani* Pontificis filius, *Simonis Machabæi* nepos. Qui uno cum regnaſſet anno, regni hæredem & ſacerdotii habuit k *Alexandrum Jannæum* fratrem anno Urbis conditæ 650. Olympiadis 169. primo. Qui ex *Salome*, ſive *Alexandra*, aut *Saalina*, *Ariſtobuli* antea conjuge, filios ſuſcepit duos, *Hircanum* pacis & otii, quam belli ac regni cupidiorem, & *Ariſtobulum* feroci hominem ingenio, & dominationis avido. Atque anno U. C. 676. mortuus regni annum 27. attigit, ut *Joſepho* auctore conſtat. l *Salome* poſt viri obitum annis novem regnum adminiſtravit, & *Hircano* Pontificatum permiſit, ac 73. vixit annos. *Ariſtobulus* anno ineunte nono ab *Alexandri* morte, a matre deficiens occupare per vim urbes aggreditur. Ea defuncta anno tertio (ait m *Joſephus*) Olympiadis 177. Coſſ. *Hortenſio*, & *Metello Cretico* (eſt hic annus Urbis *Varronianus* 685. quo deſiit tertius Olympiadis & quartus iniit) bellum *Hircano* Pontifici movit *Ariſtobulus*. Sed mox pace compoſita, *Hircano* ſacerdotium ceſſit; regnum *Ariſtobulo*. Paullo poſt *Hircanum* ab ea concordia divellit n *Antipater Idumæus*, homo pecunioſus, & novarum rerum appetens; cujus hortatu clam ad *Aretam* Regem *Arabum* confugit *Hircanus*, donec a *Pompejo* captis *Hieroſolymis* Olympiade 179. Coſs. *Cicerone* & *Antonio*, qui eſt Urbis annus 691. *Hircanus* Pontificatum recepit. Ex eo vero tempore *Hieroſolyma* tributum *Romanis* cœpit pendere; ac pleriſque urbibus, quæ *Judæi* hactenus contributæ fuerant, proprio Præſidi permiſſis, gens ipſa intra veteres terminos redacta. o Hæc *Joſephus*.

k Joseph. 13. Antiq. c. 24. Hegeſ. 1. *Hircanus & Ariſtobulus.* l Joseph. ibid. 13. c. 23. m Joseph. l. 14. c. 1. n Joseph. c. 2. Hegeſ. 1. c. 14. *Judæorum ſervitus.* o Joseph. l. 14. c. 8.

Quæ rerum mutatio velut cardo quidam *Judaicæ*, quæ deinceps naſcitur, hiſtoriæ, præ oculis eſt habenda. Igitur *Hircanus* ab anno U. C. 676. quo mortuus eſt pater ejus *Alexander*, uſque ad annum 688. Pontificatum geſſit, annis duodecim. Hoc enim anno ad *Arabum* Regem profugiſſe videtur; quandoquidem p *Joſephus* ait *Ariſtobulum* poſt *Hircanum* annis tribus, totidemque menſibus geſſiſſe Pontificatum, donec a *Pompejo Hieroſolyma* caperentur. Quæ anno U. C. 691. menſe tertio capta eodem q auctore produntur.

p Joseph. l. 20. c. 8. q Joseph. l. 14. c. 8.

Pompejus Ariſtobulum cum *Alexandro* filio, & *Antigono*, ac filiabus totidem, *Romam* abduxit. *Alexander* clam dilapſus contra *Hircanum* in *Judæa* tumul-

[A. 4431. Per. Jul. ad 4713.] multuari non deſtitit, donec eum expelleret, [a] quem *Gabinius* anno U. C. 698. reſtituit; qui & juridicos conventus quinque in *Judæa* conſtituit. [b] Idem *Gabinius Ariſtobulum* e vinculis elapſum, & in *Judæa* turbantem, *Romam* remiſit. Qui a *Julio Cæſare* anno U.C. 705. ſolutus carcere, veneno ſublatus eſt. *Alexander* vero *Pompeii* juſſu a *Scipione* ſecuri percuſſus. [a Joſeph. l. 14. c. 10. b Joſeph. ibid. c. 11.] Demum [c] *Antigonus Aſinio* ac *Domitio* Coſs. qui eſt annus Urbis conditæ 714. *Parthorum* auxilio patruum *Hircanum* auribus mutilatum abducendum iiſdem barbaris dedit. [c Joſeph. ibid. c. 19.] Hanc *Parthorum* irruptionem *Dio* conſert in annum, quem dixi; ut propterea recte *Joſephus* poſt capta a *Pompejo Jeroſolyma* 24. annos impotet *Hircano* Pontifici. At anno 717. opera *Soſii Herodes* expugnata urbe *Antigonum* oppreſſit; de qua re paullo poſt. [*Pompeji laus.*] Ex iis liquet incredibiliter a *Pompejo Romanum* eſſe amplificatum imperium, infinitis additis populis; [d] adeo ut in concione gloriatus ſit, *ſe* Aſiam (minorem intellige) *ultimam provinciarum accepiſſe eamdemque mediam patriæ reddidiſſe*. [d Plin. 7. c. 26.]

CAPUT XVIII.

De Civili bello Pompeii *ac* Cæſaris.

JAm toto fere terrarum orbe domito ad eum ſtatum *Romani* imperii fortuna pervenerat, ut nec ulterius efferre ſeſe, nec in eo, quem tenebat, gradu poſſet conſiſtere. Ergo huic evertendæ cum par externa nulla vis eſſet, ſuis ſe demum opibus ipſa conſumpſit. Quam ei calamitatem principum ambitio, ex eaque conflata diſcordia civilis attulit.

[e Plutar. in Cæſare. Dio. 37. App. 2. Civ. Vellej. 2. Suet. Cæſ. Flor 4. c. 2. Ep. 109. Eutrop. 6. Oroſ. c. 15. & ſeq.] [e] *C. Cæſar* ex Urbana Prætura *Luſitaniam* nactus provinciam Urbis anno 693. ac rebus ibidem præclare geſtis, triumphum meruerat. Sed hujus certam ſpem Conſulatus honori poſthabuit. Quem dum enixe anno Urbis 694. peteret, eodem tempore *Pompejus*, actis ſuis, quæ ab Senatu rata fieri vellet, obſtrepente *Lucullo*, aliiſque primoribus, ſe cum *Cæſare Craſſoque* conjunxit. Ita *Cæſar* Conſulatum eſt adeptus anno 695. quo & *Pompeji* acta per Senatum approbavit, & agrum *Campanum* in cives pleroſque diviſit, & publicanos ex equeſtri ordine remiſſionem petentes, tertia mercedum parte relevavit. [*Cæſaris geſta.*] *Julia* filia *Pompejo* collocata, *Calpurniam Piſonis* ipſe duxit. His artibus & infinita largitione cum ſibi ordinum omnium gratiam paraſſet, *Galliam* provinciam obtinuit, quam ab anno Urbis 696. adminiſtrare cœpit, ac novem annis rexit, ut auctor eſt [f] *Suetonius*. [f Suet. in Jul. c. 25. Vide Cæſarem.] Quo intervallo *Galliam* omnem, quæ a ſaltu *Pyrenæo*, *Alpibuſque*, *Rheno Rhodanoque* fluminibus continetur, in provinciæ formam redegit, eique in annos ſingulos (1) ſtipendii nomen impoſuit. Primus etiam *Romanorum Germanos trans Rhenanos* ponte ſuper *Rhenum* impoſito laceſſivit. *Britannos* quoque adiit, quo nullus antea penetrarat. Inter hæc anno Urbis conditæ 698. cum *Pompejo Craſſoque* ita pactus eſt, ut ſibi provincia *Gallia* prorogaretur, *Pompejus Hiſpaniam*, *Craſſus Syriam* ſortiretur, *Parthicumque* bellum, ad [g] quod iſte profectus anno 699. tertio inde miſerrime cum majori exercitus parte periit. [g Plut. in Craſ. Dio Ap. Parthic.] Poſt eam cladem irruentes in *Syriam Parthos Caſſius* egregie propulſavit.

[h Sueton. in Jul. Plut. in Pomp. & Cæſ. Flor. 4. cap. 2. Dio. 40. & ſeq. App. 2. Civil. Eutr. l. 6. Oroſ. 6.] [h] Mortuo *Craſſo*, cum neque parem *Pompejus*, neque ſuperiorem ferre *Cæſar* amplius poſſet, civile bellum eſt exortum. *Pompejanis* id agentibus, ut expleto tempore, provincia *Cæſar* exercituque cederet, *Cæſarianis* porro viciſſim idem ut *Pompejus* faceret annitentibus; anno denique 705. *C. Claudio Marcello* & *L. Cornelio Lentulo* Coſs. [i] Senatus decrevit, ut ante certam diem *Cæſar* exercitum dimitteret. [A. 4431. Per. Jul. ad 4713.] Trib. Pl. *Antonius* & *Caſſius* nequicquam intercedentes fugere coguntur ad *Cæſarem*; qui cum copiis ad Urbem properans, ita *Pompejum* alioſque perterruit, ut ſine mora Urbe ac deinde tota *Italia* relicta in *Græciam* navigarint. [i Cæſ. 1. Civ. *Bellum civile Cæſaris & Pompeji.*] *Cæſar* in *Hiſpaniam* profectus *Afranium Petrejumque* ſuperavit, & eorum exercitus in deditionem accepit. In reditu *Maſſiliam* expugnavit, ac Dictaturam primam iniit, [k] quam quidem quater, ac poſtremo perpetuam obtinuit. [k Lib. 10. de Doct. Temp. c. 57.]

Anno 706. in *Pharſalicis* campis victus a *Cæſare Pompejus* in *Ægyptum* abiit, ibique (2) *Ptolemæi* juſſu trucidatur, ætatis anno 59. Eodem cum *Cæſar* anno ſequente veniſſet, *Alexandriæ* periculoſiſſimo prœlio confecto, *Ægypti* regnum *Cleopatræ* ejuſque fratri permiſit. Inſequenti anno *Scipionem* & *Catonem* in *Africa* cum *Juba* Rege devicit. *Cato* apud *Uticam* voluntariam ſibi necem attulit. [l] Qui hunc conſecutus eſt annus, Urbis conditæ 708. pulcherrimæ rei dedit initium, Faſtorum annique caſtigationi, quam hoc anno *Cæſar* auſpicatus eſt, unde *Juliani* anni profecti ſunt. [l Vide 2. Par. l. 3. c. 14.] Quorum exordium ex Calendis *Januariis* anni Urbis 709. duci conſuevit. Quo etiam anno 709. *Pompeji* liberos maximo difficillimoque bello cum viciſſet, ſequente, qui Urbis conditæ 710. *Julianæ* editionis ſecundus numeratur, *Bruti* & *Caſſii*, aliorumque conſpiratione in Senatu ipſo confoſſus eſt anno ætatis quinquageſimo ſexto, ut ait *Plutarchus*. Quare natus eſt anno Urbis conditæ 654. *C. Mario* VI. & *Flacco* Coſſ.

Civile bellum *Cæſaris* ac *Pompeji* cum portenta alia ſignificarunt, [m] tum horrenda Solis defectio, quæ anno Mundi 3933. incidit, qui illum annum *Julianum* proxime præceſſit, quo civile bellum inchoatum eſt. [m lib. 10. de Doct. Temp. c. 18. *Solis defectio.*] Contigit autem *Martii* hodierni ſeptima die, dodrante poſt meridiem, de quo prodigio intelligendi ſunt, *Dio*, *Lucanus*, & *Petronius*.

Præter hos armorum motus, quibus totus orbis terrarum concuſſus eſt, minores alii *Romæ* interim coorti ſunt. [n] *Clodius Pulcher* a patriciis translatus ad plebejos, & factus Tribunus Plebis, *Ciceronem*, quod indicta cauſſa nobiles cives *Catilinæ* ſocios morte damnaſſet, multavit exſilio anno U. C. 696. quam ille calamitatem mollius, quam pro reliqua vitæ dignitate, pertulit. [n Dio. 39. Ap. 2. Civ. Plut. in Cicer. *Clodius Ciceronem ejicit.*] Sed anno ſequente *Pompeji* & *Lentuli* Conſulis opera revocatus, ac ſummo honore eſt exceptus. Idem *Clodius Cyprum* adjudicavit Populo *Romano*, ad quam poſſidendam miſſo *Catone*, *Ptolemæus* ejus inſulæ Rex, pecuniis in mare projectis, voluntaria morte ignominiam antevertit anno U. C. 698. [o] *Romam* reverſo *Catoni* Præturam Senatus citra comitia decrevit. [o Plut. in Caton. & Craſſo. Dio. 39.] Quo is honore uti noluit, magis illam legitimis populi ſuffragiis impetrare cupiens: ſed eum ſpes fefellit. Nam *Pompeji* & *Craſſi* factione eo, quem petebat, magiſtratu excidit, eique *Vatinius* antelatus eſt. Exinde Tribunatum Plebis agente *Trebonio*, *Craſſus Syriam*, *Pompejus Hiſpaniam* in annos quinque obtinent, *Cæſari Gallia* in triennium prorogata. *Craſſus* in Conſulatu profectus eſt in Orientem anno Urbis 699.

[p] Fervente porrò in comitiis ambitu, ac fœde miſcentibus omnia candidatis, cum diu interregnum *Romæ* fuiſſet, *Cn. Pompejus* novo more, nec hactenus audito, Conſul ſine collega creatus eſt anno 702. quo in magiſtratu cum de aliis criminibus ſeveriſſime quæſtionem inſtituit, tum de nece *Clodii*, quem *Milo* anno eodem interfecit, ideoque in exſilium abiit. [p Plut. in Pomp. Dio. 40. Vell. l. 2.]

(1) *Stipendii nomen impoſuit.*] Hæc obſcura ſunt. Legendum eſt, ut patet ex Suetonii loco ad marginem citato: *Eique H. S. quadringenties in ſingulos annos ſtipendii nomine impoſuit.*

(2) *Ptolemæi juſſu*] Illius ſcilicet, qui *Auletes* ſeu *Bacchus* dictus fuit. Vid. ſup. *cap. 15. ſub fin.*

CAPUT XIX.

A. 4431. Per. Jul. ad 4713.

De viris eruditione præſtantibus, quos ætas illa peperit, ab anno circiter Urbis 622. ad 710.

[a] Vide Miſcell. Exercit. noſtras ad Julianum c. 8.
[b] Diog. Carn. Heſych.
Carneadis obitus.
[c] Cic. 4. Acad. Valer. Max. 8. c. 7.
[d] Strabo 13. Cic. 2. de Orat.

MAgna præ ceteris commendatione ſapientiæ [a] *Carneades* in *Græcia* floruit, patria *Cyrenæus*, Academicorum anteſignanus; de cujus obitu mirum eſt tam incerta, immo falſa, prodidiſſe veteres Chronologos. Nam apud *Diogenem Apollodorus* in *Chronicis* obiiſſe illum aſſerebat anno 4. Olympiadis 162. in quem cadit annus Urbis 626. [b] quo tempore defeciſſe Lunam proditum eſt memoriæ. Verum longe poſt id tempus deceſſiſſe poteſt ex *Cicerone* colligi, apud quem in primo *de Oratore* dicit *Antonius* ſe, eum in *Aſiam* pro Conſule proficiſceretur, *Athenis* conveniſſe *Carneadem* Academicum, qui patrio ſectæ more omnibus adverſabatur in diſputando. Annus iſte Proconſulatus *Antonii* fuit ab Urbis conditu 652. *Mario* 4. & *Catulo* Coſſ. Ergo adhuc ſuperſtes erat tempore illo *Carneades*. [c] Quem ad 90. annos ætatem propagaſse legimus.

[d] *Metrodorus* quoque *Scepſius* Philoſophus, & Orator inſignis, ac memoria, ut & *Carneades* præſtante prædictus, *Mithridatis* & *Tigranis* Regum ætate vixit, apud quos in amicitia fuit.

Geminus.
[e] Lib. 2. de Doct. Temp. c. 6. & in Notis ad Gem. p. 411.
[f] Lib. de Clar. Orat.
Cicero.
[g] Gell. l. 15. c. 28.
[h] Plin. l. 37. c. 2. Vell. l. 2. Plut. in Cic.

[e] *Geminus* item Mathematicus circa annum Urbis 677. exſtitit, ut ex *Gemino* ipſo demonſtravimus.

Sed *Romæ*, & in *Italia*, velut tranſlata eum imperio litterarum gloria, multo plures eo ſæculo doctrina præſtiterunt. Oratores quidem etiam vetere *Græcia* nihilo inferiores multi; ut *M. Antonius*, ut *L. Craſſus*, ut alii plerique, quos [f] *Cicero* percenſet, interque ceteros *Hortenſius*. Verum unus *Græcorum* ac *Latinorum* omnium ſplendorem obſcuravit eloquentiæ laude *Cicero*; ad quam etiam Philoſophiæ decus adjunxit. Hic anno natus Urbis 648. tertio Nonas *Januarias*, ut ait [g] *Gellius*, (quo novem poſt menſibus natus eſt *Pompejus*, [h] quem pridie Calendas *Octobres* natum teſtis eſt *Plinius*) ampliſſimis in Republ. geſtis honoribus, cujus, oppreſſo *Catilina*, parens ac conditor appellari meruit; anno ætatis obiit ſexageſimo quarto, Triumvirali proſcriptione, Urbis conditæ 711.

Cæſar.
Varrones duo.
[i] Hier. Chron.

Ut de *Cæſare* taceam qui inter doctiſſimos ac diſertiſſimos annumerari potuit, niſi imperii ac triumphi lauream, quam ingenii, ferre maluiſset, eruditionis primas ſæculo iſto eſt adeptus *M. Terentius Varro*. Fuit & alius ejuſdem nominis Poeta *P. Terentius Varro* vico *Atace* in *Narbonenſi* natus [i] anno Urbis conditæ 672.

[k] Valer. Max. 1. c. 7.
Salluſtius Diodorus. Didymus.
[l] Suid.
Lucilius.
[m] Hier. Chron.
Catullus.
[n] Phleg. apud Phot. Cod. 97. Don. in Vita Virg.
Vitruvius.

Celebratus eſt & *L. Cælius Antipater* hiſtoriæ ſcriptor ſub annum Urbis conditæ 630. [k] *Gracchorum* ſcilicet ætate. Item *C. Criſpus Salluſtius*. E *Græcis Diodorus Siculus*, ut ex libro 1. ejus apparet. Vixit & *Didymus* Grammaticus *Alexandrinus* cognomento [l] *Chalcenterus*. Poetæ vero in fama fuerunt *Turpilius* Comicus, & *Lucilius* Satyricus, quos *Hieronymus* ait obiiſse ſub annum Urbis conditæ 651. Nec non *T. Quintius Atta* Togatarum ſcriptor mortuus anno Urbis conditæ 676. ut idem perhibet, *Lucretius* præterea, [m] qui ſub annum U. C. 700. ſibi necem conſcivit annos natus 44. *Catullum Hieronymus* aſſerit natum Urbis anno 668. [n] Decimo ſeptimo poſt anno Urbis 684. natus eſt Poetarum princeps *Virgilius* Eidibus *Octobris*.

Vitruvius quoque ſub *Julio Cæſare* Architecturæ ſcientia clarus exſtitit; quod ex ejus ſcriptis apparet.

(1) *Trifariam Romano diſtributo imperio*) Obſervatum fuit in *præfat. hujus oper. Edit. Lugd. Batav.* non ante proſcriptionem, ſed demum poſt eam immo poſt victos Brutum & Caſſium inter Triumviros diviſum fuiſſe *Imperium*: fuerat tantum inter eos antea diviſio quædam *provinciarum*.

CAPUT XX.

A. 4431. Per. Jul. ad 4713.

Quæ ab Cæſaris *obitu ad* Actiacam *victoriam* Romanis *rebus acciderunt*.

[o] Plin. l. 2. c. 30. Virg. 1. Georg.
[p] Lib. 10. de Doct. Temp. c. 63.
[q] Plut. in Anton. Dio. 44. & ſeq. Ap. 2. & ſeq. Epit. 117. & ſeq. Vell. Cic. Phil. 1.

OBiit *Cæſar*, ut ſupra memoravi, anno Urbis conditæ 710. *Juliano* 2. Eidibus *Martiis*: qui quidem annus inuſitato pallore Solis teter fuit ac luridus, ut ſcribit [o] *Plinius*, & *Virgilius*. Non ulla tamen Solis defectio anno iſto contigit, ut [p] ſuo loco docuimus. [q] Occiſo *Cæſare*, *Antonius* Conſul ſeditioſa concione populum ita commovit, ut illius corpus publice concremaret, & civium ædibus ferrum ac faces intentaret. Poſt ſedatis tumultibus Dictaturam abrogat; *Cæſaris* teſtamento corrupto, per vim ac tyrannidem multa molitur. *Octavius Cæſar Accia* ſororis *Julii* filia genitus & teſtamento *Julii Cæſaris* adoptatus, cum ab *Antonio* deſpiceretur, veteranorum cogit exercitum, ſeque tyrannidi illius opponit. *Antonius* provinciam *Galliam* a populo per vim impetrat. Cujus ei aditum, occupata *Mutina*, *Decimus Brutus* intercludit. Ideo ab *Antonio* ibidem obſidetur.

[r] Plut. in Ant. & Bruto, ac Cic. Dio. 45. & ſeq. App. 3. Civil. Epit. 117. Fl. 4. c. 5.
[s] Vell. 2.
[t] App. 3. Civ.
[v] Dio. 47. App. 3. Civ. Cic. Phil. 11.
[x] App. 4. Civ.

[r] Conſulibus *Hirtio* atque *Panſa*, Urbis anno 711. *Cicerone* claſſicum canente, adverſus *Antonium* hoſtem judicatum bellum ſuſcipitur, & utrique Conſuli *Octavius* adjungitur, cum Proconſulari poteſtate, [s] viceſimum circiter agens ætatis annum. Fit ad *Mutinam* vehemens & cruentum prœlium, [t] in quo Prætoriani *Cæſaris* milites ad unum omnes occubuere. Sed victus eſt *Antonius*, & ſolutus obſidione *Brutus*: Conſules tamen ambo trucidati.

[v] Quæ dum in *Italia* geruntur, anno ipſo conditæ *Romæ* 711. *Dolabella* ubi in *Aſiam* pervenit, *Trebonium Smyrnæ* comprehenſum, verberibus ac tormentis per biduum quæſtione prius habita, capite multavit. [x] *Caſſius* in *Syria* magnis confectis copiis ad legiones duodecim, obſeſſum *Laodiceæ Dolabellam* viciſſim adegit ad necem.

[y] App. &c.
[z] Plut. in Cic. App. Dio. Vell. &c.
Triumviri.
Ciceronis exitus.
[a] Vide App. 4. Civ.
[b] Lib. 2.
[c] Dio. Strab. 4. Hier. Chron.

[y] In *Macedonia Brutus Cajum Antonium Marci* fratrem inſidias ſibi ſtruentem interemit, ac firmum & ipſe comparavit exercitum. [z] Exinde Senatus *Octavium*, ne altius adſcenderet, in ordinem cogere paullatim inſtituit: quod ille metuens cum *Antonio* ac *Lepido* conſpirat. Ita Triumviri Reipublicæ conſtituendæ *Novembris* 27. facti ſunt. Qui (1) trifariam *Romano* diſtributo imperio, cives quamplurimos proſcripſerunt; in his *M. Tullium Ciceronem*, qui in *Græciam* molitus fugam, dum paullulum ſubſiſtit, a *Popilio* centurione, quem in cauſſa capitis defenderat, capite abſciſſo moritur *Decembris* 7. ætatis quarto & ſexageſimo. [a] In illa proſcriptione multa & in utramque partem memorabilia exempla ſunt edita, ac *ſummam in proſcriptos uxorum fidem* exſtitiſse, *libertorum mediam*, *ſervorum aliquam*, *filiorum nullam*, ſcribit [b] *Vellejus*. Epitome *Livii* Senatorum 130. nomina fuiſſe refert. [c] Idem annus Urbis conditæ 711. nobiliſſimo in *Galliis* oppido *Lugduno* dedit initium, auctore *Munatio Planco* Procoſ. ad confluentes *Araris* & *Rhodani*.

Bruti & Caſſii bellum.
[d] Ep. 123. Dio. 47. Plut. in Brut. Ap. 4. Civ. Flor. 4. c. 6.

Sequente vero anno cum *M. Bruto*, & conjuratorum principibus, *Octavius* & *Antonius* acie decertarunt [2] in *Theſſalia* ad urbem *Philippos* eventu vario. [d] Siquidem utrimque dextra cornua vicerunt, & utrimque caſtra direpta ſunt. Sed *Caſſius*, qui in eo cornu erat quod pulſum eſt, ratus totum eſse fuſum exercitum, mortem ultro ſibi conſcivit, *Brutus* altero prœlio victus vitam & ipſe manu ſua finiit,

annum

(2) *in Theſſalia ad urbem Philippos*] Philippi urbs *Macedoniæ* non *Theſſaliæ*, ut accuratioribus Geographis obſervatum, male a Scriptoribus quibuſdam Romanis *Philippi* cum *Pharſalia* confunduntur, cum diverſiſſima ſint loca.

Digitized by Google

A. 4431. Per. Jul. ad 4713.

annum agens ſeptimum & triceſimum, ait *Vellejus*. Percuſſorum porro *Cæſaris* nullus triennio amplius ſuperſtes fuit; & omnes violenta morte ſublati ſunt, ut ait *Suetonius*: quidam eodem pugione, quo *Cæſarem* confoderant, ſe ipſos interfecerunt.

[a] Dio 48. Ep. 127. & ſeq. Flor. 4.

[a] Poſt victoriam *Antonius* in *Aſiam*, *Octavius Cæſar* in *Italiam* profectus eſt. Hic adverſus *L. Antonium* Triumviri fratrem, & hujus conjugem *Fulviam* virilis animi fœminam bellum habuit *Cæſar*; ac pulſum Urbe *Lucium*, & hoſtem judicatum, incluſumque *Peruſia*, ad deditionem compulit. [b] Interim *Parthi* ab *Labieno Pompejanarum* partium exciti in *Syriam* irrumpunt anno Urbis conditæ 714. quos ſequente *Ventidius* maxima clade affectus, (1) occiſo Rege eorum, expulit, *Syriamque* recuperavit.

[b] App. Parth. Flor. l. 4. c. 9.

[c] App. 5. Civ. Dio. 49. Epit. 128. & ſeq. Flor. 4. c. 8. [d] App. in fine Civ. Flor. 4. c. 10.

[c] *Sext. Pompejus Cn.* filius claſſi imperans mare latrociniis infeſtum habebat: quo cum pace prius facta, moxque reſciſſa, *Cæſar* navali prœlio congreſſus, victum egit in fugam anno Urbis conditæ 718. Eodem *Lepidum*, qui ex *Africa* in *Siciliam* trajecerat, exutum imperio, privatum permiſit vivere. [d] *Sextus* vero *Pompejus* ad *Antonium* ſeſe recipiens, juſſu ejus interfectus eſt annos natus 40. cum idem paullo ante adverſus *Parthos* ſuſcepta expeditione magnam cladem accepiſſet *Antonius*.

[e] Ep. 132. & 133. Dio. 50. Plut. in Ant. Flor. 4. c. 11. *Actiacum certamen.*

[e] Ad extremum *Antonius*, cum ſe totum *Cleopatræ* dedidiſſet, repudiata *Octavia* ſorore *Cæſaris*, ei bellum indixit, ac tandem claſſe victus eſt ad *Actium Epiri* promontorium. *Cæſar* 400. amplius naves, *Antonius* 200. circiter habebat, ſed ingenti mole, ut caſtellorum urbiumque per mare ambulantium præberent ſpeciem. Anceps alioqui certamen *Cleopatræ* conſternatio in *Antonii* vertit exitium: qui fugientem proſecutus in *Ægyptum*, & *Alexandriæ* circumſeſſus ab *Octavio*, ſe ipſum interemit. Quem mox conſecuta *Cleopatra*, ne ad victoris arbitrium viveret, admota ſibi aſpide periit.

CAPUT XXI.

De Romanis *rebus ab* Actiaca *victoria ad ortum* Chriſti. *Tum de eruditis viris, qui* Auguſto *rerum potiente vixerunt.*

MOrtuis *Antonio* & *Cleopatra*, *Ægyptus* in provinciæ redacta formam, anno 294. quam in

[f] Dio. 51.

ea *Lagidæ* dominati ſunt. [f] *Cæſar* anno Urbis conditæ 725. tres egit triumphos, *Dalmaticum*, *Actiacum*, & *Ægyptiacum* eodem Menſe [g] *Sextili*. Secundum quos de imperio deponendo ſerio, an ſimulate, *cum Agrippa* & *Mæcenate* deliberavit. Illo ſuadente, hoc vero deterrente, cum hujus ſequi conſilium ſtatuiſſet, ad Senatum nihilominus de imperio abdicando retulit; [h] atque hac arte perfecit, ut ſibi a Senatu populoque firmaretur anno Urbis conditæ 726.

[g] Macrob. Satur. 1. c. 12. [h] Dio. 52. & 53. Sveton. [i] Dio. ibid. *Cornelius Gallus.*

[i] *Cornelius Gallus* eques *Romanus Ægypto* præfectus, ob inſolentiam damnatus exſilio ſe ipſum occidit anno 728. Cum *Cantabris* & *Aſturibus Auguſtus* annis aliquot per duces ſuos bellum geſſit; ab anno 729. ad 735. quo ab *Agrippa* perdomiti ſunt; [k] qui quidem reverſus oblatum ſibi triumphum detrectavit. *Phraates Parthorum* Rex anno 734. *Romana* ſigna *Craſſo* erepta reſtituit.

[k] Dio 54. *Mæcenas & Agrippa.* [l] Dio 55.

[l] Duos autem præ ceteris amicos coluit *Mæcenatem*, & *M. Vipſanium Agrippam*. Ille equeſtri gradu contentus obiit anno *Juliano* 38. litterarum ac litteratorum omnium ſingulare præſidium. *Agrippam Auguſtus* generum fecit, data in matrimonium *Julia* filia, quam e *Scribonia* ſuſceperat, e qua nati *C.* & *L. Cæſares*, *Agrippa* poſthumus, *Agrippina* nupta *Germanico Druſi* filio *Liviæ* nepoti, & *Julia*, quam *L. Æmilius* duxit. [m] *Liviam* porro prægnantem a priore marito *Tiberio Nerone* abduxit *Auguſtus*; ex qua prolem nullam habuit, cum ea ex *Nerone Tiberium*, qui poſtea imperavit, & *Druſum* peperiſſet, qui in *Germania* periit [n] anno *Juliano* 37. mortuo jam [o] *Agrippa* anno *Juliano* 34. Porro *C. Cæſar Agrippa* & *Julia* natus eſt anno *Juliano* 26. *Lucius* vero anno 29.

[m] Dio. Sveton. [n] Dio 53. [o] Dio. 54.

[p] *Tiberius* anno *Juliano* 40. Tribunitiam poteſtatem in quinquennium adeptus, mandata ſibi *Armenia* in inſulam *Rhodum* ſeceſſit anno ſequenti; ubi privignorum veritus offenſionem ſeptem conſedit annis. Præcipua ſecedendi cauſſa fuit *Juliæ* uxoris odium, quæ per omnia flagitiorum genera ætatem trahebat; quam anno *Juliano* 44. hujus infamiæ compertam relegavit *Auguſtus*.

Tiberius Tribunitia poteſtate prædītus. [p] Sveton. Vell. 2. Dio. 55.

Hujus Imperatoris ætas magnorum ingeniorum fœcunda fuit. Inter *Græcos* hiſtoriam inſigniter attigere *Dionyſius Halicarnaſſenſis*, qui ſe *Auguſto* imperante vixiſſe prodit, & *Nicolaus Damaſcenus*, qui *Auguſto* pariter atque *Herodi* carus in paucis fuit. Ex *Latinis Cornelius Nepos* (2) *Attici* gener [q] *Salluſtius*, qui quadriennio ante *Actiacum* prœlium obiit. *M. Portius Latro* oratoria facultate celebris tædio quartanæ duplicis ſibi vim attulit [r] *Auguſti* anno 40. [ſ] in *Aſia Hybreas* Orator ſub *Antonio* & *Cleopatra* floruit. [t] *Romæ Hyginus* Grammaticus cognomento *Polyhiſtor*. Poetæ quoque totius ævi clariſſimi magno numero vixere: [u] *Virgilius*, *Sentio Saturnino* & *Lucretio Cinna* Coſſ. anno mundi 3965. ante *Chriſtum* 19. *Brunduſii* moritur annum agens 52. [x] Natus eſt enim anno U. C. 684. *Pompejo* & *Craſſo* Coſſ. ante *Chriſtum* ſeptuageſimo, mundi 3914. [y] *Horatius Cenſorino* & *Gallo* Coſſ. obiit vertente anno ætatis 57. Siquidem natus eſt *Cotta* & *Torquato* Coſſ. anno U. C. 689. ſexto Idus *Decembris* mortuus eſt *Cenſorino* & *Gallo* Coſſ. Urbis 746. 5. Calendas *Decembris* eodem quo & *Mæcenas* anno, duodecimo vero quam *Virgilius* exceſſerat. *Tibullus* etiam ac *Propertius* elegorum ſcriptores, & æqualis eorum *Ovidius*, qui natus *Hirtio* & *Panſa* Coſſ. eo ſcilicet anno, *Quo cecidit fato Conſul uterque pari*, ut ipſe cecinit, [z] vitam in exſilio apud *Tomos* finiit anno *Chriſti* 17. Urbis 770. ætatis 60.

Viri doctrina præſtantes. [q] Hier. in Chron. [r] Hier. in Chron. [ſ] Ibid. [t] ibid. [u] Hier. in Chron. [x] Donat. in Vita Virg. [y] Vita Horatii. [z] Ibid.

CAPUT XXII.

Herodis *hiſtoria*.

AD inveſtigandum *Chriſti* Salvatoris ortum, neceſſaria prorſus eſt *Herodis* hiſtoria; cujus initium, annoſque, quibus regnavit, hoc capite complectemur.

Vide l. 10. Doct. Temp. c. 65. & l. 11. c. 1. & ſeq.

Fuit hic *Antipatri Idumæi* filius, genere proinde (3) *Idumæus* & ipſe, non *Aſcalonita*, quod [a] *Africanus* apud *Euſebium* ex quorumdam relatione prodidit. Nos *Joſepho* magis credimus; qui [b] hunc *Idumæum* facit. Quod ut veriſimilius eſt, ſic illud minime redarguendum, quod antiqui fere Patres *Herodem* alienigenam fuiſſe dicunt. Nam *Idumæi* alienigenæ cenſentur, hoc eſt, alieno orti genere, non utique ab *Jacobo*; quamvis eamdem cum *Jacobæis* religionem ſecuti *Judæi* profeſſione, non ſtirpe fuerint. At de ſatu & natura, non de fide ac religione agitur, cum de nativo & alienigena quæritur, ut in illa de *Herode* controverſia. *Antipater* in illa fratrum diſſenſione,

[a] Euſeb. 1. Hiſt. c. 7. [b] Joſeph. 14. c. 2. Vide l. 11 de Doct. Temp. c. 5.

(1) *Occiſo Rege eorum*,) Immo potius Regis filio, numquam enim Rex fuit *Pacorus*, qui a Ventidio occiſus eſt, ut ex *Appiano & Floro* obſervatum fuit *in præfat. huj. op. Edit. Lugd. Batav.*

(2) *Attici gener*) Obſervatum fuit in *præfat. huj. op. Edit. Lugd. Batav.* antiquis Scriptoribus Cornel. Nepotem Attici generum non dici.

(3) *Idumæus & ipſe*) De Genere & Hiſtoria Herodis *Vid. Baſnage Hiſt. des Juifs. liv.* 1.

A. 4431. Per. Jul. ad 4713.

ſenſione, de qua [a] antea diximus, ad *Hircanum* adhæſit; ac [b] *Judææ* procurator a *Julio Cæſare* conſtitutus eſt, qui mox *Herodem* filium *Galilææ* præfecit natum aonos circiter 25. non 15. ut hallucinatur [c] *Joſephus*. Poſt a *Sext. Cæſare Cœli-Syriæ* præpoſitus eſt *Herodes* anno U. C. 707. Hoc enim anno *Sext. Cæſar* legionibus *Syriæ* præficitur auctore [d] *Hirtio*. Poſt *Philippenſem* pugnam [e] Tetrarchiam cum *Phaſaelo* fratre ab *Antonio* meruit anno *Juliano* 5. Exinde *Parthis* ab *Antigono Ariſtobuli* filio mille talentorum pactione io *Judæam* excitis, *Herodes* ad *Antonium* profugit: per quem *Judææ* Rex a Senatu præter ſpem factus eſt [f] *Calvino* & *Pollione* Coſs. anoo *Juliano* ſextn ineunte Olympiade 185. Nam eo conſilio *Romam* advenerat uti regnum coojugis ſuæ fratri *Alexandro Ariſtobuli* oepoti peteret. Reverſus in *Judæam* cum *Antigono Ariſtobuli* filio biennio amplius certavit. Demum *Soſio Antonii* duce opem ſerente, *Hieroſolymam*, qua ſe *Antigonus* clauſerat, obſedit, ac cepit menſe tertio, in die jejunii. *Dio* [g] Sabbatum fuiſſe ſcribit. *Joſephus* annum Sabbaticum Coſs. *Agrippa* & *Gallo*. Hic annus neceſſario mundi numeratur, a nobis 3947. *Julianus* 9. Urbis 717. Itaque caſtigandus *Dio*, qui *Claudio* & *Norbano* Coſſ. aſſignat, hoc eſt, anoo *Juliano* 8. [h] Sed eum Sabbatici anni character falſitatis arguit. *Antigonus* ad palum alligatus, ac virgis cæſus, & ſubinde ſecuri percuſſus eſt, ut *Dio* ac *Joſephus* referunt.

[a] c. 17. [b] Joſeph. l. 14. c. 15. [c] Lib. 14. c. 17. [d] Hirt. de Bell. Alex. [e] Joſeph. 14. c. 23. [f] Joſeph. l. 14. c. 26. [g] Dio 49. Joſeph. 14. c. ult. [h] Vide Par. 3. l. 2. c. 7.

Sic *Haſamonæorum* principatus deſiit poſt anoum, ait *Joſephus*, 126. quod eſt veriſſimum. *Judas* enim primus ex illa ſtirpe Pontifex creatus eſt anno mundi 3820. Urbis 590. a quo centeſimus viceſimus ſextus eſt Urbis annus 717.

Duplex initium Herodis.

Hinc apparet duplex initium regni *Herodis* exſtitiſſe: alterum ab anno *Juliano* 6. alterum a 9. Priore Rex ab Senatu renuntiatus eſt, poſteriore ſolus, ac ſublato competitore, regnavit. [i] *Joſephus* porro a priore initin ſcribit *Herodem* regnn potitum eſſe per annos 37. a poſteriore 34. idemque [k] ſex circiter in locis aliquot illius annos commemorans, a poſteriore deducit.

[i] Joſeph. 17. c. 10.

A. 4431. Per. Jul. ad 4713.

Mariamnem duxit *Herodes* anno tertio, quam Rex a *Romanis* declaratus fuerat, hoc eſt, illo ipſo, quo capta ſunt *Jeroſolyma*, [l] *Joſepho* teſte. Cujus [m] fratrem *Ariſtobulum* Pontificem fecit anno ætatis 18. eumdemque mox in piſcioa præfocavit, quod eum videret populo eſſe gratiſſimum. Idem bello contra *Cæſarem* ſecutus *Antonii* partes, eo victo, occiſo prius *Hircano Mariamnes* avo, *Rhodum* [n] ad *Cæſarem* adiit, a quo benigne eſt habitus; eique regnum ex illius auctoritate ac novo Senatus decreto confirmatum eſt. Ubi [o] *Hieroſolymam* redit, *Mariamnem* conjugem, tum ejus matrem *Alexandram*, interficit.

[k] Lib. 15. c. 7. 12. 13. 14. l. 16. c. 9. l. 17. c. 10. Vide 11. de Loct Temp. c. 1. [l] l. 14. c. 27. [m] Joſeph. 15. c. 3. [n] Ib. c. 10. [o] Ib. c. 11.

[p] Anno regni ſui 18. qui eſt *Julianus* 28. templum *Hieroſolymis*, vel a fundamentis inſtaurare cœpit, ut ſcribit *Joſephus*, vel reſarcire inſtituit.

[p] Ib. c. 14.

[q] Poſtremo majori in dies efferatus rabie, filios, quos ex *Mariamne* genuerat, præclaræ indolis adoleſcentes, *Alexandrum* & *Ariſtobulum*, falſis ab *Antipatro* fratre criminibus circumventos, occidit paucis ante obitum anuis; qui incidit io annum *Julianum* 42. ſi *Joſepho* & *Dioni* creditur. Quorum ille ab anno *Juliano* 9., quo *Antigonus* ioteremptus eſt regnaſſe ſcribit *Herodem* aonis 34. [r] *Dio* vero anno *Juliano* 51. *Lepido* & *Arruntio* Coſſ. *Herodem Palæſtinum* ait a fratribus accuſatum trans *Alpes* ab *Auguſto* eſſe relegatum, ejuſque Tetrarchiam provinciæ cootributam. Hic non alius eſſe poteſt, quam *Archelaus*, qui, *Herode mortuo*, *Judææ* Tetrarchiam impetravit ab *Auguſto*, & anno decimo ab eodem ejectus eſt. Deductis annis novem ſolidis de 51. reliquus eſt annus *Julianus* 42. quo *Herodes* obiit. [s] Cujus etiam exitum lunaris defectio præceſſit, teſte *Joſepho*, quæ eodem anno deprehenditur Martis 13. hora fere tertia ab nocte media.

[q] Ib. 16. c. ult. [r] Dio 55. [s] Joſeph. l. 18. c. 15. l. 17. c. 8. & 15.

DIONYSII
PETAVII
E SOCIETATE JESU,
RATIONARII
TEMPORUM
PARTIS PRIMÆ
TOMUS POSTERIOR,

Tempora complectens Chriſti ortum deinceps ſecuta:

Digitized by Google

DIONYSII PETAVII

E SOCIETATE JESU

RATIONARII TEMPORUM

PARTIS PRIMÆ LIBER QUINTUS.

Annos continens a Chriſti 1. *ad* 304.

CAPUT I.

De Auguſti Cæſaris *obitu*, *ac* Tiberii Neronis *Imperio*, *& morte*. *Tum de* Chriſti *ortu*, *ac nece*, & *iis*, *quæ primis illis temporibus* Chriſtianis *accidere*.

A. 1. Chriſti ad 37. a Sueton. in Auguſto 100. Dio. 56.

ANno *Chriſti* 14. *Nolæ* in *Campania* mortuus eſt *Auguſtus*, decimo quarto Calend. *Septembris*, [a] anno ætatis 76. cum annos primo adito Magiſtratu vixiſſet 56. ab *Antonii* nece, tres & quadraginta ſolidos; Princeps longe præſtantiſſimus, ac *Romanæ* Reipublicæ neceſſarius; quam nimia felicitate laborantem, nec fortunæ capacem ſuæ, ſed in præceps incumbentem ſuſtinuit, ac tum optimis legibus, tum opibus, atque omni rerum copia ſic excoluit, urbe ipſa quoque magnificis operibus exornata, ut ſecundus illius conditor, *Paterque patriæ*, & *Auguſtus* jure diceretur. (*Auguſtus.*)

(*Tiberius.*) Cujus magnum per ſe deſiderium auxit *Tiberii*, quem ſucceſſorem habuit, immanitas, ac turpitudo. Hic *Livia* matre, patre *Nerone* genitus 16. Calend. *Decembris* anno Urbis conditæ 712. *Juliano* 4. [b] poſt bellum *Philippenſe*, annum ætatis agens 55. illo ipſo, quo mortuus eſt *Auguſtus*, imperavit anno; mortalium triſtiſſimus, ac ſævitia, rapacitate, libidine, arrogantiaque inviſus omnibus, quæ tamen vitia ſub principatus initium mira arte diſſimulavit, *Germanici* metu, quem ille fratris filium juſſu vitrici adoptarat, omni tum virtutum ac rerum geſtarum laude florentis; & quod imperio eſſet aptior, maxime ſuſpecti. Hunc e *Germania*, ubi maxima bella feliciter confecerat, tranſtulit in Orientem, ac *Parthis* oppoſuit [c] anno Urbis conditæ 769. miſſo per idem tempus in *Syriam* ordinario Præſide *Cn. Piſone*, quo cum *Germanico* graves erant inimicitiæ. Ideo non ſine veneni ab illo dati ſuſpicione *Germanicus* exſtinguitur [d] anno Urbis conditæ 772. *Tiberii* ſexto. Ob id *Romæ* judicio poſtulatus ab *Agrippina Germanici* conjuge *Piſo* [e] voluntaria morte damnationem antevertit.

b Suet. in Tib. 5. — c Tac. 2. — d Tac. 16. Dio 57. Sueton. in Cajo 1. & 2. — e Tac. 3.

(*Sejanus.*) [f] *Ælius* inde *Sejanus* equeſtri genere ab *Tiberio* provectus, poſt multa ſcelera, ſumma quæque jam animo deſtinans, unis *Tiberii* litteris contra ipſum datis ad Senatum, ex illo faſtigio dejicitur, & carnificis manu cum omni ſua ſtirpe necatus eſt [g] anno *Tiberii* 18. *Juliano* 76.

f Tac. 4. Diod. 58. — g Sueton. Dio 58.

Biennio ante hoc tempus, hoc eſt, *Tiberii* 16. *Chriſti* 29. mater *Tiberii Livia* deceſſerat [h] ætatis anno 86. Erat tum in inſula *Capreæ Tiberius*, [i] quo anno imperii circiter 13. *Chriſti* 26. ſeceſſerat, numquam deinceps ad Urbem rediturus. Ubi remotis arbitris per omnia ſe flagitiorum genera volutavit. Inter hæc dedecora non magis omnibus aliis quam ſibi exſecratus ipſi, moritur 17. Cal. *Apr.* Imperii anno 23. *Chriſti* 37. vitæ agens octavum & ſeptuageſimum.

A. 1. Chriſti ad 37. h Tac. 5. Diod. 58. i Tac. 4. Sueton. Dio 58. — *Tiberii mors.*

Rerum *Auguſto* potiente *Jeſus Chriſtus* Dei filius e virgine *Maria* naſcitur ſub Olympiadem 194. ac *Tiberio* imperante, cum ætatis quartum & triceſimum expleſſet annum, pro recuperanda humani ſalute generis, voluntarias crucis ſupplicio pœnas luit, *Tiberio* V. & *Sejano* Coſſ. *Martii* 23. Tertio exinde conſurgens a mortuis die, quadrageſimo quam revixerat, ſub Diſcipulorum oculis in cælum revectus eſt.

Vide l. 12. de Doct. Temp.

Poſt *Chriſti* necem, & illapſum in Diſcipulos Spiritum ſanctum, audacter illis quæ viderant publiceque profitentibus, *Judæi* in eos acerbe ſævierunt. [k] *Stephanus* unus a ſeptem, qui ad profana ſacraque miniſteria in cœtu *Chriſtianorum* obeunda delecti erant, quod in *Chriſti* prædicandam gloriam ardentius incumberet, ab æmulis comprehenſus, ac ſaxis eſt obrutus.

Quæ ſub paſſionis anno acciderunt. k Act. 6. & 7.

Ex eo tempore *Chriſtianum* nomen quibuſcumque poterant modis abolere conati ſunt *Judæorum* principes, ſed in primis in illos *Saulus* [l] exarſit: qui ampliſſima ſibi ab Pontifice facta poteſtate, cum ad illos opprimendos *Damaſcum* tenderet, *Chriſti* voce adſpectuque territus ac proſtratus, totum ſe repente ad illius cultum applicavit. Id evenit anno a *Chriſti Stephanique* morte tertio. Quippe anni illi 35. quibus *Paullum Chriſto* ſerviiſſe Veteres affirmant, [m] ut ante docuimus, ab anno *Neronis* 13. *Chriſti* 67. retro numerati, in eum deſinunt, qui eſt ab anno Paſſionis tertius.

l Act. 6. — *Paulli converſio.* — m Par. 2. l. 4. c. 4.

Hiſtoria Chriſti ab anno 4709. Periodi Julianæ ad ann. 4746. ejuſdem Periodi.

„ ANno igitur Periodi Julianæ 4709. Joſephus &
„ Maria in Bethleem eo temporis intervallo
„ profecti ſunt quo filium primogenitum enixura hæc
„ erat. Ille igitur quemadmodum a traditione acce- (Lucæ 2.)
„ ptum habemus, 25. Decembris in lucem editus, octa-

A. 1. Chriſti ad 37.

„ vo ætatis die Circumciſus, ineunte Periodi Julian. 4710. JESUS vocatus eſt, quem haud multo poſt Deum veneraturi ab Oriente Magi convenere. Maria vero 40. partus die ad templum Jeroſolymorum, tum Filium Domino oblatura, tum pari turturum aut columbarum pullis duobus mactatis, ſacra de more factura, ſe contulit. Joſephus ſomnio præmonitus, futurum ut Herodes puerum interimendi quæreret opportunitatem (immaniter eo principe in pueros omnes, bimulos quique nondum ad eam ætatulam pertigerant in Bethleemo, finitimiſque tractibus deſæviente) matris & infantis ſaluti conſulturus in Ægyptum eos deduxit. Hinc Herodes morbo labefactatus, atque in Archelaum & Philippum germanos fratres, Antipatri filii natu majoris infandis calumniis infenſum & exulceratum gerens animum, reſciſſo priori teſtamento, Herodem Antipam filiorum minimum regni conſtituit hæredem, eo tamen refecto ſumma rerum Archelao contigit. Ubi Judas & Matthias, legis peritiſſimi, audivere actum eſſe de ſalute regis; juvenes quos erudiebant, inſtigationibus incenderunt, ut aquilæ in majori templi portu ex auro prominentis effigiem ſubverterent. Herodes, quo jubente ſimulachrum ſteterat, conjurationis auctores vivos combuſſit, & luna eſt ea nocte paſſa deliquium, ſed vix perducta ad aliquot menſes vita infelici, eodem anno, menſe Novembri, 34. regni ab occiſo a ſe Antigono, 37. a conceſſa ſibi a Romanis purpura, luctuoſa morte diem obiit ſupremum.

Joſeph. l. 18.

Joſeph. l. 17. c. 8. & 15. l. 10. c. 15.

Joſephus, mortuo Herode, Angeli monitis edoctus in Judæam contendit anno 4711. Per. Jul. ſed veritus, ne ab Archelao Judææ imperante, aliquod ſibi diſcrimen impenderet, divinitus præmonitus in Galilææ tractum, in oppido Nazareth vitam tracucturus, conceſſit. Antiquioribus bene multis, & recentioribus non paucis placuit natum fuiſſe Chriſtum Corn. Lentulo, & L. Æmilio Paullo Coſs. id eſt anno 4713. Jul. menſe Decembri, verum ex Herodis obitus Epocha, iſta fit opinio erroris manifeſta; anno ſequenti ſeu Period. Jul. 4714. Correctionis inductæ a Julio Cæſare 46. Æræ vulgaris Chriſtianæ initium affigitur. Anno autem vulgari 6. Judæorum magnates Archelaum ſibi infenſum tyrannide apud Cæſarem arceſcunt, ille ut a ſe criminationes depelleret Romam fato infelici profectus, ex ea Viennam in Galliis anno ſequenti, actus eſt in exſilium. Quirinus Archelai tetrarchia in provinciam Romanam redacta, procurator miſſus in Judæam, regiam vendidit, exegitque cenſum a Judæa & Syria anno 37. ab Actiaca pugna, atque Joazaro moto Pontificia dignitate, Ananus Sethi filius (is eſt Annas Caiphæ Soce) in ejus locum ab eo ſuffectus eſt; Chriſtus ætatis 12. die feſto Paſcharis, æræ vulgaris 8. anno, ſedens in Doctorum conſeſſu nectens quæſtiones & auribus excipiens ſolutas a parentibus in templo repertus eſt. Æræ vulgaris 14. Nolæ mortuus eſt Auguſtus eodem in cubiculo, quo pater ejus Octavius obierat. Tiberius novum principatum, ut Tacitus loquitur, adeptus eſt, & Auguſtalem potentiam ſive αὐτοκρατορίαν omni legum auctoritate liberam. Caiaphas ſive Caiphas Anani ſeu Annæ gener, elapſis aliquot annis quorum intervallo Chriſti geſta altiſſimo ſilentio involvuntur, ſupremus eſt Judæorum ſacerdos anno æræ vulgaris 26. renuntiatus, quo tempore Pontius Pilatus Judææ præpoſitus decem annis ei præfuit, cujus nomini Philo, dictarum pro pecuniis ſententiarum, rapinarum, injuriarum, cladium, tormentorum, cædium frequentiſſimarum indemnatis illatarum ſæviſſimæ crudelitatis, ſceleribus reſperſo, ignominiæ notam innrit. Joannes, Tiberii anno 15. baptiſmatis aquis luſtrare & pœnitentiam publicare cœpit. Anno ſequenti Chriſtus baptizatus fuit. Hoc eodem anno Chriſtus primum miniſterii ſui Paſcha celebravit. In annum ſequentem alterum Domini noſtri Paſcha conferendum eſſe duximus; tertium ſequitur, & quartum denique, quod ultimum fuit. Paſſus eſt feria ſexta, & dominica ſequenti redivivus e tumulo prodiit.

Joſeph. l. 2. de B. Jud. c. 11.

Tacitus l. 1. Annal. c. 6.

Joſeph. l. 18. c. 3.

Philo de Legatione ad Cajum.

A. 37. Chriſti ad 68.

CAPUT II.

De Cajo Caligula, Claudio, *ac* Nerone, *quorum geſta perſtringuntur.*

A. 37. *Chriſti* ad 68.

CAjus *Cæſar Caligula* dictus a militari calceamento, quo puer in caſtris uti ſolebat, patre *Germanico*, matre *Agrippina*, *M. Agrippæ* ac *Juliæ* filia, *Tiberio* ſucceſſit, eodem quo ille obiit, anno *Chriſti* 37. [a] cui jam animam agenti ſuapte manu fauces eliſiſſe dicitur. Annum tunc ingreſſus erat quintum & viceſimum; quippe natus *Antii* pridie Cal. *Sept.* (ait [b] *Suetonius*) patre ſuo & *Capitone* Coſs. qui eſt æræ *Chriſtianæ* duodecimus. Magna, ut primum imperium attigit, populi lætitia, nec minor ſpes exſtitit ſimilem fore *Germanici* patris augurantium [c] cui virtutes omnes animi corporiſque contigiſſe, memoriæ proditum eſt. Et quidem, ut optima plerumque ſolent eſſe peſſimorum Principum initia, haud pauca tunc moderati ac civilis animi ſigna protulit; ſed ſubinde, tamquam hominem exſuiſſet, feras ipſas immanitate vicit. Graſſatus per ordinum omnium cædes, [d] *Macronem* quoque Prætorianis præfectum, cujus opera factus erat Imperator, occidit. Conſuetudinem ſtupri etiam cum ſororibus fecit. Exhauſtis infinitis opibus, ac vix anno vertente toto illo conſumpto vicies ac ſepties millies HS, quod *Tiberius* congeſſerat (quæ ad coronatorum 72561. 500. propemodum attingunt) ad proſcriptiones & rapinas convertit animum. Inter alia crudelitatis indicia excepta vox ejus eſt; *Utinam populus* Romanus *unam cervicem haberet!* [e] In exſtructionibus operum nihil tam efficere cupiebat, quam quod poſſe effici negaretur. [f] *Bajarum* medium inter vallum & *Puteolanas* moles trium millium & ſexcentorum paſſuum ponte conjunxit anno *Chriſti* 39. [g] Idem pro Deo coli ſe toto orbe terrarum, ac templa ſibi conſtitui juſſit. Ad extremum 9. Cal. *Febr.* a *Cherea Caſſio* Tribuno cohortis prætoriæ, & aliis conjuratis, interfectus eſt anno *Chriſti* 41. cum imperaſſet annis 3. menſibus 10. ac diebus 8. ut ſcribit [h] *Suetonius*; vixiſſet autem annos 29.

Par. 2. l. 4. c. 5. *Cajus Caligula.*

a Suet. in Cajo 12.

b Suet. c. 8.

c Suet. lib 3.

d Dio. 59. Suet. 26.

e Suet. 37.

f Suet. 19. Dio. 59.

g Suet. Philo. de Legat. Joſeph. 19. Ant. c. 1. Suet. 58.

h Cap. 59.

[i] *Claudius Nero Caii Caligulæ* patruus, *Druſi* filius, poſt *Cajum* præfuit, homo natura minime malus, ſed vecors ac ſtolidus. Itaque non tam ſuapte ſponte crudelis fuit, quam alieno ductu & arbitrio, præſertim libertorum & conjugum; quorum poteſtati ſe omniaque permiſit. [k] Uxorem primum habuit *Meſſalinam*; cujus ſtupra & inaudita flagitia ignota nulli ſolus neſciit, donec palam auſa nubere *Silio* equiti, juſſu illius cum adultero perimitur, impellente *Narciſſo*, qui cum *Pallante* altero liberto apud ipſum omnia poterat. Id evenit anno imperii ejus 8. *Chriſti* 48. *Dione* ac *Tacito* teſtibus.

Claudius.

i Suet. in Claud. Dio. 59. Par. 2. l. 4. c. 5.

k Tac. l. 11. Suet. Dio. 60.

Alterum ſtoliditatis indicium, quod, occiſa *Meſſalina*, e qua *Britannicum* filium & *Octaviam* ſuſceperat, *Agrippinam Germanici* fratris filiam duxit, *Neronis* ex *Domitio* matrem, anno imperii nono, *Chriſti* 49. idque *Pallantis* hortatu, cujus & *Agrippinæ* precibus *Neronem* adoptavit anno imperii 10. prætoritoque *Britannico* ſucceſſorem deſtinavit. Idem *Roma Judæos* anno *Chriſti* 49. [l] Mathematicos *Italia* pepulit anno 52. Expeditione in *Britanniam* inſulam facta in-

l Tac. 12. Sueton.

tra

[A. 1. Chriſti ad 37. [a] Dio 60. [b] Suet. Dio.]

tra dies 16. univerſam domuit, ut ait [a] *Dio*, anno imperii tertio. Moritur *Marcello* & *Aviola* Coſſ. 3. Eid. *Oct.* anno *Chriſti* 54. cum ei venenum in boleto datum eſſet ab *Agrippina*. [b] Imperavit annis 13. menſibus 8. diebus 20. vixit annos 64.

[c Suet. Dio. c. 5. *Nero*. d Suet. Nero 8.]

[c] Irato *Romanis* Deo, poſt vitrici mortem *Domitius Nero* cepit imperium annos natus [d] ſeptemdecim, quod initio ſic geſſit, ut inter optimos peincipes haberi potuerit; quamdiu ſcilicet *Senecæ* præceptoris monitis obtemperavit. Poſt ætatis licentia, & adulatione corruptus monſtri quam hominis ſimilior extitit. [e] *Parthos* capta *Armenia* graſſantes per *Corbulonem* repreſſit, ſtrenuum & antiquæ virtutis ac ſeveritatis ducem; qui & *Armeniam* recepit [f] anno *Neronis* 7. *Chriſti* 60. & *Tiridatem Vologeſis Parthorum* Regis fratrem *Romam* venire compulit, & ab *Nerone* diadema petere. Quod [g] anno *Chriſti* 66. *Neronis* 13. factum; quo & *Corbulonem* honorifice revocatum mori coegit. *Britannicum* ſtatim, ut imperare eſt orſus, veneno ſuſtulit. [h] *Agrippinam* matrem bonore prius omni ſpoliatam, ac palatio pulſam, ad extremum juſſit occidi. Quod parricidium ne quid ad illorum temporum inſelicitatem deeſſet, Senatus probavit. Id evenit anno *Chriſti* 59. *Neronis* 6. [i] Poſt hæc inducta *Poppæa*, quam ab *Othone* abſtraxerat, *Octaviam* relegatam interficit. [k] Conjuratione in ipſum *Piſonis* aliorumque detecta, *Lucanum* Poetam, *Senecam* Philoſophum, cum aliis quamplurimis anno *Chriſti* 65. morte multavit; eodemque *Poppæam* gravidam ictu calcis exanimavit. Adjecit ad hanc immanitatem turpiſſimi dedecoris infamiam, quod in ſcenam prodire, & inter hiſtriones aut citharœdos operam dare & *Circenſibus* equos agitare non eſt veritus. Quin etiam, ut ardentis *Trojæ* ſpeciem velut per ludicrum exprimeret, incendit Urbem [l] anno *Chriſti* 64. Quibus flagitiis cum in odium ſuorum contemptumque veniſſet, deſtitutus ab omnibus, & ad ſupplicium quæſitus, carnificis in ſe partes occupavit anno imperii decimo quarto, æræ *Chriſti* 68. [m] eo die, quo *Octaviam* interemerat.

[e Tac. 13. Dio. 62. *Corbulo dux eximius*. f Tac. 14. g Tac. 16. Dio. 63. h Suet. 34. Tac. 14. Dio. 61. i Sueton. Dio. 61. Tac. 14. k Tac. 15. Dio. 62. Sueton. l Tac. 15. Sueton. Dio. 63. m Suet.]

CAPUT III.

Judaicæ *res*, & Chriſtianæ, *ſub* Cajo, Claudio, & Nerone.

A. *Chriſti* 37. ad 68.

[Vide Lib. de Doct. Temp. c. 10 & ſeq. *Agrippa Rex*. n Joſeph. 18. Antiq. 8. o Joſeph. ib. c. 19.]

AGrippa *Ariſtobuli* filius, ſenioris nepos *Herodis* a *Tiberio* vinctus, quod *Cajo Caligulæ* ſtupens ei piccatus eſſet imperium, mox ut *Tiberius* obiit, a *Cajo* vinculis ſolutus eſt, ac *Philippi* & *Lyſaniæ* tetrarchiis cum Regis appellatione donatus, [n] auctore *Joſepho*; ac ſequente anno, *Caii* ſecundo, ut idem refert, ad regnum ſuum navigavit. Cujus æmulatione ſoror ejus *Herodias*, quæ *Philippo* viro ſuo relicto inceſtas cum ejus fratre *Herode Antipa Galilææ* Tetrarcha nuptias junxerat, hunc ipſum *Romam* ad regium decus obtinendum adire compulit. Sed ibi *Agrippæ* litteris offenſum ſibi *Cajum* reperit, ac [o] ſperatum Regis honorem mutavit exſilio, & *Lugdunum* relegatus eſt, ejuſque Tetrarchia auctus eſt *Agrippa*; quod anno *Caii* tertio, vel ineunte quarto, contigiſſe paulo poſt conſtabit. Quo tempore *Vitellio Syriæ* Præſidi ſucceſſor datus eſt *Petronius*, cui mandatum a *Cajo*, ut imaginem ſuam *Hieroſolymis* in templo collocaret; ſed differente *Petronio* [p] mortuus eſt interim *Cajus*. *Alexandriæ* quoque *Judæi* a *Flacco Avilio* Præfecto indigne habiti [q] *Philonem* gentis ſuæ nobilem ac diſertum virum *Romam* ablegarunt ad *Cajum*, a quo illuſus & ejectus eſt. Quin eodem anno *Pilatum* vitæ pertæſum ſibi necem attuliſſe, [r] ex *Euſebio* didicimus.

Petavii Rationar. Temp.

[A. 37. Chriſti ad 68. p Joſeph. c. 11. q Philo l. de Legat. Joſeph. ib. c. 10. r In Chron. & 2. Hiſt. 7. ſ Joſeph. l. 19. c. 4. t Act. 9. u Act. 12. Joſeph. 19. c. 17.]

Cajo vivia exempto, qui ſucceſſit ei *Claudius* anno *Chriſti* 41. eo ipſo [ſ] regnum amplificavit *Agrippæ*, addita *Judæa* & *Samaria*. Sic regnum *Herodis* poſt ejus mortem in lacinias diviſum, ex aſſe primus *Agrippa* poſſedit. qui ſtatim *Hieroſolymam* adiens *Chriſtianos* inſtituit perſequi, quo ſibi *Judæos* conciliaret, ac primum [t] *Jacobum* occidit; deinde *Petrum* in carcerem conjecit, unde ab Angelo eſt ereptus. Nec diu crudelem ambitioſumque Principem cæleſtis ira diſtulit. Poſt tres annos, quam *Palæſtinæ* totius Rex erat factus, *Cæſareæ* cum eſſet, quæ *Stratonis Turris* dicitur, [u] proque tribunali verba faceret, tamquam Deo acclamari ſibi paſſus, ſubita Numinis ira, ſcatentium e corpore vermium tabe confectus eſt. Paullo ab *Luca* diverſam narrationem apud *Joſephum* mortis illius invenies. Sed de tempore quod diximus, affirmat. Nam quatuor annis regnaſſe illum imperante *Cajo*, tribus ſub *Claudio*, in totum ſeptenis annis aſſerit. Eo defuncto, *Judæa* deinceps contributa eſt *Syriæ*, ac proprios Reges habere deſiit.

[*Chriſtianæ rei incrementa*. x Euſeb. 2. Hiſt. c. 24. *Petri cathedra Romana*. y Hier. Script. Eccl.]

Interea per *Judæam* & *Syriam*, ac longius quoque propagari pietas *Chriſtiana* cœpit, incumbentibus in eam rem naviter Diſcipulis, præſertimque *Petro*, ac *Paullo*. Quorum ille peragrata *Syria*, *Antiochiæ* ſedem Pontificiam fixiſſe creditur anno poſt Paſſionem *Chriſti* ſeptimo, æræ communis 37. cui annos ſex integros præſuit. *Romam* inde [x] circa *Claudii* ſecundum migravit annum, ut in *Chronico* ſcribit *Euſebius*, qui & annis 25. Urbis Epiſcobum *Petrum* fuiſſe refert. (1) *Dionyſius Alexandrinus* apud *Euſebium* auctor eſt, primum omnium *Petrum Romæ Chriſti* prædicaſſe fidem, ſive Eccleſiam ibi fundaſſe. Hujus ſedis principium cadit in annum *Claudii* tertium, *Chriſti* 43. qui eſt ab ejus profectione proximus, cum *Paullus* nondum eo perveniſſet; qui in *Aſia*, & *Græcia*, *Macedoniaque* interim procurabat Evangelium; atque anno poſt Paſſionem *Chriſti* 25. *Neronis* 2. vinctus *Romam* adductus eſt, [y] ut teſtatur *Hieronymus*. Qui eſt annus *Chriſti* 56. Itaque diu ante *Paullum Romam* *Petrus* adiit.

[*Prima perſecutio ſub Nerone*. z Tac. Annal. 15. Suet. 16. a Act. 8. b Arnob. a. Cyril. Cat. 6. Chryſol. Serm. 47. Sulp. l. 2. Chryſoſt. Hom. 18. in Acta Ephræm. Serm. de Hæret. p. 803. & alii. *Petri Paullique mors*. c Ambroſ. in Pſ. 118. Oct. 21. Euſeb. 3. de Dem. p. 75. Aug. Serm. 28. de Sanct. d Hier. de Script. Chryſoſt. Hom. 2. in epiſt. ad Rom.]

Paullus ab *Nerone* coram auditus & abſolutus eſt. Sed cum utriuſque, ut apparet, Apoſtoli ſtudio *Romæ Chriſtiana* fides adoleſceret, primus eam inſectatus eſt *Nero*. Qui cum Urbi (ut ſupra dictum eſt) ſubjeciſſet ignes anno imperii 11. æræ *Chriſtianæ* 64. falſo ſceleris hujus in *Chriſtianos* derivavit invidiam. Ideo comprehenſi plerique, & horrendis affecti ſuppliciis, [z] adeo ut nonnulli ſebo, adipe, ac pice obliti, facium inſtar, in uſum nocturni luminis arſerint. Eodem fere tempore *Simon magus*, qui [a] *Samariæ Chriſtianam* Religionem importante *Philippo* ei nomen dederat, & ad maleficas artes poſtea redierat, *Romam* advenit, ac præſtigiis ſuis *Romanos* illuſit: [b] quem *Petrus* a Dæmonibus in aera ſubvectum, ac volitantem, oratione ſua dejecit. Ob id *Neronis* juſſu tam ille, quam *Paullus* capitis damnati ſunt 3. Cal. *Jul.* anno *Chriſti* 67. *Neronis* exeunte 13. [c] *Petrus* inverſis veſtigiis cruci ſuffixus eſt. [d] *Paullus* eadem die gladio truncatus eſt.

Reliquorum Apoſtolorum acta nulla fere certa ac fide

(1) De priorum Romanorum Pontificum ætate nihil certi haberi poteſt uſque ad Victorem. Hæc hiſtoriæ Chriſtianæ capita erudite tractarunt Pearſonius, Papebrochius, Pagius, Tillemontius, nec tamen inter ſe conſentiunt. Euſebius tradit Petrum ſediſſe Romæ 25. an. quod maximas patitur difficultates. Lactantius vero in libro edito a Baluſio tom. 2. Miſcellan. de mortibus perſecutorum aſſerit Petrum per 25. annos multas provincias peragraſſe; poſtea veniſſe Romam initio Neroniani imperii, hoc eſt, ann. æræ vulgaris 54. obiit vero ann. 65. undecim igitur tantum annos Romanam ſedem obtinuiſſe Petrum exiſtimant multi.

A. 37. Chriſti ad 68.

a Iren. l. 2. c. 1. *Jacobus minor.* *b* Hier. de ſcript. Eccl. Euſeb Chro.

fide digna hiſtoria comprehenſa in obſcuro latent. De *Matthæo* ſcribit *a* *Irenæus* ſcriptum ab eo tunc Evangelium, cum *Petrus Romanam* inſtituit Eccleſiam. *Jacobum* quoque minorem fratrem Domini, qui primus *Hieroſolymorum* Antiſtes ab Apoſtolis ordinatus eſt, *b* anno ſedis ſuæ 30. *Neronis* ſeptimo, *Judæi* peremerunt: quod in annum incidit *Chriſti* 61. *Jacobo* ſucceſſit *Simon*, *Petro Linus*, qui hactenus Chorepiſcopus fuiſſe putatur.

Demonſtratur Cathedræ Romanæ tempus. Vide 11. de doct. Temp. c. 13.

Utriuſque cathedræ tempus auctoritate nititur. Sed *Romanæ* intervallum plures, quam *Antiochenæ*, teſtes habet. Hujus enim ſolus vindex eſt *Euſebius* in *Chronico*, qui ad annum ultimum *Tiberii* initium ejus adſcribit, a quo ſeptimo deinceps anno *Romam* profectum eſſe *Petrum* adnotat. Sed prior illa de *Antiochenſi* ſede lacinia germana non eſt, cum nec in veteribus libris appareat, & abſurde *Petrum Antiochiæ* doceat annos 25. manſiſſe. De *Romana* conſtantius Antiqui loquuntur, cujus finis in *Petri* nece factus eſt, anno *Chriſti* 67. *Neronis* labente adhuc 13. & inſtante 14. ſed is decimus quartus computatur ab *Hieronymo*, qui Apoſtolos ambos eo ipſo mortem obiiſſe ſcribit, eumdemque numerat poſt Paſſionem *Chriſti* 37. *c* Ad hæc *Petrum* ait annis 25. *Romanam* ſedem obtinuiſſe. Unde videri poteſt circa annum *Chriſti* 43. illius initium feciſſe: *Antiochenæ* vero ante annos ſex, *Chriſti* 37.

c Hier. de Vir. Illuſt. & in Chron.

Neque vero *Romanam* tantum Eccleſiam a *Petro* fundatam eſſe Veteres produnt; ſed etiam *Innocentius I.* in *epiſtola* prima, *manifeſtum eſſe*, ait, *in omnem* Italiam, Gallias, Hiſpanias, Africam, *atque* Siciliam, *inſulaſque interjacentes nullum inſtituiſſe Eccleſias, niſi eos, quos venerabilis Apoſtolus* Petrus, *aut ejus ſucceſſores, conſtituerint ſacerdotes. Aut legant*, inquit, *ſi in his provinciis alius Apoſtolorum invenitur aut legitur docuiſſe.*

CAPUT IV.

De Galba, Othone, Vitellio, Veſpaſiano, Tito, Domitiano, *deque* Hieroſolymorum *excidio.*

A. 68. *Chriſti* ad 96.

d Suet. Nero c. 40. & 41. Xiph. *Galba.* *e* Suet. Galba. Xiphil.

PAullo ante *Neronis* obitum, *d* *C. Julius Vindex*, qui pro Prætore *Galliam* regebat, palam deficiens, [1] *Sergium Galbam Hiſpanias* adminiſtrantem ad imperium capeſſendum impulit; quod ille, ſubinde interempto manu ſua *Vindice*, perſeveravit facere. *e* Ita ſublato *Nerone*, imperavit menſes circiter ſeptem, grandi jam natu; ac ſequente anno *Chriſti* 69. ineunte, periit cum eo, quem adoptarat, *Piſone*, cum jam *M.* [2] *Silvius Otho* Imperator acclamatus eſſet. Sed huic perbreve imperandi ſpatium fuit, ac trium circiter menſium.

Otho.

f Tac. 1. Hiſt & 2. Suet. in Othone, & Vitel. Plut. in Othone. Xiphil. *Vitellius.*

Interim *f* *Vitellius Germanicarum* legionum, quibus Conſularis legatus præerat fiducia, Imperatoris nomen uſurpat, & ad *Bebriacum Othonis* levi prœlio vincit exercitum: qui civilium pertæſus armorum voluntariam ſibi necem conſcivit *Aprili* circiter menſe, ætatis anno 37.

g Suet. Tac. Xiphil. *Veſpaſianus.*

g *Vitellius* poſt *Othonem* imperium octo admodum menſibus geſſit, eodem anno *Chriſti* 69. quod intervallum haud ſolus implevit. Nam *Flavius Veſpaſianus*, qui ad comprimendos *Judæos* a *Nerone* miſſus fuerat, adjuvantibus *Tiberio Alexandro Ægypti* Præfecto & *Muciano Syriæ* Præſide, trium cæde Principum quaſi fluctuans & incertum ſuſcepit imperium.

h Tac. Hiſt. 2.

h Primus *Tiberius* Calendis *Juliis* anni *Chriſti* 69. legiones in illius verba ſacramentum adegit; iſque primus principatus dies in poſterum celebratus, ait *Tacitus*. *i* Decem annos imperium rexit ſumma æquitate ac clementia. Obtrectantium libertatem, maximeque Philoſophorum, patientiſſime tulit. *Helvidium* tamen *Priſcum Thraſeæ* generum, ſecta *Stoicum*, & Prætorem, nimia ejus inſolentia coactus relegavit, ac juſſit occidi; tum Philoſophos, uno excepto *Muſonio*, Urbe ſubmovit anno *Chriſti* 73. Ingenia doctrinaſque magna liberalitate complexus eſt. Primis enim *Latinis Græciſque* Rhetoribus a fiſco annua centena conſtituit. Sola in eo culpabatur pecuniæ cupiditas: quam tamen excuſare ſolebat ærarii fiſcique inopia, aſſerens quadringenties millies opus eſſe, ut Reſpublica ſtare poſſet. Ea ſumma ad noſtram pecuniam redacta coronatorum circiter efficiet 107500000.

A. 68. Chriſti ad 96. *i* Suet. Xiphil.

Vide Par. 2. l. 4. c. 5. *Hieroſolymitanum excidium.* *k* Joſeph. 2. de Excid. c. 17. & ſeq.

Bellum eo Imperatore confectum eſt *Judaicum*; ad quod privatus adhuc ab *Nerone* miſſus erat, ut ſupra docui. Id a ſeditioſis quibuſdam ortum habuit, quorum *k* dux *Eleazarus*, *Ananiæ* Pontificis filius; qui per ſpeciem religionis adverſus *Romanos* arma moverunt. Dehinc ſtrage ſuorum, qui a *Cæſarienſibus*, *Scythopolitanis*, aliiſque paſſim trucidabantur, efferata gens contra *Romanos* pertinacius contendit. *Ceſtius Gallus*, *Syriæ* legatus, *Hieroſolymam* obſidens cum magna copiarum ſuarum cæde in fugam agitur *l* anno *Neronis* 12. *Novembris* menſe, *Chriſti* 65. Victores *Hieroſolymam* reverſi cum alios belli duces eligunt, tum *Joſephum Matthiæ* filium. *m* Anno *Chriſti* 67. *Veſpaſianus* per *Galilæam* ac *Judæam* arma circumferens, præter oppida pleraque, ducem ipſum belli *Joſephum* in poteſtatem redegit, a quo & illi prædictum eſt imperium. Poſtremo caput gentis *Hieroſolymam* aggreſſus, mox interruptam *Neronis* aliorumque cæde Principum obſidionem per *Titum* filium jam *Auguſtus* inſtaurat anno imperii ſecundo, *Chriſti* 70. per Azymorum dies; ac demum *n* *Loi* decimo, ſive *Auguſti* 5. die, templo ſuccenſo, urbs eſt capta penitus, *o* *Gorpiæi* 8. qui *Septembris* 1. reſpondet, feria 7. ut *Xiphilinus* ex *Dione* prodidit.

l Joſeph. l. 2. c. 24. *Joſephus Hiſtoricus.* *m* Joſeph. l. de Exc. 1. c. 14. Suet. Xiph.

n Joſeph. 6 de Exc. c. 26. *o* Id. lib. 6. 47.

Ea clades *Judaicæ* genti ac nomini exitium attulit, tantaque vis calamitatis, ac tam multiplex malorum ſpecies fuit, ut appareret ob unius Filii Dei indigniſſimam necem pœnas iſtas eſſe perſolutas. *p* Nam & horrenda fames incluſos mœnibus in eam rabiem impulit, ut humanis veſcerentur carnibus, ac natorum etiam corpora matres abſumerent: & undecies centena millia, quod fando vix auditum erat, una illa obſidione perierunt. Urbs ipſa denique ſolo æquata; *q* cui & aratrum victor impreſſit. Anno imperii tertio, *Chriſti* 71. *r* *Veſpaſianus* cum *Tito* filio de *Judæis* triumphavit, ac tum *Jani* templum occluſit, & Pacis ædificare cœpit. Eodem anno tumultuantibus *Alexandriæ Judæis*, *ſ* *Lupus* Præfectus templum ipſorum *Onion* dictum ab *Onia* Pontifice, qui illud fundarat, obſtruxit. Dehinc Conſulatu ſuo nono, quem cum *Tito* filio geſſit, *t* deceſſit ex morbo, dum legationibus operam daret, aſſerens *Imperatorem ſtantem mori oportere*. Fuit hic annus *Chriſti* 79. dies VIII. Calend. *Julias*, cum annos vixiſſet 69. menſem 1. dies 7. imperaſſet annos decem.

p Joſeph. Lib. 7. de Excid. Dio 66.

q Hieron. in R. Zach. *r* Joſeph. 7. c. 24. vel 18. *ſ* Id. c. 30. vel λζ. *t* Suet. in Veſp. c. 24. Diod. 66.

u Suet. Xiphil. *Titus.*

u Inter optimos Imperatores jure numeratur, qui *Veſpaſiano* patri ſuffectus eſt, *Titus*; etſi, antequam imperaret, crudelitatis, avaritiæ, ac libidinis ſuſpectus fuerit; ſed qualeſcumque mores ſuos in principatu ſic in melius convertit, ut amor ac deliciæ generis humani vocari meruerit. Præcipua in illo manſuetudinis ac facilitatis laus extitit. Nulli negare quicquam ſolitus, ajebat, *Neminem a Principe triſtem oportere diſcedere*. Cum ſuper cœnam recordatus eſſet, nihil ſe cuiquam eo die præſtitiſſe, *Amici*, inquit,

[1] Lege Servium Sulpicium Galbam, ut obſervatur *in Præf. … Edit. ejuſ op. Lug. Bat.*

[2] Lege M. Salvius Otho. ibid.

A. 68. Chriſti ad 96.

quit, *diem perdidi*. Eo imperante, anno *Chriſti* 80. ex *Veſuvio* monte ingens vis flammarum ac mox cineris erupit. [a] Hæc vero in *Africam*, *Syriam*, & *Ægyptum* uſque pervaſit. Oppida periere duo, *Pompeii* & *Herculanum*. Amphitheatrum & thermas ſuo nomine dedicavit.

[a] Xiphil. Plin. Jun. l. 6. Ep. 16.

Moritur anno *Chriſti* 81. Eid. *Septembris*, annos duos, ac menſes totidem, dieſque 20. quam ſucceſſerat patri, [b] altero & quadrageſimo ætatis anno; non ſine dati ab fratre *Domitiano* veneni ſuſpicione.

[b] Suet.

Domitianus.

Incredibile ſui deſiderium *Titus* moriens Senatui populoque reliquerat. Auxit [c] id *Domitianus* frater ejus ac ſucceſſor, pæne omnium, qui hactenus fuerunt, ac deinde vixerunt, Principum teterrimus. Atqui inter initia principatus clementiæ juſtitiæque nonnullum ſpecimen ediderat. Sed mox indolem prodidit, ac ſævitia, rapacitate, luxuria æmulum ſe *Neronis* oſtendit. [d] In muneribus ac ſpectaculis effuſus, quinquennale inter alia certamen inſtituit, *Capitolino Jovi* triplex, muſicum, equeſtre, gymnicum, anno *Chriſti* 86. Primus ſe *Dominum* ac *Deum* appellari voluit. Initium imperandi cum habuiſſet anno *Chriſti* 81. conſpiratione ſuorum opprimitur anno 96. decimo quarto Calend. *Octobris*, anno ætatis 45. cum imperaſſet annos 15. dies 6.

[c] Suet. Xiph.

[d] Suet. 4. Cenſor. c. 18.

CAPUT V.

De Chriſtiana *re ab exitu* Neronis *ad ultimum annum* Domitiani, *ſive*

A. 68. *Chriſti* ad 96.

CHriſtianæ res illius temporis haud magna in luce verſantur, ſcriptorum magis inopia, quam quia mandari quod poſſet litteris exſtaret nihil. Nam neque parva, neque ſcitu indigna credibile eſt Apoſtolos, ac *Chriſti* Diſcipulos, toto orbe geſſiſſe; ſed pleraque fabulis & incertis narrationibus adſperſa ſunt. Tum nos præcipua tantum capita rerum, non exactam ſingulorum hiſtoriam mandare huic libro decrevimus.

Romani Pontifices.

Petro ab *Nerone* interfecto, *Romanam* Eccleſiam *Linus* regendam ſuſcepit, ut [e] antiqui Scriptores aſſerunt; quibus ſuffragatur vetus *Indiculus Romanorum Pontificum Liberii* tempore contextus, quem penes nos habemus. Huic annos 11. menſes 2. cum diebus aliquot aſſignant; ut anno *Chriſti* 78. deceſſerit. Cui [1] *Cletus* deinde ſucceſſit, quem *Anacletum* vocat *Irenæus*; ut & *Græci* complures, ac duodecim annis ſedit, menſibuſque ſeptem; & martyrium fecit anno *Chriſti* 91. ac ſucceſſorem habuit *Clementem*. [f] Anno porro *Domitiani* 13. vel 14. *Chriſtianum* in nomen ardere perſecutio cœpit; in qua *S. Joannes* Apoſtolus in *Patmon* inſulam relegatus [g] ſcripſit *Apocalypſin*, [h] ſub exitum *Domitiani*, cum antea *Romæ* in fervens demerſus oleum illæſus abiiſſet, [i] quod ex *Tertulliano Hieronymus* approbat. Paſſi ſunt & *Flavius Clemens* Conſul *Domitiani* conſobrinus, & uxor ejus *Flavia Domitilla* ejuſdem Imperatoris cognata; quibus *ἀθεότητος* & *Judaiſmi* crimen impactum, ut ſcribit [k] *Dio*; *Domitillam* ait *Euſebius*, ſive *Hieronymus* in *Chronico*, *Clementis* Conſulis ex ſorore fuiſſe neptem, & eamdem virginem *Romanum Martyrologium* nominat.

[e] Iren. l. 3. c. 3. Tert. Carm. cont. Mar. l. 3. Euſeb. Chron. Epiph. Hær. 28.

[f] Euſeb. Chron.

[g] Hier. de Script. Eccl.

[h] Iren. l. 5. c. 30.

[i] Hier. l. 1. in Jovin.

[k] Dio. l. 67.

Hæretici.

Hæretici porro eodem intervallo complures exſtiterunt. Præcipui vero *Simon Magus* a *Petro* Apoſtolo de ſublimi dejectus; *Nicolaus*, a quo *Nicolaitarum* ſecta profluxit: [l] *Hymenæus*, *Philetus*, *Phygellus*, *Alexander*, quorum Apoſtolus meminit. [m] *Ebion* poſt excidium *Hieroſolymitanum* hæreſis ſuæ venena ſparſit, ut ſcribit *Epiphanius*. *Menander* item, ac *Cerinthus*, temporibus iiſdem vixere.

[l] 2. Tim. 1. & 2. & 4.

[m] Epiph. Hær. 30.

CAPUT VI.

De viris doctrinæ laude præſtantibus, qui ab ortu Chriſti *ad* Domitiani *obitum ſæculo fere integro floruerunt.*

Philo Judæus.

ILluſtravit hanc ætatem *Judæi Philonis* eloquentia pariter ac ſapientia, [n] qui publica pro *Judæis Alexandrinis* legatione functus eſt apud *Cajum* Imperatorem. Tum *Muſonius Tyrrhenus Vulſiniis* oriundus, ſecta *Stoicus*, qui *Neronis* tempore vixit, ut ait *Suidas*. *Apollonius Tyaneus Muſonii* familiaris. *Demetrius Cynicus* multum ab [o] *Seneca* laudatus. Longe vero clariſſimus habitus eſt *Seneca* ipſe *Stoicus*, ac *Neronis* præceptor, & ab eodem mori coactus. Sub *Tiberio* floruit [p] *Strabo* Philoſophus pariter & Geographus ſcriptor. Sub *Nerone* Poetæ celebres fuere *Lucanus*; *Silius Italicus*, quo *Nero* Conſule mortuus eſt; *Perſius* Satyricus. Paullo poſt ſub *Domitiano*, *Martialis*, *Valerius Flaccus*, *Statius*, *Juvenalis*. Hiſtorici; *Svetonius*, *Tacitus*: inter *Judæos* [q] *Joſephus*, qui anno *Domitiani* 13. *Chriſti* circiter 93. *Antiquitates Judaicas* abſolvit, ætatis anno 56. ut ipſe profitetur. Ita natus erit anno *Chriſti* 37. *Caii Caligulæ* primo; quod in vita ipſe ſua teſtatur. Ejus æqualis & æmulus fuit *Juſtus Tiberiadenſis*, de quo [r] *Photius*. *Veſpaſiano* quoque Principe exſtitiſſe fertur *Q. Curtius* politiſſimus Hiſtoricus. Eruditionis variæ palmam tulere ſub *Tiberio*, Grammaticus *Appio Alexandria* oriundus; *Plinius ſenior*, qui *Titi* anno 2. dum *Veſuvii* montis incendium propius, quam tutum erat, intuetur, [s] exſtinctus eſt *Chriſti* anno 80. *Plinius* item *junior* illius ſorore natus ſub *Domitiano* ac *Trajano* celebris fuit; eodemque tempore *Quintilianus*. *Aſconius Pedianus Ciceronis* interpres longe nobiliſſimus anno *Veſpaſiani* 7. ut ſcribit *Hieronymus* in *Chronico*, natus annos 73. luminibus captus, duodecim poſtea vixit annos.

[n] Philo de Legat.

Muſonius.

Tyaneus.

Seneca.

[o] Sen. ep. 63.

[p] Strabo 13.

Poetæ celebres.

[q] Joſeph. in fine l. 20.

[r] Phot. cod. 35.

Plinius.

[s] Plin. Jun. l. 6. ep. 16.

Aſconius, Q. Quintilianus.

CAPUT VII.

De Nerva, Trajano, *&* Hadriano, *& quæ ab iis, vel eorum temporibus geſta.*

A. 96. Chriſti ad 138.

A. 96. *Chriſti* ad 138.

COccejus *Nerva* oppido *Narnienſi* genitus, grandi jam ætate poſt *Domitianum* ſuſcepit Imperium anno *Chriſti* 96. & ad annum integrum menſes 4. dieſque 11. adjecit, Princeps optimus, ſed propter ætatem contemptus. *Domitiani* acta reſcidit; & quæ per vim & injuſtitiam erant adempta, reſtituit. Ita ſe demum in imperio vixiſſe dicebat, ut, quominus tuto privatus poſſet vivere, nihil metueret. Sed ei ad compeſcendum militem auctoritas defuit. Itaque *Domitiani* interfectores, a quibus imperium acceperat, illo repugnante a Prætorianis jugulati ſunt. Ideo *Trajanum Germaniam* adminiſtrantem in filium adoptavit; cum quo [t] tribus vixit menſibus. Obiit 6. Cal. *Febr.* [u] cum vixiſſet annos 65. menſes 10. dies 10. *Eutropius* annos vitæ ejus numerat duos & ſeptuaginta.

Dio. 68. Aur. Victor Eutr. Vide Par. 2. l. 4. c. 6.

[t] Victor.

[u] Dio.

Trajanus.

Anno ergo duodecenteſimo *Chriſti Ulpius Trajanus* cepit imperium apud *Agrippinam Coloniam*, annum

agens

(1) Cletum ab Anacleto ſecernendum non eſſe pereruditе demonſtravit Pearſonius in Diſſertationibus poſthumis, idque non ex Irenæo tantum, ſed ex omnibus Græcis. Hunc porro non Anacletum; ſed Anencletum, vocari ibidem oſtendit Pearſonius.

A. 96. Chriſti ad 138.
[a] Dio. l. 68. Vict.
[b] Eutr. 8.

agens 42. ex urbe *Tudertina* oriundus, ut ſcribit [a] *Victor*. [b] *Eutropius Italicæ* natum in *Hiſpania* memorat. Bellicæ vir rei peritus inprimis ac ſtrenuus, prudens item, moderatus, ac mitis; ut *Optimi* cognomen omnium conſenſu meruerit. Amicis eum culpantibus, ait *Eutropius*, quod nimis circa omnes comis eſſet, reſpondit *Talem ſe Imperatorem eſſe privatis, quales eſſe ſibi Imperatores privatus optaſſet*. *Daciam Romanis* provinciis addidit, victo Rege *Decebalo*, qui ſuapte manu periit anno *Chriſti* 102. [c] In Orientem profectus, *Armenios*, *Iberos*, *Colchos*, *Sarmatas*, *Oſrhoenos*, *Arabas*, *Boſphoranos* perdomuit. In *Parthos* invectus *Seleuciam*, *Cteſiphontem*, & *Babylonem*, aliaſque ſubegit urbes. Sed dum in mare rubrum navigat, omnes illi fere populi defecerunt; quos ſtatim per ſeſe ac per ſuos duces recepit. [d] Ingens illo imperante terræ motus *Antiochiam* evertit anno *Chriſti* 115. quo Coſſ. fuere *Meſſala* & *Pedo*; quorum hic ruina ſubito eſt oppreſſus. *Trajanus* per feneſtram eductus vix evaſit. *Judæi* quoque *Cyrenenſes* in *Romanos* & *Græcos* omni crudelitatis genere graſſati ſunt per *Ægyptum* atque *Cyprum*: quos *Trajanus* per *Martium Turbonem* infinita ſtrage compeſcuit. Tandem rebellantibus *Parthis*, qui ab *Romano* Imperatore datum ſibi Regem expulerant, dum in illos arma molitur, in ægritudinem incidit; ob quam *Selinuntem* in *Cilicia* delatus obiit IV. Eid. *Aug.* anno *Chriſti* 117. ab eoque *Trajanopolis* urbs ipſa nomen accepit. Vixit, ut ſcribit *Victor*, annos 64. minus uno habet *Eutropius*. Imperavit annos 19. menſes 6. dies 15. ait [e] *Dio*.

Trajani aureum dictum.
[c] Dio. Euſeb. Chron.
[d] Dio.
[e] Dio. 68

Hadrianus.
[f] Spartian. Dio. 69. Vict. Eutr. 8. Par. 2. l. 4. c. 6.

[f] *Ælius Hadrianus Trajani* conſobrinus, ejuſque popularis, (nam *Italica* ortum accepit) *Plotinæ* favore, quæ uxor *Trajani* fuit, imperare cœpit anno *Chriſti* 117. vir ingenio varius ac multiplex, & ad virtutes perinde atque vitia factus. Artium in eo ſtudium pæne omnium fuit, etiam minutiſſimarum, quarum peritos, tamquam æmulos, obterere conſueverat. Præſtanti idem memoria & in obeundis provinciis aſſiduus ac diligens. Itaque tantum terrarum nemo peragravit. Mortuo *Trajano*, *Parthis Armeniam*, *Aſſyriam*, *Meſopotamiam* ceſſit; *Daciam* quoque relicturus, niſi tot *Romanorum* civium, quæ illic erant, millia perdere eſſet veritus.

Hieroſolymam inſtaurat.
[g] Spart. Dio. 69. Xiphil. Euſeb. Chron. Oroſ. 7. c. 13.

[g] Sub hoc *Judæi* tumultuantes primum a *Martio Turbone* compreſſi ſunt anno ejus imperii ſecundo. Poſtea *Hieroſolymam* inſtauravit, quam *Æliam Capitolinam* vocavit, eoque coloniam deduxit; atque in eodem loco ubi templum ſteterat, alterum in honorem *Jovis* conſtituit. Quæ res *Judæorum* animos ita commovit, ut ad arma converſi atrocius, quam umquam alias, bellum excitarint, duce *Barcocheba*, contra quos *Hadrianus* cum alios belli peritos Imperatores, tum *Julium Severum* e *Britannis* accivit; a quo paullatim oppreſſi *Judæi*, & internecione deleti ſunt. Cæſa *Judæorum* eo bello quingenta octoginta millia ſcribit *Dio*, præter innumerabilem multitudinem, quam fames, morbus, aut incendium abſumpſit; adeo ut *Palæſtina* pæne ad ſolitudinem redacta ſit. Ex illo tempore *Hieroſolymam* adire *Judæis* ſub pœna mortis vetitum fuit; [h] niſi quod uno quotannis die lugendi gratia adire conceſſum eſt. Belli hujus exitus in annum *Chriſti* 135. incurrit, quo *Hadrianus* imperii viceſimum iniit.

Judæi internecione deleti.
[h] Greg. Naz. Orat. 12.

[i] Spart. Dio. 69. Eutrop. Vict.

[i] Ad extremum ævo jam ingraveſcente, morbiſque confectus, prole cum careret, *Cejonium Commodum Verum* adoptavit, quem *Ælium Verum* nominavit, ac *Cæſarem* facit anno *Chriſti* 137. at is Cal. *Januariis* anni ſequentis exſtinctus eſt, ut ſcribit *Spartianus*. *Hadrianus* itaque affecta valetudine *Arrium Antoninum*, qui poſtea *Pius* eſt dictus, adoptavit, ea lege, ut ille ſibi duos adoptaret, *Annium Verum Ælii Veri* filium, & *Marcum Aurelium Antoninum*. Demum occiſo *Serviano* ſororis ſuæ viro nonagenario, aliiſque plurimis, cum vitæ tædio ſibi mortem afferre tentaſſet, apud *Bajas* periit in conſpectu *Antonini Pii*, VI. Eid. *Jul.* anno *Chriſti* 138. [k] cum vixiſſet annos 62. menſes 5. dies 17. imperaſſet annos 21. menſes 11.

A. 138. Chriſti ad 192.
[k] Dio. 69. Xiphil. Spart. Vide 11. de Doct. Temp. c. 21.

CAPUT VIII.

De Antonino Pio, Marco Aurelio, Lucio Vero, Commodo.

A. 138. *Chriſti* ad 192.

Antoninus Pius.
[l] Capitolinus Victor. Eutr. 8.

[l] ANtoninus *Pius* adoptatus ab *Hadriano Romanæ* rei præfuit anno *Chriſti* 138. tanta virtute ac bonitate, ut exempla omnia ſuperarit. Patris enim potius affectu, quam Principis, Rempublicam tractavit atque orbem terrarum ſine bello, quamdiu imperavit, ſola auctoritate rexit; ideoque cum *Numa* comparatus eſt. Hunc exteri ac longinqui Reges & populi adeo veriti ſunt, ut controverſiarum ſuarum arbitrium ab eo poſcerent. In eos, qui contra ſe conſpiraverant, inquiri vetuit. Moritur [m] anno ætatis 70. imperii 24. *Victor* annos ætati illius aſſignat 72. In 161. porro *Chriſti* annum mors ejus incidit, Nonaſque *Martias*, cum cepiſſet anno 138. ex ante diem VI. Eid. *Jul.* Ita viginti duos annos cum octo fere menſibus geſſit imperium.

[m] Capitol.

M. Aurelius.

Poſt hunc imperavit *Marcus Aurelius*, *Pii* gener: hujus enim filiam *Valeriam Fauſtinam* in matrimonium habuit. Is ab ineunte ætate cum ceteris artibus, tum ſapientiæ ſtudiis excultus, hanc ipſam non minus vita moribuſque, quam ſermone ac profeſſione præ ſe tulit. Principio *L. Ælium Verum*, cui *Lucillam* filiam collocarat, imperii participem fecit. Ac tum primum duo Imperatores *Auguſti* nomine Rempublicam geſſerunt. *Tantumque hujus rei & novitas & dignitas valuit, ut Faſti Conſulares nonnulli ab his ſumerent ordinem Conſulum*, ait [n] *Spartianus*. Ambo igitur ad 11. annum communiter imperarunt, ut idem teſtatur cum *Eutropio*, vitæ inſtitutis inter ſe diſſimillimi. Nam *Verus* iners, luxuque perditus, ac parum civili ingenio fuit, quod fratris reverentia moderabatur. [o] A quo miſſus adverſus *Parthos*, quadriennio toto per duces ſuos rem proſpere geſſit. Itaque de *Parthis* ambo triumpharunt. *Marcomanicum* poſtea bellum ab iiſdem ſuſcipitur. Sed in ipſa profectione *Verus* apoplexia correptus inter *Concordiam* & *Altinum* periit anno *Chriſti* 171. ſi undecimum imperii annum attigit: vel 169. ſi nonum haud exceſſit. Nam utrumque refert *Euſebii Chronicon*. Solus ergo cum *Marcomanis*, quibus *Quadi*, *Vandali*, *Sarmatæ*, *Suevi*, ac barbari ſe omnes adjunxerant, *M. Aurelius* triennio conflixit, ait *Eutropius*, ac periculoſiſſimo bello perdomuit: [p] in quo ſiti aliquando laborantem exercitum *Chriſtiana* legio impetrata de cælo pluvia recreavit; quod ſub annum *Chriſti* 174. contigiſſe *Euſebius* oſtendit. Ad hujus belli ſumptus, exhauſto ærario, ne quem exactionibus oneraret, imperatoriam omnem ſuppellectilem ornatumque diſtraxit; & poſt victoriam, emptoribus, qui reddere comparata vellent, pretia reſtituit. [q] *Avidius Caſſius* falſo mortis illius allato rumore tyrannidem cepit, ac poſt tres menſes occiſus eſt. *M. Aurelius*, annis 19. ac menſibus undecim in imperio tranſactis, apud *Vindobonam*, ſive *Viennam*, morbo eſt exſtinctus anno *Chriſti* 180. natus annos 59. ait *Victor*; quippe editus eſt in lucem avo ſuo *Vero* & *Augure* Coſſ. auctore *Capitolino*, qui in annum competunt *Chriſti* 121.

[n] Spart. in Vero. Eutr. 8.
Verus.
[o] Capitol.
Marci Aurelii virtus.
[p] Xiphil. Euſeb. Chron & 5. Hiſt. c. 5.
[q] Volcat. Gallus.

Commodus.
[r] Xiphil. Capitol. Herodian. 1. Vict. Europ.

[r] Optimo patri nequiſſimus filius ſuffectus eſt *Aurelius Commodus Antoninus*, crudelitate, libidine, avaritia, fœdis & Imperatore indignis artibus *Neroni* ſimillimus. Cum *Germanis* initio rebus compoſitis,

Romæ

A. 138. Chriſti ad 192.

Romæ triumphavit. Idem *Lucillam* ſororem, quæ cum aliis pleriſque contra ſe conſpirarat, occidit, *Perenni* Præfecto Prætorio quæſtionem habente; qui & ipſe poſtea ſimili in culpa deprehenſus capite pœnas luit. Exinde Prætorio præfecti ſunt duo. *Perennis* potentiæ ſucceſſit *Cleander* populo propter ſævitiam & avaritiam inviſus; quá exorta ſeditione juſſu *Commodi* interemptus eſt. Denique ſuorum inſidiis, quibus necem deſtinarat, opprimitur anno imperii exacto duodecimo, ſuperque menſibus 9. ac diebus 14. ait *Xiphilinus*, cum vixiſſet annos 31. menſes 4. [a] Siquidem natus eſt patre *M. Aurelio* ac *L. Vero* Coſs. anno *Chriſti* 161. mors autem ejus incidit in annum *Chriſti* 192. pridie Calendas *Januarii*.

[a] Lampr.

CAPUT IX.

Chriſtiana *res, & a quibus vel ſanguine, vel ſtylo, ſub illis Principibus defenſa; tum qui inter Gentiles doctrina celebres, item Hæretici.*

TRajano rerum potiente non ſtatim in *Chriſtianos* nova indicta perſecutio eſt; ſed *Domitiani* edicto ſemel orta Martyres aliquot dedit, e quibus inſignis fuit (1) *S. Clemens Romanus* Pontifex, [b] qui anno tertio *Trajani* mortuus eſt, cum ſediſſet annos 9. menſeſque ſex. Cui ſucceſſit *Anacletus*.

S. Clemens.
[b] Hier. de Script. Eccl.

[c] In *Bythinia* vero *C. Plinius* Proconſul de *Chriſtianis* habita quæſtione, cum eos falſis criminibus paſſim accuſari deprehendiſſet, ex *Trajani* reſcripto inquirere deſiit; ſic ut oblatos tantum obſtinatoſque puniret.

[c] Plin. l. 10. Ep. 98. Euſeb. 3. Hiſt. c. 33. & in Chr. ex Tert. Apol.

Porro anno *Trajani* circiter decimo, tertia ab eodem [d] mota perſecutio eſt, in qua *Simeon Cleophæ* filius annos natus 120. cruci ſuffigitur; necnon *Ignatius Romam* ex *Aſia* perductus in amphitheatro leonibus objicitur anno *Chriſti* 108. & erat videlicet *Maximus* Martyr, qui, quod *Dionyſius* in *cap. 5. de Divinis Nominibus*, *Ignatium* citat, ante *Domitianum* necem ejuſdem *Ignatii* collocat. *Oneſimus* item *S. Pauli* diſcipulus *Epheſi* Epiſcopus pro *Chriſto* patitur, & *Anacletus* Papa, cum ſediſſet annos 9. menſes 3. quem *Evariſtus* excepit.

Perſecutio Trajani.
[d] Euſeb. Chron & 3. Hiſt. c. 32. & ſeq.

Trajani perſecutionem ſucceſſor ejus propagavit *Hadrianus*, & in Martyres plurimos ſævit. *Evariſtus* Papa ſub illo cæſus *Alexandro* ſedem reliquit, quam hic anno *Hadriani* 15. martyrio perfunctus *Sixto* tranſmiſit; [e] cum jam *Fauſtinus* & *Jovita Brixiani* illius juſſu necati eſſent circa annum ejus 4.

Perſecutio Hadriani.
[e] Acta SS. Fauſt. & Jov.

Imperante *Antonino Pio Juſtinus Martyr* [f] *Apologeticum* unum edidit; [2] alterum *M. Aurelio & L. Vero*; quorum ſub initium illuſtre martyrium obiit.

Juſtinus Martyr.
[f] Euſeb. l. 4. Hiſt. c. 16. Hier. de Script.

Romani vero Pontifices pro *Chriſto* cæſi ſunt, *Sixtus* anno ſecundo *Antonini*, cum annus ſediſſet propemodum decem, *Teleſphorus* anno ejuſdem 14. *Hyginius* anno 18. *Aurelii* vero anno 5. paſſus eſt *Pius*. [g] Huic ſucceſſit *Anicetus*, occiſus & ipſe anno illius 13. Eo Eccleſiam adminiſtrante [3] *Polycarpus Smyrnæ* Epiſcopus *Romam* adiit, ac paullo poſt circa annum ſeptimum *M. Aurelii*, egregium in *Aſia* pro *Chriſto* certamen obiit. In eadem provincia paſſus eſt & *Pionius*. *Soter* poſt *Anicetum Romæ* cum ſediſſet annos 4. agonem implevit, eique ſubrogatus eſt *Eleutherus* anno circiter *M. Aurelii* 17. [h] quando in *Galliis* ferali Imperatorum edicto *Chriſtiani* complures occiſi ſunt, inter quos *Lugdunenſes* Martyres excelluerunt; præſertim *Photinus* Epiſcopus, *Attalus*, *Alexander* Medicus, *Blandina*. *Ac tum primum* (ait [i] *Severus*) *intra* Gallias *martyria viſa, ſerius trans* Alpes *Dei religione ſuſcepta*. Id anno evenit *Chriſti* 177. Paſſa eſt *Romæ* quoque ſub *Aurelio* [k] *S. Felicitas* cum filiis ſeptem. *Chriſtianam* fidem contra Gentiles & Hæreticos ſtylo propugnarunt eodem ſæculo quamplurimi. Velut [l] *Agrippa Caſtor*, qui ſub *Hadriano* contra *Baſilidem* Hæreticum ſcripſit. *Quadratus*, & *Ariſtides Athenienſis*, qui pro *Chriſtiana* Religione apologeticos edidere eodem imperante.

[g] Iren. l. 3. c. 3. Euſ. l. 4. Hiſt. c. 14. & ſeq. & in Chron.
Polycarpus.
[h] Euſ. l. 5. Hiſt. c. 1. & ſeq.
Lugdunenſes Martyres.
A. 138. Chriſti ad 192.
[i] Lib. 2.
[k] Martyrol. Rom.
[l] Euſeb. 4. Hiſt. Hier. de Script.

Æqualis item fuit illorum *Papias Joannis* auditor, & *Hegeſippus*, qui ſub *Aniceto* & *Eleuthero* vixiſſe *Romæ* ſcribitur ab *Hieronymo*; hoc eſt, Imperatoribus *M. Aurelio* & *Commodo*, quando & *Melito Sardenſis*, & *Apollinaris Hierapolitanus* & *Dionyſius Corinthius* Epiſcopi, necnon *Athenagoras Athenienſis* Philoſophus, pietatis & doctrinæ famam late ſparſere.

Scriptores Eccleſiaſtici.
Papias.

Inter Gentiles Philoſophos inſignis habitus eſt ſub *Trajano Chæronenſis Plutarchus*, ac *Dio Pruſæus*; ſub *Hadriano Phavorinus*, *Euphrates Stoicus*, [m] qui morbi ac ſenectutis tædio cicutæ hauſtu vitam finiit *Hadriano* permittente. *Sextus* item, *Agathobulus*, & *Oenomaus*. [n] Sub *Antonino Pio Taurus Berytius Platonicus* vixit; tum *Arrianus Nicomedienſis* Philoſophus, & Hiſtoricus; *Maximus Tyrius*, *Apollonius Chalcidicus Stoicus*; *Baſilides Scythopolitanus*; qui omnes *M. Aurelii* præceptores fuere. Quo imperante *Peregrinus* Philoſophus cognomento *Proteus*, apud *Piſas* per *Olympicum* ludicrum exſtructo rogo ſe ipſum cremavit Olympiade 236. ut ſcribit *Euſebius* in *Chron.* meminit & *Lucianus* peculiari libro, quem de ejus morte confecit. [o] *Menelaus* Mathematicus *Trajani* anno primo Lunam in ſpica Virginis notavit anno *Chriſti* 98. Paullo poſt ſub *Hadriano* & *Antonino Ptolemæus* Aſtronomiæ princeps exſtitit.

[m] Xiph. & Euſeb. Chron.
[n] Capit. Euſeb. Chron.
Peregrinus.
[o] Ptol. l. 7. p. 270. Græc.

Eruditi ingenii ac ſermonis primas tenuere *Trajano* Imperatore *C. Plinius* junior; [p] *Dio Pruſæus*, quem *Trajanus* mirifice coluit; [q] *Polemo Laodicea*, quæ eſt ad *Lycum*, oriundus, Rhetor, & Sophiſta, *Ariſtidis* magiſter, qui & ipſe ſub *Hadriano* floruit; *Fronto* inſignis Orator; *Philoſtratus Lemnius*; *Herodes Atticus*, [r] qui imperantibus *Trajano*, *Hadriano*, & *Antonino* celebris fuit. *Hermogenes Tarſenſis*, quem *Suidas* prodit, ſub *Marco* anno ætatis 18. Rhetoricam magna cum admiratione profeſſum, anno 24. omnium prorſus oblitum, nulla, quod quidem appareret, ægritudine, in extrema inſcitia, conſenuiſſe; *Phlegon Hadriani* libertus, [s] qui ad Olympiadem 229. hoc eſt *Hadriani* obitum, & annum *Chriſti* 137. opus ſuum perduxit. Eadem tempeſtate *Galenus* Medicinæ princeps habitus eſt.

[p] Philoſt. Euſeb. Chron.
[q] Suid.
[r] Suid.
[s] Suid.

Hiſtorias edidere *Pauſanias Herodis* æqualis, *Appianus*, *Juſtinus*, *Ælianus Præneſtinus*, qui *Græcos* ipſos ſuapte elegantia ſuperavit. *Lucianus* item, & qui illum imitatus eſt *Apulejus*, circa hæc tempora vixiſſe creduntur. Juriſconſulti *Trajano* & *Antonino* imperantibus memorantur *Neratius Priſcus*, *Domitius Labeo*, *Salvius Julianus*, *Voluſius Mætianus*. [t] Grammatici *Aper*, *Pollio*, *Eutychius*, *Proculus Siccenſis*, *Aulus Gellius*.

[t] Capit. Euſeb. 4. Hiſt.

[u] Hæretici ſub *Trajano* & *Hadriano*, *Elxai* qui ſe ad *Oſſenos* adjunxit, ut ait *Epiphanius*, *Saturninus Antiochenus*, *Baſilides Alexandrinus*, *Carpocrates*, a quibus nefanda *Gnoſticorum* ſecta profluxit; *Prodicus*, nec non *Marcio Ponticus*, quem circa annum *Chriſti* 134.

[u] Epiph. Hær. 19. & 27. & ſeq.
Hæretici.

(1) S. Clementem Romanam ſedem obtinuiſſe ante everſam Jeruſalem, everſumque Templum; id eſt, ante annum æræ vulgaris 71. concludunt eruditi quidam ex ejus Epiſtola ad Corinthios, in qua loquitur de Templo, de Sacrificiis, de Levitis & Miniſtris velut ſi nondum abolita eſſent Templum & ſacrificia. Ultro ſe Pontificatu abdicaviſſe exiſtimavit Epiphanius in hæreſi Carpocratianorum, eamque abdicationem ſignificari volunt eruditi in Epiſtola 1. ejuſdem Clementis ad Corinthios.

(2) Hanc primam Apologiam quæ in Vulgatis ſecundum obtinet locum ſcriptam fuiſſe an. æræ vulgaris 140. erudite probat R. P. Pagi in Critica ad Annales Baronii.

(3) Polycarpum Romam veniſſe ann. æræ vulgaris 157. exiſtimat & oſtendit Pagi ad Annales Baronii.

A. 193. Chriſti ad 235.

134. hoc eſt extrema tempora *Hadriani*, virus ſparſiſſe ſuum [a] oſtendimus. Sub *Antonino* fuerunt *Ophitæ*, *Cainani*, *Sethiani*, *Apelles*, *Valentinus*, qui circa annum *Chriſti* 153. *Romam* advenit, *Cerdo*, *Tatianus Juſtini* Martyris diſcipulus. [b] *Cataphrygum* hæreſis auctore *Montano*, & *Priſcilla Maximillaque* inſanis fœminis, *M. Aurelio* imperante naſcitur, ut Annales teſtantur.

[a] Vide Animad. ad Epiph. p. 83. Iren. l. 3. c. 4. Euſ. 4. Hiſt. c. 10.
[b] Euſ. Chron. Epiph. Hær. 48.

Sunt & Hæreticis annumerandi Bibliorum Interpretes, qui illo ſæculo vixere, duo; *Aquila* ſemi-*Judæus* homo, ac ſemi-*Chriſtianus*, quem ad tempus *Hadriani* refert [c] *Epiphanius*, & *Symmachus*, qui ſub *M. Aurelio* ſcripſit. Ab his non longe abfuit *Theodotio*, [d] ut olim animadvertimus.

Interpretes Scripturæ Græci.
[c] Epiph. de Menſ. & Pond.
[d] In Animad. ad Epiph. p. 399.

CAPUT X.

De Commodo, Pertinace, Juliano, Severo; Caracalla, Geta, Macrino, Alagabalo, Alexandro.

A. 193. *Chriſti* ad 235.

[e] OCciſo *Commodo*, anno ineunte *Chriſti* 193. *P. Helvius Pertinax* ab iiſdem, qui *Commodum* oppreſſerant, Imperator eſt factus. Qui cum Rempublicam optimis inſtitutis regere ac militari cupiditati obviam ire vellet, intra octogeſimum octavum diem e medio ſublatus eſt. Cujus obitu fluctuantem, & quaſi caducam, imperii poſſeſſionem licitari auſus eſt *Didius Julianus*. Sed poſt menſes 2. dies quinque, quod integrum donativum repræſentare non poſſet, ab iiſdem deſtitutus, *Septimi Severi* juſſu necatur.

[e] Herod. Xiphil. Capitol. Eutr. Victor.
Pertinax. *Julianus.* *Severus.*

[f] Hic enim oriundus *Africa*, cum *Pannoniæ* præeſſet, per ſpeciem ulciſcendi *Pertinacis* imperium arripuit. Ac primum Prætorianos ob indignam illius necem a ſuis circumventos exauctoravit; cum *Peſcennium Nigrum Syriæ*, *Clodium Albinum Britanniæ* Præfectos, & imperii competitores, ſingillatim aggreſſus eſt. Primus *Niger* acie ſuperatus, *Antiochia*, quo ſe receperat, capta, ad *Euphratem* fugiens interemptus eſt, ut ſcribit *Herodianus*. *Spartianus* haud procul *Cyzico* interfectum refert. Oppreſſo *Nigro*, *Byzantium*, quod in ejus fide perſtabat, triennali obſidione *Severus* expugnavit, ac muris & libertate ſpoliatum *Perinthiis* contribui juſſit anno circiter imperii quinto.

[f] Spart. Eutr. Victor.
Byzantium captum.

Rebus in Oriente pacatis, vertit in Occidentem arma contra *Clodium Albinum*, quem hactenus *Cæſaris* oblata dignitate ſibi conciliarat. Cum eo ad *Lugdunum* in *Gallia* congreſſus cæſis utrimque plurimis, ipſoque inter alios *Albino*, ſolus rerum potitus eſt; urbs direpta & incenſa; caput *Albini Romam* miſſum, in ejuſque fautores & amicos acerbiſſime ſævitum eſt.

Albinus. *Lugdunum everſum.*

Hinc denuo profectus in Orientem, *Parthos*, *Adiabenos*, *Arabaſque* devicit: *Alexandrinis Buleutarum* jus dedit; *Plautiano* interim *Romæ* omnia gubernante, cujus filiam *Plautillam Antonino* filio deſponderat. Nuptiæ deinde anno *Severi* circiter decimo celebratæ ſunt; [g] ac tantum dotis numeratum, quantum Reginis quinquaginta ſatis eſſet. Verum paullo poſtea anno circiter *Chriſti* 204. *Plautianus* idem contra Imperatores conſpirans, ab *Antonino* genero interimitur, & complures poſt eum interfecti, qui illi ſtuduerant.

[g] Spart.

Severus in *Britanniis* abiit anno imperii 15. cum duobus filiis, *Baſſiano*, quem *Antoninum* cognominarat, & *Auguſtum* anno circiter imperii ſeptimo fecerat, ac *Geta Cæſare* adhuc, an *Auguſto*. Ibi quattuor circiter annis re proſpere confecta reſedit & muro per tranſverſam inſulam ducto eam munivit. Ibidem denique majoris filii inſidiis haud ſemel appetitus *Eboraci* moritur prid. Non. *Feb.* anni *Chriſti* 211. [h] cum imperaſſet annos 17. menſes 8. dies 3. Moriens ſeptem annorum canonem reliquit; ſic ut quotidiana modiorum quinque & ſeptuaginta millia poſſent expendi; olei vero, quantum *Italiæ* toti per quinquennium ſufficeret.

A. 193. Chriſti ad 235.
[h] Xiph.

[i] *Antoninus Caracalla*, & *Geta*, duo *Severi* filii, pari jure poſt parentis obitum ad imperium evecti ſunt, anno, ut dictum eſt, *Chriſti* 211. quorum ex indolis morumque diſſenſione perpetua diſcordia fuit. Miti erat ac civili, ut ferunt, ingenio *Geta*: truculentus alter, & furore præceps. A quo, anno imperii altero, ut e *Xiphilino* conſtat, *Chriſti* 212. in ipſo ſinu matris per colloquii ſpeciem frater eſt occiſus anno ætatis 23. Cæſa poſtea eſt amicorum illius ac fautorum ingens multitudo. In his *Papinianus* Juriſconſultus, quod parricidium illius excuſare legibus nollet. Poſt hæc in Orientem abiit *Antoninus*. *Alexandriæ* vero ingentem civium ſtragem edidit, quod in ipſum aliquando dicteria jeciſſent. *Artabanum Parthorum* Regem fraudulenter invaſit, ac regnum ejus populatus eſt. Annis demum a patris obitu ſex, menſibus duobus exactis, ab *Opilio Macrino* Præfecto Prætorio per *Martialem* Centurionem interficitur *Edeſſam* inter & *Carras* VI. Eid. *Apr.* ut ait *Xiphilinus*, anno *Chriſti* 217. ætatis illius 29. eodem auctore; *Spartianus* 43. imputat.

[i] Spart. Herod. 4. Xiphil. Eutr. Vict.
Caracalla & Geta.
Papinianus.

[k] *Macrino* poſt annum, menſeſque duos, quam imperium aſſumpſerat, a militibus occiſo, una cum *Diadumeno* filio, imperavit *Aurelius Antoninus Alagabalus Varius*, ex *Jovis* vel Solis Sacerdote, *Caracallæ* filius vulgo, ſed falſo creditus, anno *Chriſti* 219. Hic mortalium omnium fœdiſſimus fuit, adeo ut in mulierem, abjecta virilitate, ſponte ſe deformaret, & quidvis corpore ſuo pateretur. Igitur annis tribus, menſibus novem exactis, conſenſu militum cum matre *Semiamira*, ſive *Julia*, cæſus anno *Chriſti* 222. unco impactus in cloacam, inde in *Tiberim* tractus eſt anno ætatis 18. ut narrat *Xiphilinus*, plerique duos annos & menſes aliquot aſſignant imperii, vitæ 16. ſed *Xiphilino* magis aſſentimur; cujus ratio, cum de *Alexandro* dictum eſt, [l] alibi eſt reddita.

Macrinus.
[k] Capitol. Lamprid. Herodianus. Xiph. Vict. Eutr.
Alagabalus.
[l] Part. 2. l. 4. c. 6. & 7.

[m] Anno *Chriſti* 222. *M. Aurelius Severus Alexander* ad imperium pervenit, cum jam *Cæſar* eſſet anno ſuperiore factus: Princeps longe omnium optimus, ac pace belloque præſtantiſſimus. Summam vel in dicendo, vel a Judicibus exigendo jure diligentiam adhibuit, in eoſque, qui favore aut corruptela juſti fines excederent, ſeverius animadvertit; adulatores, ſcurras, & aulicorum dedecora procul amovit; magiſtratus venales eſſe prohibuit, aſſerens non poſſe fieri, quin, quod emiſſet aliquis, hoc venderet. Itaque provinciarum rectoribus, ne populis oneri eſſent, inſtrumentum ex ærario præbebat.

Alexander.
[m] Ibid.

Idem a *Chriſto* non abhorruit; cui cum divinos honores habere ac templum condere per Senatum minime licuiſſet, eum in larario coluit. Uſus eſt in adminiſtrando jure clariſſimorum ejus ſcientiæ virorum induſtria, [n] *Ulpiani*, *Pomponii*, *Celſi*, *Modeſtini*, *Paulli*, *Proculi*, *Venuleii*. Ex his *Ulpianus* ad Præfecturam Prætorii provectus, militari ſeditione interemptus eſt, ut affirmat *Zoſimus*. Sed & bellicam laudem pacis artibus adjecit. [o] Eo quintum jam annum imperante, *Artaxerxes Perſa* cum *Parthos* tribus præliis ſuperaſſet, interfecto Rege eorum *Artabano*, *Perſarum* in Oriente inſtauravit imperium; ex quo Magi in pretio eſſe cœperunt, ut ſcribit *Agathias*. Hunc *Romanos* fines incurſantem fruſtra litteris abſterrere conatus *Alexander*, in eum duxit exercitum, vicitque, ut ex Actis Senatus docet *Lampridius*, ac triumphavit 7. Cal. *Octobr.* etſi longe alia *Herodianum* ſcripſiſſe idem referat. Hac functus expedi-

[n] Lamprid. Zoſimus 1.
Ulpianus.
[o] Herod. 6. Agath. 1. p. 21. Vid. Par. 2. l. 4. c. 7.
Perſæ imperium recuperarunt.

A. 193. Chriſti ad 235.

peditione, novam contra *Germanos* ſuſcepit; in qua conſpiratione paucorum milirum occiditur [a] *Moguntiaci* cum matre, cui ſe, quamdiu vixit, ad iovidiam uſque morigerum præbuit. Ita *Lampridius*, & *Herodianus*, *Zoſimus* a *Maximino*, qui tyrannidem uſurparat, cum matre juſſum interfici peodit. Id anno *Chriſti* factum eſt 235. [b] imperavit annos paullo plus 13. vixit novem & viginti cum menſibus 3.

[a] Hier. in Chron. & Euſ. Oroſ. 7. c. 18. [b] Lamprid. in Alex. Herod. 6. &c. Zoſim. 1.

CAPUT XI.

De Chriſtiana *re per illorum Imperatorum tempora, & illuſtribus pietate ac doctrina viris.*

EOdem, quo *Commodus* interemptus eſt, anoo *Eleutherus* Papa moriens *Victorem* geoere *Afrum* ſucceſſorem habuit. [c] Qui *Theodotum Byzantinum* Coriarium de *Chriſto* prave ſeotientem ejecit ab Eccleſia; ortamque de Paſchate controverſiam cum *Romæ*, tum aliis in locis, indictis Synodis compoſuit. [d] Quin etiam *Aſianos Judaico* more celebrare perſeverantes a communiooe ſegregare voluit. Sed hunc *Irenæus* ab eo conſilio deduxit. [e] Gravis eo ſedente procella perſecutionis in *Chriſtianos* incubuit; quam anno *Severi* decimo *Euſebii Chronicon* aſſignat, *Chriſti* 202. Per hanc *Leonides Origenis* pater *Alexandriæ*, [f] *Irenæus Lugduni* cum omni fere populo ſuo paſſus eſt. Cujus perſecutionis quædam in *Africa* velitatio fuit, [g] *Saturnino* primom, deinde *Scapula* provinciam illam adminiſtrante.

[c] Euſ. 5. Hiſt. c. 27. *Quæſtio de Paſchate.* [d] Euſ. Ibid. [e] Euſ. 6. Hiſt. *Perſecutio Severi* [f] Martyr. Rom. Jun. 28. [g] Tertul. in Scap.

Alexandro Imperatore pacem habuit Eccleſia. Nam & *Chriſtianis* ille faviſſe dicitur. Verum cum eos in conſilium adhiberet, qui ut juris peritiſſimi, ita *Chriſtianis* iniquiſſimi eraot, nonnullæ Martyrum cædes exſtiterunt. [h] Quos inter *Cæcilia* claruit, cum *Tiburtio*, & *Valeriano*. *Urbanum* quoque, qui *Zephyrino* ſubrogatus annum ſeptimum agebat in Pontificatu, gladius abſtulit.

[h] Martyr. *S. Cæcilia.*

Eadem tempora qua ioſigni ſanctitate, qua doctrina, fecerunt illuſtriora [i] *Pantænus* e *Stoico Chriſtianus*, qui cum *Alexandrinæ* ſcholæ præfuiſſet, *Indias* Evangelii profereodi cauſſa petiit ac, ſuo *Severo* & *Caracalla* floruit; *Rhodon Aſianus Tatiani* diſcipulus ſub *Commodo* ac *Severo*; *Clemens Alexandrinus* auditor *Pantæni*, & *Origenis* magiſter; *Miltiades*, & *Apollonius*, qui contra *Montanum*, ac *Priſcillam*, & *Maximillam* ſcripſere; *Apollonius* Senator, qui pro *Chriſtiana* Religione apologiam in Senatu recitavit, ejuſque decreto capire truncatus eſt imperante *Commodo*; *Polycrates Epheſiorum* Epiſcopus, qui *Victori* Pontifici pro quartadecimanis vehementius obſtitit. In *Africa Tertullianus Severo* & *Caracalla* Principibus; *Romæ Minucius Felix*; *Origenes Alexandria*, qui quidem anno *Commodi* ſexto, *Chriſti* 185. circiter in lucem editus, *Severi* decimo anno, decimum ſeptimum ætatis agebat annum, quando [k] *Leonides* ejus pater martyrium obiit, ut narrat *Euſebius*. Eminebat & *Julius Africanus*, ad quem *Origenes* de *Suſanna* ſub *Alexandro* ſcripſit; *Gregorius Thaumaturgus*; *Heracles Alexandrinus* Epiſcopus; *Ammonius Chriſtianus* in eadem urbe Philoſophiam profeſſus, cujus auditor fuit *Plotinus Lycopolitanus*, teſte *Porphyrio* in illius Vita. De his ac ceteris, quos omittimus, conſulendus eſt præſertim *S. Hieronymus*.

[i] Hier. de Script. *Tertullianus.* [k] Euſ. 6. Hiſt. c. 3. & in Chron. Hier. de Script. Eccl. *Origenes*

CAPUT XII.

A. 235. Chriſti ad 276.

De Maximino, Gordianis, Philippo, Decio, Gallo, *&* Voluſiano, Valeriano, Gallieno, Claudio, Aureliano, Tacito, *Tyrannis* 30. *nec non* Odenato, *&* Zenobia.

A. 235. *Chriſti* ad 276.

MAximinus [l] *Gotho* patre, *Alana* matre genitus, ſive occiſo, ut *Herodiano* placet, *Alexandro*, ſive poſt ejus necem oulla ſua fraude patratam, Imperator factus eſt anno *Chriſti* 235. qui confecto proſpere bello *Germanico*, apud *Sirmium* hyemavit, ac dire interim *Romæ* per Præfectos ſuos graſſatus eſt, pluresque maxime nobilium interfecit. Inter hæc *Gordiani* ambo, pater & filius, *Carthagine* imperium uſurpant. *Romani*, auctore Senatu, a *Maximino* deficiunt; & legati ubique mittuntur, qui peovincias in Senatus poteſtate continerent. *Romæ* vero vigioti viri ad tuendam Rempublicam delecti ſunt. *Gordianus* in *Africa* poſt annum ac dies aliquot a *Maximini* duce *Capeliano* cæſis, *Balbinus* & *Maximus Pupienus* ex vigioti viris a Senatu ad imperium provecti ſunt aooo *Chriſti* 237. quo *Maximinus*, dum *Aquilejam* obſidet, a militibus interfectus eſt cum filio adhuc puero, poſt annos duos ac menſes aliquot in ſumma poteſtate tranſactos.

[l] Lampr. Herodi. 7. Eutr. Victor. *Maximinus.* Vide Par. 2. l. 4. c. 7. *Gordianus*

[m] *Balbinus* & *Pupienus* cum *Gordiano* pucro, *Gordiani* illius, quem in *Africa* cum filio periiſſe ſupra memoravi, nepote, ut *Capitolinus* ait, ut autem *Eutropius*, filio, annum ſolidum tenuere rempoblicam. [n] Poſtea *Gordianum*, a quo favore ſuperabantur, amoliri cupientes, a militibus trucidati ſunt anno *Chriſti* 238. quo ex tempore *Gordianus* ſolus imperavit magno omoium favore, natus annos vel 11. vel 13. vel 16. (id enim ambigue proditum eſt) optima & ad omoem virrutem ſacta puer indole; quam *Miſithei* doctiſſimi ac diſertiſſimi viri, cujus filiam duxerat, prudentia temperabat: quo cum, aperto *Jano* gemino, magnis copiis contra *Perſas* tetendit aooo imperii quinto; ab iiſque *Carras*, *Niſibin*, aliaque oppida recepit, & eoſdem in regionem ſuam compulit. Anno inſequente *Philippi Arabis* inſidiis ſublato *Miſitheo*, paullo poſt *Gordianus* ipſe, ſeditione per corruptos milites ab eodem coocitata *Philippo*, perimitur, [o] cum ſexennium regnaſſet, anno *Chriſti* 244. Cujus in locum ille ipſe parricida ſucceſſit; qui pace cum *Sapore* conſtituta *Romam* rediit. Hujus anno quarto labente, quo Conſul ipſe tertium, filius ejus *Philippus Cæſar* ſecundum fuere, [p] *Romæ* ludi ſæculares, anno Urbis vertente milleſimo, celebrati ſunt, *Chriſti* 248. circa meſſis tempus, ut ex [q] *Zoſimo* colligitur. Quinque demum annis io imperio decurſis, ſextum auſpicarus ſenior *Veronæ Philippus*, *Romæ* junior a militibus jugulantur, anno *Chriſti* 249. cum jam purpuram ſumpſiſſet.

[m] Capitol. Herod. 8. Eutr. 9. *Balbinus. Pupienus. Gordianus* [n] Zoſ. 1. [o] Victor. Euſ. Zoſim. 1. *Philippus* [p] Vide l. 11. de Doctrin. Temp. c. 15. [q] Zoſ. 2.

[r] *Decius* ex inferiore ortus *Pannonia*, excellente vir animi virtute ac bellandi uſu præditus, ut eum *Victor* prædicat, imperavit eodem teſte menſes 30. & contra barbaros pugnans, in promiſcua turba paludis hauſtus gurgite periit; ſic ut ne cadaver quidem inveniri potuerit. *Galli*, ut ſcribit *Zoſimus*, fraudem cum Barbaris occulte conſpiraotis ea clades eſt accepta. *Decii* filius eodem bello eſt exſtinctus aono 251.

[r] Vict. Zoſ. Eutr. *Decius.*

[ſ] *Gallus* inde *Hoſtilius* limitanei in *Mæſia* dux exercitus militari ſuffragio crearus imperator, ac *Voluſiano* filio in conſortium aſſumpto, poſt bieooium ac menſes 4. cum eodem ab militibus trucidatur apud *Interemnam*, dum adverſus *Æmilianum* res no-

Gallus & Voluſianus [ſ] Victor. Eutr. Zoſ. l. 1. Oroſ. 7. c. 21.

Digitized by Google

A. 235 Chriſti ad 276.
a Euſ. 7. Hiſt. c. 17. Cypr. de mortal.

vas in *Mœſia* molientem pergeret. Id anno evenit *Chriſti* 254. a Eo imperante, peſtilens morbus, quantus oumquam antea, totum pene vaſtavit urbem anno *Chriſti* 252. in quo *Chriſtianorum* etiam adverſus perſecutores ſuos charitas enituit.

Perſæ vero Orientalem limitem armis invadentes *Antiochiam* diripuere, *Scythæ* in *Aſiam* tranſgreſſi late omnia populati ſunt. Quibus ſtrenue *Æmilianus* obſtitit; & iis repreſſis, imperium militaribus ſuffragiis eſt adeptus, occiſo, uti dictum eſt, *Gallo*. Tertio b poſtea menſe *Æmiliano* ſublato, rerum potitus eſt *Valerianus* cum *Gallieno* filio, quo cum annum ſeptimum libavit imperii: ac multis per id tempus Barbarorum incurſionibus res *Romana* lacerata eſt. Auctor eſt S. *Auguſtinus Epiſt.* 80. Barbarorum impreſſiones *Gallieno* imperante *tales fuiſſe, ut mundi finem appetere putare poſſent*. Tyranni quoque complures variis in locis exorti, qui triginta numero percenſentur a *Trebellio Pollione*. Cum igitur adverſus *Scythas*, a quibus capte *Chalcedon*, *Nicæa* ſuccenſa, *Epheſinæ Dianæ* templum crematum fuerat, *Valerianus* iiſſet, indeque contra *Saporem* Orientali limiti infeſtum progreſſus eſſet, ab eo captus, & vilis more mancipii habitus eſt, ut quoties equum conſcenderet, incurvato eo pedem cervicibus ejus imponeret. Demum c illum cute nudari ac ſaliri juſſit, ut teſtatur *Euſebius*. Ea clades in annum *Chriſti* incidit 260. Secundum quam *Odenatus Palmyrenorum* Decurio, cui *Zenobia* nupſerat, d *Perſas Romanis* finibus ingruentes fortiter compreſſit, ac *Romanam* rem ſuſtinuit, cum regium ſibi nomen aſſumpſit.

b Trebel. Eutrop. Victor. Zoſim. 1. Oroſ. 7. c. 22.
c Euſeb. Orat. Conſtan. ad Sanc. c. 24. Agat. l. 4. p. 129.
d Trebel.

Gallienus
e Trebel. Victor. Eutrop. Oroſ. 7. c. 22.

e Interim *Gallienus*, luxu nequitiiſque perditus, lacerari undique tam a Barbaris, quam ab Tyrannis, paſſus eſt imperium. Ad hunc cum *Odenatus*, capta *Niſibi* & *Carris*, vindicata *Meſopotamia*, *Perſarum* Rege fugato, cæſiſque quamplurimis, vinctos Satrapas miſiſſet, quaſi viciſſet ipſe, triumphare non erubuit. Ea *Odenati* victoria Coſs. *Gallieno* & *Saturnino* ab *Trebellio* notatur, qui eſt annus *Chriſti* 264. Paucis poſt annis *Odenatus* Imperator a *Gallieno* renuntiatus, inſidiis conſobrini ſui una cum *Herode* filio trucidatus eſt, cujus uxor *Zenobia*, virilis animi femina, ſuſcepit imperium. *Gallienus* a *Martiana* & *Cecrapio* ducibus contra *Aureolum* Tyrannum excitus, ad *Mediolanum* occiditur cum fratre *Valeriano*. Imperavit annos cum patre fere ſeptem, ſolus octo.

Odenatus.
Zenobia.

Claudius.
f Trebel. Victor. Eutrop. Zoſim. l. 1. Oroſ. 7. c. 20.

f Anno itaque *Chriſti* 268. *Claudius* circiter IX. Cal. *April.* ut ex *Trebellio* conſtat, imperare cœpit, frugi, ac moderatus, & utilis Reipublicæ Princeps; qui, *Aureolo* ſublato Tyranno, contra *Gothos* egregie pugnavit. Horum cæſa conſtat trecenta viginti millia, navium duo millia depreſſa; quod reliquum Barbarorum fuit, ad *Hæmimontum* fames ac peſtis abſumpſit, g *Atticiano*, ſive *Antiochiano*, & *Orfito* Coſs. qui in annum congruunt *Chriſti* 270. Paullo poſt eadem peſte contactus moritur *Claudius*, poſtquam anno 1. menſibus paullo plus 9. imperavit, *Euſebio* & *Caſſiodoro* teſtibus. Verum cum anno 270. illum deceſſiſſe *Trebellius* confirmet, videtur biennium fere clauſiſſe; alioquin fine anni 269. mortuus eſſet.

g Trebell.

Quintillus.
Aurelianus.
h Vopiſc. Victor. Eutrop. Zoſ. Oroſ. 7. c. 23.

Frater illius *Quintillus* cum imperium uſurpaſſet, poſt dies 16. a militibus obtruncatus eſt, a quibus jam electus erat h *Aurelianus* obſcuro genere editus, ſed inter laudatiſſimos Principes ab Ethnicis numeratus; niſi quod ad crudelitatem fuit propenſior. Ab eo victi ſunt *Alemanni*, & *Marcomanni*, a quibus maximam cladem *Romani* prius acceperant; ob quam *Sybillinos* adeundos libros *Aurelianus* cenſuit, quod tertio Eid. *Jan.* anno *Chriſti* 271. contigiſſe ex *Vopiſco* conſtat. *Romam* poſt victoriam veniens plurimos interfecit a Senatoribus. Muros Urbis amplificavit. In Orientem profectus *Zenobiam* vicit, & in triumpho duxit cum *Tetrico* Tyranno, quo apud *Catalaunos* in deditionem accepto *Gallias* recuperaverat. Utrumque poſtea vivere paſſus, hunc *Lucaniæ* Correctorem fecit, illam in Urbe retinuit: a qua *Zenobiam* familiam propagatam eſſe ſcribit i *Hieronymus*. Auctor eſt *Aurelius Victor* primum illum a *Romanis* Imperatoribus innexuiſſe diadema capiti ſuo, ac gemmis & aurata uſum eſſe veſte. Idem porcinam carnem largiri in populum inſtituit. Periit anno imperii vertente quinto, *Chriſti* ineunte 275. fraude *Mneſthei* Secretariorum Notarii, ad *Cænophrurium*, inter *Byzantium* & *Heracleam*. Eo mortuo k interregnum fuit menſium circiter ſeptem, quod de aligendo Imperatore Senatum inter & milites amica & ad hanc diem rara eſſet orta contentio, eas mutuo ſibi partes utriſque deferentibus. l Tandem ab Senatu 7. Cal. *Octobres* creatus eſt *Tacitus*, vir egregie moratus, & tractandæ Reipublicæ inprimis idoneus; qui ad Hiſtoricum *Tacitum* genus ſuum referebat. At idem m ducenteſimo poſt die apud *Tarſum* febri mortuus eſt; eique *Florianus* ejus frater cum ſucceſſiſſet, ab majori exercitus parte imperator factus eſt *Probus*. *Florianus* intra dies 60. inciſis ſponte venis obiit anno *Chriſti* 276.

A. 235. Chriſti ad 276.
Zenobia capta cum Tetrico.
i Hier. in Chron.
k Victor.
l Vopiſc. Eutr. Zoſ. Victor.
Tacitus.
m Victor.

CAPUT XIII.

De Chriſtianis *rebus ac perſecutionibus, nec non Hæreticis, tum claris pietate, vel ſanctimonia, aut eruditione viris, qui a* Maximino *ad* Aureliani *uſque tempus exſtiterunt.*

Maximini perſecutio.
n Euſ. lib. 6. Hiſt. c. 28. & in Chron. Oroſ. 7. c. 19.

MAximinus n ſtatim atque imperio potitus eſt, in *Chriſtianos* ſæviit, ac ſextam, uti vulgo computant, perſecutionem inſtituit. In ea *Pontianus* Rom. Pontifex martyrium obiit, eique ſuffectus *Anterus* paullo plus uno menſe functus, ineunte *Chriſti* anno 236. eumdem martyrii titulum obtinuit.

Decii Perſecutio.
o Euſ. 6. Hiſt. c. 32. Oroſ. 6.
Origenes idolis ſacrificat.
p Epiph. Hær. 64. Vide & Animad. noſtras.
q Euſ. Hiſt. 7. c. 1.
r Epiſt. 55. ad Pammach.

o Septimam vero perſecutionem *Decius* ipſe imperii exordio, *Chriſti* circiter anno 250. commovit. In qua *Fabianus* Pont. *Romæ* cæſus eſt *Januarii* 20. cum ſediſſet annos 15. In ea perſecutione comprehenſus p *Origenes*, ne infanda pateretur, thus idolis adolere maluit; ac *Tyrum* inde ſecedens, anno poſt quinto moritur ſub *Valeriano* & *Gallieno*, ætatis unde ſeptuageſimo, ut ex q *Euſebio* colligitur. *Tyri* porro mortem obiiſſe fidem facit r *Hieronymus*. Anno *Decii* ultimo, *Chriſti* 251. cum *Romana* ſedes annum amplius vacaſſet, *Fabiano* ſubrogatus eſt *Cornelius*: contra quem ſ *Novatianus* ſchiſma conflavit a pauciſſimis ſuæ partis electus; ad quem ſe *Novatus* Epiſcopus ex *Africa* veniens adjunxit: quem plerique cum *Novatiano* promiſcue habent.

ſ Cypr. Ep. 55. Epiph. Hær. 59.
Novatiani ſchiſma.
t Vide Euſ. 26. Hiſt. c. 41.
u Greg. Tur. l. 1. Hiſt. c. 30.
S. Dionyſius Pariſienſis Epiſcopus.

Sub *Decio* cum alii complures paſſi ſunt, tum *Agatha* in *Sicilia*, *Alexandriæ Apollonia*, quæ ſe ardentem in rogum injecit, ut ſcribit t *Euſebius*.

Eodem imperante *Decio*, ejuſque anno 1. vel ſecundo, *Chriſti* 250. hoc eſt, *Decio* & *Grato* Coſs. ait u *Gregorius Turonenſis S. Saturninum Toloſæ* Epiſcopatum iniiſſe, cum eoque miſſos eſſe *Gratianum Turonorum*, *Dionyſium Pariſienſium* Epiſcopum: & hunc ibidem cum *Ruſtico* & *Eleutherio* mortem pro *Chriſto* ſubiiſſe.

Cui ſuffragatur Auctor *Vitæ S. Audomari* apud *Surium* die IX. *Septembris*, Qui refert, *Fuſcianum* & *Victorinum S. Dionyſii* ſocios eodem prædicaſſe tempora *Chriſti* fidem, quo *S. Quintinus* apud *Ambianenſes* idem factitabat. At illi *Novembris* XI. *Maximiano* Imperatore paſſi ſunt. Non multum igitur *Maximiani* tempus *Dionyſii* anteceſſit obitus, hoc eſt, quinquaginta circiter annis.

Eamdem *Chriſtiani* populi carnificinam, qui *Decio*

A. 235. Chriſti ad 276.

cio ſucceſſere, proſecuti ſunt *Gallus & Voluſianus*. Itaque *Cornelius* Papa poſt annos 2. menſes totidem *Romæ* paſſus eſt; eique *Lucius* eſt ſuffectus; qui ſub *Valeriano & Gallieno* cæſus *Stephano* ſedem reliquit.

S. Cyprianus.

Per idem tempus clariſſimum *Africanæ* lumen Eccleſiæ *Cyprianus Carthaginienſis* Epiſcopus floruit, qui *Philippo Aug.* III. & ejus filio *Cæſare* II. Coſſ. hoc eſt, anno *Chriſti* 248. ad Epiſcopatum evectus eſt.

a Cypr. Epiſt. 55.

a Nam ſcribit poſt quattuor, quam ſedere cœpit, annos, ortum eſſe in *Africa* ſchiſma *Feliciſſimi*, ſub ipſum *Cornelii Romani* Pontificis exordium, quod anno *Chriſti* 251. congruit.

b Cypr. Epiſt. 70. & ſeq. Aug. de Bapt. contr. Don. Vincent. Lirin. *Synodus Carthaginienſis de iterando Baptiſmo Hæreticorum.* *Cypriani martyrium.* c Acta Paſſ. S. Cypr. Hier. de Script.

b *Stephano* ſedente, ſub annum *Chriſti* 256. *Carthagine* Concilium Epiſcoporum a *Cypriano* celebratur; in quo baptiſmus Hæreticorum pro falſo habitus eſt, repetique juſſus; quod ipſum & *Firmilianus Cæſareæ* in *Cappadocia*, *Dionyſius Alexandriæ* decreverunt. Sed iis omnibus Apoſtolica auctoritate reſtitit *Stephanus*. Hanc vero qualemcumque labem poſt paullo cruore ſuo *S. Cyprianus* diluit, *Valeriano & Gallieno* Imperatoribus, a quibus inſtaurata perſecutio eſt anno circiter quarto imperii ſui, *Chriſti* 257. hoc eſt, *Valeriano* IV. *Gallieno* III. Coſſ. ut c *Acta paſſionis S. Cypriani* teſtantur. Hoc enim anno in exſilium pulſus, ſequenti *Chriſti* 258. pro *Chriſto* vitam finiit 18. Cal. *Octobres*. Ita decem ſolidos annos, ac menſes aliquot, in Epiſcopatu tranſegit.

S. Laurentius.

Eadem *Valeriani* perſecutio primum *Stephanum* Papam, annis 2. menſibus 3. obito Pontificatu; inde ſucceſſorem ejus *Sixtum* poſt annum 1. menſes fere 2. abſtulit anno *Chriſti* 259. Octavo Eid. *Auguſti*, quartoque poſt die *S. Laurentium*, inde *Hippolytum*, alioſque non paucos.

d Euſ. 7. Hiſt. c. 13. Oroſ. 7. c. 22.

Sed hujus crudelitatis meritas ſubinde pœnas *Valerianus* exſolvit, captus a *Perſis*, & ad pudenda vel mancipio coactus obſequia, ac demum cute nudatus ut antea meminimus. d *Gallienus*, paterno doctus exemplo, perſequi ultra *Chriſtianos* vetuit.

e Euſ. 7. Hiſt. c. 8. Epiph. Hær. 65. *Paullus Samoſatenus.* *Sabellius.* f Euſ. 7. Hiſt. c. 22. 23. & 24.

Externo repreſſo, domeſticus Eccleſiam turbo jactavit. e *Paullus Samoſatenus Antiochenus* Epiſcopus *Sabellium* æmulatus, qui *Ptolemaide* in *Lybia* nefarium adverſus ſanctiſſimam Trinitatem dogma paullo ante vulgaverat, Filii & ipſe Divinitatem oppugnare cœpit. f Contra quem prima *Antiochiæ* Synodus eſt habita ſub annum *Chriſti* 260. cui *Firmilianus Cæſarienſis*, *Gregorius Neocæſarienſis*, & ejus frater *Athenodorus* interfuerunt. Sed tum ſubdola tergiverſatione Patrum ſtudia *Paullus* eluſit. Poſtea vero altero in Concilio *Antiochiæ* celebrato damnatus, ac ſede ſua deturbatus eſt; qua cum cedere nollet, interpellato, qui tum imperabat, *Aureliano*, vi detruſus eſt anno *Chriſti* 270. Tum enim noſtris ab rebus haud alieno erat *Aurelianus* animo; qui biennio poſt, *Chriſti* 272. nona, ut plerique computant, perſecutione graſſatus, innumerabiles Martyres fecit; cui finem *Tacitus* impoſuit, ut g *Charitonis Martyris Acta* teſtantur.

Aureliani perſecutio.

g Surius 28. Sept.

Sanctus Paullus Eremita. h Hier. in Paullo. i Idem in Chron. k Euſ. 7. Hiſt c. 28.

Eidem ſæculo ſplendorem attulit *Paullus* Heremitarum ſignifer; qui, *Decio Chriſtianos* inſectante, per occaſionem vitandæ necis h ſpeluncam adiit; in qua ſolitariam vitam amplexus eſt, anno ætatis 23. *Chriſti* 250. qui annus & *Magnum Antonium* in lucem edidit, ut ex *Hieronymo* colligitur. i *Dionyſius* item *Alexandrinus* k obiit anno *Gallieni* 12. ait *Euſebius*; nec non *Gregorius Thaumaturgus*. E gentilibus *Plotinus* Philoſophus ſub initium *Aureliani*, hoc eſt, anno circiter *Chriſti* 270. moritur, ut ex *Porphyrio* in ejus *Vita* colligitur.

Suidas illum refert ſenem ſub *Gallieno* admodum vixiſſe, atque hujus auditorem *Amelium* fuiſſe, *Amelii Porphyrium*, hujus *Jamblicum*; *Porphyrium* vero *Aureliano* imperante floruiſſe, & ad *Diocletiani* uſque tempora perveniſſe. Verum *Eunapius Porphyrii* condiſcipulum, non magiſtrum, facit *Amelium*, una cum *Origene*, & *Aquilino*; ac *Porphyrii* ætatem ad *Aurelianum* ac *Probum* perducit; qua & *Dexippum* Hiſtoricum vixiſſe memorat. *Longinus* præterea inter ſæculi iſtius eruditiſſimos cenſetur; a quo *Porphyrium* inſtitutum, & eo affectum nomine, cum prius *Malchus* vocaretur, idem auctor eſt *Eunapius*. ſed & *Zenobia* ad *Græcas* litteras magiſtro eodem uſa *Longino* eſt: quem propterea *Aurelianus* juſſit occidi, ut ſcribit *Vopiſcus*.

Petavius Rationar. Temp.

A. 276. Chriſti ad 304.

Longinus

CAPUT XIV.

De Probo, Caro, Numeriano, Carino, Diocletiano, Maximiano, Conſtantio Chloro, & Armentario.

A. 276. *Chriſti ad* 304.

l Vopiſc. Victor. Eutrop. Idatius in faſtis Zoſ. a. *Probus.*

TAcito l ac *Floriano* ejus fratre mortuis, *M. Aurelius Probus* militari conſenſu ad principatum extollitur anno *Chriſti* 276. e *Pannonia Sirmienſi*, vir omni laude cumulatus: nam & bello præclarus, & incorruptis moribus fuit. Qui ſimul atque renuntiatus eſt *Auguſtus*, in eos milites animadvertit, qui *Aureliano* manus attulerant. Hinc *Gallias* adiens, ſexaginta de Barbaris oppida recuperavit, & eorum ſeptingenta millia propemodum occidit. Pacatis *Gallus* recepit *Illyricum*, ac *Getas* populos ſubegit omnes. In Orientem vero profectus *Perſas* bello laceſſivit: iiſque ſuperatis, & expugnatis aliquot urbibus, dum in *Italiam* rediens per *Illyricum* iter faceret, *Sirmii* a militibus eſt occiſus, quos ob nimiam ſeveritatem inſenſos habebat, anno *Chriſti* 282. imperii ſeptimo, quem menſibus circiter 4. inchoarat.

m Vopiſc. Victor. Eutr. 9. Zoſim. 2. Oroſius 7. c. 24. *Carus Carinus & Numerianus.*

Suffectus eſt *Probo* m *M. Aurelius Carus*, *Narbonæ* ortus in *Gallia*; qui ſtatim *Carinum* & *Numerianum* filios *Cæſares* creavit, & *Carino* ad tuendas *Gallias* miſſo, cum *Numeriano* contra *Perſas* tetendit in Orientem. Ibi ſubacta *Meſopotamia*, ad *Cteſiphontem* uſque progreſſus, ictu fulminis exanimatus eſt anno circiter imperii uno vertente, *Chriſti* 283. *Numerianus* patris obitum ægre ferens nimio fletu ocularem in morbum incidit; ac dum in lectica vehitur, *Apri* ſoceri inſidiis oppreſſus eſt anno *Chriſti* 284.

n Ibid. *Carinus.*

n *Carinus*, patris fratriſque diſſimilis, ac ſceleribus flagitiiſque contaminatiſſimus, vixit. Nam ab eo probrum nullum abfuiſſe, nullum in eo virtutis ac bonæ mentis veſtigium fuiſſe dicitur. Quamobrem ſummis æque ac minimis inviſus, aliquanto poſt patris mortem tempore, non magis cum *Diocletiano*, quam cum publico in ſe odio luctatus eſt, pervenitque ad annum *Chriſti* 285. hoc eſt, alterum ab eo, quo *Diocletianus* imperare cœpit. Tum enim apud *Margum Mœſiæ* oppidum a ſuis proditus, ab exercitu *Diocletiani* victus interemptuſque eſt.

o Victor. Eutrop. 10. Euſ. Chr. Faſti Siculi. Oroſ. 7. c. 25. *Diocletianus.*

o Anno igitur *Chriſti* 284. *Septembri* circiter menſe, *Diocletianus*, qui ante *Diocles* vocabatur, poſt exſtinctum *Numerianum*, oblatam ab exercitu purpuram accepit, natus in *Dalmatia* obſcuro genere, (fuiſſe quippe libertus *Anulini* Senatoris traditur) ſed militari fortitudine præſtans. Is prima ſtatim concione juravit nulla ſua fraude *Numerianum* occidiſſe, ac ſubinde interfectorem ejus *Aprum* manu ſua peremit: eoque vaticinium illud implevit, quod olim acceperat, tum ſe Imperatorem fore, cum aprum ſua manu occidiſſet; ex quo in venatu, quoties in aprum inciderat, eum per ſe ſe venabulo conficere ſolebat. Tum vero poſtquam *Aprum* interemit, fatalem ſe denique aprum inveniſſe jactavit.

Digitized by Google

A. 276. Chriſt. ad 304. Maximianus.

Poſtea ruſticos in *Gallia* tumultuantes, qui ſe *Bacaudas* nominabant, miſſo *Maximiano Herculio*, compeſcuit anno 285. quo *Cæſar* primum hic eſt factus. Nam ſequenti 286. *Auguſtum* eumdem creavit ex *Cæſare Diocletianus* Cal. *Aprilis* quod ſcribit *Idatius*, ut labantem qua Barbarorum qua Tyrannorum graſſatione Rempublicam ſulciret. Quippe ſub idem tempus & *Carauſius* occupatis *Britannis*, & *Achilleus* in *Ægypto* purpuram ſumpſerant; & ab Oriente *Narſes* imminebat *Perſarum* Rex; & a *Quinquegentianis Africa* vaſtabatur: quibus undique ſævientibus procellis aliquot annos jactatus eſt *Romanus* orbis. Ergo [a] anno 7. imperii, *Chriſti* 291. ut omnibus occurreret, duos *Cæſares* creavit *Conſtantium Chlorum*, qui *Claudii* II. nepos per filiam traditur, ait *Eutropius*, & *Galerium Maximianum* in *Dacia* natum haud procul *Sardica*, qui *Armentarius* cognominatus eſt, quod armentorum paſtor fuiſſet. Hos ut affinitate ſibi jungerent, *Diocletianus Valeriam* filiam *Armentario*, *Maximianus Herculius Theodoram* privignam *Conſtantio* collocavit. Inde quadrifariam partito bello, *Diocletianus* in *Ægyptum*, *Herculius* in *Africam*, *Armentarius* in Orientem, *Conſtantius* in *Britanniam* profecti ſunt. Ab his omnibus longis & laborioſis expeditionibus *Romanus* pacatus eſt orbis, *Diocletiani* anno imperii 12. labente, *Chriſti* 296. ut in *Chronico* teſtatur *Euſebius*, obſeſſa menſibus octo *Alexandria*, captaque, cum *Ægypto* rediit ad obſequium.

a Idat.

Cæſares creati a Diocletiano Conſtantius & Galerius Maximianus.

Carauſius ab *Alecto* ſocio poſt annos quam defecerat ſeptem interemptus eſt, anno *Chriſti* 293. *Alectus* vero ab *Aſclepiodoto* Præfecto Prætorio poſt annos tres opprimitur, *Chriſti* 296. [b] Ita *Britanniæ* decimo anno recuperatæ, ait *Eutropius*. Eodem tempore & *Quinquegentiani* a *Maximiano Herculio* perdomiti, & *Galerius Armentarius* a *Narſeo* victus; a *Diocletiano* arroganter exceptus, ſequenti [c] anno *Chriſti* 297. acceptam ignominiam ultus eſt, fuſis *Perſarum* copiis, ac *Narſei* conjugibus, ſororibus, liberiſque captis. [d] Ideo revertentem honorifice *Diocletianus* in *Meſopotamiam* ſuſcepit.

b Eutrop.

c Idat.

d Eutrop. 9. Victor.

[e] Demum poſt magnificum de tot confectis bellis triumphum *Romæ* ab utroque *Auguſto* celebratum, ambo depoſita purpura eodem die Calend. *Aprilis*, ut auctor eſt *Idatius*, privati facti ſunt, *Diocletianus Nicomediæ*, *Mediolani Maximianus*. Sed ille ſponte, ſive ingraveſcente jam ætate fatiſcens, ſive *Chriſtianæ* rei, cui par opprimendæ non erat, tædio fractus, *Salonas* in hortos ſeceſſit. *Maximianus* auctoritate magis collegæ, quam voluntate, idem ut faceret adductus eſt. Id anno 20. *Diocletiani*, *Chriſti* 304. contigit, quo Coſs. fuere *Diocletianus* IX. *Maximianus* VIII. ut ſcribit *Idatius*; qui & *Auguſtos* eadem hora renuntiatos ait eſſe *Conſtantium Chlorum* & *Galerium Maximianum Armentarium*; *Cæſares* vero duos alios, *Severum* & *Galerium Maximinum* ſorore *Armentarii* genitum, ut ait *Victor*.

e Idem & Zoſim. Euſeb 8. Hiſt. c. 13. & in Chron. Oroſ. 7. c. 25.

Diocletianus, & Maximianus purpuram ponunt.

Conſtantius ita cum *Galerio Maximiano Romanorum* orbem partitus eſt, ut huic *Illyricum*, *Aſia*, Orienſque cederet, *Conſtantio Gallia*, *Italia*, & *Africa*; qui poſtea *Italiam*, & *Africam* collegæ remiſit. Itaque *Maximianus Severum Italiæ*, *Maximinum* Orienti præpoſuit. *Conſtantinus* interim *Conſtantii Chlori* filius obſes a patre *Diocletiano* & *Galerio Maximiano* traditus, cum ab eodem patre repoſceretur, variis a *Galerio* periculis objectus, clamque dilapſus, *Geſſoriacum* ad patrem profugit. Ita ſcriptor quidam anonymus, quem manuſcriptum penes nos habemus.

CAPUT XV.

A. 276. Chriſti ad 304.

De Chriſtianæ *Religionis ſtatu ab anno* Chriſti 276. *quo* Probus *eſt exorſus, ad* Conſtantii Chlori *obitum, & initium* Conſtantini, *hoc eſt, annum* 305. *vel* 306. *Ubi de perſecutione* Diocletiani, Donatiſtarum *origine, & plerique ſanctitate ac doctrina inclytis,*

PAucis iis annis, quos hoc capite complectimur, maximi in Eccleſia motus extiterunt. Ipſo *Probi* Imperatoris exordio, hoc eſt, ſecundo ejus anno, *Chriſti* 277. *Manichæorum* hæreſis erupit, ut in *Euſebiano Chronico* legitur. Ubi & æratum aliquot annis tempus idem notatur, *Antiochenorum*, *Laodicenorum*, (1) &c. Hunc annum *Probo* & *Paullino* Coſs. inſcriptum [f] *Leo* Papa illius præfinit origini. Quo tempore *Archelaus*, *Caſcharæ* in *Meſopotamia* Epiſcopus, ſanctitate & eruditione florens *Manetis* ſe furori ſtrenue ac conſtanter objecit.

Manichæus.

f Leo Hom. 2. de Pent. Vide Epiph. Hær. 66. & Animad. noſtras. Cyr. Cat. 6.

[g] Sub *Diocletiano* vero gravis, & quanta hactenus non fuerat, in *Chriſtianos* exorta perſecutio eſt, ſub extremum illius imperii tempus. Etſi longe eum ante ſævire in illos cœpiſſe ex *Actis S. Sebaſtiani* colligit *Baronius*: [h] quem anno 2. *Diocletiani* paſſum vult cum *Tiburtio*, *Chromatio*, aliiſque.

Diocletiani perſecutio.

g Vide Par. 2. l. 4. c. 9.

h Apud Sur. Jan. 20.

Sed vehementius illud exarſit incendium anno ipſo labente *Diocletiani* 18. ſive, ut [i] *Euſebius* putat, 19. quem a Paſchali menſe numerare incipit: Igitur per eos dies, quibus Paſſionis Dominicæ memoria colitur, Imperatores edicto juſſerunt Eccleſias dirui & ſacros Libros ad incendium tradi: tum ut *Chriſtiani* honoribus functi gradu ſuo decederent, ceteri capite minuerentur. Innumerabiles ergo pro *Chriſti* fide vario cruciatuum genere conſumpti ſunt, quorum *Euſebius* nonnullos recenſet; ut *Procopium* apud *Cæſaream Palæſtinæ*, *Alphæum*, *Zachæum*, &c. paſſim vero Eccleſiaſticis in tabulis illius temporis martyria leguntur; velut *Marci*, & *Marcelliani*; *Coſmæ* & *Damiani* fratrum; *Vincentii*; *Agnetis*; *Luciæ*; *Mauricii*, ac legionis *Thebæorum*. *Marcellinus* item Papa anno *Chriſti* 304. redactis jam in ordinem Imperatoribus, 6. Cal. *Maii* pro *Chriſto* mortem pertulit. Anno quippe perſecutionis altero ambo Imperatores imperio ſe abdicarunt, ait *Euſebius*.

i Euſ. in Chron. & Hiſt. 8. Oroſ. 7. c. 15.

Martyres varii.

Porro qui metu pœniſve fracti ſacros Libros tradiderunt, *Traditores* in *Africa* vocati ſunt, quod ſemen *Donatiſtarum* ſchiſmatis poſtmodum fuit. [k] Ac primum *Cirtæ* in *Numidia* Concilium ab infamibus plerique iſto crimine celebratum eſt Epiſcopis, cui *Secundus Tigiſitanus* Primas *Numidiæ* præfuit. In eo vitandi cauſa ſchiſmatis *Traditores* recepti ſunt, anno *Chriſti* 303.

Traditores ſemen Donatiſtarum.

k Optatus l. 1. Auguſt. 3. contr. Creſc. c. 26.

Neque Martyrum cruore tantum, ſed eruditione quoque nobilitata eſt Eccleſia. [l] Sub *Probo* enim vixit *Anatolius Laodicenus* vir doctiſſimus. Sub *Caro* & *Diocletiano Pierius Alexandrinus* Presbyter; *Pamphylus*, qui ſub *Maximino* poſtea paſſus; *Lucianus* eadem perſecutione cæſus, *Methodius Olympi Lyciæ*, ac deinde *Tyri* Epiſcopus, qui ſub *Diocletiano* martyrium obiit; alii ſub *Decio* & *Valeriano* putant, ut refert *Hieronymus*. Sed prius placet; quandoquidem & contra *Porphyrium* & contra *Origenem* ſcripſit; quorum ille ad *Diocletianum* uſque pervenit; hic *Decio* ſupervixit: *Arnobius*, qui ſub *Diocletiano Siccæ* Rhetoricam docuit, & *Chriſtianus* poſtea factus eſt; ejuſque diſcipulus *Lactantius*. Ex Gentilibus Poetæ ſub *Caro* & *Diocletiano* celebrati ſunt *Calpurnius Siculus*, & *Nemeſianus*. Hiſtorici *Lampridius*, *Capitolinus*.

l Euſeb. Chron. Hieron. de Script. *Viri docti & pii.*

1) Tempus manetis hæreſeos ſtabilit Quenellus in Notis ad Opera ſancti Leonis.

DIO

DIONYSII PETAVII

E SOCIETATE JESU

RATIONARII TEMPORUM

PARTIS PRIMÆ

LIBER SEXTUS.

In quo Anni continentur ab 304. Chriſti *ad* 491.

A. 304. Chriſti ad 337.
Par.2 l.4. c.20.
a Idatius in faſt.
b Eutrop. l.10. Vict. Schotti, & in Cæſ. Oroſ.7.c.5. Zon.
c Victor Schot. Anonymus ſcriptus.
d Victor. Schotti Conſtantius Chlorus. Eutr. 10. Vict. Schotti Euſ. 1. de vita Côſt. & in Chr. Oroſ.7.c.25. Zona
e Euſ. de vita Côſt. Sozom. 1. c.7.
f Vict. Anon. Zon.
g Soc 1 c 1 Conſtantinus.
h Paneg. Conſt. & Max. dictus. Maxentius.
i Hier. Chron. Zoſ. l. 2. Oroſ.7.c.25. Chronic. Alex.
k Ambr. de fin. Theod.
l Zonar. Tom. 3.
m Eutr.10 Vict. Euſ. 8. H iſt. c. 14. & de vit. Côſt.

CAPUT I.

De Conſtantio Chloro, *& ejus filio* Conſtantino, Licinio, *& horum inter ſe bellis, deque Indictionum origine.*

A. 304. *Chriſti* ad 337.

D*iocletiano* & *Maximiano* ſponte privatum ad genus vitæ redactis anno *Chriſti* 304. eodem anno, ac die, hoc eſt, Cal. *Aprilis* ut auctor eſt [a] *Idatius*, *Julius*, *Conſtantius Chlorus*, & *Galerius Maximianus Armentarius* e *Cæſaribus* [b] *Auguſti* & Imperatores facti ſunt, quorum ille *Galliis* & *Britanniis* contentus fuit; hic *Romanum* reliquum poſſedit orbem, cui adminiſtrando cum ſolus intentus eſſe non poſſet, curam illius cum duobus partitus eſt, *Severo*, & *Galerio Maximino* in *Illyrico* natis; hoc vero ſororis filio. Quos etiam *Cæſares* creavit [c] eodem, quo *Conſtantinus Cæſar* eſt appellatus tempore; hoc eſt, anno 305. vel 306. *Severo Italia*, Oriens *Maximino* permittitur; *Maximianus* in *Illyrico* reſedit.

Conſtantius Chlorus, vel uno tantum anno, vel biennio, ut pleriſque placet, *Auguſta* dignitate potitus eſt; [d] atque *Eboraci* in *Britannia* diem obiit. Miti ac civili fuit ingenio, planeque liberalis; [e] qui neque contra *Chriſtianos* quæſtionem haberi paſſus eſt, & quos ejus profeſſionis in comitatu ſuo eſſe ſciret, ceteris antetulit. [f] Ad hunc *Bononiæ*, ſive *Geſſoriaci*, degentem *Conſtantinus* accurrit, *Galerii Maximiani* inſidias veritus; in ejuſque complexu paullo poſt *Eboraci* moritur *Conſtantius*, anno, ut vulgo ferunt, *Chriſti* 306. quo ſextum Conſules erant *Chlorus* & *Armentarius*: [g] *Jul.* 25. auctore *Socrate*.

Ex hoc anno *Conſtantini* procedit initium, etſi tum *Cæſaris* contentus appellatione [h] ſequenti anno *Auguſti* ab *Maximiano* ſocero nomen accepit. Natus tunc erat annos 32. vel 33. quod ex mortis illius tempore poſt intelligetur. Ortus itaque eſt anno circiter 273. ex *Helena Bithyna*, quam concubinam [i] plerique fuiſſe dicunt: [k] *Ambroſius* ſtabulariam, alii legitimam, ſed obſcuriore loco natam conjugem. [l] *Zonaras* in incerto rem reliquit.

[m] At *Romæ*, ubi *Conſtantini* allatæ ſunt imagines, *Maxentius Herculii* filius a Prætorianis militibus ſubito Imperator acclamatus eſt: qui initio, populi demerendi gratia, [n] *Chriſtianis* favere viſus eſt, ac perſecutioni modum adhibuit; at mox in omni ſe crudelitatis ac flagitii genere volutavit. [o] Contra hunc *Galerius Maximianus Severum Cæſarem* miſit; qui deſtitutus a ſuis *Ravennam* fugit. *Galerius Romam* cum exercitu petens, fruſtraque *Maxentium* generum ſuum per legatos hortatus, ut precibus potius quam armis mereretur imperium, fœde & ipſe deſertus a ſuis in *Illyricum* abiit; [p] ubi *Licinium Cæſarem* conſtituit anno *Chriſti* 307. [q] Quo *Herculius* ad ſpem evectus imperii reſumendi, quo invitus ceſſerat, e *Lucania Romam* revertit; *Diocletianumque Carnunti* in *Pannonia* degentem, (non *Carnuti* in *Celtica*, ut male narrat *Zoſimus*) vel, ut *Victor* ſcribit, *Salonæ*, idem ut faceret, litteris hortatus eſt, quod ille renuit. [r] Poſtea *Severum* perjurio deceptum, & *Ravenna* retractum, captivi habitu in urbem perduxit, & in *Appia* via triceſimo ab Urbe milliario jugulavit, eodem anno 303. ut confirmat *Idatius*. *Herculius Maxentio* filio ſuo inſidias ſtruens *Roma* pellitur, & ad *Conſtantinum* fugit in *Gallias*, [ſ] cui *Fauſtam* filiam in matrimonium dedit cum *Auguſti* appellatione.

Anno deinde 308. quo *Herculius* X. & *Armentarius* VII. Conſules ponuntur, [t] *Licinio Carnuati* Imperatore creato; Idib. *Novembris*, ut ſcribit *Idatius*, [u] quattuor ab *Auguſtis* Reſpublica regi cœpit, *Conſtantino* & *Maxentio Auguſtorum* filiis, *Galerio Maximiano* & *Licinio* novis hominibus. [x] *Herculius* anno 310. dum adverſus generum ſuum *Conſtantinum* nefaria molitur, re per *Fauſtam* ejus filiam detecta, *Maſſiliam* fugiens pœnas ibi perfidiæ luit. De tempore fidem facit *Idatius*. [y] *Galerius Maximianus* ſequente anno fœdo morbo conſumptus eſt [z] octavo ſuo Conſulatu; quem *Maxentius* gener [a] inter Divos adſcripſit.

[b] Anno 312. *Conſtantinus* cæleſti crucis oſtento contra *Maxentium* animatus, & *Alpes* tranſgreſſus, victis ad *Veronam* illius ducibus, eumdem non longe ab Urbe ſuperavit: [c] qui per pontem, quem *Tiberi* impoſuerat, raptim properans, ejus ruina oppreſſus, ac demerſus periit. Caput ejus *Romæ* ac per *Africam* circumlatum eſt; quod *Nazarius* in *Panegyrico* dixit.

Ordinatis in Urbe rebus, [d] *Conſtantinus* in *Germaniam*

A. 304. Chriſti ad 337.
n Euſ. 8. Hiſt. c. 14. Optatus l. 1.
o Vict. Schot. Eutrop. 10. Anon. Zoſim. 2.
p Eutr. 10. Vict. Schot.
q Eutr. 10. Vict. Ep. Oroſ. 7.
r Anon. Zoſ. 2. Vict. Sch. Oroſ. ib.
ſ Paneg. Conſt. & Max Eutrop. 10. Zoſim. 2. Aug. 4.
t Hier. Chron. Idat. faſt Vict. Sch.
u Eutr. 10.
x Eutr. & ceteri. Maximiani mors.
y Euſ. 8 Hiſt c. 17.
z Euſ & Idat. faſt.
a Vet. Inſ. Nummi apud Bar. An. 300.
b Vide Par. 2 l. 4. c. 10. Maxentii clades.
c Euſ. 1 de vita Côſt. c. 28. & 9. Hiſt. c. 9. Zoſim. 2. Vict. Sch. Eutr. 10.
d Zoſ. 2. Eutr. 10.

Germaniam

A 304. Chriſti ad 337.

maniam profectus *Mediolani* ſororem *Conſtantiam Licinio* collocavit anno 313. & eodem *Galerius* *a* *Maximinus Chriſtianorum* carnifex contra ambos Imperatores ſtolide bello ſuſcepto, in *Illyriis* ab *Licinio* victus in *Aſiam* auſugit, & apud *Tarſum Ciliciæ* horrenda morte conſumptus eſt. Nec diuturna inter ambos Principes concordia fuit. *b* His enim quartum Conſulibus, ut *Idatius* refert, anno *Chriſti* 315. rupto fœdere, ad *Cibalim* primo, quod eſt *Pannoniæ* oppidum, 8. Id. *Octobris*, deinde in campo *Mardienſi* pugna facta eſt, utrobique fuſi fugatique *Liciniani*. Tandem reconciliata pace de integro diviſum eſt imperium. Interim *Salonæ Diocletianus* obiit 3. Non. *Decembris*, ait *Idatius*.

a Euſ. 8. Hiſt. c. 9. & 10. Zoſim. l. 2. Eutr. 10. Vict. Schot. Oroſ. 7. c. 28. *b* Idem Auct.

c Anno 324. cum *Licinius* adverſus *Conſtantinum* rurſus arma cepiſſet, cauſatus illum ultra limites ſuos in alienam ditionem erupiſſe (quamquam *Gothos Thraciam Mœſiamque* propulantes neceſſario propulſarat) prope *Hadrianopolim* maximam cladem accepit, Non. *Julii* [quod *Idatius* adnotat] cæſis millibus 35. cum 150. millia peditum haberet, equitum 15. millia. Inde *Byzantium* ſe proripiens denuo pugna navali vincitur. Ac demum noviſſimo ad *Chalcedonem* prœlio debellatus in victoris poteſtatem venit; a quo vitam, interpoſita conjuge ſorore *Conſtantini* pactus, ac *Theſſalonicam* relegatus, ſequenti *d* anno 325. quod novas res moliretur, in eadem urbe peremptus eſt. Hic finis civilium armorum fuit.

c Anonym. Zoſim. 2. Euſ. 1. de vita Conſt. &c.

d Idat. *Licinii mors.*

Hoſtili perfunctum metu *Conſtantinum* domeſtici turbines excepere. *e* *Criſpus Cæſar*, ex priori conjuge *Minervina* ejus filius, egregia juvenis indole, cum in ſuſpicionem tentati cum noverca ſtupri veniſſet, *Polæ* in *Iſtria*, ut ſcribit *f* *Ammianus*, occiditur, *Romæ* *g* *Zoſimus* id factum aſſerit. Annum *h* vero *Idatius* indicat, qui eſt *Chriſti* 326. Nec diu innocentis ultionem diſtulit Deus; quippe conſequens annus *Fauſtæ*, quæ privignum accuſatat, necem attulit; quam falſi compertam *Conſtantinus* balnei calore juſſit occidi.

Criſpus occiditur. *e* Oroſ. 7. c. 28. *f* Amm. 14. *g* Zoſim. 2. *h* Idat. Fast. Hieron. in Chron.

i Eo Imperatore *Byzantium* inſtauratum eſt, ac pene totius orbis locupletatum ſpoliis, ſic ut *Romam* exæquaret, cum imperii ſede conditoris nomen accepit. Eam V. Id. *Majas* anno 330. dedicatam prodit in *Faſtis Idatius*. Lege autem lata, & in lapideam columnam inciſa, novam *Romam* appellari juſſiſſe *Socrates* refert.

Conſtantinopolis exſtructa. *i* Hier. in Chron. Zoſim. 2. Socr. 1. c. 16. Vide 11. de Doct. Temp. c. 49.

k *Sarmatis* poſt hæc ſubactis, ac per varia *Romani* imperii loca diſtributis, quarto poſt anno, qui erat *Chriſti* 337. ipſo Pentecoſtes die moritur *Conſtantinus* in ſuburbano *Nicomediæ*; ubi paullo ante mortem baptizatum eſſe *l* plerique Veterum affirmant; quibus *m* Cardinalis *Perronius* nuper adſtipulatus eſt, dum poſt *Nicænam* Synodum baptizatum ab *Euſebio Nicomedienſi Conſtantinum* aſſeruit.

k Hier. in Chron. Anonym. Idatius. *l* Euſeb. 4. de vita Conſt. Hier. in Chron. Ambr. Orat. in fun. Theod. Socr. Theod. Sozom. *m* Perron. in Reſp. p. 239.

n Indictionum originem vulgo *Conſtantini* ætate prodiiſſe putant, ejuſque anno 6. *Chriſti* 312. Sed ego, qui ſic ſentiunt, divinare eos arbitror, non certum dicere; nam nullum idoneum teſtem citant. Apud *o* *Ambroſium* fit ejus mentio verbis iſtis: *Indictio enim Septembris menſe incipit.* Et in *p* *Cod. Theod.* *Valentiaca indictio* nominatur. Antiquiorem bis Auctorem, qui quidem exploratæ ſit fidei, non facile reperias. Unde porro *Indictionis* vox manaverit, quæque ſit ei ſubiecta notio, non magis perſpicuum eſt hactenus. Illud inter doctos convenit, *Indictiones* nihil aliud eſſe, quam præſtationes & tributa, quorum canon, id eſt, modus, quotannis indicebatur. Sed cur ſpatio 15. annorum, quot orbis Indictionum colligit, finiri placuerit, & qua de cauſſa, quove tempore primum id uſurpari cœperit, cum multæ multorum conjecturæ ſint, nulla ſatis probabilis adfertur. Eſt autem Indictionis uſus triplex.

n Vide 11. de Doct. Temp. c. 29. & ſeq. *o* In Epiſt. ad Epiſc. Æmiliæ. *p* Lege 9. Cod. de Inaud.

Nam alia Calendis ab *Septembribus* proficiſcitur, eaque *Conſtantinopolitana* dicitur. Alia ab 8. Cal. *Octobris* quæ *Cæſarea* vocatur. Harum utra ſit vetuſtior, nondum mihi conſtat. Tertia *Pontificia*, ſeu *Romana*, nominatur, quæ in *Pontificiis* diplomatibus adhibetur, & a Cal. *Januariis*, quæ priores duas illas epochas ſequuntur, ſumit exordium.

A. 304. Chriſti ad 337.

CAPUT II.

De rebus Eccleſiaſticis, quæ Conſtantino *Imperatore contigerunt; perſecutione* Maximiani; Donatiſtarum *ſchiſmate;* Arianorum *hæreſi; &* Nicæna *Synodo. Tum de viris pietate ac litterarum ſcientia claris.*

CHriſtiani nominis vexationem a *Diocletiano* cœptam, poſt ejus & *Herculii* ſeceſſum, propagavere *Galerius Maximianus* & alter *Galerius Maximinus*. *Conſtantinus* vero, qui *Gallias* obtinebat, non modo *Chriſtianorum* abſtinuit ſanguine; ſed illos etiam habuit in pretio. *q* Præ ceteris in Oriente bacchatus eſt *Maximinus*, qui innumerabiles Martyres occidit. Eximii fuere *Pamphilus Cæſarienſis* Presbyter eruditiſſimus; *Procopius* in eadem urbe paſſus; *Petrus Alexandrinus* Epiſcopus, qui *Arium* ob ſchiſma *Meletii* a communione ſubmovit; *r* *S. Potamiena Alexandrina*; *Lucianus Nicomediæ*, &c. Quin etiam *ſ* juſſu *Maximini* deteſtandus quidam liber ſub *Actorum Pilati* nomine vulgatus eſt, in quo multa de *Chriſto* nefaria continebantur. Nec minus *Romæ* graſſabatur *Maxentius*. Modum crudelitati *Conſtantinus* victor adhibuit; cujus auſpiciis & favore dilatata *Chriſti* Religio longius ſa *Romanis* finibus extendit.

q Euſeb. Hiſt. *Martyres ſub Maximino.* *r* Pallad. Lauſ. c. 1. *ſ* Euſ. 9. Hiſt. c. 4.

Licinius *t* poſtea hoſtis ex fautore factus *Chriſtiani* nominis, non paucos & ipſe Martyres dedit, quos inter egregia fortitudine memorantur 40. milites, qui in *Cappadocia* frigore enecti ſunt; *Baſilius Amaſeæ* Epiſcopus, & alii, donec a *Conſtantino Licinio* interfecto pax eſt reddita.

t Euſ. in vita Conſt. Chron. Socrat. 1. c. 8. Oroſ. 7. c. 22.

Dum ferro ac flammis in Eccleſiam tyrannicus exardet furor, domeſtica quoque illam tempeſtas exercuit. Nam duo præſertim ſchiſmata ſub *Conſtantini* & *Maxentii* exordium nata feruntur; *Donatiſtarum* in *Africa*; *Meletianum* in *Ægypto*. Prius bis de cauſſis conflatum eſt.

u *Lucilla* fuit *Carthagine Hiſpana* mulier, præpotens & factioſa, quæ a *Cæciliano* Archidiacono reprehenſa ulciſcendi ſui occaſionem captabat. Forte accidit, ut *Menſurius Carthaginienſis* Epiſcopus a *Maxentio Romam* evocatus ſenioribus quibuſdam Eccleſiæ vaſa commendaret. Quo mortuo *Cæcilianus* in ejus locum ordinatus eſt a *Felice Aptungitano*; qui cum ab iſtis depoſitum repeteret, hi communionem ejus averſati ſunt, iiſque ſe *Lucilla* conjunxit. Hæc origo fuit *Donatiſtarum*, qui ab *Donato a Caſis* nigris præcipuo ſchiſmatis auctore, a quo *Majorinus* ordinatus eſt, nomen adepti ſunt; etſi ab altero cognomine *Donato*, qui *Majorino* ſuffectus eſt, appellari ſe poſtea maluerunt. *x* *Maxentio* ſublato, cum *Donatiſtæ Conſtantinum* interpellaſſent adverſus *Cæcilianum*, quem a traditore *Felice* ordinatum aſſerebant, Imperator *Melchiadi Romano* Pontifici, & aliis Epiſcopis, quorum tres erant *Gallicani*, cauſſam commiſit. A quibus anno 313. damnati ſunt ſchiſmatici cum eorum principe *Donato*. At hi in *Africa* denuo tumultuantes, & ab *Ælиano* Procoſ. iterum condemnati, ad Imperatorem provocant. Cujus mandato *Arelate* in Synodo cauſſa illorum denuo diſceptata eſt, & ſecundum *Cæcilianum* dicta ſententia anno 314. *Voluſiano* & *Aniano* Coſs. Cumque nihilominus *Conſtantinum* iterum appellaſſent,

u Opt. 1. Aug. 5. cont. Parm. & in Brevi & alibi Tom. 7. parte 1.

Donatiſtarum hiſtoria.

x Optat. 1. Aug. Ep. 68. 161. 165. & alibi paſſim. Vide Tom. 1. Conc. Gall. & Euſ. 10. Hiſt. c. 5.

Romam

A. 304. Chriſti ad 337.

Romam primum, deinde *Mediolanum* venire juſſi, ibi poſtremo damnati ſunt, addita exſilii pœna, quam idem poſtea *Conſtantinus* remiſit.

a Athan. Apol. 2. Socr. 1. Sozom. 1. Theod. 1. c. 9.

Alterum ſchiſma *Meletianorum* fuit. a Auctor ejus *Meletius Lycopolitanus* Epiſcopus, qui a *Petro Alexandrino* Epiſcopo propter varia crimina, tum quod idolis ſacrificaſſet, exauctoratus ab eo deſcivit. Natum illud eſt eodem quo *Donatiſtæ* tempore.

b Athan. paſſim. Soc. 1. 28. Sozom. 1. 25. Theod. 1. c. 30. Epiph. Hær. 69. *Arius.*

Ex ea factione prodiit b *Arius Alexandrinus* Presbyter, qui contra Dei filium impiam hæreſim effudit; ob quam ab *Alexandro* Epiſcopo ejectus Eccleſia, patronos ſibi quæſivit *Euſebium Nicomedienſem*, & alterum *Cæſarienſem* Epiſcopos, cum pluribus aliis. Quod incendium fruſtra per litteras perque legatum *Hoſium* conatus eſt reſtinguere *Conſtantinus*. *Nicæna* denique Synodus habita eſt anno 325. cui interfuere 318. Epiſcopi.

c Athan. Apol. 2. d Hier. contr. Lucifer. e Gelaſ. l. 2. c. 36. f Socrat. Trip. 2. c. 15. g Theod. l. 15. c. 26.

Ab hac *Ariana* damnatur hæreſis, & de Paſchate celebrando controverſia dirimitur. c *Arius*, nec non octo partium ejus Epiſcopi, *Nicænæ* aſſenſi fidei ſuſcepti ſunt, ut ſcribit d *Hieronymus*; *Arius* quidem ea lege, ut ne *Alexandriam* rediret, e cujus quidem cremari libros, f ejus vero fautores dogmatis *Porphyrianos* dici *Conſtantinus* edixit. Quod autem in illa omni actione præcipuas ſibi partes vindicarat *Athanaſius Alexandri* Epiſcopi *Alexandrini* Diaconus, omnium in ſe *Arianorum* convertit odia; g atque quinto poſt Concilium menſe, mortuo *Alexandro*, in ejus ſubſtitutus eſt locum; neque ut *Arium Alexandriam* redire pateretur, precibus ullis ac minis ab eo impetrari potuit. Ob id *Meletianorum* & *Arianorum* calumniis exagitatus, h demum in famoſo illo apud *Tyrum* conventiculo falſis criminibus damnatus eſt anno 335. cumque ad imperatorem *Conſtantinopolim* veniſſet, novis inimicorum fraudibus apud illum in ſuſpicionem adductus, *Treverim* relegatur anno 336. *Arius* communionem ab *Alexandro Conſtantinopolitano* Epiſcopo per vim extorquere conatus, dum ad Eccleſiam properat, infamem vitæ exitum habuit.

h Athan. Apol. 2. Socr. 1. Theod. Sozom. 1. 25. Ruff. 1. *Athanaſii vexatio.*

i Ruff. 1. c. 8. Socr. l. 17. Sozom. 2. 1. Ambr. de fun. Theod. Paulli ep. 11. Sever. Sulp. l. 2. k Euſ. 3. de Vita Conſt. l Id. & Theopha. Cedren. m Ruf. l. 1. c. 5. Socr. 1. c. 15. Theod. 1. c. 23. Soz. 1. c. 23. n L. 1. Cod. Theod. de Epiſc. o Euſ. 3. de Vita Conſt. c. 61. Sozom. 2. c. 32.

i Imperante *Conſtantino*, *Helena* ipſius mater crucem Domini *Hieroſolymis* reperit, k ac baſilicas erexit duas; *Conſtantinus* unam in ipſa urbe magnificentiſſimam.

In *Perſide Sapores Chriſtianos* vexat, & *Acepſimam*, l *Athalem*, alioſque plurimos interficit, quem literis ad eum datis mitigare Imperator ſtuduit. m In *India* porro *Frumentius Tyrius* Philoſophus *Chriſti* propagavit fidem; & eodem ab *Athanaſio* factus Epiſcopus rediit, circa annum 327. quando & *Iberos Chriſtianæ* cujuſdam captivæ opera Evangelii lux afflavit. Ut autem ſecundo curſu *Chriſtiana* res procederet, quamplurimis ei legibus pius Imperator conſuluit: n quarum una fuit inſignis, ut Epiſcoporum ſententiæ in civilibus etiam cauſſis ratæ eſſent, lata anno 314. Immunitatem quoque Clericis alia lege conceſſit. o Tum Hæreticos conventus habere prohibuit, ædeſque illorum dirui; & Catholicis attribui juſſit.

p Synodi præterea variis in locis habitæ Eccleſiaſticam ſanxere diſciplinam, præſertim *Ancyrana*, cui *Baſilius Amaſeæ* Epiſcopus ſubſcriptus legitur, is qui ab *Licinio* mori juſſus eſt; & *Gangrenſis*, incertum quo anno.

p To. 1. Conc. *Illuſtres viri.* q Socr. 1. c. 10. & 11.

Nec minus ſanctitatis & doctrinæ ferax illa ætas fuit. Præter eos, quos ſparſim attigimus, illuſtri pietate commendantur eorum plerique qui in Synodo *Nicæna* convenerunt; q uti *Nicolaus Myrenſis* Epiſcopus; *Spiridio Trimithuntis* in *Cypro*; *Euſtathius Antiochenus*; *Paphnutius Thebanus*; innumerabiles alii. *Rheticus* item *Auguſtodunenſis* inter doctos habitus eſt; qui cum *Melchiade* judex ab *Conſtantino Donatiſtis* eſt datus. *Arnobius* ad hæc ex *Siccenſi* Rhetore, ac Gentili, *Chriſtianus* anno 20. *Conſtantini* factus ſcribitur ab *Hieronymo* in *Chronico*, quod ego longius infra tempus ſuum ab illo poſitum arbitror. Nam libros adverſus Gentes pignus quoddam ſerio ſuſceptæ *Chriſtianæ* pietatis obtuliſſe dicitur: at illos ſævientibus adhuc perſecutoribus ſcripſiſſe, ex iis perſpicue colligitur. Tum in ſecundo teſtatur, ab Urbis conditæ primordio annum agi 1050. qui ex *Varronis* calculo incidit in *Chriſti* 297. paullo ante *Diocletiani* perſecutionem. Omnino ſub *Diocletiano* ſcripſit *Arnobius*. Sed & *Lactantius Criſpi Cæſaris* magiſter ei ſuperſtes vixit, vir omnium, ait *Hieronymus*, ſuo tempore eruditiſſimus, r ſed adeo pauper, ut plerumque etiam neceſſariis indiguerit. Poetica *Juvencus* excelluit *Hiſpanus* Presbyter, & *Publius Optatianus Porphyrius*, qui Panegyricum moroſi litterarum artificii *Conſtantino* dicavit. *Nazarius* in *Galliis* & *Patera* Oratores inſignes exſtiterunt.

A. 337. Chriſti ad 361. r Hier. in Chron.

CAPUT III.

De Conſtantini M. *filiis & ſucceſſoribus*, *maxime* Conſtantino, *deque* Gallo Cæſare, Vetranione, *ac* Magnentio *Tyrannis*, *& de bellis* Perſicis.

A 337. *Chriſti* ad 361.

s Victor. Zoſim. 2. Ruſ. 1. c. 15.

CONſtantinus ex *Fauſta Maximiani* filia liberos tres imperii reliquit heredes, qui & *Romanum* orbem inter ſe partiti ſunt. s *Conſtantinus* natu maximus *Gallias*, & quicquid trans *Alpes* erat, ſortitus eſt. *Conſtans* minimus natu *Romam* & *Italiam*, *Africam*, *Siciliam* inſulaſque reliquas, *Illyricum*, *Thraciam*, *Macedoniam*, & *Græciam*. *Conſtantius* inter ambos medius a freto *Propontidis Aſiam*, & Orientem, cum *Ægypto*.

t Socr. l. 2. c. 1. Zoſim. 2. Victor. Eutrop. Anon. u Lib. 1. c. 27. x Amm. lib. 14.

t Habuerat *Conſtantinus* horum pater fratres duos, *Conſtantium Juliani* patrem, & *Dalmatium*; alii *Annibalianum* vocant. Hujus filii erant duo, *Dalmatius*, qui *Cæſar* anno 335. factus dicitur in *Faſtis Idatii*, ac *Cenſor* nominatur apud u *Socratem*: & *Annibalianus*, vel *Annibalianus*, quem Regem Regum, & *Ponticarum* gentium *Conſtantinus* eſſe juſſerat, ut Anonimus refert. Unde & ab x *Ammiano* Rex appellatur.

Conſtantini filiorum initia cruenta.

Quos omnes ſtatim poſt *Conſtantini* obitum militaris oppreſſit ſeditio, incitante vel diſſimulante *Conſtantio* Imperatore. Cum bis etiam *Optatus Patricius*, novo & ab *Conſtantino* excogitato titulo, & *Ablavius* Præfectus Prætorio trucidati. Tum *Conſtantii* fratris *Conſtantius* filius, *Galli* & *Juliani* frater; quod *Julianus* ipſe teſtatur ad S. P. Q. Ath. ſcribens. *Gallum* ægritudo, *Julianum* tenera ætas (erat enim quinquennis) vix neci ſubtraxit. His parricidialibus auſpiciis imperium iniere fratres tres, quos inter haud diu concordia tenuit. y Quarto poſt mortem patris anno, *Chriſti* 340. *Conſtantinus Conſtanti* fratri bellum movens, in ejuſque fines irrumpens, interfectus eſt prope *Aquilejam*. *Conſtans* ipſe poſt annos decem, *Chriſti* videlicet anno 350. ineunte, ut ex z *Idatio* colligitur, a *Magnentii* duce *Gaiſone*, prope *Pyrenæos*, in caſtro, cui *Helenæ* nomen eſt, occiditur, annos natus 30. ut in *Chronico* ſcribit *Hieronymus*. Etſi *Aurelius Victor* 27. tribuat. a Cujus morte cognita, *Vetranio* Magiſter militum in *Pannonia* apud *Murſam*, *Nepotianus Eutropia Conſtantii* ſorore natus *Romæ* imperium arripiunt, ille Calend. *Maii*, hic 3. Non *Junii*. b *Vetranio* octavo poſt menſe, nempe 8. Calend. *Januarii* in ordinem redactus, privatam vitam coluit. *Nepotianus* viceſimo octavo die ab *Magnentii* ducibus oppreſſus eſt. c *Cum Magnentio* periculoſius certatum eſt 4. Calend. *Octobris* auctore *Idatio*, ad *Murſam* in *Pannonia*. Victus primo impetu

y Eutrop. 10. Socr. 2. c. 5. Zoſim. Victor. Idat. *Conſtantinus junior occiſus. Tum Conſtans.* z Socr. 2. c. 6. Sozom. 4. 1. a Idem. b Idat. Julianus Orat. 1. & 2. c Victor. Socr. 2. c. 31. Sozom. 4. c. 7. Oroſ. 7. c. 29.

A. 337. Chriſti ad 361.

petu *Conſtantii* exercitus, poſtea ſuperior fuit; eoque prœlio ingentes *Romani* vires imperii conſumptæ ſunt. Id anno 351. accidit. *a* Poſt biennium, *Chriſti* ſcilicet 353. deſperatis rebus, apud *Lugdunum* in *Gallia*, 3. Id. *Auguſti*, *Magnentius* ſibi mortem attulit. *Decentius* ejus frater apud *Senonas* 15. Cal. *Septembris*.

b Gallus Cæſar a *Conſtantio* creatus anno 351. & Orienti præpoſitus, dum ſumma poteſtate per vim ac libidinem abutitur, ab *Conſtantio* accitus, in *Illyrico* juſſu ejuſdem morte eſt affectus. *c Julianus* ejus frater, interventu *Euſebiæ* uxoris *Conſtantii* ſervatus, & *Athenas* ſtudiorum cauſſa miſſus eſt. *d* Poſt anno 355. *Cæſaris* dignitate eſt auctus, data in matrimonium *Helena* ſorore Imperatoris & *Gallis* præpoſitus, quo cum perveniſſet, multa contra *Germanos*, *Francos & Alemannos* egregie geſſit. Horum Regem *Chonodomarum* vinctum *Romam* ad *Conſtantium* miſit. Cujus ſecundis rebus invidens *Conſtantius* milites ab eo abſtrahere, & in Orientem contra *Perſas* tranſportare ſtuduit. *e* At illi *Julianum Lutetiæ Pariſiorum Auguſtum* ſalutarunt, *Conſtantio* interim bellum contra *Perſas* apparante: quo utcumque terminato, vel dilato, cum adverſus *Julianum* ulciſcendi cupidus advolaret 3. Nonas *Novembres* prope *Tarſum* obiit *Mopſucrenis*. *f Victor* anno ætatis 44. mortuum eſſe *Conſtantium* ait, imperii 39. *Auguſtum* fuiſſe 24. *Eutropius* anno ætatis quinto & quadrageſimo, imperii quinto & triceſimo deceſſiſſe refert. At *Ammianus* vitæ & imperii ſupra annos 40. paucos dies attribuit. Sub mortem baptizatus eſt ab *Euzoio Ariano* Epiſcopo, ut ait *g Socrates*. Sane *h Lucifer Calaritanus* Epiſcopus illum admonebat, per *Athanaſium* ſive Coepiſcopos ejus, ſalutarem conſequi baptiſmum.

Eo imperante ter a *Sapore Niſibis* eſt obſeſſa, ut ſcribit *Rufus i* Primum ſtatim poſt *Conſtantini* mortem, anno 338. duobus fere menſibus obſidione vallata eſt, cum *Antiochia Conſtantius* eſſet; *k* ubi & a *S. Spyridione Trimithuntis* Epiſcopo morbo levatus eſt. Secundo anno 350. cum adverſus *Magnentium* ab Oriente profectus eſſet *Conſtantius*. Eo enim abſente *Saporem* iterum aggreſſum eſſe teſtis eſt *l Julianus*: atque hæc obſidio quadrimeſtris fuit, ac *S. Jacobi* Epiſcopi precibus ſoluta eſt, & immiſſo culicum agmine fugati ſunt Barbari. Tertio, cum jam *Cæſar* eſſet *Julianus*, ac *Francos*, *Salios*, *Quadoſque* viciſſet, ab eoque *Conſtantius* legiones duas repeteret. Ita anno 360. obſeſſa videtur *Niſibis*, quando eam urbem *Lucillianus* ſtrenue defendit, ut auctor eſt *m Zoſimus*.

a Idat. Socr. l. 2. c. 32. Zoſim. Vict. Eutrop. &c.
Gallus Cæſar.
b Amm. 14. Idat. Socr. 2. c. 34. Vict. Eutr. 10. Zoſim. 2.
c Julianus Orat. 3. &c.
d Amm. 15. Zoſim. 3. Vide Ep. Jul. ad S. P. Q. A.
Julianus ſit Imperator.
e Amm. Hier. in Chron. Idat. Zoſim. Socr. l. 3. c. 1. & c. ſupr. cit.
Conſtantii mors.
f Vict. Epit. de Conſt. Vide Pam. a l. 4. c. 11.
g Socr. l. 2. c. 46.
h Lucif. l. 1. pro S. Ath.
i Hier. in Chron.
k Metaph. 12. Sept.
l Julian. Orat. 1. Theod. Hiſt. lib. 2. c. 30. & in Philotheo.
m Zoſim. 3. Notæ noſtræ ad Jul. p. 251

CAPUT IV.

De Eccleſiaſticis rebus Imperatore Conſtantio, *variiſque Conciliabulis*, Athanaſii *perſecutionibus; deque viris ſanctitatis ingeniique laude præſtantibus.*

GRaves imperante *Conſtantio*, & continui tumultus Eccleſiam infeſtam habuerunt. Nam *Ariana* perfidia, quæ *Conſtantini* ſe metu hactenus repreſſerat, caput erexit. Una tanti cauſſa mali femina fuit. *Conſtantia*, *n* quæ *Licinio* nupſerat, moriens Presbyterum quemdam *Conſtantino* fratri commendarat *Ariana* imbutum hæreſi; quem ille magni deinceps fecit, eique moriens teſtamentum ſuum commiſit: quod ubi *Conſtantio* in manus tradidit, non minore apud hunc loco eſſe cœpit. Quare ut de *Ario* revocando *Conſtantino* perſuaſerat, ſic apud *Conſtantium* perfecit, ut is hæreſis illius fautorem ſe profiteretur acerrimum, ejuſque dilatandæ ſtudio cuncta miſceret.

n Ruff. l. 1. c. 11. Socr. l. 1. c. 26. Sozom. l. 1. c. 34. & l. 2. c. 1. Theo. 2. c. 3.
Conſtantius Arianam hæreſim propagat.

Omnium deinde *Arianorum* curæ cogitationeſque unius in exitium *Athanaſii* converſæ ſunt, quo præcipue per id tempus res catholica nitebatur. *o* Hunc vero *Conſtantinus* Junior e *Galliis p*, ubi jam annos duos ac menſes 4. egerat, *Alexandriam* cum honorificentiſſimis litteris remiſit anno *Chriſti* 338. Sed *Euſebio Nicomedienſi* aliiſque turbantibus *Julius* Papa *Romam* ad cauſſam dicendam utroſque citavit. *Euſebianis* tergiverſantibus *Athanaſius* cum vadimonium obiiſſet, ac *Romæ* annum unum menſeſque tres moratus eſſet, anno 341. *Alexandriam* rediit. [1] *q* At eodem anno Conciliabulum *Antiochiæ* ad dedicandam *Conſtantini* baſilicam celebratum eſt; in quo ejecto *Athanaſio*, ſubſtitutus eſt ei *Gregorius Cappadox*, qui ingenti patrata cæde, ſedem illam occupavit, clam dilapſo *Athanaſio* ac *Romam* profecto; quo & *Paullus Conſtantinopolitanus* & alii Catholici Epiſcopi ab *Arianis* expulſi tamquam ad aſylum ſeſe receperant. *r* Horum in cauſſa *Conſtantis* & *Conſtantii* juſſu *Sardicæ* generalis eſt habita Synodus anno 347. a qua *Arianis* ſe ſubducentibus, reſtitutus eſt *Athanaſius*, ac ceteri Epiſcopi, & damnatis Hæreticis *Nicæna* fides iterum approbata. *ſ* Eodem tempore *Ariani Philippis* in *Thracia* conventiculum celebrant, quod & *Sardicenſis* vocabulo nuncuparunt: in quo *Conſubſtantialis* vocem audiri ultra vetuerunt; *t* idque decretum ad *Africanos* miſerunt. Tum vero *Conſtantis* minacibus litteris coactus *Conſtantius Athanaſium Alexandriam* redire juſſit *u*: *Paullus* vero *Conſtantinopolim* regreſſus, paullo poſt inde ejectus, ac *Cucuſum* perductus, ab *Arianis* ſtrangulatus eſt. Brevi poſtea *Athanaſius* & ipſe pellitur; atque in ejus perniciem *Conſtantius* totius imperii opibus certans, Epiſcopos partim vi ac verberibus ad illius damnationem adigit, partim ſcelus detrectantes carcere aut exſilio multat. Relegantur *Euſebius Vercellenſis*, *Dionyſius Mediolanenſis*, *Liberius* Papa; qui biennio poſtea recuperandæ amore ſedis *Athanaſii* condemnationi ſubſcripſit. *Oſius* vero *Cordubenſis*, cum initio conſtanter obſtitiſſet, plagis ac terroribus infractus eidem eſt aſſenſus.

Inter hæc *Athanaſius* ad necem anxie quæſitus, divino tectus præſidio admirabiliter evaſit. *x Ariani* vero novas identidem fidei formulas recudebant; cujuſmodi 11. aut 12. intra annos viginti condiderunt.

Numquam alias frequentiores, quam hoc Imperatore, Synodi Epiſcoporum fuerunt; quod ab *y Ammiano* Ethnico Scriptore egregie notatum ejus verbis libet exponere: *Chriſtianam religionem abſolutam & ſimplicem anili ſuperſtitione confundens, in qua ſcrutanda perplexius, quam componenda gravius, excitavit diſſidia plurima; quæ progreſſa fuſius aluit concertatione verborum; ut catervis antiſtitum jumentis publicis ultro citroque diſcurrentibus per Synodos, quas appellant, dum ritum omnem ad ſuum trahere conatur arbitrium, rei vehiculariæ ſucciderit nervos.* *z* Præcipuæ autem ab Hæreticis indictæ memorantur, *Syrmienſis* anno 351. in qua *Photinus Marcelli Ancyrani* diſcipulus *a* ſæpe alias poſtulatus judicio, ac damnatus, poſtremo redactus eſt in ordinem, *Baſilio* potiſſimum *Ancyrano* reum peragente. *b* Item *Ariminenſis*, & *Seleucienſis*, eodem habitæ tempore, anno 359. in quibus *Arianorum* improbitate ac fraude, perfidiæ robur eſt additum.

Hæ-

o Athan. Apol. 2. Theod. l. 2. c. 1. Soc. l. 2. c. 3.
p Theod. l. 2. c. 1.
Athanaſii res geſtæ.
q Athan. Apol. & Ep. ad Orth. Socr. l. 2. c. 10. Soz. l. 3. c. 10. Theod. 2. c. 4.
Sardicenſe Concilium.
r Ibid. & Sulp. 2.
ſ Socr. 2. c. 20. Sozom. 3. c. 10.
t Exſtat apud Hilar. in fragm.
u Sulpit. 2. Socr. 2. c. 21. Theod. 2. c. 5. Sozom. 4. c. 2.
In cauſſa Athanaſii gravis perſecutio
x Athan. &c. citati vide Anim. noſtras ad Epiph. Hær. 73.
y Amm. in fine l. 21.
z Hilar. de Syn. Socr. l. 2. c. 29. Sozom. l. 4. c. 6. Vide Anim. ad Epiph. Hær. 73.
a Vide Append. hujus Operis.
b Athan. de Syn. Sever. 2. Socr. 2. c. 29. Sozom. 4. c. 16. Ruff. l. 1. c. 21. Theod. 2. c. 18.

(1) Concilium Antiochenum anni 341. Hæreticorum eſſe Conciliabulum exiſtimaverant eruditi, attamen illud vindicavit Emmanuel Schelſtratus in Commentario ad ſacrum Antiochenum Concilium, ita tamen, ut poſt genuinum Antiochenum Concilium, poſt dimiſſos Epiſcopos Catholicos Ariani Conciliabulum coegerunt, in quo damnatus & ſede pulſus eſt Athanaſius, Gregorius vero Athanaſio ſuffectus.

A. 361. Chriſti ad 363.

Hæreſes, præter *Arianorum*, emerſere *ſemi-Arianorum*, qui Filium Dei non ejuſdem, ſed ſimilis cum Patre eſſe ſubſtantiæ profitebantur; *Marcellianorum*, qui [a] *Sabellianum* inſtauravere dogma, *Photinianorum*, qui *Chriſtum* merum hominem auſi ſunt aſſerere; *Macedonianorum*, ſive *Pneumatomachorum*, qui Spiritum S. in creatarum rerum ordinem relegarunt; [b] *Anomæorum* item hæreſis, ſive *Eunomianorum*, ab *Aetio Syro*, ejuſque diſcipulo *Eunomio*, qui patris diſſimilem eſſe Filium aſſerebant. [c] Tum, *Audianorum* & *Aeriorum*; de quibus *Epiphanius*, *Theodoretus*, & alii.

[a] Epiph. Theod. de Hær. Aug. de Hær. Sever. 2. [b] Epiph. Hær. 76. Soc. l. 2. c. 35. [c] Epiph. Hær. 70. & 75.

Paullus Eremitarum princeps, & Antonius.

Sanctitate præſtantes viri deceſſerunt *S. Paullus* Eremitarum primicerius, & *Antonius* Monachici inſtituti propagator eximius. *Hieronymus* in *Chronico* ſcribit anno 19. *Conſtantii* deceſſiſſe *Magnum Antonium*; quod & [d] *Gregorius Turonenſis* ſecutus eſt: qui annus in editione *Scaligeri* adſcribitur anno 4. Olympiadis 283. in *Pontacean*, anno 1. Olympiadis 284. & *Chriſti* 359. Verum annus 19. *Conſtantii* cœptus eſt anno *Chriſti* 355. *Arbetione* & *Lolliano* Coſſ. Unde mors *Antonii* contigerit anno ſequente 356. *Januario* menſe. [e] Natus erat annos 105. quare ortus illius congruit anno *Chriſti* 250. *Decio* imperante, ac *Chriſtianos* perſequente, ut idem habet *Hieronymi Chronicon*.

[d] Lib. 1. Hiſt. Franc. c. 38. [e] Athan. in Vita ejus. Hier. in Chron.

Paullus Antonio major natu fuit annis tribus & viginti. Siquidem in *Paulli Vita* refert *Hieronymus* nonagenarium *Antonium* fuiſſe, quando *Paullus* obiit vitæ anno 113. Hac ratione *Paullus* natus eſt anno circiter 227. vel 228. mortuus anno 340. vel 341. & in eremo vixit annos 90.

At *Hieronymus* in *Paullo* perplexe loquitur. Nam ait *Paullum*, quo tempore ad eum venit *Antonius*, cæleſtem vitam in terris jam annos 113. peregiſſe; tum anno ætatis 15. declinandæ cauſſa perſecutionis in ſpeluncam ſe abdidiſſe; quæ minime cohærent. Si annos 113. in ſolitudine degiſſet poſt *Decianam* perſecutionem, mortuus poneretur anno 363. poſt *Conſtantii* & *Antonii* ipſius obitum, vixiſſetque annos 128. aut certe *Antonius*, qui ei ſupervixit annos 15. exceſſit anno 378. quod eſt abſurdiſſimum.

Floruere per idem tempus *S. Jacobus Niſibis* Epiſcopus, *Euſtathius Antiochenus* ob fidem ab *Arianis* pulſus anno 340. *Hilarius Pictavienſis* anno 355. relegatus a *Conſtantio*, [f] *Joſephus* Comes e *Judæo Chriſtianus*; *Euſebius Vercellenſis*, *Paullinus Trevirenſis*. Doctrinæ laude celebrantur *Euſebius Cæſarienſis*, qui anno 340. deceſſit, *Victorinus* Rhetor, *Donatus* Grammaticus *Hieronymi* præceptor.

[f] Epiph. Hær. 30.

CAPUT V.

De Juliano, *ac rebus ab eo geſtis.*

A. 361. *Chriſti* ad 363.

[g] JUlianus *Conſtantio* patruele mortuo, ſolus imperavit anno 361. cum jam [h] *Cæſaris* titulum ex ante diem 8. Id. *Nov.* anni 355. obtinuiſſet a *Conſtantio*, *Auguſtus* vero a militibus acclamatus eſſet anno 360. *Lutetiæ Pariſiorum*. Simul ac rerum potitus eſt, *Conſtantii* amicos omnes qua nece, qua exſilio multavit; [i] Idolorum ſana reſeravit; ejuratiſque *Chriſtianæ* fidei ſacramentis omnibus, in Pontificem Maximum profanis ritibus conſecratus eſt. Exinde contra *Perſas* anno 362. profectus, *Antiochiæ* cum eſſet, ab ejus urbis populo deriſus, Satyrico ſe libro ultus eſt, quem *Miſopogonem* inſcripſit.

[g] Julia. ad S. P. Q. Ath. Amm. 15. Zoſim. 3. Socr. 3. Theod. 3. Sozom. 4. Sulp. 2. Oroſ. 7. c. 30. [h] Idat. Faſt. Socr. 3. 54. [i] Amm. 21. & 22. Socr. 3. c. 4.

[k] Poſt hæc, anno 363. tertio Non. *Mart.* contra *Perſas* ductis copiis, ſecundo *Marte* aliquantum progreſſus, oblatas pacis ab illorum Rege ſatis honeſtas conditiones ſtolide rejecit. Demum pari imprudentia navigiis, quæ ad ſubſidium exercitus ſecundo fluvio comitabantur, exuſtis, omnique intercluſo commeatu, a Barbaris interceptus, & omnium rerum laborans inopia, in medio conflictu, petiit, incertum cujus emiſſo manu jaculo confoſſus, [l] *Junii* 26. anno 363. ætatis 31. imperii poſt *Conſtantii* obitum anno uno, & menſibus 7. circiter tranſactis. [m] Moriens exceptum cava manu cruorem in cælum jeciſſe fertur; cum hac voce: *Viciſti Galilæe.*

Petavii Ration. Temp.

[k] Amm. 24. & 25. Zoſim. 3. [l] Socr. 3. c. 21. [m] Theod. 3. c. 25.

[n] Blanda ſub hoc Imperatore *Chriſtianorum* perſecutio fuit, illiciens magis, quam impellens ad ſacrificandum. Occultis enim artibus *Chriſtianam* oppugnavit fidem. Magiſtratus ac Præfecturas, niſi Gentili, nemini commiſit. Pueris in ſcholis *Chriſtianorum* Gentiles enarrari Scriptores vetuit. Variarum hæreſeon antiſtites ſuoquemque arbitrio vivere permiſit, eo animo, ut ne inter ſe concordes eſſent. Quidam tamen morte ab illo ſunt affecti, ut inter alios *Artemius*, *Auguſtalis Ægypti* Præfectus; qui ſub aliorum ſpecie criminum perductus *Antiochiam*, cum ad fidei conſtantiam libertatem etiam increpandi Imperatoris adjungeret, gladio animadverſus [o] eſt 20. *Septembris*.

[n] Hier. in Chron. Ruff. 1. c. 32. & c. ſup. cit. [o] Martyr. Rom.

[p] Cum autem exſules *Julianus* edicto revocaſſet, reverſus *Alexandriam Athanaſius* Synodum collegit anno 362. In qua ſtatutum eſt, ut Epiſcopi lapſi cum priſtino gradu reciperentur in Eccleſiam. *Lucifer Calaritanus Antiochiam* paullo poſt venit, ſciſſam in factiones tres. Nam alii *Euſtathiani* erant, a magno illo *Euſtathio* dicti, qui *Antiochia* ab *Arianis* ejectus eſt. Alii *Meletiani* a *Meletio*, quem *Arianorum* conſortio pollutum, quamlibet Catholicum averſabantur iſti. Alii denique *Ariani*, quibus præerat *Euzoius*. Eo itaque cum veniſſet *Lucifer*, *Paullinum Euſtathii* Presbyterum in parte Catholica fecit Epiſcopum. Ita tres in ea urbe fuerunt Epiſcopi. Poſtea *Euſebius Vercellenſis* eodem profectus *Luciferi* factum improbavit: qua re offenſus ille, qui & permiſſum alioqui lapſis ad Eccleſiam cum honore priſtino reditum moleſte ferebat, ſe a Catholicorum communione divulſit. Hinc *Luciferianorum* ſchiſma initium habuit.

[p] Socr. 3. c. 7. 8 & 9. Theod. l. 3. c. 4. & 5. *Luciferi ſchiſma.*

[q] *Arianis* autem inſtantibus, *Julianus Athanaſium Alexandria* pelli jubet; qui ad necem quæſitus, aſtuto conſilio perſequentium manus eluſit. [r] Idem Imperator ab *Donatiſtis* interpellatus, eos in integrum reſtituit. [ſ] Gentiles porro crudelitatis genere omni graſſari *Chriſtianum* in populum vel juſſit, vel impune permiſit. [t] *Georgium* inter alios in *Athanaſii* locum intruſum cum *Alexandrini* laniaſſent, leniter illos objurgare ſatis habuit. Cujus obitu vacuam ſedem reperiit *Athanaſius*, quem denuo *Julianus* mandavit ejici.

[q] Ruff. l. 2. c. 34. Socr. l. 3. c. 9. Theod. 3. Sozom. 3. [r] Opta. 2. [ſ] Socr. l. 3. &c. [t] Amm. 22. Julia. Ep. 10.

Claruerunt hoc Imperatore doctrinæ fama, [u] *Proæreſius* Sophiſta *Chriſtianus*; qui ob edictum *Juliani*, quo *Chriſtianos* liberalium artium Doctores eſſe vetuerat, ſponte ſchola ceſſit, tametſi *Julianus* nominatim eum excepiſſet; natus tum annos 85. ut ex *Eunapio* colligitur; *Almerius* & ipſe Sophiſta, *Proæreſii* æmulus, ut ſcribit *Suidas*; [x] *Themiſtius* item Philoſophus; *Libanius* Sophiſta; *Oribaſius* Medicus; *Maximus* Philoſophus; *Ecebolius*.

[u] Hier. in Chron. Eunap. *Vitis inſignes*. [x] Auct. citati, & Suid.

CAPUT VI.

De Joviano, Valentiniano, Valente.

A. 363. *Chriſti* ad 378.

JOvianus [y] *Singidone* in *Pannonia* natus, anno 363. quinto Cal. *Julias*, ut ſcribit *Idatius*, militari ſuffragio Imperator acclamatus eſt, vir excellenti corporis ſpecie, ſed animi pietate præſtantior. Qui ſtatim

[y] Amm. 25. Ruff. 2. c. 1. Socr. 3. c. 24. & ſeq. Soz. 6. Th. 4. Vict. Eutr. 10. Zoſim. 3.

A. 363. Chriſti ad 378.

tim milites ab gentilitio cultu *Chriſtianam* ad Religionem traduxit; atque idolorum delubra claudi & aboleri ſacrificia penitus edixit. Cum *Sapore* neceſſaria magis, quam boneſta, pace in annos 30. facta, qua *Niſibi* & maaima parte *Meſopotamiæ* ceſſit, *Romanam* rem erexit. Sed dum *Conſtantinopolim* revertitur, *Dadaſtanæ* in confinio *Galatiæ* & *Bithyniæ* moritur ex crudiſate, ſive odore prunarum, ac recenti tectorio, XI. Cal. *Martii*, anno ætatis 33 octavo imperii menſe.

a Athan. ad Jovia.

a Hic Catholieæ tenax fidei, ejus regulam ab *Athanaſio* præſcribi ſibi petiit & *Arianos* callide ſibi obrepentes reſpuit. Quos quidem *Antiochiæ* collectos in *Niceni* Concilii coospiraſſe formulam, duce *Meletio*, & *Acacianis* ſuffragantibus, auctor eſt *b Socrates*, & *Sozomenus*. At *Hieronymus* in *Chron. homuſion* illos commupi decreto ſanaiſſe refert, repudiato *homonſio* pariter, & *anomæo*; hoc eſt *Macedonianorum*, ac *ſemi-Arianorum* dogma probaſſe.

b Socr. 3. c. 25. Sozom. 6. c. 4.

c Exſtincto *Joviano*, anno eodem *Chriſti* 364. *Valentinianus* proximo poſt biſeatilem die apud *Nicæam* Imperator electus eſt, cum biſextilem ipſum quaſi ominoſum declinaſſet, ut ſcribit *Ammianus*. Hic patre *Gratiano* apud *Cibalim Pannoniæ* oppidum ſcholam ſecundam *Scutariorum* regebat, ſed ab *Juliano* propter *Chriſtianæ* conſtantiam fidei ordine motus eſt. Qui eodem anno *Valentem* fratrem ſuum *Auguſtum* appellavit *Conſtantinopoli* in milliario ſeptimo, (ait *Idatius*) 4. Cal. *April.* *d* ac permiſſo illi Oriente, in Occidentem ipſe conceſſit. Multa in eo virtutum egregiarum decora fuere. Sed juſtitiæ amore in primis excelluit ut in puniendis ſceleribus etiam nimius aliquanto fuerit. Oris eximia ſpecies; ſolers ingenium ac variarum artium peritum; temperantia ſingularis; Catholicæ vero integritate fidei eo prædicandus magis, quod ab ea frater ejus magna ſua infamia diſceſſit. Bellum contra *Alemannos*, *Saxones*, *Quados*, aliosque populos geſſit. *Quadis* demum, ſive *Sarmatis* incurſantibus, cum adverſus eos pararet exercitum, atque illi legatos ad eum ſupplices miſiſſent, in eos acrius invehens, apoplexia ſubito correptus interiit, 15. Cal. *Decembres*, apud *Pannoniam*, in caſtello *Brigitione*, ut ait *Idatius*, *e* anno ætatis 55. imperii duodecimo. Succeſſorem reliquit *Gratianum* filium jam *Auguſtum* antea factum. *f Valentinianus* vero alter e *Juſtina* filius ſexto poſt die apud *Acincum* in *Pannonia* ab exercitu idem ad faſtigium eſt cvectus.

c Amm. 26. Zoſim fine. 3. & in 4. Victor. Socr. 4. Theod. 4. c. 6. Ruff. l. 2. c. 3.

d Amm. 30. Vict. *Valentinianum de-gora*,

e Amm. 32. Idatius, *Valens.*

g Valens ipſo imperii ſui primordio *Procopium Ciliciam*, *Juliani* propinquum, arrepta *Conſtantinopoli* tyrannide infeſtum habuit: quem anno 366. oppreſſit in *Phrygia*, & crudeli affecit ſupplicio 6. Cal. *Jun.* *h* Inde contra *Gothos* bellum continuum habuit. Quorum Regi *Athanarico* pacem petenti tribuit anno 369. anno vero 376. eumdem & *Fritigernem* ab *Hunnis* expulſos humaniter excepit; *i* & in *Thracia* eum *Gothis* ſuis collocavit. Hi poſtmodum *Lupicini* ducis avaritia commoti, in *Romanos* inſurrexerunt. *k Valens* ipſe poſtremo contra illos ad *Hadrianopolim* dimicans, ſagitta confoſſus, & cum tugurio, quo ſe receperat, vivus a Barbaris cauſtus eſt 5. Id. *Auguſti*, ann. 378. ut teſtis eſt *Idatius*. Obiit anno ætatis fere 50. imperii anno 14. ſuperque menſibus 4. exactis. Hujus mores & indolem nonnullis virtutibus, ſed vitiis temperatam pluribus, *Ammianus* expreſſit, ira præſertim, crudelitate, & invidia; quibus impietas in Deum, & *Arianæ* contagio perfidiæ faces ſubjecit.

g Amm. 26 & ſeq. Zoſim. 4. Socr. 4. c. 3. & 5. Sozom. 6. c. 8. Theod. 4. c. 12. Them. Orat 9. Oroſ. 7. *h* Amm. 27. Vide Jornand. *i* Amm. 31. *k* Hier. in Chron. Amm. 31. Zoſim. 4. Socr. 4. c. 38. Sozom. 7. c. 40. Ruf. l. 2. c. 13. Oroſ. 7. c. 3. Theod. 4. c. 36. *l* Amm. 26 ...

l Crudelitatis illuſtre ſpecimen dedit annus 370. quo multi juſſu illius occiſi ſunt, eo quod de ſucceſſore curioſis inquiſitum artibus ſerebatur, ac prima nominis illius elementa prodita THEOD. *m* Unde & *Theodoſius* ſenior *Theodoſii* poſt Imperatoris pater in *Africa* poſt ſuſceptum baptiſmum interfectus putatur haud digna mercede tot in Rempublicam meritorum ſuorum. Siquidem *Firmum* Tyrannum, qui *Maurorum* præſidiis armatus *Africam* pervaſtabat, bello fractum & oppreſſum ad mortem coegerat.

A. 363. Chriſti ad 378. ... ſim. 4. Socr. 4. c. 19. Sozom. 6. c. 35. *m* Hier. in Chron. Oroſ. 7. c. 33.

CAPUT VII.

Eccleſiaſticæ res ſub illis Imperatoribus hiſtoria dignæ; nec non illuſtres pietate ac ſcientia viri.

PEr id tempus Catholica res in Oriente ſub *Ariano* Principe laboravit. *n Valens* enim *Arianorum* conſuetudine ad eam hæreſim implicatus, *Nicænu* ſautores dogmatis agitare non deſtitit; maxime ubi ab *Eudoxio Conſtantinopolitano* invalore ſedis in ipſo procinctu expeditionis *Gothicæ* baptizatus eſt, & illo præeunte juravit, neque ſe ab impio dogmate deſciturum umquam, & contraria profitentes quibus poſſet opibus expugnaturum eſſe. Utrumque ea fide cumulate præſtitit. Nam atroa ab illo commota perſecutio eſt; in qua plures acti in exſilium Epiſcopi, aliorumque ordinum Catholici; ceteri variis modis vexati; non pauci extrema perpeſſi ſunt. *o Macedoniani* & *ſemi-Ariani*, *Lampſaci* coitione facta, legatos *Romam* ad Pontificem miſerunt, & *Nicæna* probata fide plerique in integrum reſtituti ſunt, præcipue *Sebaſtenus Euſtathius*, ſubdolus *Arianus*.

n Theod. 4. c. 12. Hier. in Chron. & cet. citat. *Valens Eccleſiam perſequitur*.

o Socr. 4. c. 4. & 11 Baſil. Ep. 54.

p Eam conſenſionem ægre ferens Imperator, *Nicomediæ* ſuorum conventum haberi voluit; quo *Eunomius Anomœorum* princeps *Cyzici* creatus eſt Epiſcopus, *Eleuſio* pulſo; ſed paullo poſt a *Cyzicenis* exturbatus eſt.

p Baſ. Ep. 195. Socr. 4. c. 7.

q Poſt *Eudoxii* obitum, anno 370. cum Catholici *Evagrium*, *Ariani Demophilum* ſubrogaſſent, ambos *Valens* relegavit. Catholici deinde ab *Arianis* oppreſſi octoginta Eccleſiaſtici ordinis viros queſtum ad Imperatorem miſerunt, quos *Valentis* juſſu *Modeſtus* Præfectus in navem impoſitos medio mari aquis & incendio conſumſit. Monachis præ ceteris fuit infeſtus, quos in militiam conſcribi edicto compulit. Nec defuit turbulento illo ſtatu rerum Eccleſiæ ſuæ Deus. Nam complures ſanctimonia litterarumque præſtantes ſcientia viros Hæreticis oppoſuit. *r* Inter ceteros eminebat par illud amicorum, *Baſilius*, & *Gregorius*; qui ex ſolitudine ad ſubſidium Catholicarum partium accurrerunt. *Baſilium Cæſareæ* in *Cappadocia* creatum Epiſcopum anno 370. fruſtra *Valens* aggreditur: cujus & filius *Galates* in pœnam paternæ impietatis exſtinctus eſt. *Gregorius Saſimorum* ordinatus Epiſcopus poſt *Nazianzum* translatus eſt. Floruit & *Gregorius* alter *Nyſſenus* Epiſcopus *Baſilii* frater, quem *Valens* relegavit; ut & *Meletium Antiochenum*, & *Euſebium Samoſatenum*. *ſ Athanaſium* vero cum itidem exturbare vellet, *Alexandrinorum* tumultum veritus, a cœpto deſtitit. At illo vita functo, eique ſuffecto ab Catholicis *Petro*, *Lucium Arianum Valens* Epiſcopum præcepit fieri, ac *Petrum* carcere concludi. Miſera exinde facies *Alexandrinæ* Eccleſiæ fuit, quam cæde Catholicorum, raptatione Virginum ac Monachorum, aliorum proſcriptione ac direptione *Lucius* infeſtam habuit. (1) Moritur *Athanaſius*, ut refert *t Socrates*, Coſſ. *Gratiano* II. & *Probo*; qui eſt annus 371. eum annos 46. in ſumma rerum viciſſitudine præfuiſſet. Eodem tempore *u* cum *Mauvia Saracenorum* Regina pacem *Romanis* oſtendiſſet ea conditione, ut ſuæ genti *Moyſes*

q Socr. 4. c. 13. & ſeq. Sozom. 6. c. 14. & ſeq.

r Idem & Naz. in Euc. Baſil. & Ep. 20. *Baſilius & Gregorius.*

ſ Socr. 4. Theod. 4. Sozom. 6.

t Socr. 4. c. 29. Theod. 4. c. 2.

u Socr. 4. c. 36 Sozom. 6. 38. Ruf. c. 6.

(1) Athanaſium obiiſſe anno 372. non 371. oſtendit Pagi ad Annales Baronii.

A. 363. Chriſti ad 378.

ſes ſanctiſſimus Eremita daretur Epiſcopus, is *Alexandriam* perductus, nunquam ſibi ab *Lucio* manus imponi paſſus eſt, pervicitque ut ab Catholico Antiſtite conſecraretur. Orientali quoque Eccleſiæ ſplendorem attulit *S. Epiphanius*, qui *Panarium* ſuum inchoavit anno 375. nec non [a] *Didymus Alexandrinus*, qui ab quinto ætatis anno captus oculis, in omni floruit eruditionis genere.

[a] Hier. in Chron. Socr. 4. c. 25. Ruf. 2. c. 7.

[b] Obiit anno Chriſti ineunte 379. Calend. ipſis *Januariis* magnus ille *Baſilius*, [c] cujus poſt obitum nono menſe *Antiochiæ* ab Catholicis Epiſcopis conventus eſt habitus, in quo ad componendum illius Eccleſiæ diſſidium, de *Paullino* ac *Meletio* conſenſu decretum eſt, ut alterutro vita functo ſolus alter eſſet Epiſcopus. [d] Ex eodem Concilio *Gregorius Nazianzenus Conſtantinopolim* ad rem Catholicam ordinandam mittitur.

[b] Vide Pag. 2. l. 4. c. 13. [c] Socr. l. 5. c. 5. Zoſim. l. 7. c. 3. [d] Socr. Gregor. ipſe de vita ſua.

In Occidente, quem *Valentinianus* Princeps Catholicus obtinebat, nihil ab Hæreticis admodum turbatum eſt; niſi quod [e] *Auxentius Mediolanenſis* Epiſcopus ex *Ariana* parte, ementita pietatis ſpecie Imperatorem illuſit; qui *S. Hilarium Gallicanæ* columen Eccleſiæ cum *Auxentio* congredi paratum iratus urbe juſſit excedere.

[e] Hilar. contr. Auxent. Sulp. 2.

[f] At *Romæ* poſt *Liberii* Pontificis obitum anno 367. ſchiſma peſtilens erupit, *Urſicino* contra *Damaſum* legitimis electum ſuffragiis ordinato Epiſcopo, ex quo tam atrox orta ſeditio eſt, ut in Baſilica *Sicininus* uno die 137. cadavera reperta ſint, ut teſtatur *Ammianus*.

[f] Amm. 27. Socr. 4. c. 29. Ruf. 2. c. 10.

[g] *Mediolani* porro cum diem obiiſſet *Auxentius*, in ejus locum Epiſcopus creatur *Ambroſius* vir Conſularis anno 375. octavo poſtquam baptizatus eſt die. Et eodem anno [h] *S. Martinus* in *Gallia Turonis* præficitur. [i] Quinquennio ante hoc tempus, nempe anno 370. vivendi finem fecere *S. Euſebius Vercellenſis*, & *Lucifer Calaritanus*, qui ſui nominis ſchiſma conflavit. Nec longe ab hoc anno ponendus eſt [1] obitus *Hilarii Pictavorum* Epiſcopi. In *Africa* vero claruit [k] *Optatus Milevitanus* Epiſcopus, qui *Parmenianum Donati* ſucceſſorem luculento opere confutavit.

[g] Paul. in Vita Ambr. Hier. in Chron. Ruf. 2. c. 11. Socr. 4. c. 30. *Ambroſius*. [h] Greg. Tur. 1. c. 47. [i] Hier. in Chron. [k] Hier. in Chron.

Palæſtinam quoque admirabili ſanctitate decoravit *S. Hilario*, monaſtici in illa provincia princeps inſtituti; qui anno circiter 372. octogenarius obiit; ut in ejus *Vita* ſcribit *Hieronymus*, qui tunc in *Syria* degebat. Vixit & ſanctiſſimus *Ephrem Edeſſenæ* decus Eccleſiæ.

S. Hilarion.

[l] In eadem *Palæſtina Melania* ſenior *Marcelli* Coſ. filia *Romanorum* mulierum nobiliſſima ſanctitatis celebre nomen habuit; tametſi poſtea *Ruffini* conſuetudo *Origeniani* dogmatis illi virus adſperſerit.

Melania. [l] Hier. in Chron. Ruf. 15. c. 7. Pall. Laus.

Inter Gentiles doctrinæ præconio cenſetur [m] *Themiſtius* cognomento *Euphrades*, qui ab *Conſtantii* imperio ad *Theodoſium* & *Arcadii* uſque primordia Philoſophiæ pariter & facundiæ principatum tenuit. Hiſtorici celebrantur, *Ammianus*, qui ſub *Valente* militavit, & *Aurelius Victor*.

[m] Vita Them. ex ejus ſcriptis collecta 4. c. 32.

Hæreſis hoc intervallo eſt exorta potiſſimum *Apollinariſtarum*; quorum auctor [n] *Apollinaris Laodicenus*, quem cum *Vitali* ejus diſcipulo *Damaſus* Papa *Romæ* in Synodo damnavit anno 373.

[n] Sozom. 6. c. 25. Naz. Ep. ad Cledon.

Valentiniani epocha illuſtri charactere notatur anni biſſextilis, qui eſt *Chriſti* 364. ut ex *Ammiano* [o] conſtat. Atque hic eſſe cardo Chronologiæ debet illorum temporum; qui cum Faſtis Conſulum, & Imperatorum ætatis illius compoſitus, ſingulorum initia, exituſque, cujuſmodi conſtituimus, affirmat.

Valentiniani epocha comprobatur. [o] Amm. 23.

Petavii Rationar. Temp.

(1) Hilarium Pictavienſem obiiſſe anno æræ vulgaris 367. oſtendit Bollandus ad 13. Januarii 1. Aſſerit Sulpitius Severus Hilarium obiiſſe ſexto anno poſtquam redierat; rediit vero anno 360. obiit igitur poſt annum 366. id eſt anno 367. Deinde aſſerit Hieronymus, Hilarium obiiſſe anno 4. Valentiniani & Valentis, at annus 4. Valentiniani & Valentis annus eſt 367. æræ vulgaris.

CAPUT VIII.

A. 378. Chriſti ad 395.

Quæ Gratiani, Valentiniani *junioris*, *ac* Theodoſii *temporibus evenerunt; deque Tyrannis* Maximo, *&* Eugenio.

A. 378. *Chriſti* ad 395.

VAlentiniano *Auguſto* nati ſunt filii duo; *Gratianus* anno 359. *Chriſti*, 14. Cal. *Majas*, ut eſt in *Faſtis Idatii*, & *Valentinianus* Junior ex altera conjuge *Juſtina*, (quam *Magnentio* Tyranno ante nupſiſſe refert [p] *Zoſimus*) anno, ut *Idatius* memorat, 366. *Januarii* 18. [q] *Gratianum Valentinianus Auguſtum* renuntiavit apud *Ambianum* in *Galliis* anno 367. die 9. Cal. *Septembris*. [r] *Valentinianus* autem junior anno 375. ſtatim poſt patris obitum militaribus ſuffragiis ad eumdem honorem eſt evectus annum agens decimum.

[p] Zoſim. 4. [q] Idat. [r] Amm. 30. Socr. 4. c. 31. Idat.

[ſ] *Gratianus* præclara fuit ad omnem virtutem & honeſtatem indole, quam eximia corporis ornabat ſpecies; litteris haud mediocriter eruditus; ſed a negotiis publicis abhorrebat animo; barbarum militem *Romano* ac veteri anteferre ſolitus. [t] Hic *Valente* mortuo, cum impune *Gothi Thraciam* aliaſque *Romani* imperii percurſarent provincias, quod ſolus oneri ferendo par non erat, *Theodoſium Theodoſii* ejus, quem in *Africa* innocentem occiſum eſſe [u] ſupra memoravi, filium accitum ex *Hiſpania* in communionem aſſumpſit imperii, annum 33. agentem, ut ſcribit *Victor*. [x] Quod anno 379. die 14. *Februarii* apud *Sirmium* contigit.

[ſ] Amm. 27. Vict. [t] Zoſim. 4. Socr. 5. c. 2. Sozom. 7. c. 12. Theod. 5. c. 9. Vict. Oroſ. 7. c. 24. [u] cap. 6. [x] Proſp. Chron. Idat. Marcell. Chron. Alex.

Theodoſius victis profligatiſque Barbaris, pacem reſtituit; ac paullo poſt *Athanaricum* eorum Regem a ſuis pulſum perhonorifice *Conſtantinopoli* profugum excepit anno 381; & eodem, quo venerat, menſe *Januario* vita functum regio more ſepelivit. Inſequente porro anno *Gothorum* gentem omnem cum Rege ſuo *Romanis* ſe tradidiſſe teſtis eſt *Idatius*, quibus Imperator agrum aſſignavit, quod in *Orat. de Regno Syneſius* indicat.

[y] Poſt hæc *Maximus* tyrannidem in *Britanniis* arripuit anno 382. ac *Treviris* ſede imperii conſtituta, per *Andragathium* ducem, deſertum a ſuis *Gratianum* apud *Lugdunum* dolo peremit 8. Calend. *Septembris* anno 383. Periit itaque *Gratianus* anno ætatis 25. Cujus necem ultus eſt [z] *Theodoſius*; ſimul pulſum *Italia Valentinianum* juniorem in imperium reſtituit, [a] & cum *Ambroſio* Catholicaque reconciliavit Eccleſia: cui deinceps utrique, ſpreta matre *Arianaque* perfidia totum ſe conſtanter addixit. Quod evenit anno 388. quo *Maximum* ſingulari Dei præſidio fretus ad *Aquilejam* ſuperavit, & occidit [b] 5. Calend. *Auguſti*. *Victor* ejus filius poſt paucos dies ab *Arbagaſte* Comite necatus eſt. *Andragathius* ſe in mare præcipitavit.

[y] Sever. 2. Vict. Zoſim. 4. Marcell. Socr. 5. c. 11. Sozom. 7. c. 13. [z] Lat. Pac. Paneg. Idat. Marcell. Ruff. 2. c. 32. Socr. &c. [a] Ambr. Ep. 57. [b] Idat.

[c] Erat *Theodoſius* omnibus Imperatore *Chriſtiano* dignis ornatus virtutibus, ac nulli priorum poſteriorumve Principum ſecundus. Militia præclarus, nulla, niſi neceſſaria, bella ſuſcepit. Clementia vero & humanitate ſingulari præditus, & in omnes officioſus fuit. Paullo tamen erat in iracundiam proclivior; ſed ut non niſi rebus indignis moveretur, atque ut cito ſe flecti pateretur: quod *Ambroſius* in ea *Oratione* teſtatus eſt, quam in ejus obitum dixit.

[c] Victor. Ambr. in fun. Theod.

[d] Hujus indolis ſpecimen præbuit in vindicanda *Theſſalonicenſi* ſeditione. Nam cum *Bothericum Illyricianorum* militum Præfectum populus occidiſſet, *Theodoſius*

[d] Paul. in Vita Ambr. Ruf 2. c. 18. Sozom. 7. c. 24.

A. 363. Chriſti ad 378.

doſius plurimorum cæde civium, etiam innocentium, id facinus eſt ultus. Ob id *Mediolanum* venientem *Ambroſius* Eccleſiæ aditu prohibuit; quod ille anno ſolum tulit patienter, ſed ex Pontificis præſcripto ſatisfaciens, lege inſuper ſanxit, ut latæ in reos ſententiæ executio in dies 30. differretur. Hoc anno 390. eveniſſe videtur. [a] At ante hoc tempus, in apparatu belli contra *Maximum*, (ut *Zoſimus* refert) & anno circiter 388. *Antiochenis*, qui in ſeditione quadam *Placillæ* conjugis ſtatuas dejecerant, intercedente Præſule *Flaviano*, pepercerat.

[a] Chryſ. Orat. 10. ad Pop.

Haud diu poſt [b] *Eugenius Arbogaſtis* Comitis fretus potentia tyrannidem uſurpat anno *Chriſti* 391. ac ſequente *Valentinianus* ab eodem *Arbogaſte Viennæ* in *Galliis* occiditur. Auctor eſt [c] *Epiphanius* illum in palatio ſtrangulatum *Arcadio* II. & *Ruffino* Coſs. Idibus *Maii*, Sabbato pridie Pentecoſtes, qui neceſſario annus eſt *Chriſti* 392. ut annos tum natus fuerit 26. menſeſque 4. Erat tum Catechumenus, & Baptiſmum ab *Ambroſio* flagitarat, quem ſingulari obſervantia coluit; ut ipſemet *Oratione* illa meminit, qua ejus funeri parentavit, atque eximiam ejuſdem pietatem virtuteſque ceteras poſteritati tradidit.

[b] Zoſim. 4. Marcell. Socr. 4. c. 72. Sozom. 7. c. 25. Oroſ. 7. c. 35. [c] Epiph. de Menſ. & Pond. Idat. faſt.

[d] *Theodoſius* anno 394. *Eugenium* non tam humana vi, quam Deo pro ipſo pugnante, victum captumque ſuſtulit. *Arbogaſtes* ſuapte manu periit. Hæc victoria *Theodoſio* poſtrema contigit. Quippe [e] anno 395. die *Januarii* 17. *Mediolani* obiit, cum imperaſſet annos 16. vixiſſet 50. ut ait *Victor*. *Socrates* 60. tribuit; quinque amplius *Alexandrinum Chronicon*.

[d] Ruff. 2. c. 33. Theod. 4. c. 24. Proſper. Marcell. Auguſt. de Civit. Dei l. 5. c. 26. Oroſ. [e] Victor. Socr. l. 5. c. 26. Idat. Chron. Alex. Theod. l. 4. c. 15. Sozom. l. 7. c. 28.

CAPUT IX.

Eccleſiaſticarum rerum hiſtoria, quæ per ſuperiorum Imperatorum tempus accidere, Coſtantinopolitanæ *Synodi ſeries*. Priſcillianiſtarum *hæreſis*. Ambroſii *certamina*. *Tum inſignes doctrina & ſanctimonia viri*.

A. 378. *Chriſti* ad 395.

Catholicæ Religionis incenſus amore *Theodoſius* ad eam tuendam ornandamque omnem adhibuit operam. Quem animum, ſuapte concitatum ſponte, majorem auxit in modum Baptiſmus, [f] ab *Aſcholio Theſſalonicenſi* Epiſcopo ſuſceptus, cum ex morbo periclitaretur. [g] Igitur adverſus hæreſes omnes ſanctionem edidit, ac ſolam obtinere juſſit Catholicam fidem, quam *Romæ Damaſus* Pontifex teneret. [h] *Conſtantinopolim* ingreſſus deinde 8. Calend. *Decembris* anno 380. ademptas *Arianis* Eccleſias, quas jam annos 40. poſſidebant, Catholicis addixit. [i] Quo tempore cum *Ariani*, qui frequentes erant *Conſtantinopoli*, *Theodoſium* ſibi adjungere ſtuderent, atque *Eunomius* præ ceteris, acer ac verſutus diſputator, hujus audiendi cupidum Imperatorem avertit ejus uxor *Flacilla* [k] pia ſanctaque mulier. Movit & illius animum Epiſcopi cujuſdam prudentiæ ac libertatis plenum facinus, qui cum *Theodoſium* honorifice ſalutaſſet, atque ejus filium *Arcadium*, qui tum aſſidebat, tamquam unum e plebe puerulum appellaſſet, fremente ob id Imperatore, & extrudi foras illum jubente, *Tu vero, Imperator*, dixit, *qui ob negatum filio tuo honorem iraſceris mihi, quo tandem animo ferre putas Deum, cum ab Hæreticis contemni filium ſuum videt, ac non eodem honore affici?* Qua tempeſtiva libertate gaviſus Imperator, revocatum illum in pretio habuit, veniamque ab eo petiit, & Hæreticos audire ultra renuit.

[f] Socr. 5. c. 6. Soz. 7. c. 4. [g] L. 5. Cod. de Hær. & l. 2. Cod. de fide Cath. [h] Socr. 5. cap. 7. Idat. Sozom. 7. cap. 12. Marcell. [i] Sozom. l. 7. c. 6. [k] Theod. l. 5. c. 19.

[l] Paullo ante profectus eodem *Gregorius Nazianzenus*, ut Catholicæ fidei reliquias foveret, contemptim habitus eſt initio; paullo poſt admirationi eſſe cœpit; ſic ut Epiſcopatum popularibus ſuffragiis, ac *Petro Alexandrino* aſſentiente, caperet. At hic ſubinde mutato conſilio, *Maximum Cynicum* Philoſophum ad eam ſedem evexit. *Theodoſius*, ut & *Nicænam* profeſſionem & *Gregorio* partam dignitatem aſſereret, œcumenicam in illa urbe [m] Synodum coegit Epiſcoporum 150. quæ & *Maximum*, ab eoque temere factas ordinationes, damnavit; & *Nicæno* probato Symbolo, de Spiritus Sancti divinitate contra *Macedonium* decrevit. Secundum hæc, mortuo *Meletio*, cum ei *Flavianum* ſubrogari *Gregorius* cerneret, conſtanter obſtitit, quod ex pacto integram illam diœceſin *Paullino* cedere oporteret. Sic enim convenerat; uti, cum duo Catholicæ partis eſſent Epiſcopi, *Paullinus* & *Meletius*, uter prius vivere deſiiſſet, ne altero ſuperſtite ſecundus ordinaretur Antiſtes. Hinc altercatione ſuborta, tum *Timotheo Petri* ſucceſſore, *Alexandrinoque* Præſule injuſſu ſuo negante *Conſtantinopoli* dari Epiſcopum potuiſſe, *Gregorius* pacis ſtudio ſponte ſe abdicavit. In ejus locum *Nectarius* ſuffectus eſt. Poſt hæc ſui cuique diœceſi limites conſtituti: & *Conſtantinopolis*, quaſi novæ *Romæ*, Epiſcopo eadem, quæ veteris *Romæ* Pontifici, ſecundo tamen ab eo loco, jura conceſſa ſunt: quod decretum ratum eſſe vetuit *Romanæ* ſedis auctoritas. Id Concilium Oecumenicum ſecundum fuit, quod *Conſtantinopoli* celebratum eſt anno *Chriſti* 381. [n] quo & *Aquilejæ* in *Italia* Synodus alia, cui *Ambroſius* præfuit, *Palladium* & *Secundianum Arianos* condemnavit Epiſcopos.

[l] Gregor. Nazianz. Carm. de vita ſua Ruff. l. 2. c. 9. Socr. l. 5. c. 6. & 7. Theod. 5. c. 8. Sozom. 7. c. 7. Tripart. 9.

A. 378. Chriſti ad 395. *Conſtantinopolitana Synodus.* [m] de qua Tom. 1. Conc.

[n] Tom. 1. Concil. *Priſcillianiſtarum ſecta.*

[o] At in *Hiſpania Priſcillianiſtarum* nova efferente ſe hæreſi, quæ ex *Manichæorum* alliorumque perfidia coaluerat, *Cæſaranguſtæ* per idem fere tempus Concilium celebratur, in quo cum Epiſcopis aliquot ſectæ parens *Priſcillianus* homo laicus percellitur. Hunc damnati Epiſcopi *Abulenſem* Epiſcopum conſtituunt. At hos omnes *Idacius* & *Ithacius* Epiſcopi *Gratiani* edicto relegandos curarunt; etſi ſubinde per fraudem obrepentes in integrum reſtituti ſunt. *Burdegalæ* poſtea altera coacta Synodo *Priſcillianus* damnatur; qui ad *Maximum* Tyrannum provocans, juſſu ejus auditus *Treviris*, gladio eſt addictus cum aliis pleriſque. *Ithacius* Epiſcopus, ejuſque participes, quod ſe, præter fas ordinis illius, cauſſæ capitis immiſcuiſſent, ab Eccleſiaſtica communione alieni judicati ſunt, quod in annum congruit 385. [p] Sequenti vero, *Treviris* collecta fautorum ſuorum Synodo, *Ithacius* abſolvitur. Quo cum *S. Martinus*, qui eodem *Maximum* interpellaturus acceſſerat, communicare cum initio detrectaſſet, mox, ut id, cujus gratia venerat, impetraret, Imperatoris ceſſit precibus: cujus etiam adhibitus convivio, incredibili ab hoc & ejus conjuge honore eſt exceptus.

[o] Severus Sulp. l. 2. Hiſt. Proſp. Chron. Aug. de Hær. [p] Sever. in vita Martini.

[q] *Mediolani* interim *Ambroſius* ab *Juſtina Valentiniani* Junioris matre *Ariana* femina indigna multa perpeſſus, ejus impotentiæ ſacerdotali conſtantia reſtitit; ac per idem tempus ſanctorum reliquias *Gervaſii* & *Protaſii* divinitus oſtenſas in *Ambroſianam* baſilicam tranſtulit. Quarum cultum magnis tum prodigiis ſancivit Deus, ut tam [r] *Ambroſius* teſtatur ipſe, quam qui una interfuit [ſ] *Auguſtinus*. Ex quibus [t] *Molinæi Calviniani* Miniſtri inſcitia pari conjuncta temeritate convincitur; qui non ſolum totam illam inventorum corporum narrationem fictam eſſe credidit, ſed etiam epiſtolam illam, qua hoc deſcribit *Ambroſius*, haud eſſe germanam ejus exiſtimat: quo nihil dici poſſit obtuſius. *Ambroſius* legatus tandem ab *Juſtina* miſſus ad *Maximum*, pari fortitudine imminentem *Italiæ* Tyrannum redarguit; ac jam ejus quam *Ithacianorum* communionem averſatus eſt.

Ambroſius. [q] Paul. in Vita Ambr. ipſe in Auxent. & Ep. 13. 14. & 36. [r] Ep. 53. & 54. [ſ] L. 9. Conf. c. 7. [t] L. 7. contr. Perron. c. 11.

[u] *Theodoſius* poſt necem *Maximi* idolorum fana disjici, confringi ſtatuas, ac cerimonias aboleri juſſit. [x] Inter alia famoſum *Serapidis* templum *Alexandriæ* demolitus eſt *Theophilus* Epiſcopus; qui ſub idem tempus utilem *Antiochenæ* Eccleſiæ navavit ope-

[u] Aug. 5. Civ. c. 26. Proſp. de Prom. l. 3. c. 38. [x] Ruff. 2. c. 29. Socrat. 5. c. 16. Sozõ. 7. c. 15.

operam. *a* Nam hujus Epiſcopum *Flavianum* in *Siricii Romani* Pontificis gratiam communionemque reſtituit, a qua ob inſtauratum poſt *Meletii* obitum ſchiſma pridem exciderat.

Plurimum his temporibus ornamenti contulere literis ac pietate præcellentes viri, *Baſilius*, qui anno ineunte 379. Calendis *Januarii* deceſſit, non Epiſcopatus anno; quippe *Chriſti* 370. *Euſebio* vita functo ſubrogetus eſt; quare annos 8. cum menſibus aliquot *Cæſareæ* præfuit, *b* ut *Gregorii* ambo, *Nyſſenus*, & *Nazianzenus*, aſſerunt; magnum uterque decus ætatis ejuſdem. Quorum ille, *Baſilii* germanua, a *Valente* multa pro fide Catholica paſſus eſt, & *c* octo circiter annie exſulavit. Alter *Baſilii* amicorum intimus obiit anno 389. ut ex *d* *Hieronymo* colligitur. De *Baſilii* initio ac morte perſuadet *e* *Socrates*, qui *Antiochenum* Synodum ed ejus ſtatum Eccleſiæ componendum poſt *Theodoſii* renuntiationem eſſe celebratam refert; quam *Nyſſenus Oratione* de obitu *Macrinæ* nono poſt mortem *Baſilii* menſe contigiſſe ſcribit. *Theodoſius* porro anno 379. *Januarii* 16. creatus eſt *Auguſtus*, ut idem *Socrates* aſſeverat.

f *Amphilochius Iconii*, *Gelaſius Cæſareæ* in *Paleſtina*; *Teodorus Mopſueſtenus*, *Ambroſius Mediolanenſis*, *g* *Exuperius Toloſæ*, *Simplicius Viennæ*, *Amandus Burdegalæ*, *Maurinus Andegavi*, Epiſcopi inſignes hebiti ſuot. Item *h* *Philaſtrius Brixienſis*. Sed & *i* *Joannes* Anacoreta in *Ægypto* vixit admirabili ſanctitate; cujus monitis & conſilio plurimum uſus eſt *Theodoſius* Imperator. Nee non *k* *Arſenius*, quì a *Damaſo* Pontifice ad erudiendum Imperatoris filium miſſus eſt, & clam aula poſtea dilapſus ſolitudinem petiit.

Viduæ præterea ſanctiſſimæ, *Monica Auguſtini* mater, *l* quæ anno 389. ad oſtia *Tiberis* exceſſit e vita anno ætatis 56 & *Paulla Romanarum* mulierum nobiliſſima; *m* quæ comtemptia opibus, ut *Chriſto* ſe totam dicaret, *Bethleemum* migravit anno circiter 384. quod in ejus Epitaphio ſcribit *Hieronymus*; qui & ipſe in eodem tum loco degens, doctrinæ virtutiſque fama totum implevit orbem.

Diſertiſſimum tulit ætas eadem *Symmachum*, qui præfectus urbi anno 384. de ara Victoriæ inſtauranda *Valentinianum* interpellavit; quem *Ambroſius* refellit. *Macrobius* item *Theodoſio* imperante vixit.

Hæreſes extitere per idem tempus nonnullæ, ut *Jovinianus*, quem anoo 390. *Siricius* Papa damnavit, & *Vigilantius*, qui ambo *Hieronymi* ſtylo confoſſi ſunt. Flagrabat & *Origenis* fautorum inſanie; quorum e numero fuere *Joannes* Epiſcopus *Hieroſolymitanus*, *Ruffinus Aquilejenſis* Presbyter, *Palladius Galata*: quos *S. Epiphanius* & *Hieronymus* ſcriptis ſuis exagitarunt.

A. 378. Chriſti ad 395.
a Ambr. Ep. 9. Socrat. 5. c. 15. Theod. 5. c. 23.
Viri inſignes.
Baſilius.
b Nyſſen. de S. Macrina. Nazianz. de S. Baſil. quæ eſt 20.
Gregorii Nazianz. & Nyſſen.
c Nyſſen. de S. Macrina.
d Hier. de Script.
e L. 5. c. 5.
f Hier. de Script. & Hiſtor. cit.
g Greg. Turon. 2. Hiſt. Franc. c. 13.
h Aug. de Hær.
i Aug. 5. Civit. c. 26. Ruff. 2. c. 32.
k Vitæ PP.
l Aug. 9. Conf. c. 11.
m Hier. Ep. Paullæ.

CAPUT X.

De Arcadio, *&* Honorio, *deque præcipuis illorum temporum rebus*. De Stilichone, Eutropio, Ruffino, Radagaiſo, Alarico, Romanæ *urbis expugnatione ac Barbarorum in* Gallias *&* Hiſpanias *irruptione*.

A. 395. *Chriſti* ad 408.

MOriens *Theodoſius* anno, ut dixi, 393. filios heredes reliquit imperii duos, *Arcadium*, cui Orientem conceſſit, & *Honorium*, cui Occidentem attribuit. Ille annum agebat ætatis 18. iſte 11. *n* Siquidem natus eſt *Honorius Ricimere* & *Clearcho* Coſſ. 5. Id. *Septembris*, quì eſt annus 384. cum antecedente jam *Arcadius Auguſtus* a patre renuntiatus eſſet, 17. Calend. *Februarias*, *o* *Honorius* vero anno 389. *Timaſio* & *Promoto* Coſſ. idem decus eſt adeptus. *p* Alii *Theodoſio* III. & *Abundantio* Coſſ. anno 393. id eſſe factum referunt.

n Idat. Marcell. Chron. Alex.
o Chron. Alex.
p Proſp. Marcell.

Arcadius Eudoxiam ſtatim poſt patris obitum duxit, conciliante has nuptias *Eutropio* ne *Ruffini* filiam ſibi in metrimonium adſciſceret. Summa tum erat principum in Republica duorum dignitas & potentia; *Ruffini*, qui *Conſtantinopoli* degebat, & in Occidente *Stilichonis*. *Stilicho* genere *Vandalus* ut ſcribit *q* *Oroſius*, cum poſt *r* *Theodoſii* mortem utriuſque ſibi tutelam arrogeret imperii, & in Orientem proficiſci vellet; ejus avertendi cauſſa, *Ruffinus Græciæ* aditus armis occupavit. Tum *Alaricum Gothorum* Regem excivit, quem eamdem incurſantem *Græciam* fugavit *Stilicho*, ac ducem *Gainam Gothici* generis cum copiis ed *Arcadium* miſit. Cujus opera *Ruffinus* a militibus obtruncatus eſt eodem, quo *Theodoſius* obierat, anno, quem *Eluſa* oriuodum *Aquitaniæ* oppido *ſ* *Claudianus* indicat. Hujus cum *Stilichone* conſilii particeps fuerat *Eutropius* ſpado; qui & ipſe poſt paullo *Stilichonem* veritus, eum ab Imperatore ac Senatu pro hoſte proſcribendum curavit, *t* & *Gildonem* Comitem Paganum, *Africæ* ab *Theodoſio* Præfectum, ſibi conciliavit. Qui aſſumpta tyrannide, cum frumentum ad urbem prohiberet advehi a *Maſcezele* fratre, quem adverſus illum miſerat *Stilicho*, perexigua manu fuſus fugatuſque ſibi vitam eripuit. Nec diu poſt *Maſcezelem* ipſum in *Italiam* reverſum *Stilicho* per ſuos de ponte præcipitavit in fluvium. *u* *Africana* illa victoria anno *Chriſti* 398. evenit.

x *Manlio Theodoro* & *Eutropio* Eunucho Coſſ. qui annus fuit undequadringenteſimus, *Gainas Gothici* dux exercitus a *Stilichone*, ut jam dixi, *Conſtantinopolim* miſſus, contra Imperatorem *Arcadium* cum *Trigibildo* propinquo conſpirat; ita temperatis artibus, ut hic aperte deficeret: ille dux in eum belli delectus, rem ex utriuſque opportunitate gereret. Eodem agente *Gaina*, omnibus ſpoliatus ornamentis *Eutropius* & interemptus eſt anno ipſo, quo Conſulatum geſſit, ejuſque de faſtis ac monimentis publicis abraſa memoria eſt. Eo ſublato, nihilo ſecius tumultuari *Gainas* inſtitit, & aperte Rempublicam oppugnare. Cujus comperta fraude, occultiſque de *Conſtantinopoli* diripienda patefactis conſiliis, hoſtis ab *Arcadio* judicatur; & *Fravittæ* potiſſimum *Gothi* Gentilis auxilio victus, in *Thracia* mortem oppetiit ſub finem anni 400. vel initium ſequentis, ut *Alexandrinum Chronicon* oſtendit. *y* Moritur poſt hæc nulla re geſta memorabili *Arcadius* anno *Chriſti* 408. pacato, vel inerti potius ingenio, & uxori nimium addictus; cui dum impenſius obſequitur, publicam non minus rem, quam *Chriſtianam*, peſſundedit. *z* Moriens *Theodoſii* filii tutelam *Iezdegirdi Perſarum* Regi teſtamento reliquit, qui eam ex fide capeſſens, pupilli curam mandavit *Antiocho* eruditiſſimo viro; & quì contra illum molirentur aliquid, iis ſe hoſtem veoturum eſſe denuntiavit. Mortuus eſt Cal. *Maii*, annum agens 31.

In Occidente multiplex Barbarorum excurſio *Romanæ* rei propemodum exitialis fuit. *a* *Radagaiſus Gothorum* Princeps cum quadringentis millibus, (uti *Zoſimus* prodit) vel ducentis, (ut *Oroſius* & *Marcellinus*) totam inundavit *Italiam*; hoſtis longe omnium teterrimus, ac *Chriſtianis* infenſus. Quam omnem multitudinem *Stilicho* mira felicitate *Feſulanis* incluſam montibus internecione delevit duce ipſo capto & occiſo: quod anno 405. *Proſper*, ſequenti *Marcellinus*, aſſignat.

b Poſt hunc *Alaricus Gothorum* & ipſe Rex, *Balthici* generis, cum populata *Græcia* in *Epiro* diu moras egiſſet, (ita jubente *Stilichone*, qui *Illyricum* ab *Arcadii* dominatu, ad *Honorium* transferre cupiebat) in *Italiam* deinde penetravit, quem ut averteret *Honorius*, *Gallias* & *Hiſpanias* habitandas ei conceſſit, quod eas provincias retinere non poſſet. Quo cum *Alaricus* pergeret, *Saulus* Gentilis dux, cui exercitum *Stilicho* commiſerat, ipſo Paſchæ die inconſide-

rate

A. 395. Chriſti ad 408.
Arcadius.
q Oroſ. 7. c. 38.
r Zoſim. 4. Marcel. Jornand. de reg. ſucc. cap. 94. Socr. 6. cap. 1.
Ruffinus.
ſ 1. Con. Ruf.
Eutropius
t Zoſ. 5. Jornand. Marcell. Oroſ. 7. c. 36.
u Idat. Marcell.
x Zoſ. 5. Soc. l. 6. Sozom. 6. Oroſ. 7. Proſper. Marcellinus.
Gainas.
Eutropii mors.
y Soc. 6. c. 23.
z Procop. l. 1. Perſic. init.
a Zoſ. 5. Proſper, Marcell. in Chron. Oroſ. 7. c. 37. Aug. 5. de Civ. c. 23. Jornandes.
b Zoſim. 5. Oroſ. 7. c. 39. Jornand. de reg. ſuc. c. 96. & de rebus Get. c. 30. Miſcell. l. 13.

A. 395. Chriſti ad 408.

[a] Zoſim. 6. Jornand. Marcell.

Stilichonis mors,

rate Barbaros aggreſſus, ab illis vincitur. Quo ſucceſſu elatus *Alaricus* propius admotis copiis, ac peragrata *Italia Romam* expugnavit. [a] Quod antequam faceret, *Stilicho Honorii* juſſu interfectus eſt. Cum enim poſt *Theodoſii* obitum imperium ad ſe transferre, & *Eucherium* filium ſuum, Gentilem & *Chriſtianis* inimicum, imperatorem appellare vellet, quo facilius voti compos fieret, turbare omnia conſtituit. Itaque Barbaros clam ad lacerandum excivit imperium. *Vandalos* enim, *Alanos*, *Suevos*, *Burgundiones* in *Gallias* & *Hiſpanias* immiſit. Quo illos ano. 406. progredi cœpiſſe ſcribit *Proſper* in *Chronico*. Addebat animos Imperatoria affinitas; quod & *Serenam Theodoſii* fratre genitam habebat in matrimonio, & ex ea ſuſceptas filias duas, *Mariam* primo, tum ea mortua, *Thermantiam Honorio* collocaverat. Sed occultis illius artibus ab *Olympio* detectis anno *Chriſti* 408. *Ravennæ*, cum ad Eccleſiam confugiſſet, occiditur *Heracliani* manu; qui *Africam* provinciam cum *Comitivu* eo facto meruit, ut ſcribit *Zoſimus*; [b] tum anno ſequenti *Eucherius* cum *Serena* matre perimitur. Sublato *Stilichone*, cum *Honorio* paciſci cupiens *Alaricus*, ſtolido conſilio repulſus eſt. [c] Extemplo igitur *Gothorum Hunnorumque* ſtipatus copiis, cum *Athaulpho* uxoris fratre *Romam* obſedit, obtinuitque anno *Chriſti* 410. quam cum deprædari ſuis permitteret, mandavit, ut qui ad baſilicas confugerent, præſertim Apoſtolorum *Petri* ac *Paulli*, incolumes haberentur. Sexto die digreſſus inde, *Placidiaque* ſorore Imperatoris *Athaulpho* tradita, *Rhegium* abiit, ut *Siciliam* & *Africam* peteret; ſed ibidem morbo periit. Cujus in locum ſubſtitutus *Athaulphus*, *Roma* denuo populata, *Placidiam* abduxit & apud forum *Cornelium* ſibi copulavit.

[b] Zoſim. 5.

[c] Proſ. Chron. Socr. 7. c. 10. Sozom. 9. c. 6. Olymp. apud Phot. nu. 80. Oroſ. 7. cap. 39. Jornand. Marcell.

Alaricus Romam capit.

[d] Idat. Oroſ. 7. cap. 40.

[e] Idat.

[d] Dum hæc in *Italia* tempeſtas furit, *Galliam* & *Hiſpaniam* haud diſpar calamitas oppreſſit. *Alani*, *Vandali*, & *Suevi*, populatis *Galliis*, *Pyrenæum* tranſgreſſi, *Hiſpanias* occuparunt, [e] anno *Chriſti* 409. *Galleciam Vandali* & *Suevi*; *Alani Luſitaniam* & *Carthaginienſem* provinciam; *Silingi*, quod *Vandalorum* genus alterum fuit, *Bæticam* invadunt.

CAPUT XI.

Eccleſiaſticæ res; & illuſtriores quidam ætatis illius viri; ac de S. Martini *obitu*, & Chryſoſtomi *exſilio nonnulla*.

Paul. in Vita S. Ambroſ.

S. Ambroſii obitus,

THeodoſio Imperatori *Chriſtianiſſimo* triennium fere ſupervixit *Ambroſius*, ait *Paullinus*; qui & ipſo die Sabbati ſancti illum deſiiſſe vivere ſcribit: prorſus *Aprilis* 4. *Chriſti* anno 397. *Cæſario* & *Attico* Coſſ. Qua ratione annos 22. menſeſque circiter tres Epiſcopatum tenuit. Etenim anno 374. *Decemb.* 7. hoc eſt, anno antequam *Valentinianus* excederet, mortuo *Auxentio* ſuffectus in *Hieronymi Chronico* memoratur. *Marcellinus* tamen *Honorio* & *Eutychiano* Coſſ. id eſt, anno 398. *Ambroſii* obitum adſcribit, contra quam in Eccleſiaſticis Annalibus illius opinio refertur.

[f] Severus in Dial. Greg. Turon. l. 1. Hiſt. Franc. c. 46. & l. 10. c. ult.

S. Martini mors.

[f] Alterum occidentalis Eccleſiæ lumen exſtinctum eſt anno 401. *Turonorum* ſanctiſſimus Antiſtes *Martinus*, *Sabariæ* natus in *Pannonia*. Qui *Hilarium* ab exſilio revertentem ſecutus in *Gallias*, poſt monaſticum ibidem vitæ genus excultum, *Turonorum* Epiſcopus creatus eodem fere tempore, quo *Mediolani* ordinatus eſt *Ambroſius*, nempe 375. anno *Chriſti*; vir ob excellentiorem quolibet præconio ſanctitatem ſeculis omnibus admirandus, quem Imperatores ipſi impenſe venerati ſunt, ut inter alios *Maximus*; qui ad ſe anno 386. venientem convivio excepit, quod ſuis manibus Imperatrix uxor ejus apparaverat, quæ tunc eidem famulæ ritu miniſtravit. De anno illius exitus, quia nonnullis tricis implicatus eſt, [g] in *Parte* hujus *Operis* altera dicetur.

A. 395. Chriſti ad 408.

[g] Par. 2. l. 4. c. 12.

S. Joannes Chryſoſtomus.

[h] Pallad. in Vita Chryſoſt. Socr. 6. cap. 2. Theod. 5. c. 34. Sozom. 8. c. 17. & ſeq.

[i] Photius Cod. 59. Socr. 6. c. 15. Sozom. 8. c. 17.

Orientalem autem Eccleſiam ſplendore ſuo decoravit *S. Joannes* ex *Antiocheno* Presbytero *Conſtantinopolitanus* factus Epiſcopus, poſt *Nectarii* mortem, quæ anno 397. *Septembris* 27. contigit, ut ait [h] *Socrates*, qui *Joannem* ſequente anno, *Februarii* 26. in throno ſediſſe refert. Ad eam dignitatem evectus, dum in corruptos hominum mores, præſertim Clericorum ac Principum, acrius invehitur, multorum in ſe concitavit odia. In his *Eudoxiæ* Imperatricis; quæ ab eo reprehenſa, *Theophilum Alexandrinum* ad cauſſam dicendam *Conſtantinopolim* accitum perpulit, ut eumdem [i] tumultuaria collecta Synodo damnaret anno *Chriſti* 403. in ſuburbio *Calcedonenſi*, loco *ad Quercum* dicto. Sed ingenti populi ſeditione ac terræ motu ſtatim exorto, territus Imperator ſubinde illum revocari juſſit. Anno vero ſequenti, quod eadem libertate cum alios, tum *Eudoxiam* increparet, ejus opera [k] damnatus iterum, in exſilium deportatur *Junii* 20. cum ante duos menſes circa Paſcha ab Epiſcopali adminiſtratione prorſus abſtinuiſſet. *Eudoxiam* narrant Hiſtoriæ *Græcæ* poſt menſes tres, quam ejectus eſt *Chryſoſtomus*, vita eſſe functam *Octobris* 4. die, anni 404. cum quatriduo ante inuſitatæ magnitudinis grando cecidiſſet.

[k] Socr. 6. c. 18. Sozom. 8. c. 22.

[l] Socr. 6. c. 19. & 20. Sozom. 8. c. 23.

Chryſoſtomi obitus.

[l] *Chryſoſtomo* ſubrogatus eſt *Arſacius*, homo elinguis & imperitus, tum eo poſt menſes 14. mortuo, *Atticus* Monachus *Armenus*. *Chryſoſtomus* interim in *Armenia* & *Iſauria* magnis conflictatus ærumnis, certatim pro eo Catholicis laborantibus Epiſcopis, & *Innocentio* præ ceteris *Romano* Pontifice, cujus fidem appellarat, obiit *Comanis* ad *Pontum Euxinum*, 18. Cal. *Decemb.* anno 407. Vixit annos 52. menſes 8. ſedit vero annos 9. menſes 6. dies 20. Itaque natus eſt anno 355. circa *Martium* menſem. [m] *Innocentius* porro, cum eoque Occidens omnia non prius cum *Attico* & Orientalibus commune habere quicquam voluit, quam eraſo *Arſacii* nomine, *Joannis* ipſius in diptycha, quæ ſunt Eccleſiaſticæ tabulæ, referretur.

[m] Sozom. 8. c. 26.

[n] Socr. 6. c. 12. Sozom. 8. c. 14.

Origeniſtæ exagitati.

[o] Epiph. Epiſt. ad Joan. Hier. contr. Ruff. & contr. Joan. Hieroſ.

[p] Hier. Ep. 8. ad Demetr. & Apol. contr. Ruff. & Ep. 78. ad Pam. & ad Marcell.

[q] Socr. & Sozom. cit.

[n] Per idem tempus doctrinæ ac ſanctitatis inclytus fama vixit *Epiphanius Salamina* in *Cypro* Epiſcopus; qui cum *Joanne Chryſoſtomo* ſuper *Origene* vehementer altercatus eſt. Hujus enim errores exagitari tum cœperunt; qui quidem hactenus per *Ægypti* Monaſteria impune ſpargebantur. Sed & fautorem habebant [o] *Joannem Hieroſolymitanum* Epiſcopum, nec non *Ruffinum Aquilejenſem* Presbyterum, & *Palladium Galatam*; a quibus *Epiphanius* & *Hieronymus* præcipue diſſidebant. *Theophilus* vero circa annum 399. congregata Synodo primus *Origeniſtas* damnavit; & Synodicam miſit ad *Anaſtaſium Romanum* Pontificem, qui anno 398. *Siricio* ſucceſſerat; tum ad *Epiphanium*, & *Joannem Chryſoſtomum* [p] *Anaſtaſius*, *Origene* condemnato, circulares litteras mittit. [q] *Chryſoſtomus* rem accuratius conſiderendam ratus, nequicquam *Theophilo* & *Epiphanio* inſtantibus, *Origenis* libros damnare noluit. Ob id iratus ab eo diſceſſit *Epiphanius*, amboque invicem, ut narrant, quæ ſibi erant eventura, divinitus prædixerunt.

S. Aſterius.

Theophilus.

[r] Syn. Ep. 66.

[s] Martyr. Rom. 26. Jun. & Uſuard.

S. Porphyrius.

[t] Vita S. Porphyr. apud Sur. 26. Febr.

Floruit itidem *S. Aſterius Amaſeæ* Præſul, cujus politiſſimæ exſtant Homiliæ circa annum 400. elucubratæ. *Theophilus* quoque *Alexandrinus* Epiſcopus, odio *Chryſoſtomi* & avaritiæ ſordibus infamis, ſed eruditus, & *Hieronymi* familiaris; qui [r] *Syneſium* ex Gentili Philoſopho *Chriſtianum*, *Ptolemaidis* Epiſcopum fecit anno circiter 410. nempe tertio poſt obitum *Chryſoſtomi*, reconciliatumque fautoribus ejus *Theophilum*: quod ſtatim ab illius morte contigit.

[s] *S. Vigilius Tridentinus* Epiſcopus *Stilichone* Conſule martyrium paſſus eſt, ut ſcribit *Uſuardus*; & ut apparet, anno 400. [t] *Gazæ* porro *S. Porphyrius* Epiſcopus pietate, miraculis, & laboribus pro *Chriſti*

Digitized by Google

A. 408. Chriſti ad 450.

ſti fidè tolerandis *Arcadia* imperante præſtitit. *Severianus Gabalitanus* ut diſertus fuit, ita ob æmulationem *Chryſoſtomi* minus ſecundam poſteritatis famam meruit. Quam eximiam eſt aſſecuta *S. Paula*; quæ anno 404. *Januarii* 26. apud *Bethleemam* obiit, nata annos 56. menſes 6. dies 11. quorum 5. annos *Romæ* in ſancto propoſito, *Bethleemi* 20. tranſegit, ut teſtatur [a] *Hieronymus*.

S. Paula.

[a] Hier. Ep. Paulæ.

Prudentius Hiſpanus Poeta eodem ſcribebat tempore natus *Philippo* & *Salia* Coſſ. anno 348. ut ipſe [b] prodit; & anno vitæ 57. carmina meditabatur. Proinde *Chriſti* 404. τὸ καθημερινὸν edebat.

Prudentius. [b] Prud. in Cathē.

Ruffinus Aquilejenſis Presbyter & Monachus, doctrinarum uſu famaque clarus, ſancti tamen *Hieronymi* primum amicitia, tum offenſione clarior, obiit paullo poſt *Romam* ab *Alarico* captam; ut eſt conjectura *Baronii*. Quo etiam tempore *S. Marcella* vidua mortua eſt, ut [c] *Hieronymus* affirmat.

Ruffinus. [c] Hier. Ep. 16.

Inter Gentiles Poetica facultate facile princeps *Claudianus* exſtitit, *Stilichonis* fautor acerrimus. Hiſtorici vero, *Zoſimus*, *Eunapius*.

CAPUT XII.

Quæ ſub Theodoſio *Juniore*, Honorio, ac Valentiniano III. *in utroque imperio digna memoria contigerunt.* Vandalorum in Africam *impreſſio*.

A. 408. *Chriſti* ad 450.

ROmanum, *Arcadio* mortuo, ſub duobus Principibus imperium ſtetit. *Honorio* parebat Occidens; *Theodoſius* Orientem tenebat. [d] Hic anno 401. *Aprilis* 10. die natus, & ſequenti renuntiatus *Auguſtus*, anno 408. ſub tutela *Perſarum* Regis, *Antiocho* curatore, ſolus in Oriente regnare cœpit. Sorores erant illi *Flacilla*, *Pulcheria*, *Arcadia*, & *Marina*, e quibus *Pulcheriam Theodoſius*, *Auguſtam* appellavit anno, ut *Marcellinus* cum *Alexandrino Chronico* ſentiunt, 414. non ut *Theophanes*, 411. Ea porro nata proditur anno 399. [e] Ab hac inſtitutus *Theodoſius*, ſororeſque ceteræ, tantum in virtute ac pietate profecerunt, nihil ut a Monachis differrent, & in religioſum domicilium aula verteretur.

[d] Soc. 4. c. 6. Marcel. Chron. Alex. Theopha.

[e] Socr. 7. c. 22. Sozom. 9. c. 1.

Theodoſius anno ætatis 20. *Athenaidem Leontii* Philoſophi filiam de conſilio ſororis *Pulcheriæ* duxit, rara feminam indole, corporiſque ſpecie, quam *Eudociam* nominavit. Ex hac *Eudoxiam* ſuſcepit *Valentiniano* III. nuptam. [f] Imperavit *Theodoſius* ad annum uſque 450. quo exceſſit a vita Cal. *Auguſti*, revocata prius ſorore *Pulcheria*, quam *Eudociæ* conjugis & *Chryſaphii* Eunuchi calumniis adductus in ordinem redegerat. Hoc Imperatore pax ab armis in Oriente fere perpetua fuit, præter pauca quædam minimeque diuturna bella. E quibus [g] *Perſicum* a *Vararane Isdegerdis* ſucceſſore motum, an. 422. per *Ardaburium* ducem non ſine ingenti miraculo, confectum, perterritis ac fuga conſternatis Barbaris.

[f] Marcel. Chron. Alex. Zonar. Cedren. Theoph. Hiſt. Miſc. 14.

[g] Theoph. Socr. c. 18.

At in Occidente, ſub *Honorio*, ac deinde *Valentiniano*, domeſtici pariter externique motus aſſidui, ac fœdiſſima *Romani* facies imperii fuit. Erat *Honorius* natura mitis & placidus: ludis ac ſocordiæ deditus, & a cura Reipublicæ ac negotiis abhorrens: ſed in pietatem religionemque propenſus, cui pluribus edictis conſultum voluit. Poſt *Gothicam* eruptionem, quæ anno 410. *Romanam* urbem turbinis inſtar oppreſſit, varii in diverſis locis orti ſunt Tyranni. Primum [h] *Attalus Alarici* juſſu ab Senatu factus Imperator, cum *Honorium* communionem imperii per legatos offerentem ſuperbe reſpuiſſet, ab eodem *Alarico* privatam retractus ad ſortem; ac ſæpius deinde refectus, & deſtitutus; ad poſtremum reſumpta in *Gallia* tyrannide, neglectus a *Gothis*, a *Conſtantio* Comite captus anno 415. [i] in poteſtatem venit *Honorii*, ab eoque truncata manu vitæ relictus eſt. Quod *Marcellinus* anno 412. reddit, contra quam *Proſper*.

Occidentalis imperii clades ſub Honorio. Varii Tyranni.

[h] Zoſim. 5. & 6. Olymp. apud Phot. 80.

[i] Proſp. Chron. Marcell. Oroſ. 7. c. 42. Paull. Diac. 14.

Eodem tempore *Conſtantinus* Tyrannus *Gallias* obtinebat. Qui ex infima militia ob ſolam nominis ſpeciem in *Britanniis* Imperator acclamatus eſt anno 407. ut [k] *Olympiodorus*, *Proſper*, & *Zoſimus* indicant; cum ante illum *Marcus* & *Gratianus* ibidem Tyranni prodiiſſent; *Britannicis* exercitibus contra *Vandalos* & *Alanos*, quos in *Gallias* erupiſſe anno ſuperiore iidem Auctores aſſerunt, hoc ſe tueri præſidio cupientibus. Inde digreſſus in *Gallias* cum duobus filiis *Conſtante*, & *Juliano*, a *Conſtantio* Comite victus, & *Honorii* juſſu ad *Ravennam* jugulatus eſt, anno 411. [l] cum ſe *Arelate* ad Oratorium fugiens ſacerdotio initiandum ante curaſſet.

[k] Olymp. apud Phot. 80. Proſp. Chron. Zoſim. 6. Idat. Chr. Marcell.

[l] Olymp.

Poſt hunc, [m] *Jovinus* & *Sebaſtianus* fratres, arrepta tyrannide, ab *Athaulpho Gothorum* Principe *Narbonæ* capti & occiſi ſunt anno 414. ut *Idatius* & *Marcellinus* teſtantur.

[m] Idem. Olymp. Idat. Marcell. Proſp. Oroſ. 7. c. 42.

Heraclianus item Comes *Africæ*, Tyrannus ibidem factus cum 700. navium claſſe, ac tribus militum millibus auſus in *Italiam* contra *Honorium* transfretare, a *Marino* Comite ad *Utriculum* ſuperatus eſt: & in *Africam* reverſus, *Carthagine* in æde Memoriæ jugulatur [n] anno 413. *Marinus* ad ordinandam miſſus *Africam*, incertum livore, an auro corruptus, *Marcellinum* Tribunum, qui pro Catholica fide contra *Donatiſtas* fortiter ſe geſſerat, occidit; ac ſtatim ex *Africa* revocatus eſt, ut ſcribit *Oroſius*.

[n] Proſp. Idat. Marcell. Oroſ. 7. c. 42.

Super hanc Tyrannorum multitudinem, Barbarorum quoque graſſatio infeſtum habuit Occidentem. *Gothi Athaulpho* Rege *Gallias* ingreſſi ſunt [o] anno 412. ac ſequenti anno *Burgundiones Germaniæ* populi partem *Galliæ Rheno* propinquam occuparunt.

Barbarorum irruptio. [o] Proſp.

Athaulpho Placidia nupſerat, quæ nuptiæ anno 414. Cal. *Jan.* celebratæ ſunt, ut ſcribit *Olympiodorus*; natuſque illis eſt *Theodoſius*, qui paullo poſt *Barcinone* obiit. [p] *Placidiæ* opera & conſilio inductus ad amorem pacis *Athaulphus*, cum fruſtra *Romanum* in *Gothos* imperium nomenque transferre ſtuduiſſet, de reſtituendo illis hoc ipſo imperio cogitavit, ac ſe cum *Gothis* ſuis *Narbona* pelli & in *Hiſpaniam* relegari patienter tulit. Hæc dum agitaret animo, [q] a *Gotho* quodam occiditur anno 415. regnumque *Sigericus* occupat *Sari* frater, qui *Placidiam* indignis modis habuit & poſt dies ſeptem interfectus eſt; eique *Vallia* ſucceſſit. Qui, pace cum *Romanis* facta, *Placidiam Honorio* reſtituit, acceptis, ut refert *Olympiodorus*, frumenti modiorum 600000., & contra *Vandalos*, *Alanos*, *Suevos*, aliaſque gentes, quæ *Hiſpaniam* inſederant, bella convertit. [r] *Placidiam* invitam *Conſtantio* Comiti collocavit *Honorius* anno 417. & eodem anno nata illis eſt *Honoria*; *Valentinianus* vero Junior [ſ] anno 418. *Ravennæ*, 6. Non. *Jul.* in lucem editus eſt. *Conſtantius* pacem cum *Vallia* firmavit, eumque revocavit in *Galliam*, ac ſedes in *Aquitanica* a *Toloſa* uſque ad Oceanum conceſſit, quod ſcribit *Idatius*. Hinc *Gothici* in *Gallia* regni, ſeu *Viſigothici*, caput *Toloſa* fuit: atque hoc anno 419. contigit. Sequente vero anno, *Chriſti* 420. *Conſtantius* ab *Honorio* invito, ut ait *Olympiodorus*, in imperii conſortium aſſumptus, ſeptimo poſt menſe moritur anno ipſo 420. ſi *Marcellinum* audias. *Proſper* enim in ſequentem rejicit. Natus hic in *Illyrico*, oppido *Panæſo*, multis ſub *Theodoſio* præfecturis claruit, ac poſt ſummum adeptum faſtigium, ejus pertæſus ſæpe conqueri ſolebat, quod, ut ante conſueverat, jocis ac ludicris indulgere non poſſet, ut ſcribit *Olympiodorus*: qui hoc præterea narrat, *Theodoſium* Imperatorem ratam illius *Auguſtam* dignitatem habere noluiſſe; ob idque *Conſtantium* bellum contra illum decreviſſe ſumere.

[p] Olymp. apud Phot. 80. Jornand.

[q] Proſp. Marcell. Idat. Oroſ.

[r] Olymp. Proſper. Jornand.

[ſ] Proſp.

Conſtantius fit Imperator.

a Ex-

A. 408. Chriſti ad 450. [a] Olymp.

[a] Exſtincto *Conſtantio*, inter *Honorium* & *Placidiam* ſororem ſumma primum familiaritas, minus etiam ſecunda utriuſque fama. Mox, *Elpidia* nutrice *Placidiæ* & *Leontio* ejuſdem curatore id agentibus, tanto exarſere invicem odio, ut, poſt frequentes *Ravennæ* rixas & jurgia, demum anno 423. *Placidiam* cum filiis *Honorius* extruſerit, & in Orientem abire coegerit.

Honorii obitus. [b] Proſp. Marcell. Olymp.

Moritur paullo poſt *Honorius* anno ipſo 423. ſive *Auguſti* 15. ut ſcribit *Theophanes*, ſive 27. quod *Olympiodorus* prodidit, anno ætatis 35. *Theodoſius* [b] *Placidiam* cum *Auguſtæ* titulo, & *Valentinianum Cæſarem* prius appellatum, agentem ætatis annum 5. in *Italiam* miſit anno 424. qui mox *Auguſtus Romæ* ſalutatus eſt. [c] Interim *Joannes* primicerius Notariorum cum tyrannide *Ravennam* occupat; contra quem *Theodoſius Ardaburium* miſit; qui tempeſtate jactatus in Tyranni poteſtatem venit. Sed Angelus paſtoris ſpecie aperto per invias paludes itinere *Aſparem Ardaburii* filium *Ravennam* deduxit.

[c] Socr. 7. c. 23. & ſeq.

[d] Idem & Chron. Alex.

Sic, exſtincto *Joanne*, [d] *Valentinianus* apud *Ravennam* factus eſt Imperator anno 425. *Octobris* 23. ut eſt in *Alexandrino Chronico*.

Vandali Africam occupant.

Secundum hæc *Vandali*, quos ab *Africæ* litoribus *Bonifacius* Comes hactenus repulerat, *Geiſerico* duce in illam ex *Hiſpania* penetrarunt. Nam cum *Bonifacius* ab *Aetio* proditionis accuſatus eſſet, miſſoque contra ſe *Sigiſvulto*, parem ſe non eſſe *Romanis* viribus animadverteret, ad *Vandalorum*, quibuſcum affinitatem antea junxerat, confugit auxilia. [e] Anno itaque 427. ut ex *Chronico Proſperi* colligitur, *Geiſericus* cum 80000. *Vandalorum* & *Alanorum* transfretavit in *Africam*; eamque paullatim ſubjecit ſibi. [f] Interim *Bonifacius* reconciliata *Placidia*, cum Barbaris reditum perſuadere non poſſet, armis eos conatus pellere, ab illis vincitur: & anno 432. ex *Africa Romam* veniens adepto magiſterio militum, haud diu poſtea vel morbo, ut ſcribit *Proſper*, vel, ut *Marcellinus* ait, ex vulnere, quod acceperat ab *Aetio*, deceſſit, [g] ac *Pelagiæ* conjugi moriens præcepit, ut ne alteri, quam *Aetio*, nuberet.

[e] Proſp. Miſc. 14. Victor. Utic. l. 1.

[f] Procop. 1.

[g] Marcel.

Aetius. [h] Proſp. Idat.

[h] *Aetius* in *Galliis* contra *Francos*, *Gothos*, *Burgundiones*, *Hunnos*, alioſque Barbaros *Romanam* rem utcumque ſuſtentavit. *Franci* haud procul *Rheno* devicti ſunt, [i] *Felice*, & *Tauro* Coſſ. anno 428. *Burgundiones* cum eorum Rege *Gundicario* anno 435. quibus & pacem *Aetius* indulſit, ut ſcribit *Proſper*. [k] Idem *Gothos* ab *Narbonæ* obſidione repulit anno 436. per *Litorium* Comitem.

[i] Proſp.

[k] Idat. Proſp.

Hunnos Aetius circa annum 432. e *Pannoniis* exciverat, quorum adverſus *Gothos* auxilio eſt uſus. Ita [l] *Proſper* vulgatus; at *Pithæanus Aetium* eumdem *Gaudentii* filium ejus, qui a militibus occiſus eſt, *Hunnos* ad opem *Joanni* Tyranno ferendam adduxiſſe refert, eodem, quo is interfectus eſt, anno *Chriſti* 425. Bis ergo ſollicitaſſe eum *Hunnos* oportet. Sed & anno 434. *Honoria Valentiniani* ſoror, ob ſtuprum cum Procuratore ſuo commiſſum ejecta palatio, & ad *Theodoſium* tranſmiſſa, *Attilam* contra Occidentalem Rempublicam incitavit, ut ſcribit *Marcellinus*. His præpoſitus *Litorius* dux *Romanus*, dum *Aetii* gloriam ſuperare nititur, & haruſpicum ac dæmonum reſponſis fidem adhibet, contra *Theodoricum Gothorum* Regem bellum infimis precibus detrectantem inconſulte dimicavit; & magna accepta clade, captus & occiſus eſt, *Theodoſio* & *Feſto* Coſſ. anno 439. [m] Quo etiam *Carthago* a *Vandalis* per ſpeciem pacis ex improviſo irruentibus occupatur, 4. [n] Cal. *Nov.* Eam urbem diripuere Barbari: ac cum reliqui cives variis tormentorum generibus excruciati ſunt; tum in Nobiles & Clericos præcipue ſævitum eſt. [o] Tandem anno 442. cum *Geiſerico Valentinianus* pacem inſtauravit, & certis ſpatiis inter utrumque diviſa eſt *Africa*.

[l] Proſp. Salvian. 7. Idat. Chron. Ind. Chr. Miſcel l. 14. *Hunnorum irruptiones.*

[m] Proſp. Jorn. de reb. Get. *Carthago a Vandalis capta.* [n] Proſp. & Idat. [o] Proſp.

Per quod tempus [p] *Bleda* & *Attila Hunnorum* ducibus *Illyricum Thraciamque* populantibus, *Theodoſius* pacem ab iis redemit pactione pecuniæ. [q] Biennio poſt *Attila*, fratre ſuo cæſo, ſolus *Hunnorum* genti dominatus eſt.

A. 408. Chriſti ad 450. [p] Marcell. Alexand. Chron. Jornand. [q] Proſp.

In *Britanniam* porro *Picti* ac *Scoti* ſæpius incurſionem fecerunt, maxime ſub annum 446. *Aetio* tertium Conſule: quo rebus aliis ac muniendis maxime adverſus *Hunnos Galliis* intento, fruſtra ejus aures querelis ſuis pulſarunt, quas [r] *Gildas* ex eoque *Beda* deſcribunt.

[r] Gildæ. Beda 1. Hiſt. c. 13.

CAPUT XIII.

De Francorum origine, & conſtituto ab iis in Gallia regno.

Vide lib. 11. de Doct. Temp. cap. 48.

NObiliſſimi toto orbe *Francorum* regni jacta ſunt intervallo iſto primordia. Cujus gentis incerta eſt origo, neque Veterum ſatis expreſſa litteris. [s] Falli conſtat eos, qui ab *Trojanis* eam repetunt; quod ab *Gaguino* & *Æmilio* mandatum hiſtoriæ fuiſſe mirari ſubit. Vero mihi propior videtur [t] illorum opinio, qui non unius populi nomen hoc initio putant fuiſſe, ſed plurium, qui in idem conſpirantibus animis, *Romanorum* ſe ab jugo vindicarunt, *Francique* ab libertate ſunt dicti. Hos eſſe volunt *Bructeros*, *Chamavos*, *Anſivarios*, *Chattos*, *Uſipios* & *Tencteros*, qui ambo *Sicambrorum* vocabulo continentur, *Friſios*, *Delgibinos*, *Chaſſuarios*, & *Angrivarios*, qui *Albim* flumen inter ac *Rhenum* vaſtiſſimos *Germaniæ* agros obtinebant ad Oceanum uſque; ubi nunc *VVeſtphalia*, *Friſia*, *Saxonia*, *Thuringia*, *Heſſia*, *Miſnia*, & quæ nomen commune retinet, *Franconia* collocantur.

[s] Geſta Franc. ex Greg. c. 1.

[t] Phil. Cluver. lib. 3. Germ. Ant. c. 20.

Reges utrum antiquitus habuerint, ignotum eſſe teſtatur [u] *Gregorius*. Nam *duces* tantummodo *Francorum*, aut *ſubregulos*, vel *regales* appellatos. *Maximo* Tyranno *Galliis* imperante, *Marcomerem* & *Sunnonem regales Francorum* exſtitiſſe *Sulpicius Alexander* prodidit, eoſdemque mox *ſubregulos* vocat, tum *reges*, ut hæc vocabula promiſcue videantur habita.

[u] Greg. Tur. l. 2. c. 9.

[x] Aimo. 1. c. 4. Ivon. Chron. Geſta. Franc. epit. c. 4. [y] Proſp a Pith. editus. *Pharamundus.* [z] Ita Greg. 2. c. 9.

Primus in Regum appellatione ac ſerie *Pharamundus* in noſtris Annalibus ponitur [x] *Marcomiri* filius, de quo nihil apud *Gregorium* exſtat. [y] *Proſperi Chronicon* ad annum *Honorii* 26. hoc eſt *Chriſti* 420. illius adſcribit exordium. Poſt hunc vero [z] *Chlogio*, vel [a] *Clojo*, ſive [b] *Clodius* [c] *Pharamundi* filius regnavit; qui apud *Diſpargum* reſedit; quod in *Thurrogorum* eſſe finibus aſſerit *Gregorius*. Hoc modo *Thuringia* longe apud *Gregorium* alia fuerit ab ea, cui hoc nomen hodie tribuitur. Nam *Diſpargum* oppidum fuit in *Sicambris*, aut iis proximum. *Clojo* anno 428. aut 429. iniit, [d] quinque ab morte *Honorii* annis elapſis, atque hic trans *Rhenum* primus in *Gallias* erupit. [e] Sed ab *Aetio* duce repreſſus, citimam *Rheno* partem illam amiſit *Galliæ*, quam cum ſuis occuparat. Poſt annos deinde circiter 18. longius etiam in *Atrebatum* & *Cameracenſium* fines tranſducto *Francorum* exercitu, *Romanos* profligavit, & ad *Summam* uſque fluvium ditionis ſuæ fines extendit [f] ſub annum 445. [g] Videtur tamen ab *Aetio* & *Majoriano* tum cladis aliquid accepiſſe, quod *Sidonius* indicat. Præfuit *Clojo* annos [h] fere 20. Siquidem ad annum *Theodoſii* 25. [i] *Proſper* adnotat, *Meroveum* in *Francia* cœpiſſe regnare: qui eſt *Chriſti* 448. vel 449. Ita *Paramundo* anni reliqui erunt octo.

[a] Ita Sidon. Carm. V. Ver. 212. [b] Proſp. Pith. Aimo. 2. [c] Aimo. 1. c. 4. Ivon. Chr. Geſta Franc. epit. c. 5. *Clojo.* [d] Proſp. Pith. [e] Proſp. vulgatus.

[f] Sigeb. Greg. 2. c. 9. Aimo. 2. c. 5. [g] Sidon. Carm. V. ver. 212. [h] Aimo. 1. c. 6. [i] Proſp. Pith. *Meroveus.*

[k] *Meroveus*, affinis *Clojonis*, *Francorum* in *Gallia* ditionem amplificavit; quem *Aetio* duci adverſus *Attilam* auxilio veniſſe, magnamque partem victoriæ fuiſſe [l] Annales *Francorum* referunt. Filium hu-

[k] Greg. 2. c. 9. Aimo. c. 6 Geſt. Franc. c. 5 [l] Gag. Æmil.

jus

jus heredemque [a] *Childericum* flagitiorum ac libidinum licentia, quam ne ab oobiliſſimis quidem corporibus abſtinebat, brevi inviſum ſuis reddidit. Omnibus itaque conſpirantibus in eum ordinibus, ad *Thuringos* profugit, *Vinomado* quodam, cujus amicitiæ plurimum fidebat, domi relicto, qui abſenti *Francorum* reconciliaret animos: quod is aſtuto conſilio perfecit. Nam, *Egidium Romanum* patricium ſibi ut Regem caperent, *Francos* eſt hortatus, eoque beneficio devinctum facile adduxit, ut primores gentis, quos ab *Childerico* abhorrere maxime ſciebat, tamquam ſuſpectos ioterficeret. Ita *Francis* ab oovo abalieoatis Rege perſuaſit, uti *Childericum* ab exſilio revocareot. Qui [b] octavo, poſtquam pulſus erat, anno receptus, *Egidium* acie ſuperatum in oppidum *Sueſſionum* compulit; [c] *Odovacrium Saxonem* vicit; *Aurelianos* & *Andegavos* ſubegit, [d] exactiſque 24. annis *Chlodoveo* filio, quem ex *Baſina* ſuſceperat *Turingorum* Regis hoſpitis ſui conjuge, reliquit imperium. Qui cum anno 482. exorſus ſit, [e] (uti poſtea demonſtrabitur) *Childericus* anno cœpit 457. vel 458. ut 24. annos impleverit; *Meroveus* vero circiter 10.

A. 408. Chriſti ad 450. *Childericus.*
a Greg. Tur. l. 2. c. 12. Aimo. l. c. 7. Ivo. Geſta Franc. c. 2. & 7.
b Greg. Turon. cit.
c Greg. 2. c. 18. Aimo. l. c. 7. Geſt. Franc. c. 12.
d Aimo. l. c. 12. Ivo.
e l. 7. c. 2.

CAPUT XIV.

De Gothorum *initiis, eorumque diſcrimine ac regnis ab illis in* Gallia, Hiſpania, *&* Italia *conditis.*

PLurimum ad illius ætatis hiſtoriam intelligendam conferet *Gothorum* originem & incrementa cognoſcere, qui per *Europam* longe lateque diſſipati florentiſſima ſibi regna pepererunt. Ea nos ex *Jordano* ſive *Jornanda Gotho*, ac *Paullo Diacono* repetita hoc in caput utiliter conjecimus.

Gothicum omne oomen a *Scania* ſive *Scandinavia* profectum eſt, quam inſulam [f] *Jornandes* vocat, cum peninſula ſit *Norvegiæ* ac *Svediæ* continens regna. Hi cum vicinam oram *Balthici* maris aliquandiu tenuiſſent, in *Scythiam* iode tranſgreſſi, ad *Euxini Ponti* litora conſederunt, [g] quorum qui ad Orientem longius receſſerunt *Oſtrogothi*, id eſt, *Orientales Gothi*, nominati ſunt. Qui ad Occidentem habitabant, *Viſigothi*, id eſt, *Occidentales Gothi*. Etſi ab *Oſtrogotha* quodam Rege ex *Amalorum* ſtirpe nomen id acceptum nonnullis placet. [h] Duæ quippe *Gothorum* erant regiæ familiæ; *Amalorum*, quibus *Oſtrogothi* parebant, & *Balthorum*, qui *Viſigothis* imperabant. Priores ab [i] *Amala* antiquiſſimo gentis illius Rege dicti. Poſteriores ab audacia nominati, [k] quia *Balth* audacem ſignificat. [l] Cum igitur ambo illi populi ſumma concordia diu illic habitaſſent, *Valente* denique Imperatore civile inter eos ortum eſt bellum. *Viſigothis* præerat *Fridigernus*, ſiva *Fritigernes*; *Oſtrogothis Athanaricus*. *Fridigernus* impar viribus a *Valente* petit auxilium, per *Ulphilam* ſuæ gentis Epiſcopum *Arianum*: [m] & ut illi viciſſim gratificaretur, *Chriſtianam* ſub *Arii* profeſſione fidem amplectitur; quam, pace ambos inter populos reſtituta, longius propagavit *Ulphilas*. Ita *Gothi* in *Ariana* hæreſi deinceps obfirmati ſunt. *Athanaricus* vero complures ſuorum ob *Chriſti* nomen neci dedit, qui pro Martyribus in Eccleſia celebrantur. [n] Poſt hæc *Hunni*, Rege *Balamire*, trajecto *Boſphoro Cimmerio*, repente in *Oſtrogothos* impreſſionem faciunt, eoſque ſibi ſubjiciunt. Quorum clade territi *Viſigothi Valentem* rurſus implorant, qui in *Mœſia* agros illis ad habitandum attribuit. Sed a *Lupicino* aliiſque limitaneis Præfectis contumelioſius accepti *Romanos* armis appetunt; ab iiſque *Valens* Imperator, [o] (ut jam memoravi) bello ſuperatus & exuſtus pœnas violatæ religionis dedit. Compoſitis poſtea cum *Theodoſio* rebus *Romanam* in amicitiam ac fœdus ab illo recepti, [p] & *Fœderati* proprie

Petavii Rationar. Temp.

f Jorn. de reb. Got. c. 3. 4. & ſeq.
g Paul. Diac. in Miſc. l. 12. c. 21. Jorn. c. 14.
h Jorn. c. 5.
i Jorn. c. 14.
k Jorn. c. 29.
l Socr. l. 4. c. 33. & ſeq. Paul. in Miſc. 12. c. 1.
m Paul. 12. Miſc. c. 12.
Gothi Ariani fiunt.
n Vide præter cit. Auctores Procop. l. 4. Goth. p. 323. Sozom. l. 6. c. 37. Jornand. de reb. Got. c. 24.
o Supr. c. 6.
p Jorn. c. 18.

ſunt dicti. *Theodoſio* mortuo *Alaricus* ex *Balthica* ſtirpe cum *Viſigothis* ſuis in *Italiam* perrupit, eumque, quem ſupra [q] retuli, axitum militiæ hujus habuit. [r] Cujus ſucceſſores, *Gallia* & *Hiſpania* ſubacta, *Viſigothorum* regnum ibi ſtatuerunt, cujus ſparſim mentionem facimus.

A. 408. Chriſti ad 450.
q Cap. 10.
r Vide ſupr. c. 12.

[ſ] Interim *Oſtrogothi* ſub *Hunnorum* dominatu cum privatis Regibus priſtinas ſedes obtinebant. *Hermanaricus*, (quo regnante *Hunnorum* excurſio illa contigit, ut [t] *Jornandes* narrat, tametſi ceteri, quos attigi ſupra, *Athanarico* id factum Rege memorent) [u] *Hunnimundum* habuit filium, a quo genitus eſt *Thoriſmundus*; cujus filius *Berimud Hunnicæ* pertæſus ſervitutis ad *Viſigothos* in *Galliam* transfugit, cum *Theodoricus* ejus nominis primus, occiſo jam *Vallia*, regnaret. *Berimudis* nepos fuit *Eutharicus*, cui *Oſtrogothorum* Rex *Theodoricus Amalaſuntham* filiam in matrimonium dedit. Ad hanc familiam, ut quæ recto ab *Hermanarico* ſtemmate deſcenderet, *Oſtrogothici* jus regni proprie ſpectabat. [x] Verum *Berimude* digreſſo, *VVandalarius Hermanarici* fratre genitus velut caducum principatum tenuit. Hujus filii armis ac mutua concordia nobiles exſtitere tres, *VValamir*, *Theodomir*, & *VVidemir*; qui tum *Attila* adverſus *Aetium* & propinquos ſuos *Viſigothos* in *Gallia* decertarunt. Exſtincto demum *Attila*, cum reliqui populi, tum *Oſtrogothi Hunnorum* excuſſerunt jugum. [y] *Theodomiri* filius e concubina *Theodoricus* fuit, qui *Leoni* Imperatori ad ſanciendam pacem datus obſes apud *Romanos* adolevit. Tum imperante *Zenone*, cum a *Theodomiro* patre traditum *Gothorum* regnum accepiſſet, Imperatoris hortatu ad recuperandam *Italiam*, quam *Odovacrius* invaſerat, perrexit; ibidemque (quod poſtea dicetur) *Oſtrogothorum* condidit regnum, quod *Juſtinianus* deinde ſubvertit.

ſ Jorn. c. 48.
t Cap. 25.
u Jorn. c. 14.
x Jorn. c. 48.
y Jorn. c. 51.

CAPUT XV.

Eccleſiaſtica res ſub illis Principibus. Ac primum Pelagianæ *hæreſis, &* Neſtorianæ, *nec non* Epheſinæ *Synodi accurata deſcriptio.*

Pelagianæ hæreſis hiſtoria.

HOnorio ac *Theodoſio* regnantibus, varii in Eccleſia motus exſtitere, celeberrimique cum Hæreticis Catholicarum partium conflictus; ac contra duas præſertim hæreſes, *Pelagii* & *Neſtorii*, certamen fuit.

Pelagius [a] natione *Scotus* ex inſula *Britannia* oriundus, unde [a] & *Brito* nominatur, primum Monachus in *Palæſtina* vixit; ubi adverſus gratiam *Chriſti* peſtilentiſſimum dogma concepit animo, [b] cujus ei *Ruffinus* auctor fuiſſe proditur. Hic diſcipulum habuit *Cæleſtium*, qui prior in *Africa* palam hæreſim prædicans, [c] anno 412. *Carthagine* damnatus eſt, accuſante *Paullino* Diacono *Carthaginienſi*.

Poſtea *Eros* & *Lazarus*, Epiſcopi duo *Gallicani*, *Pelagii* nomen detulere apud *Palæſtinæ* Epiſcopos. [d] Sed cum morbus alteri eorum incidiſſet, in tempore adeſſe proibiti ſunt; quare excerpta de *Pelagii* & *Cæleſtii* libris capitula miſerunt. Ita *Dioſpoli* in *Palæſtina* Synodus eſt habita anno 415. [e] cui Epiſcopi 14. interfuerunt. Ab iis interrogatus *Pelagius* facile *Græcos* homines linguæ illius ac fraudis ignaros captioſis reſponſionibus eluſit. Abſolutus itaque *Joannis* potiſſimum *Hieroſolymitani*, *Ruffini*, & *Origenis* fautoris opera, quod *Oroſius* [f] indicat, majores ſumſit ſpiritus. Sed *Hieronymi* primum ſtylo, tum *Africanorum* Patrum ſententiis vexari cœpit. Anno quippe 416. provinciales [g] duæ Synodi celebratæ ſunt, una *Carthagine*, cui præfuit *Aurelius*; altera *Mileve* in *Numidia*, præſide *Silvano*, cui *Auguſtinus* interfuit: indidemque Synodicæ ad *Innocentium* Papam editæ, quibus *Pelagii* & *Cæleſtii* ita damnatos a ſe errores prædicant, ut auctoribus ipſis parcerent. Utriſque reſpondit

a Hier. Præf. ad l. 1. & 3. in Hier.
a Aug. ep. 106.
b Hier. ib. Aug. 2. de Pec. Orig. c. 3.
c Ep. Conc. Carth. ad Innoc. Papam. Aug. 2. de Pec. Orig. c. 3.
d Aug. 2. Ret. c. 47. & de geſ. Pel. 35. Phot. cod. 54.
e Aug. 1. contr. Jul. c. 3. & de geſ. Pelag.
f Oroſ. Apol.
g Tom. 1. Conc.

A. 408. Chriſti ad 450.

ſpondit *a* *Innocentius* ſequenti anno, quo Coſſ. notantur *Honorius* & *Conſtantius*, (is eſt *Chriſti* 417.) menſe *Januario*; ac *Pelagium* & *Cæleſtium* cenſuit Eccleſiaſtica communione privandos. Qua re comperta, *Pelagius* ad *Innocentium* ſcripſit; *b* ſed eo mortuo illo ipſo *Chriſti* 417. anno, 5. Cal. *Auguſti*, litteræ ad *Zoſimum* pervenere. *c* Qui *Cæleſtii* primam ficta profeſſione, (hic enim *Romam* purgandi ſui cauſſa venerat) tum ſubdola *Pelagii* epiſtola deceptus, quam cum *Praylii*, qui in ſedem *Hieroſolymitanam* anno 416. ſucceſſerat, commendatitiam miſerat, in *Africanos* Patres, nec non *Erotem* & *Lazarum*, paullo fuit commotior. Neque tamen *Pelagium* ac *Cæleſtium* communioni reſtituit; ſed bimeſtrem huic diem præfixit, ad quam accuſatores adeſſent. Interim *Africanis* Epiſcopis ſatagentibus *Romæ* ab *Zoſimo* Hæreticorum calliditate detecta, cum ſe clam *Cæleſtius* ex Urbe ſubduxiſſet, *d* cum *Pelagio* pariter eſt damnatus anno 418. Secutum eſt *e* *Honorii* edictum eodem anno prid. Cal. *Majas*, quo ambo perculſi ſunt. *Africani* vero Epiſcopi, accepto *Zoſimi* decreto, Calendis ipſis *Maii* anni ejuſdem 418. in plenaria Synodo, ut ſcribit *Proſper*, Epiſcoporum 213. contra *Pelagianam* hæreſim canones octo condiderunt; (1) qui *Milevitanæ* Synodo ſecundæ perperam vulgo tribuuntur. Sed nihil *Milevitana* iſta contra *Pelagium* ſtatuit, & *f* ex illis ipſis octo canonibus, tertius, quartus, & quintus a *Cæleſtino* Papa ſub *Carthaginienſis* Concilii nomine citatur. Denique in generali totius *Africæ* Synodo, non in provinciali, tanta de re pronuntiatum oportuit. Hoc modo ſynodalibus ad *Zoſimum* perlatis decretis, ait *Proſper*, & per totum mundum hæreſis *Pelagiana* damnata eſt. Cujus pæne profligatæ patrocinium ſuſcepit *Julianus Memoris Capuani* Epiſcopi filius & ſucceſſor; qui ob hæreſim camdem ſede ſua pulſus, cum *Auguſtino* grande certamen iniit, homo linguæ promptus, ac diſertus, ſed procax, & temerarius.

a Tom. 1. Conc. & Ep. Aug. 71. & 93. *b* Aug. 2. de Pec. Orig. c. 5. & 17. *c* Zoſim. ep. Tom. 1. Conc. ubi & Pelagii confeſſio. *d* Aug. 2. contra duas Epiſt. Pel. c. 3. & 4. *e* Vide Baron. A. 418. Pr. ſp. in vita Aug. *De Milevitano Synodo vulgatus error.* *f* Cæleſt. in Epiſt. ad Epiſc. Gall. *Julianus Pelagianus.*

(2) *Pelagiani* dogmatis appendix quædam fuit *ſemi-Pelagianorum* factio; qui initium a nobis eſſe ſalutis aſſeverabant, ac de Prædeſtinatione aliter atque *Auguſtinus* ſentiebant. *g* Quam in *Galliis* occulte graſſantem paucis ante obitum annis oppugnare inſtituit *Auguſtinus*, ac poſt eum *Proſper Aquitanicus*.

Semipelagiani. *g* Aug. 1 de Præd. Sanct.

h Mortuo *Zoſimo* Papa 7. Cal. *Jan.* anni 418. creatus eſt *Bonifacius*; & ſub idem tempus a ſchiſmaticis *Eulalius*, cui Præfectus Urbis *Symmachus* favebat. Sed ille paullo poſt cauſſa cecidit anno *Chriſti* 419. Poſt *Bonifacium* anno 423. *Romanæ* præfuit Eccleſiæ *Cæleſtinus*: cujus anno labente 6. *Chriſti* 428. *i* *Neſtorius Antiochenus* in locum *Siſinnii Conſtantinopolitanus* ordinatus Epiſcopus, qui ſubinde novam vulgavit hæreſim, *Chriſtum* aſſerens perſona conſtare duplici, ac *B. Mariam* haud eſſe Dei matrem adſtruens, ſed hominis tantummodo *Chriſti*. Ad hoc reſtinguendum incendium præ ceteris accurrit *Alexandrinæ* Antiſtes Eccleſiæ *Cyrillus*; qui ex anno *k* 412. avunculo ſuo *Theophilo* ſuffectus erat: *Cæleſtini* maxime litteris incitatus, quibus ipſum in *Neſtorii* cauſſam inquirere, ac denos illi ad reſipiſcendum dies præfinire juſſit: quod anno 430. fruſtra tentatum eſt a *Cyrillo*.

h Cod. Vat. apud Baron. ad ann. 419. *Neſtorius* *i* Marcel. Chron. *k* Socr. 7. c. 7.

l Quocirca anno *Chriſti* 431. *Epheſi* congregata Synodus eſt, ad quam *Cæleſtini* Papæ legati profecti ſunt *Arcadius* & *Projectus* Epiſcopi, & *Philippus* Presbyter. Epiſcopi porro ſupra ducentos interfuerunt: atque ad prohibendos tumultus, Comites ab Imperatore *Theodoſio* ſunt appoſiti, *Candidianus*, & *Irenæus*, *Neſtoriana* labe contacti. Orientales autem, qui cum *Joanne Antiocheno* vocati erant, tardius adfuerunt, utpote ad damnandum popularem ſuum ingratiis adducti. Itaque cum ex a. d. 10. Cal. *Jul.* inchoata Synodus eſſet, ac ter citatus *Neſtorius* e ſede ſua depoſitus; quinto inde die *Joannes* cum ſuis advenit, quos inter *Theodoretus Cyri* Epiſcopus eminebat; qui ſtatim, tumultuario coacto Conciliabulo, legitimæ acta Synodi reſciderunt, ac *Cyrillum* & *Memnonem Epheſi* Epiſcopum damnarunt. Comites, interceptis Catholicorum litteris omnibus, Imperatorem contra ipſos calumniæ plenis epiſtolis inflammarunt; adeo ut *Cyrillus* ipſe in carcerem conjectus fuerit. Tandem per fidum hominem, qui mendici habitu *Conſtantinopolim* profectus incluſas arundine litteras Catholicorum detulit, certior fit de omnibus Imperator; & Monachis annitentibus, atque allaborante *Pulcheria*, Synodi acta Imperatoris auctoritate comprobata ſunt; ejectoque *Neſtorio*, *Maximianus* ei ſubrogatus eſt. *m* Eadem porro *Pulcheria* in honorem ſanctiſſimæ Dei genitricis baſilicam condidit in *Blachernis* ad mare, quæ *Græcorum* deinde religione celebris fuit.

l Acta Epheſ. Syn. & Epiſt. Cæleſt. Proſper. Socr. l. 7. c. 34. Evag. l. 1. Marcell. Theoph. Zonar. Cedren. A. 408. Chriſti ad 450. *Epheſina Synodus.* *m* Nicep. 4 c. 2.

Finita Synodo, *n* in qua *Pelagianam* quoque damnatam hæreſim auctor eſt *Proſper*, *Joannem* inter & *Cyrillum*, & utrique contributos Epiſcopos, aliquamdiu ſimultates manſere; quæ *Theodoſii* ſtudio, & magni illius interventu *o* *Symeonis Stylitæ* compoſitæ ſunt. *p* *Neſtorius* primum in priſtinum ſuum Monaſterium *S. Euprepii*, quod erat *Antiochiæ*, relegatus. Inde, quod multos contagione ſui erroris afflaret, in *Oaſin* amandatus eſt anno 436. ubi poſtmodum, verminante lingua, miſerabilem vitæ ſortitus eſt exitum. Libri ejus *Theodoſii* edicto flammis addicti ſunt.

n Proſp. con. Collat. *o* Vita Sym. apud Sur. Jan. *p* Acta Eph. & Evag. 1. c. 7. *Neſtorii miſerabilis exitus.*

q *Neſtorianæ* porro hæreſi præluſit *Leporius* quidam *Gallicanus* Monachus; qui ab *Auguſtino* dedoctus, oblato libello erroris ſui veniam petiit; quod anno circiter 420. factum eſt. *r* Quo etiam anno novæ in *Chriſtianos* turbo perſecutionis infeſtam habuit *Perſidem*, *Iſdegerde*, an ejus filio *Varane* regnantibus. Id enim ambigue proditur. *ſ* Sed & *Africana* Eccleſia ſub *Vandalorum* tyrannide gravia perpeſſa eſt *Geiſerico* Rege; qui inter alios *Sebaſtianum* Comitem *Bonifacii* generum, qui ad ipſum confugerat, ſumma perfidia necavit.

Leporius. *q* Facundus l. 1. & exſtat libellus Leporii Caſ. 1. de Incar. c. 4 *r* Socr. 7. c. 18. Theod. 5. c. 39. Marcell. *ſ* Proſp. Victor. Utic. 1.

CAPUT XVI.

Inſignes ætate illa viri, ac feminæ.

MUltum iis temporibus non vita ſolum, ſed etiam obitu ſuo ſplendoris contulerunt Eccleſiæ duo ſidera, *Hieronymus*, & *Auguſtinus*. Horum prior exceſſit anno 420. pridie Cal. *Octobris*, natus annos, ut ait *t* *Proſper*, 91. at *u* *Annales Baronii* nonniſi 78. vel 79. adſcribunt.

x *Auguſtinus* anno 430. obiit 5. Cal. *Septembris*, ætatis 76. Epiſcopatus 36. poſt converſionem 43. quo tempore *Vandali Hipponem* tertium jam menſem obſidebant, ut ait *y* *Poſſidius*. Natus eſt anno 354. Idibus *Novembris*, ut in libro *de Vita beata*, & primo *de Ordine* teſtatur ipſe. Converſus eſt ad *Chriſtum* anno 387. circa *z* vindemiales ferias; & ſequenti anno circa Paſcha baptizatus eſt, neque biennio Catechumenus fuit, ut quidam opinati ſunt. Ita anno

t Proſp. Chron. *u* Baron. ad ann. 372. *x* Proſp. *y* Poſſid. in Vita S. Auguſt. *z* Aug. 9. Conf. c. 2. & ſeq.

(1) Hanc Synodum non fuiſſe Milevitanam, ſed Carthaginienſem oſtendit Janſenius in Hiſtoria Pelagiana & Cardinalis Norіſius.

(2) Semipelagianorum hæreſis initium habuit a Caſſiano qui poſt S. Chryſoſtomi mortem, id eſt poſt ann. 407. in provinciam redierat. Hic anno 426. ut oſtendit Norіſius edidit 13. collationem, in qua virus Semipelagianum propinat. Anno 428 Proſper & Hilarius ad Auguſtinum ſcribunt ut enodaret ipſe quæſtiones a Maſſilienſibus propoſitas, ad quos direxit Auguſtinus duplicem librum de Prædeſtinatione S. S. & de Dono perſeverantiæ anno 431. Cæleſtinus ſcripſit ad Epiſcopos Galliæ celeberrimam Epiſtolam qua Maſſilienſium querelas compeſceret. Huic adjecta ſunt capitula quæ Leoni Magno tribuit Quenellus.

A. 408. Chriſti ad 450.

no ætatis 34. inchoato Baptiſmum ſuſcepit. Hic adverſus hæreſes ac ſectas omnes, quæ tum in *Africa* percrebuerant, acerrimum bellum ac perpetuum habuit; præſertim *Manichæorum*, *Pelagianorum* & *Donatiſtarum*. a Contra hos vero memorabilis facta Collatio eſt anno 411. coram *Marcellino* Tribuno viro religioſiſſimo, quem ad pacificandam Eccleſiam *Honorius* in *Africam* miſerat: cujus pars magna fuit *Auguſtinus*. Secundum hanc b variis edictis *Donatiſtarum* ab Imperatore fracta contumacia eſt. c Quin etiam *Jovinianum* Hæreticum *Honorius* idem anno 412. in *Boam* inſulam relegavit.

a Collat. Carth.
b L. 51. 54. 55. Cod. Theod. de Hær.
c Ibid. l. 53. de Hæret.

Claruit inter illuſtres ſanctitate doctrinaque Præſules d *Paullinus*, patria *Aquitanus*, qui paupertati *Chriſtianæ* poſthabitis opibus ac nobilitate generis, *Nolanus* deinde factus eſt Epiſcopus: qua in dignitate memorandum ſæculis omnibus caritatis ac ſui deſpicientiæ ſpecimen edidit, dum ſe, [1] ut captivum viduæ cujuſdam filium redimeret, *Vandalis* in ſervitutem dedit. Hic *Ambroſii*, *Auguſtini*, *Hieronymi*, *Martini* aliorumque laudibus & amicitia celebratus obiit 10. Cal. *Jul.* annn 431.

d Greg. Papa 3. Dial. c. 1. Sur. 22. Junii.
S. Paullinus.

e *S. Leo* Papa *Romanum* Pontificatum, quem anno 440. adeptus eſt, eruditione, pietate, ac rebus geſtis mirifice decoravit. f *Hilarius* quoque *Arelatenſis* Antiſtes claruit; quem *S. Leo*, quod in alienam diœceſim graſſari videretur, ſeverius caſtigavit. g Atque hic annum 449. exceſſiſſe non videtur; h ſiquidem eo ipſo *S. Leo* 7. Cal. *Septembris* datis ad Epiſcopos *Provinciæ* litteris, *Ravennium Hilarii* ſucceſſorem ſententia ſua confirmavit: quem etiam *Hilarium ſanctæ memoriæ* nominat. Ceterum diverſus ab hoc *Hilarius* ille fuit, qui cum *Proſpero* ſuper *Pelagianorum* reliquiis ſcripſit ad *Auguſtinum*. Is enim Laicum ſe fuiſſe ſignificat. Unde *Arelatenſis* vocabulum in illas epiſtolas irrepſiſſe videtur.

S. Leo.
e Marcel. Chron.
S. Hilarius Arelat.
f Vita S. Hilarii apud Sur. Maii 5.
g Novella Valent. l. 7. Tit. 24. de Epiſc. ord.
h Tom. 1. Con. Gall.

Ravennæ quoque floruit *S. Petrus* ab eloquentia nominatus *Chryſologus*; i qui ab *Sixto* Papa *S. Apollinaris* admonitu urbi illi datus eſt Epiſcopus ſub annum 433.

i Rubeus in Hiſt. Raven.

k *Oroſius Hiſpanici* generis Presbyter ſcribenda hiſtoria claruit, quam *Auguſtinus* hortatu ſuſcepit; & ab eodem miſſus in Orientem, *Sancti Stephani* reliquias inde ſub annum 416. in *Africam* attulit. l Quas quidem reliquias *Lucianus* Presbyter ſuperiore anno divinitus oſtenſas e latebris eruerat.

Oroſius.
k Marcel.
l Epiſt. Luciani apud Sur. 3. Aug.

m *Vincentius Lirinenſis* anno 434. aureolum edidit libellum adverſus hæreſes, nempe tertio anno poſt *Epheſinam* Synodum, ut ipſe teſtatur. *Caſſianus* item genere *Scytha* [2] *S. Joannis Chryſoſtomi* diſcipulus, *Maſſiliæ* poſtea Monaſterium condidit: quem in *Semi-Pelagianorum* incumbentem hæreſim (quæ multorum tunc in *Galliis* occuparat animos *S. Proſper Aquitanus* vir ætate illa doctus, & diſertus, libro contra Collatorem edito confutavit. [3]

Vincentius Lirinenſis.
m Vinc. Lirin. Commo.
Caſſianus.

Sanctitatis præterea maxime laudem adepti ſunt in Occidente, n *Palladius*, qui ſub annum 429. a *Celeſtino* Pontifice ad *Scotos* primus Epiſcopus mittitur.

n Proſp. Chron. & contr. Collat.

o Tum *Germanus Antiſſiodorenſis* Epiſcopus vir ſanctiſſimus: quem *Proſper* in *Chron.* memorat, agente *Palladio Scotorum* Epiſcopo, a *Celeſtino* miſſum in *Britanniam*, ut *Pelagianam* hæreſim exſtingueret, *Florentio* & *Dionyſio* Coſſ. id eſt anno, 429. p At *Beda*, *Sigebertus*, aliique priorem iſtam cum *S. Lupo Trecenſis S. Germani* profectinnem imputant anno 446. atque ex *Gallicana* quadam Synodo miſſum eſſe, idem *Beda* teſtatur. Secundam vero, quam cum *Severo Trevirenſi* Epiſcopo *S. Lupi* diſcipulo ſuſcepit, paullo poſt acidiſſe *Beda* narrat, hoc eſt, ut *Sigebertus* ait, ann. 449.

Beda. 5. Hiſt. Aug. c. 13.
S. Germanus Antiſſiod.
o Conſt. in ejus Vita Proſp. Scalig. edit.
p Beda l. 1. c. 17.
Petavii Rationar. Temp.

A. 450. Chriſti ad 491.

q Per id tempus *Lutetiæ Pariſiorum* admirabili virtutum omnium luce radiabat *S. Genovefa*, *Nemetodoro* pago quodam ejuſdem civitatis oriunda; quam *S. Germanus* in priori profectione illac forte tranſiens divinitus agnovit, ac deinceps ſumma veneratione coluit.

S. Genovefa.
q Vita S. Genovef. 3. Jan. apud Sur.

Orientalem Eccleſiam illuminavit *Alexandrinus* Epiſcopus *Cyrillus*, qui avunculo ſuo *Theophilo* anno 412. ſucceſſit, ut jam diximus; ac multis pro Catholica; fide ſanctiſſimæque Virginis dignitate tuenda functus laboribus, exceſſit ann. 444. *Junii* 9. quod & ex ejus Paſchalibus colligitur.

S. Cyrillus.

r *Syneſius Cyrenenſis*, ex Gentili Philoſopho *Chriſtianus*, & ejuſdem urbis Epiſcopus, circa annum 410. a *Theophilo* factus, quamdiu ibi ſederit haud compertum eſt.

r Syn. Ep. 66. & Notæ ad eamd.

ſ *Theodoretus Cyri* Epiſcopus in *Syria* ſub annum 423. præeſſe cœpit Eccleſiæ illi, ac doctrina & eloquentia præſtitit.

ſ Vide Baron. ad A. 423.

t Vivebat tunc *Stylites* ille *Simeon*; a columna ita dictus, in qua dies noctesque ſtans, Angelis quam hominibus, propiorem in mortali corpore vitam inſtituit.

t Vita ejus apud Sur. 5. Jan.

u Claruit & virginitatis ac ſanctimoniæ titulis *Euſtochium S. Paulla* filia, quæ matri ſuperſtes annis 15. mortua eſt anno 419.

u Hieron. Ep. 79.

Doctrina vero celebres exſtitere feminæ duæ; x *Eudocia Theodoſii* junioris uxor, & *Hypatia Theonis* Philoſophi ac Mathematici filia, quam *Syneſius* ſummo habuit in pretio, ac magiſtram ſuam ſæpe nominat. y Ea vero ab *Alexandrinis* anno 415. in populari ſeditione laniata eſt, quod *Oreſtem* Præfectum ab *Cyrilli* amicitia putaretur abducere.

x Niceph. l. 14. c. 23.
y Socr. l. 7. c. 13. 10.

CAPUT XVII.

De Marciann, Leone, Zenone, Anaſtaſio, & *iis*, *quæ in Orientali Imperio ſub illis acciderunt: ubi de* Aſpare, Ardaburio, & Baſiliſco *Tyrannis*.

A. 450. *Chriſti* ad 491.

M*Arcianus* humili loco natus in *Illyrico*, ſed militia clarus z ex Tribuno Imperator a *Pulcheria* factus eſt; cui & ipſa convenit in manum, ea tamen lege, ut virgini ſibi liceret eſſe; a quod annn *Chriſti* 450. contigit. Ab utroque ſumma concordia geſta eſt Reſpublica, cum juſtitiæ ac pietatis Catholicæ tuendæ par in ambobus ineſset ſtudium. Sed *Marciano*, quamvis ætate jam provecto, prior obiit *Pulcheria*, poſt egregiam Eccleſiæ navatam operam, b anno 453. *Septembris* 10. qua die Eccleſiaſticis tabulis conſecrata legitur. *Marcianus* quinto poſt anno moritur, nempe 457. *Chriſti*, c exeunte *Januario*, cum annis 6. ac totidem menſibus imperaſset.

Marcianus.
z Theod. Lect.
a Marcel. Chron. Alexand. Theoph. Miſcell. Evag. 2. c. 1. Zon. Cedr.
b Marcel. Chron. Alexand. Theoph.

Marcianum excipit *Leo* genere *Thrax*, d opera promotus *Aſparis*; cujus filii erant *Ardaburius*, *Patricius*, *Hermenaricus*: e quibus *Patricium* ſe facturum *Cæſarem Leo* ſpoponderat. Quod cum diu diſtuliſset, e anno demum imperii 12. *Chriſti* 468. perfecit, deſponſa eidem *Ariadna* filia; *Ardaburem* vero Patricium creavit. f Hac fraude deceptum *Aſparem* cum

Martyr. Rom.
c Theod. Lect. 2. Collect.
Leo Imp.
d Candidus apud Phot. 79.
e Cedrenus. Niceph. 15. c. 27.
f Marcel. Evag. 2. c. 15. Theoph. Jornand.

(1) A multis eruditis hæc ſpontanea captivitas ſancti Paullini ut pia fabula rejicitur. Hæc tamen ex veteribus ſolis nota Gregorio Magno ut fidem facit Atto Vercellenſis decimi ſæculi Scriptor 8. tom. ſpicileg. pag. 126. Vide inſuper Paullinum illuſtratum & novam Paullini editionem cui lubens addes Præfationem quam præfixit Peraltius ſuo Paullino.

(2) Caſſianus non fuit natione Scytha ut exiſtimarunt eruditi, ſed in Provincia fortaſſe Maſſiliis ortus, pluribus enim in locis loquitur de Provincia velut ipſius originis loco. Caſſianum ex Provincia Galliarum eſſe fuſe probavit Noriſius Hiſt. Pelag. l. 2. c. 1. poſt Holſtenium.

(3) S. Proſper Caſſianum confutavit ann. 433. ut oſtendit Noriſius.

Ardaburio ſpadonum gladiis obtruncat. *Patricius* præter ſpem, vulneribus acceptis, evaſit incolumis. *Hermenaricus*, qui tunc aberat, in *Iſauriam* fugit; & *Zenone* imperante *Conſtantinopolim* reverſus, ſpuriam illius filiam duxit, ait *Theophanes*. *a* *Leo* in *Taraſicodiſſam Iſaurum*, quem prius ſibi conciliarat, *Zenonem* nominatum, affinitatem tranſtulit, eique *Ariadnam* filiam & Orientis præfecturam tradidit.

a Candid. apud Photium.

Erat *Verinæ Auguſtæ Leonis* conjugis frater *Baſiliſcus*, homo perfidus, & hæreticus; qui ingenti claſſi, quam contra *Vandalos* pararat, a *Leone* præfectus anno 468. rem prodidit; ſive a *Genſerico* pretio corruptus; *b* ſive hujus perfidiæ mercedem *Romanum* ab *Aſpare* & *Ardaburio* pactus imperium. Qui *Conſtantinopolim* reverſus, ad Eccleſiam confugit, ac *Verinæ* ſororis precibus donatus ab Imperatore, *Perinthum* relegatus eſt; nec multo poſt reſtitutus in integrum, *Oſtryn Aſparis* protectorem, & *Theodericum Triarii* filium, cujus *Aſpar* ſororem duxerat, ab *Conſtantinopolis* obſidione, una cum *Zenone* depulit *c* anno 472.

b Theod. Lect. Procop. de bello Vand. Niceph. 15. c. 17.

c Theoph. Marcell.

Moritur *Leo*, exactis imperii annis 17. menſibus 6. *d* *Januario* menſe, cum *Leonem* Juniorem *Zenone* natum & *Ariadna Cæſarem* renuntiaſſet. Qui *Februario* deinde menſe *Zenonem* patrem manu ſua coronavit, *Auguſtumque* conſtituit; & cum eo menſibus tranſactis 10. mortuus eſt anno illo ipſo, quo deceſſerat avus ejus *Leo*, 474. *Victor Tunnenſis Zenonem* ait filium ſuum *Leonem* occidere voluiſſe, & ab *Ariadna* pro eo ſubſtitutum alium; *Leonem* vero in Clericum attonſum latuiſſe, & uſque ad *Juſtiniani* tempora vixiſſe. Quod fabulæ ſimilius eſt, quam hiſtoriæ.

d Theoph. Theodor. Lect. Evagr. 3. cap. 17. Chron. Alex. Zonar. Cedr.

Zeno.

e *Zeno* itaque ſolus deinceps imperavit: in *Iſauria* natus, non minus corpore quam animo fœdus, ait *Zonaras*, & a Catholico alienus dogmate. *f* Qui ſub exordium regni, *Verinæ* ſocrus & hujus fratris *Baſiliſci* oppreſſus inſidiis, in *Iſauriam* profugit cum *Ariadna*; *g* quæ conjugalem fidem matris atque aulæ blanditiis antiquiorem habuit. *Baſiliſcus* cum uxore *Zenonide* Imperator acclamatus eſt, nihilo *Zenone* commodior Princeps, & ab uxore in *Eutychianam* inductus hæreſim.

e Evagr. 3.

f Marcel. Evagr. Theod. Lect.

g Chron. Alex.

h Scribit *Candidus Verinam Patricii* magiſtri amoribus irretitam, ut ei in dotem imperii nuberet, generum excluſiſſe, ſed contra illius ſpem *Baſiliſco* ſummam rerum eſſe delatam. Pulſus eſt *Zeno* anno 476. *Baſiliſco* & *Armato* Coſs. *i* quod ex epiſtola Papæ *Simplicii* colligitur his data Coſs. 4. Id. *Januar.* qua *Zenonem*, ut pro Imperatore quædam ageret, hortatur. At *Marcellinus* & *Victor Tunnenſis* pulſum *Zenonem* memorant ipſo ſolo Conſule anno 475. & reſtitutum ſequenti *Baſiliſco* & *Armato* Coſs. quos *Simplicii* epiſtolæ revincunt; non quarta ſolum, ſed & ſeptima data poſt Conſulatum *Baſiliſci* & *Armati*, 8. Eid. *Octobris*, qui eſt annus 477. in qua de recuperato imperio *Zenoni* gratulatur. *k* Sed dum *Baſiliſcus* male parto imperio per tyrannidem abutitur, & inſtigante uxore, peſſimos hæreticos *Timotheum Ælurum* & *Petrum Fullonem* in eas ſedes, unde erant ejecti, reſtituit *Acacio Conſtantinopolitano* Epiſcopo, ſubdolo hæretico, ac *Daniele Stylita* fortiter obſiſtentibus, *l* ac *Verina*, mutato generi in favorem animo, clam id agente, *Zeno* anno 477. recuperavit imperium, poſt 20. menſes, quam ejectus erat, ut auctor eſt *Victor Tunnenſis*, & corrupto *Baſiliſci* conſobrino *Armato* Magiſtro militum, qui *Zenonidi* hujus uxori per conſuetudinem ſtupri conciliatus omnia poterat, *m* *Baſiliſcum* ab Eccleſia detractum *Limnis* incluſit *Cappadociæ* caſtello; ibique cum uxore *Zenonide* mori fame coegit. *n* Auctor eſt *Malchus Baſiliſcum* cum uxore ac liberis gladio ſubjectum: *Armatus* paullo poſt pro militari præfectura, quam ei *Zeno* promiſerat, ejuſdem juſſu interfectus eſt. Ejus filius a *Zenone* ex pacto *Cæſar* appellatus, *o* in Clerum adſcriptus eſt, & *Cyzicenus* poſtea factus Epiſcopus, ei Eccleſiæ cum laude præfuit.

h Apud Phot. 79.

i Simpl. Ep. 4.

k Evagr. 3. c. 8. Theod. Lect. Marcell. Theoph. Zonar. Cedr.

l Candidus.

m Procop. 1. Vand.

n Apud Photium. cod. 78.

o Theoph.

Poſt hæc novi contra *Zenonem* motus exſtitere. *p* Primum *Marcianus Anthemii* filius, ejus qui Occidentis Imperator fuerat, *Leontiam Verinæ* filiam & *Ariadnæ* ſororem habens in matrimonio, imperium uxoris jure ſibi arrogabat; quod ea *Leone* jam imperium obtinente nata erat, non, ut *Ariadna*, privato. Rem itaque graviter aggreſſus, pulſo *Zenone*, ad extremum partam victoriam luxu & inertia corrupit. Mox ergo *Illi Patricii*, genere *Iſauri*, fraude ſuperatus, ab *Acacio* Patriarcha Presbyter conſecratur *q* anno 479.

p Evagr. 3. c. 26.

q Theoph.

Sequente dehinc anno in *Zenonem* altera tempeſtas incubuit. Hic *Verinam* ſocrum, *Illi* conſilio in caſtellum quoddam relegavit, cum *Marciano* & *Leontia* filia; ac mox *Illum* ipſum, inſtigante *Ariadna*, *r* per *Alanum* quemdam tentavit occidere. Sed amputata tantum auricula, evaſit *Illus*; quem ut leniret *Zeno*, Ducem Orientis cum ſumma poteſtate conſtituit. *ſ* At is injuriæ memor, anno 482. *Verinam Auguſtam* e *Papyrio* caſtello *Iſauriæ* liberatam impulit, ut apud *Tarſum Ciliciæ* oppidum *Leontium Patricium* crearet *Auguſtum*.

r Candid.

ſ Evag. & Theoph.

Biennio poſt mortua *Verina*, anno ſcilicet 484. ab *Joanne Scytha Zenonis* duce victi ſunt *Leontius* & *Illus*, ac ſe caſtello *Papyrio* clauſerunt; quo poſt annos quattuor expugnato, ambobus præſecta ſunt capita & *Conſtantinopolim* allata anno 488.

Adverſus tot Dei beneficia ingratus Imperator ad hæreticam impietatem crudelitatem addidit; & cum a *Mariano* Comite futurorum præſcio didiciſſet, imperii & conjugii ſucceſſorem ſibi quemdam e *Silentiariorum* fore Schola, innocentes aliquot affecit nece; in primis vero *Pelagium*, virum bonis artibus ac virtutibus eximie præditum; qui ab Schola *Silentiariorum* ad Patriciam dignitatem pervenerat. Id anno 490. contigit. Proximo ab eo, *Zeno* epilepſia correptus, quam e crapula contraxerat, identidem *Pelagii* nomen appellans, exceſſit e vita, ut ſcribit *Evagrius*. Alii vivum adhuc infoſſum eſſe narrant, & ab *Ariadna*, cum expergefacti vox eſſet audita, vetitum extrahi, ibidem miſerabiliter exſtinctum: ita *Pelagii* preces ulciſcente Deo, quem ille teſtem ac vindicem innocentiæ ſuæ moriturus appellaverat.

CAPUT XVIII.

De Valentiniano III. Maximo *Tyranno*, Avito, Majoriano, Anthemio, Olybrio, Glycerio, Nepote, Auguſtulo *Occidentis Imperatoribus*. *Item de iis, quæ in Occidentali Imperio contigerunt, ab anno* 450. *ad* 491. *De* Attila, Odovacre, Theodorico.

VAlentiniano III. adhuc ſuperſtite, *Attila*, qui *t* anno 444. occiſo fratre *Bleda*, *Hunnis* regnare cœperat, ſexto poſt anno, qui fuit *Chriſti* 450. in *Gallias* contendit; quas per id tempus obtinebant *Gothi*, quos *Viſigothos* nominant, *Franci*, *Burgundiones*, *Alani*, aliique Barbari; partem earum *Romani* ægre tuebantur *Aetio* duce, qui Occidentis Imperium, ne funditus periret, unus illa tempeſtate ſuſtinuit. *Gothis* regnabat *Theodoricus*; *u* cujus filiam *Geiſericus Hunerico* filio nuptam, ob veneni ſuſpicionem truncis naribus & auribus dehoneſtatam, ad patrem remiſerat. Ab hoc ſibi metuens *Vandalus Attilam* in eum magnis concitavit muneribus.

t Proſp.

u Jornand. de rebus Got. cap. 36.

x Qui ad *Aurelianam* adduxit exercitum. Hanc enim urbem *Sangibanus* Rex *Alanorum* ſe illi traditurum ſpoponderat; qua re cognita, cives ab ejus ſe inſidiis tutati ſunt. Erat in ea urbe tum *y* S. *Anianus* Epiſcopus ſanctitatis & doctrinæ claritate celebris

x Jorn. de rebus Got. c. 36.

y Gregor. Turon. 2. c. 7. Sidon. l. 8. epiſt. 25.

A. 450. Chriſti ad 491.

lebris; qui & ad famam adventantis *Attilæ*, *Arelatem* ad *Aetium*, implorandi auxilii cauſſa, iverat; & cum hujus, tum multo magis divinæ opis fiducia, trepidantes ſuorum confirmabat animos. Obſidenti igitur *Aurelianos Attilæ* ex improviſo ſupervenit *Aetius* cum fœderatis Regibus; quem ille fugiens in *Belgicam* conceſſit. [a] Ibi anno 451. magno commiſſo prœlio fuſus eſt in campis *Catalaunicis*, qui & *Mauriaci* nominantur, ait *Jornandes*; quos centum *leugas*, ut *Galli* vocant, in longitudinem patere, latos eſſe ſeptuaginta, idem Auctor affirmat. *Leugam* porro paſſus habere mille & quingentos. [b] In eo prœlio, ait *Jornandes*, *Romanis* adfuere *Viſigothi*, *Franci*, *Sarmatæ*, *Burgundiones*, *Saxones*, aliique nationes. *Hunnis Gepidæ* & *Oſtrogothi*, Duce *Valamiro*. [c] *Sidonius* tamen *Francos* & *Burgundiones* in *Attilæ* fuiſſe caſtris aſſerit; quod de amborum parte aliqua poteſt intelligi. *Theodoricus Viſigothorum* Rex occubuit; ac cæſa ab utriſque partibus, ut ait *Jornandes*, 170000. *Idatius* 300000. Satis conſtat debellari cum *Hunnis* potuiſſe, niſi veritus eſſet *Aetius*, ne his funditus exſtinctis, *Gothi* in *Galliis* ſuſtineri non poſſent. [d] Itaque *Thoriſmundo Theodorici* filio, per ſpeciem adeundi paterni regni, in *Narbonenſem* redire perſuaſit: [e] qui anno vertente a fratribus *Theoderico* & *Friderico* jugulatus eſt.

[f] *Attila* præter ſpem ereptus, in *Italiam* infudit exercitum; ubi *Aquilejam* obſidione captam ſolo æquavit. Inde *Mediolano*, *Ticino*, aliiſque vaſtatis oppidis, *Romam* petens, *S. Leonis*, qui ad *Mincium* ei amnem occurrit, legatione commotus, abſceſſit in patriam anno 452. Unde rurſus in *Gallias* contra *Alanos*, qui trans *Ligerim* conſederant, profectus, a *Thoriſmundo* itidem, ut in campis *Catalaunicis*, fugatus eſt, ut ait *Jornandes*. [g] Anno vero 454. cum puellam duxiſſet, hauſto largius mero, vomitu ſanguinis exſtinctus eſt.

[h] Ferunt Venetiarum civitatem ex illa Barbarorum incurſione originem accepiſſe *Italis* pleriſque, maximeque *Patavinis*, ex urbium ſuarum incendiis & ruinis ad æſtuaria receptum habentibus.

[i] At *Valentinianus Placidiæ* matris obitu, quæ anno 451. deceſſit laxatis licentiæ frenis, imperio per libidinem & crudelitatem abutitur & cum *Maximi* Senatoris uxori ſtuprum obtuliſſet, illius callido conſilio ſuſpectum ſibi redditum *Aetium* obtruncat in palatio anno 454. & ſequenti, ejuſdem dolo *Maximi* per *Aetii* ſatellites in campo *Martio* confoditur [k] 16. Calend. *Aprilis*, natus annos 36. imperii 31. [l] *Maximus Eudoxiæ Valentiniani* conjugis potitus nuptiis, cum ſe ejus amore faſſus eſſet in *Valentiniani* conſpiraſſe mortem; id indigne illa ferens *Genſericum* in *Italiam* evocavit ex *Africa*: cujus adventu territus *Maximus*, in fuga [m] pridie Eidus *Junias* laniatus a ſuis, & in *Tiberim* projectus eſt, vix altero Imperii menſe confecto. [n] *Genſericus* Urbe capta, *S. Leonis* Papæ oratione mitigatus, incendio ac cædibus abſtinuit. Direptis tamen [o] per dies 14. ſacris ac profanis opibus omnibus, [p] *Eudoxiam Auguſtam*, ejuſque filias ambas, *Eudociam*, & *Placidiam*, in *Africam* abduxit; atque illam *Hunerico* filio copulavit; hanc quod *Olybrio* jam erat nupta, ſervavit. *Eudoxiam* anno 462. *Conſtantinopolim* remiſſam auctor eſt *Idatius*. Ejus filia cum annis 16, cum *Hunerico* vixiſſet, & *Ildericum* peperiſſet, clam dilapſa in loca ſancta profugit anno 472. ut ſcribit *Theophanes*.

[q] Interim *Avitus Gallus* eodem anno 455. ſexto Eid. *Julias*, ut ait *Anonymus Cuſpiniani*, ab exercitu *Gallicano Toloſæ* renuntiatus Imperator pacem cum *Gothis* firmavit. Cujus hortatu *Theodoricus Hiſpanias* ingreſſus, *Suevos*, occiſo eorum Rege *Rechiario*, perdomuit anno 456. *Avitus* tertio, quam creatus

[a] Marcel. Idat. Chron. Alexand. Theoph. Paullus Diac. l. 15. [b] Jornand. [c] Carm. 7. 320. [d] Gregor. Tur. l. 2. c. 7 & alii et t. [e] Idat. Chron. [f] Jornan. Caſſiod. Chr. Paullus Diac. 15. [g] Priſcus apud Jornand. Marcell. Theoph. [h] Blond. Dec. 3. L. 1. Sabell. Ennead. 8. l. 1. Sig. de Imp. Ital. L. 13. *Venetiarum orig.* *Valentinianus occiſus.* [i] Marcel. Idat. Paullus Diac. 15. Jornand. de reg. ſucceſſ. Caſſiod. [k] Anonym. Cuſp. *Maximus.* [l] Procop. 1. Vand. [m] Anon. Cuſpin. De Maxim. Vide Sidon. l. 2. ep. 3. [n] Paullus Diac. l. 15. c. 5. [o] Anon. Cuſpin. [p] Theop. [q] Caſſiod. Marcell. Idat. Paull. Diac. l. 15. *Avitus.*

fuerat, deſtitutus a *Gothis*, imperio vitaque caruit, ut ſcribit *Idatius*. [r] *Paullus Diaconus* poſito imperio *Placentinum* eſſe factum Epiſcopum refert. Id anno accidit 457. quo & *Marcianus* in Oriente fato functus eſt. *Anonymus Cuſpiniani Avitum* 13. Cal. *Octobris* captum ait *Placentiæ* anno 456. quo *Joannes* & *Varannes* Coſs. fuere. Sane quidem *Evagrius* [s] non plures *Avito*, quam menſes decem ac dies octo tribuit. Sed ex *Anonymo* iſto menſes amplius 14. competent: atque interregnum menſium ſex, dierum 15. fuerit. Siquidem *Majorianum* anno 457. Cal. *Aprilis* levatum ait, cum pridie Cal. *Martias* Magiſter eſſet militum factus; quo etiam die *Ricimer* ex Magiſtro militum creatus eſt Patricius. Hoc modo verum eſſe poteſt quod ait *Idatius*, tertio anno, quam imperare cœpit, *Avitum* eſſe detractum, imputato videlicet illi interregni ſpatio. Igitur anno 457. *Leonis Auguſti*, qui *Marciano* ſucceſſit, volutante.

[t] *Majorianus Ravennæ* ſumpſit Imperium, ingentis animi Princeps: [u] qui recuperandæ cupidus *Africæ* bellum contra *Vandalos* aggreſſurus, legati ſpecie ad *Genſericum* profectus eſt. Sed a *Ricimere* Patricio, & utriuſque militiæ Magiſtro apud *Dertonam* comprehenſus, & abdicare coactus, interficitur anno 461. cum imperaſſet annos 4. menſes 4. quippe *Dagalaipho* & *Severino* Coſs. id eſt, anno 461. a *Ricimere* imperio eſt exutus quarto Non. *Auguſti*, & occiſus eſt Id. *Auguſti* ad *Hyram* fluvium.

Severum ex pacto deinde *Ricimer* Imperatorem conſtituit anno eodem 461. *Novembris* menſe, [x] 13. Calend. *Decembris*, quem & anno tyrannidis quarto veneno ſuſtulit, [y] 18. Calend. *Septembris*, *Chriſti* 465. Poſt interregnum unius anni ac menſium aliquot fuit. Tum anno 467. *Leonis* Imperatoris auctoritate in Occidentem miſſus eſt Imperator...

[z] *Anthemius Patricius*, *Anthemii*, qui ſub *Theodoſio* Juniore principem in Republica locum obtinuerat, nepos, patre *Procopio*. [a] Is *Romæ* Imperator appellatus eſt pridie Eid. *Apriles*. Ita porro *Leonem* inter & *Ricimerem* convenerat, *Græcus* ut *Romam* mitteretur *Auguſtus*, cujus filia *Ricimeri* nuberet. Sic Barbarus iſte *Anthemii* gener factus ſolita perfidia ſocerum [b] bello civili prius appetitum, *Romæ* peremit [c] 5. Eid. *Julii*, anno 472. cum imperaſſet annos 5. ac præterea menſes aliquot.

[d] *Anthemio* ſuffectus eſt *Olybrius* a *Ricimere*; [e] qui poſt dies 40. ab *Anthemii* nece mortuus eſt 13. Calend. *Septembris*, nec diu ſuperſtitem habuit *Olybrium*. Eo quippe [f] eodem anno, 10. Calend. *Novembris* vita functo, ſeptimo poſtquam creatus erat menſe, *Gundibalo* hortante, quem *Olybrius Patricium* fecerat, ut ſcribit *Caſſiodorus*, *Glycerius Ravennæ* cepit imperium anno 473. [g] tertio Non. *Martii*, quo ſupra annum menſibus fere 4. adminiſtrato...

[h] *Julius* Nepos anno 474. in illius ſucceſſit locum; [i] 8. Calend. *Julii*, qui *Glycerium* in *Portu Romano* ex *Auguſto* fieri paſſus eſt Epiſcopum. [k] *Jornandes* vero *Salonis* creatum ait Epiſcopum. At *Marcellinus* anno 475. *Glycerium* cepiſſe ſcribit. *Salonas* igitur ab *Oreſte* fugatus eſt [l] 5. Calend. *Septembris* & poſt annos 5. [m] haud procul inde ſua in villa eſt occiſus anno 480. ſeptimo eid. *Majas*, ut apud *Cuſpinianum* teſtis eſt *Anonymus*.

[n] *Momyllus*, qui & *Auguſtulus*, ab *Oreſte* patre [o] pridie Calend. *Novembris* ſubſtitutus eſt, *Romanorum* Imperatorum in Occidente poſtremus. [p] Nam *Odovacer Turcilingorum* Rex, cum *Sciris* & *Herulis* auxiliaribus *Italiam* occupavit [q] decimo Calend. *Septembris*, & 5. Calend. ejuſdem, *Oreſte* cæſo, ejuſque fratre *Paullo*, pridie Non. *Septembris Auguſtulum* relegavit in *Campaniam*. [r] Ita Imperium Occidentale deſitum eſt *Baſiliſco* & *Armato* Coſſ. Indictione 14. anno *Chriſti* 476.

A. 450. Chriſti ad 491. [r] Paullus 15. c. 5. [s] Lib. 2. c. 7. *Majorianus.* [t] Marcel. Idat. Paul. Diac. [u] Nov. Major. Tit 3. ad Sen. Procop. 1. Vand. Jornand. Caſſiod. Anon. Cuſpin. [x] Anon. Cuſp. Caſſiod. Idat. Marcell. &c. [y] Anon. Cuſpin. [z] Caſſiod. Marcell. Sidon. Paneg. Evag. 2. c. 18. [a] Anon. Cuſpin. *Anthemius.* [b] Id. [c] Marcel. Caſſiod. [d] Caſſiod. Marcell. Paul. Dia. 15. Jorn. de Reg. ſucc. [e] Anon. Cuſpin. [f] Id. [g] Anon. Cuſp. [h] Marcel. Caſſiod. [i] Anon. Cuſp. [k] de reb. Got. [l] Anon. Cuſp. [m] Marcel Jornand. [n] Caſſiod [o] Anon. Cuſp. [p] Jornand. de rebus Got. c. 46. Marcell. [q] Anon. Cuſp. [r] Marcel. Caſſiod. Anon. Cuſp.

A. 450. Chriſti ad 491.

a Caſſiod. Odovacer. b Caſſiod. Chron. c Anon. Cuſp. d Eugip. in Vit. S. Sev. e Marcel. Jornand. Procop. 1. Goth. Caſſiod. Chr. Anon. Cuſp. Paul. Diac. 15. f Anon. Cuſpin.

Odovacer regio nomine, *a* ſine ejus inſignibus, *Italiam* tenuit annis circiter 17. antequam *Oſtrogothi* *Theodorico* Rege in illam advenirent.

b Ab eo *Rugorum* Rex *Phelotheus*, ſive *Phœba*, devictus eſt, & cum *Giſa* uxore peſſima captus anno 487. *c* *Novembris* 18. quam ei cladem *S. Severinus* *d* *Noricorum* Apoſtolus prædixerat. *Fredericus Phelethei* filius *Theoderici* opera recuperato regno, ab *Odovacre* pulſus eſt, tota in *Italiam* gente translata.

Anno vero 489. *e* *Theodoricus* rex *Gothorum*, *Zenonis* hortatu, *Italiam* adiens *Odovacrem* gemino prælio ſuperatum ad *Iſontium* fluvium, & ad *Veronam*, ſequenti vero ad *Ducam* fluvium tertio victum, *Ravennam* coegit fugere Eid. *Jul.* ut ait *Anonymus Cuſpiniani*; ubi triennio illum obſedit, at poſtremo fraudulenta cum eo pactione facta *f* 3. Non. *Martis* ut *Italiam* communiter obtinerent, ad convivium adhibitum eumdem interfecit anno 493. quo initium habuit *Gothorum* in *Italia* regnum.

CAPUT XIX.

De rebus Eccleſiaſticis ab anno Chriſti 450. *ad* 491. *Ubi de* Chalcedonenſi *Synodo*, *deque Hæreticis* Petro Fullone, Cnapheo, Moggo, Acacio, *&* *de* Zenonis Henotico, *ac viris ſanctis*, *&* *eruditis*.

Eutychiane hæreſis & Chalcedonenſis Synodi ſeries. g Conc. Calc. Act. 1. Liberatus in Brev. Vict. Tunun. Marcell. h Niceph. Chron. *Epheſinæ Synodi latrocinium.*

QUarta Synodus Oecumenica, imperante *Marciano*, ac *Leone* ſummo Pontifice, celebratur anno *Chriſti* 451. in qua damnatus eſt *Eutyches*. Cujus ordinem brevi compendio pertexam.

Eutyches Conſtantinopolitanus Archimandrita novæ auctor hæreſis, quæ naturarum in *Chriſto* diſcrimen omne tollebat, *g* poſtulatus judicio ab *Euſebio Dorylei* Epiſcopo, damnatus eſt in Synodo *Conſtantinopoli*, ab *S. Flaviano* ejus urbis antiſtite anno 448. Sequenti anno opera *Chryſaphii* Eunuchi, qui *Flaviano* infenſus erat, apud *Epheſum* alia Synodus eſt habita, quam λῃστρικὴν hoc eſt *latrocinalem* nominant, cui *Dioſcorus Alexandrinus* præerat, is quî anno 444. *Cyrillo* ſucceſſit. In ea communioni reſtitutus eſt *Eutyches*, *Flavianus* depoſitus, *h* eique ſubrogatus *Anatolius* Presbyter, & Apocriſiarius *Dioſcori*. Sed & *Theodoretus* & *Domnus Antiochenus* in ordinem redacti; etſi hic Conciliabulo iſti ſubſcripſiſſe legitur, una cum *Juvenali Hieroſolymitano*. *Flavianus*, dum *Romanum* Pontificem appellat, in exſilium pulſus, ac pugnis & calcibus male multatus interiit. Legati *Romani* Pontificis vexati. Hanc Synodum *Leo* Papa condemnavit; cui viciſſim *Alexandriæ* auſu nefario *Dioſcorus* communionem abrogavit. Hæc omnia conivente *Theodoſio*, Principe alioquî religioſiſſimo, ſed a *Chryſaphio* illuſo, peracta ſunt, cum abeſſet *Pulcheria*, quæ ſpadonis iſtius & *Eudociæ Auguſtæ* calumniis anno 447. imperii adminiſtratione ceſſerat. Tandem agnito errore *Theodoſius* objurgatam acriter *Eudociam Hieroſolymam* miſit, ac *Pulcheriam* revocavit, anno 450. quo eodem anno mortuo, *Marcianus* cum *Pulcheria* conjuge imperium accepit. *i* Ea jubente occiſus eſt *Chryſaphius*.

Theodoſii mors. i Marcel. Chron. Alex. Conc. Chalc. Liberatus Evag. l. 1. c. 4. k Vict. Tun. *Chalcedonenſe Concilium.* l Leo Ep. 6. & ſeq. Gelaſ. Opuſc. 1. de Anath. Anaſt. ad Joan. Diac. in Collect. P. Sirm. *Timotheus Ælurus.* m Liberat.

k Anno porro 451. *Chalcedone* generalis eſt celebrata Synodus 630. Patrum; cui *Romani* Pontificis Legati interfuere, *Paſchaſinus Lilybetanus*, aliique tres; nec non *Dioſcorus* ipſe. Sed & *Marcianus* Imperator cum *Pulcheria*, & Magiſtratibus, ac Senatoribus, adfuere. Cœpta eſt 8. Eid. *Octobris*, & poſt 13. ſeſſiones abſoluta Cal. *Novembris*, quibus latrocinantium abrogata Synodo, damnatus eſt *Dioſcorus*, & *Eutyches*, ac *Flaviani* memoria cum honore reſtituta. *l* *Dioſcorus Gangram Paphlagoniæ* relegatus, ubi vitam finiit. *m* Ejus Concilii Canones 29. a *Leone* minime ſunt recepti. Pulſo *Dioſcoro*, & in ejus locum ordinato *Proterio*, *Alexandrini* amore Præſulis ſui ad ſeditionem verſi ſunt. Sed eos *Marcianus* facile compeſcuit. Poſt ejus mortem anno 457. iterum tumultuari cœperunt, turbantibus omnia Monachis hæreticis, quos *Timotheus Ælurus* ex Monacho Presbyter *Alexandrinus* *n* a *Proterio* una cum *Petro Moggo* Diacono damnatus, vafer, & impurus homo, in *Proterium* commoverat, *o* cum per illorum cellas circumcurſans, Angelum ſe eſſe mentiretur ad hoc miſſum, ut *Proterio* diſcedere ac *Timotheum* ejus loco juberet Epiſcopum facere. Nec tam ſtolidi commenti vana ſpes fuit. *Proterius* ipſo die Paraſceves ſanctæ in Baptiſterium fugiens, ab efferata plebe, *p* ſive ab militibus, quos *Timotheus* occupata jam ſede ſubmiſerat, obtruncatus eſt, anno *Chriſti* 457. duobus a *Marciani* obitu menſibus elapſis. Teſtis eſt *Victor Tunnuenſis* in *Chronico*, *Conſtantino* & *Ruffo* Coſſ. qui eſt annus 457. *Proterium* ſexta feria ultimæ jejuniorum hebdomadæ cæſum eſſe. Eo anno Paſcha pridie Cal. *Apriles* incidit. Ita Paraſceve 4. Cal. accidit: ex quibus *Victoris* locus caſtigandus eſt, qui vulgo mendoſus erat. Epiſcoporum *Ægypti* litteræ ad *Leonem* Imperatorem ipſo die Paſchæ jugulatum ferunt *Proterium*. Fortaſſe Paraſceven ita nominarunt, ut olim plerique conſueverant. *q* *Liberatus* die Cœnæ Dominicæ geſtum illud aſſerit. De anno certam fidem facit *Leo* Papa in *epiſt.* 73. & ſequentibus, quæ an. 457. datæ *Alexandrinam* illam tragœdiam deplorant.

A. 450. Chriſti ad 491. n Theod. Lect. 2. Collect. Evag. l. 2. c. 8. Vict. Tun. Chron. o Liberatus Theoph. *S. Proterius occiſus.* p Evag. q c. 15.

Tam immanis auctores facinoris *r* linguarum abſciſſione multavit *Leo*; *Timotheum* Epiſcoporum judicio reſervavit; ac denique inſtante Papa *ſ* *Leone*, longius deportari juſſit, primum *Gangram*, deinde *Cherſonam*.

r Theoph. Liberatus. ſ Leo P. ep. 99. & 100. Evag. 2. c. 11. Vict. Tunu.

Sub idem tempus peſtis altera *Antiochenam* infecit Eccleſiam. *Petrus Fullo* Eccleſiæ *S. Baſſæ* apud *Chalcedonem* Presbyter, *Zenonem*, qui poſtea imperavit, ducem Orientis ſecutus, anno 463. *t* *Antiochiæ* contra Epiſcopum ejus urbis *Martyrium* concitata multitudine eam ſedem invaſit, ac *Theopaſchitarum* inſtauravit hæreſim, *u* additis ad Triſagium vocibus iſtis, *Qui paſſus es pro nobis*. Sed mox ab Imperatore damnatus exſilio, in *Acœmetarum* Monaſterio *Conſtantinopoli* latuit; donec, *Leone* mortuo, *x* *Baſiliſcus* Tyrannus arrepto imperio, anno 476. tam hunc, quam *Timotheum* reſtituit. Quos rurſus *Zeno*, recuperato principatu, anno 477. expulit. *y* Eodemque anno mortuus eſt *Ælurus*, quem veneno ſibi vitam ademiſſe, *z* *Liberatus* aſſerit. Cujus in locum Hæretici *Petrum Moggum* Epiſcopum crearunt, a Catholicis vero *Timotheus Salophaciolus Proterii* ſucceſſor ſedi eſt reſtitutus. *Moggus* a *Zenone* non occiſus, ut *a* *Evagrius* ſcripſit, ſed exſulare coactus eſt.

Petrus Fullo. t Theoph. u Felix P. ep. 3. 4. *Triſagium corruptum.* x Liberat. c. 16. Theoph. y Vict. Tun. z Liberat. c. 16. *Petrus Moggus.* a Evagr. 3. c. 11.

b Ejecto *Cnapheo*, *Antiochiæ* ordinatus eſt *Stephanus* Catholicus; qui anno 479. a *Fullonis* aſſeclis in baptiſterio confoſſus eſt. Poſt quem alius *Stephanus* huic *Calendio* ſuffectus eſt, ambo Catholici.

b Simpl. Papa epiſt. 14. & 15. Evagr. 3. c. 10. Theoph. c Niceph. Chron. d Simpl. ep. 17. & 18. Liberat. c. 17. & 18. Evagr. 3. c. 14. Vict. Tunun. *Zenonis Henoticum.* e Liberat. 11. Evagr. 3. c. 20. & 21.

c *Conſtantinopolitanam* ſedem regebat tunc *Acacius*; qui *Gennadio* anno 471. ſubrogatus erat; homo verſipellis, & clam *Eutychianæ* favens hæreſi, ſed mirus ſimulandi artifex. *d* Hujus hortatu *Zeno* *Joannem Talaiam*, qui poſt obitum *Timothei Salophacioli Alexandriæ* creatus fuerat Epiſcopus, ejecit, & *Petrum Moggum* ad eam ſedem redire permiſit anno 482. Tum novam fidei formulam promulgavit, ita callide conceptam, ut in eam Hæretici perinde, ac Catholici conſentire poſſent; quod ἑνωτικὸν, id eſt, *conciliatorium* appellavit; ſed in eo tacita inerat Concilii *Chalcedonenſis* abrogatio. Id *Trocundo* Coſ. publicatum ait *Victor*; qui eſt annus 482. Huic nefario Imperatoris edicto Catholici Epiſcopi reſtiterunt; atque inter alios caput omnium *Felix Romanus* Pontifex, quî anno 483. poſt *Simplicium* electus eſt. *e*

Is ex

A. 450. Christi ad 491.

Is ex *Romano* Concilio legatos tres *Conſtantinopolim* miſit, *Vitalem Troentinum*, *Miſenum Cumanum* Epiſcopos, & *Felicem Romanæ* Eccleſiæ Defenſorem: qui & *Acacium* ad *Romani* tribunal Pontificis citarent, & *Moggum* pellendum *Alexandria* curarent. *Miſenus* & *Vitalis* ab *Acacio* vexati cum hoc, & *Petro Moggo* communicarunt. *Felix* cum ob morbum ſubſtitiſſet, poſtea *Conſtantinopolim* veniens in carcerem conjectus eſt. *a* Ob eas res *Felix* Papa legatos duos exauctoravit, & in *Acacium* anathematis ſententiam dixit. Qui vicem rependens, *Felicis* nomen eraſit e diptycis, quæ ſunt Eccleſiaſticæ tabulæ. Id. an. 484. contigit.

a Epiſt. Synod. Romani Conc. 2. ſub Felice.

b *Alexandriæ* porro *Petrus Moggus*, *Henotico* recepto, dum Catholicos perinde atque Hæreticos demereri ſtudet, & inter utrumque natans *Chalcedonenſem* Synodum nunc reiicit, nunc adſciſcit, in amborum incurrit odium, Complures enim *Eutychiani* ab illo deficiunt; qui quod neque Catholicorum erant partium, neque cum Epiſcopo ſuo convenirent, *Acephali*, quaſi *ſine capite*, ſunt vocati. Iidem in varia Sectarum abiere divortia, de quibus paullo poſt agetur.

b Leontius de Sectis Act. 5.

Acephalorum origo.

c Eodem tempore, hoc eſt, circa annum 485. *Xenias*, qui & *Philoxenus*, genere *Perſa*, ſervili conditione, *Hierupolitanus* a *Petro Cnapheo* creatus Epiſcopus contra ſacras imagines primus impietatis vexillum ſuſtulit.

c Anaſt. Diac. in Nic. Syn. 2. ex Theod. Lect. Theoph.

Primus ſacrarum oppugnatur imaginum.

d Moritur deinde *Cnapheus* anno 486, *Petrus Moggus Alexandriæ* anno 498. *Acacius* vero anno 488. de cujus in tabulis Eccleſiaſticis retinenda memoria perdiu cum *Romanis* Pontificibus luctati ſunt Epiſcopi *Conſtantinopolitani*, ceterique Catholici; ut *e Euphemius*, qui poſt *Flavitam* Hæreticum ad illum thronum evectus anno 489. communionem Apoſtolicæ ſedis ea de cauſa non meruit.

d Theoph. *e* Niceph. 16. c. 9.

(1) *f* In *Galliis Prædeſtinatianorum* hæreſis exſtitit, quæ ex *Auguſtini* libris male intellectis ortum habuit. Ex ea ſecta *Lucidus* quidam a *Fauſto Regienſi* caſtigatus in viam rediit. *Fauſti* epiſtolæ ſubſcripſere Epiſcopi undecim in *Arelatenſi* Concilio anno 475. a quo impoſitam ſibi de gratia & libero arbitrio diſputandi provinciam *Fauſtus* ipſe aſſerit. Sed is ultra fines jaculo expedito, nonnulla parum Catholica ſuis libris adſperſit. Eodem tempore & apud *Lugdunum* celebrata eſt Synodus Epiſcoporum 27.

f Fauſtus ep. ad Leontium. Tom. 3. Conc. Gal.

Prædeſtinatiani.

In *Africa* ſub *Arianis* ac Barbaris Principibus graviter oppreſſa eſt Eccleſia; primum *Genſerico* Rege, qui annis 37. poſt captam *Carthaginem* tranſactis, anno 476. mortuus eſt, *g* ut ex *Victore* colligitur. Poſt hunc *Hunericus* ejus filius, cum ſe moderatum ſatis initio & a Catholicis minus præbuiſſet alienum, octavo tandem & ultimo anno regni ſui, *Chriſti* 484. *h Februario* menſe, inauditam in eos crudelitatem exercuit. Epiſcopos ſupra 334. in exſilium extruſit; complures linguis truncavit ac manibus;

Vandali Eccleſiam Africanam infeſtant.

g Vict. Utic. l. 1. in fine & l. 2. ac 3.

Hunericus.

h Marcel.

i qui *Conſtantinopolim* & in alia loca delati miraculo fuere, cum integra nihilominus voce loquerentur. Quam piorum carnificinam horrenda Tyranni mors brevi eſt conſecuta; qui exitu anni 484. a Vermibus conſumptus periit.

A. 450. Christi ad 491.

i Æneas Gaz. Marcell. Vict. l. 3. Vict. Tun.

Summo Eccleſiæ temporibus illis ornamento fuere ſanctitate cum litteris conjuncta, Magnus in primis *Leo Romanus* Pontifex, *k* qui ab anno 440. ad 461. annis 21. fere, *Romanam* cathedram tenuit, & *l Aprilis* 11. defunctus ſucceſſorem habuit *Hilarium*, pietate vir & ſcientia ac dicendi facultate præſtans: quibus præſidiis & Eccleſiam univerſam ab Hæreticorum labe, & *Italiam* ab ingruentium Barbarorum immanitate defendit; ut merito *Magni* peoes eum Cognomen adhæſerit.

Viri docti, & ſancti.

k Marcel. *l* Martyrolog. *S. Leo.*

In *Italia* quoque *m* ſanctus *Epiphanius Ticinenſis* Antiſtes an. 446. Pontificatum iniit: quem *Theodoricus Gothorum* Rex ſingulari obſervaotia coluit. Ejus vitam ſcripſit *Ennodius Ticinenſis*.

m Ennod. in ejus Vita.

In *Galliis S. Anianus Aurelianenſis* Epiſcopus, de quo ſupra memini. Hunc vero biennio poſt victum ab *Aetio Attilam* in cœlum tranſiiſſe *Novembris* 17. anno *Chriſti* 453. veteres hiſtoriæ teſtantur. Sed quod eumdem *S. Evortio*, vel *Eortio*, ſucceſſiſſe narrant, id ſi eſt perdiu alterutrum ſediſſe oportet; ſiquidem *Evortius* eſt ille, qui *Valentino* Concilio ſubſcripſit anno *Chriſti* 374. *Anianum Proſper* excepit, ut *Sidonius* oſtendit. Iidem in *Galliis S. n Sidonius Apollinaris* claruit, illuſtri natus genere, qui *Aviti* Imperatoris filiam *Papianillam* duxerat; & *Avernorum* poſtea ex præfecto ordinatus eſt Epiſcopus circa annum 472. quo etiam anno vel antecedente *S. Remigius* ad *Remenſem* Epiſcopatum admodum juvenis aſſumptus eſt. Quippe *o* in Epiſtola, quam anno 523. ſcripſit, ait ſe jam annos 53. eam dignitatem obtinere.

n Sidon. L. 5. ep. 16. Greg. Tur. 1. Hiſt. Franc. c. 21.

S. Sidonius, S. Remigius.

o Po. 1. Conc. Gal. p. 205.

Obiit & *p S. Lupus Trecenſis* Epiſcopus circa annum 478. cum ei ſedi præfuiſſet annos 52.

q Florebant eodem tempore *Principius S. Remigii* frater *Sueſſionenſis* Epiſcopus; *Vedaſtus Atrebatenſis* poſtea creatus Epiſcopus; *Solemnis Carnotenſis*.

p Mart. Rom. 29. Julii.

r Victorinus Aquitanus rogatu *Hilarii* Papæ cyclum Paſchalem annorum 532. edidit an. 463.

q Sigeber. & Martyr.

ſ In Oriente *Gennadius Conſtantinopolitanus* Epiſcopus, qui *Anatolio* anno 458. ſucceſſit, doctrina & ſanctitate morum antecelluit.

r Gennad. Vide. L. 2. de Doct. Temp. c. 61 & Append.

t S. Severinus Noricorum Epiſcopus obiit an. 482. Januar. 8.

ſ Marcel.

Moritur circa *u* annum 461. admirabilis ille *Symeon Stylites*, cum annum 109. attigiſſet, *x* ac natus eſſet anno 351. cujus obitu divinitus cognito, *y S. Daniel* idem vitæ inſtitutum arripuit.

t Sur. 8. Jan. *u* Theoph *x* Raderus in Virid. Par. 3. *y* Vita ejus apud Sur. Dec. 11.

z Studius quidam *Conſtantinopoli* nobile condidit Monaſterium, in quod ex *Acœmetarum* domo nonnullos tranſtulit anno 462.

z Theoph

(1) Hanc hæreſim inepte fabulam eſſe exiſtimarunt critici quidam hujus ſæculi, cujus erroris fuligine tinctos eſſe Auguſtinum & ejus diſcipulos calumniati ſunt Maſſilienſes Presbyteri, ut in eos omnium odia concitarent, hujus ſententus eas profert Rationta Mauguinus. 1. Ejus hæreſeos capita nihil aliud ſunt quam calumniæ quibus Maſſilienſes impetebant doctrinam ſancti Auguſtini. 2. Talis hæreſeos meminit nullus præter Semipelagianos. 3. Quia nono ſæculo Remigius Lugdunenſis & Florus omnino negarunt talem umquam hæreſim fuiſſe. Verumtamen Noriſius & Capiſuchi exiſtimant Lucidum ſaltem fuiſſe prædeſtinatianum: Ii igitur ſunt adeundi, & Syrmondus e Societate Jeſu Theologus qui demonſtrat quinto Eccleſiæ ſæculo Prædeſtinatianos fuiſſe.

DIO-

DIONYSII PETAVII

E SOCIETATE JESU

RATIONARII TEMPORUM

PARTIS PRIMÆ LIBER SEPTIMUS,

In quo Anni continentur ab 491. Chriſti *ad* 641.

CAPUT I.

De Anaſtaſio, & Juſtino; *quæque illis regnantibus in Orientali geſta ſunt Imperio ab anno* 491. *ad* 527.

A. 491. Chriſti ad 527. *a* Theod. Lect. Evagr. 3. c. 20. *b* Vict. Tun. Marcell. Theo. *c* Leontius de Sect. *Anaſtaſii varietas vitiis admiſta.*

ORientis *a* Imperium, *Zenone* mortuo, cum hujus conjuge *Ariadna* ſuſcepit *Anaſtaſius* anno 491. *b Olybrio* ſolo Conſule, ex ordine *Silentiariorum*, nondum adſcriptus in Senatum. Patria illi *Dyrrachium* fuit; ac priuſquam Imperium capeſſeret, *Euphemio* Patriarchæ *Chalcedonenſis* profeſſionem fidei chirographo ſuo teſtatam dedit. *c* Erat enim *Eutychiani* fautor dogmatis, & ex *Hæſitantium* grege, quibus *Zenonis Henoticon* placebat. Ideo conſtringendum illum cautione iſta credidit *Euphemius*, quam in archivis Eccleſiæ repoſuit. Verum ubi voti compos eſt factus, palam ad perfidiam rediit, & Catholicos oppugnare non deſtitit; utilis alioqui Reipublicæ Princeps, cui tributis nimis oppreſſæ ſumma omnium approbatione ſubvenit.

d Evagr. 3. c. 39. Theoph.

d Laudatur in eo genere præſertim, quod *Chryſargyrum* ſuſtulit. Id erat vectigal, quod tam capitibus ſingulis, quam jumentis & pecoribus, ſed & canibus impoſitum fuerat; immo fœdiſſimis ex rebus capiebatur: hoc nono imperii anno vetuit exigi. Simulatque imperium adiit, negotium illi cum *Iſauris* fuit, qui ſub *Zenone* populari ſuo multum in Republica poterant. *Longinus Zenonis* frater ſpe potiundi fruſtratus imperii in *Iſauriam* extruſus eſt, cum eoque *Iſauri* urbe juſſi omnes excedere.

Iſauricum bellum. *e* Marcel. Theoph. Evagr. 3. c. 35.

e Inde Bellum *Iſauricum Longino* duce conflatum, quod anno *Chriſti* 492. cœptum, 497. denique terminatum eſt, qui belli ſextus fuit, ut ait *Marcellinus*.

f Marcel.

f Biennio poſt, hoc eſt *Chriſti* 499. *Bulgari* primum auſi *Romanos* in fines excurrere, *Thraciam* populati ſunt, ac deinceps formidoloſi eſſe cœperunt.

Perſicum bellum. *g* Marcel. Theoph.

g Perſæ præterea, ne quid ad impium coercendum Principem deeſſet, Orientalem pervaſere limitem, & *Amidam* expugnarunt, proditione Monachorum, quos victor *Cabades* extemplo juſſit interfici anno 502. *Anaſtaſius* duces contra illum miſit tres cum copiis, quantæ numquam hactenus viſæ fuerant, ait *h Procopius*. *Marcellinus* 15000. haud amplius numerat. Sed illorum diſcordia tantos apparatus irritos fecit.

h Procop. apud Phot. N. 63.

A. 491. Chriſti ad 527.

Mox tamen *Celeris* Officiorum Magiſtri viri ſtrenui virtute fractus *Cabades* pacem cum *Romanis* pepigit; & ingenti accepto pretio, *Amidam* aliaque oppida reſtituit anno 505. ut *Theophanes* indicat, & *Marcellinus*. Quo *i* eodem anno haud mediocre ducum temeritas *Romanis* intulit damnum, cum *Sabinianus* contra *Mundonem Getam* infeliciter pugnavit. *Anaſtaſius* adverſus tot irati Numinis argumenta obſtinato ad perfidiam animo, rem Catholicam obterere ac ſuam hæreſim vulgare non deſiit.

i Marcel.

Triſagium ab Anaſtaſio depravatum. *k* Theoph. *l* Marcel. Vict. Tun. Evagr. 3. c. 24. Zonar. Theoph. Cedren. *Vitalianus.*

k Nam & Triſagium hymnum cum appendice nefaria, *Qui crucifixus es pro nobis*, non ſemel publice cani in Eccleſia juſſit, haud levi ſuo periculo. Gravis quippe, præſertim anno 514. ex eo populi orta ſeditio eſt, quæ *Anaſtaſium* ad quærendas latebras impulit, exprobrante illi impietatem ſuam *Ariadna* conjuge. Sed & anno eodem *l Vitalianus Scytha* dux *Fœderatorum*, (ita *Gothi* nominati ſunt, ut refert *Jornandes*) per ſpeciem *Catholicarum* tuendarum partium, ab *Anaſtaſio* defecit; ac multis interfectis, & ad urbem admoto exercitu, pacem ea conditione dedit, ut *Hormiſdæ* Papæ auctoritate collecta Synodo Eccleſiæ conſuleretur: quod anno 515. tranſactum. Sed *Anaſtaſius Catholicorum* ſtudia ſolitis eluſit artibus, cum ex *Manichæorum* diſciplina, qua erat imbutus, mentiri ac pejerare penſi nihil haberet. Scribit *Evagrius* navali quoque prœlio certatum fuiſſe, atque a *Marino Syro* victum eſſe *Vitalianum*. *Zonaras* vero *Procli* Mathematici induſtria, ſpeculis ex ære fabricatis *Vitaliani* conflagraſſe naves, & inſignem contigiſſe victoriam, quam pax illa ſecuta eſt. *m* Ea tempeſtate, ait *Marcellinus*, anno ſalutis 515. *Hunni Armenia* tranſmiſſa totam *Cappadociam* devaſtantes, *Lycaoniam* uſque pervenerunt: & *Ariadna Auguſta* 60. annis in palatio exactis vita deceſſit.

m Marcel. Vict. Tun.

n Evagr. 3. in fine Marcell. *o* Theoph. *Miſeranda mors Anaſtaſii.* *p* Vict. Tun. *q* Marcel. Zonar. Cedr. Theoph. Paul. Diac. l. 15.

n Poſtremo anno 518. cum ob Triſagii hymni depravationem quantus antea numquam tumultus exſtitiſſet, *Anaſtaſius* imperii poſitis inſignibus populum ad miſericordiam inflexit, qui ipſum, ea ut reciperet, hortatus eſt. *o* At idem *Aprilis* 11. die feria 5. majoris hebdomadæ, fulmine, ut plerique produnt, exanimatus eſt, *p* anno ætatis 88. cum imperaſſet annos *q* 27. menſes 3. Fama eſt paullo ante mortem virum ei apparuiſſe terribili ſpecie, qui librum manibus tenens, annos ex eo vitæ illius 14.

ſe ob

A. 491. Chriſti ad 527.

ſe ob ipſius impietatem delera teſtatus eſt; ut mirum ſit, tam loogum vitæ deſtinatum illi fuiſſe ſpatium; quod ſi impleſſet, centum & duos annos attingerat.

Juſtinus. a Evagr. 4. Marcel. Vict. Tun. Theoph. Zonar. Cedr. Niceph. 17. c. 1. Chron Alex. *Vitaliani mors.* b Evagr. 4. c. 3.

Juſtinus ætate jam provectus *Anaſtaſio* mortuo ſucceſſit, anno eodem a 518. *Julii* 9. Fuit hic genere *Thrax*, obſcuris majoribus, ſed religinne pietateque præſtans. Cujus uxnr *Lupicina* mutatn onmine *Euphemia* vocata eſt. Sumpta purpura, ſtatim *Amantium* Cubiculariis præpoſitum, & *Andream* Cubicularium, nec non *Theocritum*, quem *Amantius* ſpado Imperatorem facere vnluerat, vita privavit. *Vitaliano*, qun familiariter utebatur, Magiſterium militiæ contulit; qui Conſul anno 520. ſeptimn menſe Conſulatus ſui, ait *Marcellinus*, io palatio confoſſus eſt; ſive repente orto populi tumultu, ut *Theophanes* aſſerit; ſive b ut *Evagrius* habet, ipſius dolo *Juſtini*; ſive *Juſtiniani* Patricii factione; quod *Victor Tunnunenſis* affirmat.

c Chron. Alex. Theoph. Zonar. Cedr. &c. d Procop. 1. Perſ. Theoph. Zonar.

c *Lazorum* Rex *Tzathius* a *Perſis* deficiens ad *Juſtinum* venit *Conſtantinopolim* anno 522. & poſtqusm *Chriſtiana* ſacra ſuſcepit, regiis ornamentis ab Imperatore donatus eſt: quod ægra ferens *Cabades Perſarum* Rex bellum *Romanis* indicere ſtatuit, ſed mox pacem cum illis & amicitiam ſanxit. d Poſtea cum filium *Choſroen* natu minimum, quem ſucceſſorem deſignarat, adoptari peteret a *Juſtino*, *Proclo* Quæſtora diſſuadente, rajectus eſt.

e Evagr. 4. c. 5. Theoph. Niceph. 17. c. 4.

e Magna hoc Imperatora clades *Antiochiam* afflixit: nam valido terræ motu pæne omnis eſt everſa; qui *Maii* 29. die, feria 6. cœpit, ut ait *Evagrius*. Proinde anno *Chriſti* 526. contigit, *Juſtini* 8. labente, non, ut *Evagrius*, 7. Terræ motum vchemens incendium eſt conſecutum.

f Marcel. Vict. Tun. Chron. Alex. Theoph. g Chron. Alex. Theoph. Paul. Diac. in fine 15. *Juſtinus rudis litterarum fuit.* h Notis ad Procop.

Juſtinus denique anno 527. f *Mavortio* Conſule, *Juſtinianum* ſororis filium, quem Nobiliſſimum prius, deinde *Cæſarem* fecerat anno 524. ut *Victor Tunnunenſis* prodit, Imperatorem creavit Calendis ipſis *Aprilis*. Poſt quatuor deinde menſes, Calendis ipſis *Auguſtis* moritur ex vulnere *Juſtinus* g anno ætatis 77. Indict. 5. cum imperaſſet annos 9. menſem 1.

Mire hunc imperitum ac rudem fuiſſe litterarum teſtis in *Suppreſſa Hiſtoria Procopius*: ſic ut ne ſuum quidem nomen poſſet ſcribere. Quare quod de *Juſtiniano* legitur apud *Suidam*, fuiſſe *ἀμαθὴς γραμμάτων ἁπάντων & ἀναλφάβητος*, *ignarum litterarum omnium*, id de *Juſtino* capiendum eſſe, non de *Juſtiniano*, cenſet h *Alemannus*; hunc enim vel Doctiſſimum fuiſſe prnbat idem. Quod autem apud *Suidam* pro *Ιουςίνου* irrepſiſſe putat *Ιουςινιανός*, de eo amplius cogitandum.

CAPUT II.

De rebus Occidentis ſub Theodorico *Rege; ac de* Francis, *& eorum Principe* Chlndoveo, Burgundionibus, Viſignthis, & Alarico.

Ab anno *Chriſti* 491. ad 527.

Theodoricus Oſtrogothorum Rex. i Caſſiod. k Aimoin. 2. c. 2. l Tom. 2. l. 5. c. 18.

IN Occidente victo *Odovacre*, *Italiam Theodoricus Oſtrogothorum* Rex obtinuit anno 493. i *Albino* Cnnſule. Qui vicinorum Principum affinitatibus regnum ſuum firmare ſtuduit. Etenim *Chlodovei Francorum* Regis k ſororem *Audefleudem* ſive *Audefledam* duxit, ut racte *Aimoinus* narrat; non filiam, quod *Jornandes*, ex eoque l *Freculfus* memorant. Filiarum, quas ex concubina ſuſceperat, alteram *Alarico Viſigothorum*, *Sigiſmundo* alteram *Burgundiorum* Regi collocavit. Ac principio quidem ita Rempublicam geſſit, ut cum nptimis quibuſque *Romanorum Cæſarum* cnmparandus fuerit: & quamvis, populari ex inſtituto *Gothorum*, *Arianam* ſectam teneret, *Romana* jus

Petavii Rationar. Temp.

ac libertatem Eccleſiæ ſumma fide tutatus eſt. Inclinante jam ætate, ad crudclitatem deflexit.

Francorum geſta ſub Chlodoveo. m Greg. Turon. 2. c. 27. Aimoinus 1. c. 12. n Greg. 3. c. 27. Aimoin. 1. c. 12. o Greg. 2. c. 31. Aim. c. 19. p Greg. l. 2. c. 31. q Tom. 1. Conc. Gall. r Tom. 1. Conc. Gall. Hincm. in c. Car. Cal. 35. s In Vita S. Remig. apud Sur. 13. Jan. & in c. Car. Cal. 35. t Lib. 1. c. 13.

m Interea *Francorum* io *Gallia* regnum *Chlodovei* Regis auſpiciit longe lateque prolatum eſt, victn & occiſn *Syagrio Egidii* Comitis filin, qui *Sueſſionibus* præerat, anno regoi ſui 5. *Chriſti* 486. n *Thuringis* itidem anno decimo, id eſt, *Chriſti* 491. perdomitis. Idem *Chilperici Burgundi*, qui *Gundobaldi* frater erat, filiam *Chlotildem* conjugem duxit;a qua ſæpius de amplectenda *Chriſtiana* Religione monitus, o tandem anno 496. ejus conſilio paruit, poſtqusm in prœlio, quod contra *Alemannos* ad *Tolbiacum* in *Ubiis* geſſit, invocato *Chlotildis* Deo, præſentem ejus opem eſſet expertus. Victis hoſtibus p apud *Remos* a *S. Remigio* ejus urbis Epiſcopo *Chriſtianis* ſacris initiatus eſt, q cum eoque ſoror illius *Alboſledis*, quæ paullo poſt obiit: nec non altera ſoror *Lantbildis* ex *Ariana* hæreſi *Catholicas* ad partes tranſiit. Baptizatus eſt ipſo die natalis *Chriſti*, ut ex r *Aviti* conſtat epiſtola, qua illi de ſuſcepta *Chriſtiana* fide gratulatur. Adduot ad hanc hiſtoriam ſ *Hincmarus*, & eum ſecuti s *Flodoardus* & *Aimoinus*, cum puer ille, qui ampullam ferebat, in qua ſacrum chriſma continebatur, concurſu multitudinis interclusus eſſet, ad beati preces Antiſtitis cnlumbam cælitus advnlaſſe, quæ ampullam alteram roſtro attulit, e qua *Chlodoveus* inunctus: reliqui deinde *Franciæ* Reges ad ætatem uſque noſtram apud *Remos* rite cnnſecrantur. Cujus rei nulla apud *Gregorium* mentio.

u Greg. Aim. *Chlodoveus cum Burgundionibus bellum.* x Gregor. Turon. 2. c. 32. Aim. 2. c. 19. *Gundobaldi leges.*

u Nec longe poſtea cum *Burgundionum* Rege *Gundobaldo* bellum *Chlodoveus* geſſit, ut ſoceri *Chilperici* necem ulciſceratur. *Gundericus* enim geotis illius Rex ab *Athanarico Gothorum* Principe trahens nriginem, qusttuor filios reliquerat, *Gundobaldum*, *Godegiſilum*, *Chilpericum*, & *Godomarum*. *Gundobaldus*, *Chilperico* ejuſque coojuge nec non *Godomaro* interfectis, cum *Godegiſilo* regnabat. Ergo inſtigante *Chlotilde* & *Godegiſili* precibus *Chlodoveus* adductus x *Gundobaldum* aggreditur; & ad *Divionem* caſtrum acie victum parte regni cnntentum eſſe jubet; alteram *Godegiſilo* tradit; utrique vectigal impnnit. Digraſſo *Chlodoveo*, *Godegiſilum* nec opinatn circumſeſſum *Viennæ*, capta urbe, *Gundobaldus* interficit; tum excuſſo *Francorum* jugo, tractum illum recuperavit omnem, qui *Burgundiæ* cenſetur nomine, ac genti ſuæ leges conſtituit, quas *Avieni* Conſulatu notatas anno 501. vel ſequenti, editas oportet eſſe.

y Greg. 2. cap. 29. z Greg. 2. cap. 43. *Alaricum Gothoſque vincit in Gallia Chlodoveus.* a Iſidor. Chron.

y Hæc *Francorum* incrementa haud ſecus, quam par erat, metuens *Viſigothorum* Rex *Alaricus Chlodovei* amicitiam expetiit. Sed ea, ut in diſpari cultu religionis, (erat enim *Gothus Arianus*) diuturna non fuit. Paulln quippe poſt ex occultis ſimultatibus apertum erupit ndium, & ex odin bellum. Quinto ante mortem anno *Chlodoveus*, [ut teſtatur z *Gregorius*] *Chriſti* 507. cum *Alarico* dimicavit in campo *Vocladenſi*, decimo ab urbe *Pictavorum* milliario, ac cæſo ejus exercitu Regem ipſum ſuapte perimit manu, a annos jam 23. in *Gallia* & *Hiſpania* dominantem. Hinc victoriam perſecutus, quicquid illius regni trans *Ligerim Rhodanumque* fluvios erat, cum *Toloſa*, ſuis rabus adjecit. At raliqua *Narbonenſis*, quæ prima dicta eſt, provincia *Galliæ* in *Gothorum* ditione manſit, indeque vocari cœpta *Gothia* eſt. *Amalaricus* enim, *Alarico* patre mortuo, propere in *Hiſpaniam* fugiens, hanc cum *Galliæ* parte, quam dixi, in ſua poteſtate retinuit. *Theodoricus Italiæ* Rex, quæ cis *Rhodanum* erant, hoc eſt, *Narbonenſem* ſecundam, *Alpeſque* maritimas, occupavit. Hanc *Alarici* necem anno 507. adſcribit *Iſidorus* in Chrnn. hoc eſt, æra 545. quo etiam anno *Giſelicus Alarici* ex concubina filius regnum occupara conatus, a *Theodorico* pulſus eſt: qui *Amalarici* nepotis tutela ſuſcepta annis 15. *Hiſpaniam* ceteraque *Viſigothica* ditionis

A. 491. Chriſti ad 527.

nis per Præfectos ſuos adminiſtravit, ut refert *Iſidorus*.

Tam lætos armorum ſucceſſus uni ex omnibus orbis Principibus *Catholico* Regi *Chlodoveo* ſingularis indulſit Numinis favor, quem inuſitata per id bellum teſtata ſunt miracula, quæ [a] a *Gregorio Turonenſi* memoriæ produntur; e quibus inſigne, quod adverſus *Alaricum* properans, cum ad *Vigennam* fluvium caſtra poſuiſſet, cervæ præeuntis indicio vadum reperit, quo in ulteriorem ripam tranſportavit exercitum. Poſt victoriam deinde *Ingoliſmam* obſidere paranti ſponte ruentia urbis illius mœnia facilem ad eam aditum dederunt. [b] Quibus cognitis rebus, *Anaſtaſius* Imperator illo ipſo, qui proxime *Vocladenſi* victoriæ ſucceſſit, anno Conſulatus inſignia miſit ad *Chlodoveum*: iſque apud *Turones* in æde *S. Martini*, cujus maxime præſidio tantum ad decus niti ſe putabat, in blattea tunica, chlamyde, ac diademate, proceſſit. Poſtea *Lutetiam Pariſiorum* veniens, tam felicibus auſpiciis conſecratam ibi ſedem regni conſtituit anno 507.

a Greg. 2. c. 37. Aim. 1. c. 21.
b Greg. 2. c. 38. Aim.
Lutetia regni caput conſtituta.

Celere ac *Venantio* Coſſ. qui eſt annus *Chriſti* 508. & *Vocladenſi* prœlio proximus, auctor eſt *Caſſiodorus* a *Theodrico* Rege *Oſtrogothorum Francos* eſſe ſuperatos, deque eorum poteſtate receptas eſſe *Gallias*. Cæſa tum *Francorum* amplius triginta millia ab *Hibba Theodorici* duce *Jornandes* aſſerit; de quo nihil apud noſtros comperi. Illud a *Procopio* [c] traditum eſt, *Francos* a *Carcaſſonæ* obſidione depulſos, *Narbonenſi* omiſſa *Gallia*, *Aquitaniam* obtinuiſſe, eamque partem *Theodoricum*, quod eos inde pellere non poſſet, illis reliquiſſe. [d] Sed & *Arelatenſem* urbem iiſdem ab *Francis* valido *Gothorum* præſidio defenſam eſſe, teſtis eſt in *Vita Cæſaris Cyprianus*.

c Procop. 1. Goth.
d Caſſiod 8. epiſt. 10

[e] Nec illud omiſerim, quod ab noſtris perinde tacitum apud *Procopium* eumdem legitur, *Francos* cum Rege *Theodorico* contra *Burgundiones* belli fœdus iniiſſe, ac moram conſulto trahentes *Gothos* confecto prœlio ſuperveniſſe; atque ita nullo ſuo periculo in partem prædæ receptos, partito inter ambos *Burgundionum* regno. Quod anno circiter 508. poſt *Viſigothicam* cladem oportet accidiſſe, etſi nondum *Burgundionum* in *Gallia* regnum penitus exſtinctum fuit. [f] Quippe *Gondebaldo* fugato ac mortuo, *Sigiſmundus* ejus filius reliquias illius tenuit. [g] Qui ſancti *Aviti Viennenſis* Epiſcopi monitis obſequens *Arianam* hæreſim *Catholica* mutavit fide.

e Procop. 1. Goth.
f Greg. 3. c. 5.
g Ado. Chron. an. 492.

[h] *Chlodoveus* interim in propinquos ſæviens, pæne omnes interemit, ac denique anno ætatis 45. regni 30. ab obitu *Sancti Martini* 112. [ut ait *Gregorius*] *Lutetiæ* deceſſit. Qui videtur annus eſſe *Chriſti* 511. *Secundino* & *Felice* Coſs. Nam *Felice* Conſule, 6. Id. *Jul.* [i] prima Synodus *Aurelianenſis* a *Chlodoveo* collecta notatur.

h Greg. 2. cap. 42. & 43. Aim. 1. c. 23.
Mors Chlodovei
i Tom. 1. Conc. Gall.

[k] Hujus regnum ex æquo inter ſe, uti moris tunc erat, diviſerunt quattuor illius liberi. *Theodoricus* ex concubina natus ſedem apud *Metas* regni habuit: *Chlodomirus* apud *Aurelianas*; *Chlotarius* in *Sueſſionibus*; *Childebertus Lutetiæ*.

k Greg. Tur. l. 3. c. 1.

[l] *Theodoricus Oſtrogothorum* Rex ſub vitæ finem priſtinis ab moribus, quos laudabiles hactenus fuiſſe diximus, in crudelitatem degenerans, *Symmachum* ejuſque generum *Boetium*, falſo ad ſe delatos crimine, capitali affecit ſupplicio. Quo peracto ſcelere, cœnanti ipſi cum caput piſcis miræ magnitudinis appoſitum eſſet, viſus eſt in eo ſibi *Symmachi* intueri caput; quo portento territus brevi poſt moritur, anno poſt *Odovacris* obitum 35. *Chriſti* 526. æræ ſcilicet *Hiſpanicæ* 564. ut putat [m] *Iſidorus*.

l Procop. 1. Goth.
Theodorici depravatio & obitus.
m Iſidor. Chron.

CAPUT III.

Eccleſiaſticæ res ſub Anaſtaſio *cæteriſque Principibus, ab anno 491. ad 527.*

SUB Imperatore *Catholicarum* partium inimiciſſimo nonniſi turbulentus eſſe ſtatus Eccleſiæ potuit.

Anaſtaſius ex [n] *Acephalorum* & *Hæſitantium* numero, immo & *Manichæis* addictus, poteſtatem cuique fecit quam vellet ſectam profitendi. Ipſe interim *Catholicos* Antiſtites hoſtili infrunitus animo *Euphemium Conſtantinopolitanum* multis appetitum inſidiis ſede ſua pepulit: cujus in locum ordinatus eſt *Macedonius* [o] anno 495. *Anaſtaſii* 5. qui *Zenonis Henotico* ſubſcripſit. Ob id communionem ejus averſati *Catholici* multa perpeſſi ſunt.

n Evagr. 3. c. 30. & 31.
Anaſtaſius hæreticus Imperator.
o Marcel. Theoph. Theod. Lect.

Sciſſa per id tempus ab *Romanæ* ſocietate ſedis *Conſtantinopolitana* erat Eccleſia; quod *Acacii*, qui in hæreſi ac ſchiſmate deceſſerat, e ſacris tabulis nomen eradere illius urbis nollent, aut non auderent Epiſcopi. Quos ut ad officium concordiamque revocarent, nihil omiſere Pontifices *Romani*: [p] *Gelaſius* in primis, qui anno 492. *Felici* Papæ ſubrogatus eſt. [q] Hic ſequenti anno per *Fauſtum* Magiſtrum Officiorum a *Theodorico* miſſum *Conſtantinopolim*, fruſtra *Euphemium* & *Anaſtaſium* aggreſſus eſt. Idem & *Anaſtaſius* Papa, qui anno 496. *Gelaſio* ſucceſſit, & qui *Anaſtaſium* excepit anno 498. *Symmachus*, obtinere conati ſunt. Sed adeo Imperatori *Anaſtaſio* pax & concordia perſuaderi non potuit, ut is in hortatricem ipſam *Romanam* Eccleſiam diſſidii ſui peſtem refunderet. *Feſtus* quidam *Romanus* Senator *Conſtantinopolim* miſſus a *Theodorico*, clam *Anaſtaſio* Imperatori pollicitus, effecturum ſe, ut *Henotico Zenonis Romanus* Pontifex *Anaſtaſius* ſubſcriberet, *Romam* ut rediit, defuncto jam *Anaſtaſio*, cum legitimis ſuffragiis *Symmachus* eſſet electus, corruptis pecunia factionis quibuſdam, alterum ei Pontificem oppoſuit *Laurentium*, anno 498. ex quo cædes in Urbe graſſationeſque factæ. Quibus ut obviam iretur, totius controverſiæ diſceptatio, ex *Odoacris* lege, ad Regem (is tunc erat *Theodoricus*) rejicitur. Hic ſecundum *Symmachum* ſententiam dixit. Ita compreſſum ad tempus incendium paullo poſt vehementius exarſit. [r] Quare anno 501. & ſequentibus aliquot, *Theodorici* Regis auctoritate frequentes ſuper ea re Synodi *Romæ* ſunt habitæ; ac *Laurentius* anno ipſo 501. damnatus. Sequenti vero *Odoacris* abrogata ſanctio eſt, qua *Romani* Pontificis electionem ſine conſenſu Regis ratam eſſe vetuerat. In his omnibus laudata eſt præ ceteris *Ennodii Ticinenſis* opera; qui contra Schiſmaticos *Symmachi* cauſſam egregie peroravit. *Anaſtaſius* interim ad amplificandam hæreſim ſuam conatus adhibebat omnes. Itaque *Xenaiam Manichæorum* principem *Conſtantinopolim* induxit [s] anno 506. & anno 509. *Severum* ex *Acephalorum* ſecta nefandum hominem cum Monachis 200. eodem venientem honorifice ſuſcepit. Atque hoc initium fuit impuri illius *Severi*, qui [t] anno 513. *Antiochenam* ſedem, e qua *Flavianus* ob conſtantiam *Catholicæ* profeſſionis ſuperiore anno deturbatus fuerat, per vim occupavit, & Orientales omnes *Chalcedonenſis* ad Synodi damnationem tentavit adducere; reſiſtentes vero *Catholicos* Epiſcopos ſedibus ejecit ſuis; in primis *Eliam Hieroſolymitanum*. [u] *Macedonius* porro jam ex anno 511. exauctoratus erat.

p Anaſt.
q Gelaſ. Epiſt. Tom. 2. Conc.
Schiſma Eccleſiæ Conſtantinop. ob Acacium.
Schiſma Romæ ſub Symmacho Papa.
r Tom. 2. Conc. in Synodis tempore Symmachi.
Ennodius Ticinenſis.
s Theoph.
Severi hæretici primordia.
t Marcel. Evagr. 3. c. 32.
u Marcel.

[x] *Symmacho* Papa anno 514. ex hac vita ſubtracto, qui ſuffectus ei eſt *Hormiſda*, totus in repræſentandam Eccleſiæ utriuſque communionem incubuit; præſertim annitente *Vitaliano* duce, qui ejus rei cauſſa contra *Anaſtaſium* arma ſumpſerat. Sed hic veteratoriis artibus ambobus illuſit. [y] Eo mortuo, & imperante *Juſtino* religioſiſſimo Principe, quod tantopere ſtudebat

x Anaſt. Biblioth.
y Hormiſdæ epiſt. Tom. 2. Concil.

Hor-

A. 491. Chriſti ad 527.

Pax Eccleſiæ n Conſtantino redditæ.

n Suggeſtio legatorum ad Hormiſdam. Tom. 2. Conc.

Hormiſda conſecutus eſt anno 519. legatis *Conſtantinopolim* miſſis; inter quos *Germanus Capuanus* Epiſcopus fuit, vir ſanctiſſimus. Horum igitur opera damneta eſt cum Hæreticis omnibus *Acacii*, *Euphemii*, *Macedonii*que memoria, nec non *Zenonis* & *Anaſtaſii* Imperatorum; pleneque cum *Romana* ſede Orientalium redintegrata pax. n Quam dum per urbes *Graciæ Hormiſdæ* legati circumſerunt, unus ex his *Joannes* Epiſcopus *Dorothei Theſſalonicenſis* Epiſcopi factione ab hujus urbis populo crudeliter ignominioſeque eſt habitus: quam ob cauſſam citatus ab *Juſtino Dorotheus*, corruptis Judicibus, levi pœna defunctus eſt. Diſſidium illud Orientalis & Occidentalis Eccleſiæ aonos fere 40. tenuit, (ut b *Facundus* ſcribit) boc eſt, ut exacte putemus, anoos 36. qui eb 484. *Chriſti* numereti, quo eb *Felice* Papa enathema dictum eſt in *Acacium*, ad 519. ſextum *Hormiſdæ*, pertineot.

b Lib. cont. Moc. p. 565.

c Evagr.

c *Juſtinus* porro Hæreticos variis edictis pœniſque conſtrinxit, & *Catholicos* Epiſcopos reſtituit. *Severo*, qui *Antiochenam* ſedem per latrocinium occuparat, linguam juſſit excidi. Qui cum *Juliano Halicarnaſſenſi* fugit io *Ægyptum* d anno 1. *Juſtini Septembri* menſe, eique provinciæ contagionem ſui erroris adſperſit; e adeo ut *Alexandriæ* ſub idem tempus varia ſectæ illius divortia facte ſint, dum alii corruptibile *Chriſti* corpus aſſererent, ut *Severus*; alii incorruptum facerent, ut *Julianus Halicarnaſſenſis*. *Timotheus Alexandrinus Severum* ſequebatur; *Julianum Themiſtius* ejus Diaconus; qui ſe a *Timotheo* ſejungens, novam *Agnoetarum* condidit hæreſim. Exinde *Corrupticolarum* & *Incorruptibilium*, ſive *Phantaſtarum*, orte ſunt diſcrimine.

d Evagr. 4. c. 4.

Severus Ægyptum inficit.

e Liberatus c. 19. Leont. de Sectis. Act. 5. & 10. Vict. Tun.

Themiſtius Agnoeta.

f Quin & otioſa *Conſtantinopoli* commota quæſtio eſt a *Scythis* Monachis, utrum unum de Trinitate paſſum dici oporteret; de qua *Catholici* inter ſe ipſi non leviter altercati ſunt. g Ex iſtorum Monachorum numero fuit *Maxentius*; qui contra *Hormiſdæ* Pontificis epiſtolam, qua notatus cum ſuis erat, apologeticum edidit.

f Epiſt. Hormiſdæ. Tom. 2. Conc.

g Tom. 4. Bibl. PP.

h Cum autem Hæreticos, ac præſertim *Arianos Juſtinus* in Oriente vexaret, & borum Eccleſias *Catholicis* adjudicaret, greviter id ferens *Arianus* Princeps *Theodoricus Joannem* Pepam, qui *Hormiſda* enno 523. ſucceſſeret, legatum miſit ad *Juſtinum*, ut ab *Arianis* injuriam abſtineret; minitans ſe, niſi id faceret, in *Catholicos* viciſſim tota *Italia* ſæviturum. Imperator perhonorifice Pontificem excepit, i eb eoque primus Imperatorum omnium imperii cepit inſignia. Ejus precibus *Juſtinus* edductus ab *Arianis* inſequendis deſtitit, ſi *Miſcellæ* Diaconi creditur. Sed *Joannes* ipſe in epiſtola 2. alia omnia ſignificat; tum quod reverſus in *Italiam* e *Theodorico* conjectus eſt in viocula; ubi confectus ærumnis obiit *Ravennæ* 12. Cal. *Junii*, ait *Anaſtaſius*, anno 526. quo in *Boetium* ac *Symmachum* idem poſtea gladio *Theodoricus* enimadvertit. Qui eb *Joannis* morte nonageſimo nono die decedens, ad inſeros præcipitari viſus eſt Monacho cuidam. k Quod in Dialogis *S. Gregorius* retulit.

h Marcel. Theoph. Diac. 15. Gregor. Papa 3. Dialog. Niceph. 17. c. 9.

i Anaſt. Biblioth.

Theodorici crudelitas.

k Gregor. 4. Dial.

CAPUT IV.

De viris præſtantibus ſanctitate ac doctrina, qui ætatem illam exornarunt.

Sanctitatis palmam litteris excultæ ea ætate tulit *S. Fulgentius*. l Qui *Romam* ediit eo anno, quo *Theodoricus* eamdem ingreſſus ponitur a *Caſſiodoro*, hoc eſt, 500. Anno vero 504. *Ruſpenſis* factus Epiſcopus, e *Thraſamundo* Rege cum aliis relegetus eſt in *Sardiniam*; ac denique poſt *Thraſamundi* obitum, m anno 522. reſtituta *Africanis* Eccleſiis ab *Hilderico Hunerici* filio pace, reverſus eſt. Hujus diſcipulus fuit *Ferrandus* Diaconus Scriptor ætatis illius inſignis.

l Vita Fulg. apud Sur. Jan. 1.

S. Fulgentius.

m Iſidor. Chron. *Petavii Ration. Temp.*

In *Gallia S. Cæſarius Arelatenſis* Epiſcopus enituit, n qui Concilio *Agathenſi* anno 506. ſubſcriptus legitur, & ad *Vigilii* tempus uſque pervenit, a quo anno 538. epiſtolam accepit.

S. Cæſarius.

n Tom. 1. Conc. Gall.

Avitus quoque *Viennenſis* Epiſcopus; a quo *Burgundiones Catholicam* fidem acceperunt.

o Item *S. Remigius Remorum* Epiſcopus, ac *Francorum Apoſtolus* merito nominandus. Hic anno *Chriſti* 471. ſedem illam adiit, natus anno 22. ut *Hincmarus* & *Flodoardus* aſſerunt. Nam in p epiſtola, quam ad Epiſcopos tres ſcripſit, anno *Chriſti* 523. data, teſtatur ſe jam annis 53. Epiſcopatum obiiſſe. Idem porro ad cælum tranſiit ante annum 535. ſiquidem hoc ipſo anno Concilio *Arvernenſi* ſubſcriptus legitur *Flavius Remorum* Epiſcopus. Falſo itaque *Hincmarus* & *Flodoardus* annos ſediſſe illum referunt 74. vixiſſe 96.

S. Remigius.

o Flodoard. l. 1. c. 11. & 18.

p Tom. 1. Conc. Gall. p. 204.

In *Italia Ticinenſis* Epiſcopus *Ennodius*; cujus ſub Pepa *Symmacho* contra Schiſmaticos permagni operam fuiſſe ſuperius oſtendimus. Vixit & *S. Claudius Veſontionenſis* Epiſcopus, qui q *Epaonenſi* Synodo anno 517. ſubſcripſit.

q Tom. 1. Conc. Gall.

r In *Hibernia S. Patricius* primus Epiſcopus obiit anno 491. natus annos 82. ut ex *Mariani* calculo conficitur; cum tamen 92. ipſe eidem attribuat. Alii 123. annos; 122. uti *Sigebertus*, nonnulli 134. vixiſſe produnt; quorum 60. in inſula iſta *Chriſtum* prædicavit.

r Marianus Scotus Meſſing in SS. Hibern.

In Oriente ſ *S. Sabbas* Monachus mirifica ſanctitate *Palæſtinam* illuſtravit, ac fidem *Catholicam* per id tempus *Anaſtaſii* impietate labefactatam ſuſtinuit. Hujus diſcipulus fuit *S. Joannes Silentiarius*, ex Epiſcopo *Colonienſi* in *Armenia* Monachus.

S. Sabbas.

ſ Cyrill. in vita S. Sabbæ.

t *Zoſimæ* quoque duo celebrantur; alter ſolitarius in *Phœnicia*; alter in quodam *Palæſtinæ* Cœnobio; qui *Antiochenam* illam calamitatem, quæ *Juſtini* tempore contigit, divinitus præſenſerunt.

t Niceph. 17. c. 4. & 5. Evagr. 4. c. 6.

In *Gallia* monaſticum vitæ genus exornarunt, *Anaſtaſio* imperante, u *Launomarus Carnotenſis*, x *Maximinus Aurelianenſis Miciacenſis* fundator ad eam urbem Cœnobii, ac nepos *S. Euſpicii*; quos ambos *Clodoveus Aurelianos* veniens ſecum eo deduxit, ut ſcribit *Aimoinus*. Hunc *Sigebertus Maximum*, Cœnobium ipſum *Miriacenſe* vocat; *Aimoinus Iniciacenſe*, quod eſt *Miciacenſe*, & hodieque nomen retinet. Item *Aviens*, atque *Carileſus Maximini* diſcipuli. y Tum *Severinus* Abbas, qui *Chlodoveum* Regem gravi apud *Lutetiam* a morbo recreavit anno 508. *Agaunenſis* hunc Abbatem Cœnobii vocat *Aimoinus*. Sed nondum id videtur fuiſſe conditum; quippe quod poſtea eb *Sigiſmundo* Rege *Burgundionum*, auctore *S. Avito*, exſtructum fuerit; quod ſcribit *Ado Viennenſis*. z *S. Equitius* in *Italia* eodem tempore floruit.

u Aim. 1. c. 17.

x Id. & Sigeb. A. 495.

y Sur. 11. Febr. Aim. 1. c. 24.

z Greg. p. 1. Dial. l. 1.

Caſſiodorus vero ac *Boetius* ad integritatis ac virtutis laudem excellentis doctrinæ decus aſſecuti ſunt ſub *Italia* Rege *Theodorico*. a *Poſſeſſor Africanus* Epiſcopus ſcripſit ad *Hormiſdam* Papam de libris *Fauſti Regienſis*. *Joannes* quoque *Maxentius* unus ex *Scythis* illis Monachis, quorum ſupra memini, b contra *Hormiſdam* ſcribere eſt auſus, qui *Eutychiana* fuligine adſperſus videtur.

a Epiſt. Horm.

b Exſtat in Bibl. Patr.

c Sanctiſſima virgo *Genovefa Pariſienſium*, immo *Francorum* omnium patrona, mortua ponitur a *Sigeberto* eo anno, quo prima Synodus *Aurelianis* eſt habita; qui fuit ultimus *Chlodovei* Regis, *Chriſti* 511. cum eſſet octogenaria. Hoc modo ortus illius congruet in annum 431. circiter; ac probabilius erit, quod de *SS. Germani* ac *Lupi* in *Britanniam* profectione *Beda* & idem *Sigebertus* memoriæ prodiderunt; eam contigiſſe anno 446. non, ut *Proſper*

S. Genovefa.

c Vita S. Genov. apud Sur. Jan. 3.

A. 527. Chriſti ad 565.

a Lib. 1. c. 4.

poſuit, 429. [a] *Aimoinus* vero ad rempore uſque *Clotharii* & *Childeberti* perveniſſe ſcribit.

CAPUT V.

De Juſtiniano Imperatore, & iis rebus, quæ illo imperante geſtæ ſunt in Orientali Imperio; ubi de Vandalorum *in* Africa *exſtincta dominatu, deque* Gothico *bello*,

Ab anno *Chriſti* 527. ad 565.

b Marcel. Vict. Tun. Chron. Alex.

c Zonar. d Onuphr. e Procop. A'νεκδ. p. 29. *Juſtiniani mores.*

MAvortio Conſule, [b] quod omnium conſenſu Annalium eſt receptum, hoc eſt anno *Chriſti* 527. *Juſtinianus* ex a. d. Kal. *Aprilis*, ſuperſtite avunculo *Juſtino*, ex Kal. *Auguſti* poſt ejus mortem, imperium moderatus eſt, ætate jam maturus, hoc eſt natus annos [c] vel 45. [d] vel uno minus; [e] etſi *Procopius* multo juniorem fuiſſe indicat, dum ait imperante *Juſtino* νεανίαν ad Rempubl. gerendam acceſſiſſe. Variis Princeps moribus fuit, atque ex virtutibus vitiiſque temperatus. Nam & acres ad pietatem, ac religionem habuit impetus, quod innumerabilibus edictis teſtatum reliquit; quibus *Catholicæ* fidei & Eccleſiaſticæ diſciplinæ conſuluit; & idem poſtremo in *Eutychianum* impegit errorem; tum in omni vita rapacitatis, avaritiæ, ac perfidiæ deformatus maculis: pluribus etiam & horrendis inuſtus

f Procop. in A'νεκδ. p. 37. *Theodora Juſtiniani uxor.*

[f] a *Procopio* opere in illo, quod A'νέκδοτον quaſi *ſuppreſſum* dixeris, inſcribitur, quod vivente *Juſtiniano* id in vulgus non eſſet auſus edere. In quo de *Juſtiniano*, *Theodora*, & *Beliſario* quædam ſtupenda, neque vulgo vel nota, vel credita, declarat. De *Theodora Juſtiniani* conjuge (nam *Theophanes* falſus eſt, qui *Juſtino* eam nupſiſſe tradit) nemo diſſentit, impotentem, avarem, libidinoſam, & hæreticam fuiſſe feminam: utpote ab ſcenicis artibus & meretricio quæſtu ad legitimum matrimonium abductam ob formæ commendationem: cui plus addictus æquo *Juſtinianus* in Rempublicam pariter & Eccleſiam multa commiſit. Sed ea, quæ privatim ad mores attinent, accuratius perſequi non eſt conſilii.

g Procop. 1. Perſ.

Multa magnaque Imperatore iſto bella ſunt geſta. [g] In primis *Perſicum*; quod in gentis *Lazicæ* (ii ſunt *Colchi*) gratiam a *Juſtiniano* ſumptum initio eſt Imperii, cum Rex illorum *Tzathus Romanorum* cum religione fœdus adiiſſet.

h Theoph. i Marcel. k Procop. 1. Perſ. *Seditio vehemens contra Juſtin.* l Marcel. Theoph. Chron. Alex. Procop. 1. Perſ. m Theoph. n Procop. 1. de Æd. Juſt.

[h] Ad id bellum dux eſt miſſus *Beliſarius* anno 529. qui re ancipiti geſta exitu, ad *Vandalicum* inde a *Juſtiniano* revocatus eſt an. 531. ac ſequenti anno, [i] Indictione 11. pax cum *Perſis* facta eſt [k] anno *Juſtiniani* ſexto: ea tamen lege, ut in *Lazica* invicem utrique bellum facerent. Eodem anno *Conſtantinopoli* incredibilis adverſus Imperatorem commota ſeditio eſt; cui ab teſſera populari *Nika* nomen eſt inditum. [l] Per hanc *Hypatius Patricius* Imperator acclamatus eſt, cum *Pompejo* & *Probo* conſobrinis; qui omnes *Anaſtaſii* Imperatoris nepotes erant. *Juſtinianus* cum de arripienda fuga dubitaſſet, hortatu *Theodoræ* palatium muniit; ac brevi *Beliſarii* & *Narſetis* opere factioſos repreſſit: occiſa [m] uno die *Januarii* 19. feria 2. hominum 35000. vel, ut *Procopius* habet, 30000. [n] Complures tunc Eccleſiæ ſubverſæ, quas *Juſtinianus* refecit: in primis vero *S. Sophiæ* templum, quod anno Imperii ſui 10. infinitis ſumptibus inſtaurare eſt orſus.

o Procop. l. 1. Perſic. p. 39. & ſeq. *Tribonianus & Joannes Cappadox.*

[o] In illa ſeditione contra duos præſertim Imperatori cariſſimos popularis exarſit furor, *Joannem Cappadocem* Præfectum Prætorio, & *Tribonianum* Quæſtorem. Quorum ille litterarum rudis, ſed callidus, ac pecuniæ præter modum avidus; tum vitiis omnibus flagitiiſque contaminatus. Hic oriundus *Pamphylia*, omnium ætate ſua longe doctiſſimus erat, ac juris maxime ſcientia inclytus, ſed avaritiæ, perinde ut alter, infamis; cujus gratia leges aut novas quotidie condere, aut jam latas abrogare conſueverat. Utrumque multitudinis conſenſione territus *Juſtinianus* exauctoravit; ſed paullo poſt in gradum priſtinum reſtituit. [p] Ac *Tribonianus* quidem, in eodem magiſtratu annis exactis pluribus, morbo eſt exſtinctus. *Joannes* bonis omnibus everſus decimo poſt anno, qui *Chriſti* videtur 542. in Presbyterum attonſus, primum in ſuburbana *Cyzici* Eccleſia reſedit; inde in *Ægyptum* abreptus miſerrimam ibi vitam egit ad obitum uſque *Theodoræ*, hoc eſt, annum *Chriſti* 548. [q] quando ab *Juſtiniano* revocatus eſt *Conſtantinopolim*, ubi & in Sacerdotio perſeveravit; cum quidem falſis viſis in ſpem adductus eſſet *Auguſtæ* potiundæ dignitatis, quorum ludicre ſpecie tum fidem impleſſe viſus eſt, cum per illud tempus, quo *Conſtantinopoli* detonſus eſt in Presbyterum, & hujus ordinis veſtes coactus ſumere, quia nullas proprias habebat, Sacerdotis cujuſdam, cui nomen erat *Auguſtus*, penula tunicaque eſt indutus.

A. 527. Chriſti ad 565.

p Procop. ib. p. 42.

q Procop. in fine l. 2. Perſic.

r Procop. in Vand. *Vandalicum bellum.* ſ Marcel. *Beliſarii triumphus.* *Vandali in Africa exſtincti.*

[r] *Vandalicum* exinde bellum eodem duce *Beliſario* anno 533. inchoatum in *Africa*, ſequenti terminatum eſt. *Gilimer*, occiſo *Hilderico*, *Hunerici* & *Eudoxiæ Valentiniano* tertio genitæ filio, *Vandalis* regnabat. *Beliſarius Carthaginem* exitu illius anni cepit. Sequente vero, *Gilimerem* tota obſeſſum hyeme in poteſtatem recepit, & *Conſtantinopolim* adduxit ad *Juſtinianum* [ſ] quarto ejus Conſulatu. Quo facto cum ſparſam de ſe affectatæ in *Africa* tyrannidis calumniam abſterſit; tum ingens decus eſt conſecutus, repræſentata longo intervallo veterum triumphorum ſpecie: quorum ille ritu & apparatu, niſi quod pedes ambulabat, captivis ante ſe traductis, inque his *Gilimere* ipſo, ad *Juſtinianum* in Hippodromum perrexit, quem adorare coactus eſt *Gilimer*, cum illud identidem clamaret, *Vanitas vanitatum*, &c. qui ſecundum triumphum agro in *Cappadocia* donatus eſt; neque, quod *Arianam* ejurare nollet hæreſim, Patricius eſt factus. Exſtinctum eſt *Vandalorum* regnum anno 96. poſt occupatam *Carthaginem*; poſt ingreſſum in *Africam*, 108. ex quo *Victor Tunnenſis* caſtigandus eſt, qui anno 97. ingreſſionis *Vandalorum* captum *Gilimerem* & *Africam* eſſe liberatam aſſerit.

t Procop. Vand. 2. Theoph. u Procop. l. 2. p. 151 v. 7. x Procop. ib. p. 154 y Id. Marc. z Id. p. 163. v. 28.

[t] Recepta [u] *Vandalis Africa*, deinceps bella cum finitimis Barbaris, præſertim *Mauris* aſſidua fuere, donec miſſus eo *Salomon* ſpado rei militaris peritus, compreſſis hoſtibus pacem provinciæ reddidit, [u] ſub annum *Juſtiniani* 13. *Chriſti* 539. [x] Sed biennio poſtea deſtitutus a ſuis in conflictu cecidit; ac Barbari reſumptis animis, *Romanorum* irritati crudelitate ac perfidia, multis eos cladibus affecerunt. Quin etiam Tyranni per idem tempus orti complures, [y] e quibus *Guntharius Salomonis* antea ſatelles *Areobindam* Imperatoris affinem, & ad regendam *Africam* miſſum, occidit [z] anno *Juſtiniani* 19. ipſeque mox ſexto & triceſimo tyrannidis die ab *Artabane Perſa* interfectus eſt.

a Procop. 1. Goth. p. 76. Marcell. Theoph. Miſc. Zon. Cedr. b Procop. ib. p. 167. c Id. p. 169. Jornand. de rebus Got. c. 59. *Bellum Gothicum.* d In A'νεκδ.

Gothicum bellum [a] nono *Juſtiniani* anno cœptum eſt ineunte vere, ut ex *Procopio* colligitur; cujus ea ſeries habetur.

Theoderico Rege, anno ut dictum eſt 526. mortuo, *Gothis* regnavit *Athalaricus*, *Amalaſunthæ Theoderico* genitæ & *Eutharici* ex *Amalorum* ſtirpe filius, ſub matris tutela, [b] annos natus 8. qui [c] octavo regni anno deceſſit *Chriſti* 534. *Amalaſuntha Gothos* verita, ſceptrum in *Theodatum* tranſtulit *Amalaphridæ Theodorici* ſororis filium: quo præter ſpem evectus homo pecuniæ appetens, & ignavus, bene de ſe meritam, & egregiam feminam occidit. Quod agente *Theodora Juſtiniani* conjuge perpetratum eſſe, teſtis eſt [d] *Procopius*, cum ne *Juſtinianus* eam ſibi anteferret illa vereretur.

Hujus

A. 527. Chriſti ad 565.
a Procop. Goth.
b Marcel.
c Procop. p. 272. Goth.

Hujus nece graviter commotus Imperator & ad recuperandam alioquin *Italiam Africanæ* ſucceſſu expeditionis admonitus, victorem exercitum, [a] ac ducem *Beliſarium* contra *Gothos* immittit anno *Chriſti* 535. [b] Indictione 13. Initium bellandi ab *Sicilia* factum, quam anno eodem occupavit; [c] *Syracuſas* ultimo Conſulatus ſui die eſt ingreſſus. Sequenti anno *Vitiges* Rex a *Gothis* electus, occiſo *Theodato*, *Romanis* fortiter reſiſtit. *Romam Beliſarius* cepit anno ipſo 536. & a *Vitige* obſeſſam [d] annum unum, ac dies novem circa æquinoctium vernum liberat anni 538. Inde *Ravenna* cum *Vitige* ipſo, ejuſque conjuge, redactis in poteſtatem, ac delato ſibi in *Gothis* repudiato regno, *Beliſarius* anno 540. [e] quinto belli deſinente, revocatur ad bellum *Perſicum*, ac *Vitigem* ad *Juſtinianum* adducit. *Ildibaldus* Rex a *Gothis* creatus; ac poſt eum *Erarieus*: tum [f] anno 541. *Totilas Ildibaldi* conſobrinus, vir acer ac prudens, & multis Principe dignis ornatus virtutibus. Hic collapſam in *Italia* rem *Gothicam* non minus æquitate ac moderatione, quam fortitudine bellica reſtituit. Fuſis ſæpius *Romanis*, *Romam* ipſam anno 546. recepit; quam ſequente *Beliſarius*, iterum ex Oriente miſſus in *Italiam*, occupat; eademque biennio poſt a *Totila* recuperata.

d Procop. Goth. p. 126. Græc.
e Procop. l. 3. *Vitiges captus. Totilas.*
f Procop. 2. p. 260. & 261. Græc. comparatis cum p. 265. v. 23.

g Procop. 4. p. 365. & ſeq.
h Procop. p. 270. v. 41.
i Procop. in fine l. 4. Goth.
k Procop. Perſ. p. 52 v. 10.
l Procop. init. l. 2. Perſic. & Goth. 2.
m Procop. 2. Goth. p. 244 v. 5.

Anno porro [g] belli 18. *Chriſti* 552. *Narſes* ſpado genere *Perſa*, dux egregius, *Totilam* acie vicit, qui e prœlio fugiens obtruncatus eſt, [h] cum annos regnaſſet 11. Poſt hunc *Tejas Gothis* præfuit, quo brevi poſt in prœlio cæſo, [i] anno belli exeunte 18. *Chriſti* 553. cum *Gothis* debellatum eſt. Flagrante *Gothico* bello, *Perſicum* in Oriente repetitum eſt [k] anno *Juſtiniani* exeunte 13. *Chriſti* 540. cum ad pacem violandam ſatis ſuapte ſponte concitatum *Choſroea*, & *Africanis* atque *Italicis Romanorum* ſucceſſibus invidentem perpuliſſet [l] *Vitigis Gothorum* Rex, miſſis ad eum *Liguribus* dunbus Sacerdotibus [m] anno belli *Gothici* deſinente quarto, qui incidit in annum *Chriſti* 539. Sequente igitur anno vaſtata *Syria Antiochiam* cepit, incenditque *Choſroes*, lateque populationem circumtulit; nullis, ut per pacis tempus, præſidiis firmato *Romano* limite. Tandem quinquennales induciæ [n] anno circiter *Chriſti* 545. *Juſtiniani* 19. inſtauratæ ſunt, ita ut bellum interim in *Colchide* nihilo ſegnius geſtum ſit. [o] Tum finitis prioribus, quinquennales rurſus, aliæ factæ ſunt anno 551. majore *Romanorum* ignominia, quod tributum *Perſis* pendere ſunt coacti.

n Colligitur ex Procop. in fine 2. Perſic. p. 92. v. 30.
o Procop. 4. Goth. p. 343.
p Agath. l. 3. p. 60. Gr.

[p] Regnabat tum in *Lazica* (ea *Colchis* eſt) *Gubazes Romanis* fidiſſimus, qui *Beſſa Martino*, ac *Ruſtico Juſtiniani* ducibus inviſus, quod eorum ignaviam apud Imperatorem accuſaſſet, falſoque delatus, ac per inſidias interemptus eſt. Quæ res *Colchorum* alienavit animos, & ad *Perſas* adjunxit, ſub annum, ut ex [q] *Agathia* colligitur, *Chriſti* 555. [r] Novo exinde *Lazis* ab *Juſtiniano* dato Rege *Tzatho*, *Perſæ* magno conflictu ſuperati ſunt, in quo cæſa ſunt eorum millia decem. *Nachoragan Perſarum* dux revocatus ab *Choſroe* cute detracta male geſtæ rei pœnas dedit.

q Lib. 2. p. 62.
r Agath. l. 3. p. 85. ibid. p. 190.

[ſ] Secundum victoriam de *Gubazis* nece habita eſt ab *Romanis* quæſtio; & in ejus auctores animadverſum; [t] *Choſroes* denuo cum *Romanis* de *Colchide* pepigit, ut quod in ea quiſque tum haberet, interim obtineret, dum plenior inter eos ſancita pax eſſet [u] quæ in annos deinde ſeptemdecim convenit anno 562.

ſ Agath. l. 4. p. 128.
t Agath. ibid. p. 137.
u Theoph

[x] Medio tempore *Hunni* in *Thraciam* frequenter excurrere, & ad Urbem propius poſitis caſtris, late prædas egere: præſertim [y] ſub annum 558. cum jam ſenio feſſus Imperator, perinde langueret animo, ac rei militaris omiſſa cura totum ſe moliendis ædificiis ac pacis artibus tradidiſſet. [z] Tandem *Beliſarii*, qui ætate & ipſe confectus erat, conſilio ac virtute repreſſi Barbari, clade mox accepta dilapſi ſunt; quos & civile domi bellum excepit; quod ultimum genti illi exitium attulit.

x Agath. l. 5. p. 150 & ſeq.
y Theoph
z Agath. ibid. p. 159.

A. 527. Chriſti ad 565.
a Procop. 3. p. 295. *Mors Theodoræ tum Juſtiniani.*
b Evagr. 4. c. 39.
c Vita S. Eutych. Apr. 6.
d Chron. Alexand. Theoph.
e Act 4 p. 45.

[a] Belli *Gothici* anno 14. *Chriſti* 548. *Theodora* Imperatrix obiit, *Juſtiniani* 22. menſe *Junio*, Indict. 11. ait *Theophanes*. *Juſtinianus* autem extrema jam ætate moritur anno 565. cum jam in eam impegiſſet hæreſim [b], quæ *Chriſti* carnem etiam ante reſurrectionem negabat pati aliquid, aut corrumpi potuiſſe, & [c] *Eutychium* Patriarcham virum ſanctiſſimum, quod ei aſſentiri nollet, ſede ſua dejeciſſet. Imperavit annos 38. menſes 8. ait *Evagrius*. [d] Exceſſit enim *Novembris* 14. die, Indict. 14.

Hujus Imperatoris jam mortui fidem ac pietatem multum prædicat *Agatho* Papa in epiſtola, [e] quam ſexta Synodus recitat, nec non *Romana* eodem Pontifice collecta.

Serici conficiendi ratio.
f Procop. Goth. p. 345. Zonar.

Eo imperante ſerici conficiendi rationem Monachi quidam ex *India* profecti *Conſtantinopolitanos* docuerunt, ovis inde tranſlatis; cum hactenus non niſi factum ſericum e *Perſide Romani* negotiatores adveherent. [f] Quod circa annum *Juſtiniani* 25. ſcribit eveniſſe *Procopius*.

g Theoph

Beliſarius [g] eodem, quo *Juſtinianus*, obiit anno, Indict. 13. *Martii* 13. hoc eſt anno 565. cum biennio ante conſpirationis in eumdem ſuſpectus ac domo veritus egredi, paullo poſt reconciliatus eſſet, omnibus, quæ adempta erant, bonis cum honore reſtitutis.

CAPUT VI.

Quæ Juſtiniano *Imperatore alibi*, *quam in* Romano *orbe*, *memoria digna contigerunt*, *deque* Francorum *Regibus ac geſtis*.

b Gregor. l. 3. c. 6. Procop. 1. Goth. p. 186. Aimoin l. 2. c. 3. & ſeq. Geſta Franc. c. 34. & ſeq.
Sige.

GOthicis rebus in *Italia* laborantibus, ac demum *Græcorum* virtute ſubverſis *Francorum* regnum majus in dies incrementum habuit. Ab his primum *Burgundionum* in *Galliis* dominatus extinctus eſt. [b] *Sigiſmundus Gundebaldi* filius ejus reliquias e *Francorum* ereptas manibus ægre tuebatur; ut eo laudandus, quod hortatu *S. Aviti* ad *Catholicam* fidem ab *Ariana* tranſierat hæreſi, ſic innocentis ſui cæde culpandus, quem e *Theodorici* filia ſuſceptum poſteriori inſtigante conjuge peremerat. Quod tamen ſcelus in *Agaunenſi* a ſe condito Monaſterio haud paucorum dierum jejuniis lacrymiſque diluit.

Sigiſmundi Hiſtoria.
i Agath. 1.
k Greg. 3. c. 11. Aim. 2. c. 7. Geſta Franc. 37. *Burgundia a Francis devicta.*

Huic bellum *Chlotildis* hortatu matris *Chlodomirus*, indixit qui *Aurelianis* regnabat, & prœlio victum an. 527. cum uxore ac liberis abduxit. Interim *Gundomarus Sigiſmundi* Frater occupatum a *Francis* recipit regnum, quod impotentius ferens *Chlodomirus*, *Sigiſmundo* cum ſuis in puteum projecto; anno 528. novam in *Burgundos* expeditionem facit. In ea dum fuſis hoſtibus confertum in globum audacius infertur, conto transfixus occubuit. *Franci* (ut [i] *Agathiæ* creditur) cæde Regis territi æquas victis pacis leges dederunt. Noſtri vero cupiditate ulciſcendi ſic illos exarſiſſe ferunt, ut in fugam præcipites agerent. [k] Quadriennio poſt fraternam necem ulti ſunt *Childebertus* & *Chlotarius*; qui pulſo *Godomaro*, *Burgundiæ* regnum *Francicis* juris fecerunt anno 532.

l Iſidor. Chron. Greg. 3. c. 10.
m Iſidor. Chron. Greg. 3. c. 10. Aim. 2. c. 8.

In *Hiſpania* poſt tutoris *Theodorici Oſtrogothorum* Regis [l] obitum, qui contigit anno 526. (ut ſupra diximus) *Amalaricus Viſigothorum* ſceptrum tenuit annis 5. *Francis* Regibus affinitate junctus, quorum ſororem duxerat *Chlotildem*. Eam dum ob *Catholicæ* conſtantiam fidei *Arianus* Princeps indignis vexat modis, *Childebertus* bello hanc injuriam perſequi ſtatuit. [m] *Amalaricus*, prœlio ſuperatus, & ad fugam ſe comparans, *Narbonæ* a ſuis in loco jugulatur anno 531. *Childebertus* cum ingenti præda, abducta ſorore ſua, revertitur, quæ in itinere decedens *Pariſiis* eſt ſepulta.

Ante

Digitized by Google

A. 527. Chriſti ad 565.

[a] Greg. 3. c. 4. & 7. Aim. 2. c. 9. Sigeb. [b] Iornan. de rebus Goth. *Radegundis a Chlodoveo filiorum bella.*

Ante hoc tempus triennio circiter, [a] *Theodoricus*, qui in *Metenſibus* regiam habebat, accito fratre *Chlothario*, in *Thuringos* bellum cœpit; victoque *Hermenefrido* Rege [b] cui *Amalaberga* neptis *Theodorici* Regis *Oſtrogothorum* nupſerat, *Thuringiam* ſuis rebus adjecit. *Chlotharius* in prædæ partem captivos inter *Radegundem* accepit, *Berthárii Hermenefridi* fratris ab eoque cæſi filiam, quam & matrimonio ſibi junxit, & ut liberius illa Deo frueretur, Monacham poſtea fieri permiſit.

[c] Greg. 3. c. 18. Sigeb. Aim. 2. c. 12. Geſta Franc. 38.

Ut hæc cum exteris bella decora iis erant, a quibus gerebantur, ita quæ ideotidem faciebant invicem iovidiam apud poſteros habuerunt. [c] Sed in primis deteſtandum *Chlotharii* parricidium, quod cum fratre *Childeberto* conſtitutum ſuapte ipſe perfecit manu. Nam *Chlodomeris* utriuſque germani bello occiſi *Burgundico* filios duos, *Theodovaldum*, & *Guntharium*, cultro confodit: tertius *Chlodovaldus* fuga elapſus, in Clericorum primum, tum ob raram ſanctitatem in Cælitum eſt relatus numerum, & hodieque *Novigenti* ad Urbem colitur; quod oppidum de ejus nomine deinceps appellatum eſt. Hoc ad annum *Chriſti* 531. *Sigebertus* adnotavit.

[d] Greg. 3. c. 18. Aim. 2. c. 18.

[d] Poſt amborum Regum mutuum in odium ſocietate verſa, *Childebertus* cum *Theodeberto Theodorici* fratris filio in *Chlotharii* conſpiravit perniciem; ac dum caſtris oppoſitis utrimque ſe ad pugnam inſtruunt, orta ſubito tempeſtas, grandine miſtis imbribus ac tonitribus, ambas diremit acies. Ita *Chlotildis* illorum matris precibus obſecundante Deo, civilis eſt prohibitus cruor. Eo reſpexiſſe putem [e] *Agathiam* Hiſtoricum, qui *Francos* ideo laudat, quod in plura regna diſtributi, ſi quid inter eos diſſenſionis ortum fuerit, ubi ad arma venitur, mutuis in ipſo procinctu colloquiis potius, quam cædibus terminare ſoleant.

[e] Agath. l. 1.

[f] Greg. Tur. 3. c. 29. Aim. 2. c. 19. Sigeb. *Expeditio Francorum in Hiſpania.* [g] Aim. 2. c. 19. [h] Aim. 2. c. 20. [i] Aim. 2. c. 21.

[f] Subinde porro, fœdere ioter ſe repetito, *Childebertus* & *Chlotharius* in *Hiſpaniam* irruperunt, cujus maximam partem eos acquiſiſſe ſcribit *Gregorius*. [g] Iidem *Cæſaraugustam* obſidione tentarunt; a qua ſe, data *Childeberto S. Vincentii* ſtola, oppidani redemerunt. Hujus in bonorem Martyris Rex ille ſuburbanam baſilicam ædificavit, quæ bodie *S. Germani* dicitur, de qua [h] diploma legitur anoo ejus regni 48. editum, qui eſt annus *Chriſti* 559. *Hiſpanienſis* autem expeditio confertur [i] a *Sigeberto* in annum 542.

Expeditio Francorum in Italia. [k] Procop. l. 4. p. 358. Vide & l. 3. p. 304. Greg. 3. c. 23. Aim. 2. c. 21. [l] Lib. 2.

[k] Per idem tempus, quo in *Hiſpania Francorum* arma volitabant, trans *Alpes* eorum illatus eſt furor. [l] *Theodebertus Theodorici* filius, *Gothis* regnaote *Totila*, & *Romano* implicato bello, *Liguriam*, *Alpes Cottias*, ac *Venetiæ* pleraque ſibi ſubjecit, atque inde digrediens *Bucellinum* ibi reliquit, quem totam *Italiam* percurſaſſe, & *Siciliam* ſubegiſſe, Annales noſtri memorant. *Procopius* vero *Theodebertum* ait extremo *Vitigidis* aooo, qui *Chriſti* 539. putatur, cum is *Ravennæ* obſideretur a *Beliſario*, in *Italiam* irrupiſſe cum centum millibus armatorum, atque ab *Romanis* fuſum, graſſante inſuper morbo receſſiſſe.

[m] Agath. l. 2. [n] Agath. l. 2. p. 31.

[m] Eo mortuo, *Theodebaldus* ejus filius ſub belli *Gothici* finem, annumque *Chriſti* 554. *Francos* & *Alemannos* ſuos ducibus *Leuthari* & *Bucellino*, in *Italiam* expeditionem permiſit facere: [n] qui nequaquam obſiſtente *Narſete* in *Samnium* uſque progreſſi anno 555. copias dividunt. *Butilinus*, [ita buoc *Agathias* vocat] ſecundum *Tyrrhena* litora progreſſus, ad fretum *Siculum* uſque perveoit, *Leutharis Apuliam Calabriamque* percurrit. Eraot in eorum exercitu *Franci* pariter & *Alemanni*; quorum illi, qui pari cum *Romanis* religione cenſebantur, ioter prædandum ſacris abſtinebant: iſti, ut erant Gentiles, ſacra eodem ac profana loco habebant. [o] Parta ingenti præda *Leutharis* æſtate appropinquaote ſe in *Venetiam* ultra *Padum* recepit. *Bucellinus*, quod & *Gothis* fidem dederat, & in regni apud illos obtinendi ſpeto veoerat, cum millibus trigiota ſubſtitit, atque ad *Caſilinum* fluvium, haud procul *Capua* ab *Romanorum* millibus octodecim duce *Narſete* fuſus eſt: occiſis cum *Bucellino* ipſo, præter quinque, omnibus, cum jam *Leutharis* magna copiarum amiſſa prædæque parte, in furorem, ex eoque in mortem incidiſſet. Clades hæc evenit aono ipſo *Chriſti* 555. altero ab obitu *Theobaldi*, quem anno 554. deceſſiſſe [p] mooſtravimus, idque [q] *Agathias* memorat.

[o] Agath. ibid. c. 34. & ſeq. [p] In par. 2. l. 4. c. 13. [q] Lib. 2. p. 47.

Franci obtinent quicquid in Galliis Gothi poſſederant. [r] Procop. l. 1. Goth. Sigeb. A. 530. [ſ] Procop. l. 3. Goth. p. 304.

Ceterum *Theodatum Gothorum* Regem ſub initium *Gothici* belli, ad conciliandos ſibi *Francos*, ea *Galliæ* parte, quam *Gothi* tenuerant, iis ceſſiſſe ſcribit [r] *Procopius*, idque ratum habuiſſe anno ſequenti *Vitigem*, deductis inde *Gothorum* præſidiis. [ſ] Ad hæc anno 548. *Juſtinianum* eoſdem demereri *Francos* cupientem, *Provinciæ* poſſeſſionem ſuo iis decreto confirmaſſe; & ex eo tempore *Arelate* certamen equeſtre celebraſſe, ac ſolidos aureos ex *Gallicanis* metallis, non ut gentes ceteræ, etiam *Perſæ*, *Romani* Imperatoria effigie, ſed ſuapte, ſignaſſe.

Chlotharius ſolus regnat. [t] Gregor. l. 4. c. 13. 16. 17. & 20. Aim. 2. c. 30. Appen. Marcell. [u] Greg. l. 4. c. 21. Aim. l. 2. c. 37. Greg. ib. c. 22.

Ut ad *Chlodovei* poſteros revertar, fratribus tribus eorumque liberis ſuperſtes *Chlotharius Francorum* principatum ſolus, biennio amplius geſſit. Qui poſtremo regni aono [t] *Chramnum*, quem ex concubina ſuſceperat, contumacem ac rebellantem ſæpius, cum uxore ac liberis, injecto in tuguriolum, in quod incluſi erant omnes, igne combuſſit. Vivere poſtea deſiit an. regni 51 ac ſub mortem memoria dignam hanc vocem edidit: *Vah! qualis putas, Rex eſt ille cæleſtis, qui ſic tam magnos Reges interficit!* [u] Hujus filii quattuor totidem in partes diſtributum *Francorum* imperium ſortiti ſunt. *Chariberto* regnum *Childeberti*, ſedeſque *Lutetiæ Pariſiorum* obtigit: *Guntbramno* regnum *Chlodomeris*, cujus ſedes *Aurelianis* fuit: *Chilperico* regnum *Chlotharii* patris, ſedes apud *Sueſſiones*: *Sigiberto* regoum ceſſit *Theodorici*, cujus caput *Remis* fuere.

Procopius Theodeberti mentionem facit in quarto *Gothicorum*, ejuſque ſororem oupſiſſe ſcribit *Hermenigiſclo Varnorum* Principi, quos a *Francis* interfluente *Rheno* dividi aſſerit. Ac poſt illius mortem *Rhadaſim* privignum eam de patris voluntate duxiſſe, cui ſoror Regis *Angilorum* ante deſponſa fuerat: at hanc fraternis inſtructam copiis in *Varnos* impreſſionem feciſſe, iiſque fuſis captum *Rhadaſin* ad ſuum conjugium, noverca repudiata, coegiſſe.

CAPUT VII.

Eccleſiaſticæ res utriuſque Imperii Juſtiniano *rerum potiente, ac de tribus Capitulis.*

[x] Tom. Concil. Gallic. [y] Liberatus c. 20.

ARauſicana [x] Synodus 2. in *Galliis* habita eſt anno 529. *Decio Juniore* Coſ. cui *Cæſarius Arelatenſis* præfuit. In ea contra *Pelagium* & ejus reliquias *Chriſti* commendata gratia eſt. *Conſtantinopoli* vero, *Epiphanio* Epiſcopo mortuo, [y] *Anthimus Trapezuntinus* Epiſcopus in ejus locum ſuffectus eſt, id agente *Theodora* Imperatrice *Eutychianis* partibus addicta, quarum princeps erat *Anthimus*. Quem *Agapetus* Papa [z] ad *Juſtinianum* miſſus a *Theodato* Rege *Gothorum*, [a] dejectum ex illa ſede, ſacerdotio omni & *Chriſtiana* communione privavit, ejuſque loco *Mennam* conſtituit anno 536. Hic eodem anno *Agapeto* vita defuncto, [b] Synodum celebravit 6. Non. *Majas*; io qua cum *Anthimo Severus*, aliiſque damnati ſunt Hæretici, qui omoes *Juſtiniani* edicto relegati, incendio addictis eorum libris.

[z] Marcel. Append. [a] Liberatus c. 21. [b] Conc. ſub Menna Tom. 2. Conc. *Synodus Conſtantinop. ſub Menna.* [c] Liberat. 22. Anaſtaſ.

[c] *Agapeti* audita morte *Romæ* creatus eſt *Silverius Hormiſdæ* Papæ filius. At *Theodora* cum *Vigilio Romano* Diacono clam pacta de *Anthimo* reſtituendo, aliiſque foveodis Hæreticis, *Silverium* a *Beliſario* in exſilium mitti, ac pro eo *Vigilium* fieri *Romanum* curavit

ravit

A. 527. Chriſti ad 565.
a Marcel.
b Liberat.

revit Epiſcopum, [a] anno 538. Biennio poſt *Silverio* in inſula *Palmaria* ærumnis & [b] inedia necato, *Vigilius* legitimis comitiis Pontificatum recepit.

Hoc Pontifice celebris illa de tribus Capitulis exorta controverſia, ob quam quinta *Conſtantinopoli* generalis eſt peracta Synodus, cujus ordinem rei breviter expooem.

c Liberatus c. 10. vide Facun. Her. *Hiſtoria trium Capitulorum quorum 1. de Theodori Mopſueſteni ſcriptis.*
d Conc. Chalced. 2. *de Iba epiſtola.* Conc. Chalced. acta 10. Synod. 5. Collat. 6. Facun. 6. a. 3.
3. *de Theodoreti ſcriptis contra Dioſcorum.*

[c] Damnato *Neſtorio*, ejus fautores *Theodori Mopſueſtiæ* quondam Epiſcopi libros in vulgus ſparſerunt, quibus ita naturas in *Chriſto* duas aſſerebat, ut *Neſtoriano* errori ſuffragari videretur. De his libris altercati ſunt inter ſe *Catholici* paullo poſt *Epheſinam* Synodum, hinc *Armenis* Monachis *Theodorum* oppugnantibus, cum aliis pleriſque, & inter hos *Rabula Edeſſeno* Epiſcopo; inde *Joanne Antiocheno* aliiſque pro illo ſtantibus, nec non *Theodoſio* ipſo Imperatore.

[d] Ad hæc, *Ibas Edeſſenus* Epiſcopus *Rabulæ* ſucceſſor epiſtolam ſcripſit ad *Marim Perſam*, in qua *Cyrillum* perinde ac *Neſtorium* redarguit, ut & *Rabulam*, *Theodorum* vero magnopere collaudat. Secutum eſt *Chalcedonenſe* Concilium; in quo *Ibas* a nonnullis judicio poſtulatus, & in *Berytenſi* abſolutus Synodo anno 448. denuo eſt receptus, poſtquam *Neſtorio* & *Eutychi* anathema dixit; ac rum lecta illius eſt epiſtola, & eatenus tolerata quod hæreticum in ea dogma nullum eſſet: quamvis eoim *Cyrillum* perſtringeret, id ipſum tamen recenti adhuc Orientales inter & *Æyptios* diſſidio condonati viſum eſt oportere. In eodem Concilio *Theodoretus*, qui in *Epheſino* Latrocinin a *Dioſcoro* depoſitus erat, in conſeſſum eſt admiſſus; qui quidem flagrante illa, quam dixi, *Joannis Antiocheni* & *Cyrilli* ſimultate, contra hujus Anethematiſmos duodecim aculeatum commentarium ediderat.

e Liberatus c. 23.

[e] Secundum hæc, *Palæſtinis* quiboſdam Monachis inſtantibus, unaque cum his *Pelagio Romanæ* ſedis Diacono & Apocriſarin, *Origenes Juſtiniani* decreto damoatus eſt: cui *Mennas Conſtantinopolitanus*, ac *Pelagius* ſubſcripſit; tum *Vigilius* ipſe *Romanus* Pontifex, ac ceteri Patriarchæ. Quæ res *Theodorum Cæſareenſem* Epiſcopum, *Origenis* & *Acephalorum* patronum, quo cum *Pelagius* ſimultatem habebat, vehemeoter nffendit. Hic pro ea, qua apud Imperatores valebat, gratia, auctor fuit, ut ad cnnciliandos cum *Catholicis Acephalos Theodorus Mopſueſtenus* io *Ibæ* laudatus epiſtola damnaretur, una cum epiſtola ipſa, & *Theodoreti* libris contra *Cyrillum*. Quod cum *Juſtiniano* reintegrandæ ſpe concordiæ valde placuiſſet, *Catholici* complures interceſſere, rati tribus illis condemnatis labefactari Synodi *Chalcedonenſis* auctoritatem, io qua & *Ibas* cum epiſtola ſua ac *Theodori* commendatinne probatus erat, & *Theodoretus* ſedi ſuæ reſtitutus. Pervicit tamen Imperator, & anno 546. librum edidit, quo tria illa damnavit Capitula, eique *Mennam* ec ceteros Patriarchas coegit ſubſcribere. [f] *Vigilium* vero *Romanum* Pont. excivit *Conſtantinopolim*; ec dio tergiverſantem in ſuam pertraxit ſeotentiam. Nam ſequente anno decretum edidit, quod *Judicatum* dicitur; in quo ſalve Synodi *Chalcedonenſis* reverentia, tria iſta Capitula damnavit. Inſtante porro *Juſtiniano*, ut abſolute ec ſine ulle Synodi mentione damoationem conciperet, *Vigilius* abouit, & edverſus minas omnes & contumelias invicto animo perſtitit.

f Meminit Procop. l. 3. p. 279. *Vigilius 3. Capitula agre condemnat.*
g Quinta Synod. Tom. 3. Conc. *Quinta Synodus.*
h Cyrill. S. Sabba apud Sur. 5. Dec.
i Victor. Tun. Facun. Her.
k Greg. Papa 1. ep. 24. & in aliis paſſim.

[g] *Juſtinianus*, ut ei controverſiæ modum poneret, generale Concilium indixit, quod quintum ordine celebratum eſt *Conſtantinopoli* aono 553. reclamaote *Vigilio*, qui trium Capitulorum patrocinium adverſus Imperatorem reſumpſit. Eadem nihilominus ab quinta Synodo damnata ſunt; [h] & *Origenes* inſuper anathemati ſubjectus una cum *Didymo* & *Evagrio*. *Vigilius*, quod illius decreto ſubſcribera nollet, in exſilium ejectus eſt, ac plerique alii eadam ex cauſa vexati: [i] præſertim *Afri* & *Illyricani*, qui in trium Capitulorum profeſſione pertinacius hæſcrunt. [k] Synodus vero *Romanæ* tandem ſedis aſſeoſione firmata ſuum inter Oecumenicas locum obtinuit. *Vigilius Narſetis* opera revocatus ab exſilio, dum *Romam* revertitur, in *Sicilia* calculi morbo periit poſt *C. Baſilii* 13. ait *Appendix Marcellini*, vel 17. ut habet *Victor*; quorum ille annus eſt *Chriſti* 554. hic 558.

A. 527. Chriſti ad 565.
Mors Vigilii.
l Anaſta. Sigeb.

[l] Hunc *Pelagius* excepit; qoi necis allatæ *Vigilio* ſuſpicionem publico ſuper Evangeliis & cruce jurejurando diſcuſſit.

CAPUT VIII.

Eruditi ac ſancti viri, quos Juſtioiaoi *ætas tulit, nec non Gentiles, qui doctrinæ inſignes exſtiterunt.*

m Sigeb. A. 528.
n Vide l. 12. de Doct. Temp. c. 3. & Append.
o Facun. in lib. ſuis.
p Liber. in Breviar. Tom. 8. Conc.
q Sigeb. Beda.

CLaruerunt *Juſtiniano* rerum potiente, doctrina morumque ſanctimonia [m] *Caſſiodorus* Senator, qui *Theodorico* Rege mortuo *Claſſenſis* Cœnobii Monachus factus eſt.

[n] *Dionyſius Exiguus* Abbas, qui cyclum ſuum anno 526. condidit.

[o] *Facundus Hermianenſis* Epiſcopus, propugoator Capitulorum trium.

[p] *Liberatus* Eccleſiæ *Carthaginienſis* Archidieconus ex eadem ſecta.

[q] *Victor Capuanus* Epiſcopus, qui *Victorium* Cycli annorum 532. conditorem refellit.

Victor Tunnenſis Epiſcopus io *Africa* Chronici Scriptor.

Arator Poeta, qui *Vigilio* Papæ librum ſuum dicavit.

r Sigeb. A. 535. *S. Benedictus.*
ſ Greg. 2. Dial.
t Greg. Turon. 3. Hiſt. c. 7. *S. Radegundis.*
u Agat. 2. p. 65.
x Ibid. p. 62.

[r] Sanctitate celebres exſtitere in *Galliis* Epiſcopi, *Gildardus Rothomagenſis*, & ejus frater *Medardus Sueſſionenſis*, Epiſcopi; *Agericus Virdunenſis*. In Oriente *S. Sabbas*, in Occidente *Benedictus*, Abbates. [ſ] Honc certum eſt ſob *Juſtino* & *Juſtiniano* vixiſſe, mortit ennus incertus eſt. [t] Illuſtravit & *Gallias* ſanctitate mirabili *Radegundis*, quæ *Chlotharii* Regis nuptiis *Chriſti* paupertatem prætulit; eique in *Pictavienſi* Cœnobin ſe ipſam conſecravit.

Eodem *Juſtiniano* regnente *Procopius*, & *Agathias*, tum *Marcellinus Comes*, Hiſtorici floruerunt. [u] Philoſophi *Damaſcius Syrus*, *Simplicius Cilix*, *Eulamius Phryx*, *Priſcianus Lydus*, *Hermias*, & *Diogenes*, *Phœnices*, *Iſidorus Gazæus*, Gentiles omnes. Qui *Perſarum* & *Choſrois* exciti fama, ad eos viſendos io Orientem profecti ſuns; ac ſpe ſua decepti, cum illic publice privatimque corruptinres, quam apud ſuos, mores & inſtituta vidiſſent, domum rediere, ut ſcribit *Agathias*: [x] qui & *Choſroen* falſa commendatione doctrinæ celebrem tunc fuiſſe prodit.

CAPUT IX.

De Juſtion *juniore*, Tiberio, *ac* Mauricio; *& quæ in Orientali Imperio ſub illis acciderunt hiſtoria digna.*

Vide Par. 2. l. 2. c. 14.

Ab anno *Chriſti* 565. ad 600.

y Evagr. 5. Theoph. 1. Zonar. Cedr. Paull. Diac. lib. 16. *Juſtinus junior.*
z Victor. Tunun.
a Cedr. p. 319. *Juſtini factum egregium.*

VIgilantia [y] *Juſtiniani* ſorore & *Dulciſſimo* patre natus *Juſtinus*, ex *Curopalata* Imperator coronatus eſt eo, quo *Juſtinianus* exceſſit, annn 565. una cum *Sophia* conjuge, *Theodoræ* uxoris *Juſtiniani* [z] nepte. Facili ac prompto in officia pietatis animo fuit, ſed e bellicis rebus alieno, legum amans ac juſtitiæ; quam Principum impotentia collapſam, inſigni ſeveritatis exempln reſtitnit, cujus [a] *Cedrenus* memioit, & eſt omoino dignum quod hic quoque legatur.

Cum ad *Juſtinum*, quoties e palatio publice prodiret, de potentiorum injuriis queſtum undique cives accurrerent, ac de ea re ille ſæpe fruſtra ad Senatum retuliſſet, quidam ex eo ordioe conſurgens, tecepit ſe, ſi Præfectus Urbis fieret, & adeundi, quoties vellet,

Impe-

Digitized by Google

A. 565. Chriſti ad 600.

Imperatoris copia fieret, perque eumdem poteſtate ſua liceret uti, circa menſem effecturum, nihil ut injuriam ac querelarum in urbe reliquum foret; quod ſi ulla cujuſpiam exſtaret, quam ad ſe perlatam ultus ipſe non eſſet, pœna ſe præſtare capitis velle. Conditione accepta, paullo poſt plebeja mulier primarii cujuſdam viri nomen detulit, qui ſe bonis omnibus per fraudem & calumniam everterat. Is Præfecti juſſu ſecundo citatus, cum nec ſtitiſſet ſe, & eadem die ab Imperatore invitatus iiſſet ad convivium, e veſtigio Præfectus in regiam irrumpens, accumbentem Imperatorem pacti admonet. Qui cum nihil ſe, quo minus quicquid vellet ex lege faceret, prohibere dixiſſet, extemplo duci hominem imperat, & pro tribunali productum, ac convictum, verberibus affici, tum detonſo capita, vectum aſino, per urbem traduci, ejuſque fortunas omnes addici mulieri. Hoc cum ſimiliter & in aliis inſtituiſſet, tantum omnibus terrorem fecit, ut ab injuriis deinceps abſtineretur. Tum Imperatorem adiens ille, *Ego*, inquit, *quod promiſeram, effeci: tu ſi lubes periculum facito*. Procedente mox *Juſtino*, cum quieta late eſſent omnia, neque quiſquam amplius obſtreperet, multum collaudato homini Patriciam dignitatem ac Præfecturam urbanam in omnem vitam contulit.

Idem pacem cum *Avaribus* pactam haud tempeſtive ſatis, annua negara penſione, ſolvit anno 566. *Perſicam* item longe majore Reipublicæ damno. a Nam bellum de honeſta cauſſa ſuſceptum anno 572. imprudenter ignaveque geſſit.

a Evagr. 5. c. 7. Theoph. Paul. Diac. 16.

b Anno 574. Indictione 8. jam a *Septembre* cœpta, ejuſque die 7. *Tiberium* Comitem Excubitorum renuntiavit *Cæſarem*; a quo deinceps adminiſtrata Reſpublica eſt. Nam *Juſtinus* accepta in Oriente clade conſternatus in phrenitin incidit: c qua commotus *Choſroes* petenti *Sophia* triennales conceſſit inducias, ita ut in *Armenia* tantum interim certarent. Ibi ergo circa annum 576. redintegrato bello, *Choſroes* a d *Juſtiniano* duce ſuperatus, & caſtris exutus eſt; ac tantum ea clade terroris accepit, ut lege perpetua ſanxerit, ne deinceps contra *Romanos* exercitum Rex ipſe duceret. Eam victoriam e nonnulli mortuo *Juſtino* contigiſſe volunt; ſed eo ſuperſtite, auctore tamen, qui tum gubernabat omnia, *Tiberio*, partam eſſe ſcribit *Simocatta*, *Evagrius*, & *Joannes Biclarienſis*.

b Chron. Alex. Theoph. Simoc. 3. c. 11. c Evagr. c. 12. *Cum Perſis bellatum.* d Simoc. 3. c. 13. & 14. Evagr. 3. c. 14. Theoph. Paul. Diac. 17.

Juſtinus ingraveſcente morbo, f Indict. 12. *Septembris* 26. die (hic eſt annus 578.) *Tiberium* ex *Cæſare* creavit *Auguſtum*, & *Octobri* ſequente, die 4. exceſſit e vivis, cum annos 13. uno menſe minus imperaſſet.

e Theoph. Paul. Diac. f Chro. Alex. Theoph. Paul. Diac.

g *Tiberius* ergo genere *Thrax* ſolus imperare cœpit anno 578. Quem Hiſtorici omnes ab lenitate, juſtitia, munificentia, pietata, ceteriſque Imperatore dignis virtutibus enixe prædicant. Initio imperii, *Sophiam* occulte ſibi parantem inſidias privatam ad ſortem redegit. h *Perſas Romanam* pacem ſuperbe reſpuentes duce *Mauricio* cecidit; & quæ *Juſtiniano* Imperatore ab illis erant occupata, recepit anno imperii quarto. *Narſetis* theſauros ab eo repertos ſcribit *Diaconus*. Imperavit poſt obitum *Juſtini* annos 3. menſeſque circiter 10. Quippe anno 582. i Indict. 15. *Auguſti* menſis die 14. ex morbo periit; cum pridie *Mauricio Conſtantinam* filiam conjugem dediſſet, ac ſucceſſorem ſibi deſignaſſet, coronatis ambobus.

Tiberius Imper. g Evagr. 5. Theoph. Paul. Diac. Zonar. Cedr. h Theoph. Joan. Biclar. i Chro. Alex. Vita S. Eutychii.

Mauricius, k e *Cappadocia* oriundus oppido *Arabiſſo*, fit anno *Chriſti* 582. *Romanorum* Imperator, virtute ac rei militaris ſcientia commendatus. Sed utrumque decus fœda labes avaritiæ deformavit; quæ & poſtremo in ejus vertit exitium. Bellum cum *Perſis Juſtino* Imperatore ſuſceptum, per *Philippicum* ducem alioſque feliciter adminiſtravit.

k Evagr. 5. c. 19. Simocatta. *Mauricius.*

l Præcipua *Romano* duce parta victoria eſt anno 8. *Mauricii*, Indict. 7. adeoque anno *Chriſti* 589. Ob quam iratus *Hormiſdas Baramo* duci muliebrem ſtolam per ludibrium miſit, qui ab illo cum exercitu defecit. Interim ab *Vindoe* comprehenſus *Hormiſdas*, & paullo poſt a *Choſroe* filio excæcatus; ac demum, quod nullum imprecandi finem faceret, fuſtuario necatus eſt. *Choſroes* ob parricidium inviſus ſuis, ac *Baramo* in eum inſurgente, ad *Mauricium* confugit: a quo adoptatus in filium, & *Narſetis* opera victo *Baramo*, reſtitutus eſt in regnum. Ita *Perſico* bello anno eodem 589. finis eſt impoſitus, quod viginti annos duraſſe haud ſatis accurate m *Simocatta* ſcripſit. Cœptum eſt enim anno 572. ac duodeviginti perſeveravit annos.

A. 565. Chriſti ad 600. l Simoc. 3. c. 6. Theoph. Paul. Diac. lib. 17. *Choſroes patrem necat.* m Simoc. 3. c. 9.

Perſico bello ſucceſſit *Avaricum*, imminente *Chagano Avarum* Rege; cum & *Sclavini* interim & *Bulgari Romanos* laceſſerent.

Avarico bello dux *Comentiolus* n ſeditioſorum aliquot millia levius armata juſſu *Mauricii* Barbaris objecit; quibus partim cæſis, partim captis *Chaganus* perexigua in captivorum pretium taxata pecunia, quod eos redimere Imperator nollet, jugulavit omnes anno *Chriſti* 600. o Indictione 3. Senſit ob tantam immanitatem inſenſum ſibi Numen eſſe *Mauricius*. Itaque, ut erat religioſus ac pius, miſſis per Monaſteria ſacraque loca omnia litteris, orari Deum juſſit, ut admiſſi illius delicti vivus potius, quam mortuus, pœnas perſolveret, quod illi ex voto Deus indulſit.

Avaricum bellum. n Theoph. Paul. Diac. 17. c. 29. Chron. Alex. Zonar. *Mauricii avaritia.* o Theoph. Simoc. 8. c. 11.

Anno quippe 602. p Indict. 6. *Novembri* menſe, *Phocas* quidam Centurio, lingua promptus, ob idque vulgo militum acceptus, concitato in *Mauricium* exercitu, ſalutatus eſt Imperator, ac 27. die menſis ejuſdem, feria 3. *Mauricius*, trucidatis in conſpectu ejus filiis, ad *Chalcedonem* capite plectitur. *Conſtantina* vero ejus uxor triennio poſt, q Indictione 8. perimitur, unaque tres ejus filiæ.

p Chron. Alex. *Mauricii miſerandus obitus.* q Chron. Alex.

r Non alius Imperator aut acerbiorem fortunam expertus eſt, aut toleravit conſtantius. Una vox in tanta ſuorum carnificina illius eſt excepta, *Juſtus es Domine, & rectum judicium tuum*. Quin etiam unum ex ejus filiis infantem adhuc occultante nutrice, ac ſuum pro illo ad necem objiciente filium, fraudem ultro *Mauricius* detexit, nec alienum eſt paſſus occidi. Imperavit annos 20. menſes tres, ac dies aliquot.

r Simoc. l. 8 c. 11. Theoph. Paul. Diac. 17. c. 52. Zonar. Cedr.

CAPUT X.

Quæ in Occidente Imperatoribus Juſtino II. Tiberio, *ac* Mauricio *geſta ſunt. Ac primum* Langobardorum *in* Italia *regnum, deque* Narſetibus *tribus; tum de Exarchis* Ravennatibus.

LAngobardi ſ a prolixa barba nominati, cum *Vuinili* antea dicerentur, t e *Scandinavia*, indidem, unde & *Gothi*, *Vandali*, *Rugi*, *Heruli*, *Turcilingi*, profecti ſunt. Illi u *Iborea* & *Aione* ducibus, Coſſ. *Auſonio* & *Olybrio*, hoc eſt, anno *Chriſti* 479. devictis *Vandalis*, varias ſedes occuparunt; ac demum *Audoino* Rege, qui nonus a x *Paullo* numerâtur, *Pannoniam* invaſerunt y anno *Chriſti* 526. Fœdere cum *Romanis* inito, eorum adjuti opibus, contra *Gepidas* ſecunda prœlia fecerunt anno, ut ſcribit z *Procopius*, belli *Gothici* 14. & 17. *Chriſti* 548. & 551. ac viciſſim *Romanis* & ipſi bello eodem *Gothico* ſubſidio venerunt. a Quo tempore *Narſes* in *Italiam* miſſus cum *Gothis* debellavit, occiſo eorum Rege *Toſila*, anno, ut ſupra memoravi, 552. Sed cum belluarum ritu tota *Italia* graſſarentur, ac ferro flammiſque cuncta vaſtantes ſacras ipſas ædes ſtupris polluerent, *Narſes* eos a ſe quam primum dimiſit in

ſ Paullus VVarnef. l. 1. c. 9. t Id. c. 1. u Profp. x Paullus VVarnef. l. 1. c. 22. y Idem l. 2. c. 7. z Procop. p. 307. & p. 360. a Procop. p. 361. VVarnef. 2. c. 1.

Panno-

Digitized by Google

A. 565. Chriſti ad 600.

Langobardorum in Italiam adventus.

Pannoniam. Regnabat tunc *Langobardis Audoinus*, cujus filius *Alboinus* primus in *Italiam Juſtino* II. imperante pervenit anno *Chriſti* 568. Indictione 1. quo anno Paſcha Calendis *Aprilis* celebratum eſt. Ita [a] *Paullus Vvarnefridus*. Sequente anno, Indictione 3. ineunte, *Liguriam* pæne omnem, præter maritimas urbes, expugnavit. *Mediolanum* ingreſſus, *Ticinum* obſedit triennio toto; quo demum oppido potitus eſt anno 572. ac deinceps reliquam pervagatus *Italiam*, [b] præter *Romam* & *Ravennam* cuncta propemodum occupavit. Hic affinitate *Chlothario* junctus eſt *Chlodovei* filio, [c] cujus *Chlotſindam* filiam in matrimonio habuit. Ea mortua, *Roſemundam* duxit *Cunimundi Gepidarum* Regis, quem ſuapte manu peremerat, filiam; cujus inſidiis occiſus eſt, cum annos tres & ſex menſes in *Italia* regnaſſet; ſive ab ejus ingreſſu ſeptimum attigiſſet, ut [d] *Gregorius* noſter prodidit. Itaque periit anno 572. [e] *Roſemunda* cum theſauris *Alboini*, & adultero ſuo *Hermige*, ad *Longinum* Exarchum *Ravennam* fugiens, ejus ſuaſu venenum illi propinavit; cujus hauſta parte, reliquum eam *Hermigis* ſtricto gladio coegit bibere. Sic adulteri ambo nefarii parricidii pœnas dederunt.

[a] VVarnef. 2. c. 7. & 25. & Paul. Diac. in Miſc. 16. c. 35.
[b] VVarnef. 2. c. 62.
[c] Greg. Turon. 4. c. 35. Paul. VVarnef. l. 1. ſub finem & l. 2. c. 28.
[d] Greg. Turon. c. 35.
[e] VVarnef.

Narſetis hiſtoria.

Hujus *Langobardicæ* irruptionis auctorem fuiſſe *Narſetem* Patricium ſpadonem, a quo *Gothicum* in *Italia* deletum eſt regnum, aſſerit [f] *Anaſtaſius* & *Vvarnefridus*. Cum enim ab *Romanis* apud *Juſtinum* in crimen adductus, Imperatricis *Sophiæ* contumelioſis litteris ad lanarum penſa, ut Eunuchum decebat, redire juſſus eſſet, talem ſe illi telam ordiri reſpondit, quam nec ipſa neque vir ejus umquam retexerent, atque ita *Langobardos* ad invadendam excivit *Italiam*. Hæc *Vvarnefridus*. Quæ ab nonnullis eo refelli putantur, quod *Narſes Conſtantinopoli* tum degeret, ut *Corippus* affirmat, quodque idem deinceps in ea urbe reſederit, Imperatoribus longe cariſſimus; donec a *Phoca* anno 605. vivus concrematus eſt, ut ſcribit *Theophanes*. Verum plures ejuſdem nominis hiſtoria temporum illorum exhibet. *Juſtiniano* quippe Imperatore *Narſetes* duos fuiſſe meminit [g] *Procopius*; quorum alter ſpado & ærarii Quæſtor jam erat anno 4. *Juſtiniani*, *Chriſti* 530. a quo *Gothorum* res everſæ ſunt in *Italia*, occiſo *Totila* anno 553. ut ſupra demonſtravi, [h] atque hic genere fuit *Perſarmenus*. Alter indidem oriundus, cum fratre *Aratio* & matre ſua defecit ad *Romanos* anno eodem 4. *Juſtiniani*, & a priori *Narſete* eſt exceptus. Ex his priorem illum anno *Chriſti* 572. mortuum eſſe narrat *Anaſtaſius*, poſtquam *Langobardos* evocavit. De poſterioris obitu non memini legere. *Corippus* de *Juſtini* II. Conſulatu agens, ejus armigerum nominat *Narſetem*, qui, ut ibidem canit,

Comptus cæſarie, formaque inſignis, & ore,
Aureus omnis erat.

[f] Anaſtaſ. in Joan. 3. VVarnef. c. 25.
[g] Procop. 1. Perſ. p. 25. & 2. Goth. p. 280.
Narſetes duo, immo tres.
[h] Procop. 1. Perſ. p. 25.

Non poteſt hic eſſe ſpado ille, qui tum vetulus erat & deformis. Sed nec *Aratii* poſterior ille germanus; niſi tunc, cum ad *Romanos* tranſiit, pæne fuiſſe puerum velimus. Hujus ergo filium fuiſſe haud abſurda ſuſpicio eſt, ad quem [i] *S. Gregorius* epiſtolam dedit; niſi mavis ad ipſum hujus pertinere patrem. Eumdem porro *Narſetem* poſterioris filium arbitror a *Phoca* vivum eſſe combuſtum. Quem qui putant Eunuchum illum longe celeberrimum fuiſſe, vehementer errant, ut inter alios *Conſtantinus Manaſſes*.

[i] Greg lib. 1. ep. 6.

Ut ad *Langobardos* redeam, hi paullatim *Italiam* obtinuerunt, *Roma*, uti dictum eſt, *Ravennaque* exceptis, ab iiſque tractum *Langobardiæ* nomen penes amplam *Italiæ* provinciam hodieque reſidet. Regnatum ab illis eſt annis 206. [k] Poſtremus enim Rex *Deſiderius* a *Carolo Magno Francorum* Rege victus anno 773. & incluſus *Ticino*, ſequenti anno, urbe capta, in *Gallias* eſt abductus. Ejus filius *Adalgiſus*

[k] Paullus VVarnef. l. 6. c. ult.

Petavii Ration. Temp.

Conſtantinopolim fugit; ubi a *Conſtantino Copronymo* Patriciatus honorem eſt adeptus. Quod Annales noſtri teſtantur, nec non *Paullus Vvarnefridus*.

A. 565. Chriſti ad 600.

Eodem porro tempore, quo *Langobardi* in *Italia* dominabantur, *Ravennam* Exarchi tenuerunt. *Græci* erant Præfecti, qui *Conſtantinopoli* ab Imperatore mitti conſueverant; & utcumque *Langobardis* reſiſtentes, reliquias illic imperii tutabantur, ſed per impotentiam & avaritiam majora, quam hoſtes ipſi, damna ſuis afferebant.

Exarchi Ravennæ.

Ergo ſub annum 568. [l] *Longinus* Patricius primus *Ravennæ* Exarchus mittitur, amoto *Narſete*, *Juſtino* imperante Juniore. Poſtremus *Eutychius* fuit, ſub quo *Aiſtulphus Langobardorum* Rex *Ravennam* armis occupavit [m] circa annum 752. Hac ratione annos circiter 185. Exarchi *Græci Ravennæ* præfuerunt.

[l] Rubeus l. 3. & 4. VVarnef. l. 1. c. 29.
[m] Rubeus l. 4. p. 221.

CAPUT XI.

Quæ in Francia *&* Hiſpania *interim geſta ab anno circiter 565. ad 600. ubi de* Chlotharii *filiis quatuor* Chariberto, Chilperico, Sigeberto, Guntramno, *ac* Sigeberti *poſteris; tum de* Leovigildo Hiſpaniæ *Rege*, Hermenegildo, *ac* Ricaredo.

Vide Par. 2. l. 4. c. 15.

CHlotharii filiis quatuor totidem in partes diviſa *Gallia* parebat, uti [n] ſupra memoravimus. Horum peſſimi fuere *Charibertus* & *Chilpericus*: in quibus præter libidinum impunitatem ac licentiam, regium nihil agnoſceres. [o] Horum ut indecora conjugia exemplo ſuo reprehenderet, *Athanagildi Viſigothorum* in *Hiſpania* Regis affinitatem *Sigebertus* expetiit, ducta *Brunechilde* illius filia. [p] Quem *Chilpericus* imitatus ſororem ejus *Gaſuintham* paullo poſt adſcivit, *Fredegunde* rejecta pellice; cujus deinde blanditiis irretitus, innocentem feminam vita privavit, ejuſque loco pellicem accepit. Ob id regno pulſum a fratribus fuiſſe *Gregorius* narrat, quod tamen ſubinde recepit.

[n] cap. 6.
[o] Greg. 4. c. 25. Aim. 3. c. 4.
[p] Greg. 4. c. 18. Aim. 3. c. 5.

Has amborum fratrum nuptias *Chronicon Sigeberti* in annum rejicere videtur 569. Verum *Athanagildus*, quo auctore ambæ iſtæ nupſerunt, ut ait *Gregorius*, ante annum illum obiit, [q] videlicet *Juſtini* 2. adeoque anno *Chriſti* 567. quo *Liuba* ſucceſſit.

[q] Joan. Biclar. Iſidor. in Chron.

Charibertus ob legitimam repudiatam conjugem *Ingobertam*, ac *Meroſledis* ejuſque deinceps ſororis iterata conjugia, a *S. Germano Pariſiorum* Epiſcopo ſacris interdictus apud *Blaviam* in *Santonibus* obiit [r] regni anno nono: proinde *Chriſti* circiter 570. [ſ] cujus regnum fratres ejus inter ſe partiti ſunt.

Charibertus excommunicatur, & moritur.
[r] Sigeb. in Chron.
[ſ] Greg. 4. c. 26. Aim. 3. c. 2.

Chilpericus ac *Sigebertus* perpetui invicem hoſtes frequentiora ſecum, quam cum exteris, bella geſſerunt. [t] Hic dum *Hunnos* armis perſequitur, *Chilpericus* abſentis aliquot invadit urbes. Neque tamen hac diu victoria gaviſus eſt. Reverſus enim *Sigebertus*, *Sueſſionum* oppidum, inque eo *Theodebertum Chilperici* ex *Audovera* filium capit: quem, exacto prius jurejurando, ne contra ſe deinceps arma caperet, vertente anno remiſit. Id paullo ante *Brunechildis* nuptias evenit.

[t] Greg. 4. c. 23.

Civile alterum bellum poſt *Chariberti* mortem a *Chilperico* eſt ortum, [u] qui *Turones Pictavoſque*, quos ex fraterni partitione regni *Sigebertus* ſortito ceperat, hoſtiliter invaſit. Sed *Sigebertus*, conjunctis cum *Guntramno* viribus, per *Eunium* cognomento *Mummolum* fortiſſimum ea tempeſtate ducem cuncta recuperavit, ſub annum quo *Charibertus* obiit, *Chriſti* 570. Quinto poſt anno poſt *Alboini* cædem, (ut [x] *Vvarnefridus* ſignificat) Chriſti 574. vel ſequenti, [y] *Langobardorum* Reguli aliquot ex decem illis, qui *Alboino* ſucceſſerunt, in *Gallias* eruperunt, & *Burgundiones* cædibus, ac populationibus infeſtarunt.

[u] Greg. Sigeb. & Aimoin.
[x] Greg. 4. c. 40.
[y] Lib. 2. c. 32. & l. 35. c. 1.

O Sed eos

A. 565. Chriſti ad 600.

Sed eos *Mummolus* ad *Ebredunum* concidit. Nec multo poſtea [a] *Saxones*, qui ſe *Langobardis* adjunxerant, non minori ſtrage compreſſit.

[b] Tertium civile bellum movit idem *Chilpericus*, occupatis, hoſtiliterque vaſtatis per *Theodebertum* filium *Turonis*, *Pictavis*, *Lemovicinis*, *Cadurcinis*, aliiſque *Sigeberti* provinciis. Quibus ille permotus *Trans Rhenanis* ad auxilium excitis populis *Chilpericum Guntramni* licet auxilio fretum ita perterruit, pacem ut ultro reſtitutis omnibus peteret. Sed ea poſt annum unum ab eodem rupta *Chilperico* eſt, qui in belli ſocietatem *Guntramnum* iterum adduxit. Verum eo facile reconciliato, *Sigebertus Chilpericum* fugavit; omnibuſque late *Pariſios*, ac *Rhotomagum* uſque redactis in poteſtatem, a *Francis* ſollemni ritu impoſitus clypeo, Rex *Chilperici* in locum acclamatus eſt. Hinc ad *Tornacum* in *Nerviis* obſidendum præmiſſis copiis, qua ſe urbe *Chilpericus* cum uxore liberiſque ſepſerat, a ſicariis duobus, quos *Fredegundis* ſubmiſerat, tinctis veneno cultris confoſſus eſt, [c] anno regni 14. ætatis 40. *Chriſti* 575. Erat tum *Lutetiæ Brunechildis*; cujus filius *Childebertus* [d] quinquennis puer a *Gundobalda* duce furtim paternum ad *Auſtraſiæ* regnum abducitur. *Brunechildis* omnibus a *Chilperico* ſpoliata *Rhotomagum* relegatur. [e] Cujus captus amore *Meroveus Chilperici* filius eam patre inſcio ducit uxorem: ac poſtremo miſſis ad illum comprehendendum militibus, ne in patris poteſtatem veniret, cuidam familiari ſuo trucidandum ſe præbuit anno *Chriſti* 577. ut ex annis *Childeberti* conſtat [f] a *Gregorio* numeratis: nec non e Paſchate, [g] quod anno iſto celebratum ait in *Galliis* 14. Cal. *Majas*; in *Hiſpania* 12. Cal. *Aprilis*.

a Greg. 4. c. 36. & ſeq. Vvarneſ. l. 3. c. 16. & ſeq.
b Greg. 4. c. 42. & ſeq. Aimoin. 3. c. 14.
Sigeberti nex.
c Greg. fine l. 4.
d Greg. 5. c. 1.
e Greg. 5. c. 2. 14. 19. Aimoin. 3. c. 14. & 15.
f Greg. 5. c. 6. & 26.
g Cap. 17.
Childebertus Sigeberti filius.

Interim *Childebertus* ſub matris tutela *Brunechildis* in *Auſtraſia* regnabat; qui cum patruis identidem bella ſuſcepit; [h] *Chilpericus* cum natum ſibi e *Fredegunde Chlotharium* vidiſſet, quarto poſt menſe ſub noctem a ſicariis e venatione rediens occiditur anno *Chriſti* 584. nempe nono *Childeberti* anno, ut [i] *Gregorius* narrat; cujus hodieque ſepulchrum in Baſilica *S. Vincentii* ad Urbem cernitur. [k] Dicitur ea cædes ab *Landerico Fredegundis* adultero ejus eſſe conſilio facta: quod *Gregorius* tacuit, [l] qui hoc unum ſcribit, illam a *Childeberto* poſtulatam ad cauſſam dicendam fuiſſe, & quo minus id fieret, interceſſiſſe *Guntramnum*. [m] Hunc vero accitum a *Fredegunde Lutetiam*, *Chariberti* & *Chilperici* regna cepiſſe. Tutelam quippe *Chlotharii* II. *Chilperici* filii ſuſcepit; qui eodem, quo pater interfectus eſt, anno natus, [n] Rex ætatis quarto menſe renuntiatur.

h Greg. 6. c. 40.
i Greg. 6. c. 33.
k Aimoin. 3. c. 56.
l Greg. 7. c. 6.
m Greg. 7. c. 16.
n Greg. l. 7. c. 7.

Secundum hæc [o] *Childebertus* contra *Langobardos* auctoratus a *Mauritio*, metu illos ad deditionem impulit. Sed cum anno [p] regni ſui 13. rurſus in eos miſiſſet exercitum, pæne univerſus profligatus eſt. [q] Nihilo ſecundiore contre *Gothos* uſus eſt fortuna *Guntramnus*, qui in *Septimaniam*, quæ tum *Gothicæ* ditionis erat, copias miſit. Eæ, quacumque iter habuerunt, ſacra profanaque omnia hoſtili more populatæ, ſcelus hoc magnis ſuis cladibus expiarunt [r] anno *Childeberti* 10. *Chriſti* 586.

o Greg. 6. c. 42. Vvarneſ. 3. c. 18.
p Greg. 9. c. 25. & 26 Vvarneſ. l. 3. c. 28.
q Greg. 8. c. 30.
r Patet ex Greg. l. 7. c. 24. & 8. c. 38.

[s] Tum anno poſt quarto, *Chriſti* 589. tentata iterum *Septimania*, *Guntramni* exercitus majori ſtrage conciſus eſt. Dux erat *Gothorum Claudius*; quem cum trecentis haud amplius viris ſexaginta *Francorum* fudiſſe millia, auctor eſt *Joannes Biclarienſis*. Quod non eſt ſimile vero.

s Greg. 9. c. 31. Joan. Biclar. Iſid. Chron.

[t] *Guntramnus* anno *Chriſti* 593. vel 594. moritur 5. *Aprilis*, illuſtri pietatis ac virtutum ceterarum relicta memoria; quæ [u] Eccleſiaſticis commendata tabulis, 28. *Martii* quotannis reperitur. Ejus regnum ad *Childebertum* pervenit. Hic adverſus *Chlotharium* ejuſque matrem *Fredegundem*, veteres perſecutus inimicitias validum inſtruxit exercitum. [x] *Fredegundis* ſupra muliebrem indolem audax femina, Regem, quem in ulnis geſtabat, oſtentans *Chlotharium*, tantum illis fecit animorum, ut ex improviſo impetu in hoſtes facto, ingenti eorum cæde victoriam pepererint. Erat tum *Chlotharius* annos natus ſaltem novem, ut qui anno *Chriſti* ſit ortus 584. ut ſupra docuimus.

t Fredeg. in Chro. c. 11. Aimoin. 3. c. 81.
u Martyr. Rom.
A. 565. Chriſti ad 600.
x Aimoin. 3. c. 82.

[y] *Childebertus* anno quarto ab *Guntramni* obitu, *Chriſti* 596. cum uxore veneno tollitur. Cui *Theodebertus* ac *Theodoricus* ejus filii ſucceſſere, ſub *Brunechildis* aviæ tutela. [z] *Fredegundis* vero, *Lutetia* capta, cum finitimis aliis oppidis, amborum fratrum in *Chlotharii* filii perniciem conjunctos fudit exercitus; ac ſequenti anno vita functa ad urbem *Lutetiam* in *S. Vincentii* æde ſepelitur.

y Aimoin. 3. c. 84. Fredeg. c. 16.
z Aimoin. 3. c. 88. Fredeg. c. 17.

[a] *Childeberti* filii, inſtigante avia, *Chlotharium* oppugnant, & acie victum maxima parte regni cogunt cedere.

a Fred. c. 20. Aim. 3. c. 87.

At in *Hiſpania Leovigildus* a *Liuba* patre in regni conſortium acceptus [b] anno *Juſtini* tertio, *Chriſti* 564. *Goſuintham Athanagildi* conjugem duxit; cum jam ex *Theodoſia Severiani* ducis *Carthaginienſis* filia, [c] *SS. Leandri* & *Iſidori* ſorore, liberos haberet duos, *Hermenigildum* & *Ricaredum*. Atque is *Gothorum* in *Hiſpania* res plurimum virtute bellica, & victoriis amplificavit. Sed *Ariano* imbutus veneno *Catholicos* crudeliter inſecutus eſt; adeo ut *Hermenigildum* eam ob cauſſam morte damnaverit. Huic [d] *Ingundis Sigeberti Metenſium* Regis filia nupſerat, cujus hortatu *Catholica* pietate *Arianam* mutavit hæreſim, ac patris offenſionem inſidiaſque veritus, ab eo deſecit, & ab *Romanis* ſubſidium petiit, atque ad *Tiberium* Imperatorem legatum miſit *S. Leandrum*. Sed cunctantibus illis, *Leovigildus* interim *Hermenigildum* bello perſecutus in poteſtatem redegit, ac *Valentiam* relegavit [e] anno 2. *Mauricii* Imperatoris, *Chriſti* 584. & ſequente anno, ipſa nocte Paſchatis, quod *Aprilis* 15. anno 585. contigit, eum *Arianis* communicare detrectantem vita privavit. Cujus mortem plurimis illuſtratam miraculis [f] *Gregorius* Papa teſtatur. Martyris porro neque *Biclarienſis*, neque *Turonenſis Gregorius* meminere.

b Joan. Biclar. Iſid. Roder. Tolet. 3. c. 14.
Leovigildus.
c Joan. Vaſeus in Chron.
d Greg. Turon. 5. c. 39. & l. 8. c. 28.
Hermenigildus a patre necatur.
e Joan. Biclar. Greg. Tur. 8. c. 28. VVarneſr. 3. de geſt. Lóg. c. 21.

Leovigildus [g] quarto *Mauricii* anno, *Chriſti* 585. *Toleti* moritur, ejuſque loco regnavit *Ricaredus*; [h] cui moriens mandaſſe pater dicitur, *Catholicam* ut fidem amplecteretur, quod ſtatim, auctore *Leandro*, tanto ardore perfecit, ut regnum omne paullatim ad Eccleſiæ *Catholicæ* communionem adjunxerit. Idem bello inclytus *Gothorum* firmavit, atque auxit imperium. Pace ab Rege *Guntramno* fruſtra petita, illatum ab eo bellum fortiter repulit, uti ſupra demonſtravimus.

f Greg. P. 3. Dial. c. 31.
g Biclar. Iſid. in Chron.
h Turon. 8. c. 46.
Ricaredi pietas.

CAPUT XII.

Eccleſiaſticarum rerum præcipua quæque, tum illuſtres aliquot ſanctitate doctrinaque viri ab anno 565. ad 600.

ULtimo *Juſtiniani* anno, *Chriſti* 565. [i] *Eutychius Conſtantinopolitanus* Epiſcopus, vir ſanctus, quod Imperatoris damnaret hæreſin, ſede ſua ejectus eſt *Januarii* 22. & *Amaſeam* deportatus, ac poſt annos 13. a *Juſtino* reſtitutus, *Octobris* 3. [k] Indict. 11. *Chriſti* 577. *Tiberii* extremo anno moritur, *Chriſti* 582. Hic ille eſt *Eutychius*, quem de reſurrectione haud recte ſentientem [l] dedocuit *Gregorius Pelagii* tum Pontificis Apocriſiarius, [m] Pontifex & ipſe poſt factus anno 590. Qui cum illam dignitatem quibus poterat rationibus incaſſum vitaſſet, tantas in ea res geſſit, ut merito *Magni* cognomen tributum illi fuerit.

i Euſt. in ejus Vita apud Sur. Apr. 6.
S. Eutychius.
k Theoph. Cedren.
l Joan. Diac. in vit. Greg.
m Greg. Turon. l. 10. c. 1.

a In

A.565. Christi ad 600.

[a] In *Galliis Sagittarius* & *Salonius*, ille *Ebredunenſis*, hic *Vapingenſis* Epiſcopi, ob ſcelera ſua, tum quod armati militum more prœliarentur, in *Lugdunenſi* 2. Synodo epiſcopatus bonore privati ſunt [b] anno *Guntramni* 6. qui eſt *Christi* 567. Sed ad *Joannem* provocantes, ejus juſſu reſtituti; ad extremum, quod in flagitiis perſeverarent, in *Gabillonenſi* Concilio rurſus omni dignitate ſpoliati ſunt, anno (ut ait [c] *Gregorius*) *Childeberti* quarto, *Guntramni*, & *Chilperici* 18. qui fuit *Christi* 579.

Auguſtoriti Pictonum obiit [d] *S. Radegundis* 14. *Augusti*, feria 4. ut ejus Acta nos docent, anno *Christi* 587. [e] nempe 12. *Childeberti*. Cujus in Monaſterio nonnullæ ſtirpe regia ortæ virgines erant; quæ poſt illius obitum adverſus Cœnobii Præſidem *Leuboveram* elatæ ſuperbia, primum ab ea diſceſſerunt; tum immiſſis in Monaſterium ſatellitibus, ac direptia omnibus, *Leuboveram* inde per vim abſtraxerunt. Tandem *Childeberti* juſſu in *Pictavis* Epiſcoporum collecto Concilio, a communione rejectæ ſunt, & *Leubovera* priſtinum in locum reſtituta. [f] Id anno 14. *Childeberti*, *Christi* 589. cœptum, ſequente terminatum videtur.

In *Britannia* inſula, *Christiana* religio multum propagata eſt *Columbani* viri ſanctiſſimi labore ac ſtudio; qui profectus ex *Hibernia*, Septentrionales *Pictos* ad eam tranſtulit [g] anno 585. *Anglo-ſaxones* vero, qui Auſtralem inſulæ partem olim occuparant, *S. Gregorius* Pontifex *Romanus* [h] eamdem convertit ad fidem, miſſo illuc *Auguſtino*, aliiſque Monachis anno *Mauricii* 14. *Christi* 596.

Præter hos eximie ſancti ætate illa floruerunt, *Gregorius* alter in *Gallia Turonenſis* Epiſcopus; *Germanus* Pariſienſis, [i] qui anno primo *Childeberti Christi* 576. obiit; [k] *Salvius Albigenſis* eodem, quo *Childericus*, anno mortuus, *Christi* 584. [l] *Domnolus Cenomanenſis*; [m] *Sulpitius Bituricenſis*. Hi omnes Epiſcopi fuerunt. Præter hos eaſdem illuſtravere *Gallias Hoſpitius Niceæ* [n] incluſam vitam agens; *Eparchius Ingoliſmæ* pari inſtituto vitæ mirabilis, aliique complures.

In Oriente [o] *S. Anaſtaſius Sinaita Antiochenus* Epiſcopus; [p] *Eulogius Alexandrinus*; ambo *Gregorio Magno* familiares. In *Hiſpaniis Leander Hiſpalenſis* Epiſcopus, [q] *S. Martinus Gallecienſis*, qui anno 580. obiit, cum 30. annos ſedem illam tenuiſſet, indidem unde & magnus ille *Turonenſis* Antiſtes, e *Pannonia* ſcilicet, oriundus, doctrinaque præſtans.

[a] Greg. Turon. 5. c. 21. *Sagittarius & Salonius.* [b] Conc. Lugd. c. 2. Tom. 1. Conc. Gall. p. 325. [c] Greg. Turon. 5. c. 28. [d] Greg. Tur. 9. c. 2. [e] Greg. 8. c. 43. *Turba in S. Radegundis monaſterio.* [f] Patet ex Greg. 9. c. 26. 39. & ſeq. & l. 10. c. 15. & 16. *D. Columbanus.* [g] Beda l. 3. Hiſt. Angl. c. 4. [h] Beda l. 1. c. 22. & ſeq. Joan. Diac. in Vita S. Greg. l. 2. c. 34. [i] Greg. Papa Epiſt. l. 5. ep. 52. & ſeq. [k] Greg. Tur. l. 5. c. 6. & 8. [l] Greg. l. 7. 1. [m] Greg. c. 9. [n] Id. l. 6. c. 39. [o] Id. c. 6. [o] Evag. 5. c. 5. [p] Niceph. Chron. [q] Greg. 5. c. 38.

CAPUT XIII.

De rebus Orientalis Imperii ab anno 600. ad 641. ſub Imperatoribus Phoca & Heraclio: *deque* Muhammede Arabum *ſectæ conditore*; & Monothelitarum *origine*.

Phocas.

PHocas occiſo *Mauricio* eadem, qua ſibi quæſierat, immanitate adminiſtravit imperium annis fere octo. Cœpit enim *Christi* 602. [r] Indictione 6. *Novembris* die 23. feria 6. qua illum *Cyriacus* Patriarca coronavit: & ab *Heraclio* captus interfectuſque anno 610. Indictione 14.

[s] Eo regnante *Choſroes Perſarum* Rex, tamquam *Mauricii* necem, quo cum magnia ejus in ſe meritis pacem fecerat, in auctores vindicaret, *Romanos* populatus eſt fines; ac torrentis inſtar cuncta rapiens, *Chalcedonem* uſque in *Bithyniam* pervaſit: cum *Phocas* interea rerum omnium ſecurus ac domi ſedens obſcenis ſe libidinibus ac principum cruore ſatiaret. Hoc cum ferri diutius non poſſet, [t] *Heraclius Heraclii* filius Præfectus *Africæ*, anno (uti diximus) 610. *Octobri* menſe, inde ſolvens, *Conſtantinopolim* obtinet, comprehenſoque *Phoca*, de eo ſupplicium ſumit. Graſſabatur inter hæc *Perſicum* illud incendium, quod Orientem *Aſiam*que momento corripuit. [u] Anno porro 614. menſe *Junio*, Indictione 2. capta ſunt a *Perſis Hieroſolyma*; & Clericis Monachiſque ſexus utriuſque mactatis pluribus, veneranda Crux in *Perſidem* aſportata eſt. Sequenti anno 615. *Saes Choſrois* dux *Chalcedonem* obſedit: hoc eſt Καλχηδόνα non Καρχηδόνα, ut perperam *Cedrenus* habet, & [x] *Paullus Diaconus*, qui *Carthaginem* vertit. Inde propagatus in Annales error eſt, *Choſroem Carthaginem* uſque penetraſſe; quod ſecus habuit; numquam enim *Africam Perſæ* tenuerunt. Eodem anno *Ægypto*, *Alexandria*, *Libya*que potiti ſunt *Perſæ*. [y] Quibus perculſus calamitatibus *Heraclius*, pacem ſupplex a *Choſroe* petiit; at ille conditionem nullam fore pacis ſuperbe reſpondit, niſi crucifixum abnegarent Deum, ac Solem adorarent.

[r] Chron. Alexand. Theoph. Paull. Diac. l. 17. Zonar. Cedren. [s] Iidem Auctores. [t] Vide Auctores eoſdem, & l. 4. p. 2. c. 14. Niceph. Petavius Ration. Temp.

A.565. Christi ad 600. [u] Breviar. & Notas ad Idem. *Heraclius & Perſarum irruptio.* [x] Chron. Alex. Theoph. [x] Paull. Diac. l. 18. c. 6. [y] Theoph. Paull. Diac. l. 18.

Quin etiam, ut ne mali ſpecies abeſſet ulla, per idem tempus *Avares* in *Thraciam* impreſſionem fecerunt. Quibus ægre placatis, totus in *Perſicum* bellum incubuit; cujus, adſpirante Numine, voto potior omni ſucceſſus exſtitit. [z] Tranſportatis anno *Christi* 621. in *Aſiam* copiis, cum *Choſrois* ducibus ſæpius acie dimicavit; ac magnis eorum deletis exercitibus, in *Perſidem* irrupit anno 627. *Choſroes* deſperatis omnibus, in fuga *Merdaſen* juniorem filium ſucceſſorem ſibi deſtinat. Quod ægre ferens *Siroes* major natu cum *Perſarum* primoribus in patrem conſpirans, eum ludibrio prius habitum, & jugulatos coram filios omnes coactum cernere, ſagittis objici juſſit. Pacem extemplo cum *Heraclio* pepigit, captivis liberatis, ac redditis, quæ *Romanis* erant ademptæ, provinciis omnibus, nec non ſacroſancta Cruce reſtituta, anno *Christi* 628. quam inſequenti vere *Hieroſolymam Heraclius* ſumma veneratione tranſtulit.

[z] Niceph. Brev. Theoph Paull. Diac. Zonar. Cedren. *Choſrois clades & mors.*

[a] Hoc imperante *Muhammedes Arabum* princeps exitialem condidit ſectam, quam & armis longius extendit. Hic de camelorum paſtore locupletis heræ conjux factus in *Palæſtinam* abiit; ubi cum *Christianis Judæis*que colloquens, adjutore *Sergio* Monaco, qui ob hæreſim ejectus ab Eccleſia fuerat, ex omnium colluvione ſectarum novum illud fabricatus eſt monſtrum, cui ſtolido mendacio auctoritatem addidit. Cum enim a dæmone & comitiali morbo jactatus identidem corrueret, mœrenti ob id uxori perſuaſit, *Gabrielis* ſe Angeli conſpectu, & alloquio conſternatum ſic affici. Id confirmante *Sergio*, mulierculæ opera latius diſſipatum, ac vulgo creditum eſt. Scribit *Theophanes* decem annis occultam hæreſim illum habuiſſe, ac novemdecim poſtea vi ferroque propagatam aſſeruiſſe. [b] Illud conſtat, anno *Christi* 622. *Julii* die 16. feria 6. fugam eum arripuiſſe, cum ob erroris novitatem de vita periclitaretur. Ab hac fuga, quam *Hegiram* vocant *Arabes*, id eſt διωγμὸν *perſecutionem*, nova illorum epocha proficiſcitur.

[a] Theoph. Paull. Diac. Zonar. Cedr. &c. *Muhammedis tempus.* [b] Par. a. l. 4. c. 14.

Hic anno *Christi* 628. ex *Æthribo Felicis Arabiæ* regione cum *Saracenis* ſuis ad *Heraclium* accedens, agrum impetravit ad habitandum, ac poſtea [c] anno 631. obiit. Quo ex tempore ſucceſſores illius *Saraceni* paullatim *Palæſtinam*, *Syriam*, *Ægyptum*, *Heraclio* regnante, ſibi ſubjecerunt. Quin & *Perſidem* anno 640. fugato Rege *Hormiſda*, ceperunt.

[c] Theoph. Miſcel. 18. c. 58.

Tot imperii calamitatibus originem *Heraclius* dedit, provocata in ſe Numinis ira, dum *Monothelitarum* hæreſim temere ſuſceptam pertinacius tuetur. [d] Ea ſumpſit initium anno *Christi* 630. quo, cum *Hierapoli* eſſet *Heraclius*, ab *Athanaſio Jacobitarum* Patriarcha interrogatus, duæne eſſent in *Christo* voluntates & actiones, an una tantum? ab hoc eodem, & *Sergio Conſtantinopolitano*, & *Cyro Alexandrino* Epiſcopis unicam profiteri didicit; [e] quam & edicto, ſive, ut appellant, *ecthesi*, publice propoſuit anno 639.

[d] Theoph. Diac. *Monothelitarum origo.* [e] Synod. Later. ſub Mart. Secret. 1. & 3.

A. 600. Chriſti ad 641. a Niceph. Brev. p. 13. Theoph. Diac. Zonar. Cedren.

639. a Moritur demum *Heraclius Martii* 11. die, anno ætatis 66. cum imperaſſet annos 30. menſes 4. dies 6. *Chriſti* 641. ex aqua intercute, aliiſque morbis, quibus inceſtas cum *Martina* fratris filia nuptias luiſſe creditur.

CAPUT XIV.

De rebus Occidentalis Imperii per idem tempus, ac præcipue Francicis, *tum de viris illuſtribus.*

b Fredeg. in App. c. 20. Aimoin. l. 3. c. 87. c Fredeg. c. 26. *Error Fredegarii.*

IN *Galliis Childeberti* filii duo, *Theodebertus* ac *Theodoricus* avia id agente *Brunechilde*, ſecum invicem, & cum *Chlothario* perpetua regnavere diſcordia. Victus ab iis primum eſt *Chlotharius* b anno a *Childeberti* patris obitu 5. qui eſt *Chriſti* 600. tum rurſus c poſt annos 4. a *Theodorico* ſuperatur, cum adverſus hunc *Chlotharii* præeſſet exercitui *Meroveus* ejus filius, ut ait *Fredegarius*; quod abſurdum videtur. Nam *Chlotharius* anno *Chriſti* natus eſt 584. Itaque anno 604. viceſimum ad ſummum ætatis exceſſerat.

d Fredeg. c. 38. e Aimon. 3. c. 98. f Fredeg. 40. & 41. *Chlotharius Brunechildem necat.* g Sigeb. h Fredeg.

Poſt iidem inter ſe fratres mutuis exarſere odiis. *Theodebertus* a fratre prœlio victus anno regni eorum 17. *Chriſti* 612. d apud *Coloniam* a ſuis interimitur. *Theodoricus* ſequente moritur anno, ſpuriis quinque relictis filiis; quod legitima uxore caruiſſet, id avia moliente, quo nepotem magis ſibi haberet obnoxium. e Quæ ſubinde flagitiorum, ob quæ *Francis* erat inviſa, pœnas *Chlothario* dedit. f Qui eodem *Chriſti* anno 613. toto *Francorum* regno potitus, *Brunechildem* in camelo circumductam indomitis equis illigavit ac diſcerpſit. Quietæ poſt hæc & florentes hue, & *Dagoberto* Rege ejus filio, res *Francorum* fuere; g quem anno 622. io regni conſortium adſcitum *Auſtraſiæ* præfecit. h Eumdem bello contra *Saxones* male ab iis acceptum, & capite ſauciatum, magna ſtrage hoſtium eſt ultus; cum quidem eorum neminem, qui ſuo gladio major eſſet, ſuperſtitem reliquit.

i Aimoin. 4. c. 8.

i Moritur *Chlotharius* anno 628. principatus 45. cujus regnum *Dagobertus* in ſolidum accepit; fruſtra obnitente *Chariberto* fratre, ex *Sichilde* poſteriori conjuge ſuſcepto; cum *Berthrude* natus eſſet *Dagobertus*, qui fratris demum miſertus, maximam ei partem *Aquitaniæ* conceſſit. Atque hic *Toloſæ* regni ſede conſtituta, totam ſibi *Vaſconiam* ſubjecit. *Dagobertus S. Arnulphi Metenſis* Epiſcopi, tum *Pipini Auſtraſii* uſus conſiliis, ſumma regnum æquitate, ac prudentia gubernavit. k Poſt in luxum reſolutus, uxores tres, præterque coucubinas plures, eodem habuiſſe tempore dicitur. Prolixus tamen io egenos, & pietati deditus fuit; l *S. Dionyſium Pariſiorum* Epiſcopum præcipue veneratus eſt: cui templum haud procul urbe condidit; quod aliorum locupletavit ſpoliis. m *Judæos* quoque, hortatu Imperatoris *Heraclii*, *Chriſtiana* ſacra coegit ſuſcipere. Quod ipſum & *Heraclius* in Oriente fecerat.

A. 600. Chriſti ad 641. k Fredeg. c. 56. & ſeq. *Dagobertus.* Vide Par. 2. l. 4. c. 16. l Fredeg. 60. m Fredeg. 65. n Joann. Diac. in Vita Greg. *S. Joannes Eleemon.* o In Notis ad Niceph. Brev. & 11. de Doct. Temp. c. 49. p Vide eadem loca. q Tom. 1. Bibl. PP. Græcol.

Phoca regnante, n *S. Gregorius* Papa mortuus eſt anno *Chriſti* 604. Indictione 7. *Heraclio* vero imperatore *S. Joannes Alexandrinus* Antiſtes cognomento *Eleemon* floruit; cujus in annis conſtituendis magna labes eſt Annalium, o quam alibi correximus. Illud certum eſt, *Perſas* anno 6. *Heraclii*, *Chriſti* 616. *Alexandriam* cepiſſe. Unde ſi ab *Heraclio* factus eſt Epiſcopus, citra ſextum dignitatis annum exſtinctus ſit oportet. p *Anaſtaſius Perſa*, Monachus & Martyr, circa annum 622. *Heraclii* 12. pro *Chriſto* paſſus eſt.

Æqualis horum fuit q *S. Antiochus* Monachus, & Abbas *Lauræ S. Sabbæ*: qui cladem *Hieroſolymæ* ac *Perſicum* illum turbinem lugubri ſtilo proſequitur in *Homilia* 107. & iu *Exomologeſi*. Idemque luctuoſum cujuſdam Monachi deſcribit exitum, cui, poſt annos complures in ſolitudine per omnia virtutum decora tranſactos, Diabolus per viſum objecit hinc Apoſtolos, Martyres, *Chriſtianoſque* omnes luridos, ac turpi ſqualentique habitu; inde *Moſem* cum Prophetis, *Judæorumque* turba, nitidos & ſplendentes, eoque perpulit, ut *Chriſtiana* Religione damnata, *Judæum* ſe faceret, ac circumciſus uxorem duceret. Quo in ſcelere triennio antequam iſta ſcriberet, verminaute toto corpore, peſſimo ſuo fato conſumptum illum refert *Homilia* 84.

r Sigeb. ſ Sigeb. anno 625. t Sigeb. 630.

In *Galliis* præclarum ſanctimoniæ nomen adepti ſunt r *S. Amandus Trajectenſis* Epiſcopus ſub *Dagoberto* Rege; ſ *S. Arnulphus Metenſis*, *Arnoldi* filius, *Anſberti* nepos, cui *Blithildis Chlotharii* I. filia nupſerat, *Auſtregiſillus Bituricenſis*, *Lupus Senonenſis* Epiſcopi. t Præterea *S. Bavo* ex Prædone converſus ab *Amando*. *Columbanus* item a *Brunechilde* plurimum vexatus ſub *Chlothario* vixit, ejuſque diſcipulus *S. Gallus*. In *Hiſpania S. Iſidorus Hiſpalenſis* Epiſcopus.

DIO-

Digitized by Google

DIONYSII PETAVII

E SOCIETATE JESU

RATIONARII TEMPORUM

PARTIS PRIMÆ LIBER OCTAVUS,

Tempora continens ab anno Chriſti 641. *ad* 1223.

CAPUT I.

A 641. Chriſti ad 685.

Orientalis Imperii res ſub Heraclii *poſteris ab anno* 641. *ad* 685. *de ſexta Synodo contra* Monothelitas.

a Niceph. Brev. Theoph. Miſcel. in fine l. 18. b Theop. Zonar. Cedr. Diac. in Miſc. 18. *Conſtans Imperat.*

C*Onſtantinus Heraclii* ex priori conjuge filius a poſt hunc imperavit anno *Chriſti* 641. & quarto menſe a noverca *Martina* veneno tollitur.

b *Heracleonas* cum *Martina* matre ſenis haud amplius menſibus regnat. Quibus exactis, nares illi Senatus decreto, matri lingua præciditur: & fit Imperator *Conſtans Conſtantini* filius, *Heraclii* nepos; qui religionis cultu avi, quam patris, ſimilis eſſe maluit. Fuit enim *Monothelita*, cum pater ejus *Catholicus* fuiſſet.

c Anaſt. Collect. & in Martino Theoph. Miſc. 16. d Exſilii S. Mart. Hiſtoria in Collect. p. 79. e Anaſtaſ. Collect. p. 104. f Ead. p. 196. & 264. Theoph. &c. g Theoph. Miſcel. h Paull. Warnefr. 5. de geſt. Lang. c. 20. i Theoph. Zonar. &c. *Conſtantinus Imp.* k Theop. Miſc. &c.

Hac inſtinctus hæreſi *Martinum* Papam virum ſanctiſſimum, quod *Heraclii* typo ſubſcribere juſſus, eum c cum *Monothelitarum* errore damnaſſet in Synodo anno 649. per *Theodorum Calliopam* Exarchum *Conſtantinopolim* abripuit anno d 653. quo ſcilicet 13. Cal. *Julii* erat feria 4. indeque *Cherſonam* relegavit; ubi is anno 655. moritur, Indictione 14. *Septembris* 16. ut eſt in e *Collectaneis Anaſtaſii*. f *Maximum* quoque Monachum egregium fidei *Catholicæ* propugnatorem lingua manuque truncatum in exſilium deportavit.

Quibus offenſus ſceleribus Deus *Saracenorum* armis lacerari *Romanum* permiſit Imperium. g Contra quos anno 654. infeliciſſime navali prœlio certavit. h Pertæſus inde *Conſtantinopolis* in *Italiam* trajecit; ubi cum *Langobardis* nihilo ſecundiori *Marte* pugnavit. Ea clade irritatus, furore barbarico *Romam* expilavit, & in *Siciliam* tranſmiſit; ubi cum ſex annis hæſiſſet, *Syracuſis* in balneo a ſuis interfectus eſt anno 668. i poſtquam imperavit annos 27.

k *Conſtantinus* hujus filius eodem imperare aggreſſus anno, *Catholicum* cultum reſtituit. Scribit *Theophanes*, ex eoque *Paullus Diaconus*, ambobus fratribus *Tiberio* & *Heraclio* nares juſſu ejus amputatas initio regni. At iidem anno ejus imperii 14. *Chriſti* 681. ejectos ab imperio eoſdem illos referunt, & *Conſtantinum* ſolum cum *Juſtiniano* filio Rempublicam geſſiſſe, quæ minime conſentanea ſunt.

A. 641. Chriſti ad 685. l Niceph. Brev. p. 99. & ſeq. Theoph. Paullus Diac. 19. Cedr. *Bellum cum Saracenis proſperum.*

l *Saraceni* vincendo longius progreſſi *Conſtantinopolim* ſeptem annis obſederunt. Sed cum & *Mardaitæ Libani* incolæ eos domeſtico bello diſtinerent, & beatæ Virginis auxilio tuti *Romani* fortiter reſiſterent, pacem denique in annos triginta his conditionibus fecerunt; ut quotannis 365. aureorum millia penderent *Romanis*, ac virorum capita 50. equos nobiles 50. *Saracenorum* claſſis in reditu tempeſtate disjecta naufragio tota periit: quod pace data poſterius eveniſſe *Theophanes* aliique ſcribunt. *Nicephorus* poſteriorem pacem, & hujus cladis occaſione petitam a Barbaris affirmat. Anno quinto *Conſtantini* oppugnare *Saracenos* cœpiſſe *Conſtantinopolim* prodit *Theophanes*, ex eoque *Cedrenus*, & *Paullus Diaconus*; nono vero pacem initam fuiſſe. Hoc modo falſum erit annis ſeptem obſeſſam eſſe, quos tam iſti quam *Nicephorus* in *Breviario* numerant. Per idem tempus ignis ille, qui vulgo *Græcus* dicitur, a *Callinico* quodam excogitatus eſt; cujus ea vis eſt, ut aquis in ipſis ardeat. *Saracenorum* exemplum ſecuti m *Avares*, aliique Barbari, pacem ab *Romanis* impetrarunt, n quam biennio poſt a *Bulgaris*, qui tum primum, hoc eſt anno *Chriſti* 677. in *Romanos* fines impetum fecerunt, tributi annui pactione coactus eſt redimere.

Ignis Græcus repertus. m Niceph. Brev. n Theoph. Diac.

Conſtituta Reipublicæ tranquillitate, ad pacandam Eccleſiam Imperator conſilia ſua tranſtulit. o Quam in rem generale ſextum Concilium indictum eſt *Agathone Romano* Pontifice, p quod anno 680. Indictione 9. *Novembri* menſe cœptum, ſequenti anno terminatum eſt. In eo Concilio quinque probatis Oecumenicis Synodis, decretum eſt, duas in *Chriſto* voluntates ac totidem actiones eſſe, quot in eo ſunt naturæ: &, qui ſecus docuerant, pro Hæreticis damnati, *Sergius*, *Pyrrhus*, *Cyrus*, *Paullus*, aliique; quibus & *Honorius* in *Actis* adjungitur *Romanus* Pontifex, qui *Heraclio* imperante ſederat. Verum hanc ab illo calumniam depellit q *Joannes IV.* qui tertius ab eodem Pontificatum tenuit; ubi *Honorium* docet *Sergio* de una in *Chriſto* voluntate ſubdole interroganti, reſpondiſſe duas non fuiſſe repugnantes & contrarias, cujuſmodi in nobis experimur: ceterum naturas in illo duas, ac voluntates totidem ab eo agnitas fuiſſe. r Obiit *Conſtantinus* anno 685. cum imperaſſet annis 17.

o Niceph. Brev. p. 109. p Anaſtaſ. in Agath. Theoph. Diac. 19. Zonar. Cedr. *Sexta Synodus.* *Honorius Papa defenditur.* q Joan. Epiſt. ad Conſtant. in Collectaneis Anaſtaſ. r Niceph. p. 109. Theoph. Diac. Zonar. Cedr.

CA-

A. 641. Chriſti ad 685.

CAPUT II.

Occidentalis Orbis hiſtoria ad ſuperius intervallum pertinens: maxime Francorum; *tum qui viri pietate ac doctrina illuſtres habiti.*

a Fredeg. 79. b Fredeg. c. 58. Aim. 4. c. 59. c Aim. 4. c. 20. d Fredeg. 76. Aim. 4. c. 27. e Fredeg. 80. f Fredeg. 76.

IN *Francia Dagobertus* mortuus eſt a anno regni 16. *Chriſti 644. Januarii* 19. cui ex *Nanthilde* b Monacha natus eſt *Chlodoveus*; c cum ante *Sigebertum* ex *Ragintrude* pellice genuiſſet anno 629. hoc eſt, ſeptimo poſt prius exordium regni. *Sigebertus Auſtraſiæ* Rex puer adhuc a patre factus erat anno 632. *Chlodoveo* relicta cetera, d hoc eſt, *Neuſtriæ Burgundiæque* regna, ſub *Nanthildis* matris tutela; e addito & *Æga* Palatii Magiſtro viro laudatiſſimo. Natus erat *Chlodoveus* annos 12. ortus eſt enim f anno *Dagoberti* 12. a priore, ut apparet, exordio *Chriſti* 633.

g Fredeg. 83. & ſeq. Aim. 4. c. 37. & ſeq.

g *Æga* mortuo anno 646. *Erchenualdus* Major domus in *Neuſtriæ* regno, *Flaochatus* in *Burgundia*, creantur. *Pipino* vero anno eodem exſtincto, *Grimoaldus* ejus filius in *Auſtraſia Sigeberti* regno ſimili dignitate functus eſt.

h Append. Aimoin. Sigeb. i Trithem.

h *Sigebertus* deſperata prole *Childebertum Grimoaldi* filium adoptat, ſucceſſoremque deſtinat, i anno regni ſeptimo, *Chriſti* 651. Sed cum præter ſpem *Dagobertum* genuiſſet, eo in fidem *Grimoaldi* tradito, moritur anno *Chlodovei* Regis 11. *Chriſti* 654. *Grimoaldus* attonſum *Dagobertum* miſit in *Scotiam* & *Childebertum* filium ad regnum extulit. Qua offenſi perfidia *Franci* comprehenſum *Grimoaldum Chlodovei* judicio ſiſtunt; qui eo carcere damnato, ſubmotoque *Childeberto*, ſuum ipſe filium *Childericum* Regem *Auſtraſiis* dedit: k quem ex *Bathilde Saxonica* cum aliis duobus, *Chlothario* & *Theodorico*, ſuſceperat.

k Fredeg. 91. Aim. 4. c. 34. *Chlodovei pietas.* l Aim. 4. c. 41.

Chlodovei porro laudatur in Annalibus ſingularis erga pauperes benignitas; l quibus ut in ſumma annonæ penuria ſuccurreret, aurum & argentum omne, quo ſanctorum *Dionyſii* & ſociorum Martyrum ſepulchra pater illius ornarat, abradi juſſit, & in illos dividi. Id anno ejus regni 14. *Aimoinus* imputat, qui in *Chriſti* cadit 657.

m Aim. ib. Antiq. Monaſt. S. Dion. l. 3. c. 4. *S. Dionyſii Cœnobii immunitas data.*

m Atque ut hanc qualemcumque ſacri loci compenſaret injuriam, biennio poſt celeberrimo Epiſcoporum conventu habito, ſancti *Dionyſii* Cœnobium, quod ad urbem pater illius exſtruxerat, ab Epiſcoporum omnium juriſdictione immune eſſe ſtatuit, *Landerico Pariſiorum* aſſentiente Præſule: qua de re edita ſanctio legitur 10. Calendas *Julias* anno 16. *Chlodovei*.

n Par. 2. l. 4. c. 16. *Ebroinus.* o Sigeb. A. 662.

n Obiit *Chlodoveus* anno 660. regni 17. eodemque tempore *Erchenualdo* palatii Præfecto mortuo, *Franci Ebroinum* ſubſtituunt, crudelitate, ac perfidia famoſum hominem. o Quo ex tempore ſolutis in luxum & inertiam *Francorum* Regibus, ad palatii Præfectos paullatim rerum ſumma pervenit; cum per eos adminiſtrarentur omnia, Reges vero ſolo contenti nomine regio ſe continerent, nec niſi ſemel quotannis Calendis *Majis* in conſpectum populi venirent. Quod p & *Græcorum* in Annalibus legitur, cum hac ineptiſſima fabula: *Francorum* Reges, porcorum inſtar, ſetoſum tergum habuiſſe, appellatoſque inde *tricheracbatos*.

p Theoph. ad annum 1. Leonis Iſaur. Miſcel. l. 22. q Fredeg. 93. 94. Aim. 4. c. 44. Sigeb. *Childericus regnat.*

q *Chlothario*, qui *Chlodoveo* patri ſucceſſerat, poſt annos regni 4. exſtincto, circa annum *Chriſti* 664. *Theodoricus* ejus frater brevi ſpatio præfuit. Hujus enim pertæſi cito *Franci Childericum*, qui *Auſtraſiæ* regnabat, Regem eligunt. *Theodoricum* cum *Ebroino* detonſos in Monaſterium includunt; illum in *S. Dionyſii* ad *Lutetiam*, hunc in *Luxovienſe*. *Childericus*, annis in regno tribus decurſis, *Chriſti* 667. n *Bodilone* nobili *Franco*, quem ad ſtipitem alligatum virgis affici juſſerat, cum uxore gravida interfectus eſt poſt Paſcha. Cujus filius *Chilpericus* r in quodam diplomate *Corbejenſi* ſubſcriptus legitur anno 1. regni ſui, cujus nulla uſquam fit mentio, ſtatimque ſ *Theodoricus* ad regnum vocatur; cui *Leudeſius* prætorii Magiſter attribuitur *Erchenualdi* filius.

A. 641. Chriſti ad 685. r Meminit P. Sirmond. in Not. ad Tom. 1. Conc. p. 620. ſ Vita S. Leodeg. t Fredeg. 96. Sigeb. Aimoin. 4. c. 44. *Ebroini crudelitas in S. Leodegarium & alios.* u Urſinus in vita S. Leodeg. 2. Octob. apud Sur. Sigeb. Fredeg. Aimoin. x Tom. 1. Conc. Gallic. p. 510.

t At *Ebroinus* e Monaſterii latebris erumpens, Præfecturam palatii rurſus invadit, occiſo *Leudeſio*, nec non u *S. Leodegario Auguſtodunenſi* Præſule; quem diris tormentis excarnificatum, & in Epiſcoporum Concilio dignitate ſpoliatum, gladio plecti juſſit. Id anno 685. *Sigebertus* retulit; x quo revera celebratum legitur Concilium illud in *Villa regia*. Ut errare neceſſe ſit eos, qui *Sancti Leodegarii* necem in annum conferunt 672. y cum anno ſeptimo *Theodorici*, Indictione 2. hoc eſt anno *Chriſti* 674. ſubſcriptus legatur *Vindiciani* litteris.

y Balderic. l. 1. Chron. Camerac. c. 25. Vide Sirmond. Not. ad 1. Tom. Conc. Gall. p. 620. *Viri SS. in Galliis.* z Audo. in vita S. Elig. l. 2. c. 2. a Audo. ibid. c. 32. b Vita S. Audo. Aug. 24. c Sigeb. d Sigeb. A. 638. e Sigeb. A. 662.

Multi per illa tempora ſanctitate florentes exſtitere viri, præſertim in *Galliis*. Inter quos SS. *Eligius* & *Audoenus* inſignes memorantur Epiſcopi, ille *Noviomenſis*, hic *Rothomagenſis*, eodem facti die, z anno 3. *Chlodovei*, *Chriſti* 646. nempe die 14. menſis tertii, qui eſt *Majus*, quæ Dominica fuit ante Litanias majores. Obiit a *Eligius* ætatis 70. ſub initium *Chlotharii*. b *Audoenus* porro nonagenarius moritur, cum annum Epiſcopatus 44. ageret. Præter hos Epiſcopi ſanctiſſimi *Chlodoveo* Rege c *Remaclus Trajectenſis*, *Aubertus Cameracenſis*, *Theodardus Trajectenſis* Martyr, cui *Lambertus* ſucceſſit; qui & ipſe poſtea martyrium obiit anno 2. *Childeberti*, hoc eſt, *Chriſti* 696. d *Audomarus Tarvanenſis*, qui, dum *S. Vedaſti* reliquiæ transferrentur, viſu, quem præ ſenio perdiderat, ſibi reſtituto, eodem rurſus ut careret obtinuit, potiorem ratus oculorum incolumitate mentis aciem. Privati quoque *Gallias* exquiſita ſanctimonia decorarunt, *Furſeus*, *Foillanus*, *Ultanus*, qui ex *Hibernia* profecti Cœnobia condiderunt: *Jodocus Britonum* Regis filius, qui ſpretis opibus ſolitariæ ſe vitæ dedidit. e Illuſtris fuit & *S. Bathildis Chlodovei* uxor, quæ *Corbejenſe* & *Calenſe* Monaſteria condidit: nec non *Itta Pipini* vidua, quæ cum *Gertrude* filia Deo ſe conſecravit.

f Beda l. 3. c. 6. & 9. Hiſt. Ang. g Ruder. Tolet. l. 3. c. 1. h Ruder. 2. c. 22.

In *Britanniis* haud pauci eodem ſanctitatis ornamento claruerunt; f ſed præ ceteris ſanctus *Oſwaldus*, qui contra Gentiles pro patria dimicans in prœlio cecidit.

In *Hiſpania* laudatur *Bambæ* Regis pietas, qui æra 714. ut ait g *Rudericus*, hoc eſt, anno *Chriſti* 676. ut autem *Vaſæus* in *Chronico* ſcribit, anno 672. regnum, quod ſibi conſenſu omnium delatum fuerat, vi coactus eſt capere: quod poſtquam ad annum uſque decimum geſſit, eo abdicato, Monachum ſe fecit, ut ad cæleſtem in terris capeſſendam vitam eſſet expeditior. h Item ſanctus *Ildephonſus Toletanus* Epiſcopus, qui ob ſuſceptum adverſus Hæreticos B. Virginis patrocinium allata cælitus ab ea veſte donatus eſt.

CAPUT III.

Quæ ſub Juſtiniano II. Leontio, Tiberio, Philippico, Artemio, *ac* Theodoſio *in Oriente contigerunt ab anno* 685. *ad* 717. *ac de appendice Synodi ſexta in* Trullo.

Theoph. Paul. Diac. l. 9. Zonar. Cedren. i Niceph. Brev.

JUſtinianus II. ab præciſis, ut poſtea dicetur, naribus cognomento *Rhinotmetus*, *Conſtantino* patri ſucceſſit anno *Chriſti* 685. i annos natus 16. qui puerili levitate & impotentia publicam rem peſſumdedit. *Mardaitas Libani* incolas, unicum *Saracenicis* terrorem

A. 685. Chriſti ad 717. [a] Theoph. Miſcell. 19.

rem nominis, ac robur imperii, *de Libano* detraxit. Poſt [a] anno imperii, 7. pacem cum iiſdem *Saracenis* initam pari ſtoliditate diſſolvit, *Sclavorum* fretus auxiliis, a quibus deſtitutus partam jam victoriam turpi corrupit fuga. Quo ex tempore *Muhammed Arabum* princeps *Romanos* fines impune vaſtavit. Ad eam bellicis in rebus conſiliiſque temeritatem cum domi quoque crudelitatem ac rapacitatem adderet, in populare incurrit odium. Itaque duorum hortatu Monachorum, *Paulli* & *Gregorii* [b] *Leontius* Patricius ad regendam *Helladem* ab *Juſtiniano* miſſus e carcere hunc ipſum comprehendit, naſoque mutilatum in *Cherſonam* relegavit anno 695. ſicque promiſſum ſibi jam dudum iiſdem a Monachis ex ſiderum peritia principatum adeptus eſt, quem triennio geſſit.

[b] Niceph.

[c] *Leontio* imperante *Carthago* ab *Saracenis* expugnata annn 698. Ad hanc recuperandam navalis ab *Leontio* miſſus exercitus male geſta re offenſionem illius veritus, *Apſimarum* quemdam ad imperium peovexit, eumque *Tiberium* appellavit.

[c] Niceph. Brev. Theoph. Diac. Zonar. Cedr.

Leontius Imperator. [d] Niceph. Theoph. Miſcell. *Tiberius Apſimarus.* [e] Id. & Miſcell. lib. 20. [f] Theoph. Miſcell. Niceph. Brev. Anaſtaſ. in Joan. 7. Zonar. Cedr.

[d] *Tiberius Apſimarus* annn eodem 698. *Leontium* pari, ac *Juſtinianum* hic affecerat, clade naſi deformem redditum Monaſterin ſepſit. Sub hoc *Saracenorum* ducenta millia ab *Romanis* in *Syria* conciſa proditum eſt [e] a *Theophane* annn *Tiberii* tertio. Imperavit annos 7. [f] Etenim *Juſtinianus* ad *Chaganum* Regem *Avarum* a *Cherſona* fugiens, ejus ſororem, an filiam, duxit in matrimonium, cujus indicio paratis a ſocero compertis inſidiis, ad *Bulgaros* tranſiit: quorum ope reſtitutus poſt decem annorum exſilium, anno 705. nuvum imperandi habuit exordium. Primum omnium *Apſimaro* ac *Leontio*, diu traductis per Hippodromum & illuſis, cervices incidit. Pace deinde, quam cum *Bulgaris* pepigerat, temere violata, ingrati in eos, a quibus erat adjutus, animi pœnas clade ſuorum & ignominia perſolvit anno imperii 4. Ad extremum *Cherſonitis* offenſus, quod ab iis inſidias ſibi factas eſſe meminerat, valida in eos claſſe miſſa, pæne omnes mactari fecit. Quam *Octobri* menſe redeuntem claſſem immanis tempeſtas naufragio demerſit, quo tria & ſeptuaginta hominum millia perierunt. *Juſtinianus* cladis tantæ ſecurus, cum id unum ferret ægre, quod in illa *Cherſonitarum* ſtrage parvulorum ab cæde miles abſtinuiſſet, novam ad illos jugulandos claſſem eo direxit. Verum tam efferatæ crudelitatis odio commoti principes *Bardanem Philippicum* Imperatorem renuntiant anno 711. cum ſextum ab recuperato imperio *Juſtinianus* ageret annum: qui juſſu *Philippici* cum filio ſuo *Tiberio* jugulatus eſt. Refert *Anaſtaſius* in *Vita Conſtantini* Papæ, hunc ipſum ab *Juſtiniano Conſtantinopolim* excitum *Roma* profectum eſſe *Octobris* 5. Indict. 9. (eſt hic annus 710.) & illic ſummo exceptum honore *Romam* rediiſſe *Octobris* 24. Indict. 10. (qui eſt annus 711.) ac poſt menſes tres nuntium allatum eſſe *Romam* de *Juſtiniani* nece. Quare ſub finem anni 711. vel ineunte 712. *Juſtinianus* interfectus eſt. [g] Barbarum hujus Principis & immitem animum teſtatur nefaria vox ex ore illius excerpta, cum periculoſa exorta tempeſtate, monenti cuidam, uti votum Deo faceret, ſe, ſi ex illa incolumis exiret, inimicis omnibus pariturum, *Immo, miſere hic peream*, reſpondit, *ſi vel uni pepercero.*

Juſtinianus denuo regnat. *Juſtiniani crudelitas.* *Philippicus imperat.* [g] Theoph. Miſcell. 20. Zonar.

Philippicus [h] partum per ſcelus imperium ſtolide ac negligenter adminiſtravit, atque ab *Juſtiniano* collectas opes nimiis nec utilibus profudit impenſis. Pulſo *Cyro*, *Conſtantinopolitanum* ad ſedem *Joannem* extulit, impurum & hæreticum hominem; quo adjutore, per factionis ejuſdem Epiſcopos ſextam abrogavit Synodum anno 712. ac *Monothelitarum* redintegravit hæreſim. Cujus impietatis ultorem ſubinde Deum expertus eſt. [i] Poſtquam enim biennium ac menſes aliquot imperavit, cum equeſtri dato certamine poſt prandium in ſeceſſu meridiaretur, a conjuratis arreptus, oculiſque privatus eſt pridie Pentecoſtes; quæ *Junii* 4. an. iſto 713. incidit. [k] Quam in Pentecoſtes vigiliam natalem *Conſtantinopolis* diem conveniſſe falſo *Nicephorus* ac *Theophanes* aſſeverant.

[h] Niceph. Brev. Theoph. Paul. Diac. Zonar. Cedr. *Sextam Synodum abrogat Philippicus.* [i] Theoph. Niceph. Miſcell. &c. [k] Vide Notas ad Breviar. Niceph. p. 198.

[l] *Artemius*, qui a ſecretis erat *Philippico*, mutato nomine dictus *Anaſtaſius*, eodem *Chriſti* 713. imperavit anno, quod [m] Acta publica liberatæ a dæmonio virginis Indictione 12. *Octobri* menſe, imperante *Anaſtaſio*, teſtantur.

Anaſtaſius Imperator. [l] Niceph. Theoph. Diac. Zonar. Cedr. [m] Baron. ad A. 713.

Magnam iſte contra *Saracenos* claſſem inſtituit, qui ad *Rhodum* inſulam cædendæ materiæ cauſſa naves appulerant. Sed orta in exercitu ſeditione, occiſoque duce, milites *Adramytii Theodoſium* quemdam, tributorum exactorem, hominem quietum, ad capeſſendum imperium invitum ac latitantem adigunt. *Anaſtaſius* rebus ſuis diffiſus, accepta fide, & imperii poſitis inſignibus, Monachum ſe fecit, ac *Theſſalonicam* translatus eſt, anno *Chriſti* 715. cum imperaſſet annos duos. Fuit hic apprime litteris excultus, & *Catholicorum* fautor partium. Itaque *Joanne* Hæretico rejecto, *S. Germanum* Epiſcopum *Cyzico Conſtantinopolim* tranſtulit Iodictione 15. ut ſcribit *Theophanes*, hoc eſt, anno 715.

[n] *Theodoſius Adramyttenus* quaſi per ludicrum factus Imperator, annos circiter duos regnavit, uſque ad annum 717. quo *Leoni Iſaurico* militaribus ſuffragiis evecto ſponte ceſſit imperin, & cum filio ſuo in Clericum detonſus, quod reliquum habuit ætatis in otio tranſegit. Mortuus eſt *Epheſi*, ait *Cedrenus*, & hanc vocem tumulo ſuo juſſit inſcribi Ὑγίεια, id eſt, *Sanitas*. Quin etiam poſt obitum fama eſt ipſum miraculis inclaruiſſe.

[n] Niceph. Breviar. Theoph. Diacon. Zonar. Cedr. *Theodoſius.*

[o] Eo regnante *Muſulmas Saracenorum* Princeps *Conſtantinopolim* aggreſſurus in *Aſiam* excurrit, & *Cappadociam* occupavit.

[o] Niceph. Breviar. Theoph.

[p] *Juſtiniano* rerum potiente, annoque *Chriſti* 707. *Conſtantinopoli* in *Trullo* (ita Palatium nominant) conventus *Græcorum* Præſulum habitus eſt, a quo Canones conditi ſunt 105. Quam Synodum πενθέκτην, id eſt, *quiniſextam* vocarunt, velut ad ſupplendas 5. & 6. Oecumenicas Synodos, in quibus nulli erant Canones editi. [q] Sed iſti Canones nepte ac præter jus omne perſcripti, *Romanorum* decreto Pontificum auctoritate caruerunt.

[p] Theoph ad annum ver. Pogonati Exſtat Synod. cum Comm. Zonar. & Balſam vide Par. 2. l. 3. c. 14. [q] Anaſtaſ. in Serg. Beda de ſex. ætat.

CAPUT IV.

Occidentalis orbis res, præſertim in Gallis, & Hiſpania, *eodem illo ſpatio. De poſtremis* Francorum *Regibus e* Merovei *ſtirpe, ac de* Saracenis Hiſpaniam *invadentibus. De viris item ſanctitate vitæ conſpicuis.*

IN *Galliis Theodorico* Occidentalis *Franciæ* regnum, quod *Neuſtriam* vocabant, nomine tenus obtinente, Palatii Præfectus *Ebroinus* immani tyrannide ſæviebat. *Auſtraſiæ* regnum Præfectus itidem Palatii parebat. *Vulfoaldo* mortuo *Pipinus Anſegiſi* filius eam dignitatem cepit, [r] anno *Chriſti* 687. Qui initio cum *Theodorico* & *Ebroino* congreſſus acie vincitur: ejuſque collega *Martinus* contra datam fidem ab *Ebroino* perimitur. *Ebroinus* ipſe anno, ut apparet, 688. hoc [ſ] eſt, tertio poſt *S. Leodegarii* necem, ab *Hermenfrido* confoſſus eſt. Tum vero *Pipinus*, *Theodorico* ſuperato, utriuſque regni magiſterium tenuit [t] anno 691. ſummus vir & *Francorum* imperio digniſſimus; niſi quod hujus memoriam labes una libidinis obſcurat. Habuit enim, præter *Plectrudem* nobilem conjugem, *Elpaidem* pellicem, e qua

[r] Fredeg. Chron. Sigeb. *Pipinus Major domus.* *Ebroini mors.* [ſ] Urſinus in S. Leodeg. 2. Octobris apud Sur. [t] Breviar. Franc. Reg. Fredeg.

A. 685. Chriſti ad 717.

qua ſatus eſt *Carolus Martellus* : quo uno poſtea *Francici* nominis dignitas ſtetit. *a* Hanc illius intemperantiam caſtigare auſus *Lambertus* Epiſcopus *Leodienſis*, a *Dodone* fratre *Elpaidis* obtruncatus eſt. Cui ſanctus *Hubertus* ſuffectus eſt. Quod anno 698. *Sigebertus* retulit.

a Sigeb. *S. Lambertus.*

b *Pipinus*, domitis *Friſonibus* eorumque duce *Rathodo*, ac *Franciæ* regno ſeptem & viginti annis ſumma æquitate geſto, moritur *c* anno 714. cui *Carolus* ſucceſſit, ex *Elpaide* ſuſceptus, de quo poſtea. Nunc ceteros ad *Pipinum* uſque *Caroli* filium *Franciæ* Reges exſequar, qui ſolo nomine cenſentur, cum poteſtas omnis penes Palatii Præfectos, quos *Majores* nominant, deinceps fuerit.

b Fredeg. 102. *c* Annal. Pith. Sigeb.

d *Theodoricus Chlodovei* II. filius circa annum *Chriſti* 690. obiens, *Chlodoveo* filio ejus ominis III. vacuam reliquit nominis regii poſſeſſionem, quam ille quattuor annis obtinuit; ac mortuus anno 694. *Childeberta* fratri tradidit. *Childebertus* annum numeravit regni *e* 17. mortuuſque *f* eſt anno 711.

d Vide Par. 2. l. 4. c. 16. *e* Geſta Franc. Epit. c. 13. *f* Fragm. Cod. Nazar.

g *Dagobertus* ejus filius regnavit annos 5. quem anno 715. obiiſſe *Annales Pithœani* referunt.

h Huic *Franci Danielem* quemdam Clericum ſubſtituunt, regiæ, ſed haud ſatis compertæ, familiæ; quem nomine mutato *Chilpericum* vocant.

g Geſta Franc. c. 52. Aim. 4. c. 51. Ivo. *h* Id.

i Huic *Ragiafridus* Palatii Præfectus adjungitur. Uterque ab *Carolo Martello* ſuperatus ad *Eudonem Vaſconum* Regulum profugit. Sed eo quoque fracto, & in fugam conjecto, *Chilpericus Carolo* deditus anno regni 5. moritur, *k* *Chriſti* 720. Eodem anno *Carolus Theodoricum* Regem conſtituit, qui *l* annos 15. regnavit. Itaque deceſſit anno circiter 735.

i Annal. Pith. Sigeb. *k* Annal. Pith. *l* Sigeb.

Poſt hunc *m* interregnum fuit annorum circiter 7. quibus vertentibus, poſtremus *Merovei* poſterorum *Childericus* III. anno 742. iniit, qui ad annum uſque 752. imaginem habuit regni. Siquidem hoc ipſo anno *Pipinus*, *Childerico* in Monaſterium incluſo ac detonſo, *Francorum* Rex appellari cœpit; qui annus ab exordio regni *Francorum*, id eſt ab anno *Chriſti* 420. numeratur 333.

m Probat Sirmond. in Not. ad Tom. 2. Concil. Gall. p. 521.

Saraceni Hiſpanias invadunt.

At in *Hiſpania* affuſi ex *Africa Saraceni*, *Ruderico* regnante, *Gothos* oppreſſerunt, a *Juliano* acciti Comite, cujus filiam, an uxorem, *Rudericus* Rex ſtupro violarat. Initium cladis iſtius *n* anno *Hegiræ* 91. æræ *Hiſpanicæ* 750. notat *Rudericus*. Eſt hic annus *Chriſti* 712. *o* Biennio poſt *Rudericus* Rex magno commiſſo prœlio proditus a ſuis ac deſtitutus occubuit. Sic *Hiſpania Saracenorum* in poteſtatem venit. *Gothorum* reliquiæ in *Aſturibus* & *Cantabris* receptum habuerunt: ibique, propulſatis fortiter Barbaris, veteris regni poſſeſſionem utcumque tenuerunt, duce *Pelagio*, qui primus *Aſturibus* regnavit.

n Ruder. Tolet. 3. c. 18. *o* Ibid. c. 19. Ruder. Tolet. 4. c. 1.

Sancti viri.

Sanctitatem ſuam haud pauci intervallo iſto probarunt: in *Anglia Cuthbertus*; quem circa annum 685. Epiſcopum factum *p* *Beda* teſtatur. *q* Indidem & *Vuillebrordus* cum duodecim profectus ſociis, & in *Friſiam* a *Pipino* miſſus, Barbaris Evangelii lucem intulit, ſedemque *Trajecti* conſtituit anno, ut habet *Sigebertus*, 697. quo ſanctum *Kilianum* martyrium obiiſſe prodit. *Britanniam* quoque ſuam non minus pietate atque doctrina, quam hiſtoria, celebravit *Beda*, qui ad annum uſque 735. *Chriſtianas* illius gentis origines pertexuit. *Gallias* eodem tempore Monachi ſanctiſſimi decorarunt, *Vandregiſillus Fiſcanenſis* & *Fontinellenſis* Monaſteriorum conditor, cujus anno 692. *Sigebertus* meminit. *r* *Urſmarus Lobienſis* fundator Cœnobii; *Bertinus* Abbas *Sithienſis*; *ſ* *S. Ægidius*, qui e *Græcia* veniens *Provinciam* illuſtravit. *Childeberto* regnante, anno 709. *Sigebertus* idem ſcribit, Archangeli *Michaelis* indicio rupem eam, quæ in *Abrincatenſi* Diœceſi illius nomine ac religione colitur, conſecratam fuiſſe ab *Autberto* Epiſcopo.

p Beda 4. Hiſt. 6. & ſeq. *q* Sigeb. anno 692. & 697. *Beda.* *r* Sigeb. 698. *S. Ægidius.* *ſ* Id. 715. *S. Michaelis templum in Gallia.*

A. 717. Chriſti ad 741.

CAPUT V.

De Leone Iſaurico, Iconoclaſtarum hæreſi, ac ceteris rebus Orientis ab anno 717. ad 741. Tum de Occidentalibus, deque Carolo Martello, *&* Saracenis *ab eo deletis.*

Leo Iſauricus.

OBſcuro in *Iſauria* genere natus *Leo*, qui prius *Conon* appellabatur, imperium adiit anno 717. Indictione 15. *Martii* 25. die, ut ſcribit *s* *Theophanes*. *u* *Saracenos*, vaſtata *Aſia* & expugnata *Pergamo*, *Byzantium* obſidentes, magna eorum clade repulit, ſub ipſum imperii primordium. *Tiberium* in *Sicilia* Tyrannum per duces ſuos oppreſſit, & Occidentem pacavit anno 719. Demum conceptam olim in animo contra ſacras imagines impietatem, *Judæo* uſus auctore, protulit anno 726. *x* quo per ſatellites ſuos Salvatoris dejecit imaginem. Quibus a populo cæſis, ardens iracundia Princeps crudeliſſime cædem illorum eſt perſecutus; atque in Doctorum præſertim collegium ſæviit, ex omnium Profeſſoribus artium collectum, cum eos incaſſum ad perfidiæ communionem incitaſſet. *y* Quam illius improbitatem *Helladis* & *Cycladum* defectio, ac ſecundus in ea opprimenda ſucceſſus acriorem fecit anno 727. Itaque triennio poſt contra venerandas imagines edictum ferale propoſuit, *z* Indict. 13. *Januarii* 7. feria 7. hoc eſt, anno *Chriſti* 730. *Germanus* Epiſcopus nequicquam ſe furori illius interponens, ſponte ſe abdicavit, eique ſubſtitutus eſt *Januarii* 22. die *Anaſtaſius* impietatis particeps, cum centeſimum ferre ætatis ageret annum *Germanus*; quippe quem anno 726. quinque & nonaginta annos habuiſſe *Gregorius* II. aſſeverat in Epiſtola 2. quæ eſt in 7. Synodo. Complures antiquæ tenaces fidei variis a Tyranno cruciatibus ac pœnis affecti, glorioſos exitus habuerunt. *a* Hanc *Leonis* inſaniam *Gregorius* II. *Romanus* Pontifex cum per litteras cohibere non potuiſſet, de Concilii *Romani* ſententia Imperatorem, ejuſque contactos hæreſi *b* ſubjecit anathemati: ac *Romam*, & quicquid *Italiæ* reliquum erat, a *Græcorum* abſtraxit imperio, tributaque pendere iis ultra prohibuit.

s Theoph. ad annum ultimum Leonis. Paul. Diac. 21. c. 32. Niceph. Brev. *u* Theoph. Paul. Diac. 21. Cedren. Zonar. *x* Theoph. Paul. Diac. 21. Cedren. *y* Theoph. Niceph. Brev. Diac. Cedr. *z* Theoph. Diac. Niceph. *a* Theop. Diacon. Anaſtaſ. *b* Zonar. *Roma & Italia a Græcorum imperio abſtracta.*

Ob hæc ardens ira *Leo* contra rebelles *Italos* claſſem adornavit, *c* quæ in *Adriatico* tempeſtate periit anno 732. Paullo ante per Exarchos *Ravennates* ac *Langobardorum* Regem *Luitprandum* *d* *Romam* cum Pontifice ipſo conatus eſt opprimere. Sed invicti animi Pontifex imminentem urbi *Langobardum* adiit ultro, eumque conſtantia & oratione ſua ſic inflexit, ut ad ejus pedes accidens, quidquid rogatus erat, prolixe faceret.

c Theoph. Cedren. *d* Anaſtaſ. in Greg.

e Vehemens anno *Leonis* ultimo terræ motus extitit, Indictione, ait *Theophanes*, 9. *Octobris* 26. feria 4. hora 8. (ut hic annus *Chriſti* fuerit 740.) quo *Thracia Bithyniaque* quaſſata; ac præſertim *Conſtantinopoli*, *Nicomediæ*, ac *Nicææ* ingens ſtrages accidit. *Nicææ* præter unum templa omnia corruerunt. Ea calamitas Imperatori novi quæſtus occaſionem præbuit. Nam ad muros reficiendos tributorum auxit modum: quod deinceps perſeveravit. *f* Moritur ex intercute, ſive inteſtinorum dolore, anno Imperii exacto 24. ſuperque menſibus 3. *Junii* 18. Indict. 9. *Chriſti* 741.

e Niceph. Breviar. Theoph. Diac. Zonar. Cedren. *f* Cedren.

Carolus Martellus.

Qui idem annus 11. Calend. *Novembris Carolo* cognomento *Martello*, ſive *Tuditi*, ultimus fuit, cum jam annum octavum & viceſimum *Franciam* adminiſtraſſet, fortitudine Princeps bellica rebuſque geſtis inclytus. *g* *Pipino* patre mortuo anno 714. in cuſtodiam conjectus a noverca *Plectrude*, indeque dilapſus inſequenti anno *Ragiafridum* Majorem, ut tum dici mos erat, domus electum laceſſere auſus, ab eo-

g Annal. Pith. Fredeg. 104. & ſeq.

A. 717. Chriſti ad 741.
[a] Fredeg. 106.
[b] Geſta Franc. Epit. l. 2. cap. 53.

ab eoque primo victus, poſtea ſuperior fuit [a] anno 717. duodecimo Calend. *Aprilis*, [b] Dominico die. Eumdem *Aquitaniæ* Ducis *Eudonis* auxilio fretum iterata fudit acie anno 718. *Saxones* exinde, *Alemannos*, *Bajoarios*, *Noricos*, & *Eudone* fugato, *Aquitanos* ſubegit. *Eudo* rebus ſuis diffiſus *Saracenos* ex *Hiſpaniis* cum eorum Rege *Abdirama* in ſubſidium excivit anno 725. quibus ſacra profanaque late populantibus occurrit *Carolus*, eoſque internecione concidit. Cæſa ſunt uno die ad trecenta ſeptuaginta quinque millia: cum ex *Francis* 1500. haud amplius deſiderati ſint; ut ſcribit [c] *Anaſtaſius*. Mox *Burgundia Lugduno*que potitus anno 727. inſequenti *Eudone* vita functo, *Aquitaniam* invaſit, *Saracenos* iterum, ad ulciſcendam ſuorum ſtragem, *Galliam* incurſantes magno numero proſtravit an. 731. & *Avenionem* ab illis captam recepit. Tum *Narbonenſem*, quam ii cum *Hiſpania*, cui contributa erat, occupatam tenebant, aggreſſus, caput ejus *Narbonam* ac reliqua deinceps expugnavit, oppida, cæſit, qui ad opem ferendam ſæpius accurrerant, *Saracenis*. [d] Poſtremo *Luitbprandum Longobardorum* Regem *Romanæ* infeſtum Eccleſiæ, a *Gregorio* III. imploratus, minis abſterruit. Hæc *Francorum* Annales veteres a *Pithæo* editi, *Fredegarius*, *Sigebertus*, *Aimoinus*.

Mira ſtrages Saracenorum.
[c] Anaſt. in Greg. 2. P. 97.
[d] Tom. 1. Conc. Gall. Epiſt. Gr. 3.

S. Joannes Damaſcenus.
[e] Tom. 1. Conc. Gall. p. 512.

Leone imperante claruit in *Syria S. Joannes Damaſcenus*; qui pro ſacrarum imaginum cultu ſtilo decertavit. In *Germania S. Bonifacius* provinciæ hujus Apoſtolus *Romæ* conſecratus Epiſcopus [e] *Decembri* menſe, Indict. 6. anno 722. *Chriſtianam* ibi Religionem longo tempore propagavit. Sequenti vero anno *S. Eucherium Aurelianenſem* in exſilio deceſſiſſe, in quod actus erat a *Carolo*, auctor eſt *Sigebertus*.

CAPUT VI.

De Orientalis Imperii rebus ſub Copronymo, Leone, Conſtantino, *&* Irene, *ab an.* 741. *ad* 800.

Copronymus.
[f] Theoph. Diac. Cedr. Zonar.
[g] Theoph. Diac. 22. c. 14.
[h] Niceph. Breviar. Theoph. Diac. l. 22.

HÆretico patri ac nefario ſucceſſit teterrima longe ſoboles *Conſtantinus*, qui ab ſtercore, quod baptiſmo infans admotus in aquam eliſerat, *Copronymi* cognomen meruit, [f] ex quo *S. Germanus* Patriarcha, qui eum baptizabat, haud venum impietatis illius omen accepit. Id accidit [g] anno *Leonis* 3. *Chriſti* 716. *Octobris* 25. Proinde regnare cœpit anno ætatis labente 22. *Chriſti* nempe 741. Huic *Irene Chagani* Regis *Avarum* filia nupſerat [h] an. 732. quæ *Chriſtianis* initiata ritibus ſinceram pietatem conſtanter tenuit.

Artabaſdus.
[i] Theoph. Miſc. 12.

Conſtantinus Artabaſdam Annæ ſororis virum initio æmulum habuit imperii, inviſus ipſe vulgo ob hæreſin & peſſimam indolem haud obſcuris indiciis compertam. Excluſus itaque *Conſtantinopoli* profugit, *Artabaſdo* Imperatore ſalutato: qui *Catholicum* cultum illico reſtituit. Verum anno 743. [i] Indict. 12. *Septembris* menſe a *Conſtantino* captus cum filio excæcatuſque eſt.

[k] Niceph. Brev. Theoph. Cedren. Diac. Zonar.
[l] Theoph. Paull. Diac.
[m] Cedren. Theoph. Zonar.
Copronymi deſperata vox.

[k] Dira hoc imperatore peſtis ab anno 747. ad triennium producta, ac *Siciliam*, *Calabriam*, & Orientem pervagata, præcipue *Conſtantinopoli* adeo ſævjit, ut & locus ſepeliendis cadaveribus, & qui ea ſepelirent, prope deficerent. Super hoc *Saracenorum*, *Sclavorum*, & *Bulgarorum* bellis appetitus; ab his etiam prœliis ſuperatus aliquot; cum adverſus eoſdem exercitum duceret, lethali & ignota Medicis ægritudine correptus, & in navigium impoſitus miſerandam efflavit animam [l] *Septembris* 14. die, Indict. 14. *Chriſti* 775. cum imperaſſet annos 34. menſeſque propemodum 3. [m] Moriens *ſe ob dehoneſtatam B. Virginem Dei genitricem æterno damnatum incendio* teſtatus eſt; eique deinceps veneratio-

Petavii Rationar. Temp.

A. 741. Chriſti ad 800.
[n] Theoph. ad annum ejus 1. Paull. Diac. 22. c. 3.
[o] Niceph. p. 103. Theoph. Miſc. 22. c. 24.

nem juſſit tribui. Hic exitus perfidi & crudeliſſimi Principis fuit, [n] qui ſacroſanctam Virginem Dei matrem eſſe, *Chriſtum* ipſum negabat Deum: ſanctis honorem haberi vetabat: ſacras imagines everterat, [o] quas etiam conciliabulo *Conſtantinopoli* Epiſcoporum 338. coacto damnandas curavit Indict. 7. anno 754. Monachis potiſſimum infenſus. Quorum ille magnum numerum, ut & aliorum ordinum, quos ab impietate abhorrere ſua cognorat, variis ſuppliciis affecit.

Ejus anno 20. Solis defectio contigit, *Auguſti* 15. [ut ait *Theophanes*] feria 6. hora 10. qui eſt annus *Chriſti* 760. Unde *Conſtantini* initium adſtruitur.

Leo Conſtantini filius.
[p] Niceph. Diac. 22. c. 22.
[q] Niceph.
[r] Theoph. Paull. Diac. Cedren.
[ſ] Theoph.

Huic *Leo* ſucceſſit filius, paternæ impietatis heres, annum agens 26. [p] Natus enim eſt anno 750. *Januarii* 23. Indict. 3. Qui *Catholicum* ſe principio ſimulans, poſtquam ſibi largitione popularem quæſivit gratiam, in apertam hæreſis profeſſionem erupit; quam & ſacrilegio cumulavit. [q] Gemmarum enim cupidus, lapillis radiantem coronam, quam in majori Eccleſia dedicarat olim *Mauricius*, detractam inde, ſuo capiti impoſuit. Quod ſcelus pœna ſtatim divinitus eſt ſecuta; erumpentibus ex eodem capite carbunculis: ex quibus ardens exorta febris brevi hominem exſtinxit, *Septembris* 8. *Chriſti* [r] an. 780. cum imperaſſet annos fere 5. Cœpit enim anno 775. *Septembris* 14. Reliquit heredem *Conſtantinum* ſub *Irenes* tutela matris; quam *Athenis* oriundam [ſ] anno 769. duxerat. Natus eſt porro *Conſtantinus* anno 771. *Januarii* 14. Itaque decimo ætatis anno imperium iniit.

Conſtantinus cum Irene.
[t] Theoph. Paull. Diac. 23. c. 14. & ſeq. Zonar. Cedren.
[u] Exſtat Epiſt. in 7. Synodo.
[x] Synod. 7. Act. 1. pag. 377. Act. 7. pag. 654.
Septima Synodus.
[y] Vide Theoph. Diac. 23. c. 22.

Conſtantinus igitur cum *Irene* matre annos circiter imperavit decem: quo tempore *Stauracii* Patricii conſilio omnia gerebantur. Ab his priſtina cum imaginum cultu revocata eſt pietas; [t] *Taraſio* viro ſanctiſſimo Patriarcha facto, ipſo die *Chriſti* natali anni 784. cum prius de Oecumenica cogenda Synodo ſtipulatus eſſet, de qua Imperatores [u] jam ad *Hadrianum* Papam ſcripſerant eodem anno Indict. 7. Poſtquam igitur *Roma* & ex Oriente Legati omnes Patriarchalium ſedium *Conſtantinopolim* advenere, coeuntibus in concilium Epiſcopis, ab hæreticis Præſulibus incitati milites ſeditionem fecerunt, [x] anno *Chriſti* 786. Calendis *Auguſti*. Itaque in annum dilata res eſt, uſque ad 787. *Chriſti*, Indictionemque 11. qua *Nicæam* tranſlati octavo Calendas *Octobres* Synodum auſpicati ſunt, quæ *Octobri* menſe deſiit, tertio Eidus. Convenere 350. Patres, præſidentibus Legatis *Romani* Pontificis *Petris* duobus, altero Archipresbytero, altero Presbytero, & ἡγουμένῳ *S. Sabba*, cum *Taraſio*, aliiſque Patriarcharum ceterorum Vicariis. [y] In eo Concilio, quod ſeptimum Oecumenicum appellatur, *Iconoclaſtarum* proſcripta hæreſi, ſacrarum imaginum reſtitutus eſt cultus. Quem annum inſignem reddidit Solis defectio: quæ anno 8. *Conſtantini* & *Irenes* contigit, [z] ut ſcribit *Theophanes*, die Dominico, *Septembris* 16.

[z] Theoph. Diac. 23. c. 22.
Vita Caroli M.
Conſtantinus matrem redigit in ordinem.
[a] Theoph. Paull. Diac. 31. c. 32. Cedren.
Repudiata conjuge, Theodatam ducit.

Secundum hæc *Irene Conſtantinum* filium, [a] cui *Caroli Francorum* Regis filiam *Rotrudim* anno 782. deſponderat, *Mariam* quamdam oriundam *Armenia* coegit ducere *Novembri* menſe anni 788. A quibus ille nuptiis abhorrens, nec non infinitæ *Stauracii* potentiæ pertæſus, matrem denique anno 790. redegit in ordinem, ac ſolus imperavit annos octo. Qua poteſtate juveniliter immodiceque uſus, [a] *Nicephorum* patruum & *Alexium* Ducem privavit oculis: linguam aliis excidit *Auguſto* menſe, Indict. 15. *Chriſti* 792. Triennio poſt *Maria* conjuge repudiata, & in Monaſterium detruſa, *Theodatam* cubicularium duxit: jungente nuptias iſtas *Joſepho* quodam Abbate, connivente vero *Taraſio*, metu, ne, quod minabatur, libidine ardens juvenis Idolorum templa

P patefa-

A. 741. Chriſti ad 800.

patefaceret. Quæ res Orientalem Eccleſiam tumultibus ac diſſidiis implevit. a Duo quippe ætatis hujus viri ſanctiſſimi, *Plato*, & *Theodorus Studita*, a *Taraſii* communione receſſerunt. b Tandem anno imperii 18. *Chriſti* 797. *Irenes* matris & *Stauracii* dolo comprehenſus & immaniter excæcatus eſt *Auguſto* menſe, Sabbato, quo die quinquennio ante patruum luminibus orbarat. Effoſſis oculis *Conſtantinus* paullo poſt exſpiraſſe dicitur. c Quod parricidium in *Irenes* laudem traxere *Græculi* quidam, ſed quam inviſum Deo fuerit, ſeptemdecim dierum horrenda caligo teſtata eſt, quæ mortem illius eſt conſecuta. *Irene* quoque anno poſt ſexto, *Chriſti* 802. Ind. 11. *Octobris* 31. feria 2. ab *Nicephoro* imperio fortuniſque omnibus exuta, & in *Lesbon* deportata, nondum anno vertenta obiit.

a Theoph. Miſcell. 23. c. 36.
b Id. Zonar. Cedr.
Mors Conſtantini.
c Diac. Cedr.

CAPUT VII.

De rebus Occidentis, deque Pipino *&* Carolo M. *ab anno* 741. *ad* 800.

C*Arolo Martello Francorum* Principi duo filii ſuccedunt, d *Carlomannus* & *Pipinus*. Illi orientalis *Franciæ* pars, cum *Suevis*, ſive *Alemannia*, & *Turingia*; *Pipino Burgundia*, *Provincia*, *Neuſtria*que ceſſit. e Frater amborum *Gripho* natu maximus *Odilonis Bajoariorum* Ducis filia genitus, excluſum ſe videns, *Laudunum* occupat: ubi obſeſſus a fratribus, deditione facta, *Carlomanno* in cuſtodiam datur. f *Hunaldo* dehinc *Aquitaniæ* Duce, tum *Odilone Bajoario*, & *Alemannis* ab utroque domitis, *Carlomannus* anno 747. cæleſtis amore vitæ Monaſticum inſtitutum in *Soracte* primum, deinde apud *Caſſinum* ignotus amplectitur.

d Fred. 210.
e Adelmus.
f Annal. Pith. Adelmus. Sigeb.
Carlomannus fit Monachus.

Gripho ſolutus carcere, contra *Pipinum* rebellat; ab eoque captus demum in *Italiam* fuga elapſus, in *Alpibus* obtruncatur anno 753. cum jam ſuperiore *Pipinus*, *Zachariæ* Pontificis auctoritate, ac *Francorum* conſenſu procerum, regiam ad poteſtatem, quam olim obtinebat, novum *Franciæ* titulum Regis adjeciſſet. g Hoc enim anno, qui *Chriſti* numeratur 752. *Childerico Merovingiorum* poſtremo Rege ob inertiam exauctorato, & in Monaſterium detruſo, *Francorum* regnum novam in familiam tranſiit.

Pipinus fit Rex Franciæ.
g Annal. Pith.

Prima *Pipino* cura fuit, oppreſſum ab *Longobardis Romanum* ſublevare Pontificem. h *Rachiſio* gentis illius Regi, qui ab obſidione *Peruſiæ Zachariæ* Papæ oratione commotus, abdicato regno, monaſticum ad genus vitæ deſciverat anno 750. *Aiſtulphus* frater ejus ſucceſſerat. i Quem *Romanis* infeſtum *Stephanus* III. Papa fugiens, ad *Pipinum* venit in *Galliam*; a quo incredibili exceptus honore, eum ut *Longobardis* bellum inferret adduxit. Anno itaque 754. tranſcenſis *Alpibus*, incluſum *Papia Pipinus Aiſtulphum* jurare compulit, cuncta ſe, quæ *Romanæ* ditionis erant, redditurum; iterumque promiſſa facere detrectantem, ſed & Urbis imminentem mœnibus, tranſgreſſus in *Italiam* ad pactorum revocavit fidem k anno 756. Ac tum l per *Fulradum* Abbatem, Exarchatum *Ravennæ*, quam *Romaniam* vocant, & *Pentapolim*, hoc eſt, *Anconam* cum quattuor *Piceni* oppidis, aliaque, *Romano* Pontifici tradidit: m quæ ab *Aiſtulpho Græcis* Imperatoribus erepta *Conſtantinus Copronymus* a *Pipino* per legatos fruſtra repetebat. Eodem tuendæ Eccleſiæ ſtudio *Pipinus* n *Vuapharium Aquitaniæ* Ducem res ſacras deprædantem ac rebellantem devicit ſeptima in *Aquitaniam* expeditione; quæ anno 768. cum *Vuapharii* nece finem habuit. Quo interfecto, & *Aquitania* omni ſubacta, *Pariſiis* 8. Calend. *Octobris* diem *Pipinus* obiit, regni ſui decimo ſeptimo.

h Anaſt. in Zachar. Paul. VVarnef. 6. c. 9.
i Anaſt. in Steph. Tom. 2. Conc. Gall.
k Annal. Pith.
l Anaſt. in Steph. 3.
m Anaſt.
n Annal. Pith. Adelm. Ado. Vita Caroli M. Sigeb.

o Anno ergo *Chriſti* 768. *Carolus* cum fratre *Carlomanno* paternum regnum partitus eſt. Sed hoc anno 771. exſtincto, ſolus regnavit *Carolus*, Princeps ſine controverſia maximus. Nam & armis invictus, & doctrinarum excultus ſtudiis earum fautor acerrimus fuit: & *Catholicam* Religionem, ejuſque caput Pontificem *Romanum* unice coluit. p Hujus adductus precibus (*Hadrianus* is erat, qui *Stephano* anno 772. ſubrogatus eſt) contra *Deſiderium Longobardorum* Regem *Romanæ* ſedis hoſtem bellum ſuſcepit anno 773. ac *Ticini* obſeſſum, & in poteſtatem redactum abduxit in *Galliam* anno 774. *Romano* vero Pontifici cum omnia, quæ a *Pipino* patre donata erant, rata eſſe voluit; tum adjecit alia quam plurima, *Sabinenſe* territorium, *Spoletinum* Ducatum, & *Beneventanum*, quæ ab q *Anaſtaſio* referuntur; iiſque *Venetiarum* & *Iſtriæ* adſcribuntur provinciæ. *Saxones* poſt hæc longiſſimo bello prope continuo annorum r trium & triginta perdomuit. Cœptum id eſt anno 772. & 804. terminatum: quando *Tranſalbianos* omnes cum familiis ſuis tranſportavit in *Galliam*. *Sclavos* item, nec non *Bajoarios* cum Duce ſuo *Taſſilone* rebellantes ad obſequium reduxit. ſ Bellum quoque cum *Avaribus* ſive *Hunnis* anno 791. ſuſceptum magna illorum ſtrage confecit, eoque tantum prædæ partum, quantum nullo ex alio bello, ſcribit *Eginhartus*.

o Eginh. Vita Caroli M. Ann. Pith. &c.
A. 741. Chriſti ad 800.
Caroli M. initium.
p Annal. Pith. Anaſt. in Hadriano.
Longobardorum regnum evertit Carolus.
q Anaſt. in Hadriano.
r Eginh. Annal. Pith. Vita Caroli M. incerti Auctoris.
ſ Annal. Caroli M. Eginh. Sigeb. &c.

t *Saracenis* inſuper in *Hiſpania* debellatis, partem ejus haud modicam *Francicis* ſubjecit armis. u Anno vero præſertim 778. expeditione in *Hiſpaniam* facta, *Cæſarauguſtam* aggreſſus, acceptis obſidibus, *Pampilonam* inde diſceſſit: cujus disjectis mœnibus, dum per *Pyrenæos* in *Galliam* egreditur, *Vaſcones* extremum per anguſtias agmen adorti, cæde aliquot principum facta, impedimentiſque direptis, *Francorum* ſe ab armis inviis ſaltibus latebriſque tutati ſunt. x Deſideratus eſt inter alios *Rutlandus Britannicæ* oræ præfectus. Eam cladem ab *Aldephonſo Caſto Hiſpaniæ* Rege, qui *Carolum* in *Hiſpanias* exciverat, illatam Annales illius gentis afferunt: quod merito y *Baronius* ex æqualibus illorum temporum z Scriptoribus refellit, qui ambos illos inter Reges ſanctiſſimum fœdus amicitiæ fuiſſe memorant, tum longe ante *Aldephonſi* primordium iſta referunt. Qui quidem a æra 825. hoc eſt, anno *Chriſti* 787. regnare cœpit, fortis perinde ac religioſus Princeps, & a perpetua caſtimonia *Caſti* cognomen conſecutus.

t Eginh.
u Annal. Caroli M. & Pith.
Clades Francorum in Pyrenæis.
x Eginh.
y Baron. A. 778.
z Eginh. & Annal. Caroli M.
a Roder. Tolet. lib. 4. c. 11.

Nec minus *Catholicæ* proferendæ Religionis *Carolus*, quam regni flagrans ſtudio, crebra ad id Epiſcoporum Concilia celebravit. b Inter quæ anno 792. inſigne id fuit, quod in *Ratisbonenſi* Synodo Epiſcopi *Orgelitani* & *Elipandi Toletani* hæreſis condemnata eſt: qui *Chriſtum* adoptivum Dei Filium aſſerebant. c Eademque rurſus in *Francofurdenſi* Synodo ad *Mœnum* fluvium notata eſt; qua in Synodo ſeptima Synodus Oecumenica ab ignaris decretorum illius Epiſcopis eſt rejecta anno 794. cum ſuper eadem imaginum quæſtione, *Pipino* Rege, altera *Gentiliaci* celebrata eſſet d anno 767.

b Annal. Caroli M. & Pith. Alcuin. c. Conc. Elipand.
c Ibid. Vide Tom. 2. Conc. Gall. pag. 193.
Francofurdenſis Synodus.
d Annal. Tom. 2. Conc. Gall.

e Sub hoc Rege doctrinæ ſumma opinione floruit *Alcuinus* ex *Anglia* profectus in *Gallias*; quo Præceptore plurimum uſus eſt *Carolus*, & ipſe divinis humaniſque litteris in paucis eruditus, quem ille *S. Martini* apud *Turonos* Cœnobio præfecit, aliiſque nonnullis, nec tamen Monachus is fuit, neque Sacerdos, ſed Diaconi ordine contentus vivere deſiit anno *Chriſti* 808. ipſo die Pentecoſtes, qui incidit in *Maii* decimum nonum.

e Vita Alcuini.

C A-

A. 800. Chriſti ad 840.

CAPUT VIII.

De Carolo M. *primo Occidentis Imperatore: ac* Ludovico Pio; *& utriuſque geſtis ab anno* 800. *ad* 840.

NOvum octingenteſimus *Chriſti* annus *Auguſtum* Occidenti attulit: eam dignitatem pietati *Francorum* indulgente Numine, quam in Oriente *Græci* propter arrogantiam impietatemque paullatim amitterent.

a Anaſt. in Leone 3.
b Anaſt. ibid.
Carolus fit Imperator.
c Eginh. Annal. Caroli M. & Pith. Theoph.
d Anaſt. *Geſta Caroli.*
e Annal. Caroli M. & Pith.
f Eginh. *Mors Caroli.* Vide Par. 2. l. 4. cap. 16.

a *Leo* tertius, qui *Hadriano* ſuffectus erat anno 795. factione quorumdam oculis linguaque mutilatus, & indignis modis vexatus fuerat anno 799. Et quamvis inuſitato prodigio Deus illi oculos b ac linguam reſtituiſſet, tamen ſceleris atrocitate permotus *Carolus Romam* adiit, ubi cum innocentiſſimus Pontifex objecta crimina ſponte jurejurando diluiſſet, c ipſo natalis Dominici die anno 800. nec opinantem invadens *Carolum*, coronam capiti ejus imponit, ac *Romanorum* Imperatorem ſalutat. Cui vicem deinceps *Carolus* obſequio & liberalitate rependit. d Habita inſequenti mox anno de parricidis quæſtio eſt; damnatique capitis, deprecante Pontifice, ſolum vertere. Sub hæc *Dani* e cum eorum Rege *Godefrido* compreſſi. *Mauros* etiam *Italiam* inſulaſque populantes per duces ſuos repulit. f Sub exitum vitæ, totus in officia religionis, ac pietatis intentus diem clauſit 5. Calend. *Februarii Aquiſgrani*, anno *Chriſti* 814. ætatis 71. regni 47. & Imperii 14.

g Annal. Ludov. & Chron. Pith. Thegan. in Vita Ludov.
Ludovicus pius.
h Annal. Adelm. Anaſt.
i Theganus, &c.

g *Ludovicus* ab inſigni vel in divinas res, vel in ſuos pietate cognomen adeptus, ſuperiore jam anno ex *Aquitaniæ* Rege in imperii conſortium aſſumptus a patre, eidem, anno, ut dictum eſt, 814. luce functo ſucceſſit, reliquis *Caroli* liberis eo ſuperſtite adhuc exſtinctis; *Pipino* anno 811. *Carolo* ſequenti. h *Stephanum* ille quintum *Leoni III.* ſubrogatum anno 816. apud *Remos* excepit, ab eoque Imperatoria corona decoratus eſt.

k Idem.
Ludovici filii in patrem rebellant.
l Annal. Pith.

Sequenti anno *Bernardus Pipini* fratris ejus i ex concubina filius, *Italiæ* Rex, in *Ludovicum* rebellans, ejus deinde metu facta deditione, oculis privatur: pleriſque principibus majeſtatis crimine damnatis, & exſilio mulctatis. Inter quos *Anſelmus Mediolanenſis* & *Theodulfus Aurelianenſis* Epiſcopi fuere, cujus in fratris filium ſeveritatis voluntarias ex Epiſcoporum arbitrio pœnas dedit anno 822. k *Irmingarde* 5. Non. *Octobris* anni 818. mortua, (quo anno Sol 8. Eid. *Julii* defeciſſe proditur, *Ludovici* anno 5.) *Juditham Vvelpi* Comitis filiam duxit in matrimonium: ex qua *Carolus* cognomine *Calvus* genitus eſt; cum jam tres haberet filios, *Lotharium*, *Ludovicum*, & *Pipinum*. Cui cum præferri ſibi *Carolum* haud æquo animo paterentur, in patrem haud ſemel inſurrexerunt. Primum l anno 830. *Pipinus Aquitaniæ* Rex cum proceribus conſpirans, Imperatorem comprehendit, ac *Judithan* in Cœnobium incluſit, ſuperveniente mox & probante *Lothario*. Sed anno ſequenti *Germanorum* opera *Ludovicus* recepit imperium, m a quo rurſus anno 833. trium conjuratione filiorum, & Epiſcoporum ſententia detractus, & abdicare coactus, non multo poſt in integrum reſtituitur, anno 834. quo *Lotharius*, qui patrem contumelioſius ceteris receperat, tardius cum eo reconciliata gratia, civili bello *Gallias* permiſcuit, donec Imperatoris clementia condonatis omnibus, pax inter illos utcumque coiit. Secundum hæc apud *Theodonis* villam celebrato conventu Præſulum, n *Ebbo Remenſis* Epiſcopus nefariæ illius in *Ludovicum* conjurationis particeps, cum *Agobardo Lugdunenſi* depoſitus eſt anno 835. o ac poſt *Ludovici* obitum, anno ipſo 840. ab *Lothario* reſtitutus, ſubinde *Caroli* metu ad eumdem Imperatorem confugit. Poſtremo a *Paſchali* Pontifice prædicandi *Northmannis* Evangelii mandato ſibi munere, *Hildesheimenſem* ſedem in *Saxonia*, haud longe ab illorum finibus, adeptus eſt beneficio *Ludovici Germaniæ* Regis, ibidemque deceſſit.

m Annal. Vita. Ludov. Nichardus. Tom. 2. Conc. Gall. & Tom. 3.
n Conc. Gall. Tom. 2.
o Tom. 3. Conc. Gall. in Synodica Tricas. Conc.

A. 800. Chriſti ad 841.

p Annal. Vita Ludov.
Mors Ludovici.
q Vita Ludov. Annal. Vide p. 2. l. 4. c. 16.

p *Pipino* demum mortuo anno 837. *Ludovicus* tres in reliquos diviſo regno, dum *Ludovicum* filium ob iniquam regni partitionem bellum parantem occupare feſtinat, obiit 12. Calend. *Julii* anni 840. anno vitæ 64. imperii 27. & apud *Mediomatricos* in *S. Arnulphi* baſilica ab *Drogone* fratre ejus urbis Epiſcopo ſepultus eſt. Cujus exitum dira Solis defectio portendit q pridie aſcenſionis Dominicæ: quæ fuit pridie Nonas *Maii*, hora diei nona.

CAPUT IX.

Quæ ſub Nicephoro, Michaele Curopalata, Leone Armeno, Michaele Balbo, & Theophilo *in Oriente geſta ſunt ab anno* 800. *ad* 841.

Nicephorus Imperator.
r Theoph. Paul. Diac. l. 24.
s Theoph. Miſc. 24. c. 25.
t Idem. *Stauracius.*

IN Oriente *Nicephorus*, *Irene* (ut diximus) ejecta, anno 802. imperium arripuit. Ac *Bardane*, qui invitus ad idem faſtigium a militibus eductus erat, amoto, r *Stauracium* filium participem Auguſtæ majeſtatis adſcivit, Indict. 12. *Decembri* menſe anni 803. homo avarus, ac perfidus, ex *Manichæorum* diſciplina, quorum magicis artibus erat deditus. Itaque *Chriſtianis* ab ſacris abhorrens, Epiſcopos, Clericos, ac Monachos peſſime habebat, & a Magiſtratibus opprimi ac proculcari jubebat. Bellum cum *Saracenis* habuit, a quibus pacem turpiſſimis conditionibus redemptam nequaquam ex fide coluit. Contra *Bulgaros* ducturus exercitum vectigales Eccleſias fecit. De quo conquerenti familiari cuidam, cor ſuum, ut olim *Pharaonis*, obduruiſſe, Deo ita volente, faſſus eſt. Nec diu ſcelerati capitis pœna dilata eſt. Circumventus a *Bulgaris*, cum imperii totius flore cecidit s anno 811. *Julii* 26. cum imperaſſet annos 9. t *Stauracius* in pugna ſauciatus paucis menſibus regnavit.

u Theoph. Miſc. c. 24. Zonar. Cedr.
Michael Curopalates.
Leo Armenius.
Theophanis hiſtoria deſinit.
x Theoph. & Miſc. 24. c. 42.
y Theoph. Miſc. 24. c. 31.

Quippe anno eodem u *Michael Curopalates* cognomine *Rengabe*, *Octobris* 5. feria 5. Imperator acclamatur, vir pietate ac pacis artibus præclarus, ſed haud perinde bellicis rebus idoneus. Quare victus a *Bulgaris* anno 813. *Leoni Armenio* principatu ceſſit haud invitus. Qui ab *Nicephoro* Patriarca coronatus eſt Indict. 6. *Julii* die 12. feria 2. cum eodem anno (qui eſt neceſſario *Chriſti* 813.) Sol *Maii* 4. die defeciſſet, ut ſcribit x *Theophanes*, cujus hoc anno hiſtoria deſinit.

Eodem porro teſte y *Theophane*, *Michael* ad conſtituendam Orientalis Eccleſiæ concordiam omnem adhibuit operam. Sciſſa enim erat in partes, cum ab *Nicephoro* Patriarcha, viro ceteroqui ſanctiſſimo, *Plato* & *Theodorus*, *Studitarum* præfecti omni laude cumulati, propterea diſſiderent, quod is ex Laico factus eſſet Epiſcopus; cum quod *Joſephum* Oeconomum, qui *Conſtantini Irenes* filii & *Theodoræ* nuptias junxerat ad communionem adhibuiſſet. Qua de cauſa *Theodorus* cum *Joſepho* fratre *Theſſalonicenſi* Epiſcopo ac *Platone* relegatus eſt anno 809. menſe *Januario*, quo illos ab exſilio *Michael* ſubinde revocavit.

Leonis Armenii imperium.
z Curopal. Zonar. Cedren.
a Cedren. Zonar.

z *Leo Armenius* anno 813. *Julio* menſe imperium capeſſit, *Michaelis* multum diſſimilis. Nam in ſacras imagines & Catholicos, præſertim Monachos, omni atrocitate bacchatus eſt, hortatore ad id uſus *Theodoto*: quem quidem, *Nicephoro* Patriarca pulſo, *Conſtantinopolitanum* creavit Antiſtitem, a Princeps aliunqui Reipublicæ non inutilis. Imperavit annos 7. menſes 5. atque ipſo natalis Dominici die a *Michaele Balbo*, quem majeſtatis reum in cuſtodia de-

A. 841. Chriſti ad 900.

Michael Balbus. [a] Curopal. Zonar. Cedr. [b] Zonar. Cedren. [c] Cedren.

rinebat, inter ſacra ipſa trucidatus eſt anno *Chriſti* 820. quo ſtatim regnavit.

[a] *Michael* ab linguæ vitio *Balbus* appellatus, *Amorio*, quod oppidum *Phrygiæ* eſt, oriundus; [b] ubi ex *Judæorum*, *Manichæorum*, ceterarumque colluvione peſtium ſecta quædam exſtiterat; quam ſecutus *Michael* ſacras imagines & *Catholicum* nomeo omne proſcripſit; [c] *Euthymium* & *Methodium* viros ſanctiſſimos in exſilium extruſit. Illum etiam taureis ad necem uſque per *Theophilum* filium concidit. *Methodius Conſtantinopolitanum* poſtea Patriarchatum obtinuit. [d] *Thomam* quemdam tyrannidem ſibi parantem *Bulgarorum* ope vicit, & crudelitatis genere omni laniavit.

[d] Curopal. Zon. Cedren.

[e] *Creta* ſub hoc a *Saracenis Hiſpanienſibus* occupata circa annum 823. Ab *Africanis* vero *Sicilia* anno 828. proditione *Euphemii*, qui in *Syracuſana* obſidione confoſſus perfidiæ pœnas dedit. Exinde *Calabria*, & *Apulia*, & *Italiæ* pleraque *Saracenis* patuerunt. [f] Obiit anno 829. poſt annos imperii 8. menſeſque 9.

[e] Cedren. Zonar. [f] Iid.

[g] Excepit hunc *Theophilus* ejus filius *Octobri* menſe, Indict. 8. ut ſcribit *Cedrenus*: haud dubie aono, quem dixi, 829. pateroæ impietatis æmulus. Nam & cultores imaginum perſecutus eſt; io primiſque *Theophanem* ac *Theodorum* fratres, pietate longe præſtantiſſimos, ignominioſe habuit. Juris idem tamen exactor ſeveriſſimus fuiſſe perhibetur. Atque imperio annis 12. menſibus 3. potitus, anno *Chriſti* 841. altero poſt *Ludovici Pii* mortem, exceſſit e vita.

[g] Zonar. Cedren. *Theophilus.* *Ludovici Pii filiorum civile bellum.* [h] Chron. Pith. Regino. Herman. Otho Friſ. 5. c. 35. Marian. Scot.

CAPUT X.

De rebus Occidentalis Imperii ſub Caroli M. *poſteris aliiſque, ab anno* 841. *ad* 900. *circiter, ac* Franciæ *præſertim Regibus; deque viris illuſtribus.*

POſt *Ludovici Pii* Imperatoris exceſſum in ejus filios de regni jure ac finibus orta diſſeoſio eſt. *Lotharius* Imperator oatu maximus ad ſe omnia trahere cupiebat. Huic *Ludovicus* & *Carolus* conjunctis viribus reſtitere; victumque 7. Calend. *Julii* ad *Fontinatam villam* magoo prœlio io fugam egere [h] anno *Chriſti* 841. Qua pugna tanta *Francorum* ſtrages facta eſt, quantam fuiſſe hactenus non meminerant.

[i] Regino. [k] Otho Friſ. l. 5. c. 35. Sigeb. [l] Aimoi. 5. c. 19. Sigeb. A. 844. [m] Otho Regino. Sigeb Vide Cap. Car Calv. 37. & Sirm. ibi. [n] Concil. Gall. Tom. 3. pag. 94. & ſeq. Flodoardus l. 3 c. 12 Meyerus. [o] Flodoardus. [p] Conc. Gall. Tom. 3.

Inſequenti anno, fugato iterum *Lothario*, tandem inter ſe conveoiunt, ac paternum regnum ita diviſerunt: *Lothario*, præter *Romanum* imperium, hoc eſt [i] *Romam* & *Italiam*, [k] *Belgica* ceſſit, (quæ ab eo *Lotharingia* nomen inveniſſe proditur, ac *Scaldi* & *Rheno* continetur, ait *Sigebertus* anno 844.) nec non *Provincia*, ſive *Burgundia*. *Ludovico Germania* omnis uſque *Rhenum*, [l] ultraque hunc civitates tres vini gratia, *Moguntia*, *Spira*, *VVormatia*. *Carolus* Occidentalem ſortitus eſt *Franciam* [m] ab *Moſa* flumine ad *Britannicum* Oceanum. Idemque *Pipini* quoodam fratris ſui filios *Pipinum* & *Carolum Aquitaniam* ſibi vendicantes Monachos coegit fieri. Quod ad annum 852. *Sigebertus* refert.

Judith Calvi filia a Balduino rapta. [q] Conc. Gall. Tom. 3. pag. 233. [r] Annal. Pith. Sigeb. Herm. Marian. Regino. Otho. Friſ. 9.

[n] Hujus filia *Judith*, quam ex *Hermentrude* ſuſceperat, *Ethelredo Angliæ* Regi nupta, poſt ejus mortem in *Gallias* reverſa a *Balduino* Comite oon invita rapitur [o] anno 862. Qua de cauſſa Epiſcoporum ſeotentia [p] anathemate damnatus *Balduinus Romam* ad *Nicolaum* Papam veoit; qui eoixis precibus tandem illi ab Rege veoiam impetravit. [q] Reconciliatus igitur *Balduinus*, ac rite celebratis nuptiis, dotalem ab *Carolo Flandriam* accepit anno 866.

[r] Tertius igitur a *Carolo Magno* Imperator Occidentis *Lotharius* annis circiter 15. imperium tenuit. Quippe anno 855. rerum humanarum tædio regoum omne diviſit in filios tres, atque in *Prumienſi* Cœnobio Monachus eſt factus, ubi & 3. Cal. *Octob.* obiit. Ejus porro filii fuere *Ludovicus*, cui *Italiam* cum imperio reliquit; *Lotharius*, cui *Lotharingiam* dedit; *Carolus*, qui *Provinciam* accepit; [s] quo mortuo ejus inter fratres diviſa portio eſt, & ex ea *Lotharius Lugdunum*, *Veſontionem*, *Viennam* eſt ſortitus.

A. 841. Chriſti ad 900. [s] Cap. Car. Calv. loc. cit.

Quartus Imperator *Ludovicus II.* anno 855. iniit, [t] & annis imperavit 19. uſque ad 875. Hic contra *Saracenos Africanos Italiam* vaſtantes bellum geſſit. [u] *Adelgiſum* quoque *Beneventanorum* Ducem compeſcuit, & quamvis ab eo circumventus ignominioſam pactionem feciſſet, *Italia* pulſum io *Corſicam* fugere compulit. [x] Ejus frater *Lotharius VValdradæ* pellicis amoribus irretitus, *Teutbergam* conjugem *Boſonis* filiam falſis oneratam criminibus repudiare inſtituit: de qua re cum ad *Nicolaum* I. Pootificem ſcripſiſſet, cunctante illo Synodum *Aquiſgrani* cogit anno 862. tertio Calendas *Maias*, Epiſcoporum octo; quorum priocipes erant *Guntharius Agrippinenſis*, & *Theutgandus Trevirenſis*. Ab iis oovæ cum *VValdrada* permiſſæ ouptiæ. [y] Quod cum *Nicolaus* improbaſſet, & alterum apud *Divodurum Mediomatricorum* Concilium iodixiſſet, id ſequente anno 863. habitum eſt, pari ac prius illud eveotu. Legati porro ex eodem Coocilio *Romam* decreti ſunt *Guntharius* & *Theutgaudus*, quos *Nicolaus* Pontifex dignitate movit, ac *Metenſi* Synodo anathema dixit in *Lateranenſi* Concilio. At illi, Pootificis auctoritate ſpreta, pro Epiſcopis oibilominus ſe geſſerunt. Sed ut eorum loco alii Epiſcopi crearentur, *Nicolaus* inſtitit. [z] *Lotharius* poſt crebras tergiverſationes, tandem ab *Ludovico* Imperatore cootra *Saracenos* ad auxilium vocatus *Romam* adiit anno 869. mortuo jam ante biennium *Nicolao*; & ab ejus ſucceſſore *Adriano* II. per fraudem ac mendacium exorata veoia, eum ſub commuoionem Dominici corporis *VValdrada* ſe pellice poſt interdictum abſtinuiſſe & in poteſtate fuiſſe *Nicolai* Pontificis juraſſet, ſacrilegii illius in reditu pœnas dedit *Placentiæ* lethali morbo cooſectus eodem anno, [a] ſexto Eidus *Auguſti*. *Julio* menſe mortuum [b] produnt alii, neque id, cujus cauſſa venerat, ab *Adriano* impetraſſe. [c] Cujus regoum *Carolus Calvus* & *Ludovicus* Rex *Germaniæ* inter ſe partiti ſunt. Ab hoc juniore *Lothario* regnum appellari *Lotharingiæ* cœpiſſe potius videtur, quam ab ejus parente.

[t] Otho Friſ. 5. c. 6. [u] Otho Friſ. 5. c. 4. Sigeb. [x] Tom. 3. Conc. Gall. pag. 189. Otho Friſ. l. 9. c. 3. & 4. Herm. Aimoin. 5. c. 29. Sigeb. A. 863. Anaſt. in Nicolao I. Annal. Pith. 863. [y] Conc. Gall. Tom. 3. pag. 217. Annal. Pith. [z] Regino & cet. citati. *Lotharii mors horrenda.* [a] Regino. [b] Annal. Pith. [c] Cap. Car. Calv. Pit. 357. Herm. Reg.

His imperatoribus, *Franciæ* Rex, quæ Occidentalis appellabatur, erat *Carolus* cognomento *Calvus*, vafer ac ſubdolus Princeps, & alieni ſemper appetens. [d] Qui anno regni *Francici* 36. *Chriſti* 875. *Ludovici* Imperatoris audita morte, *Romam* advolans, a *Joanne* VIII. io *Auguſtum* coronatus eſt, ipſo natalis Dominici die, [e] ex quo magnos deinde ſpiritus ſumpſit, & *Græcanico* ritu *Dalmaticatus* inceſſit. Moritur poſt hæc Nonis *Octobris* anno 877. imperii 3. ait *Flodoardus*, poſt *Pii* patris obitum 37. veneno ab *Sedecia Judæo* ſublatus, quo is Medico plurimum utebatur. Ejus frater *Ludovicus Germaniæ* Rex anno 876. deceſſit, filiis relictis tribus, [f] *Carlomanno*, qui *Bajoariam*, *Pannoniam*, *Boemiam*, *Moraviam* accepit; *Ludovico*, cui Orientalis *Francia*, *Thuringia*, *Saxonia*, *Friſia*, *Lotharingia* ceſſere; *Carolo Craſſo*, qui *Alemanniam* obtinuit. Ex his [g] *Ludovicus Calvum Lotharingiæ* fioibus inhiantem magna clade repulit anno 876. Nonis *Octobris*, mortuuſque ſcribitur [h] anno 882. 13. Caleod. *Decembris*.

Carolus Calvus Franciæ Rex. [d] Cap. Car. Calv. p. 407. Aim. 5. c. 32. Regin. Herman. Marian. [e] Sigeb. 876. [f] Otho l. 6. c. 6. [g] Annal. Pith. Aimoin. lib. 5. cap. 33. & 34. [h] Pith. Annal. Herman. Aimoin. l. 5. c. 40.

Carlomannus Bavariæ Rex exſtinctus eſt anno 880. ut eſt *Pithæi Chronico*, cujus filius *Arnulphus* fuit, de quo poſtea.

Carolo Calvo quiuto Imperatore mortuo, ſextus numeratur *Carolus Craſſus Ludovici Germaniæ* Regis filius, ex [i] anno 880. Falluntur enim qui *Ludovicum Balbum Calvi* filium Imperatoribus accenſent. Errori

Carolus Craſſus. [i] Aim. l. 5. c. 40. Otho Friſ. lib. 6. cap. 8.

A. 841. Chriſti ad 900.

rori cauſſam dedit, [a] quod a *Joanne* Papa VIII. Idibus *Septembris* coronatus dicitur anno 878. ſed regia fuit hæc, non imperatoria corona. Tametſi *Joannes Balbo* favens in eum transferri ſtuderet imperium, ob idque vexatus ab *Romanis* Urbe coactus ſit excedere, ut *Sigebertus* ad annum 878. prodidit. Hinc ad *Balbum* profectus anno integro apud ipſum fuit. [b] Ergo *Balbus Franciæ* Rex tertio a patris obitu anno periit 4. Eid. *Aprilis*, [c] Paraſceve: qui character in annum cadit 879. Quem [d] præterea duabus eclipſibus anno antecedente commiſſis inſignem faciunt Annales: altera Lunæ, 14. *Octobris*: Solis altera ejuſdem 29. quæ in 878. annum competunt, qui proxime præceſſit eum, quo *Ludovicus* mortuus eſt. Filios ex *Anſgarde* priore conjuge, ſed patris juſſu repudiata, ſuſceperat duos, *Ludovicum* & *Carlomannum*: ex *Adelaide* vero *Carolum Simplicem* in cunis [e] moriens reliquit. Poſt altercationem Reges *Franciæ* creati ſunt [f] *Ludovicus*, cui *Francia* & *Neuſtria* obtigit, & *Carlomannus*, qui *Burgundiam Aquitaniamque* tenuit; *Boſone* rejecto *Richildis Calvi* conjugis fratre, *Ludovici* Imperatoris *Lotharii* Imperatoris filii genero: quem idem *Provinciæ* Regem *Carolus Calvus* fecerat anno 878. ut ait *Sigebertus*, cum eodem tempore *Lotharingiam* occuparet *Hugo Lotharii* ex *VValdrada* filius. [g] *Ludovicus* anno 882. obiit *Auguſto* menſe, *Carlomannus* anno 884.

[h] His ſubrogatur *Carolus Craſſus* Imperator anno 885. qui novum hoc *Franciæ* regnum non ultra annum 887. obtinuit. Quo, abdicare coactus ob animi corporiſque valetudinem re adverſus *Northmannos* infeliciter geſta, ad eam calamitatem recidit, victum ut ſibi precario quæreret ab *Arnulpho Carlomanni Bavariæ* Regis filio. Moritur anno 888. quem ab pietate plurimum commendant *Otho Friſingenſis*, *Hermannus*, & *Regino*. Qui in eo tamen minime laudatur, quod conjugem ſuam caſtiſſimam feminam temere ſuſpectam habuerit, & cum ea divortium fecerit.

Amoto *Carolo*, tam *Romanum* imperium, quam *Francorum* regnum aliquandiu fluctuavit. Ita *Berengarium Eberhardi Forojulienſis* Ducis filium Regem eligunt. *VVidonem* alii *Lamberti* filium *Spoletanum* Ducem. [i] *VVido Francici* regni poſt *Calvum* ſpe dejectus, *Berengarium* bello perſequitur, victumque cogit ad *Arnulphum* confugere, quem *Italiæ* potiundæ ſpe eo facile pellexit. [k] *Vvido* Imperatoris nomine *Italia* potitus an. 894. moritur. [l] Cujus filius *Lambertus*, Imperatoris & ipſe nomen a *Vvidone* patre an. 892. conſecutus, an. 899. in venatione peremptus eſt.

Arnulphus ergo *Carlomanni* filius *Lamberto* adhuc ſuperſtite, Imperator Occidentis an. *Chriſti* 896. a *Formoſo* Papa creatur; [m] qui ex *Portuenſi* Epiſcopo *Romanus* creatus Pontifex ſedit anno 891. excluſo *Sergio*, qui Pontificatum violenter invaſerat. Nec triennium *Arnulphus* exceſſit. Siquidem [n] anno 899. pediculari periit morbo, ut auctor eſt *Luithprandus*, 5. Cal. *Dec.*

Formoſus autem anno 896. mortuus, ſequenti ab *Stephano* ſucceſſore ſuo ſepulchro extractus, ſacriſque veſtibus exutus, & tribus mutilatos digitis, in *Tiberim* eſt abjectus, quod relicta priſtina ſede in *Romanam* involaſſet. Sed hujus acta Conciliabuli in *Ravennate* Synodo ab *Jo.* IX. reſciſſa ſunt anno 898. ut putat *Sigonius*, qui ejuſdem decreta Concilii recenſet; [o] de quibus agit & *Rubeus*; alii, ut *Baronius*, anno 904. antecedenti *Sigebertus* adſcribit.

Franci interim, dum *Carolus Balbi Ludovici* filius adoleſceret, [p] *Othonem*, vel potius *Odonem Pariſienſem* Comitem, conſentiente *Arnulpho*, Regem eligunt anno 889. Fuit hic *Roberti Franciæ* Ducis filius ejus, qui a *Northmannis* anno 867. occiſus eſt. [q] Atque hic annis novem *Francos* gubernavit, uſque ad annum [r] 898. quo moriens *Januarii* 3. *Francorum* principes obteſtatus eſt, uti *Carolo Ludovici Balbi* filio regnum deferrent, quo cum bellum aliquot jam annos gerebat. Quippe *Franci Odone* in *Aquitania* morante *Carolum* duodecennem [ait *Sigebertus*] in regnum revocant; ſed majorem fuiſſe poſtea demonſtrabitur. Quo ex tempore [s] *Odonem* inter & *Carolum* civili certatum eſt bello.

Joannæ Papiſſæ fabula in idem incurrit ſæculum. Hæc enim in *Mariani Scoti & Sigeberti Chronicis* anno 854. adſcribitur, atque inter *Leonem* IV. & *Benedictum* III. media ponitur. Sed in utriuſque caſtigatis exemplaribus *Joanna* iſta nuſquam legitur. Quin etiam [t] *Photius* ipſe, qui ætate illa vixit, nullo interjecto, *Benedictum*, huic *Nicolaum*, tum *Joannem* ſubſtituit; ut appareat ludicram hanc fabellam ab otioſis nugatoribus eſſe confictam.

Hic ille eſt *Leo* IV. [u] qui, *Saracenis Italiam* vaſtantibus, ac, *Venetorum* obtrita claſſe, terrorem longe lateque circumferentibus, *Romanæ* Urbi veteri novam addidit, quam *Leoninam* vocant.

In *Germania* [x] *Rhabanus Maurus Lothario* Imperatore floruit, *Moguntinenſis* ex *Fuldenſi* Monacho factus Epiſcopus. *Hincmarus* item in *Gallia Remenſis* Epiſcopus *Carolo Calvo* regnante. [y] Ab utroque damnatus & refutatus eſt *Godeſcalcus* Monachus *Orbacenſis*; qui *Prædeſtinatianorum* dogma renovaſſe creditus eſt; atque hic *Rhabano* præſide in *Moguntinenſi* Synodo convictus condemnatuſque anno 848. eodem anno apud *Remos* ab *Hincmaro* pari ſententia perculſus, ac virgis cæſus, librum ſuum in ignem coactus eſt projicere, & in carcerem compactus. *Hincmarum* tamen, & omnem contra *Godeſcalcum* ejus actionem refutavit *Florus Magiſter Lugdunenſis* Diaconus, ſub *Lugdunenſis* Eccleſiæ nomine erudito commentario. [z] *Nicolao* primo ſedente vixit in *Galliis Joannes Scotus* vir doctus, ſed hæreſis ſuſpectus, qui *Dionyſii* libros *Latine* vertit; de qua interpretatione *Nicolaus* ad *Carolum Calvum* litteras dedit.

CAPUT XI.

De Northmannorum *graſſationibus & cladibus per eos variis temporibus importatis in* Gallias, *deque* Neuſtria *illis attributa*.

N*Orthmannorum* graſſationes prædationeſque crebræ ætate iſta per *Gallias*, & provinciis omnibus exitiales fuerunt. *Danici* generis illos ferunt, atque e *Scania* profectos, quam *Northegiam* appellant, qui [a] jam tum imperante *Carolo Magno*, circum borealem oram *Galliæ* populabundi navigare inſtituerant, ac *Friſonum* & *Scotorum* infeſtare littora. Sed quod imperii tum limites firmiſſimis præſidiis obtinebantur, facile eorum impetus arcebant. Quod idem *Ludovico Pio* regnante perſeverarunt facere. At eo mortuo, [b] cum civilibus motibus totum quateretur imperium, & detracto, qui in præſidiis erat, milite, nudata defenſoribus ora eſſet maritima *Galliæ*, impunius evagari cœperunt: ac non jam piraticas excurſiones, ſed juſtas expeditiones in interiora regni fecerunt. [c] Anno eo, qui mortem *Ludovici* conſecutus eſt, *Chriſti* 841. occupata ſubito *Rothomago*, cædibus atque incendiis cuncta vaſtarunt, lateque ſecundum *Sequanam* populatione facta, ingentes prædas egerunt. [d] Eodem anno *Haſtingo* duce in *Turonos* progreſſi, cum circum vaſtitatem intuliſſent, ab ipſis urbis mœnibus *S. Martini* ope propulſati ſunt 4. Eid. *Maii*. [e] Poſt biennium per oſtia *Ligeris* evecti, *Lamberti* Comitis proditione, qui a *Francis* ad *Nomenoium Britonem* defecerat, *Nannetum* urbem capiunt; ubi Epiſcopum ipſo ſancti

Sab-

[a] Aimoin. l. 5. c. 37.
[b] Annal. Pith.
[c] Aimoin. lib. 5. cap. 30.
[d] Annal. Pith. & Regino Sigeb.
[e] Aimoin. l. 5. c. 4. & Flor. Chron. Fragm.
[f] Capit. Car. Calv. Aimoin. l. 5. c. 40. Sigeb. 878.
[g] Aimoi. l. 5. c. 39. & 40.
[h] Otho Friſ. l. 6. cap. 8. & 9. Sigeb.
Carolus Craſſus exauctoratur.
[i] Luithprand. l. 1. c. 6.
[k] Marian.
[l] Luithpr. l. 1. c. 10. Otho Friſ. l. 6. cap. 13. Sigon. 6. de Regn. Ital. Onuphr. l. 3. de Rom. Princ.
[m] Luithpr. lib. 1. cap. 8. Herm. Otho Friſ.
[n] Regino Luithpr. Marian. Lam. Scaph. Herman. Sigeb. 902. Urſperg.
[o] Lib. 5.
[p] Regino Fragm. Pith.
[q] Regino.
[r] Reg. Sigeb. Odoran.
[s] Sigeb. Abbo de Obſid. Par. l. 1.
Joanna Papiſſa.
[t] Leo Allatius Comment. de Joanna Papiſſa.
[u] Anaſt. in Leone IV.
[x] Sigeb.
[y] Conc. Gall. Tom. 3. pag. 64. & ſeq.
[z] Tom. 3. Conc. Gall. 552.
[a] Annal. Pith. Ann. 810. & ſeq.
[b] Chron. Beſvenſe in Script. Nort. p. 22.
[c] Geſta Northm.
[d] Chron. Turon. in Hiſt. Northm. p. 15. & Odo Clun. Tract. de reverſ. S. Mart. in Bib. Clun. p. 117.
[e] Geſta Northm. & Chron. vetus Scriptum.

A. 841. Chriſti ad 900.

Sabbati die ſacris operatum cærimoniis interficiunt, cum pleriſque Clericis, & utriuſque ſexus promiſcua multitudine. Id anno 843. aſſignant Annales quidam. At *Rhegino* in 853. conjicit; quo primum *Northmannorum* claſſem *Ligeris* attigiſſe litora ſcribit; cui & *Fuldenſe Chronicon* & *Sigebertus* aſſentiuntur. Utroque anno veriſimile eſt per ejus fluminis oſtia ſubeuntes, *Namnetum* oppidum invaſiſſe. Hoc etiam poſteriore, poſt direptos *Namnetas*, ut iidem aſſerunt, in [a] *Turonos* cum veniſſent, *Cari Ligeriſ*que fluminum alveis majorem auctis in modum intercluſi, atque ab urbis aditu prohibiti, ſuburbana omnia, inque his Monaſterium, quod *majus* dicitur, *S. Martini* habitatione celebre ſuccedunt, mactatis in eo Monachis centum & viginti, *Heberno* vero Abbate diris tormentis excruciato. Populatis exinde *Cenomanis*, cum in *Turonos* redire illos fama vulgaſſet, *B. Martini* corpus a Clericis *Aurelianos* primum, inde *Antiſſiodorum* uſque pervehitur; ubi annos aliquot aſſervatum frequentibus & inuſitatis prodigiis in ſumma claritate fuit: quod cum deinde, pacatis rebus, *Turonenſes* repeterent, *Antiſſiodorenſes* vero id a ſe nollent dimittere, *Ingelgerius Andegavenſium* Comes vi & armis extortum priſtinam in ſedem revexit anno *Chriſti* 885. [b] At *Northmanni* illo anno 853. ſexto Eidus *Novembris Turonorum* urbem cum *B. Martini* baſilica ceteriſque ſubjecto igne demoliti ſunt, item *Juliomagum Andegavorum*. [c] Quibus illorum ſceleribus ac ſacrilegiis offenſo Numine, civile inter ipſos exortum eſt bellum, quo, præter innumerabile vulgus, pæne nobilitas omnis concidit, ſic ut regia de ſtirpe, præter puerum unicum, reliqui nihil eſſet: quod anno 854. *Fuldenſes* Annales adſcribunt. Quin iidem [d] inſequente anno *Auguſtoritum Pictonum* adeuntes tanta ab *Aquitanis* clade profligati ſunt, ut haud multo amplius trecentis evaſerint. Biennio poſtea, anno 857. in *Pariſios* impreſſione facta, ſuburbanas complures Eccleſias, & inter has *S. Genovefæ*, flammis conſumunt: idem ne ceteris facerent, ingentis ab iis pretio cives impetrarunt.

[a] Geſta Northm. Rheg. Odo Cluo. & Chron. Turon. Sigeb.

Tranſlatio Sancti Martini.

[b] Geſta Northm.

[c] Chro. Fuld. io Hiſt. Northm. p. 15.

[d] Geſta Northm.

[e] Poſt immenſo circuitu, inter *Hiſpaniam*, & *Africam* per *Gaditanum* fretum circumvecti & adverſo *Rhodano* ſubeuntes, *Valentiam* uſque vaſtitatem intulerunt, & in *Italiam* excurſione facta *Piſas* ex improviſo populati ſunt. [f] Anno 861. *Lutetiam* reverſi, *S. Vincentii* ſive *S. Germani* baſilicam, ante annos quatuor ut dixi, immenſa pecunia redemptam, incendio tradiderunt. In *Aurelianos* quoque impetum anno 865. fecerunt; ac *Floriacenſi* incenſo Cœnobio, urbem ipſam *Aureliam* eadem clade pervaſtarunt. Qua in urbe, reliquis igne conſumptis baſilicis, ſola princeps, quæ S. Crucis titulo dicata eſt, incendio corripi non potuit, quamvis certatim ad id excitandum Barbari faces ac malleolos ſubjicerent.

[e] Geſta Northm.

[f] Ead. Geſta.

Ædes S. Crucis Aurelianis magno miraculo ſervata.

Regnabat tunc in [g] *Gallia Carolus Calvus*; qui ad eam propulſandam calamitatem magis animo impar, quam viribus, magna pecuniæ ſumma turpem cum illis pactionem fecit anno 867. [h] Neque tamen prohiberi furor eorum potuit, quin eodem hoc anno, ductore *Haſtingo*, per *Ligerim* evecti, adjunctis *Britonibus*, *Namnetum*, *Andegavorum*, *Cenomanorum*, ac *Turonum* agris haud minorem ſolito ſtragem inferrent. Exinde præda graves in reditu ab *Ruperto Marchiæ* iſtius Præfecto, & *Ragnoldo Aquitaniæ* Duce circumſeſſi, utroque occiſo, ac *Francis* dilapſis, tutum ad naves perfugium habuerunt. Quadringentos haud amplius Barbaros [i] Annales fuiſſe memorant; ac tam exigua manu tanto majores copias ideo ſuperatas eſſe, duces vero ipſos interfectos, quod eorum alter *S. Hilarii*, alter *S. Martini* opima Cœnobia præter fas obtinerent. *Ruperti* in locum *Hugo* cognomento *Abbas*, quod perinde ut illi quibuſdam Cœnobiis Abbatis loco eſſet, ſufficitur. Nam duo illius liberi, *Eudo*, ſive *Odo*, & *Rupertus*, nondum per ætatem paternam dignitatem capere poterant.

[g] Geſta Northm.

[h] Ead. Geſta & Rheg.

[i] Geſta Northm.

A. 841. Chriſti ad 900.

[k] Hoc ſucceſſu elatiores Barbari, ut piraticam tandem facere deſinerent, & certam ſibi ſedem in *Gallia* ſtatuerent, *Juliomagum Andegavorum* dilapſis fuga civibus vacuefactum occupant, ac munire inſtituunt, eodemque conjuges & liberos ac fortunas omnes convehunt. Quod indigne ferens *Carolus*, evocato in auxilium *Salomone Aremoricorum* Regulo, valida ipſe coacta manu, urbem obſidet. Sed fame ac peſte, multoque magis longioris moræ tædio fatigatus *Carolus*, datis conditionibus acceptaque pecunia, tuto illos inde permiſit egredi anno *Chriſti* 873.

[k] Rheg. Sigeb. A. 775.

[l] Rege mortuo *Calvo*, ejuſque filio *Ludovico*, *Ludovicus Carlomanni* frater prædabundos in *Belgica* & ad *Somonam Northmannos* aliquanto ſucceſſu anno 881. compeſcuit. [m] At illi converſo in *Ciſrhenanam Germaniam* impetu, fœda ubique veſtigia reliquerunt. Crematum tunc ab illis eſt *Aquiſgranenſe* palatium, nec non *Auguſta Trevirorum*, & *Colonia* anno 882. [n] *Carolus Craſſus*, qui tum imperabat, armis diffidens pacem cum eorum Regibus *Godefrido* ac *Sigefrido* fecit, tranſlata in eorum ditionem *Friſia*, ac magnis attributis muneribus. Addunt [o] Annales aliqui *Godefridum Chriſtianis* initiatum ritibus, e ſacro fonte ſuſceptum ab Imperatore, *Giſlam* vel *Gillam*, *Lotharii* Regis filiam in matrimonium accepiſſe.

[l] Rheg.

[m] Geſta Northm. Fuld. Chron. Rheg. Aimoin. l. 5. cap. 61.

[n] Id.

[o] Geſta Northm. Rheg. Sigeb. A. 886.

[p] Digreſſi inde *Northmanni*, contra *Carlomannum*, qui, fratre mortuo *Ludovico*, ſolus in *Francia* dominabatur, copias promovent; ab eoque haud mediocrem pecuniæ ſummam exprimunt & in poſterum tempus vectigal imponunt, *Chriſti* 883. Tum ubi is anno ſequente obiit, iterum ad deprædandum illius regnum valido cum exercitu redeunt; ideo dicentes licere ſibi facere, quod cum nemine alio quam cum Rege pacem feciſſent. Quibus rebus exterriti principes *Carolum Craſſum* Imperatorem ad regnum *Franciæ* capiendum evocant, rati ſe ejus armis & potentia, qui tot gentibus præerat, tutos ab *Northmannorum* impreſſione futuros. Sed multum eos in omnem partem opinio fefellit.

[p] Geſta Northm. Rheg. Sigeb. A. 885.

[q] Hoc enim Rege validioribus inſtructi copiis Barbari *Lutetiam* oppugnare auſi ſunt [r] anno 886. Sed eam urbem *Odone* duce fortiſſimo, *Ruperti* filio, & *Gozlino* Epiſcopo tutantibus, obſidionem intermittunt, ad eamque rurſus anno 887. redeunt: donec *Carolus* incaſſum eos adortus [s] ita demum cum illis compoſuit, uti *Transſequanenſem Galliam*, quæ *Neuſtria* dicitur, quæque ab imperio ſuo defecerat, iis ad prædandum permitteret. [t] *Sigebertus* tractum hunc omnem *Galliæ*, non ad direptionem, ſed jure perpetuo *Northmannis* conceſſum ſignificat.

[q] Abbo Floriac. Geſta Northm. Rheg. Sigeb.

[r] Joan. Aſſer. a Pith. editus ante Abbonem. Fuld. Chron. Obſidio Lutetiæ.

[s] Rheg.

[t] An. 888.

[u] Pax ea videtur facta *Martio* menſe anni 887. indeque *Carolus Novembri* receſſiſſe. Nec diu poſtea regnum vitamque produxit *Carolus*, quorum illud prius ereptum eſt ipſi, datiſque ſucceſſor imperii *Arnulphus*, regni *Francici Odo Roberti* filius; qui ambo *Northmannos* haud levibus affecere damnis. [x] *Arnulphus* per *Lotharingiam* graſſantes ad unum pæne concidit anno 893. De *Odonis* cum *Northmannis* conflictu ita prodidit *Abbo Floriacenſis* vir ſanctitatis & martyrii gloria celebris: cum *Northmanni*, *Carolo Craſſo* adhuc ſuperſtite, contra pactum cum eo fœdus, iterum ad *Sequanam* ac *Lutetiam* revertiſſent, interclutos a *Pariſienſibus*, ac veniam petere coactos, data fide numquam ſe eo deinceps venturos. Cum hac conditione dimiſſi eſſent, brevi poſt intervallo rediiſſe, ac cædem populationemque de more feciſſe: quo permoti *Pariſienſes*, quotcumque apud ſe *Northmannos* invenerunt, (quingenti autem omnino ſunt reperti) neci mandaſſe. Poſt amoto *Carolo Craſſo*, *Odonem*,

[u] Abbo l. 2. de Obſid. Luth. pag. 476. edit. Pith.

[x] Otho Friſ. l. 6. cap. 11. Sigeb. A. 895.

Regis

A. 841. Chriſti ad 900.

Regis accepto omine, contra *Northmannos* ſtrenue certaſſe, & ad *Montem Falconem* (is eſt ſuburbanus collis) undeviginti eorum millia profligaſſe: quod an. 898. contigit.

a Rheg.

a Poſtremus ad *Lutetiam Northmannorum* conatus anno 890. nihilo ceteris ſecundiorem ſucceſſum habuit. Itaque deſperata expugnatione tandem abierunt. Hanc obſidionem ſeptem annorum fuiſſe, quidam Annales aſſeverant; credo, quod ex intervallo ſæpius illam repeterent. Id enim aliquot deinceps annis factum ab iis eſſe *Sigebertus* refert. Quin etiam *Carolo* regnante *Simplice*, poſt *Odonis* obitum, perſæpe *Northmannos Rollone* duce excurriſſe *Lutetiam* uſque, Hiſtoriæ veteres affirmant, ex quibus id etiam memoria dignum videtur: cum ab illis *Autricum Carnutum* obſideretur, circumlata B. Virginis ſubucula, quam *Carolus Calvus Veſontione* allatam ibi collocarat, tantum iis repente pavoris injectum, ut in fugam præcipites ſe darent. Id in b *Chronico* quodam anno *Arnulphi* ſexto tribuitur. c In altero, ſeptimo ab *Odonis* morte, qui putatur *Chriſti* 905. d Eſt ubi id anno 911. accidiſſe legitur; quando ad *Carnutum* oppidum ab *Richardo* & *Roberto* ducibus pugna commiſſa eſt, cæſique *Northmanni*; cujus expeditionis e *Dudo* meminit.

b Beſuenſes in Hiſt. Northm. Dudo l. 2. *B. Virginis ſubucula apud Carnotenſes.* c Turon. 26. Hiſt. Northm. d In vetere membrana. e Lib. 2.

f Ad poſtremum *Franconis* opera *Rothomagenſis* Epiſcopi *Rollo* dux *Northmannorum* cum *Carolo Simplice* in fœdus amicitiamque venit, eique *Chriſtiano* ritu facto *Carolus Giſlam* filiam in matrimonium dedit, cum ora omni maritima *Galliæ*, quæ ab *Epta* fluvio ad mare porrecta, ab illis *Northmannia* vocatur. *Rollonem* a baptiſmi fonte ſuſcepit *Robertus Francorum* dux: ab eoque *Rollo Roberti* & ipſe nomen accepit. g Hæc anno *Chriſti* 912. geſta eſſe *Dudo* confirmat, qui & hoc adjicit: cum *Neuſtria* ob aſſiduas populationes inculta eſſet, neque *Northmannis* ad annonam ſufficeret, *Britanniam* iis minorem, unde viverent, ab Rege *Carolo* conceſſam.

f Dudo l. 2. Geſta Northm. Floriac. Chron. p. 34. Hiſt. Northm. *Northmanni Chriſtiani fiunt.*

Ad hunc modum *Northmanni*, poſtquam annis fere centum magnam *Europæ* partem, in primiſque *Galliam*, piraticis excurſionibus infeſtam habuerant, tandem certum in ea domicilium adepti ſunt: indidemque in alias profecti regiones, clarum ſibi militia nomen, cum nonnullarum etiam imperio, pepererunt.

g Ordericus l. 5.

CAPUT XII.

De Orientis Imperio ſub Michaele, *ac* Theodora *matre*, Barda, Baſilio Macedone, Leone Philoſopho: *deque* S. Ignatio, *&* Photio, *& octava Synodo.*

h Curopal. Zonar. Cedren. Glycas Conſt. Manaſ. *Michael & Theodora.* *Bulgari ad Chriſtum converſi.*

ORientis Imperium h *Theophilus* moriens *Michaeli* filio reliquit, ſub matris tutela *Theodoræ* religioſæ viriliſque animi feminæ. Quæ ſacris inſtauratis imaginibus, *Methodium* virum ſanctiſſimum Patriarcham conſtituit. *Bulgarorum* Regem *Bogorim* bellum in *Romanos* molientem abſterruit, atque is ſororis hortatu, quæ, capta bello, apud *Romanos Chriſtianos* ritus ſuſceperat, cum tota gente *Chriſto* nomen dedit. Cujus rei annales quoque *Pithæani* meminerunt anno 865.

i Sigeb. 865.

i Hunc productum eſt, poſt annos aliquot, amore quietis ac receſſus Monachum factum, cum ſucceſſorem filium ſuum peſſime curare Rempublicam audiſſet, & ad priſtinam ſuperſtitionem redire velle, reſumpſiſſe regnum, & excæcato filio, atque in minorem alterum tranſlato dominatu, in Monaſterium revertiſſe.

Bardas. k Curopal.

Tam felicem imperii ſtatum *Michaelis* vecordia & ejus avunculi *Bardæ* interpellavit ambitio. Hujus enim conſilio *Michael Theodoram* matrem, k qua cum annis 14. Rempublicam adminiſtrarat, privatam ad vitam extruſit anno *Chriſti* 855. Tum rebus omnibus *Bardæ* arbitrio permiſſis, quem *Curopalatem*, deinde *Cæſarem* fecit, totum ſe ludis, aurigationibus, ac perpotationibus dedit. l Ad extremum *Bardas Cæſar*, aſſentiente *Michaele*, & *Baſilio Macedone* Protoſtatore *Michaelis*, occiditur anno *Chriſti* 866. *Aprilis* 1. Indict. 14. ait *Curopalates*. Fit paullo poſt a *Michaele Baſilius* Imperator m *Maii* 26. ipſo die Pentecoſtes. Qui cum illum ab nequitiis & ſceleribus ad frugem revocare cuperet, ejus odium in ſeſe atque inſidias concivit. Eas ut anteverteret, cum præſertim remigi cuidam temulentus imperium obtuliſſet, *Michaelem Baſilius* obrutum vino trucidavit anno *Chriſti* 867. cum annis imperaſſet 25. hoc eſt 11. ſolus, cum matre 14.

A. 841. Chriſti ad 900. l Iidem & Nicetas in S. Ignat. m Curop. & Ceds.

S. Ignatius Patriarcha. n Nicetas in Ignat. Curopal. Zonar. Cedren. Anaſt. Præf. in 8. Syn. *Photius Ignatium damnat.*

Imperante *Michaele*, *S. Ignatius Michaelis Curopalatæ* Imperatoris filius, & a *Leone Armeno* caſtratus, atque in Monaſterium incluſus, n *Conſtantinopolitanum* Patriarchatum poſt *Methodium* adeptus eſt anno 847. indeque *Bardæ* opera pulſus poſt annos 11. quod neque *Theodoram* redactam in ordinem tondere vellet invitam, & *Bardam Cæſarem* ob inceſtam cum nuru ſtupri conſuetudinem communione privaſſet. Cujus in locum a *Barda Photius* ex laico ſubrogatus, *Ignatium* in conciliabulo damnavit anno 861. & a *Nicolao* Papa propterea damnatus ipſe, viciſſim in *Nicolaum* ſententiam non dubitavit dicere.

o Curop. Zonar. Cedren. Glycas. *Baſilius Macedo.*

o *Baſilius Macedo* ſublato *Michaele* ſolus imperavit anno 876. natus in *Macedonia* obſcuro genere, ut ſcribit *Zonaras*, *Curopalatem* tacito nomine vellicans, qui *Baſilii* ſtirpem ab *Arſacidis* repeteret. Nam ex *Armenia Baſilii* majores ortum habuerunt. Hic rempublicam *Michaelis* ignavia perditam recreavit. Quippe Magiſtratus optimis quibuſque mandabat, ab iiſque jus & integerrime dici volebat, & judicia nonnumquam exercebat ipſe. Foris quoque contra *Saracenos*, & *Manichæos*, *Chryſochire* duce, *Romanis* infeſtos, proſpere bellavit. *Catholicam* vero pietatem in primis coluit. Ejus juſſu reductus ab exſilio *S. Ignatius* expulſo *Photio*; contra quem anno 869. *Conſtantinopoli* Oecumenica octava Synodus eſt habita: ſecundum quam relegatus *Photius*, anno demum 878. quo *Ignatius* obiit, ſedem ſuam recuperavit, a *Baſilio* revocatus, *Santabareni* cujuſdam & ipſius *Photii* præſtigiis illuſus. Imperavit cum *Michaele* p annum 1. ſolus 19. mortuuſque eſt anno 889.

Octava Synodus. p Curop. Cedren.

Hoc anno *Leo Baſilii* filius, vel, ut aliis placet, *Michaelis*, q qui concubinam ſuam *Eudoxiam*, de ſe gravidam, *Baſilio* collocavit, ad Orientis Imperium pervenit, Philoſophiæ deditus ſtudiis, unde & *Philoſophi* ei cognomen inditum. r Eum *Baſilius Theodori Santabareni* Monachi calumniis ſuſpectum in carcere habuerat, ac Senatus deinde rogatu dimiſerat. Hanc ille, ſimulatque imperium accepit, injuriam eſt ultus in *Santabarenum*, ejuſque fautorem Patriarcham *Photium*, quem ſede ſua depulit. Adverſus *Bulgaros*, Rege eorum *Simeone* pacem turbante, infeliciter pugnavit; ſed eos ſubinde *Turcarum* auxilio devicit. Imperavit ſ annos 25. menſes 3. obiit anno 911. *Junii* 11.

q Zonar. Glycas. *Leo Philoſophus.* r Curop. Zonar. Cedren. Glycas. Man. *Photius ejicitur.* ſ Zonar. Curop.

CAPUT XIII.

Italiæ *Reges*, *ac tumultus ſub* Vidone, Lamberto, Berengario, Radulpho, Hugone: *& de* Germanorum *ad* Italiæ *regnum aditu.*

Ab anno circiter 900. ad 966.

PErpetui deinceps, in *Italia* præſertim & *Gallia*, civilium motus armorum exſtiterunt, nunc ad hos, nunc ad illos tranſeunte regno, quarum viciſſitudinum ſummam paucis exſequar.

Vidone

Digitized by Google

A. 900. Chriſti ad 966.

[a] Luithpr. l. 2. c. 10. Regino Marian. Gotf. Viterb. Joã. Villan. l. 3. c. 4. *Ludovicus junior Rex Italiæ.* [b] Diplom. ejus apud Sigon. 6. de Reg. Ital. Onuph. 3. de Rom. Princip. [c] Regino. Gotf. Oth. l. 6. cap. 15. [d] Luithp. lib. 2. *Berengarius Rex Italiæ.*

Vidone, ejuſque filio *Lamberto*, vita functis, in *Berengarium Italiæ* principatus reciderat; [a] ſed huic æmulus a *Tranſalpina Provincia Ludovicus* excitus eſt ab *Adalberto Tuſciæ* Marchione, *Boſonis* filius, ex *Hermingarde* filia *Ludovici* junioris Imperatoris, quem *Lothario* Imperatore natum ſupra retulimus. Hic, in fugam conjecto *Berengario*, *Romæ* a Papa imperii donatus eſt inſignibus anno [b] 901. Qui poſt annos tres, ejuſdem a quo vocatus erat, *Adalberti* proditione, *Veronæ* captus a *Berengario*, oculis & imperio privatur [c] *Auguſto* menſe anni 904. ut ait *Regino*; etſi *Gotfredus Viterb.* ſequenti factum id aſſerat, ut & *Otho Friſingenſis*.

[d] *Berengarius* ergo, ſublato competitore, rurſus *Italiæ* tenuit regnum, & a *Joanne X. Septembri* menſe, anno 915. eſt inunctus, ut ex ejus diplomatibus [e] *Sigonius* oſtendit. Verum *Adalbertus Eporediæ* Marchio, aliique proceres *Italiæ*, [f] *Radulphum Burgundiæ* Regem *Berengarii* tædio ad *Italiæ* regnum capeſſendum vocant. Nec ille cunctatus [g] anno 922. ut ait *Flodoardus*, eo contendit: ac *Berengarii* fuſis copiis *Italiæ* Rex appellatus eſt. *Berengarius Veronæ*, quo ſe ex inſidiis fuga receperat, *Flamberti* cujuſdam inſidiis occiditur [h] anno 924. Filiam habuit *Chiſelam*, ex qua *Adalbertus Eporediæ* Marchio *Berengarium* genuit, qui Rex *Italiæ* poſtea fuit.

Sigon. 6. de Reg. Ital. [e] Luithp. l. 2. c. 16. [f] Sigon. 6. de Reg. Ital. Flodoard. Onoph. 3. Rom. Princ. [g] Flod. in Chron. Luithpr. c. 20. Sig. [h] Flod. [i] Luithpr. 3. [k] Luithp. 33. 5. [l] Flod. Chron. Suppl. Regino. [m] Sig. 8. Onuph. [n] Luithpr. 2. 13.

Radulphus, mortuo *Berengario*, regnum *Italiæ* haud diu retinuit. Quippe *Italorum* conſpiratione *Hugoni Provinciæ* Comiti regnum defertur [i] anno 926. quem virum fuiſſe fortem, & pietatis perinde amantem ac litterarum, ſcribit [k] *Luitprandus*; ſed in libidines effuſum concubinas habuiſſe plures; ex legitima porro uxore *Alda Lotharium* ſuſcepiſſe, qui cum eo poſtea regnavit. *Radulphus* in *Burgundiam* ſe recepit; [l] ubi anno 937. obiit, cum annos regnaſſet 48. nimirum ex eo qui numeratur *Chriſti* 890. quo ſibi ipſe coronam impoſuit, ac primus *Burgundiæ* Rex fuit, [ut ait *Sigebertus*] ſive *Jurenſis*, ac *Ciſalpinæ Galliæ*, ut *Flodoardus* in *Chronico* anno 973. eum nominat: qui *Conradum* huic filium ſucceſſiſſe ſcribit.

Anno itaque *Chriſti* 926. *Italia* regnare cœpit *Hugo Arelatenſis* Comes, [m] ac 20. circiter annos in ea dignitate manſit. *Romam* ea tempeſtate tyrannide premebat [n] *Marozia*, *Sergii III.* Papæ ſcortum: ex qua ille *Joannem* genuit, qui & ipſe Pontificatum obtinuit. *Adalbertus* vero *Tuſciæ* Marchio *Albericum* ex eadem ſuſtulit. Quæ cum *VVidoni Adalberti* ex *Bertha* filio nupſiſſet, eo mortuo, *Hugoni* convenit in manum, dotalem ei *Romæ* principatum aſſerens anno 928. Sed ab *Alberico Maroziæ* filio ſtatim eo eſt ejectus. Exinde *Lotharium* filium regni conſortem adſcivit anno 932. data ei conjuge *Adelaide Radulphi* filia.

Berengarius II. Rex Italiæ.

Demum *Berengarius* ſecundus *Berengarii* nepos adverſus *Hugonem* res novas molitus ad *Othonem Germaniæ* Regem profugit anno 939. inde poſt annos 6. reverſus in *Italiam* nempe anno 945. *Hugone* ab omnibus derelicto, cum eo ita pactus eſt, ut is cum *Lothario* filio Regis vocabulo contentus uſum regni ac rerum ſummam *Berengario* permitteret. Sic *Lothario* filio in *Italia* relicto, in *Provinciam Hugo* rediit anno 947. biennio poſt mortuo *Lothario*.

[o] Flod. [p] Regin. Suppl. Flod. [q] Flod. Reg. Lamb. Scaph. Joan. Villan. l. 3. c. 5.

Berengarius Regis titulum aſſumpſit [o] anno 950. una cum *Adalberto* filio; cui cum *Adelaidem Lotharii* viduam dare conjugem vellet, ea *Germaniæ* Regem *Othonem* in *Italiam* invitavit, [p] eique anno 951. nupſit. *Berengarius Italiæ* regnum ab eo precario quæſitum annos deinde circiter 12. habuit; donec Tyranni illius dominatu *Itali* omnes offenſi ad *Othonem* rurſus confugiunt. Hic [q] anno 962. in *Italiam* profectus, a *Joanne* Papa *Alberici* filio accepta imperii corona, primus e *Germanis* Imperator ſalutatus, [r] *Berengarium* poſt annos duos in *Bavariam* abduxit; qui [f] anno demum 966. *Bambergæ* obiit.

A. 900. Chriſti ad 985. *Otho primus Germanorum Imperator.* [r] Lamb. [f] Reg. Suppl. [t] Luithpr.

Hugonis Italiæ Regis inſigne præ ceteris ad memoriam facinus exſtat, quod *Saracenos* a *Fraxineto* arce deturbavit, [t] quam illi in *Cottiis* ſitam *Alpibus*, naturali munitam ſitu & inacceſſam, ante aliquot annos occuparant, ex eaque in vicinas provincias excurrentes *Chriſtianis* terrori erant & exitio. Hos anno 841. (ut ſcribit *Sigebertus*) *Græcanico* injecto paſſim igne profligavit *Hugo*.

CAPUT XIV.

Germaniæ *Reges & Imperatores, ab anno circiter* 900. *ad* 985. Conradus, Henricus Auceps, Otho I. Otho II. *& quæ ſub illis in Occidente memoria digna geſta ſunt.*

[u] Marian. Regino. Otho Friſ. lib. 6. cap. 15. Gotfr. Viterb. Urſperg. [x] Regin. App. Lamb. [y] Regino. Herm. [z] Marian. [a] Otho l. 6. c. 15. *Conradus Italiæ Rex.* [b] Luithp. lib. 2. c. 7. Reg. Gotfr. Otho l. 6. c. 6. Lamb. Marian. [c] Trithem. in Hirſaug. Chron. [d] Luithp. lib. 2. c. 7. Regino. [e] Lamb. Marian. Witich. 2. Ditm. 2.

PEr idem tempus in *Germania Arnulpho* Imperatori ejus filius a principibus [u] anno 900. ſubſtituitur *Ludovicus*; qui annos regnavit 12. neque tamen Imperatoris coronam aut titulum habuit. [x] *Hungari* eo regnante *Germaniam* pervagati, eodem ſuperato Rege impune prædas egerunt. [y] Obiit anno 911. cum eoque *Carolorum* poſteritas in *Germania* defecit, ait [z] *Otho Friſingenſis*.

Hujus in locum *Germaniæ* regnum obtinuit anno *Chriſti* 912. [a] *Conradus Conradi* filius ejus, qui ab *Adalberto*, ſive *Alberto*, Comite *Francorum*, occiſus eſt anno 905. Nonnulli tamen e primoribus ejus imperium detrectarunt, quos ille ſumma prudentia ſibi adjunxit. Septem huic imputantur anni, qui in 918. deſinunt: quo mortuus dicitur a *Mariano*, & [b] *Trithemio*, qui 10. Calendas *Junias* illum obiiſſe refert. [c] Moriens fertur mandaſſe principibus, ut ne alium ſibi ſucceſſorem deligerent, quam *Henricum Othonis* Ducis *Saxoniæ* filium, ex *Vitikindi*, qui e *Caroli M.* ad *Chriſtianam* fidem perductus eſt, oriundum genere.

Igitur *Conradum Henricus* excepit, *Auceps* dictus, quod aucupio delectaretur, [d] anno 919. Qui de *Hungaris Germaniam* vaſtantibus memorabilem retulit victoriam. Duas anno ejus 3. & 15. *Sigebertus* adſcribit. Priorem commemorat [e] *Luithprandus*, eamque divinitus partam ſecundum voti nuncupationem aſſerit, quo ſe *Simoniacam* hæreſim funditus exſtincturum eſſe ſpoponderat; quod & *Sigebertus* anno aſſignat 922. poſteriorem *Flodoardus* in *Chronico* anno 933. ſecundum quam tributum ei genti pendere deſierunt *Germani*, ait *Sigebertus*. Imperavit annos 17. obiitque [f] 6. Nonas *Julias*, ætatis 60. [g] anno 936. cum *Romam* proficiſci vellet. Hinc *Conſtantini* lanceam *Chriſti* clavis ornatam a *Radulpho Burgundionum* Rege vi expreſſit; quæ coram Imperatoribus præferri deinceps ſolita eſt. Id *Sigebertus* anno 929. retulit.

[f] Luithpr. lib. 2 cap. 8. & 9. [g] Reg. Marian. Gotfr. Witich. 1. Urſperg. Gotfr. Viterb. [h] Marian. Lamb. Scaph. Gotfr. Reg. [i] Gotfr. Viterb. Witich. 6. 2. Ditm. 2. [k] Flod. Regino.

Otho Henrici Aucupis ex *Mathilde Theodorici Saxonum* Principis nata filius [h] anno 936. *Germaniæ* regnum iniit; idque [i] annis 37. tenuit, non minus re ipſa, quam appellatione magnus. *Sclavi*, ſeu *Boemi*, ab illo perdomiti, & hi quidem annorum 14. bello, quod cum eorum Rege *Boeslao*, qui *S. Venceslaum* fratrem occiderat, geſſit, ut ad annum 968. *Sigebertus* notat. Tum *Belgæ*, ſive *Lotharingi*, quibus dux *Giſibertus* præerat, *Gerbergæ* ſororis *Othonis* maritus; quo cum *Henricus Othonis* frater aliique primarii conſpiraverant. [k] Qui omnes ab *Othone* ſuperati ſunt anno 939. quo *Ludovicus Francorum* Occidentalium Rex, *Caroli Simplicis* filius, in *Alſatiam* impreſſione facta, ab eodem *Othone* fugatus eſt.

Lotha-

A. 900. Chriſti ad 985. a Otho. Friſ. 6. 29. Gotfr. Viterb.

Lotharingiæ regnum in victoris poteſtatem venit; a ac deinceps in Regum *Teutonicorum* ditione manſit. In *Italiam* vocatus exinde ab *Adelaide Lotharii Hugonis* filii vidua eam conjugem duxit; cum *Edmundi* Regis *Angliæ* filiam prius in matrimonium accepiſſet, ut ad annum 934. *Sigebertus* adnotat; ac *Berengarium* II. ad deditionem compulit. *Hungaros* b anno 955. internecioni dedit: adeo ut ſeptem ex omni numero reliqui fuiſſe dicantur.

b Reg. Herm. Flodoar. c Otho Friſing. 6. 20. *S. Uldaricus.* d Herm. *Otho Imperator, deficiente Caroli ſtirpe.* e Vide Othon. Friſ. 6. 12. 23. Gotfr. Vit. Urſperg.

c Quam victoriam *S. Uldarici Auguſtani* Præſulis meritis adſcripſit *Otho*, qui tum ſanctitate præſtans, Epiſcopatum iniit d anno 924. eoque 50. perfunctus annos, obiit anno 973. *Hermanno* teſte. Poſtremo *Romam* profectus *Otho* Imperator acclamatus aſt anno 962.

Sic *Romanum* Occidentis Imperium a *Caroli M.* poſteris ad *Longobardos*, ab iis ad *Saxones* pervenit. e Quorum primus *Otho* Imperator fuit: etſi *Germani* quidam Scriptores *Conradum* & *Henricum Aucupem* in numerum referant Imperatorum; quos tamen ideo prætermittunt alii quod ab *Romano* Pontifice uncti coronatique non fuerint. Quocirca primus a *Teutonicis*

f Luith. 8. c. 6. & ſeq. Otho. Friſ. 6. 21. & ſeq. Regin. Sigeb. Marian. Godefrid. Viterb. Joann. VIII. 4. c. 1. g Regin. Lambert. h Otho Friſ. Sigeb. Reg. i VVitik. 3. k Herm. Marianus Lambert. Ditm. 2. Urſperg. VVitik.

f *Otho Magnus* Imperator Occidentis a *Joanne* Papa XII. coronatus eſt anno 962. Sed eo *Roma* digreſſo, *Joannes*, qui *Alberico* patre natus, *Octavianus* antea dicebatur, ab *Othone* deficiens, *Adalbertum Berengarii* filium *Romam* evocavit. Contra quos *Otho* reverſus cum exercitu, fugatis ambobus, conventum Epiſcoporum *Romæ* celebravit; in quo *Joannis* Pontificatus abrogatur, eique ſuffectus eſt *Leo* g anno *Chriſti* 963. Rurſus anno ſequenti *Romanos* de improviſo irruentes magna eorum cæde compeſcuit. h *Joanne* inter hæc Papa mortuo 2. Eid. *Maii* anni 994. ab iiſdem *Romanis* ſubrogatus eſt *Benedictus*; quem *Otho* gradu dejectum ſecum in *Germaniam* abripuit.

i Poſt hæc *Græcorum*, quibus tum *Nicephorus Phocas* imperabat, perfidiam ultus, *Calabria* & *Apulia* illos expulit, ut quidam referunt; vel tributum ab illis exegit, ut *Ditmarus* lib. 2. prodidit. Mortuus eſt k anno 973. Nonis *Maii*, feria 4. ante Pentecoſtem, ait *Urſpergenſis* & *VVitichindus*, ac *Magdeburgi* ſepultus eſt. *Hermannus* eodem ait anno *S. Uldaricum* obiiſſe 4. Nonas *Julias*, feria 6. quibus temporum notis indicatur annus *Chriſti* 973. qui Pentecoſtem habuit 11. *Maii*, littera E. Ita annos circiter 37. *Otho* regnavit: e quibus Imperator fuit 11. cum menſibus aliquot.

l Lamb. m VVitich.

Otho II. a Patre collega factus imperii, & a *Joanne* XIII. coronatus l anno 967 m natalis Dominici die, poſt illius obitum imperavit annos 19. menſeſque 7.

n Lamb. A. 972. VVitich. 3. o Sigeb. Herm. Lamb. Goth. Dith. 2. p Sigeb. q Ditm. 3. r Marian. Herman. Lamb. Sigeb. Urſperg.

n Hujus *Theophania* conjux fuit *Conſtantini* Imperatoris filia. o Anno vero 982. adverſus *Græcos Saracenorum* auxilio *Calabriam Apuliam*que repetentes infeliciſſime prœliatus eſt, cæſis ad internecionem copiis ſuis. Ipſe natando interceptus, & clam dilapſus, vix effugit: p *Theophania Latinis* inſultante, quod eos populares ſui viciſſent; quæ res *Germanorum* illi conciliavit odia. q *Otho* ex animi mœrore in ægritudinem incurrens *Romæ* deceſſit r anno 983. *Decembris* 8.

CAPUT XV.

Orientis Imperatores Conſtantinus Porphyrogenitus & Zoe *mater*, Romanus, Nicephorus Phocas, Joannes Tzimiſces.

ſ Curop. Cedren. Zonar. Glycas. Conſt. Man. g

GRæcorum ſ in oriente poſt *Leonem Philoſophum*, *Alexander* illius frater pro tutore principatum iniit anno 911. cum *Leonis* filius pæne adhuc infans aſſet *Conſtantinus Porphyrogenitus Zoe* natus uxore, *Petavii Ration. Temp.* quam quartis nuptiis duxerat. Qua de cauſſa *Nicolao* Patriarcha *Leonem* aditu Eccleſiæ prohibente, eodemque depulſo, *Euthymius* ſucceſſor illi datus eſt.

A. 900. Chriſti ad 985.

Alexander, ſimul ac præeſſe cœpit, *Euthymio* dignitatem abrogavit, & *Nicolaum* reduxit. Cumque tredecim in imperio menſes, nullis homine dignis, nedum Principe, geſtis rebus, exegiſſet, in crapulam ac libidinem projectus periit *Junii* 7. anni 912. multo per nares & pudenda ejecto ſanguine, cum per convivium hauſto largius mero, pila deinde ſe & equitatione vehementius agitaſſet.

t Id. *Conſtantinus Porphyrogenitus.*

t Tali orbatus tutela, haud magno ſane damno ſuo *Conſtantinus Porphyrogenitus* ſeptennis puer imperavit, curam ejus capeſſente Patriarcha *Nicolao*, aliiſque patriciis, quibus eam moriens *Alexander* mandaverat; nec non *Zoe* matre; quæ ab *Alexandro* ejecta, de tutorum ſententia revocata eſt. *Conſtantinus Ducas* Tyrannus opprimitur. *Bulgari Symone* Rege graſſantes, & victoria tumidi, a *Leone Phoca* ſuperantur; qui hoc ſucceſſu ad ſpem occupandi animatus imperii, in eo conatu mortem reperit.

u Glycas. Manaſſes. x Curop. Cedren. *Romanus Lecapenus.* y Curop. Cedr. 2.

Anno dehinc octavo Imperii, *Zoe* matre palatio ſubmota, cuſtos fit Imperatoris, ac pater novo & ad hanc diem inuſitato honoris genere *Romanus Lecapenus Conſtantini* ſocer u moxque x *Septembris* 24. die Indictione 8. (qui eſt annus 919.) *Cæſar*, *Decembri Auguſtus* appellatur. Qui ſequenti anno *Chriſtophorum* filium ſuum ad idem faſtigium evexit, reliquos duos, *Stephanum* & *Conſtantinum* anno 928. y Indict. 2. ipſo die natali *Chriſti*. Quin etiam *Theophylactum* filium ſuum Patriarcham fecit in locum *Stephani*, ætatis annum agentem 16. quo in gradu flagitioſiſſime tres & viginti vixit annos, equorum alendorum ſtudio deditus: atque hic Indict. 14. *Februarii* 27. obiiſſe traditur a *Curopalata*, anno 956. quo tempore *Romanam* Sedem pari juvenis improbitate ac turpitudine dedecorabat *Alberici* filius *Octavianus*, qui *Joannes* XII. vocabatur; quod idem *Curopalata* & *Cedrenus* adnotarunt.

z Curop. Cedren. *Romanus a filio pellitur.* a Curop. Cedren.

Tot firmato præſidiis imperio, *Romanus Conſtantinum* adſpernari cœpit, eique poſteriorem a ſe locum tribuere; maxime ubi cum *Bulgarorum* Rege *Petro* affinitatem conjunxit, data in matrimonium nepte, *Chriſtophori* filia. Quam hominis in Principem ſuum impietatem pari in ipſummet filii ejus impietate vindicavit Deus. Sexto & vigeſimo anno, quam ad Imperii collegium pervenerat, z Indict. 3. *Decembris* 16. (qui eſt annus 941.) *Stephanus Romani* filius patrem *Auguſta* dignitate ſpoliatum in inſulam relegat. Cujus exemplo incitatus *Leonis* filius *Conſtantinus*, *Romani* ſtirpe deturbata, ſolus moderari cœpit imperium, quod per ebrietatem ac ſocordiam ad 15. annum uſque protraxit. Quippe a Indictione 3. *Novembris* 9. *Chriſti* 959. *Romani*, ut ferebant, filii parricidio ſublatus aſt, anno ætatis 54. cum imperaſſet annos cum patre, *Alexandro* patruo, & matre 13. cum *Romano* 26. ſolus 15.

b Curop. Cedren. Zonar. Glyc. Conſt.

b Paternæ haud diſſimilem indolem, hoc eſt mollem ac ſolutam, *Romanus* ad imperium attulit, quod anno 959. iniit, ac tribus annis & menſibus 4. adminiſtravit: obiitque anno 963. ætatis 24. Eo regnante *Nicephorus Phocas Cretam Saracenis* eripuit Indict. 4. anno 961.

Nicephorus Phocas. *Luithprandi legatio ad Nicephorum.*

Poſt hunc imperavit ille ipſe *Nicephorus Phocas* anno 963. cujus ſordidum & illiberalem animum Annales notant; adeo ut Eccleſias immenſis penſitationibus oppreſſerit. Idem tamen militari laude præclarus, in *Cilicia Syria*que contra *Saracenos* ſecunda bella fecit, oppidaque quamplurima & in his *Antiochiam* recepit. Hic eſt *Nicephorus*, ad quem nobili legatione perſunctus eſt *Luithprandus* ab *Othone* I. miſſus; quam legationem ſingulari libro ille deſcripſit. Periit *Theophanonis* conjugis & *Joannis Tzi-*

A. 900. Christi ad 985.

miſcæ inſidiis, Indict. 13. *Decembris* 2. anno *969*. cujus obitus inſignis eſt Solis obſcuratione, [a] quæ *Decembris* 22. hora 3. contigiſſe dicitur, Indict. 12. anno *968*.

a Curop. Cedren. Luitphr.

b Curop. Cedren. Glyc. Man.

Joannes Tzimiſces.

[b] Anno itaque *969. Joannes Tzimiſces* Imperator ſalutatus eſt. Qui ſtatim *Romani* filium *Baſilium* & *Conſtantinum* collegas adhibuit. *Theophanonem Nicephori* uxorem, alioſque, quorum opera *Nicephorus* interfectus erat, Patriarcha jubente *Polyeucto*, relegavit. *Saracenos* ab *Antiochia* repulit. *Bulgaros* ac *Ruſſos* devicit, atque ad pacis conditiones adegit. Quo confecto bello, triumphantis more *Conſtantinopolim* ingreſſurus, *B. Mariæ* Virginis imaginem quadrigis, quæ *Bulgaricis* conſtratæ ſpoliis erant, impoſitam ſollemni per urbem pompa devexit, ut ejus victoriæ decus & auctoritatem in ejus patrocinium transferret.

Ejus pietas in B. Virginem.

Ejuſdem pietatis argumentum eſt, quod aureis nummis, & obolis, primus Salvatoris impreſſit effigiem, cum hac inſcriptione, JESUS CHRISTUS REX REGUM. Tranſactis in imperio annis 6. menſibuſque totidem, a *Baſilio* Cubiculario, cujus infinitam cupiditatem perſtrinxerat, veneno dato mortuus eſt in expeditione *Syriaca Decembris* 4. anno *975*.

CAPUT XVI.

Francorum *res ſub regibus* Carolo Simplice, Rodulpho, Ludovico Traſmarino, Lothario, & Ludovico, *in quo ſtirps* Caroli *defecit*.

INter hæc *Francorum* in *Gallia* regnum ægre *Caroli M.* poſteri tuebantur, principum oppreſſi potentia; qui provincias non ex voluntate Regis ad tempus, ſed perpetuo jure, quaſi proprias, habebant. Inter hos eminebat *Rutbertus Rutberti* illius, qui a *Northmannis* anno *867.* in acie interfectus erat, filius, *Odonis*, ſive *Eudonis* frater ejus, qui *Carolo Craſſo* ſubſtitutus eſt, & *Heribertus Veromanduorum* Comes; [c] cujus ſororem *Rutbertus* conjugem habebat, ex eaque *Hugonem* genuerat. Regnabat in *Francia* tunc *Carolus* cognomento *Simplex*; qui, *Eudone* mortuo, ab anno *898.* ſolus regium nomen obtinuit. Hic *Lotharii* regnum anno *912.* ditioni ſuæ addidit, quod ex ejus diplomatibus conſtat. [d] Eodemque anno cum *Danis*, ſeu *Northmannis Galliam* populantibus pacem ac fœdus ſanxit, *Gisla* filia *Rolloni* eorum duci in matrimonium data; [e] quod ſupra memoravi.

c Aimoin. l. 5. c. 43.

Carolus Simplex.

d Dudo l. 2. de Mor. & Act. Northm.

Cum Northmannis pax facta.

e Cap. 13.

f Flod. Chron.

Carolus deſtituitur.

g Flod.

Robertus regnum uſurpat.

h Flod. Chron. Odoran. a Pith. editus p. 257. Aimoin. 5. c. 41

i Regino.

k Odoran.

Robertus perfidiæ pœnas luit.

Rodulphus fit Rex Francie.

l Flod. Aimoin. Regin. Odoran.

Seneſcente dehinc auctoritate regia, conſenſu facto, principes apud *Sueſſionas* ab *Carolo* deſciſcunt, [f] anno *920.* quod is *Haganonem* mediæ ſortis hominem ad ſummam potentiam evectum interioribus conſiliis adhiberet. Deſtitutum ab omnibus Regem *Herveus Remenſis* Epiſcopus privatis ſuſtentavit opibus, cum eoque proceres in gratiam reduxit. Sed ea male ſarta biennio poſt in execrandum facinus erupit. [g] Anno *922. Robertus* factione principum Rex eligitur, & ab *Herveo Remenſi* Epiſcopo, *Junio* exeunte, conſecratur. Quod ſcelus in utriuſque vertit exitium. Triduo poſt moritur *Herveus*. [h] Sequente anno *Robertus* cum *Heriberto*, cujus ſororem duxerat, & ex ea nato *Hugone* filio, in *Sueſſionibus* contra *Carolum* pugnans occubuit, [i] trajecta per os lancea; ut ea, qua fefellerat, parte perfidiæ dare ſe pœnas oſtenderet. Moriens tamen victores ſuos reliquit. Ea pugna incidit in [k] *Junii* 15. quam Dominicam fuiſſe vetus *Chronicon* teſtatur; ex quo annus colligitur *Chriſti 923*. Haud multo poſt, quaſi vacuam ad regni poſſeſſionem accitus eſt *Rodulphus Burgundiæ* Dux, & apud *Sueſſionas* ſollemni ritu ſalutatus. [l] *Carolus* ab *Heriberto*, prætextu reconciliandæ gratiæ perductus, in caſtellum *Theoderici* ad *Matronam* includitur. Unde *Peronam* tranſlatus poſtea, deceſſit [m] anno *929* relicto ex *Eadgiva Alſtani Anglo Saxonum* Regis filia *Ludovico*, qui, parente capto, ad avum profugit in *Britanniam*, indeque reverſus poſtea regnavit. Itaque poſt *Eudonis* obitum, imperavit *Carolus* annis 25. nempe ab anno *898.* ad *923.* At in ejus diplomatibus, quæ in *Originibus Monaſterii S. Dionyſii* ad urbem leguntur, regni primordium ex anno *893.* ſumitur, quo adverſus *Eudonem* creatum illum a *Francis* eſſe Regem ſupra meminimus. In eorum uno quippe ſubſcriptio iſta legitur: *IV.* Id. *Febr. Indict. I. anno V. regnante gloriosiſſimo Rege Carolo, redintegrante* I. Hic eſt annus *898.* quo, *Eudone 3. Januarii* vita functo, novum cœpit exordium regni, cum prius ab anno *893.* procederet. Rurſus in altero diplomate: *Datum V. Cal. Jun. Indict. V. anno XXV. regnante Carolo Rege glorioſiſſimo, redintegrante XX. largiore vero hereditate indepta VI.* Annus hic indicatur *917.* qui ſextus eſt ab occupato *Lotharingiæ* regno, & viceſimus ab anno *898.* quintus autem & viceſimus ab *893.* Ex quo evidens eſt duodenni majorem contra quam *Sigebertus* prodidit, cum primum regnavit, fuiſſe *Carolum*, quem anno *879.* in cunis jacuiſſe antea demonſtravimus.

A. 900. Christi ad 985.

m Flod.

Caroli Simplicis regnum.

Error Sigeberti.

Rodulphi regnum.

n Odoran. Aimoin. 5. c. 43.

o Flod. A. 923. Glaber. 1. c. 2.

p Fragm. Chron. Flor. a Pith. edit.

Carolo ad eum modum exauctorato, *Francorum* Rex *Rodulphus* anno iniit *923.* quem de *Hugonis* aliorumque principum ſententia a *Carolo* jam capto renuntiatum eſſe *Odorannus* & *Aimoinus* referunt. [n] Fuit hic *Richardi* filius, *Roberti* gener; cujus filiam *Emmam Hugonis* magni ſororem duxerat. [o] *Danos* in *Aquitania* graſſantes pæne ad unum occidit. *Heriberti* vero & *Hugonis* factionibus exercitum regnum ad annum extraxit *936.* [p] quo mortuus, in *S. Columbæ* Cœnobio apud *Senonum* oppidum ſepelitur, anno regni 13. atque eodem anno *936. Henricum Aucupem Germaniæ* Regem exceſſiſſe ſupra docui; ac *Flodoardus* eo ipſo Lunam defeciſſe ſcribit pridie Nonas *Septembris*. Hunc *Urſpergenſis Abbas* perperam cum *Rodulpho* altero confudit; quem ab *Italis* ad regnum vocatum & ab *Hugone* pulſum eſſe, ante ſignificavimus. Sed diverſos fuiſſe non eſt dubium; idque *Flodoardus* oſtendit anno *923. 935.* & *937.* ubi *Italicenſem* iſtum *Ciſalpinæ Galliæ* ac *Jurenſem* appellat Regem; & anno *937.* altero poſt *Franciæ* Regem obiiſſe narrat.

q Flod.

Ludovicus Transmarinus.

[q] *Ludovicus Simplicis* filius ab *Hugone* revocatus ex *Anglia* regnum adiit anno *936.* quem ab tranſmarina illa peregrinatione *Tranſmarinum* vulgo nominant. Nihilo quietius huic quam patri *Carolo*, regnum *Heriberti* & *Hugonis* ambitio fecit. *Lotharingiam* tamen, qua, deſperatis rebus ſuis, *Henrico Germaniæ* Regi *Carolus* ceſſerat, armis repetens, ab *Othone Henrici* filio depellitur [r] anno *939.* quo *Giſlebertus Henrici* gener *Lotharingiæ* Præfectus cum aliis rebellibus ab *Othone* victus occidit: cujus conjugem *Gerbergam Othonis* ſororem in matrimonium *Ludovicus* accepit. [ſ] *Heribertus Viromanduorum* Comes, homo ſeditioſus ac perfidus, miſeranda morte periit, admiſſum ſcelus in *Carolum* identidem deteſtans, [t] anno *943.* [u] eodem ſcilicet, quo *Vuillelmus* ejus gener *Rollonis* filius *Northmanniæ* Dux. Quam provinciam *Ludovicus* tutoris invadens nomine, *Richardum Vuillelmi* filium abduxit. Sed eo ab ſuis recepto, captus ipſe poſtmodum, *Hugonis* interventu dimittitur. Cujus ſubinde potentiam non ferens, *Othonis* conjugis ſuæ germani implorat auxilium. Qui [x] anno *948.* ingenti in *Gallias* ducto exercitu, expugnatiſque aliquot oppidis, & obſeſſa fruſtra *Rothomago*, haud magnum operæ pretium tulit; [y] tametſi *Germani* Scriptores expeditionem illam in majus extollant.

r Flod. Reg. Herm. Larian. Urſper.

ſ Glaber. 1. c. 15.

Heriberti mors miſeranda.

t Flod.

u Vuillel. Gemm. l. 3. c. 12. Hiſt. Norm.

x Flod.

Otho Imperator in Gallias irrumpit.

y Urſperg. Vvitich.

z Alber. Krant. 3. c. 23.

Obiit

Digitized by Google

A. 900. Chriſti ad 985. [a] Flod. Aimoin. 5. c. 43. [b] Aimoin. ibid. [c] Aimoin. 5. c. 44.

Obiit denique *Ludovicus* anno [a] 954. [b] *Septembri* menſe cum admiſſo equo lupum inſequens & in terrem ſollapſus, attrito corpuſculo, in lepram incidiſſet. Sepultus eſt *Durocortori Remorum* in Baſilica *Sancti Remigii*. [c] Filios ex *Gerberga* ſuſcepit duos, *Lotharium*, & *Carolum*. Annos illi 16. *Aimoinus* aſſignat; ſed biennio amplius imputatur.

[d] Flod. Odoran. [e] Orderic. Utic. l. 1. Aimoin. 5. cap. 44. [f] Sigeb. A. 695. Glab. 1. c. 4.

Lotharius paterni ſimul regni & calamitatis heres orſus eſt [d] an. 954. pridie Idus *Novembris Remis* inunctus, regiæque majeſtatis imaginem ad annos circiter duos & triginta ſuſtinuit. [e] Anno hujus tertio, *Chriſti* 956. mortuus eſt *Hugo Magnus Aurelianenſis*, Dux *Francorum* 15. Calendas *Julii*, & in Baſilica *S. Dionyſii* ad urbem ſepultus, filios tres reliquit ex [f] *Hathuide Othonis* Imperatoris ſorore, *Hugonem Capetum*, *Othonem*, & *Henricum*, filiam *Emmam*, quæ *Richardo Northmannorum* Duci nupſit. *Hugo Francorum* Ducatum poſt patrem ſortitus eſt. *Otho Burgundiæ*, poſt *Giſlebertum*: *Othoni* paullo poſt mortuo ſucceſſit *Henricus*.

[g] Flod. A. 960. [h] Flod. *Lotharii cum Othone bellum.* [i] Sigeb.

[g] *Lotharius* anno 955. cum *Hugone M.* bellum geſſit in *Pictonibus* adverſus *VVillelmum* Ducem. Tum *Lotharingiæ*, ſive *Interamnenſis Belgicæ* recuperandæ cauſſa, quam *Otho II. Carolo* fratri ipſius [h] anno 977. permiſerat, *Othonem Lotharius* oppugnavit. Quem de improviſo *Aquiſgrani* forte morantem & imparatum opprimens, conjecit in fugam [i] anno 978. Hanc ignominiam ut aboleret *Otho*, *Remorum*, ac finitimarum civitatum, & *Pariſienſium* agros infinito pervagatus exercitu, [k] dum *Axonam* fluvium in reditu tranſmittit, inſequente *Lothario*, eum impedimentis baud paucos milites amiſit.

[k] Sigeb. Herm. Lamb. Aimoin. 5. c. 45. Wil. Nang. Chron. [l] Sigeb. Aimoin. Orderic. Utic. l. 1. Glab. c. 3. [m] Sigeb. Aimoin. [n] Sigeb. A. 984. [o] Sigeb. [p] Sigeb. Wil. Nang. Chron. Aimoin. 5. c. 45. Odoran. Orderic. Utic. l. 1. [q] Sigeb. Ivo Carn. in Chron. Wil. Nang. Chron. Aquit. apud Pith. Fragm. Fol. 1. Chr. apud eundem. [r] Aimoin. Suppl. l. 5. c. 44. Sig. Nang. [s] An. 987. & Nang. [t] Glab. 1. c. 1. Odoran. [u] Odor. a Pith. edit. [x] Fragm. Flod. a Pith. edit. [y] Id. [z] Sigeb. Nang. [a] Id. Petavii Ration. Temp.

[l] Aliquanto poſt *Lotharius* cum *Othone* colloquio habito ſuper *Charum* fluvium, *Lotharingiam* ei remiſit: quo facto principum ab ſe voluntates alieniores reddidit. [m] Itaque poſt annos aliquot, eadem iterum tentata, captoque *Virduno*, ſed mox reddito, deceſſit, [n] anno 986. ac *Remis* ſepultus eſt, in Baſilica *S. Remigii*.

Poſtremus a *Caroli* genere *Ludovicus Lotharii* filius, anno 986. iniit regnum, *Hugoni* a moriente patre commendatus, ac nulla re geſta celebris, ſine prole *Compendii* mortuus, in Eccleſia *SS. Cornelii & Cypriani* ſepelitur anno 987. In eo *Caroli* progenies, ac ſecunda Regum familia deſiit, anno poſt inaugurationem *Pipini* 235.

Nec illud omiſerim, duas in Annalibus ſuper *Lotharii* & *Ludovici* regno ſententias occurrere. [o] Alii *Lothario* annos 22. circiter adſcribunt, mortuumque faciunt anno *Chriſti* 976. *Ludovico* porro ejus filio 9. annos aſſignant. [p] Alii longe & numero & auctoritate potiores nobiſcum faciunt.

[q] *Ludovico* ſine prole defuncto, regnum ad *Carolum* ejus patruum *Ludovici Tranſmarini* filium jure pertinebat, qui tum *Lotharingiæ* Dux erat, ex anno 977. ut refert *Sigebertus*, ideo factus, ut *Lotharii* fratris conatibus obſiſteret, in eumque *Francorum* inclinabant ſtudia. Sed dum ille cunctando *rem ad conſilium defert*, [r] ut *Sigebertus* ait, [s] in *Hugonem Capetum* rerum ſumma transfertur. Qui *Hugonis Magni*, cognomento *Abbatis*, filius erat ex *Hawide* ſorore *Othonis* primi ejus nominis Imperatoris. Quam ad principum auctoritatem *Ludovici* quoque [t] poſtremi e ſtirpe magni *Caroli Francorum* Regis voluntas acceſſerat; qui [ut *Odorannus* ſcribit] [u] regnum moriens *Hugoni* donaverat. [x] Igitur anno 987. regium *Hugo* inſigne cepit *Noviodum* in *Belgica*, [y] & 5. Nonas *Julias* apud *Remos* eſt inunctus. Quod ægre ferens *Carolus* bellum in eum haud cunctanter movet, ac *Laudunum* in primis occupat [z] anno 988. Ceterum in eodem oppido brevi poſt obſeſſus ab *Hugone*, [a] ſecundo obſidionis menſe ſubita e portis eruptione facta, haud paucos interficit; reliquos perterritos cum *Hugone* in fugam conjicit, urbem obſidione liberat. *Durocortorum* exinde *Remorum* capit proditione *Adelgarii* Presbyteri, anno [b] vel 989. [c] vel ſequente, [d] atque in ea urbe *Arnulphum* Epiſcopum conſtituit *Lotharii* fratris ſui ex concubina filium, *Adalberone*, qui tum ei præerat Eccleſiæ, *Laudunum* abducto, ubi paullo poſt exceſſit e vita. [e] *Hugo* vero quam maximis contractis copiis incluſum *Lauduno* cum uxore ſua *Herberti Trecarum* Ducis filia *Carolum* oppugnat. Dicitur tunc [f] *Aſcelinus*, ſive [g] *Anſelmus Laudunenſis* Antiſtes, ex intima *Caroli* amicitia, ejuſque conſiliorum particeps, fœdam rem feciſſe; quippe *Hugonem*, ut ferunt, noctu in urbem introduxit, eique *Carolum* prodidit, [h] per dies ſanctioris hebdomadæ. Eſt inter epiſtolas *Gerberti* qui ad *Romanum* Pontificatum avectus *Silveſter* dictus eſt ejus nominis ſecundus, epiſtola quædam ad *Azolinum*, ſive *Aſcelinum*, *Laudunenſem* Epiſcopum plena acerbitatis ac ſtomachi; in qua perfidiam illi in Regem exprobrat; non utique in *Carolum*, quem capitalem habebat hoſtem; ſed in *Hugonem*, cujus filii *Roberti* inſtitutioni præfuerat. Simul *Aſcelinum Romam* ad cauſſam dicendam evocat, ut ex eo conjectura ſit, eumdem, qui ſemel *Carolo* fidem fefellerat, non majorem *Hugoni* poſtea præſtitiſſe. [i] Quamquam *Adalberonem* reperio per id tempus, quo captus eſt *Carolus*, *Lauduni* Epiſcopum fuiſſe.

A. 900. Chriſti ad 985. [b] Nang. [c] Sigeb. [d] Id. [e] Nang. [f] Fragm. Hiſt. Aquit. & Aimoin. 5. c. 44. [g] Nang. [h] Fragm. Hiſt. Aquit. a Pith. edit. *De Aſcelino Epiſcopo Laudunenſi.* [i] Gerbertus apud Maſſon. in Hiſt. Reg. Franc. & Rober. in Gall. Chriſti. [k] Aimoin. Suppl. 5. cap. 44. Nang. [l] Sigeb. 991. [m] Chr. Dionyſ. Nicol. Gill. vide Hallan. [n] Aimoin. 5. c. 41. & Fragm. Aquitan. [o] Fragm. Aquitan. [p] Will. Nang. Till. in Comm. [q] Aimoi. 5. c. 45. Sigeb. A. 992. [r] In Vita S. Abbon. Flor. c. 11.

[k] *Hugo Carolum* in poteſtatem redactum *Aurelianos* abduxit, ubi turri incluſus diem obiit. Reliquit ex priori conjuge filium [l] *Othonem*, qui & *Lotharingiæ* Ducatum poſt patrem habuit: ex uxore vero altera *Ludovicum*, & *Carolum*. Quorum ille *Lotharingiæ* Dux poſt patrem fuiſſe proditur ab *VVillelmo Nangio*, [m] aliiſque Scriptoribus. Sed *Sigeberto* plures aſſentiri video. Ambos iſtos in carcere natos eſſe tradunt [n] Annales aliqui: [o] & a *Francis* expulſos receptum ad Imperatorem habuiſſe.

[p] Duas præterea filias ſuſcepiſſe *Carolus* dicitur; *Haridam*, & *Ermengardem*: hæc *Namurſiæ* nupta Comiti; ex eaque *Balduinus* originem traxit *Hannoniæ* Comes, cujus filiam *Iſabellam Philippus Auguſtus* conjugem duxit; quæ *Ludovicum VIII. Sancti* patrem peperit; ut ea ratione *S. Ludovici* poſteri maternam ſaltem ab *Carolo Magno* ſtirpem duxerint. Ita *VVillelmus Nangius*.

[q] At *Hugo* conceptum in *Arnulphum Remenſem* expromens odium dedit operam, ut is, Concilio Epiſcoporum apud *Remos* coacto, loco moveretur; eumque *Aurelianis* in carcere annos tres detinuit; ac *Gerbertum*, quo, ut dixi, præceptore uſus erat *Robertus* ejus filius, illi ſucceſſorem dedit anno 992. Qua re commotus *Joannes XV. Romanus* Pontifex, Epiſcopis omnibus, qui id fecerant, ſacris interdixit, effecitque, ut, ſummoto *Gerberto*, in integrum reſtitueretur *Arnulphus*. Quod ſub *Gregorio* Papa, & *Roberto* Rege perfectum eſſe [r] *Aimoinus* indicat.

Cluniacenſis Ordo ſæculo iſto cepit initium a *Bernone* Abbate *Giguiacenſi*, viro illuſtri, quem anno 912. morientem ait *Sigebertus*, *Odonem* olim Muſicum, *Cluniacenſis* Abbatem Cœnobii feciſſe: *Odonem* porro 937. deceſſiſſe, eique ſucceſſiſſe *Ademarum*: huic anno 943. *Majolum*: tum *Odilonem* anno 992. idem *Sigebertus* affirmat.

A. 984. Chriſti ad 1106.

CAPUT XVII.

De rebus Occidentalis Imperii ſub Othone *III.* Henrico *II.* Conrado, Henrico *III. & hujus ſchiſmate, ab anno* Chriſti *984. ad* 1106.

Otho III. [a] Otho Friſig. 9. c. 25. Lamb. Herm. [b] Lamb.

PUer admodum in *Germania* regnavit *Otho* III. [a] anno 984. Imperatoris titulo coronaque *Romæ* donatus a *Gregorio* V. Pontifice anno 990. biennio poſt [b] *Creſcentium* per honorem Conſulatus in eadem urbe tyrannice graſſantem, & inexpugnabili ſeptum arce, capitis damnavit. Cujus uxorem in matrimonium acceptam poſtea dimiſit. Nam priorem *Auguſtam Mariam Aragonum* Regis filiam admirabili exemplo juſtitiæ apud *Mutinam* flammis addixiſſe fertur; quod ita contigiſſe narrant. [c] Forte Imperatrix non minus caſti quam formoſi Comitis amore capta, ab eo repulſa cum eſſet, hoc ipſum illius, quod deſignarat, tentati flagitii apud virum detulit; qui in juvenem extemplo capitalem ſententiam dixit. Comitis uxor, quam rei totius conſciam moriturus fecerat, Imperatorem in tribunali jus dicentem adiens, coram & viri innocentiam & Imperatricis ſcelus aperuit; & ad utriuſque fidem faciendam, candentem manu laminam illæſa contrectavit. Quo indicio convicta Imperatoris uxor impudicitiæ ſimul & calumniæ pœnas incendio dedit.

[c] Lamb. Glaber. l. 1. c. 4. Gotfr. Viterb. Crantz.

Memorabile juſtitiæ ſpecimen in Othone.

[d] Vide Bellarm. l. 3. de Tranſl. Imp. c. 1. Baron. An. 990. [e] Vita S. Steph. apud Sur. 15. Aug. Bonfin. Dec. 2. l. 1. [f] Vita ejus 20. Aug. [g] Sigeb. [h] Lamb. Herm. [i] Dithm. 7. Joan. Villan. [k] Herm. Lamb. Sigeb. Urſperg. [l] Pand. Collen. l. 3. p. 96. [m] Lib. 2. Chron. Caſin. c. 38. c. 51.

[d] Fama eſt eodem Imperante *Gregorium* V. Imperatoris creandi jus certorum principum ſuffragiis illigaſſe; quos & numero ſeptem vel iſte ipſe, vel ſucceſſor ejus quiſpiam, conſtituiſſe creditur. [e] *Hungari* & *Tranſſylvani* ſub eo *Chriſtianam* amplexi ſunt fidem.

Viri per id tempus ſanctiſſimi vixere, *Romualdus*, *Adalbertus* in *Pruſſia* martyrium paſſus, [f] *Stephanus Hungariæ* Rex, [g] *S. Majolus Cluniacenſis* Abbas ex anno 943. Doctrina præſtitit *Gerbertus* ex *Remenſi* & *Ravennati* ſede ad *Romanam* evectus ab *Othone* anno 999. ſub *Silveſtri* II. nomine. [h] Mortuus eſt *Otho* anno 1002. *Januarii* 23.

[i] *Othone* ſine liberis defuncto, *Henricus Bavarus* ejus nominis ſecundus ab *Aucupe*, Imperatorii tituli primus, annos imperavit circiter 23. Inſignia ſumpſit Imperii [k] anno 1014. a *Benedicto* VIII. [l] quo tempore *Græci* cum *Northmannis*, & cum utriuſque *Saraceni* de *Apuliæ* poſſeſſione certabant. *Northmanni* ſub initium fere Imperatoris *Henrici* in eam oram *Italiæ* adventare cœperant. Quod ut geſtum ſit, non abs re fuerit exponere.

Northmanni ventus in Apuliam.

[m] Scribit *Leo Oſtienſis* anno ſeptimo *Atenulphi Caſinenſis* Abbatis, cujus annum tertium congruere dicit anno *Chriſti* 1014. ut primus ſit *Chriſti* 1012. *Northmannos Apuliam* incurſare cœpiſſe; (hic erit annus 1018.) cum ante annos ferme ſedecim eo primum adveniſſent. Quippe ſub annum *Chriſti* 1002. *Northmanni* quadraginta ex *Hieroſolymitana* peregrinatione redeuntes *Salernum* appulerunt, egregio corporis habitu, belloque ſtrenui. Tum oppidum a *Saracenis* obſidebatur; eratque in eo *Gaimarius* Princeps, quem *Northmannicæ* fuiſſe ſtirpis *Pandulphus Colleautius* eſt auctor in tertio *libro*, qui jam tum ex anno *Chriſti* 900. per *Æmiliam*, *Flaminiam*, *Tuſciam*, & *Campaniam Northmannorum* arma inferri cœpiſſe narrat. Ergo illi quadraginta cum a Principe arma & equos impetraſſent, eruptionem in hoſtes fecerunt, ac plurimis interfectis, reliquis in fugam conjectis, mirabilem victoriam adepti ſunt.

Tanto obſtrictus beneficio *Gaimarius*, magnis oblatis muneribus, ac majoribus oſtenſis, retinere illos apud ſe ſtuduit. Sed cum neutrum obtinuiſſet, quod & ex ſolo Dei amore gratuitam hanc a ſe collocatam operam dicerent, neque a patria diutius abeſſe poſſent, legatos cum eis proficiſci jubet, qui citrea mala, & id genus alios regionis illius fructus, cum pretioſis veſtibus, equorumque phaleris oſtentantes, ad fertilem tantorum bonorum adeundam provinciam *Northmannos* excitarent. Forte ſub idem tempus evenit, ut *Giſelbertus* & *VVillelmus Repoſtellus* ſummo inter *Northmannos* loco nati a ſe invicem diſſiderent, & *Giſelbertus* coram ipſo Duce *Northmanniæ Roberto* in venatu *Repoſtellum* occideret. Qui *Roberti* ac propinquorum *Repoſtelli* iram veritus, cum quatuor fratribus ſuis *Rainulfo*, *Aſclittino*, *Oſmundo*, ac *Radulfo* aliiſque Nobilibus, *Salernitanos* legatos in *Apuliam* ſecutus eſt. [n] At *VVillelmus Gemmeticenſis* Monachus eum, qui cædem fecit, *Oſmundum Drengorum* nominat. Ubi in *Italiam* pervenerunt, ad *Pandulphum Capuæ* Dynaſtam adjunxere ſeſe; ac ſub eo aliiſque Principibus ſtipendia facientes, contra *Græcos* & *Saracenos* utilem & glorioſam navarunt operam. Nec ſuas res interim neglexerunt. Nam *Apuliæ* potiti oppidis aliquot, ſuæ gentis Duces ſibi præfecerunt, quorum primus *Turſtinus* cognomento *Scitellus* a *VVillelmo* traditur. [o] *Pandulphus Triſtanum* vocat, qui ejus ſucceſſores ad *Robertum* uſque *Viſcardum* memorat, paullo ſecus ac *VVillelmus*. [p] *Tancredus* quidam in *Northmannia* fuit, qui ab *Alta-villa* cognomen accepit. Hic duabus ex uxoribus filios ſuſceperat duodecim, *Sarnum*, *Gotfredum*, *Dragonem*, *Tancredum*, *Gullelmum Ferrabrachium*, *Humfredum*, *Robertum VViſcardum*, *Rogerium*, *Richardum*, *Gotfredum* alterum, *Frumentium*, *Molugelum*. Ex his *Guillelmus Ferrabrachius* ab iis *Northmannis*, qui *Apuliam* incolebant, Dux eligitur; qui *Saracenos* pariter *Græcoſque* debellavit. [q] *Saraceni* rurſus *Apuliam* adorti, diviſis bifariam copiis, eodem tempore *Capuam* & *Barium* oppugnant. Sed *Barium Gregorius Græcorum* Dux, *Venetorum* adjutus viribus, obſidione ſolvit, *Capuæ* opem attulit *Henricus* Imperator, qui *Romæ* tunc erat, & a *Benedicto* Pontifice anno 1014. ut paullo ante demonſtravi, coronam acceperat. Is, *Saracenis* devictis, *Græcos* eodem impetu compreſſit, ac *Trojam* iis eripuit; quod oppidum nuper in *Apulia* conditum ab illis fuerat, atque ita pacem *Italiæ* reddidit. Ita *Pandulphus*. [r] At *Leo Oſtienſis* hanc Imperatoris expeditionem, qua *Trojam* eodem illo anno, quo condita eſt a *Græcis*, deditione cepit, Dominicæ Incarnationis anno 1022. accidiſſe ſcribit: [s] quo tempore cum in *Caſinenſe* Monaſterium veniſſet, ibidemque graviter ex calculo laboraret, noctu ei *S. Benedictus* apparuit; fidemque fecit ſuum in eo loco jacere corpus, de quo hactenus dubitabat, & eodem momento ſanitatem illi reddidit.

[n] Lib. 7. cap. 3. [o] Lib. 3. pag. 94. [p] Pand. [q] Pand. 3. p. 96. [r] Lib. 2. c. 40. & ſeq. Idem habent Herman. Urſperg. [s] Id c. 44. [t] Leo Oſt. l. 2. c. 47. &c.

[t] Brevi poſtea ſanctitate pollens perpetuum cum *Kunegunde* ſervatum in matrimonio virginitatis florem in cælum extulit [u] anno 1024. tertio Eidus *Julias*, & in *Bambergenſi* Eccleſia, quam cum Epiſcopio ibi conſtruxerat, eſt ſepultus. [x] Hic cum *Stephano Hungariæ* Rege peræque ſancto affinitate junctus eſt, data ei in matrimonium ſorore *Giſla*. Cujus ſtudio *Hungari Chriſtianam* ad fidem converſi. Hoc Imperatore *S. Abbo Floriacenſis* Abbas in *Vaſconibus*, dum rixantibus inter ſe medius intervenit, confoſſus, inter Martyres adſcribi meruit [y] anno 1004. Indictione 2. *Novembris* 13. multis poſt obitum prodigiis illuſtris redditus. [z] *S. Heribertus Colonienſis* Epiſcopus eodem imperante moritur anno 1021. [a] Sequens annus novo & compendioſiori Muſicæ generi dedit initium inventore *Aretino* Monacho *Guidone*: a quo notæ illæ ſex, quibus hodie utimur, inſtitutæ feruntur.

[t] Herm. Sigeb. Lamb. Otho Friſ. l. 6. c. 27. Urſperg. [x] Sigeb. 1016. [y] Aimo-in. in ejus vita cap. ult. Glab. 3. c. 3. Sigeb. [z] Herm. Sigeb. [a] Baron. Sigeb. anno 1028.

Conradus. [b] Herm. Marian. Urſperg. Sigeb.

[b] *Conradus* anno 1024. *Germaniæ* Rex, Imperator anno 1026. ſalutatur. Ad hunc *Rodulphus Burgundiæ* Rex moriens coronam ſuam cum regno deſti-

navit

mavit [a] an. 1032. quod ille anno ſequente adiit, [b] quo Sol defeciſſe traditur *Junii* 29. hora 6. *Sigebertus*, qui id anno 1034. aſſignat, *Rodulphum* ait offenſum *Burgundionibus*, quod in Regem ſuum inſolentes eſſe pergerent, regnum ſuum in *Conradum* transtuliſſe; quod ex *Arnulphi* Imperatoris tempore plus centum & triginta annis gentis ſuæ Reges obtinuerant; atque ita denuo *Burgundiam* in provinciam eſſe redactam. Hoc illud *Burgundiæ* regnum eſt, quod anno 890. *Rodulphus* auſpicatus eſt, ut ex *Sigeberto* ſupra *cap.* 13. meminimus. Id ægre ferentem *Odonem Campanienſem Rodulphi* ſororis filium narrat *Sigebertus* idem, cum ab *Conrado* eam provinciam impetrare nequiſſet, contra ipſum bellaſſe, ac *Lotharingiam* oppugnaſſe. Sed ab *Gothelone* Duce apud *Barum*, magna cum ſtrage *Francorum*, victum in acie cecidiſſe; [c] quod in annum incidit 1034. Biennio poſt obiit *Conradus* pridie Nonas *Junias*, ac *Spiræ* ſepultus eſt. [d] Quem annum Solis defectio illuſtrem facit undecimo Calend. *Septembris*, hora ſexta, feria 4. in Annalibus notata, anno *Chriſti* 1039. Imperavit annos 15. [e] *Conrado* regnante obiit ſancta *Kunegundis* anno 1038. eodemque *S. Stephanus Hungariæ* Rex, cui *Petrus* ſucceſſit.

[f] *Henricus* Imperatorum eo dictus nomine ſecundus, Regum tertius, *Conrado* patri ſubrogatus eſt anno 1039. a quo *Bohemi* bello ſubacti, nec non & *Hungari*, qui *Petro* Rege ſuo ejecto *Ovonem* ſibi præfecerant. Sed hoc *Henrici* armis expulſo, *Petrus* in integrum reſtitutus eſt. [g] Ab hoc Imperatore *Leo* IX. Pontifex *Beneventum* accepit, ea lege, ut *Bambergenſis* Eccleſiæ tributum remitteret. Floruit hac ætate *Marianus Scotus* nobilis Chronologus, qui anno 1056. *Fuldenſem* ſe Monachum factum eſſe teſtatur. [h] Moritur *Henricus* anno 1056. tertio Nonas *Octobres*, cum regnaſſet annos 17. [i] Reliquit ex *Agnete VVillelmi Pictavorum* Comitis filia *Henricum* heredem. Hoc imperante *Petrus Damianus* eruditiſſimus ac ſanctiſſimus eſt habitus, [k] qui anno deinde 1057. ab *Stephano* X. Cardinalis & Epiſcopus *Oſtienſis* eſt factus.

Anno *Chriſti* 1056. *Henricus* Imperatorum eo nomine III. Regum *Germaniæ* IV. [l] quinquennis puer regnum auſpicatus eſt, quod magno *Chriſtianæ* rei damno ad duos & quinquaginta perduxit annos. Fœdo quippe ac perpetuo fere diſſidio ab *Romano* Pontifice divulſus eſt, [m] quod Epiſcopos & Abbates partim pretio, partim privata auctoritate conſtitueret, quam *inveſtituram* appellant vulgo. Præcipuum illi cum *Gregorio* VII. ingentium animorum Pontifice certamen fuit: qui [n] anno 1073. *Alexandro* II. ſucceſſit, *Hildebrandus* antea dictus. Initium Schiſmatis factum eſt [o] anno 1076. quo *Gregorius Henrico* communionem ſacrorum interdixit. [p] Eumdem ſequente anno reconciliatum, ſed ad priſtinos mores ſubinde reverſum, denuo ſententia ſua perculit. [q] Interim *Saxones* ab *Henrico* deficiunt, & *Rodulphum Sueviæ* Ducem Regem eligunt, qui *Henricum* [r] primo conjecit in fugam anno 1080. ſexto Calendas *Februarii*: at ſecundo in congreſſu, fugato itidem ipſo, cum inter primos fortiter pugnaret, occubuit Idibus *Octobris*, victoria penes ſuos relicta, [ſ] eodem anno 1080. Quo *Henricus Guibertum Ravennatem* Epiſcopum ab *Gregorio* triennio ante anathemate damnatum, in Conciliabulo ſuorum Papam conſtituit; a quo & *Romæ*, in arce *S. Angeli Gregorio* interecluſo, inſignia ſumpſit imperii [t] anno 1084. ipſo die Paſchatis.

Rurſus *Catholicarum* partium fœderati principes *Hermanno Lotharingo* regnum deferunt [u] anno 1082. qui [x] anno 7. *Chriſti* 1088. Indict. 12. obiit in *Lotharingia*, *Metiſque* ſepultus eſt. [y] Triennio ante, hoc eſt anno 1085. Indict. 8. octavo Cal. *Junias* moritur *Gregorius*. *Guibertus* vero [z] anno 1100. Neque tamen hujus morte factionum ſtudia reſtincta ſunt, ſuperſtite adhuc *Henrico*. [a] Qui tandem ab *Henrico* filio imperio ſpoliatus anno exeunte 1105. ipſo *Chriſti* natali die profugusque, *Leodii* deceſſit anno 1106. ſeptimo Idus *Auguſti*, feria tertia, ætatis 56.

A. 984. Chriſti ad 1106. a Id. b Glaber. Herman. *Burgundiæ regnum eſſe deſinit.* c Herm. Lamb. Urſperg. Sigeb. d Glaber. 4. c. 9. Herm. Urſperg. Sigeb. e Herm. Marian. f Marian. Herm. Lamb. Urſperg. Glab. 3. c. 2. & 4. Sigeb. *Henricus III.* g Leo 2. Oſt. c. 20. h Marian. Lamb. i Glab. 5. c. 1. k Leo Oſt. 2. c. 102. *Henricus IV.* l Lamb. m VVillelm. Tyr. l. 1. c. 13. n Lamb. Bertol. o Sigeb. Bertol. *Schiſma Henrici.* p Bertol. Joan. Vill. 41. c. 21. q Otho Friſ. 5. c. 35. r Bertol. Leo Oſt. 3. c. 8. ſ Marian. *Guibertus Antipapa.* t Bertol. u Marian. Bertol. Sigeb. x Bertol. y Bertol. Leo Oſt. 3. c. 46.

Præclarum ac fidele per hos tumultus obſequium *Romano* Pontifici præſtitere *Northmanni* Duce *Roberto VViſcardo*, eum jam *Apuliam Græcis* ereptam ad ſuam poteſtatem adjunxiſſent [b] ex anno 1041. quo *Arduinus* quidam *Longobardus Duclianum Græcorum* ducem alioſque *Northmannorum* auxilio ſuperavit, unde factum, ut illi *Apulia* potirentur. Ac primum *Guillelmus*, de quo ſupra mentionem attigi, *Tancredi* filius, tum *Drogo* gentis principes fuerunt. *Drogoni Hunfridus* ſucceſſit; huic *Robertus VViſcardus*; qui omnes fratres fuerunt. [c] *Robertus Apulia* minime contentus, *Calabriam* & *Siciliam* ſubegit armis. Ob id ſacrorum uſu a *Gregorio* VII. *Romano* Pontifice interdictus [d] anno 1074. ac ſeptimo poſt reconciliatus anno, qui fuit 1080. provincias illas omnes beneficiario ab eo jure ac vectigales obtinuit. Pacem hanc ſecundiſſimus rerum curſus excepit. [e] Sequenti anno cum millibus armatorum quindecim trajecto mari contra *Græcorum* Imperatorem *Alexium* contendit in *Thraciam*: occurrentemque ſibi cum centum ac ſeptuaginta millibus prœlio ſuperavit. [f] *Alexius* magna pecuniæ vi cum *Henrico* Imperatore pactus eſt, ut imminentem Orientis imperio *Robertum* bello diſtineret anno 1084. Quam ille pecuniam contra jurisjurandi religionem, ad conciliandos ſibi *Romanorum* animos, largitionibus inſumpſit; cum quidem *Lateranenſe* palatium, cum *Guiberto* Antipapa, quinta feria ante Palmarum Dominicam occupaſſet, *Gregorius* vero ſe in arcem *S. Angeli* recepiſſet. Quibus [g] auditis *Robertus* poſt Calendas *Majas* cum exercitu ad Urbem advolans, *Henricum* ita perterruit, ut is raptim ex Urbe fugiens, contento curſu in *Germaniam* properaret. *Robertus* rebelli urbe direpta, & incendio magna ex parte conſumpta, *Gregorium* ex arce detraxit incolumem, ac *Salernum* abduxit; ubi & mortuus eſt. *Robertus* quoque circa idem tempus exceſſit menſe *Julio*. Sed annus, ob Scriptorum diſſenſionem, pæne incertus eſt. Nam [h] alii 1082. [i] alii ſequenti mortuum volunt. [k] *Leo Oſtienſis* 1084. deſignare videtur. *Bertoldus* 1086. [l] quidam 1085. Magno & excelſo fuit animo, ac militari laude præcellens, perbrevi ſpatio res ſuas majorem amplificavit in modum. [m] Commendatur & illius in Deum ſanctoſque pietas, quam multis & ingentibus donariis teſtatam reliquit.

A. 984. Chriſti ad 1106. z Sigeb. a Otho Friſ. 7. c. 11. & 12. Urſperg. *Roberti VViſcardi res geſtæ.* b Leo Oſt. 2. c. 68. VVill. Gemm. l. 7. c. 30. c Leo Oſt. Otho Friſ. 1. de geſt. Frid. c. 3. d Greg. ep. apud Baron. e Leo Oſt. 3. c. 48. Zon. in Alexio. f Bertol. g Bertol. Leo Oſt. 3. c. 52. Pand. 3. Joan. Villan. 4. c. 17. h Pand. 3. p. 103. i Fazel. k Lib. 3. c. 56. collato cum 62. l Baron. ex Romualdo. m Leo Oſt. 3. c. 57.

CAPUT XVIII.

De Orientalis Imperii rebus ab anno 976. ad 1118.

[n] Zimiſce mortuo anno 975. ad *Baſilium* & *Conſtantinum Romani* junioris filios redit imperium: quod *Baſilius* anno 50. renuit: triennio amplius *Conſtantinus*. Haud pauci contra eos tyrannidem uſurparunt; in primis *Bardas* cognomento σκληρὸς, id eſt *durus*, qui cum *Saracenis* fœdus affinitate ſanxit. Tum *Bardas Phocas*, a quo *Durus* per dolum interceptus, eodem *Phoca* Indict. 2. anno 989. in pugna interfecto, imperatori reconciliatus eſt. His expeditus negotiis *Baſilius*, pacata *Syria Bulgariam* diuturno bello ſibi ſubjecit, *Samuele* Rege devicto: 15000. militum excæcata ad eum remiſit, ſingulis centuriis uno monoculo præeunte, quorum adſpectu perterrefactus *Bulgarus* paullo poſt exanimatus eſt. [o] Proditum eſt in *Annalibus Aquitanicis*, *Baſilium* voviſſe Monachum ſe fore, ſi vinceret: damnatum voti, quod reliquum vitæ fuit, Monachi cultum ſub imperii

n Curop. Cedren. Zonar. Glyc. *Baſilius Imperator.* o Fragm. Annal. Aquit.

A. 976. Chriſti ad 1118. perii inſignibus occulte gerentem, ab concubitu & carnibus abſtinniſſe. Mortuus eſt annos natus 70. Indict. 9. *Decembri* menſe, anno *Chriſti* 1025. Princeps bello ſtrenuus, ſed avaritia, & rapacitate, *Græcaque* calliditate præditus. Eo tamen deterior *Conſtantinus* illius frater triennio ſupervixit, nullius homn frugis, ac ludis mimiſque deditus. Exceſſit anno 1028. *Novembri* menſe, Indict. 12.

a Curop. Cedren. Zonar. &c. *Romanus Argyrus.* a *Romanus Argyrus* conjugem priorem coactus relinquere, cum *Zoe Conſtantini* filia cepit imperium. Initio moderatum ſe ac juſtum præbuit; ſed in pejus immutatis moribus, infinitis exactiooibus privatorum exhauſit opes. *Syriam* ab ſuperioribus Imperatoribus receptam culpa ſua perdidit, quam *Georgius Maniaces* dux fortiſſimus utcumque retinuit. Periit inſidiis *Zoes* uxoris annn 1034. *Aprilis* 11. feria 5. majoris hebdnmadæ, ut eſt apud *Curopalatam Græcum*. Nam *Cedrenus*, qui huoc exſcripſit, hoc loco depravatus eſt. Imperavit annos 5. menſes 6.

b Idem. *Michael Paphlago.* b *Michael Paphlago Zoes* adulter, qua inſtigante *Romanum* interfecerat, male a Dæmone vexatus totum fere tranſegit imperii tempus, quod annorum fuit 7. menſium 8. Deſperata ſalute corporis, animo decrevit conſulere, atque in Monachum detonſus anno 1041. obiit, *Decembris* 10. Indict. 10. parricidium ſuum magno dolore deteſtatus. Hic *Zoen* redegit in ordinem. *Georgius Maniaces Siciliam* de *Saracenis* eo imperante recuperavit. Sed cum falſis ex calumniis io vincula conjectus eſſet, eo abſente perdita *Sicilia* eſt. Quam ad calamitatem *Bulgarorum* acceſſit defectio.

c Iid. *Michael Calephatus.* c Exſtincto *Paphlagone*, ſumma rerum in *Zoen* recidit; quæ imparem tanto ponderi ſciens eſſe feminam, *Michaelem Calephatum Cæſarem*, *Stephani*, qui rem *Siculam* perdiderat, filinm adoptavit, ac fecit *Auguſtum*; jurejurando ab eo prius accepto, matris illam ſe loco ac dominæ ſemper habiturum. Hujus oblitus pacti, *Zoen* amoliri cupiens, dum vulgi pertentat animos, ejus in *Zoen* ac *Theodoram* ſororem accendit ſtudia. In quas ſubito tranſlatum eſt imperium, cujus ſpes *Calephato* cum oculis in perpetuum eſt erepta. Id avenit anno 1042. Indictione 10. Imperavit menſes 4. dies 5.

d Iid. *Conſtantinus Monomachus* d *Conſtantinus Monomachus* ab *Zoe* tori pariter & imperii conſors adhibitus, eodem anno 1042. *Junii* 12. coronatur. Magnæ hoc Imperatore clades a *Græcis* acceptæ ſunt. Primum a *Suevis* male mulctati ſunt, cæſis quadragiota millibus. Tum ab *Northmannis* in *Apulia*, quorum auxilio *Georgius Maniaces* rebellavit; quo poſtmodum ſublato, iidem in *Apulia* poſſeſſione manſere *Northmanni*.

Northmanni Apuliam obtinent.

Turcæ Perſidem occupant. Per idem tempus *Turcæ* ſub *Muhammede Saraceno Perſarum* Principe ſtipendia merentes ab illo deficiunt: eoque ſæpe devicto, ac tandem mortuo, *Perſidem* invadunt, quorum primus *Sultanus Tragolipaces Nucaletus* a *Curopalata* nominatur. *Conſtantini* Imperatoris impenſis *Hieroſolymitanum* templum Dominicæ reſurrectinnis a fundamentis inſtauratum eſt anno 1048. ante 57. annos a *Saracenis* everſum, ut

e Lib. 1. c. 7. ſcribit e *VVilhelmus Tyrius*. Moritur ex morbo, cum imperaſſet annos 12. Indictinne 8. anno 1054. *Theodora* poſt hunc uno regnavit anno, cum *Zoe* jam obiiſſet: mortuaque eſt anno 1055. Indictione 9. *Auguſto* menſe.

f Ep. 1. Leon. Sigeb. f *Conſtantino* imperante *Michael Cerularius* Patriarcha *Conſtantinopolitanus Romanam* Eccleſiam ſcriptis oppugnavit annn 1053. quem *Leo* Pootifex erudite

g Leo P. Ep. 7. & 8. Leo Oſt. 2. 89. Sigeb. conſutavit. g Sequente autem anno legatos *Conſtantinopolim* miſit *Humbertum* Epiſcopum *Silvæ candidæ*, hnminem illa ætate pereruditum, & *Fridericum*, ambos Cardinales, cum *Petro Amalphitano* Epiſcopo.

h Vide Baron. h Qui perbenigne auditi ab Imperatore, *Nicetam Studienſem* Monachum, quæ contra *Latinos* temere ſcripſerat, retractare coegerunt. *Michaelem* vero Patriarcham in errore pertinacem poblice damnarunt.

i Iid. *Michael Stratioticus.* i Annum haud amplius imperium *Michaeli Stratiotico* poſt *Theodoram* contigit, hnmini propter ætatem ac rerum imperitiam minime omnium idoneo. Sed talem ſcilicet Palatini ſpadones eo conſilio delegerant, ut eſſet qui honoris contentus ſpecie rem ipſis imperii ac fructum relinqueret. Dum igitur principes viros contemptui habet ac ſuperbe, eorum ioflammavit odia. Ergo adverſus hunc Imperator

k Cedr. Zonar. *Iſaacius Comnenus.* factus eſt k *Iſaacius Comnenus* octavo *Junii*, Indictione 10. anno 1057. *Stratioticus* aliquantum cunctatus, Epiſcopos demum, quos ad ſe privatæ perſuadendæ vitæ cauſſa Patriarcha miſerat, interrogavit; ecquod ſibi poſiti Imperii pretium foret; Regnum illis cæleſte reſpondentibus, ſtatim purpuram exuit *Auguſti* die ultima anni 1057. Indictione 10. Ita *Cedrenus*, cujus hic hiſtoria deſinit.

Cedreni hiſtoria deſinit.

l Zonar. Glyc. Manaſſ. l *Iſaacius Comnenus Auguſtus* ſalutatur anno eodem 1057. Calendis *Septembris*, Indictione ineunte 11. acris ingenii ac celeris, ſed arrogantis fuiſſe dicitur, idemque belli peritiſſimus. Biennio ac tribus menſibus exactis, deſperata valetudine, Imperatorem deſignavit *Ducam*, & in *Studienſe* conceſſit Cœnobium, ubi ægritudine levatus nihilominus in incœpto perſtitit.

m Iid. *Conſtantinus Ducas.* m *Conſtantinus Ducas* anno 1059. iniit: commodis moribus, ac pronn in juſtitiam animo, ſed hebes ac tardus. Itaque ſub hoc impune graſſantibus Barbaris, acciſum eſt imperium. Regnavit annos ſeptem, menſeſque ſex, relictis cum *Eudocia* conjuge filiis tribus, *Michaele* & *Andronico*, quos privatus genuerat, & *Conſtantino* en Imperatore natn, qui *Porphyrogenitus* propterea dictus eſt. Obiit ergn anno

n Zonar. 1067. n *Joannes Xiphilinus Trapezuntius* ax Monacho Patriarcha imperaote *Conſtantino* floruit.

o Id. *Romanus Diogenes.* o *Eudocia* contra juſjurandum, quo morienti viro caverat, vitricum ſe neminem communibus liberis daturam, poſt ſeptimum menſem *Romano Diogeni* nupſit, forti ac bellicoſo viro, cujuſmodi tum labantibus Orientis rebus opus eſſe ſtatuerat. Juſjurandi porro ſyngrapham callide expreſſit a Patriarcha; cum ſe propinquum illius ad conjugium ſimulaſſet expetere. Hic in *Turcas* ſecundis aliquot factis expeditionibus, ad extremum collatis ſignis, *Andronici* proditione victus in *Sultani* poteſtatem venit, a qun benigne acceptum, & honorifice dimiſſum eſſe

p Zonar. Glyc. Manaſſ. q Vvil. Tyr. 1. c. 9. p *Græci Annales* memorant. At q *Vuilhelmus Tyrius* regium in ſolium adſcendenti, vel deſcendenti, Barbaro pro ſcabello fuiſſe *Diogenem* ſcribit.

r Zonar. Glyc. Manaſſ. Vvil. Tyr. r Interim *Conſtantinopoli* relegara in Monaſterium *Eudocia*, novus creatur *Auguſtus*. *Diogenes* a *Sultano* dimiſſus minus in ſuis quam in barbaris humanitatis reperit. Nam contra fidem effoſſis crudeliter oculis, neque curatis vulneribus, tumente ac verminibus ſcatente capite, brevi eſt exſtinctus annn imperii 3. ſuperque octavo menſe; quod anno 1071. contigiſſe videtur.

ſ Zonar. Glyc. Manaſſ. ſ *Michael Parapinacius Conſtantini Ducæ* filios vitrico ſnblectus eſt aonn 1071. Cujus ignavia *Turcis* incremento fuit, qui *Ponticam* oram armis ſubegerunt, quod *Turcomanniæ* regnum appellari cœpit. Eodemque tempore *Nicephori* duo, *Botoniates* & *Bryennius*, ille in Oriente, hic in Occidente, ubi *Dyrrachio* præerat, imperium uſnrpant. *Botoniates Turcarum* fretus auxiliis regiam prior occupat, ac 25. *Martii* Imperator ſollemni ritu renuntiatur. *Michael* in *Studienſe* tranſlatus Monaſterium, lacerna pulla purpnram mutat pridie Paſchatis, hoc eſt 7. *Aprilis*, anno 1078. cum præfuiſſet annos 6. menſeſque totidem. Sub hoc tempus *Joannes Xiphilinus* obiit, Patriarchatu aonis 11. ac ſeptem menſibus functus.

Nicephorus Botoniates imperium occupat.

a Nice-

A. 976. Chriſti ad 1118. *a* Zonar. Glyc. Manaſſ.

a *Nicephorus Botoniates* principatus initio *Bryennium* pacis conditiones omnes ſuperbe reſpuentem per *Alexium Comnenum* fregit, oculiſque privavit, paullo poſt lunarem defectionem, cujus *Glycas* meminit; quæ quidem anno *Chriſti* 1078. *Januarii* 31. hora 1. poſt mediam noctem *Conſtantinopoli* accidit. Sed dum ingraveſcente jam ætate, ac propter inſitam mollitiem, neque recte publicam rem tractaret ipſe, nec idoneos ei Magiſtratus præficeret, in contemptum venit ſuorum; & ab *Comnenis* dignitate ſpoliatus inter Monachos adſcribitur, cum imperaſſet annos 3. *Chriſti* anno 1081. In hoc Imperatore *Conſtantinus Manaſſes* hiſtoriam deſinit.

b Zonar. *Alexius Comnenus*.

b Ex *Comnenis* duobus, *Iſaacio* & *Alexio*, hic natu licet minor ad imperium pervenit, quod & gratia & bellicæ rei peritia præſtaret. Orſus eſt anno 1081. Indict. 4. *Aprilis* 1. feria 5. majoris hebdomadæ, ut eſt in *Chronico* a nobis edito una cum *Breviario Nicephori*. Vafer homo, ac perfidus, & ad replendum ærarium, quod infinitis largitionibus exhauſerat, nullius parcens opibus. Male hic a *Francis* acceptus eſt; *c* primum ab *Roberto Guiſcardo Apuliæ* Duce, cui ſuperiori *capite* meminimus; quod anno 1081. ineunte *Alexii* regno, contigiſſe teſtis eſt *Zonaras*. Poſtea cum properantibus in *Palæſtinam*, *Godefrido* duce, *Francis* obliſteret, maxima *Græcorum* ſtrage repulſus eſt anno 1096. Enimvero nihil Imperatore iſto tota hac noſtrorum expeditione fraudulentius & iniquius fuit, nihil ejus ſucceſſoribus, quamdiu *Chriſtianorum* illic res ſteterunt, in eos crudelius ac perfidioſius. Vixit annos 70. circiter, ac 37. ſuperque menſes 4. & dies aliquot imperavit, obiitque anno 1118. ſub mortem deſtitutus ab omnibus, ne Imperatorio quidem funere eſt elatus; filio præſertim, quem *Auguſtum* vivens appellaverat, relicto ſucceſſore. In hoc hiſtoriam ſuam terminavit *Zonaras*, ac fere *Curopalates*, quem penes nos *Græcum* habuimus.

c Leo Oſt. 3. c. 41. Zonar. Willelm. Tyr. 1. c. 8. Otho. Friſ. l. 7. c. 2.

CAPUT XIX.

Franciæ *res ab anno* 987. *&* Hugonis Capeti *exordio*, *ad* 1108. *ſub Regibus* Hugone, Roberto, Henrico I. Philippo; *nec non* de Italicis *motibus*: *&* *occupata ab* Northmannis Apulia: *tum* de Godefridi Bolionii *in* Palæſtinam *expeditione*.

Hugo Capetus. *d* Annal. Pith. edit. in Annal. Franc. *e* Witich. l. 1. Luith. pr. 4. c. 7. Sigeb. A. 937. Urſperg. Joan. Villan. l. 4. c. 3. *f* Glab. 2. c. 1. *g* Fragm. Floriac. *h* Glaber. Rodolph. *Robertus Rex*. *i* Fragm. Floriac. Helgald. in Vita Rob. Fragm. Aquit. Pith. *k* Fragm. Floriac.

FRanciæ regnum a *Caroli M.* poſteris novam ad familiam *Saxonicæ* originis anno 987. tranſiit, *Hugone Capeto Hugonis M.* filio conſenſu principum ad eam dignitatem evecto. Quem *d* *VVillelmus Nangius* materon genere ad *Caroli* ſtirpem pertinuiſſe putat. *Mathildem* quippe *Henrici Aucupis* uxorem, *Othonis I.* matrem *Ludovico Arnulphi* filio *Carlomanni* nepote eſſe genitam. Qua ex *Mathilde* nata eſt *Henrico Hathuido Hugonis Capeti* mater. Sed id eſſe falſum, Veterum auctoritas ſuadet, *e* qui *Mathildem Theodorici Saxonis* fuiſſe filiam, & a *VVitekindo* illo, quo cum *Carolus M.* bellum habuit, oriundam eſſe demonſtrant.

Nihil igitur cum *Caroli* ſtemmate commune *Capetus* habuit. Qui *Carolum Lotharii* filium *Ludovici* fratrem *Aurelianis*, ut dictum eſt, in cuſtodia tenuit. *f* Hic initio novi principatus haud paucos e primoribus adverſantes ſibi nactus conſilii induſtriaque pervicit. *g* Obiit anno 997. quem....

Robertus filius excepit, ex *h* anno *Chriſti* 988. coronæ ac regni particeps jam factus, ſumma pietate, prudentia, litterarum inſuper haud vulgari ſcientia præditus. *i* Qui inceſtis cum *Berta* nuptiis *Gregorii V. Romani* Pontificis interdicto diremptis, *Conſtantiam* *k* *VVillelmi Toloſani* Comitis filiam duxit. *Burgundiam* armis domitam *Francorum* addidit regno. Aedes ſacras quamplurimas ac Monaſteria condidit, *l* inter quæ *Aureliani Sancto Aniano* dicatum ſolemni ritu conſecrandum curavit anno 1029. Indictione 12. *m* Qua urbe, Rege eodem, incendio conſumpta anno 999. *Arnulphus* Pontifex baſilicam *S. Crucis* inſtauravit primum ſumptibus ſuis, tum auri vi adjutus maxima, quam inter fodiendum ibidem reperit. Exceſſit Rex ſanctiſſimus *n* ac multis a Deo miraculis illuſtris redditus, anno *Chriſti* 1033. *o* decimo tertio Calendas *Auguſti*, poſt dies 21. quam Sol defecerat; quæ defectio incidit in 3. Calendas *Julias* anni 1033. Sed *Helgaldus* feria 3. mortuum ait Regem; cum 13. Cal. *Auguſti* fuerit feria ſexta. Regnavit poſt patris obitum annis 36. In quo vulgati Annales caſtigandi ſunt, qui 33. vel 34. numerant.

A. 987. Chriſti ad 1108. *l* Helgald. in vita Rob. p. 73. & 77. *m* Glaber. 2. c. 5. *S. Crucis Ædes Aurelianis*. *n* Helgal. p. 77. *o* Helgal. ib. Glab. 4. c. 9.

p Ejus corpus *Miloduno*, ubi obierat, in *S. Dionyſii* Baſilicam eſt illatum. *q* Hoc regnante, *Judæorum*, qui *Aureliani* erant, hortatu *Babylonis* Princeps templum, quod ſuper *Chriſti* ſepulcrum *Hieroſolymis* erat, evertit anno 1000. Qua *Judæorum* fraude cognita, occiſis plurimis ceteri *Romano* ex orbe profligati ſunt.

p Helgal. *q* Glab. 3. c. 7.

r Ornabat ea tempeſtate *Gallias* rara ſanctitate parique doctrina *Fulbertus Carnotenſis* Epiſcopus.

r Fragm. Aquit. Hiſt. Trithem. *Henricus I. Rex*. *s* Fragm. Floriac.

Anno *Chriſti* 1033. *Henricus I. Franciæ* regnavit, invita *Conſtantia* matre, quæ *Robertum* juniorem præferebat, deſignatus a patre. *s* *Odonis Carnotenſis* Comitis rebelles filios *Terbaldum* & *Stephanum* per *Gotfridum Andegavenſium* Comitem vicit, cui *Turonorum* civitatem attribuit. *VVillelmum Nothum Richardi Northmannorum* Ducis filium fidei commendatum ſuæ paternam in ditionem *t* anno 1047. reſtituit, fuſis *Northmannorum* millibus triginta, cum haud plures ipſe tribus millibus haberet. *u* *Leo* Papa IX. eo regnante, *Hermeri* Abbatis *S. Remigii* rogatu, in *Remos* pervenit: ubi Monaſterium ab illo Abbate conditum ſollemni pompa conſecravit, anno 1049. *x* quo 6. Calendas *Decembris* Dominica fuit. Idem anno 1053. *Northmannorum* in *Apulia* Ducem pacem infimis poſtulantem precibus, *Germanorum* adjutus auxiliis, aggreditur; a quo 14. Calendas *Julias* acie victus eſt, interfectis pæne ad unum *Germanis*, cum prima congreſſione territi *Longobardi* terga vertiſſent. *y* *Leo* ab iiſdem obſeſſus quondam in caſtello, inde *Beneventum* honorifice perductus eſt, ac tandem dimiſſus. Vita functus eſt *Henricus* a *Vitriaci* anno regni ſui octavo & viceſimo, *Chriſti* *a* 1060. ut ex Diplomatibus liquet: *b* quorum in uno componitur annus 1. *Philippi* cum anno *Chriſti* 1060. in altero annus 8. ejuſdem cum 1068. Indict. 6. Calendis *Auguſti*. In tertio annus 14. *Philippi* cum *Chriſti* 1073. Hoc regnante *Caſimirus* ex Monacho *Cluniacenſi* Rex *Poloniæ* factus ſanctiſſime vixit.

t Fragm. Floriac. *u* Fragm. Floriac. Herm. *x* Lamb. Herman. Leo Oſt. 2. c. 83. Otho Friſ. 6. c. 33. Sigeb. & de Reg. Ital. Pandul. l. 3. *y* Id. & Leo Oſt. 2. c. 88. *z* Fragm. Floriac. *a* Aim. 5. c. 47. *b* Libr. 3. Orig. Monaſt. S. Dionyſ. c. 12. & ſeq.

c *Henrico* I. ex *Anna Ruſſorum* Regis filia genitus *Philippus* puer regnare aggreſſus eſt, tutore ei dato *Balduino Flandrenſi* Comite. Cujus nepotem *Arnulphum* a *Roberto* patruo principatu ſuo ejectum *Philippus* armis reſtituere conatus, a *Roberto* ſuperatus eſt, quo in conflictu *Arnulphus* occubuit, anno, ut putat *Sigebertus* 1072. Uxorem *d* habuit *Bertam Florenſis* Ducis *Friſiæ* filiam, *Roberti Flandrenſis* ſororem; ex qua *Ludovicum* genuit. *e* Qua deinde repudiata, *Bertardam Fulconis Andegavenſium* Comitis conjugem adſcivit. Ob id ab *Urbano* Pontifice ſacrorum interdictus uſu *f* anno 1094. biennio poſt, cum ei cumulate ſatisfeciſſet, cum Eccleſia reconciliatus eſt. Ab eodem *Urbano* apud *Clarum Montem Arverniæ* oppidum celebrata Synodus eſt *g* anno 1095. menſe *Novembri*, Indictione 3. ut ait *Tyrius*: in qua Pontifex ad ſacram in *Palæſtinam* expeditionem *Chriſtianos* hortatus eſt, *h* *Petri Eremitæ Galli*, qui *Hieroſolymis* urgendæ rei cauſſa venerat, oratione commotus.

c Fragm. Floriac. Aimoin. 1. c. 47. *Philippus Rex Franciæ*. *d* Fragm. Hiſt. Franc. a Rob. ad Philipp. *e* Sigeb. Aimoin. l. 2. c. 49. *f* Berthol. *g* Berthol. Willelm. Tyr. 1. c. 14. Aimo. 5. c. 48. Platina. *h* Willel. Tyr. 1. c. 11. & 13.

Digitized by Google

A. 987. Chriſti ad 1108.

tus. Eo veluti claſſico excitus Occidens variis locis ac temporibus collectos ad eam militiam fudit exercitus.

a Willel. Tyr. l. c. 2. Matth. Paris. *b* Tyr. 8. c. 24. *c* Tyr. 9. c. 1. *d* Id. c. 5. Sig. 1089.

a *Godefridus Bolionius* anno 1096. *Auguſti* 15. die cum ſuis profectus, poſt infinitos labores, *b* anno demum 1099. *Julii* 15. die, feria 6. hora circiter diei nona, *Hieroſolymam* expugnavit, omniumque ſuffragiis *c* primus Rex electus eſt. *d* Fuit hic *Euſtachii Bononienſis* Comitis filius, *Ida* matre, *Godefridi Gibboſi Lotharingiæ* Ducis ſorore; qui ſine liberis moriens cognominem ſororis filium heredem ac ſucceſſorem inſtituit.

e Fragm. Floriac. Aimoin. 5. c. 49. *f* Will. Malmeſ. Roger. Willelm.

e *Philippi* mors incidit in annum 1108. tertio Calendas *Auguſti*; regnavitque annis 49. menſibus 2. diebus 7. & in *Floriacenſi* Cœnobio ſepultus eſt.

Eo ſeptimum anoum regnante, *f* magna in *Anglia* rerum facta converſio eſt, peregrinæ in originis Priocipem tranſlato imperio; quod hoc fere modo accidit. *Ethelredus Angliæ* Rex ex veteri *Anglo-Saxonum* ſtirpe *Emmam Richardi* hujus nominis ſecundi *Northmannorum* Ducis ſororem habebat in matrimooio, ex eaque *Alfredum* & *Eduardum* ſuſceperat. Hic nb *Swenone Danæ* Rege victus, atque inſula coactus excedere circa annum 1013. ad *Richardum* confugit uxoris fratrem; cujus auxilio poſt *Swenonis* obitum, ejus filio regnante *Canuto*, regoum recuperat. Sed ab *Canuto* deinde ſuperatus moritur

g Polyd.

g anno regni 38. *Chriſti* 1016. Hujus filius *Edmundus* (quem ex *Ethelgina* priori conjuge procrearat) cum *Canuto* pacem ea conditione fecit, ut regnum ex æquo inter ſe dividerent: quod in ſolidum anno elapſo *Danus* accepit. Non enim uno plus anno regnavit *Edmundus*. Eraot *Canuto* ex concubina filii duo, *Haraldus*, & *Sveno*. Ergo, ut legitimam prolem ſibi aliquando ſufficeret, *Emmam Ethelredi* olim conjugem e *Northmannia* revocatam ſibi copulavit; genitoque ex ea *Canuto*, mortuus eſt anno 1036. Hunc *Haraldus* excepit, tum *Canutus*. Quo vita functo, regnum *Alfredo Ethelredi* filio defertur, *Danis* occiſis omnibus, octavo & viceſimo anno, quam *Svenone* Rege in *Angliam* venerant.

Alfredus cum ad regoum capiendum trajeciſſet in *Angliam*, clam n *Godwino* trucidatur præporente viro; qui *Thiram Canuti* ſecundi ſororem conjugem habebat, ex eaque *Haraldum* genuerat. Is ut parricidii a ſe ſuſpicionem averteret, auctor *Anglis* fuit, ut *Eduardum Alfredi* fratrem e *Northmannia* excitum Regem facerent. Sic *Eduardus* paternum imperium recepit circa annum *Chriſti* 1043. & *Godwini* filiam *Editham* in conjugium adſcivit: qua cum perpetuum integritatis florem retinuit, multis atque eximiis virtutibus, ac virtutum a Deo teſtibus illuſtratus miraculis, *h* ob quæ annis in regno tribus & viginti confectis, menſibuſque ſex, in cælum receptus eſt anno 1066. atque in cælitum deinde numerum adſcriptus. Poſt hunc *Haraldus Edithæ* frater regnum occupat, quod cum vivens *Eduardus VVilleimo Notho Northmanniæ* Duci propinquo ſuo pollicitus eſſet, hic *Haraldum* traductis e *Northmannia* validiſſimis copiis acie profligavit, in qua *Haraldus* ipſe fortiter pugnans occubuit *i* anno 1066. pridie Eidus *Octobres*, Sabbato. Quo ex tempore *Northmanni* deinceps in *Britannia* regnarunt, anno 618. poſtquam *Angli* & *Saxones* in eam inſulam adventarunt, quod anno 449. accidit.

Sanctus Eduardus Rex Angliæ.

h Roger. Par. t.

i Roger. Malmeſ. l. 3. Neubrig. Matth. Paris. Willelm. Gem. l. 7. c. 17. *k* Sigeb.

Hoc ſæculo docti ac ſancti viri non pauci prodiere. *Hilpericus* eruditum computum edidit anno 1005. *k* *Franco* item Scholaſticus *Leodicenſis* de quadratione circuli ſcripſit anno 1047.

l Id.

l *Leo* ipſe IX. ſummus doctrina parique morum integritate vixit, ex *Tullenſi* in *Galliis* Epiſcopo *Romanus* creatus Pontifex, anno 1049. Item *Humbertus* Cardinalis, qui *Græcos* ipſos & *Conſtantinopoli* coram diſputando, & ſcribendo poſtea confutavit. *Lanfrancus* ex Abbate *Cantuarienſis* factus Epiſcopus *m* anno 1070. & qui ei ſucceſſit anno 1093. diſcipulus ipſius *Anſelmus*, ambo, ſed hic præſertim, ſanctitate & litteris lucem ætati illi prætulerunt. Atque hic quidem multis pro Eccleſiaſtica libertate laboribus exſiliiſque confectus deceſſit *n* anno 1109. octavo Calendas *Maii*, ipſo die *S. Marci* ætatis 76. Pontificatus 16.

A. 987. Chriſti ad 1108. *m* Sigeb. Leo Oſt. c. 82.

n Willel. Malmeſ. 1. Matth. Paris. *o* Edmerus in ejus Vita Malmeſ. Matth. Par. &c. *p* Ivo Ep. 1. Sigeb. *q* Sigeb. & Vita ejus apud Sur. *r* Sigeb. 1080.

o Claruit inſuper utriſque ornamentis *Ivo*, *p* ex Præpoſito *S. Quintini Beluacenſis*, *Carnotenſis* creatus Epiſcopus ab *Urbano II.* aon. 1092. *q* *S. Odilo Arvernus* ex *Brivatenſi* Cœuobio ad *Cluniacenſe* tranſlatus poſt *S. Majolum* anno 993. cum annos huic ſex & quinquaginta præfuiſſet, migravit in cælum anno 1048. Calendis ipſis *Januariis*. *r* Sanctitatis inſuper commendatione celebris fuit *Arnulphus* Cœnobii *S. Medardi* in *Sueſſionibus* Mooachus, atque ejuſdem deinde urbis Epiſcopus. Nec non *Theobaldus Francus* Nobilis; qui *Vicetiæ* in *Venetis* cella concluſus duodecimo poſt 1000 moritur, ac multis a Deo poſt obitum miraculis ornatur; cujus oſſa in *Gallias* deportata ſunt. Meminit *Sigebertus* anno 1050.

ſ Sigeb. 1084. Vita S. Hugon. apud Sur. Apr. 1. *t* Petrus Clun. l. 2. de Mirac. c. 28. *u* Cujus Fragm. edidit. Cl. Hemeræus in Carthuſiano.

ſ Tulit & doctrinæ pariter ac ſanctitatis laudem hoc ſæculo *S. Bruno Colonienſis*, & *Remenſis* Eccleſiæ Canonicus, ac Scholarum Magiſter; a quo *Carthuſienſium* Ordo inſtitutus eſt anno 1086. adjuvante *Hugone Gratianopolitano* Præſule ſanctiſſimo; quorum exordia deſcribit *t* *Petrus Cluniacenſis*; nec non *Guibertus*, Abbas *Nongentinus*, qui *S. Brunoni* æqualis fuit, in *u* *Tractatu de Vita ſua*: neque Canonici illius *Pariſienſis* meminerunt ambo, qui poſt obitum redivivus, denuntiatione feralis de ſe judicii, circumſtantes exterruiſſe fertur: uti nec *Sigebertus*, qui eadem vixit ætate. Quam tamen hiſtoriam complures docti graveſque viri litteris prodiderunt.

Ciſtercienſis Ordo biennio poſt, anno nempe 1098. ortum habuit, ut *Sigebertus* eſt auctor, a *S. Roberto Moliſmenſi* Abbate cœptus.

x Malmesb. l. 3. Sigeb. 1051.

x E contrario *Berengarius Andegavenſis* Archidiaconus infamis auctor hæreſis, qui *Chriſti* corpus re ipſa ſanctiſſimo contineri Euchariſtiæ Sacramento negat, *Francorum* oomini dedecus adſperſit. Hic vero cum ſæpe damnatum a ſe repetiſſet errorem, eum anno 1088. moriens, poſtremo retractaſſe dicitur.

CAPUT XX.

De Italicis *ac* Germanicis *rebus ab anno* 1109. *ad* 1200. *circiter*, *Imperatoribus* Heorico V. Lothario, Conrado III. Friderico Ænobarbo, Henrico VI. *Tum de Schiſmate duplici*, *deque* S. Bernardo, *&* *aliis inſignibus viris*.

y Otho Friſ. 7. c. 14. & l. 1. de Geſt. Frid. Gotfr. Viterb. Sigeb. Urſperg. *z* Sigeb. Gotfr. Dodechinus Urſp. *a* Urſper. *b* Anſelm. in Append. ad Sigeb. Rob. de monte Gotf. Urſperg. *c* Otho 7. c. 16.

y Violentum *Romanam* in ſedem patris animum, cujus ultorem ſe penſeſſus erat, non imitatus eſt ſolum, illo mortuo, ſed etiam ſuperavit *Henricus V.* quarti filius. Quippe *Romam* ut advenit, *Paſchali XII.* manum injecit, ab eoque per vim jura extorſit omnia, de quibus tantum erat certamen exortum. Sic Imperator ritu ſolito conſecratus eſt *z* an. 1111. Indictiooe 5. Verum quam primum *Italia* deceſſit, irrita illa eſſe decreverunt *a* *Romani* Patres ſuperſtite *Paſchali*, &, eo vita functo, ſucceſſores illius *Gelaſius II.* & *Callixtus II.* *b* *Henricus* rite creatu *Gelaſio* anno 1118. *Burdinum* ei Papem oppoſuit, ſuorum electum ſuffragiis, ex *Hiſpania* fugitivum hominem, quem *Gregorium* nominarunt. *c* Diris ob hæc *Callixti* Papæ ſententia devotus, cum ſe paullatim ab ſuis deſtitui cerneret, paternæ calami-

A. 1109. Chriſti ad 1200.

calamitatis exemplo territus, ad officium rediit, reſciſſis omnibus, quæ per tyrannidem expreſſeret. [a] Hoc modo pax Eccleſiæ reddita eſt anno 1122. [b] Biennio poſt in *Ludovicum Franciæ* Regem comparato exercitu, ut *Henrico Angliæ* Regi, cujus *Mathildem* filiam duxerat, opem ferret, occurſu *Francorum* abſterritus pedem retulit, & [c] anno 1125. *Trajecti* deceſſit ex morbo, [d] feria 5. Pentecoſtes, vel us aliis placet, [e] 10. Calendas *Junii*, quod fuit Sabbatum poſt Pentecoſtem, regni 19. imperii 14. Hoc Imperatore *Otho Bambergenſis* Epiſcopus *Pomeranos Chriſtianis* rudimentis imbuit [f] anno 1124. indict. 2.

Vacuum *Henrici* morte *Germanorum* imperium in *Lotharium Saxonem* [g] repugnantem licet invitumque transfertur [h] anno 1125. Moderatum & amantem juſtitiæ Principem in primiſque pium [i] Annales fuiſſe teſtantur. *Henrici* propinquos *Fridericum* & *Conradum*, illius ſorore genitos, ſub initium regni æmulos habuit, [k] quibus ob contumaciam *Honorius* Papa ſacris interdixit. Eoſdem poſtea *S. Bernardus* Imperatori reconciliavit. Fœdum per id tempus in Eccleſia *Romana* diſſidium fuit, poſt *Honorii* Papæ obitum annò 1130. cum huic rite ſublecto *Gregorio*, qui *Innocentius II.* vocatus eſt, *Petrus Leonis* ſub *Anacleti II.* nomine ab adverſa parte eſſet electus. [l] *Innocentio* pars orbis *Chriſtiani* maxima parebat, *Bernardi* opera potiſſimum *Clarevallenſis* Abbatis, viri omni præconio majoris, qui in recuperanda Eccleſiæ concordia, auctoritate ac miraculis multorum inſtar fuit. *Anacletum* fovebat *Rogerius Rogerii* fratris *Roberti Guiſcardi* filius, Comes *Siciliæ* & *Apuliæ*, *Calabriæque* Dux poſt *VVillelmi* patruelis obitum, qui in annum incidit 1127. Hunc ſibi ut obnoxium haberet *Anacletus*, [m] regium ei nomen indulſit anno 1130. *Lotharius Romam* adiens cum *Innocentio*, & *Bernardo Clarevallenſi*, Imperatoris honore eſt affectus: quo anno Solem defeciſſe [n] Annales obſervant 4. Nonas *Auguſti*. Ea defectio contigit anno 1133. quo *Lotharium* coronatum iiſdem io Annalibus proditur. Poſtea cum *Rogerio* bellum habuit Imperator; quo *Apulia* tota *Campaniaque* pulſo, *Rainuldum* ibi Ducem conſtituit; ac ſubinde revocatus in *Germaniam*, in itinere per autumnum [o] diem obiit anno regni 13. imperii *6. Chriſti* 1137. [p] alis ſequentem præfiniunt.

[q] Ab hoc ferunt inſtitutum eſſe, ut ex jure civili *Romanorum* judicia fierent; ex quo legum ſcientia *Bononiæ* & in aliis *Italiæ* urbibus publice doceri cœpta.

Conradus III. Friderici Sueviæ Ducia ac ſororis *Henrici* Junioris filius regnare cœpit [r] anno 1139. nec a Pontifice redimitus eſt: credo, quod ejus tempore civilibus bellis ardebat *Italia*, *Rogerio* poſt *Rainaldi* obitum impune cuncta vaſtante. [s] Quem dum armis perſequitur *Innocentius*, ab eodem captus eſt, & cum honore habitus, *Apuliam* ei, & *Calabriam*, *Capuæ* principatum cum Regis titulo conceſſit [t] anno 1139. *Julii* 24.

[u] Interim *Romæ Arnaldus Brixianus Abailardi* diſcipulus ſub Monachi habitu ſeditionibus ac tumultibus omnia miſcebat. Quo auctore populus, *Jordano* creato Patricio, ad uſurpandam antiquæ libertatis imaginem, Pontificis excuſſit jugum, [x] cum eodem tempore civitates mutuis invicem odiis ac bellis tota *Italia* quaterentur. [y] Sedatis utcumque *Romanis* motibus ab *Eugenio III.* qui ex Abbate ac diſcipulo ſancti *Bernardi* Pontifex anno 1145. factus eſt, cum *Edeſſam* a *Saracenis* in Oriente eſſe captam fama vulgaſſet, certatim Principes ad ſacram expeditionem nomina profeſſi ſunt, [z] in primiſque *Conradus Germaniæ*, & *Ludovicus Franciæ* Reges. Qui hortante ſancto *Bernardo* Crucis inſigne ſumpſerunt, & *Hieroſolymam* profecti ſunt; quorum

a Anſelm. in Appēd. Urſperg. b Urſperg. c Anſelm. Urſperg. d Anſelm. e Urſper. Oth Friſ. 7. c. 16. f Urſperg. g Otho Friſ. 7. c. 17. h Otho Friſ. Addit. ad Lamb. Anſelm. Urſperg. Goth. Joan. Villan. 4. c. 33. i Otho. Friſ. Chr. 7. c. 17. & 1. de Geſt. Frid. c. 16. Urſperg. Anſelm. Gotfr. k Otho Chron c. 17. Anſelm. Gotfr. l Vita S. Bernardi Plat. S. Bernardus. m Anacleti diploma apud Baron. 1130. n Anſel. Rob. de Monte. Urſperg. o Auct. Gembl. Rob. de Monte Gotfr. p Urſperg. Onuph. q Sigon. Urſperg. r Otho. Friſ. 7. c. 22. s Otho. Friſ. 7. c. 24. t Urſperg. u Otho. Friſ. 1. de Geſt. Frid. c. 27. & ſeq. x Otho. Friſ. Chr. 7. c. 29. y Otho. Friſ. Chr. 7. c. 31. & ſeq. z Willel. Tyr. l. 16.

ille 50000. habebat in exercitu, hic equitum 30000. præter ingentem peditum numerum, ut ſcribit *Auctar. Gemblacenſe*. [a] Factum id eſt anno 1147. Sed *Græcorum* fraude vexati, nullo operæ pretio facto redierunt. Mors *Conradi* incidit [b] in annum 1152. quinto decimo Calendas *Martias*, feria *6.* [c] Hoc Rege *Gratianus Bononienſis* Monachus *Decretalium* opus condidit anno 1151. At *S. Bernardus* anno 1153. diem obiit ætatis anno *63.* cum anno 1113. in *Ciſtercienſe* Cœnobium cum pleriſque ſeſe recepiſſet, ut in ejus *Vita* & apud *Robertum de Monte* legitur. Nam *Sigebertus* anno 1112. *Chronicon* finiit. Mortuus jam erat *Eugenius Bernardi* diſcipulus octavo Eidus *Julias* anni ejuſdem 1153.

[d] Summa in *Friderico Ænobarbo*, qui *Conrado* patruo ſubrogatus eſt, ad omne decus indoles fuit. Sed eam pertinax io *Romanum* Pontificem odium, violataque Eccleſiæ concordia obſcuriorem reddidit. [e] Creatus anno 1152. *Germaniæ* Rex, Imperatoris nomen ab *Hadriano IV. Romæ* eſt adeptus anno 1155. Mox eidem offenſus Pontifici, ſimul ac deceſſit [f] anno 1160. ſucceſſori ejus *Alexandro III.* *Victorem* oppoſuit in *Papienſi* conventiculo. Inde cum *Liguribus* & *Longobardis* pro Pontifice decertantibus bello ſuſcepto, ſæpe illorum obtrivit exercitus. *Mediolanenſes* vero pervicacius reballantes præcipue contudit, illorum urbe penitus everſa [g] anno 1162. Sed iterata *Ligurum* defectione, & ex improviſo accepta clade fractus, in *Romani* Pontificis poteſtate fuit. Itaque anno 1177. pax Eccleſiæ redditur.

Fridericus, tanti ut ſceleris aboleret invidiam, audito *Hieroſolymam* ab *Saladino* captam eſſe anno 1187. eo cum *Germanorum* viribus inſignis cruce contendit, ac multis in *Thracia* & *Aſia* contra Imperatorem *Conſtantinopolitanum* ac *Saracenorum* Regulos fortiter geſtis, *Tarſi* in præfrigida *Cydni* unda per æſtivos calores fervidum abluens corpus extinguitur [h] anno 1190. Regnavit annos 38. imperavit 35.

Henricus VI. Ænobarbi filius, aſperis truculentiſque moribus fuiſſe traditur. Regni collega factus a patre [i] *Conſtantiam Rogerii I. Siciliæ* Regis filiam duxit, annum viceſimum & alterum agens: anno 1186. Indictione *6.* ſexto Calendas *Februarii*; quam [k] falſo quidem Monacham fuiſſe referunt, & quinquageſimo ætatis anno nupſiſſe.

Mortuo *Friderico* imperii coronam cum uxore ab *Cæleſtino III.* cepit [l] anno 1191. cum prius [m] *Tuſculum Romanis* coactus eſſet dedere: qui oppidanis, a quibus ſæpe victi fuerant, infenſi, eos partim nece, partim exſilio affecerunt, oppidumque diruerunt. *Henricus*, mortuo *VVillelmo Rogerii* filio, *Apuliam* & *Calabriam*, & *Siciliam* recepit, atque in *Siculos* præſertim omne genus immanitatis exercuit anno 1193. & ſequentibus.

[n] *Alexio Angelo* Orientis Imperatori, ejus imminens regno, tantum terroris objecit, ut ad tributum pendendum adegerit, quod dum a ſuis colligit anno 8. regni, [o] *Chriſti* 1179. *Meſſanæ* obiit *Henricus*; [p] veneno, ut quidam putant, ab uxore ſublatus: *Friderico* adhuc infante relicto; cum prius a *Romano* Pontifice anathema ei dictum eſſet, quod [q] *Richardum Angliæ* Regem e *Palæſtina* redeuntem, [r] anno 1190. in vincula conjeciſſet, ſeque ipſum coegiſſet pretio redimere.

A. 1109. Chriſti ad 1200.

a Otho a S. Blaſio in Appēd. Friſ. & Otho. Friſ. 1. de Geſt. Frid. c. 58 Append. Lamb. Rob. de Monte. b Otho 1. de Geſt. Frid. c. 63 c Baron. d Otho Friſ. in Rebus Geſt. Frid. & Radevic. Friſ. de iiſdem Otho a S. Blaſ. Joan. Villan. 5. c. 1. e Otho a S. Blaſ. Append. Lamb. Dodech. Auctar. Sigeb. Urſperg. f Otho a S. Blaſ. g Otho a S. Blaſ. Auct. Aquicinct. h Urſp. Auct. Aquicinct. Otho a S. Blaſ. i Gotfr. Viterb. Auct. Aquicinct. Jo: Villan. 5. c. 35. & ſeq. k Anton. & Pand. l. 4. aliique Vide Bar. A. 1197. l Auct. Aquicinct. m Urſp. n Nicetas Chron. o Auct. Aquicinct. p Urſper. q Roger. in Annal. r Otho a S. Blaſ.

A. 1118. Chriſti ad 1204.

CAPUT XXI.

Orientalis Imperii res ab anno 1118. *uſque ad* 1204. *quo* Latini Conſtantinopolim *occuparunt*.

a Nicetas Choniates Will. Tyr. l. 10. c. 31. & l. 12. c. 5.

GRæcorum imperium *Joannes Comnenus*, qui & *Calojoannes*, *Alexii* filius, iniit a anno 1118. patre aliquanto commodior, ac bellicis rebus illuſtrior. Nam in *Thracia Scythas* & *Hungaros Iſtrum* tranſgreſſos b quinto imperii anno profligavit, tum *Perſarmenios* in *Aſia*.

b Nicetas.
c Nicetas. *Joannis Comneni pietas in B. Virginem.*
d Nicetas Tyr. l. 15. c. 22.

c Secundum quam victoriam indicto triumpho, quadrigis albis impoſitam B. Virginis effigiem ſollemni in urbem pompa revexit. In *Aſia* deinde multiplici rerum geſtarum gloria decoratus, *Antiochiam* uſque pervenit, ut ab *Raimundo* d Principe urbem illam ex pacto reciperet. Qua ſpe fruſtratus, pervaſtato illius agro, per *Ciliciam* reverſus eſt. Ubi in venatu ſagittam intento arcu dirigens, ejus cuſpide toxico illita manum perſtrinxit. Ita graſſante paullatim veneno periit *Aprili* menſe, cum imperaſſet e annos 24. menſes 8. Id accidit f anno 1143. altero poſt *Edeſſam* a *Saracenis* captam, ut indicat g *VVillelmus Tyrus*. Proinde expugnata fuerit *Edeſſa* anno 1142. quod h alii ad annum 1145. rexerunt. i *Tyrus* porro anno 1124. in *Chriſtinnorum* poteſtatem radacta fuerat.

e Willel. Tyr. 15. c. 23.
f Otho Friſ. 7. Chr. c. 28.
g Tyr. l. 16 c. 3. & 4.
h Otho Friſ. 7. c. 10.
i Willel. Tyr. 13. c. 12.
Anſelm. Gembl.
k Nicetas. *Manuel Comnenus.*

k *Manuelem Comnenum*, uatu licet minorem, *Iſaacio* fratri *Joannes* amborum pater prætulit, Imperatoremque eſſe juſſit; hominem ſubdolum, & *Chriſtianis* rebus, quæ ad *Latinos* ſpectabant, infeſtum & iniquum adeo, ut cum *Saracenis* in illorum conſpirarat exitium.

l Willel. Tyr. 6. 18.
Nicetas.
m Nicetas 8.
n Nicetas.
o Nicetas c. 5.
p Willel. Tyr. c. 22.
q Nicetas. *Euſtathius Homeri Interpres.*

l Satis conſtat *Conradi Germanorum*, ac *Ludovici Francorum* Regis exercitus illius fraude ac perfidia deletos eſſe, anno *Chriſti* 1147. m Quam *Latini* nominis injuriam ultus eſt *Siculus* Rex *Rogerius*, qui *Græciæ* litora claſſe circumvectus, late cuncta vaſtavit. Sub exitum vitæ n *Manuel* eo venit amentiæ, ut *Saracenorum* dogma tantum non adſciſraret. Tandem longiora ſibi imperii ſpatia pollicentem triceſimo & octavo illius anno vita deſtituit, o Indictione 14. ineunte, menſe *Septembri*, anni *Chriſti* 1180. p Hunc *VVillelmus Tyrius* plurimum ab munificantia prædicat, obiiſſeque dicit *Octobris* 3. imperii 40. vitæ 41. In quo valde eum fugit ratio. q Vixit *Manuelis* temporibus eruditus ille *Homeri* Interpres *Euſtathius Theſſalonicenſis* Epiſcopus; qui *Muhammedanam* impiatatem exſerere cupienti magna conſtantia reſtitit, auctore *Niceta*.

r Nicetas. *Alexius.*
ſ Guil. Tyr. 22. c. 4.
t Nicetas.

r *Alexius Manuelis* filius duodecim circiter natus annos patri ſuffectus eſt, *Ludovici Francorum* Regis gener: cujus filiam *Agnetem*, ut recta ſ *Guillelmus Tyrius* appellat, octennem *Manuel* ei deſponderat. *Nicetas Annam* vocat. t Hic triennio fere nomen Imperatoris habuit; atque ab *Andronico Manuelis* patruele, quem in conſortium imperii per vim acceperat, necatus eſt, nondum expleto quinto decimo ætatis anno. Quod antequam fararet, u *Francos* ac *Latinos Conſtantinopoli* trucidari juſſit *Andronicus*; quorum conſilio ac præſidio plurimum uſus erat *Manuel*, quoſque tyrannidi ſuæ interceſſuros noverat.

u Guil. Tyr. 22. c. 10. & ſeq. *Latini Conſt onſtmpoli raſi.*

Quam ſuorum cladem haud minori *Græcorum* ſtrage ac direptione, qui elabi fuga potuerunt, ulti ſunt *Latini*. Nam *Thraciæ Græciæque* maritimam oram valida claſſe prætervecti, quicquid obvium fuit, ferro igniqua populati ſunt.

x Nicetas. *Andronicus*

x *Andronicus* occiſo *Alexio* ſolus anno 1183. imperare cœpit. *Agnetem Alexio* deſponſam, undecim annos natam, grandi jam ætate ſibi matrimonio junxit. Nec diu per tantum ſcelus parto gaviſus eſt regno. Poſt biennium enim, dum *Iſaacio Angelo* molitur necem, populari orto tumultu comprehenſus ipſe, ac per urbem camelo vectus, altera abſciſſa manu oculoque effoſſo, a furenti plebe laniatus eſt, cum inter tot rerum verborumque ludibria unum hoc diceret: *Domine miſerere*; &, *Quid contritum calamum infringitis?* Periit anno *Chriſti* 1185. Hic finis *Comnenorum* fuit.

A. 1108. Chriſti ad 1204. *Miſeranda mors Andronici.*

y Nicetas. *Iſaacius Angelus.*

y *Iſaacius Angelus* ejuſdem factione populi delatum *Auguſti* nomen accepit, idque annis 9. retinuit, ac menſibus 8. *Siculorum* claſſem vicit ad *Strymonem*, captis illius præfectis *Richardo* atque *Balduino*. *Cyprum* ab *Iſaacio Comneno* Tyranno fruſtra claſſe repetiit. Cum *Myſis*, ſive *Valachis*, parum ſecunda bella geſſit. *Fridericum Ænobarbum* per *Thraciam Aſiamque Palæſtinam* petentem conatus intercludere, magno ſuo damno, illius in ſe arma concitavit. Ab *Alexio Angelo* fratre cum oculis ereptum illi eſt imperium anno *Chriſti* 1195.

z Nicetas. *Alexius Angelus.*

z *Alexius Angelus* aſſumpto *Comneni* nomine imperavit an. 8. menſes 3. dies 10. *Iſaacii* filiam *Irenem Philippus Germanorum* Imperator habebat in matrimonio. Ad eam *Alexius* ejus frater *Conſtantinopoli* profugit; cujus hortatu *Veneti*, duce *Dandulo*, cum *Balduino Flandrenſi* Comite, aliiſque ad ſacram militiam nomina profeſſis Principibus ſocietatem ineunt adverſus *Alexium Comnenum*. Qui per hoſtium contemptum nullis ad reſiſtendum paratis copiis, capta incenſaque Urbe, *Debeltum* fuga petiit, an. 1203. quo remoto,

a Nicet. Vide & Joan. Villan. *Conſtantinopolis a Latinis capta.*

Iſaacius Angelus cæcus iterato cum *Alexio* filio ſpeciem adumbravit priſtinæ dignitatis a Ind. 6. Sequenti an. 1204. Ind. 7. cum nec ambo iſti inter ſe concordes eſſent, & adverſus illos *Alexius* quidam *Murzuphlus* tyrannidem invaſiſſet, fœderatorum claſſis *Conſtantinopolim* expugnavit, die *Aprilis* 12. fer. 1. hebdomadis ſextæ Quadrageſimæ, ait *Nicetas*; qui characTer indicat an. *Chriſti* 1204.

b Nicet. Regord. in Philippo.

Tum de communi conſilio a *Latinorum* genere primus *Conſtantinopoli* datus eſt Imperator *Balduinus Flandrenſis*, annum agens 32. a *Græcis* ipſis, b quod magno virtutis argumento ſit, ſummopere laudatus.

CAPUT XXII.

De Francorum *Regibus*, Ludovico VI. Ludovico VII. *&* Philippo Auguſto.

Ab anno *Chriſti* 1108. ad 1223.

c Lib. 1. Orig. S. Dionyſ. c. 13.
d Suger. in Vita Ludov. Groſſi.
e Vide Ivon. Ep. 70. Aimo. 5. c. 49.
f Auctar. Gembl. Weſtm.
g Sigeb.
h Anſelm. Gembl.
Rob. de Monte.
i Trith.
k Anſelm. Gembl. & Rober.
l Suger. *Ludovicus Junior.*

FRanciæ regnare cœpit anno 1108. *Ludovicus VI.* cognomento *Craſſus*, ut c ejus *Diplomata* teſtantur; annum agens non 12. vel 13. ut d *Sugerius* prodidit, ſed 30. circiter; ut qui anno ætatis 60. regni 30. deceſſerit, eodem auctore *Sugerio*. *Aurelianis* inunctus coronatuſque eſt a *Demberto Senonenſi*; id agante cum primis e *Ivone Carnotenſi*, quod tum *Remenſi* Archiepiſcopo minime cum *Ludovico* conveniret. Sed neque *Remis* conſacrari Reges neceſſarium eſſe, pluribus idem *Carnotenſis Ivo* diſſerit. *Ludovici* Vitam ſcripſit *Sugerius* Abbas *S. Dionyſii*. Obiit ex morbo, *Chriſti* f anno 1137. g Calendis *Auguſti*, cum regnaſſet annos 30.

Clarevallenſe Cœnobium eo regnante conſtitutum eſt; cujus primus Abbas fuit *S. Bernardus* h anno 1511. *Præmonſtratenſis* Ordo cœpit anno 1120. auctore *S. Norberto*. i Floruit eodem tempore *Hugo a S. Victore*; & cognominis alter *Gratianopolitanus* Epiſcopus; qui k an. 1132. moritur, vir ſanctiſſimus.

l *Ludovicus VII.* cognomine *Junior*, *Francorum* ſceptra ſuſcepit anno 1137. qui *Alienoram VVillelmi* Ducis *Aquitaniæ* filiam, ex ejus ſuprema voluntate, in conjugem accepit, cum eaque dotalem illius ditionem.

A. 1108. Chriſti ad 1223.

nem. [a] Hic ille eſt *VVillelmus Pictavorum* Comes, & *Aquitaniæ* Dux, quem *Anacleti* partes contra *Innocentium* pertinacius tuentem *S. Bernardus* anno 1135. meliorem ad mentem reduxit. Quem quidem brevi poſtea, hoc eſt ſub exitum *Craſſi* & *Ludovici Junioris* initium, in *Hiſpania* mortuum eſſe, quo *S. Jacobum* venereturus adierat, teſtis eſt [b] *Sugerius*, qui ætate illa vixit; nec non *Robertus de Monte*, qui anno 1137. obiiſſe confirmat, in 6. feria Paraſceve, in æde *S. Jacobi*, ibique ante altare ſepultum. Ex quo *Theobaldus* Scriptor ejus Vitæ redarguitur, qui in annum 1156. mortem illius rejicit.

Ludovico anno 1147. poſt Pentecoſtem, ſacramento in ſacram militiam dicto, proficiſcitur in *Palæſtinam* cum [c] 30000. equitum, magnoque peditum numero. Sed *Græcorum* magis perfidia quam *Saracenorum* vi tantus exercitus periit. Itaque poſt [d] annuam moram ibi factam reverſus in *Gallias* anno 1150. cum *Alienora* conjuge divortium fecit, & *Alphonſi VII.* qui ſe Imperatorem appellavit *Hiſpaniæ*, filiam duxit; quam *Mariam Tyrius* & *Sugerius* vocant, *Beatricem* [e] Annales *Hiſpani*. [f] *Alienora* ſequenti anno *Northmanniæ* Duci, eidemque *Andegavenſium* Comiti, nupſit *Henrico*, qui poſt *Stephanum* regnavit in *Anglia*, ejus nominis ſecundus, anno 1154. quo *Stephanum* obiiſſe 8. Calendas *Novembris*, & 14. *Januarii* Dominica die conſecratum *Henricum*, [g] *Anglorum* Annales referunt. [h] Semen id atrociſſimi belli fuit, quod de *Aquitaniæ* poſſeſſione *Francos* inter & *Anglos* ortum eſt anno 1156. [i] quod utcumque ſedatum eſt poſt annos ſex, *Margareta Ludovici* filia *Henrici* filio deſponſa. [k] Hujus *Henrici* tempore *S. Thomas Cantuarienſis* Epiſcopus pro Eccleſiæ tuenda libertate primum exſilium, deinde glorioſam mortem obiit anno 1171. a ſicariis in Eccleſia trucidatus. [l] Cujus parricidii qualemcumque ſuſpicionem *Henricus* Rex publica luit pœnitentia, magniſque viciſſim ab illo beneficiis affectus eſt.

Ludovicus Pariſiis anno moritur 1180. [m] *Septembri* 28. feria 5. regni anno 44. Eo regnante floruit *Petrus Lombardus Pariſienſis* Epiſcopus, *Magiſtri Sententiarum* vocabulo notior, & *Petrus Comeſtor*.

Philippus Ludovici filius, *Auguſtus* & *Adeodatus* vulgo nuncupatus, ſuperſtite adhuc patre Rex ſalutatus eſt [n] anno 1179. Calendis *Novembris*, Sequenti vero ſolus regnavit, ætatis annum auſpicatus 16. [o] Quippe natus eſt 9. Calendas *Septembris*, in octava Aſſumptionis [p] feria 7. qui character anno congruit 1164. non 1165. ut eſt apud *Rigordum* & *Aimoini Auctarium*. Qui in ipſo regni exordio, poſt patris obitum, *Judæos* per innocentum puerorum cladem *Chriſtianis* ſacris illudentes, & aliorum ſcelerum convictos, comprehendi primum tota *Gallia* juſſit [q] 16. Calendas *Martias*, die Sabbati, quæ nota eſt anni 1181. tum inſequente *Julio* menſe perpetuo multavit exſilio. Exinde poſtquam *Hieroſolymam* a *Saracenis* captam audiit, ſacramento dicto, in Orientem cum *Richardo Angliæ* Rege profectus eſt [r] anno 1190. [s] ac ſequente pervenit in *Palæſtinam*; ubi *Acconam* cum fœderatis Principibus 4. Nonas [t] *Junias* anno 1191. quem haud dubium facit Solis defectio, quæ ab *Rigordo*, *Rogerio*, & *VVeſtmonaſterienſi* incidiſſe dicitur in diem Dominicum, 23. *Junii*. Verum ea belli ſocietate in ſimultatem ac diſcordiam verſa, *Philippus* eodem anno rediit in regnum. [u] *Richardus Cypro*, quam in poteſtatem redegerat, *Templariis*, & ſubinde *Guidoni Hieroſolymitano* quondam Regi vendita, ac *Saracenorum* millibus quinque morte multatis, in reditu ab *Leopoldo Auſtriæ* Duce interceptus, [x] anno 1194. in *Angliam* revertitur, bellumque cum *Philippo* Rege quinque circiter annos gerit; [y] donec anno 1199. in caſtelli cujuſdam obſidione miſſo e balliſta ſpiculo ictus occubuit 8. Idus *Apriles*, feria 3. ait *Rogerius*, ſepultuſque eſt in Monaſterio *Fontis Ebraldi*; ubi & patris illius corpus jacebat. *Richardo* ſucceſſit *Joannes* ejus frater, *ſine terra* vulgo nominatus, qui cum *Philippo* bellum inſtauravit, atque *Angliæ Hiberniæque* regna [z] *Romano* Pontifici ſubjecit anno 1213. quæ, indicto annuo tributo, beneficii loco deinceps haberet. At *Philippus* anno duplici parta victoria, cum & *Anglos Ludovicus* ejus filius in *Pictonibus*, & *Othonem* Imperatorem in *Flandria* viciſſet ipſe, utriuſque monumentum ad *Silvanectum* oppidum conſtituit Victoriæ Cœnobium. [a] Sub hæc *Ludovicus* in *Angliam* tranſmittens, pulſo *Joanne*, eam in deditionem accepit. Sed ſtatim atque inde digreſſus eſt, ad *Henricum III. Joannis* filium tota defecit. Id anno 1214. accidit. [b] Exceſſit ex humanis *Philippus* anno 1223. pridie Idus *Julias*, anno regni poſt patris obitum exacto 43. minus menſibus fere 3.

[a] Vita S. Bern. l. 2. c. 6. Theobald. in Vita S. Guil. apud Sur. Feb. 10. *Guillelmus Pictavienſis.* [b] Sugerius in Ludov. Jun. Robert. Auctar. Gembl. Suger. Willelm. Tyr. l. 16. c. 18. Jo: Villan. 4. c. 34. [e] Auct. Gembl. [d] Willel. Tyr. l. 7. a. 8. [e] Weſtmonaſt. Matth. Paris. [f] Ruderic. Par. 3. c. 31. [g] Alph. a Carth. c. 77 Suger. Weſtm. Matth. Paris. Aimoin. 5. c. 32. Rogerius de Hov. Weſtm. Matth. Paris. [h] Affligen. ad Sigeb. [i] Auct id. [k] Quadrip. Hiſt. Roger. Weſtm. Matth. Paris Otho a S. Blaſ. Auct. Aquicinct. [l] Iidem. Aſt. Angl. [m] Rigord. in Vita Philippi. *Philippus Auguſtus.* [n] Rigord.

[o] Rigord. [p] Aimoi. 5. c. 56. [q] Rigor. *Judæi pulſi e Francia.* [r] Roger. [s] Rigor. Auct. Aquicinct. [t] Rigord. Urſperg. Pius 2. in Aſia. [u] Rigord. Weſtm. [x] Rigord. Roger. Weſtm. Matth. Paris. Auct. Aquicinct. *Anglia Romano Pontifici ſubjecta.* [y] Roger. Weſtm. Matth. Paris. [z] Rigord. [a] Weſtm. Matth. Paris. [b] Rigord.

A. 1200. Chriſti ad 1250. *a* Urſp. Vincent. Bellov. l. 26. c. 59. Suffrid. Fragm. Incert. Auct. Alberto præſulum. Blond. l. 6. Dec. 1. *Philippus Imperator.* *b* Suffr. Fragm. Incert. Auct. *c* Urſperg. Vincent. Tom. 4. l. 29. c. 10. Fragm. Incert. Auct. Suffrid. Antoninus Trithem. *d* Vinc. l. 29. c. 106. Urſperg. Rob. de Monte. Suffrid. Chr. Citic. Anton. Joan. Villan. 5. cap. 35. *e* Urſperg. Vinc. Tom. 4. l. 30. c. 53. Rigord. Anton. Part. 2. Tit. 9. c. 3. *f* Urſperg. Vinc. Tom. 4. l. 30. c. 64. Anton. Tit. 19. Tom. 3. c. 1. parag. 6. Chro. incert. Cit. Colmar. Frag. incert. Trithem. in Hirſaug. Chron. *g* Urſperg. Monach. Pad. Chro. Colmar. Fragm. Incert. Auct. *Fridericus II.* *h* Vinc. l. 31. c. 1.

DIONYSII PETAVII

E SOCIETATE JESU

RATIONARII TEMPORUM

PARTIS PRIMÆ

LIBER NONUS,

Annos continens a Chriſti 1200. *ad ætatem noſtram.*

CAPUT I.

Quæ in Germania & Italia *contigere ab anno* 1200. *ad* 1250. *ſub* Philippo, Othone, Friderico *II. ac de diro ſub hoc Schiſmate: deque viris ſanctitate vel litteris inſignibus.*

EXſtincto, *a* uti ſupra meminimus, *Henrico* VI. *Friderici* filio, in ſucceſſore deligendo procerum ſciſſa concordia eſt; aliis imperii decus ad *Henrici* fratrem *Philippum*, aliis ad *Othonem Saxoniæ* Ducem trahentibus. *Philippo* favebat cognominis *Franciæ* Rex, *Othoni Innocentius* III. qui *Friderici* exſecrati olim Principis oderat ſtirpem. Prior *Aquiſgrani Philippus* imperium auſpicatus eſt *b* anno 1198. Eodem paullo poſt *Otho* pervenit, ac regni adeptus inſignia, bellum cum *Philippo* aliquanti temporis habuit, *c* donec inter ſe ita pacti ſunt, ut quamdiu ſuperſtes *Philippus* eſſet, titulo Regis abſtineret *Otho*, poſt illius obitum rite eum uſurparet. Regnavit *Philippus* annos 10. ac *Chriſti* 1208. *Junii* 23. ab *Othone* quodam *Palatino* interficitur. Cujus uxor *Iſaacii Conſtantinopolitani* Imperatoris filia, audita viri nece, vitam & ipſa finiit.

Vacuam morte competitoris *Germanici* regni poſſeſſionem adiit *Otho*, ac *Philippi* ex pacto filiam duxit. *d* Quem anno 1209. *Romæ Innocentius* Imperatorem rite pronuntiavit. Sed eumdem contra datam fidem *Romanæ* jura violantem ab communione repulit anno 1210. Hic ille eſt *Otho*, qui cum *Richardo* avunculo *Angliæ* Rege contra *Philippum Francum* *e* ad *Bovinas* pugnans, acieque victus, aufugit anno 1214. A quo proximus annus *Lateranenſe* Concilium dedit *Romæ* ab *Innocentio* III. celebratum, ad quod ex omnibus orbis *Chriſtiani* provinciis adfuere *f* Epiſcopi 412. In eo *Tranſſubſtantiationis* cum vocabulo dogma firmatum, ac *Joachimi* Abbatis damnatus eſt liber, quem contra *Petrum Lombardum* ediderat.

Otho Imperator deſtitutus ab omnibus, ac dolore tabeſcens, obiit anno *g* 1216. etſi nonnulli ſequente, alii 1218. mortuum velint. Eodem anno 1216. *h* *Innocentius* e vita diſceſſit, 16. *Julii*: cui ſuffectus eſt *Honorius* III.

Fridericus II. *Henrici* VI. filius, *Friderici Ænobarbi* nepos, *Othone* exauctorato anno 1211. ut ait *i* *Vincentius*, tertio ab *Philippi* patrui morte, *Germanorum* ſuffragiis eligitur, cum ſe hactenus *Siciliæ* & *Apuliæ*, materno regno, contineret. Imperator vero anno 1219. circa *S. Ceciliæ* feſtum die *Romæ* dictus eſt ab *Honorio*. Sed fatali generi ſuo in *Romanum* Pontificem inſtinctus odio datam fidem fefellit. Ob id ſacris interdictus ab *Honorio* primum, *Joanne Brenno Hieroſolymorum* Rege deprecante cum eo in gratiam rediit, ſub *k* annum 1222. quo *Jolantam Brenni* filiam duxit, mortua *Aragonum* Regis filia *l* *Maria*, e qua *Henricum* & *Conradum* ſuſceperat. *m* Ex illo *Siciliæ* Regibus *Hieroſolymitani* regni titulus acceſſit. *n* Idem *Saracenos Siciliæ* montibus dejectos in *Apuliam* tranſtulit, ac *Nuceriæ* collocavit.

Sublato e vivis *Honorio* anno 1227. ſuffectus eſt *Gregorius* IX. *o* qui *Fridericum* ex pacto & jurejurando in *Palæſtinam* proficiſci cunctantem anathemate multavit. *p* Imperator anno ſequente in *Syriam* navigans, turpi cum *Sultano* pactione rem *Chriſtianam* prodidit, a quo *Hieroſolymam* precario ac ſpecie tenus impetravit. Reverſus ab oriente totam inteſtinis odiis & factionibus *Italiam* replevit, quæ tum in duas eſt diviſa partes; quarum uni, quæ Pontifici ſtudebat, *Guelforum* nomen inditum, *Gibellinorum* alteri, qui *Fridericum* ſequebantur. Ea nomina apud *Piſtorium* audita primum ſub anno 1240. ut auctor eſt *q* *Blondus*; ut autem *r* *Nauclerus* affirmat, longe antea, *Conrado* III. regnante, in pugna quadam teſſeræ inſtar militaris aſſumpta; ſed ſub *Friderico* ardentioribus propagata ſtudiis, civilem peſtem ac perniciem late per *Italiam* ſparſere. *ſ* *Gibellinæ* partis columen in *Tranſpadanis* erat *Ecelinus* ſtirpis *Teutonicæ* Tyrannus, qui 34. annis *Tridentum*, *Tarviſium*, *Patavium*, *Veronam*, *Brixiam*, aliaſque urbes oppreſſas tenuit; *Friderico* gratus inprimis, cui decem annos ſuperſtes fuit: quippe anno 1260. in conflictu ſagitta ſaucius, & ab hoſte captus, interiit anno ætatis octogeſimo. *t* *Fridericus Henricum* filium in *Germania* rebellantem redegit in poteſtatem, & in *Apuliam* relegavit anno 1235. ubi ſequente anno deceſſit. Cum autem nihil de odio in *Romanam* ſedem ac pervicacia remitteret, eum *Innocentius* IV. qui *Gre-*

A. 1200. Chriſti ad 1250. *i* Urſperg. Chron. Incert. Colm. Citic. Trithem. Vide Joan. Villan. l. 6. c. 1. *k* Vinc. Tom. 4. l. 30. c. 125 Urſperg. *l* Trithem. Chron. *m* Monach. Pad. 1223. *n* Monac. Pad. 1220. *o* Trithe. *p* Id. Villan. 6. c. 37. *Guelfi & Gibellini.* *q* Blond. Dec. 2. l. 7. *r* Trithem. Naucl. Gen. 42. p. 933. Vide Jo. Villan. 5. c. 37. *ſ* Vide Monach. Pad. l. 2. *Ecelinus Tyrannus.* *t* Blond.

gorio

A. 1200. Chriſti ad 1250.

gorio IX. ejuſque ſucceſſori *Cæleſtino* [a] anno 1241. functis, poſt biennii interregnum, ſubſtitutus eſt, a *Chriſtianorum* ſocietate ſubmovit in *Lugdunenſi* Concilio, quod generale habitum eſt anno 1245. eique abrogavit imperium. In eodem Concilio rubri pilei inſigne Cardinalibus datum proditur. Sub hæc novus adverſus *Fridericum* deſignatus Imperator *Henricus Haſſiæ* ac *Thuringiæ* Lantgravius, biennio haud amplius præfuit; & anno 1247. mortuus eſt, cui [b] *Guillelmus Hollandiæ* Comes proximo ab hoc anno ſeptemviralibus Comitiis ſuffectus eſt, *Friderico* in *Ciſalpinos* tumultus intento. Siquidem *Longobardicum* ab eo nomen omne defecerat, contra quos bellum adortus *Parmam* obſedit anno 1247. Sed *Parmenſium* ſubita eruptione disjectus fugatuſque, vix in *Cremonenſem* agrum evaſit anno 1248. [c] Bienoio poſt, anno videlicet 1250. Indictione 8. *Octobris* 18. vita exceſſit in *Apulia*, anno imperii 32. ætatis 57. [d] Fama eſt a *Manfredo*, quem ex concubina genuerat, compreſſo in ſtratis ore præſocatum fuiſſe.

[e] *Friderico* imperante religioſi Ordines inſtituti duo, auctoribus SS. *Dominico* & *Franciſco*, quorum initia variis annis attribuuntur. Obiit prior [f] anno 1221. *Franciſcus* vero [g] anno 1226. Præter quos illuſtres fuere *S. Antonius Patavinus* e *Minorum* familia; *Alexander Alenſis*, e *Dominicanis*; *Albertus Magnus*; *Vincentius Belvacenſis*. Item *Guillelmus Pariſienſis*, aliique, quorum *Vincentius* & *Antoninus* meminere. Feminæ quoque pietate celebres exſtitere, *Elizabetha* Lantgravii *Thuringiæ* uxor, & [h] *Maria Ogniacenſis*, cujus Vitam *Jacobus Vitriacenſis* edidit.

a Fragm. Incert. Blond. & Æneas Silv. 7. Dec. 2.
b Vinc. l. 31. c. 1. Anton. Tyr. 19. c. 45. Monach. Pad. Blond. l. 7. Dec. 2. Joan. Vil. 6. c. 25.
c Suffr. Monach. Pad. Villan. 6. c. 42.
d Trith.
e Blond. Dec. 2. l. 7. Anton. Tit. 19. c. 9. paragraph. 4. *SS. Dominicus, & Franciſcus.*
f Joan. Vill. 5. c. 25. & 24.
g Vinc. l. 30. c. 124. Suffrid. Colm. Chron.
h Trit. Vinc. l. 30. & Anton.

CAPUT II.

De rebus Germaniæ *&* Italiæ *ab anno* 1251. *ad* 1300. *circiter; tum de* Conrado, Manfredo, Conradino, *atque accitis in* Siciliam Francis *& eorumdem clade* Sicula, *ac de* Hiſpanis Siciliam *occupantibus.*

IN *Romani* imperii ſpem Rex ab *Germanis* creatus *Guillelmus Batavus*, *Friderico* ſublato, ſexto anno, qui fuit [i] *Chriſti* 1256. periit, *Friſiorum* inſidiis exceptus.

Poſt hunc diſtractis *Germanorum* Principum ſtudiis [k] anno 1257. alii *Richardum Cornubiæ* Principem, Regis *Angliæ* fratrem, *Romanorum* Regem renunciant; *Alphonſum* alii *Caſtellæ* Regem, Aſtronomiæ ſcientia celebrem. [l] Hic, ſolo contentus imperii titulo, pedem ex *Hiſpania* non movit. *Richardus Francofurtum* advolans, ibique rite regnum auſpicatus, cum effuſis ſumptibus opes omnes exhauſiſſet, in contemptum venit eorum, a quibus erat accitus. Itaque in *Angliam* e veſtigio rediens vacuum *Germaniæ* relinquit imperium; diuque interregoum fuit, [m] donec *Gregorii* X. Pontificis mandato in dictis Comitiis [n] *Rodulphus* ex *Alſatiæ* Comite anno 1273. deligitur; quem ab juſtitia, pietate, bellicaque virtute multum [o] Hiſtoriæ prædicant. Hic *Ottocarum* Regem *Boemiæ* rebellantem prœlio vicit, & occidit, anno 1278. [p] annoque regni 19. mortuus [q] eſt, *Chriſti* 1291.

[r] Proximo ab hoc anno *Romanorum* Rex ſalutatur *Adolphus Naſſanvius* Comes; [s] qui propter crudelitatem & rapacitatem in ordinem redactus eſt, eique ſubrogatus *Albertus Rodulphi* filius, *Auſtriæ* Dux; contra quem *Adolphus* commiſſa acie ad *VVormatiam* occidit [t] anno *Chriſti* 1298.

Interim per *Italiam* civilibus armis infeſta erant omnia. *Conradus Friderici* II. filius ad occupandum *Apuliæ* ac *Siciliæ* regnum venit e *Germania* [u] anno 1251. domitiſque *Neapolitanis*, & eorum disjectis mœnibus, utraque potitus *Sicilia*, a *Manfredo* fratre *Friderici* ſpurio, veneno necatus eſt, [x] anno 1254. relicto filio [y] *Conrado*, quem *Conradinum Itali* nominarunt.

i Colm. Chron. Suffrid.
k Trith. in Hir. Chron. Joan. Villan. 6. c. 75.
l Trith.
m Trith.
n Suffrid. Colmar. Chron.
o Suffrid. Trithem.
p Suffrid. Colmar. Chron.
q Villan. 7. c. 145. Suffrid. Trith.
r Anton. Naucl. Villan. 7. c. 152.
s Suffr.
t Suffrid. Albertus Argent.
u Blond. Dec. 2. l. 8. Anton. Tit. 20. c. 1. Naucl. Villan. 6. c. 44.

A. 1251. Chriſti ad 1300.

[z] *Manfredus* interim, quaſi pro pupillo regnum adminiſtrans, adverſus *Romanos* Pontifices, *Saracenorum*, qui *Nuceriam* obtinebant, auxilio bellum gerit.

Urbanus IV. qui apud *Trecaſſes* in *Galliis* oriundus anno 1261. *Alexandro* IV. ſuffectus erat; is, cujus edicto anniverſarius Dominici corporis inſtitutus eſt dies, *Carolum Andegavorum* Comitem *S. Ludovici* germanum *Siciliæ* Regem dixit.

Quam ad profectionem dum ſe ille comparat, *Urbanus* obiit, eique ſucceſſit *Clemens* IV. de cujus voluntate *Carolus Romanæ* Senator urbis, & Rex utriuſque *Siciliæ* factus, cum pacto aonuæ penſitatioois aureorum duodequinquaginta millium, *Manfredum* [a] anno 1266. ſuperavit & occidit: ac biennio poſtea *Conradinum* cum exercitu in *Italiam* a *Gibellinis* excitum ad *Fucinum* lacum devicit, & in poteſtatem redactum capite multavit anno 1268. cujus morte, *Friderici*, ac *Suevicæ* familiæ ſtirps prorſus exſtinguitur.

Anno 1274. *Gregorius* X. qui, *Clemente* mortuo anno 1270. ſequente eſt electus, [b] Indictione 14. generalem *Lugduni* Syoodum celebravit, io qua de *Romani* Pontificis creatiooe nonnulla conſtituit, *Græcoſque* ad *Romanæ* concordiam Eccleſiæ recepit. [c] Conveoerunt ad hoc Concilium Epiſcopi 500. [d] *Petrus Aragonum* Rex *Manfredi* gener, cujus filiam *Conſtantiam* in matrimonium habebat, hortatu *Joannis Prochytæ* olim domini, nec non *Michaelis Palæologi Græcorum* Imperatoris, qui ſibi ab *Carolo* metuebat, ad invadendam *Siciliam*, tamquam dotalem, animum adjecit. Itaque ambobus inſtigantibus, per totam *Siciliam* occulta conſpiratione facta, eodem die, qui Reſurrectioni Dominicæ ſacratus erat, ſigno, quod convenerat, ad veſpertinam ſynaxim, ut moris eſt, edito, armati *Siculi* oec opinato *Francos* opprimunt, ac ſine ullo ætatis ſexuſve diſcrimine crudeliter martant; adeo ut prægnantium uteros excutiendis fœtibus ferro ſcrutati ſint. Inde *Siculæ veſperæ* in proverbium ceſſere. Id anno [e] 1282. *Martis* 30. contigit. His auſpiciis *Panormi Petrus Siciliæ* regnum adiit, tenuitque, diris licet ab *Romano* Pontifice devotus, quod *Carolus* incaſſum armis repetere aggreſſus, cladem inſuper accepit, *Carolo Claudo* ejus filio navali pugna ſuperato captoque [f] anno 1284. Huic præter ſpem, quod affinis ſui *Conradini* necem ulturus putabatur, pepercit *Petrus*, [g] qui anno 1285. quo *Siciliæ* Rex *Carolus Jannarii* 7. diem clauſit, ut in *Philippi Vita* ſcribit *Nangiſius*, cum datum in prædam ex ferali ſententia patrium regnum defenderet, contra *Philippum Franciæ* Regem dimicans occubuit, dictis ex teſtamento heredibus filiis, *Friderico Aragoniæ*, *Jacobo Siciliæ*. Qui, *Conſtantiæ* matris rogatu, *Carolum* certis conditionibus [h] anoo 1288. dimiſit: inter quas hæc erat, uti *Aragonum* Regi cum *Romani* Pontificis gratia *Siculi* regni jus impetraret: quod eſſe ratum vetuit *Nicolaus* IV. ex quo bellum de integro ambos inter exarſit. [i] Quod, ſequeſtre *Bonifacio* VIII. qui S. *Cæleſtino* III. ſponte ſe abdicanti ſucceſſerat, anno 1299. pacatum eſt, cum *Jacobus Sicilia* ceſſiſſet. Verum *Siculi*, [k] *Friderico Jacobi* fratre ad regnum evecto, *Carolo* ac Pontifici reſtiterunt.

Per eadem tempora inteſtinis motibus reliqoa omnis ardebat *Italia*; *Venetis* præſertim ac *Genuenſibus* potentiſſimis civitatibus mutuam in peroiciem tota atrocitate bachantibus: quarum diſſenſio parvis ex initiis apud *Ptolemaidem Syriæ* oppidum exorta ſub annum [l] 1260. mutuas utriſque calamitates attulit.

x Colm. Chron.
y Trithem.
z Blond. Anton. Naucl. Nangis in Vita S. Lud. Joan. Villan. 6. c. 47. & 90. & l. 7. *Carolus Andegavenſis Siciliæ Rex.*
a Suffrid. Blondus. Dec. 2. l. 8. Anton. Trithem. Naucl. Nangis Pand. Villan. 7. c. 9. & ſeq. *Conradini mors.*
b Trithem.
c Blond. Dec. 2. l. 8. Nang. in Philippo. Joan. Villan. 7. c. 44.
c Nangis in Vita Philippi.
d Blond. Fazel l. 8. Par. 2. Anton. Tit. 20. c. 4. Nang. in Vita Philippi. Pand. Collenut. Joan. Villan. 7. c. 37. & ſeq. *Veſperæ Siculæ.*
e Blond. Dec. 2. l. 8.
f Colm. Chron. Villan. 7. c. 92. & ſeq.
g Blond. l. 8. Dec. 2.
h Naucl.
i Fazel. Dec. 2. l. 9. Naucl. Villan. 8. c. 13.
k Naucl.
l Blond. Dec. 1. l. 8.

A. 1205. Chriſti ad 1300. [a] Naucl. [b] Trith. in Chr. Hirſaug. [c] Anton. Colmar. [d] Anton. [e] Naucl.

Ex tempeſtate ornabant Eccleſiam omni ſanctitatis ac litterarum gloria SS. *Bonaventura* & *Thomas Aquinas*, [a] qui ambo anno 1274. in cælum recepti ſunt. *Thomæ* item Præceptor *Albertus M.* [b] qui anno 1280. obiit, anno ætatis 87. [c] *Petrus* quoque *Martyr* anno 1252. ab Hæreticis obtruncatus eſt. Obiit & S. *Clara B. Franciſci* popularis [d] anno 1253. Et ex eodem Ordine S. *Ludovicus Toloſanus* Epiſcopus, *Caroli* II. *Siciliæ* & *Apuliæ* Regis filius. [e] Vixit & *Nicolaus Lyranus* hoc tempore, Doctor *Pariſienſis* ex Minorum Ordine.

[f] Bern. de Lutzemb.

[f] *Raimundus Lullus Majoricenſis* circa annum 1290. in ea inſula floruit ambigua fama. S. *Ivo* in *Armoricis*, & S. *Rocus* in *Narbonenſi* provincia ſanctitate præſtiterunt.

CAPUT III.

De Latinis Conſtantinopoli *imperantibus*, *ac rebus in Oriente geſtis ab anno* 1205. *ad* 1300. *Ubi de recuperata a* Græcis Conſtantinopoli, Tartarorum *excurſione*, *ac Terra ſancta* Chriſtianis *penitus erepta*.

Balduinus Imperator Conſtantinopolitanus. [g] Blond. Dec. 2. l. 6. [h] Niceph. Greg. l. 1. [i] Nicet.

C*Onſtantinopolim Latini* annos octo & quinquaginta tenuerunt. Primus in ea regnavit, ut dictum eſt, *Balduinus*, qui cum expeditionis ſociis imperium partitus eſt; *Venetis* præſertim, ac *Genuenſibus*. Quorum illi *Ægæi* maris inſulas, *Cretam*, & *Eubœam*, aliaque ceperunt, ait [g] *Blondus*: at *Genuenſes Cretam* occupaſſe *Nicetas* prodidit, [h] *Bonifacius Montisferrati* Marchio novum *Theſſalonicæ* regnum inſtituit.

Henricus Imperator. [k] Anton. Tit. 19. c. 3. *Petrus Imperator.* [l] Niceph. Greg. p. 11. & 40. [m] Anton. Tit. 19. c. 3.

[i] *Balduinus* anno vertente a *Bulgaris* victus captuſque anno 1205. Indict. 8. *Aprilis* 15. ac menſes ſedecim in vinculis habitus, per ſummos cruciatus ab *Joanne Bulgarorum* Rege perimitur. At tum demum *Henricus Balduini* frater ad imperium evehitur anno 1206. Quam *Latinorum* moderationem, haud præpropere ſibi regnum uſurpantium ante legitimi Principis obitum, *Nicetas* prædicat, popularium ſuorum ambitionem immanitatemque deteſtans, qui per Imperatorum cædes ad tyrannidem graſſari ſolebant. *Henricus* 10. circiter imperavit annos. Moritur enim [k] anno 1. *Honorii* tertii, *Chriſti* 1216. cui ſucceſſit *Petrus Antiſſiodorenſis*, qui *Jolantam Henrici* ſororem, ut [l] *Nicephorus* auctor eſt, vel ut alii, filiam duxerat. [m] Hic ab *Honorio* III. *Romæ* coronatus, dum in *Thraciam* proficiſcitur, a *Theodoro Dyrrachii* Principe perfidioſe captus, & a *Theodoro Laſcari* trucidatus eſt.

Robertus Imperator. [n] Nangis in Vita S. Lud. p. 448. Niceph. p. 58. Naucl.

Robertus Petri filius poſt hunc imperavit. Inde *Balduinus Roberti* frater. Qui [n] anno 1261. recuperata ab *Græcis Conſtantinopoli*, in Occidentem reverſus, ad *Carolum Siciliæ* Regem adiit, ejuſque filiam filio ſuo deſpondit, *Conſtantinopoli* promiſſa, ſi illius ope recuperare poſſet. Itaque *Latini Conſtantinopoli* potiti ſunt annis 58.

[o] Nicet. Niceph. Greg. p. 7. *Theodor. Laſcaris.* [p] Niceph. p. 11. [q] Niceph. in fine lib. 2. [r] Niceph. ſextio l. 3. [s] Niceph. l. 3. p. 29. [t] Niceph. l. 4. Joan. Villan. 6. c. 72.

Latinis Conſtantinopolim obtinentibus, [o] *Theodorus Laſcaris* a *Græcis* Imperator creatus, *Nicææ* in *Bithynia* ſedem habebat; homo bellicis rebus inclytus, qui *Turcas* ab *Alexio* ſocero contra ſe concitatos magna ſtrage delevit, eorumque *Sultanum* ſuapte manu peremit. Moriens [p] anno imperii 18. *Chriſti* 1222. ſucceſſorem deſignavit generum *Joannem Ducam*; a quo pleraque de *Latinis* recepta. [q] Imperavit annos 33. & mortuus eſt anno *Chriſti* 1225.

Theodorus Laſcaris Joannis filius patrem excepit [r] annos natus 33. qui quarto anno imperii, *Chriſti* 1259. moritur. Siquidem ætatis [s] anno 36. obiit, ſex annorum filiolo relicto *Joanne*. Verum

[t] *Michael Palæologus Comnenus*, maternum ab *Alexio Comneno* trahens genus, & *Andronici Palæologi* filius, excæcato poſt annos 4. pupillo [u] decimum annum agente, imperium uſurpat. Cujus artibus *Conſtantinopolis* per *Alexium Cæſarem* cum 800. haud amplius militibus proditione capitur. Subinde tamen imminentem *Conſtantinopoli Carolum* Regem *Siciliæ* veritus ad *Romanæ* concordiam Eccleſiæ reſpexit; ac legatos in *Africam* uſque miſit ad S. *Ludovicum* anno illo, quo mortuus eſt, 1270. ut ſcribit [x] *Pachymeres*. Anno vero 1274. [y] *Lugdunenſe* Concilium, cum eo legatos ſuos deſtinaſſet, & conditum in eo decretum fidei ratum habuit. [z] Idemque *Siculam* in *Francos* conſpirationem anno 1282. opibus & auctoritate ſua promovit. [a] Obiit anno *Græcorum* 6791. *Chriſti* 1283. & quod in *Latinos* propenſior fuiſſet, ſeque cum *Romano* Pontifice conjunxiſſet, [b] ab *Andronico* filio ne plebejo quidem ritu ſepultus, haud procul caſtris, in quibus tunc erat, humo eſt obrutus, cum imperaſſet annos poſt *Joannis* pupilli abdicationem circiter 23.

A. 1205. Chriſti ad 1300. [u] Niceph. p. 43. *Michael Palæologus Conſtantinopolim recuperat.* [x] Pachym. in Frag. a nobis ed. p. 300. [y] Vide Niceph. Greg. l. 5. [z] Anton. Tit. 20. c. 4. paragraph. 5. [a] Niceph. p. 72. [b] Niceph. 6.

[c] *Andronicus Michaelis* filius, mortuo *Michaele* filio, ejus filium *Andronicum* deſignavit heredem imperii. Qui adverſus avum rebellans ſæpius, tandem extrema ſenectute confectum abdicare coegit capta *Conſtantinopoli*. Ita privatus exceſſit [d] an. *Græcorum* 6840. *Chriſti* 1332.

[c] Niceph. Greg. *Andronicus Imperator.* [d] Niceph. l. 11. p. 215

Tartarorum excurſio. [e] Monac. Pad. [f] Naucl. vol. 2. Gen. 42. [g] Vincent. l. 29. c. 88. [h] Vincent. ibid. & c. 89. & l. 31. c. 1. [i] Vincent. 3. c. 28. Nang. in Vita S. Ludov. [k] Vincent. l. 32. Jo. Villan. 6. c. 61. [l] Monac. Pad. Vincent. l. 30. c. 84. & ſequ. Blond. Dec. 2. l. 7. Trithem. in Chron. Hirſaug. Oliv. Schol. Jo: Tr. l. 5. 39. [m] Vincen. 30. c. 86.

Hoc ſæculo *Tartarorum* gens hactenus *Indiæ* Regibus ſubjecta, eorum excuſſo jugo privatoque conſtituto imperio, [e] ſub annum 1202. late per orbem diffuſa, vaſtitatem circumtulit. Horum pars, *Georgiana*, *Armenia*, aliiſque direptis provinciis, *Tranſſylvaniam* & *Poloniam*, populabunda percurrit [f] circa annum 1241. [g] *Bathone* duce; quo amiſſo, fame compulſi poſt triennium ſeſe receperunt. [h] Pars altera *Coraſmios Parthici* generis ſedibus ſuis pepulit; qui ab *Ægypti Sultano* pretio conducti, *Francis* in *Palæſtina* fuſis, Dominicum ſepulcrum everterunt ſub [i] annum 1244. Hos inſecuti *Tartari Perſidem* invadunt, [k] ac *Turcas*, eorumque *Sultanum Iconii* regnantem, in fugam conjiciunt. [l] Sequente anno *Turcæ* pactione tributi pacem ab illis redimunt. His de cauſſis *Innocentius* IV. *Dominicanæ* familiæ Monachos aliquot ad *Tartaros* miſit. Cujus profectionis hiſtoriam [m] *Vincentius* expoſuit.

Expeditio S. Lud. [n] Nang. Vincent. l. 31. c. 89. Jo: Suffrid. Monac. Pad. Sanut. l. 7. par. 12. Nauc. Joe Villan. 6. c. 37. [o] Sanut. l. 3. p. 12. c. 21. & 22. Blond. Dec. 2. l. 8. & 9. Nauc.

In *Palæſtinam* quoque *Chriſtianæ* quædam expeditiones factæ ſunt, [n] quarum una celeberrima fuit ann. 1218. quando *Leopoldus Auſtriæ* Dux & *Andreas Hungariæ* Rex, cum *Joanne Brenno Hieroſolymitano Damiatam* obſeſſam poſt menſes 18. expugnarunt. Sed dum ſucceſſu hoc elati Barbaros perſequuntur, immiſſo in eorum caſtra *Nilo*, pacis conditiones ab illis accipere, ac quæ ceperant reddere ſunt coacti anno 1221. At biennio ante *Conradinus Saphadini* filius *Hieroſolymam* funditus diruit, præter templum Domini, & turrim *Davidis*. Poſtea *Innocentius* IV. in *Lateranenſi* concilio anno 1245. *Chriſtianis* Principibus ſacræ militiæ ſignum edidit: quo *Sanctus Ludovicus* excitatus cum valida manu trans mare navigavit anno 1248. Tota belli moles in *Ægypti* urbem *Damiatam* incubuit, quæ anno 1249. in *Francorum* poteſtatem venit. Sed in eorum caſtra peſtilenti e circumjectis paludibus afflata lue, deditionem facere, paciſque leges accipere coacti ſunt, ut *Damiata* reddita tuto inde liceret egredi. [o] Poſtremo anno 1291. *Ptolemais*, *Tyrus*, & quicquid in *Syria Chriſtiani* nominis reſiduum erat, ſub *Turcarum* ditionem venit: ex eoque ſacras expeditiones in Orientem *Chriſtiani* deſiere facere.

C A.

A. 1200. Chriſti ad 1300.

CAPUT IV.

De rebus Francicis *ab anno circiter* 1200. *ad* 1300. *ſub* Philippo, Ludovico *VIII.* Ludovico *IX.* Philippo Audace, *ac* Philippo Pulchro.

a Hiſt. Albig. Vincen. l. 29. & 30. Anton. Tit. 19. c. 3. *Albigenſe bellum.*

a REgnante in *Galliis Philippo* pium bellum in *Tectoſagis*, ac *Narbonenſi*, quam *Occitaniam* vocant, provincia motum eſt adverſus *Albigenſes* Hæreticos, *Manichææ* ſectæ colluviem: quorum partes *Raimundus Toloſanus* Comes, & *Aragonum* Rex impigre tutabatur. Contra quos *Innocentii* III. hortatu *Catholici* Principes coorti ſunt; duce ab omnibus conſtituto *Simone Monteſortio*, viro peræque religioſo ac ſtrenuo. Qui illorum ſæpe debellatis copiis, in *Toloſana* obſidione glorioſam mortem oppetiit b ann. 1218. Idem bellum ab *Ludovico* VIII. *Sancti* patre, anno 1226. inſtauratum, ab ejus filio 1229. terminatum eſt. Quo *Raimundus* Comes, ejurata *Lutetiæ Pariſiorum* hæreſi, filiam ſuam *Alphonſo S. Ludovici* fratri cum *Toloſani* Comitatus dote collocavit.

b Vincen. 30. c. 35. An.

c Roder. Sant. p. 3. c. 35. Franc. Taraſa Marian. l. 11. c. 23. & ſeq. Blond. Dec. 2. l. 6.

c Eadem tempeſtate ſacrum alterum in *Hiſpaniis* bellum contra *Saracenos Alphonſo Caſtellæ* Rege ſecundum fuit. *Miramolinus Tuniſii* Rex totam vincendo pervagatus *Hiſpaniam*, *Arelatum* & *Avenionem* uſque perruperat. Sed anno 1212. Regum quatuor, *Caſtellæ*, *Aragoniæ*, *Luſitaniæ*, & *Navarræ*, oppoſitis ad *Toloſam Hiſpaniæ* oppidum copiis tanta ſtrage profligati ſunt *Arabes*, ut ducenta millia cecidiſſe dicantur: e *Chriſtianis* viginti quinque haud amplius occubuerunt. Ea pugna facta eſt *Julii* 16. feria 2. ut *Mariana* ſcribit. Secundum quam *Saracenorum* in *Hiſpania* res inclinare cœperunt: adeo ut paullatim amiſſis ceteris provinciis, nihil iis præter *Granatenſe* regnum reliquum fuerit.

Ludovicus VIII. d Geſta Ludov. 8. Vincent. l. 30. e Geſta Ludov. 8.

d In *Galliis Ludovicus* VIII. *Philippo* patre mortuo regnavit anno 1223. qui ſequente anno, *Rupella*, aliiſque cis *Garumnam* expugnatis oppidis, citeriore omni *Aquitania Anglos* expulit e anno 1224. Biennio poſt *Chriſti* 1226. ex *Albigenſi* expeditione rediens, in *Arvernis* apud *Montempenſerium* anno regni 4. ex morbo periit, *Novembris* 8. quæ tum in Dominicam incidit.

f Nangis. Vincent. 30. c. 129. *S. Ludovicus IX.*

f Eodem anno, prima Adventus Dominica apud *Remos* conſecratus eſt *Ludovicus* IX. octavi filius, *Francici* decus nominis, ætatis anno 12. etſi *Vincentius* 14. tribuat; qui inter Sanctos ob innocenter actæ vitæ meritum a *Bonifacio* VIII. eſt adſcriptus. Hic initio principatus *Theobaldum Campaniæ*, & *Hugonem Marchiæ* Comites, alioſque contra novum Regem conjuratos Principes armis ad obſequium compulit. Pace dehinc ubique parta, gravi ex morbo recreatus g anno 1244. crucis inſigne cepit, atque in *Ægyptum* eo, quem ſupra demonſtravi, exitu bellum invexit. Quo perfunctus, quinque in *Palæſtina* per omnia *Chriſtianæ* pietatis officia exegit annos, *Blanca* interim matre procurante regnum, *Alphonſi Caſtellæ* Regis, & *Eleonoræ Henrici* II. *Angliæ* Regis filia.

g Nangis. Vincent. Joinvill.

Poſt cujus obitum eo reverſus, omnes regiæ pariter & *Chriſtianæ* virtutis numeros implevit. h Sed vehementioribus in dies propagandæ Religionis accenſus ſtimulis, quaſi prior ex voto ſucceſſiſſet, novam contra *Saracenos* in *Africam* expeditionem obiit anno 1269. ac ſequente, caſtris ad *Tunetum* poſitis, vulgata per exercitum lue contactus ſanctiſſimam efflavit animam 8. Calendas *Septembris*, ann. ætatis 56. regni 44. *Chriſti* 1270.

h Id. & Joan. Villan. l. 7. c. 36.

i Nang. Villan. c. 39.

i Eodem, quo mortuus eſt *Ludovicus*, die *Carolus Siciliæ* Rex ejus frater cum valida claſſe ad *Africæ* litus appulit. Cujus auxilio *Franci* animis erecti Barbaros ita contuderant, ut ad pacem poſtulandam vel iniquis conditionibus adigerent.

A. 1200. Chriſti ad 1300.

Philippus Audax. k Nang. in Vita Philippi.

k *Philippus Ludovici* filius, *Audax* dictus, anno 1270. *Francorum* Rex appellatus in *Africa*, ſequente anno, ipſo die Aſſumptioni Virginis ſacro, apud *Remos* de more coronatus eſt. Ejus patruus *Alphonſus Pictavorum* ac *Toloſatium* Comes, ex *Africa* rediens moritur in *Tuſcia*; cujus vacuam ſucceſſoribus hereditatem *Philippus* adiit. *Vaſcones*, qui *Navarræi* vocantur, expugnata *Pompejopoli* ad obſequium reduxit l anno 1276. m *Petro* vero *Tarraconenſium* Rege, a quo *Siciliam* occupatam antea docuimus, ab *Romano* Pontifice ſacrorum uſu prohibito, ejuſque regno in *Carolum Valeſium Philippi* filium translato, ut in ejus poſſeſſionem illum mitteret *Philippus*, totis viribus *Tarraconenſem* oppugnavit anno 1284. ac *Gerunda* potitus eſt: cujus in obſidione *Petrus* lethali accepto vulnere deceſſit; n graſſante peſtilentia, dum ſe inde *Franci* recipiunt, *Rogerius Tarraconenſis* claſſis præfectus nec opinantes aggreditur. Qui igne oppido ſimul ac navibus ſuis injecto, per *Pyrenæi* anguſtias ferro ſibi iter aperiunt, *Philippus* ingraveſcente morbo *Perpiniani* diem obiit *Octobri* menſe anno 1285. o qui trium morte Regum inſignis ad memoriam fuit, *Caroli Siculi*, *Petri Tarraconenſis*, & *Philippi Franci*. Regnavit *Philippus* annos amplius 15. p Filios ſuperſtites habuit ex *Iſabella Tarraconenſi Philippum*, & *Carolum Valeſium*. Ex *Maria Brabantina Ludovicum Ebroicenſem*.

l Nang. m Id. & Joan. Villan. l. 7. c. 103. & ſeq.

n Villan. 7. c. 10. Gaguin. Æmil.

o Paul. Æmil.

p Gaguin. Æmil. Til.

Philippus Pulcher. q Annal. Franc. Gaguin. Æmil.

q *Philippus pulcher* regnum adiit anno 1285. ſed anno 1286. octavo Eid. *Januarias* conſecratus, 29. regnavit annos, quibus aſſidua fere cum *Anglis*, & eorum fœderatis *Flandris*, bella ſuſcepit. *Eduardus* II. *Angliæ* Rex, *Northmanniam* & *Aquitaniam* invadens, magna clade repreſſus eſt duce *Carolo Valeſio*, anno 1293. per eumque *Aquitania* recepta.

Guido Flandrenſis Comes, *Eduardi* partes ſecutus, cum eo victus eſt ad *Furnas* anno 1295. Poſt anno 1279. *Flandri* ab eodem *Valeſio* perdomiti, rurſus ab Rege deficiunt. r Cujus exercitus ad *Curtracum* cum ſeditioſis infeliciter pugnavit anno 1302. Sed biennio poſtea ad *Audomaropolim* eorum profligatis copiis, res ad compoſitionem eſt deducta.

r Joan. Villan. 8. c. 35.

ſ Cum *Bonifacio* quoque Pontifice ejus nominis VIII. *Philippo* negotium fuit; qui ſacram militiam detrectantem *Franciæ* Regem anathemate perculit anno t 1302. Quem *Sarra Columnenſis* cum *Nogareto* Equite *Franco* in *Italiam* profectus, improviſo comprehenſum *Anagniæ*, *Romam* perduxit; ubi ex mœrore animi *Octobris* 11. vitam finiit anno 1303. Huic ſublectus *Benedictus Philippum* communioni reſtituit. *Benedicto Clem.* V. ex Archiepiſcopo *Burdegalenſi* ſubrogatus eſt anno u 1305. qui Pontificiam ſedem *Avenionem* tranſtulit, ubi annis hæſit amplius 70. x Hujus decreto damnati *Templarii*, deque iis ab *Philippo* Rege ſumptum ſupplicium anno 1307. & eorum fortunæ partim *Hoſpitalariis*, ut vocant, adjudicatæ, partim in fiſcum relatæ. Exceſſit e vita *Philippus*, ut y quibuſdam placet, anno 1313. z alii ſequenti malunt *Novembris* 29. quod & pluribus probatur. Ex quo liquet, eum triceſimo regni anno ineunte mortem obiiſſe.

ſ Joan. Villan. 8. c. 62. Blond. Dec. 2. leg. 9. t Chron. Colmar. Conrad. Vecer. in Henr. 7. Plat. Vill. u Joan. Vill. 8. c. 80. Bern. Guid. Plat. x Albert. Argent. Plat. Vill. 8. c. 29. *Templarii.*

Rege S. *Ludovico* a *Robertus Sorbona* Theologus Collegium Theologorum inſtituit, quod hactenus illius nomen retinet, b circa annum 1243.

y Gag. Æmil. z Joan. Vill. 9. c. 65. Till. a Joan. Vill. b Geneb.

C A-

Digitized by Google

CAPUT V.

De Imperii Occidentalis rebus in Germania & Italia.

Ab anno *Chriſti* 1300. ad 1400.

a Conr. Vecer. in vita Henrici 7. Alb. Argent. Blond. Dec. 2. l. 9. Naucl. b Albert. *Henricus Lutzemburgenſis Imperator.* c Albert. Naucl. Villan. 9. c. 42. d Conr. Vecer. Alb. Argent. Naucl. Dec. 2. l. 9. Villan. 9. c. 51. *Ludovicus Bavarus.*

a ALbertus *Auſtriacus*, *Romanorum Rex*, *Rudolphi* Imperatoris filius, ab *Joanne* fratris filio anno 1308. Calendis *Maiis* nefarie trucidatur; anno regni 10. eique *Henricus Lutzenburgenſis* Dux b Calendis *Novembris* ſublegitur. Qui in *Italiam* profectus contra *Gibellinam* factionem bellum fortiter gerit: ac plurimis, qua vi, qua deditione, potitus oppidis, *Romæ* c anno 1312. coronatur. *Neapolitanum* regnum per id tempus obtinebas *Robertus* ex anno 1309. quo *Carolus* II. cognomento *Claudus*, ejus pater obierat. Hunc *Henricus* armis perſequens, imperatoria auctoritate proſcriptum *Italia* ſtatuerat pellere. d Sed in eo conatu, anno 1313. in agro *Senenſi*, non ſine veneni a *Dominicano* Monaco dati ſuſpicione, eſt exſtinctus.

e Bernard. Guidon. Naucl. Plat. Joan. Villan. 9. f Blond. Albert. Plat. Villan. l. 10. g Villan. 9. & 10. Blond. D. 2. l. 10. *Turba in Neapolitano regno.* h Joann. Villan. l. 10. c. 225. i Idem. l. 12. c. 9. k Idem c. 50. & ſeq.

Poſt menſium 14. interregnum, diviſis biſariam Principibus, plures *Ludovicum Bavariæ* Ducem, *Fridericum* alii *Auſtriacum* Imperatorem deſignant. *Ludovicus* injuſſu *Romani* Pontificis, qui tum *Avenione* ſedem habebat, e erat is *Joannes* XXII. qui poſt *Clementis* V. obitum, biennio interjecto, Pontificatum inierat anno 1316. ſeptimo idus *Auguſti*, Sabbato, pro Imperatore ſe gerens illius exacerbavit animum. Igitur *Friderico* victo captoque anno 1323. exſultantem *Ludovicum Joannes* diris exſecratur ſequente anno. f Quo contempto *Bavarus Italiam* adiit, ac *Romæ* imperii ſumptis inſignibus, g *Petrum Corbarienſem* ex *Franciſcanorum* Ordine ad Pontificatum evexit, qui *Nicolaus* V. appellatus eſt.

g Inter hæc ſervebat *Italia* civilibus diſcordiis, peſſimque dominatum per civitates occupant principes viri: quibus legitimam deinde poteſtatem *Benedictus* XII. Papa permiſit, ut eorum contra *Bavarum* parata haberet auxilia. Sic *Scaligeri Veronæ*, viciniſque in oppidis, *Eſtenſes Ferrariæ*, *Gonzagæ Mantuæ* conſederunt.

Albert. Naucl. Pand. 5. Matth. Villan. 1. c. 8. l Fazel. poſter. Dec. l. 9. m Pand. 5. Joann. Villan. 12. c. 106. & ſeq. n Plat. Paull. Æmil. o Geſta Pont. Aquit. Pandulph. p Albert. Naucl. Joann. Villan. l. 12. c. 59. & 105. q Naucl. Trithem. Albert. r Matt. Villan. 5. c. 1. ſ Albert. t Hiſtor. Rom. Pont.

Robertus Rex *Neapolitanus* h anno 1333. *Joannam* neptem *Andreæ Caroli Hungariæ* Regis filio ſeptenni deſpondit. i Dehinc anno 1343. paullo ante mortem, quæ *Januarii* 19. accidit, *Joannæ Andreæque* nuptias peregit. *Joanna* biennio poſt, k anno ſcilicet 1345. *Andreæ* laqueo gulam fregit, & *Ludovicum Tarentinum* ſibi copulavit. Tum *Ludovici Hungariæ* Regis metu, qui ad ulciſcendam fraternam necem in armis erat, l pacem fœduſque cum *Siciliæ* Rege compoſuit anno 1347. indeque ſe in *Provinciam*, quæ juris ipſius erat, recepit ſequenti anno, m quo *Ludovicus Hungarus Neapolitanum* regnum invaſit. n Ab hac *Clemens* VI. ſummus Pontifex *Avenionem* emit; o *Joannam*que certis cum *Hungaro* pactis editis *Neapolitano* regno reſtituit. *Ludovicus Bavarus* obiit p anno 1347. *Octobris* 11. cum ſuperiore anno novus adverſus illum deſignatus *Cæſar* eſſet.

q *Carolus* IV. *Lutzenburgenſis Joannis* Regis *Boemiæ* filius, qui anno 1355. r die Paſchatis, 5. *Aprilis*, *Romæ* coronam accepit: ac ſtatim ex lege, quam ei ſummus Pontifex dixit, *Roma* & *Italia* ceſſit. Imperavit annos ab obitu *Ludovici* 31. menſeſque propemodum duos. ſ Mortuus eſt enim anno 1378. *Novembris* 29. cum biennio ante, *Chriſti* 1376. redemptis magna pecuniæ vi Septemviralibus ſuffragiis, *Venceslaum* filium *Romanorum* Regem creaſſet.

t Eodem anno 1376. *Gregorius* XI. hortante *S. Catharina Senenſi*, quæ tum ſanctitate clarebat, *Avenione* profectus *Septembri* menſe *Romam* rediit, anno poſt tranſlatam inde ſedem in *Gallias* 71. Verum u poſt *Gregorii* mortem, quæ incidit anno 1378. fœdum ac diuturnum Schiſma fuit ad annum circiter 40. cum alii *Romæ*, *Avenione* alii Pontifices ſederent. Id *Joannæ Neapolitanæ* opera inſtitutum, quæ *Urbanum* VI. *Gregorii* ſucceſſorem verita, *Gallicanarum* partium Cardinalibus animos fecit, ut illatam prioribus Comitiis ſibi vim cauſſati, *Clementem* VII. novum Pontificem facerent. Is *Avenionem* ſeceſſit; quem *Joanna* ſecuta x *Ludovicum Andegavenſem Caroli Francorum* Regis fratrem adoptat: quam anno denique 1381. *Carolus Dyrrachinus*, *Caroli Dyrrachini* filius, in quem *Urbanus Neapolitanum* regnum tranſtulerat, eodem, quo *Andream* olim conjugem necarat, mortis genere ſuſtulit. *Ludovicus* y biennio poſt aditam *Italiam* infectis, ut ferunt, veneno fontibus cum pleraque Nobilitate periit z anno 1383.

u Boſq. edita. Naucl. Plat. x Naucl. Plat. Onuphr. Froſſard. l. 2. c. 12. *Schiſma diuturnum.* y Naucl. Æmil. Pand. Coll. 5. y Naucl. z Joan. Tilius. a Naucl. vol. 2. Gen. 46. *Sancti vel eruditi*

a *Urbano* V. ſummo Pontifice *S. Brigitta Romam* venit, ubi tum erat Pontifex; & inſtitutum a ſe Ordinem ratum ut eſſe vellet, obtinuit circa annum 1366. Nec multo poſt *Jeſuatis S. Joannes Columbinus* initium dedit. Eadem ætas & viros tulit eruditos, *Franciſcum Petrarcham* & *Joannem Bocacium Etruſcos*; *Paullum Burgenſem* Theologum; *Bartolum* & *Baldum* Juris ſcientia nobiles. *Ludovico* vero *Bavaro* imperante *Joannes Okam* ſubtilitate ingenii præſtitit.

Venceslaus. b Naucl. Egnat. Æmil. in Carolo 6. c Tom. 21. Ger. Script. in fine Tri. d Polyd. l. 2. de Invent. c. 10. *Bombardæ inventæ.* e Anton. Matth. Palmat. f Anton.

b *Venceslaus* poſt *Caroli* patris obitum annos circiter 22. ſic adminiſtravit imperium, ut conſenſu principum c anno 1400. ſumma illi dignitas abrogata ſit. d Hoc Imperatore tormenti bellici genus, quod ab fremitu *Bombardam* vocant, inventum dicitur, quodam auctore *Germano*: illoque *Veneti* primum bello uſi feruntur eo, quod ad *foſſam Clodiam* cum *Genuenſibus* geſſerunt anno 1380. e Ab eodem Imperatore *Joannes Galeacius Mediolanenſium* Dux renuntiatus eſt ingenti perſoluto pretio. Qui occiſo *Bernabone* avunculo, eodemque ſocero ſuo, *Mediolanum* invaſerat, eumque dominatum firmiſſimis præſidiis ac ſummorum Principum affinitatibus impenſe firmaverat. Hujus filiam *Valentinam Ludovicus Aurelianenſis*, *Caroli* ſexti *Francorum* Regis germanus, habebat in matrimonio. f Ipſe magnis ſucceſſibus in dies elatior totius *Italiæ* principatum agitabat animo: cum præter *Inſubres*, *Bononiam*, *Senas*, *Peruſiam*, *Piſas*, *Umbriæ* partem, *Veronam* inſuper & *Vicetiam* cum aliis civitatibus obtineret, ac *Florentinorum* rebus inhiaret, quibus cum aſſiduum illi bellum erat.

g Meyr. 14. Froſſard. l. 4.

Venceslao Imperatore, g anno 1396. cum *Sigiſmundus* Rex *Hungariæ* ejus frater contra *Bajazethum Turcarum* Principem per *Pannonias* dira clade graſſantem ab *Chriſtianis* opem peteret, magnam *Galli* expeditionem fecerunt; cui *Philippus Burgundiæ* Dux *Joannem* præfecit filium. Sed avidius inito ad *Nicopolim* certamine, noſtrorum temeritate *Turca* ſuperior fuit. Multi & in prœlio & in vinculis immaniter occiſi. Dux ipſe *Joannes* cum aliis principibus viris ægra vitam impetravit, grandique ære eſt redemptus.

CAPUT VI.

Franciæ *res ab anno* 1300. *ad* 1400. *circiter*, *ſub* Ludovico Hutino, Philippo Longo, Carolo Pulchro, Philippo Valeſio, Carolo *V.* & *VI.*

Ludovicus Hutinus. h Gaguin. Æmil. i Annal. Franc. *Joannes Poſthumus.*

h IN *Galliis Ludovicus Hutinus*, quæ vox rixoſum & pervicacem ſignificat, poſt *Philippum Pulchrum* regnavit anno 1315. cum jam *Navarræorum* Rex creatus eſſet; ac ſedecimo menſe mortuus eſt. i Hic Senatum in regio Palatio *Lutetiæ* collocatum ordinarium inſtituit. Deceſſit ann. 1316. *Junii* 5. *Clementia* uxore gravida relicta, quæ *Joannem Poſthumum* peperit. Sed eo intra diem octavum vi-

ta

A. 1300. Chriſti ad 1400.

[a] Idem. [b] Idem. *Carolus Pulcher.* [c] Id. & Villan. 10. c. 88. *Philippus.* [d] Froſſar. l. 1. c. 4. [e] Froſſar. l. 1. Gaguin. Æmil. [f] Froſſar. 1. c. 51. Pont. Rom. Hiſt. Boſ. in Clem. 6. Gaguin. Æmil. Villan. 11. c. 109. & l. 12. [g] Froſſard. 1. c. 132. [h] Froſſard. 1. c. 129. Alb. Argent. [i] Froſſard. 1. c. 140. Matth. Villan. 1. c. 25. [k] Albert. Gaguin. Æmil. Matth. Villan. Ibid. [l] Idem. [m] Froſſard. 1. c. 113. Matth. Villan. 1. c. 74. [n] Æmil. Till. *Joannes Rex.* [o] Froſſard. 1. c. 139. & ſeq. Matth. Villan. 7. c. 15. [p] Matth. Villan. ibid. Gaguin. Æmil. *Carolus V.* [q] Gaguin. & Æmil. [r] Froſſard. 3. c. 246. Gaguin. Æmil.

ta functo, *Francorum* Rex, rejecta *Johanna Hutini* filia, ex lege *Salica*, nuncupatus eſt.

[n] *Philippus Longus*, *Hutini* frater, qui annis 5. ſceptrum tenuit, obiitque anno 1322. *Januarii* 6.

[b] *Carolus* hunc germanus excepit, cognomento *Pulcher*: cui, anno 1328. ſexto regni, mortuo, cum nullus ex *Philippi Pulchri* ſtirpe reliquus eſſet,

[c] *Philippus Valeſius*, *Caroli Valeſii*, qui *Philippi Pulchri* frater erat, filius, ex eadem *Salica* lege ſucceſſit, nequicquam obſiſtentibus *Anglis*, [d] quorum Rex *Eduardus* tertius *Iſabella Philippi Pulchri* filia genitus regnum ſibi vendicabat. Quæ contentio populum utrumque longo ac difficili bello maximiſque calamitatibus pæne conſumpſit.

[e] Cœptum id eſt bellum anno 1336. *Roberto Atrebatum* Comite ad *Anglum* deficiente, quod in lite quadam ſua cum *Mathilde Burgundionis* conjuge ab *Philippo* injuriam ſibi factam diceret.

Victi primum ad *Cluſas* in *Flandriam* navali certamine *Franci* [f] anno 1340. *Junii* 23. Rurſus iidem ad *Creſſiacum* cæſi ſunt, quo in prœlio Principes undecim, equites 1200. peditum 30000. ceciderunt. Id anno contigit 1346. [g] *Auguſti* 26. Sabbato. Ex eo [h] *Caletum* oppidum in poteſtatem venit *Anglorum*.

Has *Francorum* clades utcumque compenſavit [i] *Humbertus Viennenſium* Princeps, qui [k] anno 1349. *Delfinatum Philippo* Regi vendidit, & in *Dominicanam* familiam adſcriptus eſt. [l] Exceſſit e vita *Philippus* anno 1350. [m] *Auguſti* 22. die, regni anno 23. De die tamen Annales diſſentiunt.

[n] Hujus Regis tempore de Eccleſiaſtica juriſdictione magnopere certatum eſt; hinc *Petro Cunerio*, qui regius in Senatu *Pariſienſi* Advocatus erat, Regum jura contra Clericos aſſerente, inde *Petro Bertrando Auguſtodunenſi* Epiſcopo, poſtea Cardinali, horum propugnante partes. Quibus poſt aliquanti temporis altercationem Rex ipſe *Philippus* cauſſam adjudicavit, anno 1329. illo ipſo die, quo *S. Thomas Cantuarienſis* pro Eccleſiaſtica tuenda immunitate mortem oppetierat. Ex eo *Philippus Catholici* cognomen obtinuit.

Joannes Philippo patri ſufficitur, ex *Joanna Roberti Burgundionum* Ducis filia genitus, qui hereditarium cum *Anglorum* Rege bellum infeliciore, quam pater, adminiſtravit exitu. [o] Cum *Eduardo Vvalliæ* Principe, Regis *Eduardi* filio, in *Pictonibus* acie commiſſa ſuperatus, *Septembris* 18. anno 1356. captuſque, in *Angliam* abducitur cum *Philippo* filio: & poſt annos quattuor pace compoſita dimittitur. Tot exhauſtus calamitatibus, cum ſe ſacrum ad bellum pararet, *Philippo* filio *Burgundiæ* Duce nuncupato, [p] trajecit in *Angliam*, uti fœdus cum *Eduardo* Rege ſanciret: itaque anno 1364. mortem obiit, *Aprilis* 8. regni 14.

Regnavit poſt illum *Carolus* V. illius filius, cognomento *Sapiens*, qui anno decimo ſeptimo regnum cum vita finiit, *Chriſti* 1380. Hujus tempore de minoris *Britanniæ* jure inter *Bleſenſem Carolum* & *Joannem Montefortium* grave bellum eſt ortum; cui finem *Bleſenſis* mors attulit; [q] qui in prœlio confoſſus, poſt obitum miraculis ad ſanctitatis fidem claruiſſe fertur, circa annum 1369. Quo anno *Philippus Audax Burgundiæ* Dux, Regis *Caroli* frater, *Margaretam Ludovici Flandriæ* Comitis filiam duxit. Unde poſtea, mortuo ſocero, dotalem *Flandriam* eſt adeptus anno 1384. quam civilibus exhauſtam diſſidiis lenitate ac prudentia recreavit. Eadem tempeſtate bellum cum *Anglis* inſtauratum eſt. [r] Quippe *Armeniacus* Comes, & *Aquitani Vaſcones*, ab *Eduardo Vvalliæ* Principe haud æquis exactionibus opprimi ſe apud Regem *Franciæ* queſti, perpulerunt, uti vadimonium ei ab *Carolo* denuntiaretur. Eo detrectante bellum de integro ſumptum eſt: quo *Joannes Montefortius Britanniæ* minoris Regulus ad *Anglos* defecit. Eo bello, & ſuperiore, quod *Joanne* Rege geſtum eſt, *Bertrandi Gueſclini Aremorici* prædicatione major omni virtus exſtitit: [s] qui paullo ante in *Hiſpania* contra *Petrum Caſtellæ* Regem pro *Henrico* notho illius fratre pugnans æternum ſibi armis decus pepererat. Nam hujus præſertim opera, poſt varias fortunæ vices, *Petrum* debellavit *Henricus*, & interfecit [t] anno 1369.

Petavii Rationar. Temp.

[s] Hiſt. Gueſcl. Froſſard. l. 1. c. 245. Gaguin. Marian. [t] Taraſa. [u] Froſſ. l. 2. Gaguin. Æmil. *Carolus VI.*

[u] Longius, quam inde ab *S. Ludovico* ad hanc ætatem ceteri, ſed majore, quam hactenus *Franciæ* damno regnavit *Carolus* VI. filius *Caroli* V. anno 1380. nondum ætate gerendis rebus idoneus; cui tutores ex patris teſtamento dati ſunt patrui, *Joannes Biturigum*, & *Philippus Burgundiæ* Duces, *Andegavenſium* Duci *Ludovico* patruorum natu maximo rerum adminiſtratione permiſſa. Magnæ deinceps domi foriſque turbæ, atque ob immanem tributorum modum populares motus erupere. Siquidem *Ludovicus Andegavenſis*, quem ab *Joanna Neapolitana* adoptatum ſupra demonſtravi, in *Italicam* expeditionem aliaſque impenſas brevi ærarium exhauſit. Sed is in *Italia* paullo poſt periit. [x] Sub hæc *Flandrenſe* ſuſceptum eſt bellum. Cauſſam illius attulit *Flandrorum*, præſertim *Gandavenſium*, rebellio: qui, duce *Philippo Artevellio*, *Comitem* ſuum *Ludovicum* oppugnare auſi, *Francorum* ut fidem imploraret, adegerunt.

[x] Joan. Till. Meyer. Gaguin. Æmil.

Primum ab *Carolo* Rege militiæ rudimentum contra *Flandros* poſitum eſt *Roſebequenſi* prœlio, quo cæſa dicuntur rebellium 40000. in quibus dux *Artevellius* occubuit [y] anno 1382. *Novembris* 27. feria 5. [z] Biennio poſt *Ludovicus Flandrenſis* vita ceſſit anno ineunte 1384. *Jun.* 30. [a] cujus heres *Philippus Audax Burgundiæ* Dux compreſſa ſeditione pacem reſtituit anno 1385. [b] At Rex *Carolus Britanniæ* minoris infenſus Regulo *Joanni*, cum in eum duceret exercitum, in *Cenomanis*, ardore Solis icto capite, in amentiam incidit, qua ex intervallo redeunte, rerum poteſtas ad patruos rediit, *Joannem Biturigum* & *Philippum Burgundionum* Duces, *Ludovico* Regis fratre *Aurelianorum* Duce rejecto, quod implacabilis *Burgundionem* inter & *Aurelianenſem*, & utriuſque ſtirpem, odii ſemen exſtitit. *Philippus Audax* [c] anno deceſſit 1404. Ejus filius *Joannes Nivernenſis* Dux patre vehementior ſuſceptam cum *Aurelianenſi Ludovico* ſimultatem hujus nece non dubitavit exſequi, ſubmiſſo clam ſicario, qui *Lutetiæ* inopinantem eſt adortus, [d] 10. Calendas *Decembres* 1407. Exinde civile bellum majorem in modum exarſit, eodemque tempore & externum, *Anglo* veteri hoſte, qui *Aurelianenſi* ſuppetias tulerat, late cuncta vaſtante. *Angliæ* tunc regnabat *Henricus Lancaſtrius*: in quem, *Richardo* Rege perpetua cuſtodia damnato, regnum inſulani tranſtulerant anno 1399. Ad hunc infeſto exercitu *Gallias* petentem adjunxit ſe *Philippus Burgundionum* & *Flandrenſium* Princeps, *Joannis* patris ulturus cædem, [e] qui apud *Monterigolum*, [oppidum id eſt ad *Icaunæ Sequanæque* confluentes] quo ad *Carolum* ſexti filium colloquendi gratia venerat, in ejus conſpectu trucidatus eſt [f] anno 1419. Igitur tantis auctus præſidiis *Anglus*, obſiſtente nullo, incendii more brevi cuncta corripuit. Inter hæc *Carolus* per publicas privataſque tot ærumnas, exactis in ſumma poteſtate annis 42. vivere deſiit [g] anno 1422. *Octobris* 22.

[y] Froſſ. l. 2. c. 116. [z] Froſſ. 2. c. 48. Gaguin. Æmil. Meyer. [a] Froſſ. 2. c. 178. Meyer. [b] Froſſ. 2. c. 43. Æmil. Gaguin. Meyer. [c] Meyer. [d] Alanus Carter. Monſt. l. 1. c. 36. Gaguin. Æmil. Meyer. [e] Alanus. Monſtr. l. 1. c. 211. Olivar. 1. c. 2. [f] Meyer. Gaguin. Æmil. [g] Monſt. l. 1. c. 297. Gaguin. Æmil.

A. 1300. Chriſti ad 1400.

CAPUT VII.

De Conſtantinopolitanis *reliquis Imperatoribus ad urbem uſque* Turcarum *armis occupatam : ubi & de* Turcarum *origine & incremento ; nec non de* Uſumcaſſane, Iſmaele Sopho, *& hodierni* Perſarum *dominatus exordio.*

AD eum, quem retuli, modum mutuis bellis ac tumultibus Occidente concuſſo, nihilo pacatiores in Oriente res ſæculo iſto fuerunt. Languebat *Conſtantinopolitanum* Imperium ; ac velut in litus ejecta maris bellua, multis confoſſa vulneribus, paullatim cum morte luctando deficit, aut ut per interiora ſerpente veneno tamdiu ſe corpus animantis utcumque ſuſtinet, dum ad cor virus lethale pervenerit ; ita *Græcorum* regnum, graſſante per ejus viſcera barbarie, aliiſque ſuper alias acciſis provinciis, ſede ipſa demum imperii & arce capta *Conſtantinopoli*, funditus eſt everſum.

Poſt *Andronici* ſenioris, *Michaelis* filii, mortem, quæ anno 1332. accidit, *Conſtantinopoli* regnatum eſt a *Palæologorum* ſtirpe reliqua an. 121.

[a] *Andronicus* junior, avo (ut ſupra dictum eſt) ejecto, imperavit annis circiter octo, uſque ad 1341. quo decedens, tutorem ambobus filiis, *Joanni Palæologo*, & *Manueli*, *Joannem Cantacuzenum* dedit. Poſt annos 16. *Chriſti* 1357. *Cantacuzeno* pulſo, *Joannes Palæologus* 27. imperavit annis ; atque anno 1384. *Manuelem* ſucceſſorem habuit. Is 37. expletis annis, [b] *Chriſti* 1419. *Joanni* filio reliquit imperium ; quod ille 23. annis obtinuit. Demum anno 1445. *Conſtantinus* cœpit octavus, ultimuſque, cujus octavo anno, *Chriſti* 1453. *Conſtantinopolis* in *Turcarum* venit dominatum.

[a Egnat. Cuſpin. Onuphr.]

[b Vide Vigner. Tom. 5. Bibl.]

[c] Gentis origo *Turcicæ*, quæ hoc ſæculo magna habuit incrementa, & ſequente *Græcorum* nomen obliteravit, varie ab Auctoribus traditur. Plerique oriundos e *Sarmatia*, vel *Scythia*, putant. Qui egreſſi *Caſpiis portis*, jam tum *Heraclio* imperante, [d] circa annum 625. *Perſidem* populati ſunt, & *Romanis* contra *Choſroen* auxilio venerunt. Poſtea *Conſtantino Monomacho* regnante, [e] ſub annum 1042. *Perſis*, quorum erant ſtipendiarii, ſubactis, *Mahometicam* ab illis ſuperſtitionem hauſere. Inde in *Syriam*, *Cappadociam*, ceteraſque *minoris Aſiæ* regiones infudere ſeſe, in plures diviſi principatus : e quibus oppreſſis exſtinctiſque reliquis, unius *Othomani* poſteri rerum potiti ſunt : a quo in *Turcarum* deinde Principibus *Othomanorum* nomen reſedit. Horum primordium anno *Chriſti* imputari ſolet [f] 1300. Sed ſi *Othomanus* 29. annos imperavit, ut produnt Annales *Turcici*, & anno *Hegiræ* 727. obiit, qui annus orſus eſt *Chriſti* 1326. *Novembri* exeunte, neceſſe eſt *Othomanum* ante annum *Chriſti* cœpiſſe 1300. alioqui 27. ſolos in regno tranſegerit.

[c Chalcond. *Turcarum origo.*]

[d Theoph. Cedren. Niceph. Brev.]

[e Curop.]

[f Annal. Turc. Egnat.]

I. Primus igitur *Othomanus* intra [g] 29. annos, quibus præfuit, incredibiliter rem auxit *Turcicam*, magnamque *Bithyniæ* ſubegit partem, ac *Pruſæ* ſedem regni conſtituit.

[g Annal. Turc. Chalcond.]

II. Moriens *Urchani* filio regnum tradidit anno *Hegiræ* 727. *Chriſti* 1326. qui *Myſiam*, *Lycaoniam*, *Phrygiam*, *Cariam*, ceteraque ad *Helleſpontum* & *Euxinum* uſque ditioni ſubjecit ſuæ, dum inter ſe *Cantacuzenus* & *Palæologi* odiis armiſque certant. Regnavit annis 32.

III. [h] *Amurathes Urchani* patri ſucceſſit anno *Hegiræ* 759. qui iniit anno *Chriſti* 1357. mortuo jam fratre natu majore *Solimano* ; qui primus in *Europam* traduxiſſe copias ſuas in Annalibus *Turcicis* proditur anno eodem *Hegiræ* 759. [i] *Amurathes Callipolim*, [k] *Hadrianopolim*, ac circumjectas provincias occupavit. Huic annos [l] nonnulli 23. imputant. Annales *Turcici* 32. Idcirco mortuum eſſe ferunt anno *Turcarum* 791. qui an. 1388. *Chriſti*, ultimo *Decembris*, initium habuit.

[h Ann. Turc.]

[i Annal. Turc. Chalcond.]

[k Annal. Turc.]

[l Cuſpin.]

IV. *Bajazethes Amurathis* filius, qui & *Gilderim* in Annalibus *Turcicis* nominatur, paternum cepit imperium anno 1389. longe omnium ferociſſimus ac fortiſſimus. Hic *Theſſaliam*, *Macedoniam*, *Phocidem*, *Atticam*, *Myſiam*, & *Bulgariam Turcicæ* ditionis fecit. *Conſtantinopolim* vero pluribus obſedit annis.

[m] Contra quem *Emmanuel* Imperator *Caroli* VI. *Francorum* Regis imploraturus opem venit in *Galliam*. Sed & *Sigiſmundo Hungariæ* Rege idem poſtulante, principes aliquot viri ſacræ militiæ nomen dederunt, inter quos *Joannes Nivernenſis* erat *Philippi Burgundionis* filius. Sed dum inconſulte temereque ruunt in prœlium, partim interempti, partim a Barbaris capti ſunt, una cum *Joanne ipſo*.

[m Froſſard. 4. c. 67. Gaguin. Æmil. Chalcond. 2.]

[n] Nec multo poſt tempore *Bajazethis* tot ſecundis rebus elati ſuperbiam ultus eſt Deus. Quippe *Tamberlanes*, quem *Temirem* Annales *Turcici* & *Chalcondylas* vocant, cum *Tartarorum* infinita multitudine in *Aſiam* irrupit, occurrentemque *Bajazethem*, cæſis *Turcarum* 200000. vivum in poteſtatem redegit, & incluſum cavea feræ inſtar ad ludibrium circumduxit ; cujus ille calamitatis voluntaria ſibi morte quæſivit exitum. *Tartaricam* hanc excurſionem cladem-que *Bajazethis*, Annales *Turcici* anno *Hegiræ* tribuunt 804. qui anno cœpit *Chriſti* 1401. *Bajazethem* vero annos imperaſſe 14. ferunt : *Tamberlanem* annos 40. *Bajazethem Froſſardus* aliique priſca ſimplicitate *Lamorabaquianum* vocant ; credo deducto ab *Amurathe* vocabulo, quaſi fuerit *Amurathbeg*. *Bajazethi* ſuperſtites fuere 5. filii. [o] Horum unus & ordine quintus

[n Annal. Turc. Chalcon. 3. Naucl. Gen. 47. Biſar. 9. Hiſt. perſ. *Tamberlanes.*]

[o Annal. Turc.]

V.

VI. *Iſa Zebelis*, cum ſe Imperatorem feciſſet, a *Solimano* fratre peremptus eſt. Qui anno *Hegiræ* 805. regnum arripuit, hoc eſt, *Chriſti* 1402. vel 1403. ac ſeptem annos in eo vixit. Eo ſublato, frater ejus

VII. *Muſa* ad annum uſque 4. præfuit ; quo eum frater ejus occidit

VIII. *Mahammedes* I. anno *Hegiræ* 816. qui eſt *Chriſti* 1413. cui ſucceſſit anno *Hegiræ* 824. *Chriſti* 1421.

IX. *Amurates* ejus filius. Hic ex *Aſia* tranſportatis per *Helleſpontum* copiis, *Theſſalonicam* cepit. Contra *Hungaros*, & *Uladiſlaum* Regem, qui poſt *Albertum Cæſarem* ab *Hungaris* adſcitus erat, ac *Joannem Huniadem* ducem fortiſſimum, bellum habuit ; in quo ſæpe victus, ad extremum anno 1444. *Chriſtianos Vvarnenſi* prœlio profligavit : [p] quo Rex ipſe *Uladiſlaus* periit *Novembris* die 10. Fuit eidem cum *Scanderbego Epiri* Rege bellicoſiſſimo, acre certamen ; cujus dum regni caput *Crojam* obſidet, ex mœrore deceſſit [q] anno regni 31. ætatis 75. *Hegiræ* 855. *Muharram* 8. feria 4. Hic eſt annus *Chriſti* 1451. quo *Muharram* anni *Hegiræ* 855. iniit, *Februarii* 3. feria 4. ut mendoſe Annales *Turcici Muharram* 10. concipiant.

[p Cuſpin.]

[q Annal. Turc. Leuncl. Barl. in Scander.]

X. Succeſſit *Amurathi Mahammedes* II. ejus filius, qui anno ſequenti *Conſtantinopolim* obſedit expugnavitque anno 1453. *Maii* 29. feria 3. quod alibi [r] oſtendimus.

[r Lib. 11. de Doct. Temp. cap. 53.]

Natus iſte *Chriſtiana* matre, ſed religionis contemptor omnis, [s] ac diſciplinis variis eruditus præſertim Aſtronomiæ, cum *Græcæ*, *Latinæ*, *Arabicæ*, *Perſicæque* linguæ uſu promptus, incredibili fuiſſe crudelitate perhibetur ac perfidia. Summus idem belli dux, *Turcicas* res majorem amplificavit in modum. Duo quippe *Chriſtianorum* evertit imperia. Nam præter *Conſtantinopolitanum*, [s] *Trapezuntinum* quoque cum *Colchide* in ſuam poteſtatem tranſtulit, *Davide Comneno Uſumcaſſani* ſocero, qui ibidem imperabat, cum tota familia *Conſtantinopolim* abducto, ac

[s Chalcond. l. 8.]

[s Chalcond. l. 9. Paull. Jovius Mahom. Leuncl.]

A. 1300. Chriſti ad 1400.

ac paullo poſt interempto. Quod imperium, capta ab *Latinis Conſtantinopoli*, *Iſaacius Comnenus* ante annos circiter 250. fundaverat. Ad hæc, regna 12. urbes ſupra 200. expugnaſſe fertur. Idem ab *Tauruno*, quam *Belgradum* vocant, *Joannis Cuniadis* virtute pulſus, *Corinthum*, *Lemnon*, *Mitylenam*, *Eubœam Venetis* eripuit; *Genuenſibus Theodoſiam*, ſeu *Capham*. *Rhodum* fruſtra tentavit. *Cydruntem* in *Italia* cepit. Obiit anno 1481. *Maji* 3. ætatis, ut [a] quidam aſſerunt, 53. [b] ut alii produnt, 58. alii denique 76. vel 74. Omnino 53. annos exceſſit, ſiquidem filius ejus vixit annos 74. & 31. regnavit. Nam ex 53. & 31. conficiunt 84. quibus demptis 74. reliqui eſſent 10. quot natus *Muhammedes* II. *Bajazethem* genuiſſet. Id vero minus eſt credibile. Quare *Nauclero* forſitan adhibenda fides eſt, qui annos 58. illum vixiſſe refert.

[a] Paull. Jov. in l. de reb. Turc. Suppl. Chalcond. & Hiſt. Turc.
[b] Naucl.

XI. [c] *Bajazethes* huic filius, ejus nominis ſecundus, a Prætorianis ſufficitur, natu majori antelatus *Ziſimo*; qui quidem ad *Chriſtianos* fugiens, in *Italia* mortuus eſt, quo tempore *Carolus* VIII. *Francorum* Rex *Neapolitanum* regnum armis vendicabat.

[c] Paull. Jov. Hiſt.

Hic *Venetis Naupactum*, *Metonam*, *Dyrrachium* ademit. Coactus denique conſpiratione procerum, abdicavit imperium, idque *Selimo* filio conceſſit anno ætatis 74. regni 31. *Chriſti* 1512.

XII. *Selimus Mammalucos*, ſive *Circaſſos*, in *Ægypto* debellavit, eorumque *Sultanum Tomambaiſum* apud *Cairum* ſuſpendio necavit anno [d] *Hegiræ* 923. *Chriſti* 1517. *Aprilis* 9. qui fuit *Rabie* prioris 17. Exinde *Turcarum* ditioni contributa eſt *Ægyptus*. Triennio poſt *Selimus* exceſſit [e] *Hegiræ* anno 926. *Schebalis* 7. hoc eſt, *Chriſti* 1520. *Septembris* 22. imperii 9.

[d] Annal. Turc. Leuncl. Jov. Supp. Chalcond.
[e] Id. Annal. &c.

XIII. [f] *Solimanus Selimi* filius, vir prudens, & ut Barbarorum captus eſt, ſatis commodus, nec minus acer & bellicoſus, *Belgradum* expugnavit anno 1521. Sequenti *Rhodum*, ſexto, quam obſidione vallarat, menſe, *Decembris* 22. Fuſis *Hungarorum* copiis, & occiſo Rege eorum *Ludovico*, *Budam* occupavit anno 1526. Ab *Viennæ* mœnibus magna accepta clade rejectus anno 1529. *Albam Regiam*, *Strigonium*, aliaque deinceps *Pannonum* oppida ſubegit. Ejuſdem auſpiciis *Barbaroſſa* nobilis pirata *Tunetum* expugnavit in *Africa*. Nec minus proſpere contra *Perſas* per duces ſuos pugnavit. [g] *Melitam* obſedit anno 1565. In ſequenti vero ad *Sigetum Hungariæ* arcem moritur prope octogenarius, imperii 47. *Chriſti* 1566.

[f] Id.
[g] Hiſt. Obſid. Melit. Suppl. Chalcond.

XIV. Hinc *Selimus* II. quo imperante *Cyprus* in *Turcarum* ditionem pervenit anno 1571. Obiit anno 1574. imperii 8. poſt memorabilem ad *Naupactum Chriſtianorum* victoriam, quæ anno 1573. accidit.

XV. Dehinc *Amurathes* III. qui anno 1599. defunctus eſt, imperii 31.

XVI. *Mahometes* III. iners, & in libidines reſolutus. Atque hic anno 9. *Chriſti* 1604. obiit.

XVII. *Achmetes* annos 14. regnavit, periitque *Chriſti* anno 1617. cujus filiorum natu maximus *Oſmanus* duodecim haud amplius erat annorum. Ob id Imperator a Prætorianis ſalutatus eſt.

XVIII. *Muſtapha Achmetis* frater, homo vecors & ſtolidus, qui in cella ſolitariam & incluſam vitam degebat. Sed eo poſt menſes duos in cuſtodiam retruſo,

XIX. [h] *Oſmanus Achmetis* filius *Sultanus* renuntiatus, ingentis animi puer, & ſupra captum ætatis magnarum rerum cupidus. Sed ejus conatus fortuna primum, deinde vita deſtituit per ſummam illi indignitatem a ſuis erepta. Vix egreſſum ex ephebis vehemens deſiderium ceperat ulciſcendæ cladis, quam in *Moldavia* recentem a *Polonis* acceperat, ſimulque *Poloniæ* ipſius invadendæ. In hanc igitur expeditionem univerſis viribus opibuſque collatis, cum quadraginta circiter millia hominum eduxiſſet, cum maxima ſuorum jactura ignominiaque repulſus eſt. Ad centum millia *Turcarum* variis in prœliis cæſa memorantur præter ceteram multitudinem, quam per moræ diuturnitatem fames morbuſve conſumpſit. Hanc ille calamitatem aſſiduis per id tempus Prætorianorum militum ſeditionibus imputans, de iis exauctorandis ac mutandis deliberare cœpit, immo vero ſedem imperii *Conſtantinopoli* in *Syriam* ac *Damaſcum* tranſportare ſtatuit. Quo ejus patefacto conſilio, milites ab illo deficiunt, & *Muſtapham* patruum, e cuſtodia retractum, Imperatorem renuntiant; tum *Oſmanum* regni exutum inſignibus, miſerandoque per urbem ſpectaculo in equo ductum, laqueo præfocant, [i] *Maii* 20. feria 6. anno 1622.

[h] Suppl. Chalcond. l. 10.
[i] Suppl. Chalcond. l. 10. p. 931.

XX. Ad hunc modum *Turcarum* imperium iterum adeptus eſt *Muſtapha*. Sed anno ſequente, *Septembri* menſe, priſtinam in ſortem & carcerem retruſus eſt; eique

XXI. *Amurathes* ſobſtitutus, *Oſmani* frater, qui eo ipſo, quo hæc ſcribimus, anno 1632. adhuc regnare dicitur.

Hactenus *Othomanorum* familia. [k] Præter quam tres aliæ principes exſtiterunt, *Aſſimbejorum*, *Candelororum*, *Caramannorum*. Poſteriores duæ *Othomanorum* armis oppreſſæ ac regnis pulſæ ſuis, ad *Aſſimbejos* perfugerunt, qui *Cappadociam* minoremque *Armeniam* occuparant; cum quidem *Synopem Ponticam Candelori*, *Caramanni Ciliciam* haud exiguo tempore tenuiſſent.

[k] Volat. l. 17. Biſarrus l. 9. Hiſt. Perſ. p. 294. & ſeq.

Ex *Aſſimbeiis* ortum duxit *Uſumcaſſanes*, qui a *Bajazethe* primo *Turcarum* Imperatore ejectus *Armenia*, cum *Caſſane* patre ad *Tamerlanem Tartarorum* Regem ſeſe recepit; ab quo, ejuſque poſteris in regnum reſtituti ſunt. Poſtea devictis *Tartaris*, *Perſarum* imperio potitus eſt [l] ſub annum 1470. Inde contra *Turcas* & *Mahometem* II. haud ſatis proſpere pugnavit, [m] circa annum 1474. [n] quo tempore *Mahometes Paphlagoniam* & *Trapezuntem* ſubegit, *Davidemque* ſocerum *Uſumcaſſanis* cum reliqua omni *Comnenorum* ſtirpe, *Conſtantinopolim* abduxit. [o] Bellum nihilominus cum *Turcis*, ſed & Orientalibus pleriſque populis, *Uſumcaſſanes* non deſtitit facere, quo longe lateque dicionis ſuæ fines protulit. Ex quo tam illuſtre ſibi orbe toto peperit nomen, ut ad eum *Calliſtus* Pontifex *Romanus* litteras daret, quibus ad perſequendos armis *Othomanos* illum excitabat: idemque & facerent *Veneti*, & cum eo fœdus ac ſocietatem conjungerent. [p] Vixit octo & ſeptuaginta annos: & *Chriſti* 1478. Nonis ipſis *Januariis* mortuus eſt. *Jacuppus* hunc filius excepit: iique poſt annos 7. ab adultera uxore una cum filiolo veneno exſtinctus eſt, quod & illa ipſa bibere ante coacta eadem die periit. Secuti ſunt deinde Reges alii ad *Iſmaelem* uſque *Sopham*, cujus paullo altius repetenda mentio eſt.

Uſumcaſſanes.
[l] Biſar. l. 9. p. 317. & l. 10.
[m] Annal. Turc.
[n] Biſar.
[o] Biſar. ib.
[p] Biſar. ib. p. 329.

[q] *Mahometis*, *Saracenorum* & *Turcarum* legiſlatoris, patruelis ac gener fuit *Hales*, eidemque ſucceſſit. Qui cum traditam ab illo ſuperſtitionem partim additis quibuſdam, partim aliter, atque uſu receptum erat, interpretando mutaſſet, novam ſectam condidit. Sed ea paullatim neglecta in obſcuro jacuit; cum *Homaris* alterius *Mahometis* interpretis diſciplina potior haberetur; donec [r] ſub annum 1350. Regulus quidam nomine *Sephus* ad *Halium* referens originem, longo intervallo intermortuam diſciplinam reſtituit, eo fidentius, quod *Turcæ Tartarorum* adhuc imperio premebantur. [ſ] Hujus ſectæ commendationem auxit deinde ſanctitatis doctrinæque opinione *Guines* ejus filius, quem *Tamerlanes Scytha* ſumma in veneratione fertur habuiſſe. Tum *Guinis* filius *Sicaidares*, *Harduelis* a patria dictus, iiſdem artibus ſibi ac ſectæ ſuæ auctoritatem addidit: quem *Aſſumbejus Uſumcaſſanes* generum optavit, data illi

[q] Biſar. l. 6. p. 295. & l. 10. p. 323. Supp. Chalcon. l. 2.
[r] Biſar. l. 10. p. 383.
[ſ] Id.

A. 1400. Christi ad 1437.

in matrimonium *Martha*; quam ex *Trapezuntini* Imperatoris filia ſuſceperat. Ad hunc *Halis* inſtituta prædicantem cum ingens ex *Armenia* & *Perſide* concurſus hominum fieret, *Ruſtanus Perſarum* Rex ſubmiſſis percuſſoribus *Sicaidarem* cum pleriſque factionis illius oppreſſit. *Iſmael Sophus Sicaidaris* filius adhuc puer elapſus eſt; nec non *Tachelles* illius diſcipulus, qui virtute ac ſcientia nihilo magiſtro inferior putabatur. *Iſmael*, ut primum adolevit, patris veſtigia perſequens, novæ ſectæ pretium accendit; ac cum oris ſpecie, facundia, animi magnitudine, & induſtria præſtaret, brevi ſummam ad potentiam pervenit.

Iſmael Sophus.

[a] Victo denique & occiſo Rege, *Perſidis* imperium ab *Turcis* ad indigenas poſt longa ſpatia tranſtulit ſub annum 1499. quod in hodiernum uſque diem illius obtinent poſteri, bellumque cum *Othomanis* pæne aſſiduum exercent: ita *Chriſtianorum* rebus conſulente Deo, ut præpotens hoſtis, utrimque diſtractis viribus, ſuſtineri facilius poſſit.

a Biſar. Jovius Suppl. Chalcond.

CAPUT VIII.

Robertus Imperator.

De Roberto *&* Sigiſmundo *Imperatoribus, ac de iis, quæ in* Germania *&* Italia *geſta ſunt.*

Ab anno 1400. ad 1437.

VEnceslao Romanorum Rege ea dignitate propter inertiam remoto, *Robertus Bavariæ* Dux ei ſufficitur [b] anno 1400. Qui adverſus *Galeacium* Vicecomitem *Mediolani* Ducem a *Florentinis* accitus in *Italiam*, nullo operæ pretio facto in *Germaniam* rediit, graviſſimum ibi, unde digreſſus erat, bellum relinquens. *Galeacio* paullo poſt mortuo, [c] quod anno 1402. incidit, pleræque civitates ſe ab ſervitute vindicarunt, & in aliorum aliæ ditionem venerunt. *Veronam* & *Patavium* recepere *Veneti* [d] anno 1405. quo *Scaligerorum* & *Carrarienſium* dominatus exſtinctus eſt. *Piſæ Florentinorum* jugum accepere. Quæ rerum mutatio magnas ac propemodum exitiabiles *Italiæ* turbas attulit. [e] *Ladiſlaus* tunc *Apuliæ* regnabat, *Caroli Dyrrachini* Regis *Apuliæ*, ac deinde *Pannoniæ*, filius; qui per Schiſmatis occaſionem, *Romam* haud ſemel occupare conatus, [f] ab *Ludovico Andium* Duce, *Ludovici* ejus, qui contra *Carolum Dyrrachinum* bellum movens in *Apulia* deceſſerat, filio, victus ac repreſſus eſt [g] anno 1410. ſed victoria uti neſciens *Ludovicus* infecta re in *Gallias* revertitur.

b Anton. 3. Par. Tit. 22. c. 3. Naucl. Langius. Chron. Germ. l. 26. Cuſp. c Anton. Palmer. Naucl. d Naucl. Sanſovinus. Anton. e Pand l. 3. Palm. Naucl. Barlet. 10. Scanderb. f Pand. 3. Palmer. g Pand 5.

Schiſma perſeverat.

Vetus inter hæc ac pertinax diſſidium lacerabat Eccleſiam, duobus Pontificibus *Petri* ſedem eodem ſibi tempore defendentibus. Sed ejus, qui in *Gallia* degebat, mutato *Petri Lunenſis* in *Benedictum* nomine, ut cauſſa deterior, ſic in dies minor etiam apud ſuos erat auctoritas. Itaque deſtitutus a *Francis*, in *Hiſpaniam*, unde erat oriundus, receſſit, ubi perditu *Aragonum* ſe ſuſtentavit opibus. In *Italia Gregorius* XII. hærebat. [h] De ambobus in ordinem cogendis convenere *Piſis* utriuſque partis Principes, iiſque abrogato Pontificatu, *Alexandrum* V. ex Minorum ordine ſubrogarunt anno 1409. Quo facto unum hoc aſſecuti ſunt, ut ad duos Pontifices tertium adjicerent.

h Anton. Palmer. Naucl.

[i] Moritur anno 1410. *Robertus* anno imperii 10. [k] *Sigiſmundus* poſt hunc a Septemviris Imperator deſignatus eſt ex *Hungariæ* Rege, *Caroli* IV. Imperatoris filius, *Venceslai* Imperatoris frater. Quem prudentia, magnitudine animi, liberalitate, ac ceteris ampliſſima fortuna dignis ornatum fuiſſe virtutibus ferunt, niſi quod bellicis in rebus felicitas deerat. Pietate vero ac religionis ſtudio longe præſtitit. Quippe ut Eccleſiæ pacem redderet, cum legatos circumquaque miſit ad Principes, tum *Galliam*, *Hiſpaniam*, *Angliam*, *Italiam* adire non dubitavit ipſe; nec prius acquievit, quam *Joannem* XXIII. qui anno 1410. *Alexandro* ſuffectus erat, ad cogendam Synodum adduxit.

i Naucl. Chron. Germ. Onuphr. k Anton. 3. Par. Tit. 22. c. 8. Naucl. Palmer. Chron. Germ. Cuſpin.

Sigiſmundus Imperator.

Igitur *Sigiſmundi* opera [l] anno 1414. [m] Indictione 7. cœptum eſt *Conſtantiæ* generale Concilium 5. *Novembris*, feria 2. & quinto inde anno terminatum eſt, *Chriſti* 1418. [n] *Aprilis* 22. feria 6. [o] In eo Concilio *VVicleſi* & *Joannis Huſſi* damnata hæreſi, hic ipſe, qui tum aderat, cum ſe clam tentaſſet eripere, nec in Eccleſiæ poteſtate eſſe vellet, flammis eſt addictus [p] anno 1415. *Julii* 6. feria 7. Anno ſequente *Hieronymus Pragenſis* eadem de cauſſa par ſupplicium tulit. Poſtquam autem *Joannis* XXIII. & *Benedicto* XII. Pontificatus abrogatus eſt, *Odo Columnenſis* eorum loco deligitur anno 1417. [q] *Novembris* 11. qui dies *S. Martino* ſacer eſt, feria 5. Ob id *Martinus* X. appellari voluit.

l Conc. Conſt. Anton. Æn. Sil. Hiſt. Boem. c. 38. Naucl. Langius Chron. Citiz. Chron. Germ. Plat. m Concil. Conſt. Seſſ. 1. n Ib. Seſſ. 45. o Æn. Silv. c. 36. p Chron. Cit. Hiſt. Boem. q Conc. Conſt. Seſſ. 42.

Ita poſt annos 40. Schiſma ſublatum eſt, [r] repugnante licet *Benedicto*: qui cum anno 1424. deceſſiſſet in *Hiſpania*, ab duobus reliquis ejus factionis Cardinalibus ſublectus *Clemens* VIII. quarto poſt anno coactus eſt in ordinem. Hinc eſt quod annis 50. perſeveraſſe Schiſma ab nonnullis proditur. Concilii tempore *Sabaudiæ* Princeps Dux e Comite primum a *Sigiſmundo* ſalutatus dicitur anno 1415.

r Lang. in Cit. Chron.

[ſ] At *Joannis Huſſi* ſectatores, qui jamdudum *Boemiam* hoſtiliter incurſabant, illius ulturi mortem, toto per eam provinciam furore bacchati ſunt. Addebat animos *Venceslai* Regis ignavia: quo mortuo *Chriſti* anno 1419. contra *Sigiſmundum* ejus ſucceſſorem, *Joannem Ziskam* [t] audacem hominem, ac manu & conſilio promptum, ducem conſtituunt. Is brevi magno collecto exercitu plurima *Boemiæ* oppida vi cepit; *Sigiſmundi* copias ſæpe delevit, urbem in præaltis rupibus, loco natura muniſſimo, condidit, [u] cui *Thaboris* indidit nomen, unde *Thaboritæ* ſunt dicti. Moriens ſuis edixiſſe fertur, ut cadaveri ſuo detracta cute tympanum ex ea facerent, cujus percuſſi ſonitus in prœliis terrorem hoſtibus afferret. [x] Id anno 1424. contigit.

ſ Æn. Sil. c. 37. & ſeq. Naucl. Langius. t Æn. Silv. c. 38. &c. u Æn. Silv. c. 20. & 46. x Naucl.

In *Italia* Rege *Ladiſlao* defuncto, anno, ut [y] *Pandulphus* auctor eſt, 1414. ſoror ejus *Joanna Neapolitanum* regnum tenuit, levis & impudica femina. [z] Quæ *Jacobo Borbonia Marchiæ* Comiti nupta, eumdem poſtea ſummum ſibi jus in regno vindicantem fugere coegit in *Galliam*; ubi contemptis opibus, *Veſontione* in *Franciſcanum* Ordinem eſt allectus.

y Pand. l. 5. Ant. Part. 3. Tit. 22. c. 7. Plat. in Mart. 5. z Olivar. March. c. 1. Pand. Collen.

[a] *Joanna Martini* V. Pontificis alienatum ab ſe animum, & *Sfortiæ* Ducis fortiſſimi converſa in ſe arma metuens, *Alphonſum Aragoniæ Siciliæque* Regem in auxilium evocat; quo cum de adoptione ac regni ſucceſſione paciſcitur [b] anno poſt obitum *Ladiſlai* ſeptimo.

a Barth. Facius l. 1. & ſeq.

Alphonſus Aragoniæ Rex Neapolitanum regnum adit.

[c] Jam enim *Ludovicum Andegavenſem* ejus nominis tertium, ſecundi filium, *Martinus* acciverat, in eumque *Neapolitani* jura regni abdicata *Joanna*, tranſtulerat, dato illi adjutore *Sfortia*. Hinc *Alphonſum* inter & *Ludovicum* atrox bellum exſtitit. Secuta mox Reginæ cum *Alphonſo* ipſo diſcordia: ex qua *Ludovicus*, *Sfortiæ* opera in gratiam & adoptionem receptus, anno 1431. regnum obtinet. [d] Triennio poſt *Ludovicus* morbo periit, anno 1434. eodemque *Joanna*, *Rainero*, qui & *Renatus* dictus eſt, *Ludovici* fratre, herede dicto, qui tum a *Philippo Burgundione* captus attinebatur. [e] *Alphonſus* interim prioris adoptionis jure fretus, regnum occupare nititur. Sed a *Genuenſibus* navali victus certamine, captuſque, [f] ad *Philippum Mediolani* Ducem, cujus in ditione tum erat *Genua*, perducitur, a quo humaniſſime eſt acceptus; & paullo poſt dimiſſus, ad recuperandum regnum revertitur, quod jam *Iſabella Renati* uxor, & li-

b Pand. c Barth. Facius 2. & ſeq. Pand. d Facius l. 4. Pand. e Pand. l. 6. & Fac. f Pand. ib. Palm. Fac. l. 4.

A. 1400. Chriſti ad 1437.

& liberatus a *Burgundione Renatus* ipſe, poſſederant. a Capta eſt ab *Alphonſo Neapolis*, per eumdem aquæ ductum intromiſſo milite, per quem *Beliſario* duce *Romanus* olim irruperet. b Evenit hoc anno 1442. Quo ex tempore *Renato* in *Gallias* reverſo, *Alphonſus* ſine competitore regnavit; placatoque *Eugenio*, jus ſibi, ac *Ferdinando* poſt ſe notho filio ratum accepit.

a Fac l. 7. Pand. 6. b Pand. Palmer.

Per hæc tempora *Philippus Maria* Vicecomes, *Joannis Galeacii* filius, poſt *Joannis Mariæ* fratris necem, *Mediolano* potitus, c circa annum 1415. bellorum ubique cauſſas ferens, pace cum *Florentinis* compoſita, *Genuenſes*, ejecto duce *Thoma Fregoſio*, ſibi ſubjecit. d Cum *Florentinis* deinde *Venetiſ*que ſuſceptum bellum, auctore per legatum *Martino* Pontifice, terminavit anno 1427. Sed brevi poſtea ruſſus ad e arma redierunt.

c Naucl. de en Fac. 8. l. 4. ſub fin. d Anton. Par. 3. Tit. 22. c. 8. e Anton. ib. c. 9. & ſeq.

Martinus interim Papa, *Baſileenſi* indicto Concilio, migrevit e vita anno 1431. cui ſublectus eſt *Eugenius* IV. Is *Baſileenſes* Patres vetuit ultra progredi. Sed nihilominus conventus agere perſevererunt, & in *Eugenium* ipſum ſententiam dixerunt. f Ab anno itaque 1431. Indictione 9. quo primum coiere, die *Decembris* 7. feria 6. g ad 1448. diemque 17. Calend. *Junii* annis ſeptamdecim *Baſileæ* conſtiterunt. Sed *Eugenii* legitimi Pontificis cauſſa potior fuit. Itaque Synodus iſta auctoritate caruit, h & qui in ea Pontifex creatus erat, *Amedeus* ex *Sabaudia* Duce *Felix* V. appellatus, anno 1439. *Novembris* 17. poſt *Eugenii* mortem ſponte ſe abdicavit, & a *Nicolao* V. *Eugenii* ſucceſſore, anno 1449. in purpuratorum procerum adſcriptus aſt ordinem. i Pragmatica tamen Sanctio ab illa Synodo conſtituta, in *Galliis* ab *Carolo* VII. Rege ac Senatu *Pariſienſi* recepta aſt anno 1438. nec niſi poſt annos plures *Franciſco* Rege ſublata.

Baſileenſe Concilium. f Conc. Baſil. Seſſ. 1. g Seſſ 25. Lang. in Chro. Citiz. h Conc. Baſil. Seſſ. 31. i Tillius.

Ante hoc tempus *Sigiſmundus* Imperator obiit 9. *Decembris* k anno *Chriſti* 1437. ætatis 70. viceſimo ſeptimo poſtquam eſt electus, ſexto vero, quam ab *Eugenio* Pontifice redimitus aſt *Romæ*; l quod anno 1432. factum eſt; m quo & *Franciſcum Gonzagam* Marchionem *Mantuæ* eſſe juſſit.

k Plat. Cuſpin. Onuphr. l Naucl. Citiz. Chron. m Plat. in Eug. Naucl.

n Hoc Imperatore præſtantis ingenii fama vixerunt, *Petrus Aliacenſis Cameracenſis* Epiſcopus; *Joannes Gerſon Pariſienſis* Academiæ Cancellarius, o ad *Conſtantienſem* Synodum legatus ab Rege *Franciæ* miſſus; *Emmanuel Chryſoloras* homo *Græcus*, qui patria ſtudia primus in *Italiam* reportavit, & p *Conſtantiæ* per Concilii tempus interiit; q *Leonardus Aretinus*, & *Poggius*, ambo *Itali*; r *Joannes de Turrecremata* Cardinalis; *Alphonſus Toſtatus Abulenſis* in *Hiſpania* Epiſcopus; ſ *Thomas Valdenſis*; *Dionyſius Rickel Carthuſianus*, vir peræque doctus & ſanctus, qui anno 1471. obiit; *Paulus* ex *Judæo Chriſtianus*, & *Burgenſis* Epiſcopus; *Flavius Blondus Forolivienſis*, Hiſtoricus; *Nicolaus de Tudeſchis* Cardinalis & *Panormitanus* Archiepiſcopus, Canonici Juris ætate illa princeps. Sanctitate autem in primis antecelluerunt t *Bernardinus Senenſis* ex Minorum collegio, & *Laurentius Juſtinianus* Patriarcha *Venetus*; *Vincentius Ferrarienſis* u *Hiſpanus*, qui obiit 1418. *Catharina Senenſis*; aliique, quorum omnium ætas partim ex eorum ſcriptis, partim ex illorum temporum Hiſtoriis Chroniciſque comperta.

n Chron. Citiz. anno 1417. o Chron. Citiz. Trith. p Paul. Jov. in Elog. q Trit. r Trith. ſ Trith. t Ant. 5. Part. Tit. 22. c. 5. u Trith.

CAPUT IX.

A. 1438. Chriſti ad 1500.

Quæ Alberto, Friderico, & Maximiliano *Imperatoribus geſta ſunt in* Germania, Pannonia, Oriente, Italia, Cypro; *deque viris illuſtribus*.

Ab anno *Chriſti* 1438. *ad* 1500. circiter.

S*Igiſmundi* ſoceri morte vacantem Imperii titulum accepit *Albertus Auſtriæ* Dux x anno 1438. Qui perbrevi tempore maximis rebus adverſus *Moravos*, *Boemos*, *Turcoſ*que confectis, in expeditione contra poſtremos iſtos vita functus eſt Calendis *Novembris*, anno imperii altero, *Chriſti* 1439.

x Naucl. Cuſpin. Onuphr. Vide Æn. Silv. de Hiſt. Boem. c. 56. & in Europa Bonf. Dec. 3. l. 4.

y Quo anno, *Baſileenſibus* interdictos ab *Eugenio* cœtus nihilo ſecius habentibus, Pontifex legitimum tota ex Eccleſia conventum apud *Florentiam* collegit. Ad quem *Joannes Palæologus Conſtantinopolitanus* Imperator affuit, cum *Joſepho* Patriarcha, qui eodem ibi deceſſit anno. *Græci* cum *Latinis* in concordiam rediere: nec non *Armeni*, quibus Catholicæ formulam fidei ſcripſit *Eugenius*. Verum *Græci* in Orientem reverſi, *Marco Epheſino*, & *Scholario* agentibus, ab *Romana* ſe ſocietate divellunt.

y Flor. Conc. Plat. in Eug. Palmer. Citiz. Chron. *Florentinum Concilium.*

z *Fridericus Auſtriæ* Dux, *Erneſti* filius anno 1440. *Romanorum* adiit regnum: quo imperante a quietior, quam ſolebat, fuit *Germania*, cum reliquæ partes *Europæ* civilibus & externis undique bellis ſtreperent.

z Cuſpin. Onuphr. Palm. Naucl. Citiz. Chron

Franciſcus Sfortia ejus filius, qui *Ludovicum Andegavenſem* ſecutus, in *Apulia* contra Regem *Alphonſum* egregie certarat, b a *Philippo Mediolani* Principe, cujus ſpuriam filiam c *Blancham* duxerat, ad ejus hoſtes *Venetos* tranſiens, res illius evertit. d *Philippus* ſine herede vita fungitur, ſexto Idus *Auguſti*, anno 1448. quo anno Sol eodem menſe defecit, die 29. hora diei 7. ait *Antoninus*. Ex quo *Pandulphi* error & *Platinæ* convincitur, qui *Philippi* mortem ſuperiori adſcribunt anno. *Franciſcus* vero *Mediolanenſes* fruſtra ſibi libertatem aſſerere conantes egit in poteſtatem, diſſimulante *Aragonum* & *Apuliæ* Rege *Alphonſo*, quem ab *Philippo* ſcriptum heredem *Pandulphus Collenutius* affirmat. Nec minus *Aurelianenſium* Dux *Carolus Ludovici* filius, eam ſibi vendicabat provinciam, utpote *Valentia Joannis Galeacii* filia, *Philippi* ſorore, genitus. e At *Veneti* tam potentis vicini metu cum *Alphonſo* fœdus percutiunt. *Florentini* adverſus utroſque *Franciſci* ſocietatem expetunt. Sic atrox in *Italia* redintegretum aſt bellum. Cum *Alphonſo* poſtea *Franciſcus Sfortia* pacem amicitiamque fecit f anno 1454. & *Alphonſo* illius nepoti, *Ferdinandi* nothi filio, *Hippolytam Mariam* filiam in matrimonium dedit. g Poſt annos inde 4. obiit *Alphonſus* ſenior Calendis *Juliis*, ætatis anno 66. *Chriſti* 1458. *Aragoniæ* ac *Siciliæ* regnis *Joanni* fratri relictis. *Neapolitanum Ferdinandus* filius accepit. h Laudatur ab Hiſtoricis *Alphonſi* Regis invictus ac generoſus animus; tum in litteras earumque cultores excellens amor; cui vicem ii celebranda apud poſteros illius fama retulerunt.

a Egnat. *Mediolanenſes.* b Naucl. c Palm. d Anton. 3. Par. Tit. 21. c. 12. paragraph. 1. & 2. Plat. in Nicol. 5. e Anton. 3. P. Tit. 22. c. 21. f Pand. l. 6. g Pand. 6. Monſtr. 3. Jov. l. 3. Hiſt. h Pius 2. in Eur. c. 65. Pand. 6. Facius. *Alphonſi in litteratos amor.*

In *Pannonia* & *Albania Chriſtianam* rem ea tempeſtate ſuſtinuit Principum duorum inclyta virtus, *Joannis Corvini Huniadæ*, & *Alexandri Epirotarum* Regis, qui *Scanderbegus* vulgo dicitur. i Prior *VValacho* patre, *Græca* matre natus, haud obſcuro genere, in vico *Corvino*, inde cognomen alterum habuit. *Huniades* vero ab agro ejus nominis appellatus eſt, quem ei *Sigiſmundus* attribuit.

Joannes Huniades. i Bonfin. Dec 3. l. 3. Chalcond. l. 8.

Hujus egregia fortitudo incumbenti in *Europæ* perniciem *Amurathis* potentiæ moras objecit, & ad pacem cum *Uladislao* Rege *Hungariæ* æquiſſimis conditio-

A. 1438. Christi ad 1500.

ditionibus ineundam compulit. Sed eam, *Turcis Aſiatico* bello diſtentis, temere diſturbarunt *Hungari*, haud levi *Chriſtianæ* rei damno. a Siquidem eorum exercitus ab *Turcis* ad *Varnam* profligatus eſt; quo in prœlio cum *Uladislaus* ipſe Rex, tum *Julianus* Cardinalis repetendi contra ſœdus belli auctor occubuit, anno 1444. *Novembris* 10. die. b Secundum hanc calamitatem *Ladislaus* poſthumus *Alberti Cæſaris* filius, ex *Eliſabetha Sigiſmundi* filia, Rex ab *Hungaris* eligitur quinquennis puer, curatore addito regni *Joanne Huniade*: quod *Ladislaum Fridericus* Imperator, c cujus fidei cum regni corona mater illum commiſerat, nollet reddere. d Quam ob cauſſam iratus *Huniades*, anno 1445. *Auſtriam* aliaſque *Friderici* provincias pervaſtavit. Cum *Amurathe* quoque perſæpe feliciter pugnavit, & eo apud *Crojam Epiri* mortuo, cum ejus filio *Maomethe*, a quo e anno *Chriſti* 1453. capta eſt *Conſtantinopolis*, *Maii* 29. f Hunc vero triennio poſt *Taurunum*, quam *Albam* vocant, obſidentem cum magna *Turcarum* ſtrage ignominiaque depulit anno 1456. ipſo die *S. Magdalenæ* ſacro. Ejus victoriæ cauſſa Transfigurationis Dominicæ ſollemnem agi diem *Calliſtus* Papa decrevit. Hac in pugna, ceteriſque per id tempus cum *Turcis* ſecundo *Marte* obitis, *Joannis Capiſtrani* viri ſanctiſſimi ex Minorum Ordine ſpectata pietas eſt. Hoc enim agente, crucis inſigne plerique ſumpſerunt, & ad ſacrum bellum nomina ſunt profeſſi.

g Eodem anno *Joannes Huniades Tranſſilvaniæ* Princeps, *Vaivodam* mos eſt dicere, felici exitu diem obiit 4. Id. *Septembris*; nec multo poſt *Capiſtranus* ipſe, h cujus ſanctimoniam prodigiis illuſtrem reddidit Deus.

Ladislao Rege defuncto i 10. Calendas *Decembris* anni 1458. *Matthias Corvinus Joannis* filius Rex ab *Hungaris* eligitur, nulla re patris diſſimilis; a quo *Turcæ* non ſemel profligati.

k *Scanderbegus Turcarum* manibus elapſus, paterna *Epiri* ditione recuperata, ingruentes perſæpe cum infinitis millibus *Turcarum* Reges parva manu ſuperavit, ſummoque, quoad vixit, iis terrori fuit. Hunc anno *Chriſti* 1443. quarto Calendas *Decembres* regnare cœpiſſe, & 23. regni, 16. Calendas *Februarii* anni 1466. obiiſſe, tres & ſexaginta natum annos, auctor eſt l *Marinus Barletus*.

Apud *Italiam* m *Eugenio* Papa mortuo anno 1447. *Februarii* 23. n *Nicolaus* V. ſublegitur, doctorum hominum ac bonarum artium longe ſtudioſiſſimus. Itaque nemini uni plures ab eruditis inſcripti ſunt libri. Tum *Vaticanam* Bibliothecam, conquiſitis undique, & ex Oriente uſque, voluminibus inſtruxit. o Obiit octavo Pontificatus anno, *Chriſti* 1455. *Martii* 25. Quem *Calliſtus* III. excepit; eoque functo *Pius* II. vir doctiſſimus, qui *Æneas Silvius* antea vocabatur, anno 1458. Pontificatum iniit; cujus ad bellum *Turcis* inferendum conſilia deinceps omnia ſpectarunt. p Ob id eum *Ferdinando Neapolitano* Rege *Alphonſi* filio pacem conſtituit, ac q Mantuam frequentes ad concilium adeſſe juſſit, ut de bello gerendo ſtatueretur. Sed ab externis bellis ad domeſtica converſis Principum ſtudiis, nihil perfici potuit. Cœtus ille *Mantuanus* octavo menſe dimiſſus. r *Alphonſi* cognita morte *Joannes Renati Andegavenſis*, quem ab illius regni poſſeſſione depulſum in patriam rediiſſe ſupra ſignificavi, filius, magno exercitu collecto, in *Apuliam* profectus eſt, collatiſque ſignis *Ferdinandum* acie victum, & caſtris exutum, egit in fugam. Actumque de eo foret, ni *Scanderbegus* illius & *Pii* Pontificis adductus precibus ex *Epiro* ſuccurriſſet. Hujus auxilio *Ferdinandus* pulſis hoſtibus brevi omnia in poteſtatem accepit. Hæc de *Italica Scanderbegi* expeditione ab incurioſis vel

a Pius Pont. Europ. c. 5. Bonfin. Dec. 1. l. 6. Naucl.
b Æn. Silv. in Europa Bonfin. &c. *Hungaricæ res.*
c Pius 2. in Europ.
d Bonfin. Dec. 3. l. 7.
e Anton. Par. 3. Tit. 22. c. 13. Bonf. Dec. 3. l. 8. Naucl. Palm. Chron. Citiz.
f Id. & Æn. Silv. Boem. Hist. c. 65. Chalcond. l. 8.
g Bonfin. Anton. &c.
h Naucl.
i Æn. Silv. c. 70. Boem. Bonfin. Dec. 5. l. 8.
k Barlet. Æn. Silv in Europa c. 15. *Scanderbegus.*
l Lib. 13. Hist Scand. in fine.
m Plat. Anton. Par. 3. Tit. 22. c. 12. Chron. Citiz.
n Plat. Anton.
o Plat. Anton. c. 14.
p Pand. l. 6. Naucl. Plat.
q Palm. Plat. Naucl.
r Palm. Naucl. Pand. d. Barlet. Chalcond. 8.

ingretis omiſſa Scriptoribus s *Marinus Barletus* queritur.

Per idem tempus *Genuenſes* bello ab *Alphonſo* Rege vexati, *Carolo* VII. *Franciæ* Regi ſe in fidem tradidere t anno 1458. ad quod miſſus *Joannes Renati* filius eam urbem præſidio munivit. u Sed poſt annos tres ab *Francis* defecit, *Proſpero Adurno* duce; quam *Ludovicus* XI. *Franciſco Sfortiæ Mediolanenſium* Duci conceſſit x anno 1464. y quo anno *Pius* Pontifex *Anconæ* mortem obiit, brevi tempore magna collecta gloria. Sex enim dumtaxat annis præfuit. Hunc *Paullus*, qui ſecundus numerabatur, eſt ſecutus.

Dum per *Europam Chriſtiana* res inteſtinis turbatur odiis, in *Aſia* quoque par eam calamitas afflixit. z *Cyprum* inſulam *Richardus Angliæ* Rex *Græcis* ademptam *Guidoni Luſiniano Gallici* generis permiſerat, qui *Hieroſolymitani* ſibi regni jus aſſumebat.

In ea poſteris illius regnantibus, *Genuenſes*, popularium ſuorum facta illic cæde, validam ad ulciſcendum claſſem *Tengaſio* Imperatore comparant. Brevi tota, cum Rege ac Regina, inſula in poteſtatem venit. Illis, cum aliquanto tempore in carcere detenti eſſent, tandem data venia eſt. Sed regno vectigal impoſitum, & *Salamis*, quæ eſt *Famaguſta*, negotiationibus frequens emporium, victori ceſſit in prædam. Natum in carcere filium Rex appellari *Janum* voluit, quod *Genuam* vulgo *Januam* mos eſt dicere. Hunc *Ægypti Sultanus*, capta direptaque *Cypro*, ac multis occiſis mortalibus, ſtipendiarium fecit. Mortuo ſucceſſit *Joannes* filius, præ luxu ac deliciis, mulieris, quam viri, ſimilior: qui *Helenam* ex *Palæologorum* ſanguine in conjugium accepit, ex qua *Carlottam* genuit; ex concubina vero *Jacobum*. *Carlotta Ludovico* Ducis *Allobrogum* filio nupſit. *Jacobus*, quem, ut ab regni ſpe pater excluderet, ſuaſu *Helenæ Nicoſienſem* Præſulem fecerat, utroque defuncto, *Cypri* potiundæ cupidior, quam *Chriſtianum* decebat, *Ægypti Sultanum* adiit, cujus in verba nefario dicto ſacramento, ab eodem inducitur in regnum, *Ludovico Carlottæ* conjuge pulſo, a ſub annum 1459. Poſt *Genuenſibus* ejectis, ac recepta *Salamine*, *Jacobus Æcaterinam Marci Cornelii* filiam e *Venetis* ſibi conjugem arceſſit; quam Senatus *Venetus* in filiam adoptavit. b Exſtincto Rege, ejuſque poſthumo *Jacobo*, id regnum in *Venetorum* poteſtatem hereditario jure pervenit, anno 1476.

Fridericus Imperator finem vivendi fecit c anno 1493. *Auguſti* 19. Imperii anno 53. cui *Maximilianus* ſucceſſit ejus filius, *Romanorum* Rex ante 7. annos creatus.

d Hic ad annum uſque pervenit *Chriſti* 1519. Imperii 26. ac pridie Idus *Januarii* ætatis anno 63. deceſſit. Multi hoc imperante, magnique, præſertim in *Italia*, ſub ejus initium motus exſtitere, qui in *Francicis* rebus exponentur.

Ut illa tunc memoretu triſtia, ſic læta iſta contigere. e *Ferdinandus Hiſpaniæ* Rex *Granatam*, quo in urbe *Maurorum* reliquiæ conſederant, expugnat an. 1492. quo *Saracenorum* in *Hiſpania* dominatus poſt annos, quam eo venerent, 780. deſiit. f Eodemque anno, 171. familiarum millia *Judaici* generis in exſilium abiere, quæ ad 800000. capitum fuiſſe dicuntur.

Complures in extremis Orientis Occidentiſque finibus ignotæ regiones adiri cœptæ, patefacto ad eas per *Hiſpanas Luſitanaſque* claſſes itinere. g *Chriſtophorus Columbus* patria *Genuenſis*, nauticæ rei ſcientiſſimus, ſub *Ferdinandi* & *Iſabellæ* Regum auſpiciis anno 1492. ex *Hiſpania* ſolvens, novas reperit inſulas; cujus exemplum ſecuti reliqui paullatim vaſtam illam aperuere continentem, quæ partem orbis terrarum quartam efficit. h Eodem incenſus ſtudio *Vaſcus Gama Luſitanus Emmanuelis* juſſu *Olyſſipone* pro-

A. 1438. Christi ad 1500.
s Lib. 10. de Geſt. Scand.
t Pand. Till. in Chron.
u Palm.
x Palm.
y Id. Pal. Plat. Naucl.
z Pius Pont. in Aſia. c. 97. Naucl. Hiſt. Cypri.
a Naucl. *Cypri regnum ut ad Venetos pervenerit.*
b Id. & Palm.
c Cuſpin. Naucl. Chron. Spanheim. Trith. Suppl. Palm. *Maximilianus.*
d Onuphr. Cuſpin.
e Taraſa Marian.
f Naucl. Mariana.
Novæ regiones patefactæ.
g Hiſtor. Ind. Append. Palm.
h Oſor. l. 1. de Geſt. Emm.

A. 1438. Chriſti ad 1500.

profectus in Orientem anno 1497. ſeptimo Idus *Julii*, ſequente anno 13. Calendas *Junias Calecutum* appulit, *Indici*ſque commerciis ac *Luſitanorum* ad ea navigationibus iter oſtendit.

Viri illuſtres.

Litteræ, *Friderico* regnante, per *Italiam* in ſplendore magno fuerunt, *Græcorum* doctiſſimis, qui capta *Græcia* ad eam accurrebant, æmulatione ſui *Latinorum* acuentibus ſtudia. Princeps ut dignitate, ſic eruditione *Græcorum* eſt habitus *Beſſario* Cardinalis, [a] quem anno 1472. legatum vidit *Gallia*: unde *Romam* rediens *Ravennæ* obiit ætatis anno 77. *Theodorus* item *Gaza Theſſalonicenſis*, qui [b] anno 1470. librum *de Menſibus* ſcripſit, [c] obiitque 1478. [d] *Georgius Trapezuntius Cretenſis* obiit 1485. [e] *Argyropylus Byzantinus* & *Demetrius Chalcondylas* eodem vixere tempore. [f] Inter *Latinos* eximie floruit *Pius* II. Pontifex, qui *Æneas* ante *Silvius* appellatus eſt. *Laurentius* item *Valla*, acri mordacique ingenio, [g] mortem obiit anno 1457. *Franciſcus Philelphus*, [h] qui 93. natus annos moritur anno 1481. [i] *Flavius* vero *Blondus* Hiſtoricus anno 1473. ætatis 57. [k] *Nicolaus Perotus*; *Platina*, qui Pontificum *Romanorum* Vitas perſcripſit ad *Paullum* uſque ſecundum; *Matthæus Palmerius Florentinus Chronici* Scriptor, [l] qui ob hæreſim de Angelis ſcripto proditam incendio punitur, ut ait *Trithemius*; alii non ipſum, ſed ejus librum exuſtum aſſerunt: quod & ſimilius vero. *Dometrius Galderinus*, qui [m] anno periit 1477. [n] *Rudolphus Agricola*; [o] *Joannes de Monte regio* Mathematicus: is moritur *Romæ* anno 1476. Secuti ſunt *Joannes Picus Mirandulanus*; *Hermolaus Barbarus*, quem ætatis anno 39. *Chriſti* 1493. exſtinctum ſcribit eſſe *Trithemius*; *Angelus Politianus* [p] obiit 1494. [q] ætatis 40. *Marſilius Ficinus*; *Sabellicus* Hiſtoricus; *S. Antoninus* Epiſcopus *Florentinus*. Neque vero commemorare omnes attinet; de quibus *Trithemius* ætatis ejuſdem Scriptor, & *Paullus Jovius* in *Elogiis*, compluresque alii ſcripſerunt.

a Palm. Paull. Jov. b Lib. de Menſib. c. 16. c Palm. Trith. d Paull. Jov. e Jov. f Trith. g Jov. h Trith. i Palm. k Jov. Trith. l Trith. m Trith. n Id. o Palm. Trith. p Trith. q Palm.

Typographia inventa.

Commodum autem accidit, ut cum, deterſa barbarie, litteræ caput efferrent, tot magnorum ingeniorum commendandis æternitati fœtibus ars typographica prodiret [r] anno 1440. repertore *Joanne Gatembergio* Equire *Moguntino*.

r Palm. an. 1457.

CAPUT X.

De rebus Francicis, *aliiſque cis* Alpes *geſtis* Carolo *VII.* Ludovico *XI.* & Carolo *VIII.* Franciæ *Regibus ac de* Italicis *etiam motibus, qui hoc poſtremo regnante cum* Francicis *rebus implicati ſunt.*

Anglicum Bellum.

REgnum *Carolus* VII. ingreſſus eſt anno 1422. miſerum & exercitum, pleraque *Franciæ Anglis* obtinentibus; quibus cum, in ultionem paternæ necis, Dux *Burgundiæ Philippus* vires ſuas conjunxerat. Prima in *Gallias Anglorum* eruptio [s] anno 1415. *Henrico* V. Rege contigit. Quo ad *Azincurtum*, haud procul *Caletam* oppido, pugna commiſſa eſt: in eaque flos *Gallicanæ* Nobilitatis partim occidit, partim in manus venit hoſtium. Captus eſt *Aurelianenſium* Dux *Carolus*, qui [t] 25. annis in cuſtodia fuit, aliique principes. Prona deinceps *Anglis* omnia *Burgundi* ſocietas fecit: qui in *Franciæ* Regem neque mentis, neque juris ſui compotem, cum Regina ejuſque filia *Catharina* poteſtatem habebat. *Henricus* occupata regni arce *Lutetia* [u] anno 1418. [x] biennio poſt in *Tricaſſibus Catharinam* in conjugium accepit, cum dote regni, excluſo *Carolo* Delphino. Verum perbrevem fructum tanti ſucceſſus habuit *Henricus* exſtinctus eo ipſo, quo *Carolum* VI. periiſſe docuimus, anno 1422. *Auguſti* 29. Huic *Henricus* VI. *Carolo* poſt menſes duos vita functo *Carolus* VII. ſufficitur. Perpetuus ex eo curſus *Anglicanæ* victoriæ fuit, deficientibus a *Carolo* in dies oppidis. Prima dehinc ad *Aurelianos*, nobiliſſimam *Celticæ* urbem rerum inclinatio facta eſt. [y] Eam *Anglus* obſederat anno 1428. quarto Idus *Octobres Sarisberienſi* duce, qui in ea obſidione cæſus eſt, propugnante vero *Joanne Notho*, *Ludovici Aurelianenſium* Ducis, qui a *Joanne Burgundo* interfectus eſt, naturali filio. Ultima jam metuentibus oppidanis raro ad hanc diem prodigio Deus opem attulit.

s Alan. Monſtr. l. 1. c. 139. Nauci. Meyer. Æmil. Gaguin. t Monſtr. l. 3. f. 106. u Monſt. l. 1. c. 143. & 214. x Alan. Monſtr. 1. c. 165. Olivar. c. 3. &c.

A. 1422. Chriſti ad 1500. y Alan. Monſtr. 2. Meyer. Æmil. &c. Micquellus.

Joanna Aureliana puella.

Joanna Darcia virgo erat in agro *Tullenſi* patre agricola, ovium cuſtos. Ea divinis inſtincta vocibus ad ſolvendam *Aureliæ* obſidionem, & *Carolum* tot anguſtiis explicandum, ultro hunc adiit: ac fide facta, *Aureliam* eum ſubſidiis miſſa, fractos prœliis aliquot *Anglos* [z] anno 1429. *Maii* 12. ab urbe repulit, Regem *Durocottoram Remorum* ad ſacra regni rite capienda perduxit. Fuſis ſæpius hoſtibus, tandem ad *Compendium* capta eſt anno 1430. [a] quam poſt longam de ea quæſtionem habitam *Petrus Cauchonius Bellovacenſis* Epiſcopus damnavit. *Angli* vivam exuſſere anno 1431. quo tempore *Baſileæ* Synodus eſt haberi cœpta, ait *Monſtreletus lib.* 2. [b] 70. De hac virgine, quæ *Aurelianenſis* puella vulgo dicitur, probroſa quædam ſalſo ab nonnullis jactata ſunt. Sed innocentem ac Deo caram fuiſſe, cum multa perſuadent, [c] quæ plenis voluminibus tradita leguntur, tum ſecundiſſimus rei ſecutus exitus; qualem non niſi auctori Deo fas ſit adſcribere. Deinceps enim *Anglis* in pejus omnia ceſſere. *Carolus* reconciliato ſibi *Burgundo* [d] anno 1435. paullatim ex hoſtium manu regnum recepit; [e] ſic ut anno 1453. cæſo *Talbotio* egregiæ fortitudinis viro, ereptaque rurſus *Aquitania*, nihil præter *Caletes* reliqui *Anglis* in *Gallia* fecerit. Ad hunc modum *Anglicanus* tumultus poſt annos duodequadraginta finem accepit.

z Alan. &c. a Monſt. l. 2. f. 59. Æmil. Gaguin. Meyer. b Vide Hiſtor. Joan. a pleriſq; editam. Belleſor in Chron in Carolo 7. & ad Nicol. Gil. c Alan. Monſtr. 2. f. 112. Olivar. 1. c. 3. d Monſt. l. 3 Polyd. l. 23.

Pulſos finibus alienis *Anglos* diſcordia domi civilis excepit. Duæ apud illos erant regiæ familiæ, altera *Eboracenſium*, *Lancaſtriorum* altera. *Henricus Lancaſtrius*, *Richardo* II. abdicare coacto interfectoque, regnum uſurparat [f] anno 1399. ejuſque nominis IV. appellatus exceſſit anno 1413. Huic ſucceſſit *Henricus* V. ejus filius, qui, cum *Philippo Burgundo* ſocietate facta, *Francorum* opes labefactavit, & ſuſcepto ex *Catharina Caroli* VI. filia *Henrico* VI. mortuus eſt anno 1422. ut ſupra retuli.

Alan. e Polyd. Virg. l. 21. *Anglicanæ turbæ domeſticæ.* f Polyd. l. 23.

Poſt ejectos *Gallia Anglos*, anno 1453. orta domi principum factione, cujus auctor erat *Richardus Eboracenſis*, Rex *Henricus* collatis ſignis ab illo ſuperatur, anno 1460. ac de concilii ſententia *Richardo* deſtinatur regni ſucceſſio. Interim *Margareta Renati Andegavenſium* Ducis filia, virili animo prædita mulier, *Henrici* conjux, haud exigua manu contracta, *Richardum* acie vicit & interfecit; tum ſubeuntem auxilio *Richardum* alterum *VVarvici* Comitem caſtris exutum in fugam conjicit, ac virum reſtituit in regnum. Poſt *Richardi* filius *Eduardus Marchiæ* Comes, *VVarvicenſis* auxilio *Henricum* & *Margaretam* pellit ea *Anglia*, Rexque ipſe renuntiatur [g] anno 1461. quarto Calendas *Julias*. Hunc deinde *VVarvicenſis*, orta inter ambos ſimultate, *Ludovici* XI. *Franciæ* Regis ope fugavit, & *Henricum* priſtinam ad dignitatem reduxit anno 1471. *Eduardus* vero, *Carolo Burgundiæ* Duce opitulante, regnum, quod amiſerat, recepit ſexto poſt menſe, & *Richardo VVarvicenſi* in pugna interfecto, *Henrico*, nec non *Eduardo* unico ejus filio, vitam eripit. Hunc *Henricum* longe ſanctiſſimum fuiſſe, adeo ut vivus mortuuſque miraculis inclaruerit, teſtis eſt *Polydorus lib.* 24. Regis nomen habuit annos 39. menſes 6. *Margareta*, conjuge, filio, & regno ſpoliata ad patrem revertit in *Gallias*.

g Polyd. l. 23. Vide Comm. in c. 50. & ſeq.

Eduardus tribus & viginti regnavit annis, exſtinctuſque eſt anno 1483. cujus frater *Richardus Gloceſtriæ*

A. 1422. Chriſti ad 1500.

caſtriæ Dux, homo ſceleratus, occiſis ejus filiis, tyrannidem invadit; quam tertio demum anno oppugnatus ab *Henrico Richemundenſi*, *Joannis*, qui ſexti *Henrici* frater arat, filio, cum vita perdidit. *Henricus* porro iſta aono 1486. regnum auſpicatus eſt, ejus oominis ſeptimus, octavi pater ejus, qui ab Catholica communione deſcivit. Atque ille filiam *Eduardi* Regis IV. ex *Eboracenſi* ſamilia duxit *Elizabetham*. [a] Quo facto *Lancaſtriorum* & *Eboracenſium* famoſa illa & *Anglis* exitialia odia reſtioxit.

[a] Polyd. l. 26.

In *Galliis*, *Anglorum* excuſſo dominatu, reſpirabat *Carolus*: niſi quod a bello quiete parta domeſticas io turbas incidit. [b] Nam *Ludovicus* ajus filius offeoſus patri ad *Philippum Burgundum* receptum habuit anno 1456. nec iode io *Fraaciam* rediit aote illius obitum: qui incidit anno 1461. *Julii* 22.

[b] Monſtr. l. 36. f. 68. Olivar. l. 1. c. 36.

Ludovicus XI.

Igitur *Ludovicus* ejus oomiois XI. aono eodem io patris locum venit, homo callidus & aſtutus. Qui ſub exordium regni conſpirantium intet ſe priocipum factionibus agitatus, constus illorum conſilio ac prudeotia diſcuſſit. Nam omnibus, quæ peterent, prolixe tribuendo, diſtrectos a ſe invicem ſingulos deinde eſt aggreſſus. [c] Hanc pactiooem pugna anteceſſit illa, quæ ad *Montemlehericum* octavo circiter ab Urbe lapide facta anno 1465. io qua oeutri ſatis liquida victoris cooſtitit. Princeps eret adverſarum partium *Carolus* Comes *Caroleſius*, *Philippi Burgundiæ* Ducis filius. Is patris obitu, qui anno 1467. *Junii* 15. feria 2. contigit, ampliſſimis in opibus ac potentia cum eſſet, ut erat natura ferox & oovarum cupidus rerum, finitimos laceſſere ooo deſtitit; [d] præterim vero *Renatum Lotharingiæ* Ducem, & *Helvetios*, quibus cum *Ludovicus* contre communem boſtem ſocietatem feceret. Reoatum ut facile vicit *Carolus*, & principatu propemodum exutum fugere coegit io *Franciam*, ſic ab *Helvetiis* clade bis accepta, cum *Renatus* provinciam ſuam recuperaſſet, adverſus illum conteodit in *Lotharingiam*. Ibi dum *Nancejum* obſidet, ab *Renato Germanicis* & *Helveticis* auxiliis ioſtructo victus in acie cecidit [e] aono 1477. *Januarii* 5. unica relicta filia *Maria*, quæ *Maximiliano Friderici* Imperatoris filio nupta. *Caroli* audita morte, *Ludovicus* extemplo *Burgundiam* veteremque in *Belgia* ditionem poteſtati ſuæ ſubjecit.

[c] Monſtr. l. 3. Chron. Lud. XI. Comm. c. 8. Monſtr. l. 3. p. 132. Olivar. l. 1. c. 27.

[d] Comm. Till. Æmil. Gaguin.

[e] Comm. c. 95. Aemil. Gaguin. Till. Append. Monſtr. f. 190.

[f] Obiit in *Turonibus Chriſti* anno 1483. tertio *Calendas Septembres*, feria 7. [g] cum prius ad ſe *Franciſcum Paullaaum* acciviſſet ex *Italia*, virum ſanctiſſimum, ac mireculis inclytum, a quo *Minimorum* inſtitutus eſt Ordo.

[f] Comm. c. 136.

[g] Comm. c. 130. Minimorum Ordo.

Tertium decimum agens aonum *Carolus* VIII. *Ludovici* filius, [h] quippe natus anno 1470. prid. Idus *Julias* regnum ſuſcepit ſub *Aaaæ* ſororis tutela, quam *Petrus Borbonius Bellojocenſis* duxerat. [i] Eam ſibi prælatam ægre tulit *Aurelianenſium* Dux *Ludovicus Caroli* filius, *Ludovici* nepos illius, quem *Joannis Burgundi* juſſu *Lutetiæ* confoſſum eſſe demonſtravimus. Igitur ad *Franciſcum Britanniæ* Durem fugiens, com in ſocietatem plerique veniſſent procerum, commiſſo cum regiis ducibus prœlio ad *Fanum Albini* in *Aremoricis*, victoria pariter ac libertate cecidit [k] anno 1488. [l] & triennali cuſtodia deteotus eſt. Supplici Duci pax ea lege conreſſa, ut quod Regis armis quæſitum erat, id io illius poteſtate maoeret. [m] Inter bæc Duce mortuo, *Aanam* ejus filiam, *Maximiliano Romanorum* Regi pactam uxorem *Carolus* accepit, repudiata *Margareta Maximiliani* filia, quam ſibi *Ludovico* patre auctore deſponderat. [n] Bellum ob id inferente *Maximiliano*, pax deoique ſecuta eſt, cum ei Comitatus *Atrebatenſium* de Regis voluntate ceſſiſſet.

[h] Chron. Lud. XI. Till.

[i] Gaguin. Æmil.

[k] Chron. Caroli VIII. ex Jalignio &c. excerpt. a Godef.

[l] Id. p. 166.

[m] Gaguin. Excerpt. Jalig. &c. Till.

[n] Gaguin. Excerpt. Jalig. &c. Till.

[o] Pace in regoo compoſita, longinqua bella *Carolus* expetiit, ſuſcepta in *Italiam* expeditione, ad *Neapolitanum* recuperandum regoum; quod ab *Renato Andegavenſium* Duce io *Ludovicum* XI. traoslatum *Ferdinandus* habebat *Alphonſi* M. filius, *Alphonſi* pater alterius, cujus gener erat *Joannes Galeacius*, nihil ex *Mediolanenſi* principatu præter nomen obtioens; cum penes *Ludovicum Sfortiam* ejus patruum poteſtas omnis eſſet, quam tutelæ ſpecie ad ſe trexeret. Ægre id ſcilicet *Alphonſus* ferebat, ac pro genero parabat bellum. Hoc ut *Ludovicus* averteret, *Carolum* ſpe *Apuliæ* potiundæ in *Italiam* axcivit. Ergo ut hoſtile nibil a tergo relinqueret, [p] *Ferdinando Hiſpaniæ* Regi *Ruſcinonem*, ac *Perpinianum*, de quo inter ipſos certamen erat, permiſit ultro; tum [q] anno *Chriſti* 1494. ſuperatis *Alpibus*, in *Italiam* deſcendit. Quam cum repeotino terrore compleſſet, expeditum per *Tuſciam Romam* uſque, & *Neapolim* deinceps, iter habuit. [r] *Romæ* ab *Alexandro* VI. *Conſtantinopolitani* imperii titulum acrepit aono 1495. cum [s] ſuperiore *Ferdinandus* exceſſiſſet *Jaanarii* 25. [t] Cujus filius *Alphonſus Caroli* adventu perterrefactus in *Siciliam* trajecit; ac regno ſe abdicans, id *Ferdinando* filio reliquit. [u] *Ferdinandus* metu *Francorum* in *Iſchiam* inſulam ſeſe recepit. *Carolus Neapolim* ingreſſus [x] *Februarii* die 22. toto regno potitur.

[o] Comm. in Car. 8. Guicc. Append. Monſtr. Gaguin. Jalign. Excerpt. & Ferron.

[p] Gaguin. Gillius. Ferron.

[q] Comm. Guicc. &c.

[r] Till.

[s] Guicc.

[t] Comm. Guicc.

[u] Guicc.

[x] Append. Monſtr. Gill.

Tam repentini *Francorum* ſucceſſus invidiam apud *Italiæ* principes ac civitates habuere. [y] Ergo adjuncto ſibi *Maximiliano* Imperatore, & *Ferdinando Hiſpaniæ* Rege, clam etiam *Alexandro* Pootifice favente, *Veneti*, ac *Ludovicus Sfortia*, cui a, mortuo *Galeatio*, *Mediolanenſium* Ducis jus ac titulum *Maximilianus* Imperator conceſſerat, conjuretionem faciunt, Regemque *Franciæ* ordinatis in *Apulia* rebus in *Galliam* redeuntem intercludere conantur. [a] Pugnatum eſt prid. Nonas *Julias* ad *Forum Novanorum*, baud procul *Parma*; & ab exigua *Francorum* manu [b] (ſeptem haud amplius millia fuiſſe produntur) perrupta ſunt hoſtium millia quadraginta. *Carolus* [c] recepto *Ludovico Aurelianenſium* Duce, qui ab *Ludovico Sfortia Novariæ* circumſeſſus in ſummas anguſtias veoerat, decoris & gloriæ plenus rediit io *Franciam* anno eodem, quo *Romam* ac *Neapolim* adieret. [d] Vix eo digreſſo, *Neapolitani* ac reliqui omnes ad *Ferdiaandum* deſecere. *Franci*, *Gilberto Monpenſerio* præfecto mortuo, paullo poſt omnes exceſſere. Hanc *Italiæ* cladem adventumque *Caroli* ooo ſemel prædixiſſe dicitur *Hieronymus Savoaarola Dominicaaus*, celebris ac *Florentinis* mirifice gretus Orator, [e] qui ob cootumaciam ſeditioſaſque conciones extremum ſupplicium luit poſtridie ejus diei, quo *Carolus* e vita diſceſſit. [f] Qui apud *Ambaſiam* io *Turonibus* repente apoplexia periit, 7. Idus *Apriles*, anno 1498. regni decimo quioto.

[y] Guicc. 2. Comm.

[z] Guicc. 1.

[a] Guicc. 2. Comm. c. 31. & ſeq. Gaguin. Append. Monſtr. Excerpt. Jalign. &c.

[b] Gaguin.

[c] Excerpt. Jaliga. &c. Comm. c. 38. Guicc. 2.

[d] Comm. c. 38. Guicc. &c.

[e] Comm. in Car. c. 25. Append. Naucl.

[f] Guicc. fine l. 3. Naucl.

[g] *Ludovicus* ejus nomiois XII. mortuo ſine herede *Carolo*, ex lege ſucceſſit *Caroli* filius, *Aurelianenſium* Dux, [h] qui ſe extemplo utriuſque *Siciliæ* & *Hieroſolymæ* Regem, ac *Mediolanenſium* ducem appellari voluit; ac ſubinde totus io *Italicam* expeditionem incubuit, ducta prius *Anaa* vidua, *Aremoricorum* Priocipe, *Caroli* quondam octavi coojuge, ac divortio cum *Joanna* facto, *Ludovici XI.* filia, quam iovito illi pater induxerat: quæ quidem *Biturigas* coocedens magna in ſanctitatis fama poſtmodum fuit. [i] *Mediolanum Ludovici Sfortiæ* fuga in *Francorum* poteſtatem pervenit cum *Inſubribus* reliquis anno 1499.

[g] Comm. c. 53. Guicc. l. 3. Till. Gaguin. &c.

Ludovicus XII.

[h] Guicc. 4. Comm. Till. Ferron. &c.

[i] Guicc. 4. Till. Ferron. Naucl.

C A-

A. 1500. Chriſti ad 1547.

CAPUT XI.

Quæ anno Chriſti 1500. *ad* 1547. *toto orbe geſta ſunt, Imperatoribus* Maximiliano & Carolo V. *ac Regibus* Galliæ Ludovico XII. & Franciſco I.

M*Aximiliano* Imperatore, ac *Ludovico XII.* Rege *Franciæ*, atrox in *Italiam* inſtauratum eſt bellum.

a Guic. 4. & ſeq. Till. Addit. ad Monſtr. Ferron. Vellej. Append. ad Gaguin. Hiſtor. Bayard.

Trivulcium, qui *Inſubres Ludovici XII.* nomine regebat, *a* quod *Guelficæ* factionis eſſet, *Mediolanenſes* oderant. Nam hæc civitas *Gibellinorum* parti ex antiquo favebat. Itaque *Ludovicum Sfortiam* apud *Maximilianum* degentem clam revocant, ſeque illi tradunt anno 1500. Verum paullo poſt captus a *Francis Ludovicus* cum *Aſcanio* Cardinali fratre, ad arcem *Lochienſem*, id oppidum in *Turonibus* ſitum eſt, in cuſtodiam mittitur; *b* in qua decem annos vixit.

b Guicc. 4. *Ludovici XII. geſta.* *c* Guicc. id. l. 5. Ferron.

c Secundum hæc fœdere cum *Ferdinando Hiſpaniæ* Rege facto, *Ludovicus Neapolitanum* occupat regnum, quod tum *Fridericus* legatum ſibi ab *Ferdinando Alphonſi* fratris filio tenebat. Atque hic ex pacto ſe abdicans, in *Andegavos*, attributam ſibi ab Rege cum ſtipendiis annuis provinciam, conceſſit anno 1501. Diviſo *Francos* inter & *Hiſpanos Neapolitano* regno, haud diuturna pax eſſe potuit.

Conſalvus Ferdinandi dux intra biennium *Francos* inde penitus expulit: ob idque *magni ducis* nomen eſt adeptus. *d* Deceſſere oppidis omnibus *Franci* anno 1504.

d Guic. 6.

e Guicc. 8. & ſeq. Ferron. Till. Chron. Hiſtor. Bayard. &c.

e Contra *Venetos* deinde præpotentem in *Italia* civitatem viciniſque formidabilem *Ludovicus* cum *Maximiliano* & *Julio II. Romano* Pontifice conſpirat anno 1508. Sequente porro *Veneti* acie ab *Ludovico* ſuperati, quidquid in continente habebant propemodum amittunt. Sed *Julius*, reconciliatis ſibi *Venetis*, in *Ludovicum* arma convertit. Præerat *Francicis* rebus in *Italia Vaſto Fluſtas* Dux *Nemorenſis*, qui late pervaſtatis omnibus, cum *Venetorum*, *Hiſpanorum*, ac *Julii* copiis ad *Ravennam* congreſſus eſt: partaque memorabili victoria, temere in hoſtes invectus occubuit. *Ravenna* a victoribus direpta. Huic prœlio, *f* quod anno 1512. contigit, ipſo die Paſchatis, *Bayardus* Eques *Allobrox* longe per id tempus fortiſſimus & clariſſimus interfuit. Poſtmodum Veneti res ſuas ſtrenue recuperarunt. Intento in res *Italicas* Rege *Ludovico* finitimi principes *Franciæ* bellum intulere. *Ferdinandus Hiſpanus Vaſconum* regno, quod *Navarram* vocant, *Joannem Albertum* exuit. *Henricus VIII. Angliæ* Rex, qui patri cognomini ſucceſſit anno 1509. *Picardiam* aggreſſus, *Morinos* ac *Nervios* occupat. Ita *Franci* tot circumſeſſi hoſtibus *Italiam* omittunt anno 1513. quo *Julius* Papa moritur. *g Ludovicus* vero *Franciæ* Rex, compoſitis cum *Anglo* rebus, & *Henrici* ſorore *Maria* in matrimonium accepta, quippe *Anna* jam obierat, *Claudia* & *Renata* ſuperſtitibus liberis, dum novum in *Inſubres* bellum apparat, vita functus eſt Calendis *h* ipſis *Januariis*, ineuntis anni 1515.

Pugna ad Ravennam. *f* Guicc. 10. Hiſt. Bayard. c. 54. *g* Bellajus. 1. Comm. *h* Bellajus Till. Parad. 1. &c.

Julio Papæ *Leo X.* ex *Mediceorum* ſtirpe ſubrogatur. *Ludovico* Regi *Franciſcus* Dux *Valeſiorum* & *Ingoliſmenſium* Comes illius gener. *Claudiam* enim ipſius & *Annæ* filiam, poſt matris obitum, duxerat. Pater huic erat *Carolus*, *Joannis Ingoliſmenſis* filius, viri ſanctitate, ac miraculis poſt obitum, illuſtris; cujus pater *Ludovicus Aurelianenſium* Dux fuit, a ſicario apud *Lutetiam* interfectus.

Franciſcus I. *i* Till. Bellajus. Guicc. l. 12. Parad. l. 2.

Franciſcus, ut primum Rex eſt factus, ad *Mediolanenſem* expeditionem converſis viribus, *Helvetios*, qui ſe illi oppoſuerant, bidui pugna concidit ad *Marinianum* *i* anno 1515. *Septembris* 13. & 14. Qua ex victoria *Mediolanenſis* principatus deditio ſecuta eſt. *Leo* tum Papa *Romanæ* Eccleſiæ præerat, qui *Julio II.* ex anno 1513. ſucceſſerat. Cum hoc *Bononiæ* colloquio habito *Franciſcus* de abroganda Pragmatica Sanctione & Concordato recipiendo ſtipulatus eſt, *k* anno 1516. *Lateranenſi* deinde Concilio, quod ex anno 1512. celebrari cœptum fuerat, finis adhibitus eſt anno 1517. decretaque in *Turcas* expeditio.

Petavii Ration. Temp.

A. 1500. Chriſti ad 1547. *Concordatum.* *k* Id.

Idem annus *Germaniæ* totique Eccleſiæ funeſtus accidit peſtilentis hæreſis exortu: cujus conditor *Lutherus*, *l* apud *Islebium* in *Saxonia* natus anno 1483. *Novembris* 10. anno iſto 1517. contra Indulgentias declamare cœpit. Quo ex igniculo paullatim incendium exarſit, quo *Europa* tota conflagravit.

l Coch. Till. Guicc. &c. *Lutherus.*

Interim *Maximiliani* Imperatoris obitu, *Carolus* ejus nepos, *Philippi Auſtriaci* & *Joannæ Ferdinando* & *Iſabella* natæ filius, *m* anno *Chriſti* 1519. imperium accepit, ætatis an. 20. ſiquidem an. 1500. *Februarii* 24. editus eſt in lucem. Cum hoc perpetuum fere bellum *Franciſcus* habuit, quod *n* an. 1521. denuntiatum eſt. Itaque eodem tempore potentiſſimis duobus Regibus, *Carolo* & *Henrico Anglo*, *Franciſcum* oppugnantibus, tribus in locis bella ſuſtinuit. In *Vaſconibus* res initio perſpere ceſſit, capta regni arce Pompejopoli; qua in obſidione *Ignatius Lojola Cantaber* contra *Francos* oppidum propugnans, ictu lapidis crure fracto, in extremum vitæ periculum venit: quod vulnus *Ignatio* ſalutem animi, & Eccleſiæ novum *Societatis Jeſus* ordinem peperit. *Hiſpani* paullo poſt, ejectis *Francis*, amiſſa omnia recuperarunt. Par in *Italia Franciſci* Regis infelicitas exſtitit. Nam adverſus *Odetum Fluſtatem Lautrecium* rebellantes *Inſubres*, *Gallos* inde pepulerunt, anno ipſo 1521. Quo *Emmanuel Luſitaniæ* Rex, Princeps maximus, obiit *Decembris* 13. eique *Joannes* filius ſucceſſit, ejus nominis tertius.

Carolus V. Imperator. *m* Guicc. 13. Till. Bellajus. Parad. 1. *n* Id.

At vero *Leone X.* Calendis *Decembris* anni ejuſdem repentina morte functo, *Hadrianus VI.* qui tum *Hiſpaniam* adminiſtrabat, ejus locum ſuſcepit, *Januarii* 9. ſequentis anni. Quem annum *Chriſtianis* luctuoſum clades *Rhodia* fecit. *o* Hanc enim inſulam *Solimanus Turca*, poſt ſex menſium obſidionem urbe capta, in ſervitutem redegit anno 1522. *Decembris* 22. proditione *Andreæ Meralis Luſitani* Equitis. *p* Septimo poſt anno in *Melitam* inſulam tranſportati Equites, hactenus ibi contra Barbaros *Chriſtianæ* rei præſidio eſſe pergunt.

Rhodus capta. *o* Parad. 1. c. 7. Guicc. l. 15. Annal. Turc. *p* Parad. lib. 3.

In *Galliis Carolus Borbonius*, Magiſter utriuſque militiæ, quem *Comitem ſtabuli* vocant, offenſus Regi ad *Hiſpanum* defecit an. 1523. *q* Dehinc ineunte 1525. *Franciſcus Mediolano* aliiſque *Inſubrum* oppidis receptis, in *Ticini* obſidione captus *Februarii* 24. in *Hiſpaniam* mittitur ad *Carolum*; a quo parum honeſtis conditionibus *r* ſequenti anno dimittitur, regiis liberis obſidibus datis. Qui *ſ* anno 1529. æquioribus legibus, ſancita pace, vicies centenis aureorum millibus redempti ſunt.

q Till. Bellai. 1. 2. Parad. l. 1. c. 6. Guic. l. 15. *Franciſcus capitur.* *r* Guicc. l. 16. Bellai. Till. Parad. *ſ* Id.

At *Carolus Borbonius* contra *Clementem VII.* alienatum a *Carolo V.* bellum movens, admotis ad Urbem copiis, dum inter primos murum conſcendit, glande ferrea trajectus cecidit *t* anno 1527. cujus milites captam cum Pontifice *Romam* fœde diripuerunt. *Franciſcus* ad liberandum Pontificem, *Lautrecium* cum armata manu miſit in *Italiam*. Is *Neapolim* obſidens vulgata per exercitum lue, anno 1528. periit.

Roma capta. *t* Till. Bellai. Guicc. l. 18. Parad. Till. Parad. l. 2. c. 7.

Inter hos armorum tumultus *Solimanus Pannoniam* ingreſſus *Budam* expugnavit, ac *Ludovicum* Regem devicit. Is deinde per paludes admiſſo equo fugiens in cœnoſam voraginem implicatus interiit *Auguſti* 29. anno 1526. Hujus in locum *Ferdinandus* Imperatoris frater eligitur.

A. 1506. Chriſti ad 1547.

In *Germania*, ſerpente *Lutherana* peſte, ſciſſa eſt in varias hæreſes *Chriſtiana* profeſſio: dum, ut quiſque lingua & audacia promptus eſt, ſuæ auctor eſſe ſectæ, quam alienæ mavult inſiſtere. Cujus contagio veneni in *Britanniam* denique pervaſit inſulam. [a] *Henricus VIII.* qoi edito contra *Lutherum* luculento nuper opere *Defenſores fidei* titulum meruerat anno 1521. *Annæ* pellicis captus illecebris, cum *Catharina* conjuge *Caroli Auguſti* matertera divortium fecit anno 1532. Ob id *Romani* Pontificia ſententia notatus, ſe cum omni regno ſuo ab ejus communione divulſit, principatumque ſibi illius Eccleſiæ ſumpſit. Tum ab nefariis iſtis conſiliis abhorrentes ſummos etiam illuſtreſque viros affecit ſupplicio. In his *Thomam Morum* regoi Cancellarium probum & eruditum hominem, ac *Joannem Fiſcherum Roffenſem* Epiſcopum, purpura ornatum a Pontifice anno 1535. gladio ſubjecit; [b] dum *Carolus* Imperator io *Africam* claſſe trajecta, pulſo *Barbaroſſa* inſigni prædone, qui *Algerum* nuper occuparat, & *Goleto* arce validiſſima, haud procul eo loco, ubi *Carthago* ſita fuit, ſubacta, *Muleaſſum* io regnum reſtituit.

a Hiſtor. Schiſm. Anglic. Guicc. 28. Till.

Anglicanum Schiſma.

b Parad. 3. c. 8. Till.

[c] Idem rebellantes io *Germania* Priocipes, quos *Lutheranum* virus afflaverat, & iteratis colloquiis fruſtra ſæpe ad concordiam invitatos, magno victos certamine ad officium coegit aono 1546. [d] cum biennio aote pacem cum *Franciſco* Rege feciſſet, inductus eo quod noviſſimam in *Gallias* expeditionem haudquaquam pari, ac ſperabat, exitu ſuſceperat. Quippe dum in expugnandis modicis aliquot oppidis moras agit, exercitum ſuum immiouit, ac majorem rerum occaſionem amiſit. Præcipua ad *Sandeſiderianum* illius offenſio fuit: quod in *Campania Gallicanæ* aditu perexiguum ac male munitum totis adortus viribus ſeſquimenſis obſidione expugnare noo potuit; nec niſi æquiſſimis datis conditionibus in ditionem redegit anno 1544. Interim *Angliæ* Rex altera ex parte *Francos* aggreſſus bellum in *Morinis* impigre gerebat, qui eodem tempore *Bononiam*, quod *Geſſoriacum* Veteres dixere, deditione cœpit. At anno ſequente, qui fuit *Chriſti* 1545. pacem itidem cum *Fraacifco* compoſuit. Anoo porro 1547. ambo illi Reges, *Henricus Angliæ*, & *Franciſcus Galliæ*, diſſimilem vitæ ſortiti ſunt exitum, ille obfirmatus in ſchiſmate; hic ſacramentis rite omnibus acceptis in Catholicæ fidei confeſſione diem obiit ſupremum, prid. Calendas *Apriles*, regni an. 33. cum antecedente *Januario Henricus* obiiſſet.

c Parad. 4. c. 8. Till.

d Bellai. Comm. 10. Till.

Sandeſideriana urbis obſidio.

Multum huic Principi debent *Gallicanæ* litteræ. Nam illius liberalitate, accitis undique viris omni genere artium excultis, publicæ Scholæ honeſtis ſtipendiis *Lutetiæ* cooſtitutæ ſunt [e] aono 1530. Quam in rem hortatoribus eſt uſus *Joanne Bellajo*, qui deinde Cardinalis fuit, & *Guillelmo Budæo* viro undecumque doctiſſimo: cum eodem floreret tempore *Deſiderius Eraſmus Batavus*, qui anno 1536. ſeptuagenarius obiiſſe fertur, *Budæus* anno 1540. Celebre apud poſteros nomen reliquerunt & alii complures; velut in *Germania Joannes Eckius*, & *Joannes Cochlæus*, *Albertus Pighius*, qui contra *Lutherum* pro Catholicis partibus acerrime ſteterunt: in *Italia Thomas de Vio* Cardinalis *Cajetanus*; *Ambroſius Catharinus* e *S. Dominici* familia, Theologi. Politiore vero doctrina præſtantes ſunt habiti *Paullus Jovius Comenſis* Epiſcopus, *Jacobus Sadoletus Carpentoratenſis* Epiſcopus, *Petrus Bembus*, *Andreas Alciatus*, qui an. 1548. moritur: cum ao. ante *Franciſcus Vatablus Hebraicæ* linguæ Profeſſor [f] eodem, quo *Jacobus Tuſcanus*, die *Martii* 13. deceſſiſſet: *Paullus Æmilius*, *Guicciardinus*, Hiſtorici. Sanctitate ornarunt hanc ætatem [g] *B. Ignatius* Societatis *Jeſu* conditor, quam an. 1540. *Paullus III.* Pontifex die 27. *Septembris* ratam eſſe juſſit: & [h] *B. Franciſcus Xaverius Cantaber*; qui aono 1541. primus ex *Ignatii* diſcipulis ultimum in Orientem profectus, magnis ibi geſtis rebus ac miraculis *Indorum* dici *Apoſtolus* meruit.

Viri litterati & pii.

e Till.

f Till.

g Hiſt. Soc. Jeſu Ribad.

h Idem & Turſellin.

CAPUT XII.

A. 1547. Chriſti ad 1589.

De iis, quæ per orbem memoratu digna contigerunt ab anno 1547. ad 1589. ſub Carolo V. Ferdinando, Maximiliano, Rodulpho *Imperatoribus*: & Henrico II. Franciſco II. Carolo IX. Henrico III. Valeſiis, *Regibus* Franciæ.

F*Ranciſco Valeſio Galliæ* Regi ſuperſtes fuit *Carolus V.* Imperator annos fere 12. quibus *Henricus II. Franciſci* filius regnabat in *Galliis*. In *Germania*, *Luthero* turbarum omnium auctore ſublato, qoi [i] anno 1546. *Februarii* 18. ſubitam mortem obierat, non tamen civiles motus acquievere. [k] Nam qui per occaſionem *Germanicæ* aſſerendæ libertatis ac novi propugnandi dogmatis, *Carolo* bellum intulerant, ad *Albim* flumen ab eo funduntur anno 1547. Horum princeps erat *Fridericus Saxoniæ* Dux, qui io victoris poteſtatem venit; ab eoque damnatus capitis, ſubinde rogatu procerum mitiorem pertulit pœnam, cum eoque captus & *Lantgravius Heſſus Philippus*. Horum pœna *Germanici* tumultus paullulum compreſſi.

i Coch.

k Guicc. Comm. l. 2.

[l] *Henricus* interim II. *Franciæ* Rex, ut Rempublicam conſtitueret, ab Religiooe orſus, *Lutheranos* occulte graſſaotes ſeveriſſimis edictis compeſcuit, nec paucos ex illa ſecta comprehenſos incendio puniit. *Lutheranos* tum cujuſcumque hæreſis homines appellare mos erat. Ac tum *Calvini* per *Gallias* novus increbreſcebat error; & qui illum ſpargebant, fictæ integritatis fuco ac ſpecie haud paucos illexerant. Contra hos omnes *Tridenti* per id tempus Synodus habebatur ex anno cœpta 1545. *Paullo III. Romano* Pontifice. Sed ob civilia *Chriſtianorum* diſſidia in longum extracta, ſub *Pio* denique IV. anno 1563. finem accepit.

l Annal. Franciæ Belleſor. Matth. Pleix.

Henrici II. regnum.

Tridentina Synodus.

Inter hæc bellum *Henricus* cum Imperatore *Carolo* reſumpſit anno 1551. & utrimque captis oppidis, *Franci Mediomatricos*, aliaque circumjecta ſuæ poteſtatis fecere anno 1552. *Carolus* centum armatorum millibus *Divioduram Mediomatricorum*, quos *Metenſes* vocant, caput obſedit. Sed *Franciſco Guiſio* propugnante, potiundi deſperatione inde diſceſſit.

Tum *Carolus* rerum humanarum tædio, & amore receſſus, [m] anno 1555. apud *Bruxellas* regno ſe imperioque abdicans, illud in *Philippum* filium, hujus adminiſtrationem in *Ferdinandum* fratrem tranſtulit. Hoc velut onere levatus in *Hiſpaniam* oavigavit, ibique ſe *S. Juſti* Monaſterio ſepſit: ubi [n] anno 1558. *Ferdinando* per Septemviros renuntiato Imp. vivere deſiit.

m Guicc. Comm. l. 2.

n Guicc. l. 2.

[o] In *Anglia* paullulum reſpiravit Catholica fides anno 1553. cum poſt *Eduardi* mortem *Maria Henrici VIII.* & *Catharinæ* filia regoare cœpit. Ea vero *Philippo Hiſpaniarum* Principi nupta anno 1554. accito *Reginaldo Polo* Cardinali propinquo ſuo totam inſulam *Romanæ* fidei communionique reſtituit. Verum ſexto poſt anno, qui fuit *Chriſti* 1558. *Maria* mortua *Elizabetha Henrici VIII.* & *Annæ Bolenæ* filia priſtinam revocavit perfidiam.

o Hiſtor. Schiſm.

In Anglia fides reſtituta.

[p] Interim *Franci* bellum, quod cum *Carolo* geſſerant, cum *Philippo* ejus filio haud ſegniter urgebant. *Franciſcus Guiſius* io *Campaniam Neapolitanumque* regoum duxit exercitum anno 1557. Quo quidem ad *S. Quintini* oppidum io *Veromanduis* a *Philippo* cæſi ſunt *Franci*, *Auguſti* 10. die, cum ad obſidionem ſolvendam accurriſſent. Eo prœlio plerique Nobiles capti. Oppidani deditionem fecere. Sed *Hiſpani* vi-

p Annal. Franc.

Guiſii in Italiam expeditio.

Google

A. 1547. Chriſti ad 1589.

ctoria uti neſcierunt. Pax denique ab ambobus regibus pari utriuſque voto recepta, nuptialique adſtricta fœdere, data *Philippo* in conjugium *Elizabetha Henrici* filia [a] anno 1559. *Junii* 29.

[a] Belleſ. &c.

Mors Henrici II.

Verum, ut humanæ res ſunt, tanta hilaritas brevi ingenti mœrore compenſatur, *Henrici* Regis obitu; qui per ludicrum certamen equitum lethale in cepite vulnus accepit, nbiitque *Julii* 10. ætatis 43. regni 13.

[b] Annal. Franc. *Franciſcus II.*

[b] *Franciſco* II. *Henrici* filio, qui ætatis 17. anno patri ſubrogatus eſt, ſeſquianni fere principatus fuit. Idque ſpatium *Calvinianorum*, quos *Hugonottos* vocant, ſeditinnibus inquietum fecit; quamquam de iis ſevere quæſtio eſt habita: & ex Senatorum ordine *Annas Burgius*, qui *Henrici* juſſu in vincula conjectus erat, publice in patibulum actus eſt, ejuſque cadaver exuſtum, *Decembris* 23. anni 1559. His ſuppliciis irritati *Hugonotti* contra Regem conſpirant: & *Ambaſia*, ubi tune erat, clam cum conantur abducere. Re vero per certne indices cognita, *Ludovicus Borbonius* Princeps *Condæus* in ſuſpicinnem adductus cuſtodiæ traditus, ac dum in eum capitis inquiritur, apud *Aureliam*, quo regni totius ordinum delecti convenerant, *Franciſcus* Rex morbo interiit anno 1560. *Decembris* 5.

Carolus IX. Colloquium Piſſiacenſe.

Carolus eum frater natu proximus ſecutus eſt. Sub quo *Hugonottorum* furor majore ſumpta fiducia, in apertam rebellionem erupit. Ad hos, ſi qua ratione fieri poſſet, in concordiam adducendos *Piſſiaci* conventus habetur anno 1561. in quo de fidei controverſiis corem principibus Hæretici cum Catholicis Theologis in certamen venerunt. Cum nihil profectum eſſet, res ad arma deducitur. Multis prœliis victi potius, quam domiti ſunt rebelles: quorum sria fuere præcipua. Primum ad oppidum *Drocas*, in quo Princeps *Condæus* ab *Franciſco Guſio* Catholicerum partium duce captus eſt, anno 1561. Secundum ad *Jarnacum* in *Santonibus*: quo ducente Catbolicos *Henrico Caroli* fratre, idem *Condæus* occubuit, anno 1569. Tertia in *Pictonibus* ad *Moncontorium* pugna eodem & anno & imperatore facta. Cæſi magno numero perduelles.

Pugna Drocenſis, Jarnacenſis, Moncontorienſis. Cædes Hæreticorum.

Majore poſt biennium *Lutetiæ* trucidati ſunt, cum ad celebrandas *Henrici Borbonii Navarræ* Regis, qui tum illarum partium erat, cum *Margareta* ſorore *Caroli* nuptias eo frequentes adveniſſent. Pari in plcriſque *Galliæ* urbibus cæde mactati ſunt Hæretici. Ea 9. Calendas *Septembres* anni 1572. incboata *Lutetiæ* eſt, die *S. Bartholomæo* ſacro, a quo deinceps nomen invenit.

Maximilianus Imperator.

Ante hæc, *Ferdinandi Cæſaris* morte *Maximilianus* II. ejus filius *Romani* Imperii titulum recepit anno 1564. qui annus ad rationem computandorum temporum inſigne illud attulit, quod *Caroli* edicto cautum eſt in *Galliis* ut in publicis privatiſque tabulis ab Calendis *Januariis* annorum repeterent exordium: quod bactenus a Paſchate, vel Incarnatione, capi conſueverat. Sed & anno eodem *Joannes Calvinus* Hæreſiarcha tot motuum malorumque auctor exſtinguitur *Maii* 27.

Anni initium in Galliis a Paſchate ſumi deſitum.

Belgici motus.

In *Belgio*, quod *Margareta Philippi* fretris nomine gubernabat, ſimiliter ut in *Gallia* reliqua, infeſta Hæreticorum armis erant omnia. Miſſus ad bane pacandam provinciam *Ferdinandus Albanus* Dux anno 1567. aſperitate animadverſionis, ac præſertim duorum primariæ nobilitatis Comitum, *Egmondani*, & *Hornani*, ſupplicio *Flandros* irritavit anno 1568. Quo *Carolus Philippi* Regis *Hiſpani* filius ex *Maria Luſitana*, a patre in cuſtodiam datus, ejus mandato neci traditur. *Batavi*, quos *Hollandos* vocant, & *Mattiacarum* inſularum incolæ, *Zelandicas* vulgo nominant, primi anno 1572. ſignum libertatis ſuſtulere, excuſſo *Hiſpanorum* imperio, quod immodicis exactionibus inviſum redderet *Albanus*. Ad illorum fœdus acceſſere ſubinde civitates ceteræ & in eam coaluere Rempublicam, quæ *Fœderatorum Ordinum* bodieque dicitur.

Batavorum ab Hiſpano defectio.

Petavii Ration. Temp.

Scotia vicinæ *Angliæ* contagione peſtilentem hauſit hæreſim. In quam *Maria Stuartia* Regina cum ſe poſt *Franciſci* II. conjugis ſui *Francorum* Regis recepiſſet obitum, & *Henricum Stuartium* Ducem *Lenoxium* ſibi virum optaſſet anno 1564. eo ab Hæreticis interfecto, ipſa e cuſtodia, qua illam *Jacobus* nothus ſepſerat, ad *Elizabetham Angliæ* Reginam dilapſa, ejus iniquiſſima ſententia, poſt 20. annorum carcerem, capite mulctatur, anno 1587.

[c] Biſarus in Hiſtor. Cypr.

[c] Per hos *Chriſtianorum* in *Europa* tumultus, *Turcica* res magnis auctibus excrevit. *Pialis Baſſa* ab obſidione *Melitæ*, quæ anno 1565. accidis, re infecta rediens, *Chion* inſulam ſequente anno *Genuenſibus* eripuit. *Venetis* exinde *Muſtapha Cyprum* ademit anno 1571. eum *Salaminam* undecim menſium obſidione cinxiſſet. Qua urbe potitus, contra pactam fidem *Chriſtianos* jugulavit omnes: præfectum vero *Bragadinum* naſo & auribus truncatum vivum cute nudavit. Ea indignitate permotus *Pius* V. Pontifex ſanctiſſimus (bic cognomini quarto, anno 1565. vita functo, ſequente ſuffectus erat) ſacrum in illos inſtruit bellum. Igitur contractis in unam claſſem *Pontificiis*, *Hiſpanis*, *Venetiſque* navibus pugna fit ad *Naupactum* in ſinu *Corinthiaco*, qua victi Barbari ducentæ triremes partim captæ, partim depreſſæ; *Turcarum* cæſa, vel ceptiva fuere ad 25. millia: viginti *Chriſtianorum* libertati reddita.

Pugna ad Naupactum.

Fœdereta claſſis, orta inter principes altercatione, ſine ullo operæ pretio, quod eſſe maximum poterat, eſt dilapſa. Dies victoriæ fuit *Octobris* 7. anni 1571. Nec diu poſt hanc, ceteraſque bene geſtas in Pontificetu res, *Pius* Papa ſuperfuit: eo quippe, qui ſecutus eſt 1572. Calend. *Maii* in cælum abiit, ſeptimo menſe antequam nova in cælo ſtella conſpiceretur: quæ quidem *Novembri* menſe in *Caſſiopea* videri cœpta, & ſenſim attenuata, *Chriſti* ineunte 1574. apparere deſiit. Eo, qui interjectus eſt, anno 1573. *Rupellam* in *Santonibus* prævalidam arcem ab *Hugonottis* occupatam *Henricus* obſedit *Caroli* frater. Sed cum ſub idem tempus *Polonorum* Principum ſuffragiis ad illius gentis regnum expetitus eſſet, ab ea urbe diſceſſit, bujus expugnatæ decus *Ludovico* XIII. reſervans, a quo anno poſt ſexto & quinquageſimo capta, rebellium Hæreticornm perfugium eſſe deſiit. *Henricus* in *Poloniam* pervenit *Januario* ſequentis anni 1574. Indeque rurſus, ſexto poſt menſe, properavit in *Gallias*, ad regnum capiendum, quod rectore vacuum *Caroli* mors fecerat *Maii* 30. regni 14.

Henricus III.

[d] Annal. Franc.

[d] *Henricus Valeſius* nominis ejus tertius anno ſæculi hujus 1574. auſpicatus imperium, ad annns perduxis 15. ſuperque menſes duos; quod omne tempus perpetuis in angoribus ac periculis exegit, domeſticis pariter & externis agitatus tumultibus. *Franciſcus Alenconius* ejus frater Princeps defectionem fecit anno 1575. clam *Margaretæ* ſororis induſtria cuſtodibus eluſis, a quibus ob ſuſpiciones aſſervari juſſus fuerat. Cum bnc *Henricus Borbonius Vaſconum Rex* & *Henricus* alter *Condæus* patruelis illius, cum haud exigua *Hugonottorum* manu, cnnjungitur, *Germanis* in auxilium conductis. Sed interventu *Catharina* matris reconciliatis inter ſe fratribus, *Bleſis* ex omnibus ordinibus regni conventus agitur anno 1576. in quibus lata in Hæreticorum gratiam edicta revocantur; quæ res majores ſubinde turbas cnncivit.

[e] Annal. Franc. & Fland. Hiſt.

[e] Per *Belgium* interim Fœderatorum in *Hiſpanos* impetus ab *Joanne Auſtriaco* compreſſi. Qui cum anno 1578. e vivis abiiſſet, ad *Franciſcum Alenco-*

A. 1547. Christi ad 1589.

nium ſumma imperii defertur ab conjuratis ordinibus. Is ex *Anglia*, quo nuptiarum cum *Elizabetha* Regina conficiendarum ſpe navigarat, ad *Belgium* appulſus anno 1582. cupideque ab omnibus acceptus, inſequenti anno revertit in *Franciam*, cum mutata eorum, a quibus erat vocatus, in ſe ſtudia reperiſſet. Jam illic pro *Hiſpanis* aderat *Alexander Farneſius* Dux *Parmenſis*; qui fuſis ejectiſque rebellibus, paullatim civitates ad obſequium reduxit, anno maxime 1583. & 1584. Hoc poſteriore, *Guillelmo Arauſicano* interfecto, *Mauricius* ejus filius dux a Fœderatis adſciſcitur annum agens 18.

a Hiſtor. Afric. expedit.

a Interea *Luſitani* magnam in *Africa* cladem a *Saracenis* accepere, cæſo ibi, cum flore *Luſitanæ* nobilitatis, Rege *Sebaſtiano*. Qui anno ætatis 24. ad *Mulejum* regno ejectum armis reducendum glorioſam magis quam utilem expeditionem ſuſceperat anno 1578. Huic Cardinalis *Henricus* avi illius frater, grandis jam natu affectaque valetudine ſucceſſit, & eo mortuo, caducam regni poſſeſſionem multis ad ſe trahentibus, *Philippus Hiſpaniæ* Rex adiit anno 1580.

b Hiſtor. Schiſm. Anglic. *Anglicana perſecutio.*

b At in *Anglia* Catholicos omni cruciatuum genere vexabat *Elizabetha*. Quos inter egregia fidei confeſſione claruit *Edeſmundus Campianus* e Societate *Jeſu* anno 1583. ut reliquos & numero & conſtantia memorabiles omittam. Hunc qui anteceſſit annus 1582. inſignis fuit emendatione Calendarii Eccleſiaſtici, quam *Gregorius* XIII. Pontifex maxima cum laude & utilitate ſtatuit. Triennio poſt idem accepto trium *Japoniæ* Principum per legatos illius gentis obſequio, 10. *Aprilis* exſtinctus eſt; cui *Sixtus* V. ſublectus eſt. Eodemque anno renovatis in *Gallia* civilibus procellis, occultum inter ſe fœdus de profligandis Hæreticis iniere Catholici principes in primis *Henricus Guiſius*, & *Carolus Borbonius* Cardinalis, *Henrici Navarræi* patruus, quam conſpirationem *Ligam* appellare conſuevimus. *Sixtus* Pontifex, dicto in *Henricos*, *Vaſconem*, & *Condæum* anathemate, utrumque ſucceſſione regni pronunciavit indignum, quod ad illos proxime pertinebat ex an. 1584. quo *Franciſcus Alenconius* fato conceſſerat *Junii* 10. apud *Caſtrum Theodarici*. Hinc teterrimum late bellum tota *Gallia* diſſipatum eſt. *Henricus Navarræorum* Rex *Germanum* militem conſcripſerat. Huic *Ruberto Bulionio* duce ſubeunti dum it obviam, *Annam Joyeuſium* cum exercitu ſibi occurrentem ad *Curtraſium* in *Aquitania* devicit; qua in pugna dux ipſe cecidit, anno 1583. *Germani* porro multis ab *Henrico Guiſio* laceſſiti prœliis, ad *Alnetum* denique in *Bleſia* profligantur. Poſtero anno, qui ſæculi fuit 88. *Henricus Condæus* obiit 5. *Martii*, herede poſthumo relicto ejuſdem nominis, *Septembri* menſe in lucem edito: qui *Romanam* poſtea communionem ſecutus eſt, & paternam avitamque generoſitatem ſinceræ pietatis laude cumulatam ad hunc diem obtinet.

Curtraſienſis pugna.

Mors Guiſiorum.

Funeſtus ille idem annus exſtitit *Henrici Guiſii* nece, ac *Ludovici* Cardinalis ejus fratris: qui per *Bleſenſia* totius regni comitia juſſu *Henrici* Regis interfecti ſunt; ob id potiſſimum infenſi, quod paullo ante *Lutetiæ* cum eſſet *Majo* menſe, *Guiſii* adventu commotus repente populus ſeditionem fecerat, ac metu conſternatum Regem in fugam compulerat. *Henricus Guiſius Decembris* 23. poſtridie frater ejus ab regio ſtipatu confoſſi ſunt.

Claſſis Hiſpana diſſipata.

Inter has *Galliæ* tempeſtates *Carolus Emmanuel Sabaudiæ* Dux *Salucianum* Principatum *Franciæ* ditionis in *Subalpina* regione occupat. *Hiſpana* claſſis quanto numquam apparatu in *Angliam* invecta, partim naufragio, partim *Draci Anglicani* ducis maritimæ rei ſcientiſſimi conſilio, & virtute periit.

Ineuntem denique 89. ſæculi iſtius annum funeſtavit *Catharinæ* Regum matris obitus 5. *Januarii*. Sed multo Regis ipſius indigniſſima cæde triſtior evenit. Qui ex *Guiſiorum* morte magna collecta invidia, cum civitates ab eo paſſim deficerent, ipſaque præ ceteris caput regni *Lutetia* rebellaret, hanc, accito in auxilium *Henrico Navarræo*, oppugnare inſtituit; & ſtativis ad eam poſitis, immani parricidio trucidatur, venenato cultro per ventrem adacto Calendis *Auguſti*. Cujus morte *Valeſiorum* ſtirps regno idonea deſiit. Itaque *Borboniorum* in familiam, ut agnatione proximam, rerum ſumma deflexit, cujus origo ab *Roberto Claromontano* Comite S. *Ludovici* ſecundo filio, deducitur.

A. 1547. Christi ad 1589. *Mors Henrici III.*

Numquam major alias, quam his regnantibus, quos capite iſto percenſui, clarorum ingeniorum per *Gallias* ceteraſque regiones proventus exſtitit. Quos ſi omnes enumerare voluero, pleni voluminis res erit. Paucos ergo ſuſcepta brevitate perſtringam.

Viri eruditi.

In *Galliis* eminebat *Henrico* II. Rege *Joannes Fernelius Ambianus*, Medicus excellens; *Andreas Tiraquellus*, Juriſconſultus: *Julius Cæſar Scaliger*. Sub *Carolo* IX. *Hadrianus Turnebus*: *Rondeletus*, Medicus: *Joannes Auratus*: *Petrus Ronſardus*, *Gallicanæ* per id tempus poetices habitus princeps: *Jacobus Cujacius Toloſanus*, Juriſconſultus: *M. Antonius Muretus Lemovix*: *Franciſcus Balduinus*, Juriſconſultus: *Dionyſius Lambinus*: *Joannes Paſſeratius*: quorum plerique ad *Henrici* III. pervenere tempus. In aliis provinciis ſub *Henrico* circiter II. & *Carolo* IX. *Staniſlaus Hoſius*: *Ruardus Tapperus*: *Guillelmus Lindanus*: *Cornelius Janſenius*: *Andreas Vega*: *Laurentius Surius Carthuſianus*: *Jacobus Pamelius*: *Jacobus Lainez*, Societatis *Jeſu* Præpoſitus generalis: *Joannes Maldonatus*: *Franciſcus Turrianus*, ex eadem ambo Societate: *Arias Montanus*: *Martinus Azpicuelta Navarrus*: *Antonius Auguſtinus*, *Tarraconenſis* Epiſcopus: *Petrus Victorius*, qui quidem poſtremi tres anno 1586. e vita diſceſſerunt: *Paullus Manutius*: *Onuphrius Panvinius*: *Carolus Sigonius*: *Hieronymus Cardanus*, compluresque alii. Sanctitatem celebrem habuere *S. Ignatius*, qui anno 1556. prid. Calendas *Auguſti* obiit, poſt *S. Franciſcum Xaverium*; cui mors anno 1552. contigit *Decembris* 2. *S. Tereſia* anno 1582. *S. Carolus Borromæus* biennio poſt cælitum auxere numerum.

CAPUT XIII.

Quæ Imperatore Rodulpho, & Henrico *IV.* Borbonio *Rege* Franciæ, *per orbem geſta ſunt.*

Ab anno 1589. ad 1610.

Annal. Franc. *Henricus IV.*

NOva poſt *Henrici III.* necem Regum familia auſpicato iniit anno 1589. *Henrico IV. Navarræorum* Rege ad *Francorum* regimen aſſumpto; contra quem fœderati, quod nondum Catholicus eſſet, bellum inſtaurant. Horum dux erat *Carolus Meduanus Henrici Guiſii* ab *Henrico III.* interempti frater. Dira ſubinde tota *Gallia* rerum perturbatio ſecuta eſt: cum certantibus internecino odio partibus, ſciſſaque civitatum concordia, tam finitimæ inter ſe, quam earumdem ſinguli invicem populi inteſtinis diſſidiis arderent. *Carolus Borbonius* Regis patruus, qui in cuſtodia adhuc habebatur, Rex per ludibrium decimus nominis illius ſalutatur anno 1590. Sub hæc ad *Andreæ* fanum nobili adepta victoria, per quam *Egmondanus* Comes *Hiſpanorum* auxiliorum ductor occubuit, quæque *Juriaca* dici ſolet, *Lutetiam* arctiſſima obſidione vallat *Henricus*; cum interim *Carolus Borbonius* apud *Fontanajum* naturæ debitum ſolvit; & *Parmenſi* Duce ad opem

Pari-

A. 1589. Chriſti ad 1610.

Pariſienſibus ferendam a *Belgio* ſubeunte, Rex in eum, Urbe relicta, ducit exercitum, pugnandique copiam facit. Ac *Lutetiæ*, poſt ſolutam obſidionem, de novo creando Rege ab fœderatis anno 1593. Comitia celebrantur. Ea vero per ambitionem principum ac diſſenſionem irrita fuere. *Henricus* Catholicam profeſſus fidem *Julii* 25. *Romam* ad *Clementem* Pontificem, (qui ſuperiore anno Pontificatum inieret *Januarii* 30.) impetrandæ veniæ cauſſa legatum miſit *Nivernenſem* Ducem. Quod cum differret Pontifex, *Henricus* interea *Autrici Carnutum Februarii* 27. anno 1594. ſacro oleo perungitur; quod *Durocottorum Remorum*, ubi id ex more peragi conſuevit, in poteſtate erat hoſtium. *Lutetiam* deinde *Martii* 22. cum armato milita clam intromittitur. Tandem anno 1596. ab *Jacobo Perronio* Regis legato exoratus Pontifex, abolita damnationis ſententia, Regem in integrum reſtituit. In quo præclarem illi navavit operam *Franciſcus Toletus* e Societate *Jeſu* Cardinalis, genere licet *Hiſpanus*: eoque nomine multum ſe illi debere præ ſe Rex tulit. Tum vero certatim proceres civitateſque ad *Henrici* fidem rediere.

Henricus IV. Catholicam fidem amplectitur.

Tandem anno 1598. apud *Veruinos*, *Maii* 2. inter *Francos Hiſpanoſque* pax eſt conſtituta, auctore Pontifice, & *Philippus Hiſpanus* quinto inde menſe mortuus eſt *Septembris* 13.

Pax inter Francos, & Hiſpanos.

a Hiſtor. Flandr.

a Dum in *Francia* res ita geruntur, in *Belgio* contra *Hiſpanos Mauricius* Fœderatorum dux Ordinum bellum haud cunctanter urgebat. Itaque per abſentiam *Parmenſis*, qui adverſus *Henricum* identidem excurrebat in *Franciam*, urbes aliquot vi aut dedisione cepit. *Parmenſis* anno 1592. apud *Atrebates* diem obiit, cujus loco primum *Erneſtus Auſtriacus Rodulphi* frater Imperatoris, tum eo exſtincto frater utriuſque miſſus eſt *Albertus* Cardinalis; cui *Iſabella Philippi* ſenioris filia in conjugium data, provinciarum illarum principatus obtigit anno 1598. Hic *Oſtendam* maritimam *Flandriæ* urbem aggreſſus anno 1601. tertio poſt anno per *Ambroſium Spinolam Genuenſem* in deditionem recepit; haud ſane digna mercede tot impendiorum & capitum, quæ in eam obſidionem inſumpſiſſe dicitur. b Medio tempore *Elizabetha Angliæ* Regina ætatis anno 70. regni 45. fato conceſſit, *Chriſti* 1602. ſucceſſoremque *Jacobum Scotiæ* Regem habuit, quod teſtamento ipſa juſſerat, *Maria Stuartia* genitum, quam ab *Elizabetha* contra jus interfectam ſupra memini. c In *Suecia* quoque per id tempus turbatum eſt, cum *Carolus Sigiſmundi* Regis *Poloniæ* patruus commiſſum fidei ſuæ regnum intervertiſſet, excluſo *Sigiſmundo*: qui eo, recuperandi illius gratia, e *Polonia* contenderat anno 1599. Id Catholico ademptum Principi, Hæretici deinde proceres in ejuſdem participem ſectæ *Carolum* anno 1604. publico tranſtulere decreto. Porro *Sigiſmundus* iſte *Joannis* III. *Sueciæ* Regis, qui anno 1592. obiit, unicus filius, eodem anno *Suecorum* appellatus Rex, ordinatis *Sueciæ* rebus, biennio poſt in *Poloniam* redierat. In *Hungaria* & *Tranſſilvania* ſimiles ob Religionem motus exſtiterunt.

Oſtendæ obſidio.

b Annal. Franc.

c Spond. Chron. *Sueciæ regnum a Carolo uſurpatum.*

Sigiſmundus Bathorius Tranſſilvaniæ Regulus præcipiti uſus conſilio anno 1598. principatu ſuo ceſſerat in gratiam *Maximiliani Auſtrii*. Id ægre *Andreas Bathorius* Cardinalis patruelis illius tulit; ac ſubinde *Sigiſmundus* ipſe mutata mente pacta reſcidit. Ex eo bellum inter *Bathorios* & *Auſtriacos* geri cœptum: *Tranſſilvania* in horum poteſtate permanſit: *Sigiſmundus* interventu *Clementis* Pontificis in gratiam cum Imperatore rediit: ac *Pragæ* 1613. demum anno moritur. At Hæretici rurſus, Imperatore ſpreto, *Stephanum Botskajum Hungarum Zuinghanis* imbutum erroribus Ducem eligunt, qui *Turcarum* auxilio magnam *Daciæ* partem adjunxit ſibi, & Catholicos miſere vexavit anno 1605. Idem ſequente anno pacem cum Imperatore facit his conditionibus; ut ſibi ac liberis, ſi quos mares relinqueret, *Tranſſilvaniam* haberet; quo tempore *Rodulphus* Imperator viceonales cum *Turcis* inducias iniit. In *Moſcovia* vero anno eodem 1606. *Demetrius* Princeps, quod propenſiore in *Germanos Polonoſque* eſſet animo, nec ab *Romano* Pontifice abhorreret, ab ſuis crudeliſſime trucidatur.

Hungarici tumultus.

A. 1589. Chriſti ad 1610.

Ut ad *Ciſrhenanas* res ſtylum referam, *Henricus Franciæ* Rex *Allobrogum* Duci *Carolo* bellum indixit anno 1600. ut *Saluſſiæ* Principatum, ab eo per civiles *Galliæ* motus occupatum armis reciperet. Convenit tandem inter ipſos: ex eoque *Saluſſiæ* tractus *Sebuſianorum Ciſalpina* provincia repenſus eſt. Biennio poſtea *Carolus Gontaldus* Dux *Bironius Henrico* propter audaciam bellicam & intrepidum in periculis animum pergratus hactenus, cum majores appeteret res, & in Regis caput occulte conſpiraret, capite plexus eſt prid. Calendas *Auguſti*, anno 1602.

Societas *Jeſu* ante annos novem *Lutetia* aliiſque civitatibus Senatuſconſulto juſſa cedere, priſtinas in ſedes *Regis* edicto revocatur exeunte anno 1603. quod edictum Senatus *Pariſienſis* 4. Nonas *Januarias* ſequentis anni ratum habuit. Eadem Societas a pleriſque regni civitatibus expetita, ſumma Regis humaniſſimi voluntate paſſim Scholas aperire cœpit.

Societas Jeſu reſtituta.

Quarum optandarum populis exemplum ipſe Rex dedit, qui ſuopte ſumptu *Flexiæ Andegavorum* itidem Scholas Societati illi conſtituit, aſſignato ad eas *Vindocinenſium* Ducum palatio, in quo primum ſatus ferebatur; decretoque, ut poſt mortem cor ibi ſuum conderetur. Quod quidem citius factum, quam & regni & Societatis interfuit, utrique doluerunt. Horret animus referre fortiſſimi clementiſſimique poſt hoc conditum imperium Regis acerbiſſimam necem, quem cum omnes immortalem cuperent, *Lutetiæ Pariſiorum* unius deteſtandi ſicarii patricidium abſtulit *Maii* 14. anni 1610. poſtridie quam incredibili apparatu *Mariam* conjugem apud *S. Dionyſii* oppidum, ut Reginis mos eſt, ungendam coronandamque curaverat. Ea *Franciſci Medicæi* magni *Etruriæ* Ducis erat filia, quæ anno 1600. initis cum *Henrico* nuptiis, *Ludovicum* ſalutarem *Galliæ* Principem ſequente anno 1601. peperit, *Septembris* 27.

Mors Henrici IV.

Dum *Franciæ* regnaret *Henricus*, qua ſanctitate, qua litteris ornati inſigniter obierunt, *Philippus Nerius Oratorii Romani* inſtitutor, anno 1595. *Martii* 26. qui ab *Gregorio* XV. cum aliis quatuor, *Iſidoro Hiſpano*, *Ignatio* Societatis *Jeſu* conditore, *Franciſco Xaverio Indorum Apoſtolo*, & *Tereſia*, in Sanctorum numerum rite eſt adſcriptus *Martii* 12. anni 1622. *Franciſcus Toletus* e Societate *Jeſu* Cardinalis, anno 1596. *Cæſar Baronius* Cardinalis nobilis Annalium Eccleſiaſticorum Scriptor anno 1607. prid. Calendas *Julias*: *Juſtus Lipſius* anno 1606. *Lovanii* moritur *Martii* 23. *Benedictus Arias Montanus Hiſpalenſis*: *Abraamus Ortelius*: *Thomas Stapletonus*, eodem tres anno 1598. Ex Hæreticis *Theodorus Beza*, 1605. *Octobris* 25. ætatis 87. *Joſephus Scaliger* anno periit 1609. *Januarii* 20. ætatis 69.

Viri eruditi & ſancti.

CAPUT XIV.

De iis, quæ Imperatoribus Rodulpho, Matthia, *&* Ferdinando, Ludovico *vero* Franciæ *Rege*, *ſcitu digna contigerunt.*

Ab anno 1610. ad 1632.

Ex Hiſt. Ludovic. XIII. & annuis Comm.

POſt *Henrici Magni* deplorandam ſæculis omnibus necem, quietiores in *Gallia* res fuere, quam ſpes

Turbæ Gallicanæ

Digitized by Google

ſpes omnium tulerat, ſub *Ludovico* puero: cujus tutela cum regni procuratione matri extemplo permittitur. Initium tumultuandi fecere anno 1614. Principes aliquot, qui nimiem *Concini Florentini* potentiam axoſam habebant.

Per hos tumultus *Ludovicus* nihilominus in *Aquitanos* profectus eſt anno 1616. ut *Annam Philippi* II. Regis *Catholici* filiam, quam per legatum ſibi ante deſponderat, juſtum ad conjugium reciperet, eodemque tempore ſororem *Elizabetham* paribus auſpiciis cum *Philippo* Tertii filio conjungendam traheret. Sic potentiſſimi Principes, ſummo Chriſtianæ rei commodo, pacis inter ſe fidem arctius hoc nuptiali commercio vinxerunt. Publicam hilaritatem ſequenta anno geminavit domeſtica concordia, *Henrico Condæo* Principe ac Fœderatis reliquis cum *Ludovico* reconciliatis. Verum ſubito, novia exortis ſuſpicionibus, Calendis ipſis *Septembris* anni 1616. *Condæus* in cuſtodiam mittitur.

Novi tumultus.

Principes, qui ſuperiore bello cum eo ſocietatem fecerant, ab comitatu diſcedunt. His bellum auctoritare Regia indicitur; quod anno inſequente 1617. terminatum eſt, *Concino* regiis ab ſatellitibus in ipſo aditu regiæ confoſſo die *Aprilis* 24. quod ab Rege certis de cauſſis comprehendi juſſus, armis ſe tentaſſet defendere. Ejus necem fœderatorum Procerum cum Rege pax & publica tranquillites axcepit.

Regina mater, dum turbæ iſtæ conquieſcerent, tantiſper in ſeceſſum rogata ſe *Bleſas* recepit. Quo ea tempore *Ludovicus* Rex publicam rem ſuis auſpiciis cœpit gerere. Cujus tractandæ ut ab Religione duceret initium, *Septembri* menſe lege publica decrevit, ut in *Bearnenſi* provincia, quæ ad radices *Pyrenæi* ſita eſt, Catholicus cultus ubique reſtitueretur; tum ut Hæretici erepta anta annos circiter 50. Eccleſiis bona redderent.

Extra *Franciam* hæc fere memoria digna per eoſdem illos annos acciderunt. *Juliacum* oppidum inferioris *Germaniæ* a *Mauritio Naſſovio Francicis* auxiliis adjuto, ineunte *Septembri* anni 1610. in deditionem acceptum eſt: de cujus poſſeſſione Principes aliquot inter ſe certabant, poſtquam *Joannes Guillelmus* Dux ſine prole mortuus eſt.

Mauri ex Hiſpania pulſi.

Philippus Hiſpaniæ Rex *Alarachiam* arcem validiſſimam ad fretum *Gaditanum* a *Mauris* exſtructam corruptis pretio cuſtodibus adeptus, *Mauros* omnes *Hiſpania* juſſit excedere. Ad nongente capitum millia exiiſſe dicuntur eodem illo *Chriſti* anno 1610. & aliquot deinde conſequentibus.

Sigiſmundus Poloniæ Rex *Smolenskum Roxolaniæ* ſeu *Moſchoviæ* munitiſſimum oppidum poſt biannii obſidionem capit anno 1611. *Julio* menſe; cujus filium *Uladiſlaum Moſchi* Ducem eligunt: etſi poſtea mutato conſilio alterum optarunt. Ex quo atrox deinda bellum axſtitit.

Carolo Sueciæ Regi mortuo ſuccedit Guſtavus.

Carolus Sueciæ Rex illatæ ab Rega *Dano* mœrore cladis exſtinctus *Novembri* menſe anni 1611. *Guſtavum* filium regni ſucceſſorem nactus aſt, nequicquam ad *Sigiſmundum Poloniæ* Regem transferre cupientibus aliis.

Rudolphus obiit. Matthias ſuccedit.

Ineunte vero 1612. *Januarii* 20. *Rudulphus* Imperator obiit, anno ab exceſſu *Maximiliani* patris triceſimo ſexto: cui frater ejus *Matthias* eodem ſucceſſit anno.

Veneti poſt hæc *Croatarum* excurſionibus offenſi, *Ferdinandum* Archiducem *Auſtriæ*, *Caroli* Archiducis, qui *Maximiliani* II. Imperatoris frater fuit, filium, armis aggreſſi ſunt anno 1615. Quod bellum per mutus utrimque damna triennio gaſtum, ineunte 1618. depoſitum eſt.

Bellum Sabaudiæ Ducis cum Mantuano.

Gravius inter *Mantuanum Sabaudum*que Duces in eadem *Italia* coortum aſt bellum anno 1613. ſuper *Monteferratenſi* Principatu, cum *Franciſco Mantuano* ſine virili mortuo ſtirpe *Ferdinandus* ei frater ex Cardinali ſuffectus eſſet. Qui *Hiſpanorum* iactus opibus contru *Carolum Philibertum Sabaudiæ* Ducem aliquot certavit annos, compreſſis ac reſumptis identidem armis. Quippe tertio poſt anno, hoc eſt, *Chriſti* 1615. pace compoſita, inſequente reditum aſt ad bellum. *Vercellæ* porro anno 1617. *Julii* 25. ab *Mediolanenſi* Prorege captæ ſunt: & anno fere vertente, *Chriſtianiſſimi* Regis opera reſtitutæ anno 1618. *Junio* menſe, atqua ita bellandi finis eſt factus.

In *Dacia Gabriel Bathorius* a *Bethleemo Gabore Turcarum* auxiliis inſtructo profligatus miſerrime periit. *Gabor* occupatam provinciam adverſus Imperatorem deinceps armis ac perfidia vindicavit.

Germanicum bellum in Boemia.

Longa omnium atrociſſimum in *Germaniæ* bellum excitatum eſt anno 1618. quo *Ferdinandus* Archidux *Auſtriæ*, ac *Boemiæ* Rex, *Hungariæ* quoque regnum certis ab Imperatore *Matthia* conditionibus accepit. Tum vero *Pragæ* defectionem ab eo fecerunt Hæretici, *Turrenſi* inſtigante Comite. Qui occiſis Magiſtratibus, & in ſua urbe jurare coactis civibus, *Boemiam* omnem finitimaſqua provincias ad arma concivit. Ad hunc ſeſe *Erneſtus Mansfeldius* nothus adjunxit.

Moritur inter hæc *Matthias* anno 1619. *Martii* 20. ætatis anno vertente 62. Imperii 6. menſibuſque 9. cui ſublectus *Boemiæ Hungariæ*que Rex *Ferdinandus* contra ſeditioſos bellum impigre perſequitur, *Buquojo* ac *Dampetrio* ducibus fortiſſimis contra illos oppoſitis. At rebelles *Fridericum Palatinum* Electorem, Regis *Angliæ* generum, *Boemiæ* Regem conſtituunt: iſque anno eodem 1619. *Novembri* menſe, cum uxore regni cupida femina, *Pragæ* ſollemni ritu coronam recepit. Verum haud ſane diuturnam ſucceſſus tanti lætitiam habuit. Siquidem eo, qui ſecutus eſt, anno 1620. *Novembris* 8. die, ſub ipſius *Pragæ* mœnia, memorabili facto prœlio, a *Buquojo*, Imperatorii exercitus duce, & *Bavaro*, *Palatinus* funditur; in fugamque conjectus, ac proſcriptus, ſequente anno transfugit ad *Batavos*: ubi privatus deinde cum conjuge ac liberis ætatem traduxit. *Boemia* confeſtim cum ceteris provinciis ad fidem Imperatoris rediit; qui Catholicam ubique profeſſionem reſtituit; ac nominatim Societatis *Jeſu* Patres, initio turbarum *Praga* pulſos, aodem honorificentiſſime reduxit. Atque huic ipſi Societati, immortali *Ludovici* Regis in eam merito, Scholas aperire *Lutetiæ* conceſſum eſt eodem, quo *Praga* exſulavit, anno 1618.

Palatinus Boemiæ Rex creatur.

Vincitur & fugatur.

Qui ſextus fuit ab condito apud aamdem *Lutetiam* novo Clericorum cœtu ſub *Oratorii* nomine, quem ab *Petro Berullo Pariſienſi* Presbytero anno 1612. collectum *Paullus* V. ſequente anno Pontificio edicto ratum eſſe decrevit. Auctorem porro præclari hujus inſtituti pari doctrinæ ac pietatis eminentem laude *Urbanus* VIII. in Eminentiſſimorum Cardinalium adſcripſit ordinem anno 1627. Qui biennio poſt magnis cumulatus meritis, & eximia prole inclytus, vivere deſiit ſexto Nonas *Octobres* anno 1629. ætetis quinto & quinquageſimo.

Bellum in Tellina valle.

Per idem tempus, quo cum *Palatino* debellatum eſt, [is fuit annus 1620.] in *Tellina* valle, quæ *Rhætis*, ſive *Canis*, quos *Griſones* vocant, contribuitur, civiles motus exarſere. Catholici Hæreticorum injuriis laceſſiti, occultis inter ſe conſiliis initis, *Calviniſtas* omnes opprimunt: & Ducis *Feriæ Mediolanenſis* Præfecti implorato præſidio, aliquot illi opportunis in locis imponendarum arcium poteſtatem faciunt. Ad hæc *Rhæticum* nomen omne commotum, cumque iis *Veneti*, qui hæc *Italiæ* clauſtra perpetua poſſeſſione tenari ab *Hiſpanis* haud-

qua-

Digitized by Google

A. 1610. Chriſti ad 1632.

quaquam e re eſſe ſua crederent. Utriſque auxilium a ſe poſtulantibus *Ludovicus Franciæ* Rex non defuit; ac primum anno 1620. per legatos obtinuit ab *Hiſpaniæ* Rege, ut ſe in integrum reſtituturum omnia promitteret, dum Catholicis conſuleretur. Qua ab *Chriſtianiſſimo* Rege cautione probata, cum res nihilominus exitu careret, ad arma deducitur. Ea porro vario ſucceſſu, ad annos aliquot, *Hiſpanos* ac *Francos*, amborumque fœderatos, exercuerunt.

Civile bellum in Galliis.

Interim civile per *Gallias* repetitum eſt bellum, conſpirantibus adverſus *Luinium*, cujus ad invidiam uſque potentia creverat, Proceribus quibuſdam, quos clandeſtina ex oppido *Bleſenſi* Reginæ matris fuga, & in arcem *Andegavenſem* tranſitus, ad res novas tentandas impulerat.

Pugna ad Pontem Cæſaris.

Quo in bello *Henrici Condæi*, qui anno 1619. *Octobri* menſe cuſtodia dimiſſus erat, fideli uſus opera conſilioque *Ludovicus*, brevi otium *Francis* ac quietem reddidit, uno ad *Pontem Cæſaris* conflictu cæſis adverſariorum copiis. Quæ victoria Reginam matrem ac ceteros earumdem partium cum Rege conciliavit anno 1620.

Expeditio Benearnica.

Secuta eſt anno eodem expeditio *Benearnica*: quæ incredibili celeritate confecta voto omni potiorem attulit fructum. Quippe territis repentino adventu perduellibus, prona illic ad obſequium Rex invenit omnia. Igitur ſacris ædibus boniſque Catholicorum in poteſtatem traditis, totum illum *Pyrenæis* ſubjectum collibus tractum, cujus ab reliquo regno ſeparatum jus erat, eidem deinceps contributum eſſe decreto ſuo ſtatuit: quod anno denique 1624. ſancitum eſt.

Montis Albani obſidio.

At triennio ante, *Chriſti* 1621. quamplurima *Santonum*, ac *Novempopulonia*, vicinarumque provinciarum oppida, quæ ad 60. numerantur, vi, aut terrore, maxima cum perduellium ſtrage ſubacta ſunt. Paullulum ad *Montem Albanum* victoriarum curſus inſtitit: quam urbem aliena anni tempeſtate Rex aggreſſus, oppugnare deſiit, multis ex prima Nobilitate inſuper amiſſis; ipſoque, quod luctuoſiſſimum accidit, *Henrico* Duce *Meduano Aquitaniæ* Præfecto. Nec longo poſt tempore *Luinius* Magiſter utriuſque militiæ ex morbo deceſſit, *Decembris* 15. anni 1621. Qui idem annus *Paullo* V. ſummo Pontifici poſtremus fuit. Nam exceſſit *Januarii* 28. die, ætatis 69. Pontificatus decimo ſexto. Inſequenti menſe, ejuſque nono die, *Alexander Ludoviſius Bononienſis* eligitur, qui *Gregorius* XV. appellari voluit. Atque hic biennio menſibuſque circiter 5. tranſactis, anno 1623. *Julii* 8. locum dedit *Maphæo Barberino*; qui ſub *Urbani* VIII. nomine, ex a. d. 7. Eid. *Auguſti* anni ejuſdem 1623. ad hoc tempus Eccleſiæ præſidet, eamque dignis tanto principatu virtutibus cum excellenti conjunctis ſcientia illuſtriorem hactenus facit.

Paulli V. obitum tertio poſt menſe conſecuta mors eſt *Philippi* III. *Hiſpaniæ* Regis, quæ prid. Calendas *Apriles* anni 1621. incidit, ætatis 43. regni 23. *Septembri* vero menſe, 15. Calendas *Octobres Robertus Bellarminus* e Societate *Jeſu* S. R. E. Cardinalis, in cælum evolavit, quo illum eadem, quæ ad purpuram extulerat ſingularis doctrinæ comes vitæ integritas evexit.

Bredana obſidio.

Sub idem tempus & *Bredam* oppidum *Brabantiæ Spinola Hiſpanici* dux exercitus obſedit, & in *Aquitania*, *Narbonenſique* provincia, *Rohannius* & *Subizius* Hæretici fratres contra *Ludovicum* Regem inſtauravere bellum. *Breda* anno 1624. *Auguſto* menſe circumſideri cœpta, *Junio* 13. ſequentis anni commeatus inopia deditionem fecit. Cum rebellibus *Francis* terra marique certatum eſt, & iidem utrobique victi: hoc vero poſteriore, quo dux erat *Guiſius*, *Rupellanorum* prædonum claſſe domita, *Rea* inſula *Ludovici* Regis in poteſtatem redacta.

A. 1610. Chriſti ad 1632.

Bellum Genuenſe.

Quæ dum in *Gallia* geruntur, in *Italia* contra *Genuenſes* & *Hiſpanos*, quorum in clientela iſti ſunt, *Francorum* exercitus, Duce *Ledigverio* Magiſtro equitum, pro *Sabaudiæ* Principe pugnabat. *Germaniam* vero crebris excurſionibus ac latrociniis infeſtam habebat *Mansfeldius*, tumultuaria prædonum collecta manu, qui ab *Tillio* fortiſſimo Imperatore profligatus, ad *Gaborem Tranſſilvanum* profugit: indeque ad *Venetos* contendens, incredibili Catholicarum commodo partium & gaudio periit, anno 1626.

Mansfeldius.

Rupellani juratæ paullo ante fidei & eodem illo anno acceptæ pacis immemores, clam adverſus Regem *Anglos* evocant. Qui anno 1627. cum claſſe centum & viginti navium ad *Ream* inſulam appulſi, duce *Buckingamo*, univerſam occupant, præter arcem, cui *Toiraſius* præerat, ſtrenuus vir, ac rei militaris apprime callens. Hic recentibus, licet necdum abſolutis operibus, acres & continuos hoſtium eluſit impetus, donec laborantibus jam omnium rerum inopia feſſiſque ſubvenit *Ludovici* Regis induſtria. Hic enim *Ricolecio* Cardinali viro omni laude florenti adjutore uſus & adminiſtro, *Scombergium* ducem inclytum cum militum haud ſane magno numero ad obſeſſorum ſubſidium tranſmiſit. Qui, adjuncto ſibi *Toiraſio*, cæſos fugatoſque tota inſula proturbavit *Anglos*.

Rea inſula ab Anglis capta.

Eiſdem erepta.

Rupella obſidio.

Nihil tot bellis & victoriis actum videbatur, quandiu contemptrix illa Regum & dominatus omnis impatiens *Rupella* velut in medio regno regnum aliud erigeret. Quæ urbs ad æſtuaria Oceani ſita, cum loci natura, tum manu & arte munita ſic erat, vulgo ut inexpugnabilis haberetur. Hanc ingenti animo & ſpe, quam de Numinis ope tot rebus experta certiſſimam ſumpſerat, *Ludovicus* aggreditur anno 1627. & eodem conſiliorum participe *Ricolecio* Cardinali, operibus ac munitionibus, interque cetera ſtupendis per Oceanum actis molibus, interclusam ita anno toto tenuit, ut fame enecti cives, extremaque perpeſſi omnia, Regi ſeſe permiſerint. Ergo illa, disjectis in planum mœnibus, pæne in pagi redacta ſpeciem, terrori & exemplo reliquis fuit, ut invicti fidem Principis & clementiam potius, quam arma experiri cuperent. Capta eſt *Rupella* ſæculi hujus anno octavo & viceſimo, *Octobris* 30. Exinde populatim rebelles ad officium rediere, neque quicquam inſequens annus in *Galliis* hoſtile reliquum vidit.

Caſalis obſidio.

Occupato circum *Rupellam* & *Anglos Ludovico* Rege, *Sabaudiæ* Dux contra *Mantuanum*, quo cum de *Montisferrati* poſſeſſione vetus habebat certamen, *Hiſpanorum* arma concitarat. Ac jam & nonnullæ captæ erant urbes, & *Caſale* [oppidum id eſt, ut minime antiquum, ſic provinciæ illius, &, ut fama eſt, totius *Italiæ* munitiſſimum] *Collaltus* obſederat. *Ludovicus*, pacatis in *Aquitania* rebus, victorem eo per *Alpes* egit exercitum, perruptiſque montium clauſtris, quæ & natura locorum aſperitate & firmiſſimis præſidiis hoſtis invia fecerat, *Segnſionem Subalpinam* urbem primo impetu devicit *Martii* 23. anni 1629. *Hiſpani* ab *Caſali* digreſſi, liberum militari ſupplemento & commeatibus intra oppidum importandis iter noſtris reliquere. Poſt *Francorum* abitum, confeſtim ad intermiſſum obſidium rediere, majori, quam prius, apparatu. Nam eodem tempore *Collaltus* Imperatorii dux exercitus *Mantuanum* agrum pervaſtabat, & *Hiſpanis* præfectus ab Catholico Rege *Spinola*, vir egregia militiæ fama, *Caſale* totis oppugnabat viribus. Sed *Toiraſii*, qui id oppidum præſidio tenebat, invicta virtus omnes illorum conatus irritos fecit. Demum *Franci*, *Ricolecio* Cardinali cum ſumma poteſtate bellum adminiſtrante, denuo trans *Alpes* ad opem ferendam

advo-

A. 1610. Chriſti ad 1632.

advolant. Ibi pluribus oppidis devictis, dum ad *Caſale* multis obſtructum difficultatibus iter explicant, *Mantua* per acceptam intra mœnia peſtilentiam oppidanis ac defenſoribus exhauſta, ſubito ab *Germanis* invaditur *Julio* menſe anni 1630.

Ea partium calamitate nihil *Franci* perterriti, nequicquam exercitibus oppoſitis tribus, per iteratas de hoſtibus victorias, eo, quo intenderant, aditum ſibi virtute pepererunt. Tum ſub ipſum *Caſalis Hiſpanorum*que conſpectum poſitis caſtris, cum in procinctu eſſent ad prœliandum, intercurrente *Mazarino*, res ad pacis conditiones ab armis & cruore deducitur, ſumma in utroſque, immo in *Chriſtianos* omnes, providentia Numinis: ne vel ingenti cæde alterutris conſtaret victoria; vel neutris, mutua facta internecione, cederet. Hic finis expeditionis *Italicæ* fuit, *Novembri* exeunte anni 1630. cum jam *Spinolæ* morbum continuus obſidionis labor, exitum vitæ morbus attuliſſet.

Clarum poſt hæc per omnes populos *Ludovici* nomen exſtitit, non armorum magis fama, quam æquitatis ac fidei in ſocios: quorum ſecuritatem privatis ſuis commodis atque opibus antiquiorem duxerit. Admirationi quoque fuit Eminentiſſimi Cardinalis *Richelieu* excellens animi vis ac virtus, & quamlibet magnis gerendis negotiis par ingenii ſollertis induſtria.

Anno 1631. *Aprili* menſe, convenientibus utrimque legatis, pax inter Imperatorem *Mantuæ*que Ducem æquis legibus conſtituta; tum huic Imperatorio decreto firmata *Mantuæ* ac *Montis ferrati* poſſeſſio die *Julii* ſecundo. Ita, pacatis omnibus, priſtinum *Italiæ* otium ac tranquillitas rediit.

Reginæ matris, ac fratris Regis offenſio.

Pacem *Italicam Francici*, ac *Germanici* tumultus exceperunt. In *Galliis* Regina mater, in *Richelieum* Cardinalem collecta ſimultate, palam ei renuntiavit amicitiam; neque ut illum in gratiam reciperet, ullis ejus vel ipſius etiam *Ludovici* Regis filii precibus exorari potuit. Matris exemplum brevi poſt *Gaſto* ſecutus eſt Regis frater, atque in *Aurelianos*, quæ civitas ditionis illius erat, alienato ab eodem Cardinali animo diſceſſit. Mox *Compendium* Rex cum omni comitatu eodemque mater Regina proficiſcuntur. Qua ibidem relicta cum ſubinde Rex abiiſſet, ea clam ex oppido evaſit in *Flandriam*, *Julii* 19. die. *Aurelianenſium* Dux jam ex *Martio* menſe *Aurelianis* in *Burgundiam* digreſſus, inde Regem inſequentem fugiens, in *Lotharingiam*, ac poſtremo in *Flandriam* & ipſe conceſſit.

Civile bellum, in quo Regis victus eſt frater.

Tum tumultuaria collecta manu in *Franciam* erumpens, *Narbonenſem Galliam* anno inſequente petiit, quam *Occitaniam* vulgo nominant. Præerat huic provinciæ *Montemorencius* Dux; qui ad illum *Julio* menſe deficiens, magnum ſecum virium & animorum incrementum attulit: ut jam ſubeuntem *Schombergio* Duce Regis exercitum ſuſtinere, & cum eo congredi auderet. Ergo Calendis ipſis *Septembribus* anni 1632. perbrevi, ſed cruento prœlio concurritur ad *Caſtelnaudarium*, quo victi rebelles & haud pauci primarii viri cecidere. *Montemorencius*, aliquot acceptis vulneribus, in poteſtatem venit hoſtium: ac *Toloſam* perductus, capitali in eum ab Senatu dicta ſententia, ferro cervicem ſubdidit tertio Calendas *Novembres*: Quem ille ſupremum caſum non ſolum conſtanti, ſed etiam pie religioſeque, ut *Chriſtianum* decebat, parato animo ſuſcepit.

Germanici motus, & Sueciæ Regis expeditio.

In *Germania Guſtavus Sueciæ* Rex, qui ex anno 1630. ſuis progreſſus finibus, Imperatoris copias ex *Pomerania* aliiſque finitimis provinciis ejecerat, ſequente 1631. in interiora promovit, & innumeris expugnatis oppidis late terrorem circumtulit; nequicquam ei Catholicarum partium oppoſito duce *Tillio*: qui & ipſe *Magdeburgum* interim aggreſſus ex anno 1630. ſumma vi perrupit, incenditque *Maii* 9. conſequentis anni 1631. At *Lutherani* Principes apud *Lipſiam* conventu habito, contra Imperatorem conſpirant, junctiſque cum *Guſtavo* viribus ſuis bellum capeſſunt. Contra hos *Tillius* obiicitur, qui *Septembri* menſe, adjuncto ſibi altero duce *Papenheimio*, *Lipſiam* obſidet, ac deditionem cogit facere. Adſunt poſt paullo fœderati Principes, in primiſque *Sueciæ* Rex, cum Duce *Saxoniæ*.

Pugna Lipſienſis.

Fit ad *Lipſiam* acerrimum inter hos & *Tillianos* prœlium; cujus exitus Catholicæ parti funeſtus accidit. Victus *Tillius* fuga ſe eripuit, emiſsis decem, ut plurimum, millibus. *Lipſia Saxonis* in ditionem recepta. Hæc victoria *Sueciæ* Regi, quod *Germaniæ* reliquum erat, nullo obſtante patefecit. *Franconiam*, capta *Herbipoli*, ſubegit omnem, tum *Moguntiam*; aliaſque deinceps poſt alias provincias erumpentis flammæ vel torrentis fluvii more pervaſit: *Saxone* interim *Boemiam* invadente, poſtquam caput ejus regni *Pragam* deditione cepit. Quidam e *Germaniæ* Principibus, ut ingruentem ſibi tempeſtatem averterent, *Ludovici Franciæ* Regis imploravere fidem. Quos ille armis ſuis & auctoritate tutos ab injuria præſtitit: præſertim *Trevirenſem* Archiepiſcopum. Quod anno 1632. ſequente perfectum eſt.

Hoc ipſo anno *Sueciæ* Rex eumdem victoriarum curſum ſina offenſione tenuit, atque *Alſatiam*, *Sueviam*, & *Bavariam* pervagatus, pleraque oppida ſuæ poteſtatis fecit. Trajecto *Danubio*, *Bavaros* fudit cum duce *Tillio*, qui paullo poſt *Ingolſtadii* deceſſit ex vulnere, grandis jam natu, & militari gloria præcellens, ſed Religione & Catholicæ cultu pietatis illuſtrior. *Vvalſtinius* exinde ſummæ rei Catholicæ præfectus contra *Saxonem* & *Suecum*, *Pragam* recuperat. Dehinc poſt multas velitationes, tandem ad *Lutzenium*, quod oppidum haud procul *Lipſia* diſtat, cum *Sueciæ* Rege *Vvalſtinius* & *Papenheimius* biduo confligunt. Quo in prœlio *Sueciæ* Rex *Guſtavus* occubuit: nec longe poſtea *Papenheimius*. *Novembri* id menſe geſtum eſt. *Sueci*, occiſo Rege ſuo, nihilo ſegnius inſtauravere bellum; quod ad hanc diem proſequuntur.

Sueciæ Regis poſtrema pugna & obitus.

Idem annus 1632. novum *Poloniæ* Regem dedit *Uladislaum*: qui in locum *Sigiſmundi* patris ſollemnibus regni Comitiis de more ſuffectus eſt *Octobri* menſe, cum *Aprilis* ante nono & viceſimo die *Sigiſmundus* obiiſſet, regni quinto & quadrageſimo.

Veſuvii montis conflagratio.

Memorabilis hic annus inſuper fuit *Veſuvii* montis incendio, quod *Februario* menſe repetitum, maximam late vaſtitatem, *Neapolitanis* vero ingentem terrorem attulit. Qui ſollemni ob id indicta ſupplicatione, per quam *S. Januarii* patroni urbis circumlatum caput eſt, impendentem cladem evertere.

DIO-

DIONYSII PETAVII
E SOCIETATE JESU
RATIONARII TEMPORUM
PARTIS PRIMÆ APPENDIX.

In qua hiſtoriæ continentur ab anno 1632. ad noſtra uſque tempora.

CAPUT I.

Exhibens res geſtas omnium populorum ab anno 1632. ad 1648.

A. 1632. Chriſti ad 1648. *Chriſtina Sveciæ Regina.*

REge *Sveciæ Guſtavo* exſtincto, ſucceſſit in regno *Chriſtina*, ſed vix ſextum egreſſa annum: quare præcipuis Proceribus Regni, *Oxenſtiernæ* autem belli *Germanici*, cura commiſſa fuit. Hujus ergo conſiliis bellum feliciſſime geritur in *Germania* a *Svecis*, qui cum fœderatis Proteſtantibus *Cæſarianos*, & qui ab iis ſtabant, fere ubique cædunt. Proteſtantes fœdus etiam *Heilbronnæ* inter ſe & cum *Svecis* renovant, anno 1633. Quo eodem anno *Uladislaus Poloniæ* Rex *Moſcos*, ab *Smolenski* obſidione rejectos, impoſitam ſibi pacem accipere coegit, & *Iſabella Philippi* II. *Hiſpaniæ* Regis filia, *Belgicæ* Gubernatrix, obiit, in cujus locum ſuffectus *Ferdinandus* Cardinalis, *Philippi* IV. frater, qui per *Italiam* & *Germaniam* tendens in *Belgicam*, in itinere interfuit *Nordlingenſi* prœlio, quod commiſſum

Nordlingenſe prælium.

a. d. 5. Calendas *Septembres* anni 1634. & quo *Sveci* gravem cladem acceperunt, capto ipſo *Svecorum* Duce *Hornio*, *Vinarienſi* autem Principe in *Alſatiam*, paullo ante occupatam, vix elapſo, ubi *Gallorum* ope res utcumque reſtituit. Dux eo prœlio *Cæſarianorum* fuit *Ferdinandus*, Imperatoris filius, *Hungariæ* Rex, cum imperioſus ille plus æquo *Valſteinius*

Valſteinius occiſus.

initio anni ob proditionis ſuſpicionem *Egræ* eſſet interemptus, inconſtantis fortunæ exemplum memorabile. Per idem tempus *Ludovicus* XIII. *Galliæ* Rex, reconciliato ſibi fratre, *Aurelianenſium* Duce, contra *Imperatorem & Hiſpanos*, cum *Svecis* primo, dein etiam eum Proteſtantibus in *Germania* fœdus percuſſit, iiſque, ut diximus, poſt *Nordlingenſem* cladem auxilia ſubmiſit. *Carolum* vero *Lotharingiæ* Ducem, jam antea *Aurelianenſis* partes foviſſe creditum, nunc quoque cum *Ludovici* inimicis conſpirantem, Principatu ſuo exuit. *Rhenoberga* interim & *Trajecto ad Moſam* ab *Hiſpano* fruſtra tentatis, *Ferdinandus* Cardinalis cum exercitu ſuo *Belgicam* ingreditur, & *Limburgo* atque etiam *Schenki* munimento per dolum potitur, anno 1635. quo ipſo Elector *Saxoniæ*

Saxo Svecus deſerit.

Proteſtantium cauſſam *Svecoſque* deſeruit, pace cum Imperatore facta *Pragæ*, ſibi quidem ſatis utili, reliquis autem fœderatis Principibus incommoda. Eodem tempore *Galli*, *Trevirorum*, qui in eorum tutela erant, occupatione per *Hiſpanos* irritati, aperto Marte *Cæſarem* & *Hiſpanos* invadunt, & hos ad oppidum *Hannoniæ Avenum* mox gravi clade afficiunt:

A. 1632. Chriſti ad 1648. *Pugna ad Avenum.*

atque ita *Svecorum* partes, quæ ab pleriſque *Germanorum* Principibus exemplo *Saxonis* deſertæ, vix unico *Guillemo Haſſo* in partibus permanente, reſtituerunt. Hi ergo, ſeptem *Saxonicis* legionibus prope *Demizam* in Ducatu *Megalopolitano* anno 1635. ad internecionem cæſis, ſequenti anno ad *Vilſtocum* (id

Prælium ad Vilſtocum.

Marchiæ Brandenburgicæ eſt oppidum) eumdem *Saxonem*, qui jam cum *Cæſaris* copiis caſtra junxerat, graviſſimo prœlio, ductu *Bannerii*, vincunt. Porro autem ſimul *Guillelmus Haſſus Hannoviam* obſidione exemit, & *Cæſarianos* in *Veſtphalia* cædit. *Kniphuſius Svecicarum* copiarum ductor, ſed qui ipſo in prœlio Regis ſui ad exemplum victoriam morte redemit. Nec in *Alſatiæ* ſegniter rem gerebant *Galli*, expulſo inde *Hungariæ* Rege, quem poſtea ex *Burgundia* quoque magno ſuorum cum detrimento recedere coegerunt. In cumulum acceſſit gloriæ Marchio *Forcæus*, *Gallus*, ejectis magna cum clade *Cæſarianis* ex *Lotharingia*, & capto ipſo duce *Coloredo*; cum interim per illa loca ingens fames, &, ut ſolet, inde nata peſtilentia immanem in modum graſſaretur, adeo ut multi non pagi ſolum, verum &

Fames & peſtilentia

urbes incolis penitus ferme exhauſtæ fuerint. In *Italia*, *Sabaudo* & *Parmenſi* Ducibus cum *Gallo* facientibus, aliquoties, ſed ambiguo Marte, certatum eſt; viſus tamen prævalere iſtic *Hiſpanus*, qui certe *Parmenſem* anno 1637. ad pacem ſecum ineundam adegit. Ceterum *Batavi* anno 1636. *Schenki* munimentum, quod ſuperiore amiſerant, poſt diuturnam obſidionem receperunt, & ſequenti anno, tentata prius incaſſum *Hulſta*, *Bredam* quoque, a cujus urbis obſidione eos avocaturus *Ferdinandus*, *Venloam* & *Ruremundam* invaſit occupavitque, *Batavis* id damnum occupatione *Del Minæ* in *Africa* penſantibus, receptaque onuſta magnis divitiis claſſe, quam ex *America Mauritius Naſſavius*, re ex ſententia geſta, in patriam remiſit. Majori motu *Hiſpanos* inter & *Gallos* dein certatum eſt. Primum quidem *Dola* in *Burgundia*, ad incitas jam redacta per *Condæum*, obſidione ab *Hiſpanis* exempta eſt. Dein ex *Belgica* prorumpens *Ferdinandus*, totam *Picardiam* & quæ circa ſunt Marte ſuo, quaſi torrente quodam, inundavit, jamque regni caput *Lutetiam* terrore ſui compleverat, cum, collectis ſubito copiis,

Ferdinandus Cardinalis Picardiam vaſtat.

A. 1632. Chriſti ad 1648.

& ſuperveniente etiam cum Nobilibus ipſo Rege, Cardinalis *Richelius*, ſeu, ut eum *Petavius* vocat, *Ricolocius* hoſtes invaſit, & ex *Gallia* ſua recedere coegit in *Belgicam*. Eadem fortuna *Gallaſſis* fuit, qui per *Burgundiam* volitans, in ſummam brevi annonæ penuriam adductus fuit, adeo ut inglorius, nec ſine clade, ad *Rhenum* redire debuerit.

Mors Ferdinandi II. Succedit Ferdinandus III.

In *Germania* Imperator *Ferdinandus* II. fatalem horam haud procul abeſſe ſentiens, circa finem anni 1636. Electores convocavit, ut de creando novo *Romanorum* Rege Comitia haberentur, in quibus electus eſt illius filius, *Ferdinandus* III. & paullo poſt coronatus. Nec diu poſt ſuperſtes Imperator fuit. Anno quippe ſequenti ineunte exſtinguitur ætatis 59. Imperii 19. Haud adeo lætæ in *Germania* hoc tempore res *Suecorum* erant. Mortuus enim *Guilelmus* eſt, *Haſſiæ* Landgravius, in ſubiicienda ſibi *Veſtphalia* occupatus, non ſine veneni ſuſpicione. Inde de tutela impuberis filii contentiones exortæ *Haſſiam* turbis & populationibus impleverunt, quæ mox tamen pactione, ſed infida, ad tempus ſublatæ. *Bannerius* quoque, oppreſſis licet aliquot *Saxonicis* legionibus, & occupata *Torga*, *Lipſiæ* obſidionem, immo totam *Saxoniam* relinquere coactus, multa præterea *Pomeraniæ*, quo ſe receperat, oppida amiſit.

Mors Bogislai Pomerani.

Inter hæc *Bogislaus*, *Pomeraniæ* Ducum ultimus, mortem obiens anno 1637. de hereditate ſua acerrimarum litium cauſſam reliquit *Suecis* & *Brandenburgico* Electori, hoc ex antiquo fœdere hereditariæ ſucceſſionis, illis armorum jus prætexentibus, quæ diu poſt demum diviſione Ducatus ſunt ſopitæ. At in *Germania* ad *Rhenum* ambiguo certatum Marte. *Bavari* quippe, nequicquam obnitentibus *Haſſis*, poſt longam obſidionem *Hermanſteinio* in *Treviris* potiuntur. *Vinarienſis* contra *Burgundiones* & paullo poſt *Lotharingios* profligat, at mox eoſdem ad *Veſontionem*, ad quam urbem conſederant, fruſtra tentat; immo *Rhenum* tranſiturus a *Johanne* Vverrano *Bavarorum* tunc, poſtea *Cæſarianorum*, magni nominis duce, cum aliqua clade repellitur. *Galli* interim, ſopitis civilibus turbis, quas ruſtici paſſim excitaverant, *Hiſpanos Aquitania* expulerunt, varia quoque in *Sequanis* & *Flandris* occuparunt oppida. Quo tempore *Sueci* injurias *Polonorum*, prorogatas paullo ante inducias turbantium, diſſimularunt, ne & hos in ſe concitarent, ſed mox iis ipſis rebellantes *Coſacci* tantum præbuerunt negotii, ut de laceſſendis *Suecis* non amplius cogitarint.

Coſacci rebelles.

Horum autem fortuna cœpit tandem in melius mutari: novis namque copiis aucti, anno 1638. *Cæſarianos*, a *Rugia* inſula repulſos, tota *Pomerania* excedere cogunt, & per *Saxoniam Marchiamque* in *Bohemiam* uſque perſequentes valde lacerant. Et quamquam *Palatini* fratres, *Caroli Angliæ* Regis, qui ipſorum avunculus erat, opibus adjuti, comparato ſibi in *Veſtphalia* exercitu fuerint ab *Hatzfeldio* victi, alter etiam captus, abunde tamen hæc ad *Rhenum* ſarſit *Vinarienſis*: is enim ex hibernis provolans, ad *Rheinfeldam Alſaticam*, quam obſidione cinxerat, profligatur quidem, ſed poſtridie victores palantes, & nihil ejuſmodi metuentes, invadit & ad internecionem cædit, captis omnibus ducibus & impedimentis.

Vinarienſis victus, victor.

Victoriam ſecutæ *Rheinfelda*, *Friburgum*, & poſt laborioſiſſimam obſidionem *Briſſacum*, cæſis aliquoties *Goetzio* & *Lotharingo*, qui ſuppetias urbi ferre omni modo nitebantur.

Briſſacum occupat.

Alibi tamen *Galli* haud ſatis æquum ſibi habuere Martem, ab *Audomauro* in *Arteſia*, & *Fontarabia* in *Hiſpania* cum clade rejecti. Nec ſatis clare liquet, utrum *Hiſpanis* an *Gallis* pugnæ navalis prope Genuam commiſſæ victoria adſcribi debeat. Ceterum maximo *Galliæ* gaudio natus eſt anno 1638. *Ludovico* XIII. poſt 20. & amplius annorum ſterile conjugium filius *Ludovicus* XIV. qui ob maximas res geſtas celeberrimus poſtea Rex evaſit.

Natus Ludovicus XIV.

Eamdem cum *Gallis* belli fortunam experti ſunt *Batavi*; ex occupato quippe *Calloano* caſtro ejecti magna cum clade, haud minori damno ab *Geldræ* obſidione depelluntur. Verum hanc maculam ſequenti anno 1639. duplici navali victoria de *Hiſpanis* parta eluerunt.

Victoria Bannerii

Perſequens *Gallaſſium Bannerius Marchiam* & *Saxoniam* fere totam occupavit, *Saliſium*, *Cæſarianorum* ducem, ſibi obvium gravi prœlio fudit, nec multo poſt copias *Montecuculi*, itidem *Cæſariani* ducis, eadem felicitate ſuperavit, illaque victoria viam ſibi in ipſam *Bohemiam* aperuit. Eam ingreſſus pleraque quidem occupavit, *Praga* tamen potiri nequiit, quare vaſtatis late omnibus, *Palſium* inſuper, *Hungaricis* militibus præfectum, in ipſa acie cæſum, oppreſſit. Verum tunc ab Imperatore oppoſitus illi eſt *Hatzfeldius* Comes, qui, collectis undique copiis, curſum victoriarum *Suecicarum* ſtitit, & ſequenti anno 1640. ex *Bohemia* iterum excedere *Bannerium* coegit. Qui dein, auctus licet *Gallicis*, *Haſſiacis* & *Luneburgicis* copiis; (*Georgius* enim Dux *Luneburgicus* ad partes *Suecorum* redierat) vel ſic tamen in *Miſnia* & *Saxonia* haud ſatis recte ſe tueri potuit, conflictatus præcipue cum magna annonæ caritate. Ceterum manus cum hoſte conſerere ſemper detrectavit, quo effectum, ut ſi leviores excipias conflictus, nihil magnæ rei fuerit geſtum, niſi quod ille tamen hoſtes magna arte & dexteritate lautiſſimis, quæ animo præceperant, in *Brunſvicenſi* agro hibernis excluſit.

At *Vinarienſis* Princeps victorias ſuperiori anno partas ulterius perſequi cum ſtatuiſſet, ineunte vere anni 1639. in *Burgundiam* impetum fecit, eamque ſibi totam fere ſubjecit. Jamque magna animo volvebat Princeps, ad ſumma quæque natus, cum ſubito nec opina morte exſtingueretur, anno ætatis 35. Haud exigua ſuſpicio fuit veneno interceptum, auctorque facinoris credebatur *Richelius*, quia is generoſiſſimo Principi nec minis nec blanditiis *Briſſacum* extorquere potuerat.

Mors Vinarienſis.

Metuebat etiam, nec ſine cauſſa forsaſſe, ne *Vinarienſis* proprium ſibi in *Alſatia* & *Burgundia* compararet principatum, atque ita Proteſtantibus *Gallis*, quos ipſe jam ad incitas redegerat, major auxilii ſpes accederet, ſi tam potens Princeps, Proteſtantibus addictus, in ipſo regni limite & aditu hæreret, qui illis, ſi quando vehementius affligerentur, ſemper ſubſidio adeſſe poſſet. Ceterum, audita *Vinarienſis* morte, Princeps *Palatinus* natu major in ſpem venit recuperandi *Palatinatus*, ſi exercitum *Vinarienſis* ſibi adjungere & *Briſſaco* potiri poſſet. Ignarus iſte artium *Richelii* iter ad exercitum hunc ſuſcipit per *Galliam*. Verum ibi, cum nihil minus cogitaret, vano ſub prætextu in cuſtodiam datus eſt arctiſſimam, & in ea tamdiu detentus, quicquid etiam, admiſtis quoque minis, *Dani*, *Angli*, immo & *Sueci*, contra molirentur, donec exercitus *Vinarienſis*, auro inductus *Gallico*, ſe ſuaque *Gallis* permiſiſſet, atque ita *Palatinus* ſpe ſua eſſet dejectus.

Palatinus a Gallis captus.

Vinarienſi exercitui ſummus a *Gallis* dux impoſitus eſt *Longavillæus*, qui anno 1640. inſequenti pleraque ad *Rhenum* & *Haſſiæ* loca, nequicquam reſiſtentibus *Bavaris*, occupavit.

Annus hic *Hiſpaniæ* fuit infeliciſſimus, nam ut amiſſam in *Belgica Atrebatum* urbem, & in *Italia Taurinum*, irritam item *Caſalis* obſidionem taceam, afflixit vel maxime illud regnum duplex defectio, *Catalaunorum* & *Luſitanorum*. Iſti *Olivarii* Comitis qui tum temporis totius regni habenas tractabat, injuriis præcipue irritati, occiſo Prorege ſuo, & occupata *Barcinone*, *Gallorum* ſe tutelæ tradiderunt. Hi, alienæ dominationis pertæſi, ea excuſſa, domeſticum Regem ſibi ſumpſerunt *Johannem*, *Bragantiæ* Ducem, atavis editum Regibus. In ejus verba miro

Defectio Catalaunorum & Luſitanorum.

animo-

Digitized by Google

A. 1632. Chriſti ad 1648.

animorum conſenſu omnes *Luſitanici* regni urbes & provinciæ *Indicæ* ſine mora jurarunt. Natum hinc graviſſimum bellum, quod per aliquot annos tenuit; irriti tamen fuere omnes *Hiſpanorum* conatus. Novus namque Rex, *Anglorum*, *Gallorum*, *Batavorum*que ſubnixus auxiliis, & ſuorum amore munitus, ſatis ſe contra *Hiſpanos* tueri potuit, adeo ut bi regnum illud tandem miſſum facere debuerint. Ita ergo in libertatem ſeſe iterum vindicavit *Luſitania*, anno 60. poſt, quam a *Philippo* II. in *Hiſpanorum* poteſtatem fuerat redacta. Haud parum quoque vexavit eoſdem tunc *Monœcenſium* Principis defectio, qui anno 1641. exacto ex arce ſua *Hiſpanico* præſidio, *Gallicum* ejus loco recepit, & conſtantiſſime poſtea ab horum partibus ſtetit. Et quaſi ad defectionem conſpiraſſent omnes, *Carolus*, *Lotharingiæ* Dux, qui tanto ardore *Cæſaris* & *Hiſpani* partes ad bæc uſque rempora fuerat ſecutus, eas deſeruit, &, pace cum *Gallis* facta, ab iis in Principatum ſuum eſt reſtitutus. Verum ille mox mntato iterum animo, ad *Auſtriacos* rediit, *Cantacrucia*, cujus amore captus tenebatur, ægtum animum, quo collibitum eſſet, impellenre.

Caroli Lotharingi.

Nec immunis civilium malorum per idem tempus *Gallia* fuit. *Sueſſionenſis* ſiquidem Comes in odium inciderat Cardinalis *Richelii*, quoniam bujus cognatam ducere uxorem conſtanter recuſabat. Hinc nimium gravem ſibi *Richelium* metuens, cum amplius ferre non poſſet, anno 1641. ad arma confugit, & cum eo multi alii nobiliſſimi viri, atque ipſe *Aurelianenſis* Dnx, Regis frater, quibus auxilium tulit legatus Imperatoris *Lambojus*. Pugnatum tunc eſt acerrima prœlio ad *Sedanum*, quo victæ quidem ſunt Regis *Gallici* copiæ, ſed quia cecidit quoque caput partium adverſarum *Sueſſianenſis*, penitus hæ, diffugentibus mox reliquis, ſunt diſſipatæ. Tum vero Rex *Ludovicus* arma magis in *Hiſpaniam* vertit, ut *Catalaunis* ſubveniret, qui in defectione acriter perſtabant, & tunc *Gallorum* ope *Hiſpanos* aliquoties fuderunt.

Et Sueſſionenſis Comitis.

Novus *Luſitaniæ* Rex per idem tempus ingens periculum ſnbiit, inita contra ſe a quibuſdam Proceribus gravi conjuratione, ſed quæ in ipſos vertit auctores. Detecta re pars perpetuis carceribus incluſa, pars ſtelus capite luerunt. Ceterum fatalis fuit bic annus [1641.] *Ferdinando* Cardinali, *Belgicæ* gubernatori, *Bruxellis* menſe *Novembri* denato.

Bannerius quoque, *Suecorum* ſummus dux, ob reſtitutas poſt *Nordlingenſem* cladem res *Suecicas* celeberrimus, cum ſe, pervaſtata prius *Bavaria*, prudentiſſime, nec ſine detrimento hoſtium, in *Saxoniam* recepiſſet, moriem invenit *Halberſtadii* menſe *Majo*. Itaque nihil magnæ rei boc anno geſtum eſt, ſi duas memorabiles excipias obſidinnes, *Hohentwilæ*, quæ *Vurtembergico* Principi parebat, & *Guelpherbytanæ* arcis; illam *Cæſariani*, hanc *Sueci* & *Luneburgici*, ſed utrique irrita tentarunt ſucceſſu. Interim *Bannerio* ſubmiſſus eſt *Suecia Torſtenſohnius*. Is, reſtituta, quæ ſetme poſt moriem *Bannerii* conciderat, diſciplina militari, in *Sileſiam* movit anno 1642. in qua ſubigenda dum occupatus erat, obvium ſibi babuit *Lavenburgicum* Principem cum *Cæſarianis* copiis, eumque victum cepit, graviſſimo affectum vulnere, ex quo etiam mox periit. Subacta *Sileſia*, regreſſus in *Miſniam Torſtenſohnius*, dum *Lipſiam* appugnat, advolantes ad auxilium *Cæſarianos*, haud incruenta victoria ſuperavit. Nec feliciores in *Veſtphalia* iidam *Cæſariani* fuere. *Haſſi* quippe *Gallis* juncti eos prope *Ordingam* in *Colonienſi* agro ad internecionem cædunt, captis *Lambojo* & *Mercio*, præcipuis illorum ducibus, plurimiſque aliis. Penſavit tamen has clades utcumque, cum *Lotharingiæ* Dux, deleto exercitu *Gallico*, qui *Mottam* in *Lotharingia* obſidebat, tum *Franciſcus de Melo*, qui *Ferdinando* Cardinali in *Belgica* gubernatione ſucceſſerat, fuſis in *Picardia Gallicis* copiis. At in *Hiſpania Gallis* fortuna magis favit. Capto quippe *Perpiniano*, & pulſis, qui opem ferebant, cum clade *Hiſpanis*, Comitatum *Ruſcinonenſem* cum Regno ſuo in perpetuum conjunxerunt. Ceterum ſub finem anni fatis conceſſit Cardinalis *Richelius*, ætatis ſuæ anno 58. Nec ipſe Rex diu poſt ſuperſtes fuit. Anna quippe 1643. menſe *Majo* deceſſit, expletis Regni 33. vitæ vero 42. annis, ſucceſſorem ſibi relinquens filium *Ludovicum XIV.* qui adhuc dum puer erat tenellus, diuturnior tamen patre Rex futurus. Mater interea pueri Regis, quæ tutelam regni gerebat, fœdus cum *Suecis* renovavit, bellumque acriter continuavit. *Enguinius* enim Principis *Condæi* filius *Rocrojum* in *Campania* ab *Hiſpanis* obſeſſum cum eorum magna clade liberavit, & *Theonisvillam* poſt gravem obſidionem inſuper ſubegit. In *Germania* tamen aliquam cladem paſſi ſunt *Galli*, quos, *Guebriano* jam mortuo, nimium ſecuros *Cæſariani Bavarique* invadunt, & cæſis haud ita multis, ad 5000. capiunt, reliquis matura fuga ſaluti ſuæ conſulentibus. Interim in *Bohemia* & *Moravia* ex lubidine ſua agebat omnia *Torſtenſohnius*, *Gallaſſio*, multis licet copiis aucto, *Suecos* tamen laceſſere non audente. Reſpirandi aliquantulum locus tandem *Cæſarianis* eſt datus. *Torſtenſohnius* quippe ſub finem anni 1643. ex improviſo Regem *Daniæ* imparatum, & nil tale metuentem, invaſit, tranſmiſſoque *Albi* totam fere occupavit *Holſatiam*, & in ea hiberna ſumpſit. Relictus tamen in *Germania Konigſmarckius*, occupato *Halberſtadia*, magnam pecuniæ vim *Miſniæ*, *Thuringiæ*, & *Franconiæ* extorſit, *Haſſis* per idem tempus *Veſtphaliam* obtinentibus.

Mors Cum ſucceſſio Torſtenſohnius. / *Mors Bannerii.*

Mors Richelii.

Et Ludovici XIII.

Sueci Danis bellum inferunt.

Ortum eodem anna in *Italia* bellum, Pontifice Ducatum *Caſtri* a *Parmenſi* repetente. Verum hic, junctis cum *Venetis*, tum *Etruſcorum* & *Mutinæ* Ducibus, armis, undique *Pontificem* invadebat, qui tamen ſequenti anno pacem fecit, & *Parmenſi Caſtrum* reliquit. Paullo poſt perfectam pacem a. d. 3. Kaland. *Sextiles* anni 1644. exhauſtis ſenio viribus obiit Pontificatus 21. ætatis 77. anno. Sublectus ei eſt *Innocentius X.* ex illuſtri *Pamphiliorum* gente oriundus.

Turbæ Italicæ.

Ceterum bellum, quod *Danis* exeunte ſuperiori anno intulerant *Sueci*, hoc [1644.] terra marique omnibus viribus eſt continuatum. *Torſtenſohnius* enim occupata *Holſatia* in ipſam jam penetrabat *Cimbricam Cherſoneſum*, cum Imperator, *Dano* auxilium eſſe ferendum ratus, *Gallaſſium* adverſus *Suecos* mitteret. Is, coacto ingenti eoque lectiſſimo exercitu, junctis inſuper ſibi *Bavaris*, *Torſtenſohnium Holſatiæ* velut caveæ includere, atque ita vel fame delere ſtudebat. At hic per paluſtria elapſus ipſum *Gallaſſium* maxima afflixit rerum omnium penuria, adeo ut ſemper cum clade retro recedere debuerit, donec, præcipua exercitus parte amiſſa, in *Bohemiam*, quam cum *Moravia* & *Sileſia* pleraque, dum in *Holſatiam* aberant *Sueci*, *Cæſariani* recuperaverant, vix evaſit. Nec tamen eo tempore Regi *Daniæ* quies ab armis fuit. *Hornius* enim ab altera parte *Scaniam* inſulam ſubegit; at *Flemmengius Norvegiam* claſſe infeſtam habuit. In *Holſatia* quidem occupata contra *Gallaſſium Torſtenſohnio*, *Dani* pleraque receperunt, mari tamen, claſſe *Batavica* ab *Suecorum* partibus ſtante, infelices valde fuerunt. Nam cum uno aut altero prœlio ancipiti *Marte* decertaſſent, tertio haud procul *Fionia* inſula ingenti clade affecti ſunt, tota eorum claſſe diſſipata. Auxit damnum amiſſio *Diœceſeos Bremenſis*, quam *Fridericus* Regis *Daniæ* filius Archiepiſcopi nomine tenebat. Fractus ergo his ma-

Bellum Danos inter & Suecos continuatur.

A. 1632. Chriſti ad 1648.

Pax Suecos inter & Danos.

lis *Danus* pacem unice optabat, a qua nec alieni eraot *Sueci*. Coovenerunt itaque anno 1645. legati utriuſque geotis, tum *Gallorum* & *Batavorum*, *Bromſebroam Gothiæ* oppidum, ubi pax facta eſt, ſed *Dano* damnoſa valde, qui varias a *Suecis* occupatas jam regiones iis relinquere; liberumque inſuper mare & mercaturam permittere coactus fuit.

Pace iſtic reſtituta, *Sueci* arma ſua majore vi adverſus *Cæſarianos* vertere jam poterant, id quod & fecerunt, ut videbimus poſtea. Nunc *Gallorum* arma reſpicienda ſunt, quæ in ſuperiore illi *Germania* ſatis fortiter & feliciter circumtulerunt.

Gallorum res geſtæ.

Miſſus eo erat *Enguinius*, qui cum *Turennio* caſtra *Bavarorum* prope *Friburgum*, quod hi occupaverant, nimium munita cum magna ſuorum & hoſtium ſtrage aggreſſus eſt, ſed & repulſus. Arma itaque alio vertit; nec *Bavari* prohibere potuerunt, quo minus multa oppida, & præcipue *Philippi caſtrum*, quod annonæ ac apparatus bellici laborabat penuria, poſt undecim tantum dierum obſidionem expugnaret. Dux *Aurelianenſis* eadem felicitate uſus in *Belgica*, *Grevelingam*, munitiſſimum *Flandriæ* portum, ſubegit, adjutus *Batavorum* claſſe, qui interim, cæſis ſubinde *Hiſpanorum* auxiliis, *Saxum Gandavenſe* expugnarunt. Sola *Catalaunia* has victorias clade ſua fœdavit, per *Hiſpanos* victoria de *Gallis* parta, quam *Ilerdæ* deditio ſecuta eſt. Eluit tamen hanc maculam ſequenti anno [1645.] *Harcourtius*, novus *Catalauniæ* Prorex, qui, capta poſt longam obſidionem *Roſo*, *Hiſpanos* gravi prœlio proſtravit, cujus tamen victoriæ exiguum percepit fructum, capto vix tandem *Balaguerio*.

Ad *Rhenum* iſthoc anno vario *Marte* certarunt *Galli*. Dum enim ductu *Turennii* occupandis urbibus in *Franconia* operam dabant, ad *Mergentheimium* à *Bavaris* cæduntur & fugantur. Sed haud diu hoſtes de victoria gloriari paſſus eſt *Enguinius*. Nec enim multo poſt, junctis exercitui ſuo *Haſſis*, ad

Pugna ad Allersheimium.

Allersheimium, qui pagus haud procul *Nordlingo* eſt, eos adortus vicit & in fugam egit, cadente *Mercio*, *Bavarorum* duce, capto *Gelenio*, qui *Cæſarianis* præerat. Non omnino læta tamen *Gallis* hæc victoria fuit, nimio quippe propriorum militum ſanguine parta. Dextrum enim cornu, quod *Galli* obtinebant, plane jam victum fuſumque erat, & actum fuiſſet, ni *Haſſi*, qui ſiniſtrum cornu tutabantur, virtute ſua prœlium reſtituiſſent. Quo facto victi hoſtes ultra *Danubium* rejecti ſunt.

Torſtenſohnius vincit.

Torſtenſohnius, repulſo in *Bohemiam Gallaſſio* circa finem ſuperioris anni, ſub initium ſtatim ſequentis (1645.) in *Bohemiam* movit, ut *Cæſarianis*, priusquam ſe reficere poſſent, ſuperveniret. Itaque

Hatzfeldium.

ad *Jancoviam*, *Bohemiæ* oppidum, adortus ſub *Hatzfeldio Cæſarianos*; poſt acerrimam plus quam octo horarum pugnam eos in fugam compulit, cæſis captiſque quamplurimis. Magna eo prœlio fortitudinis indicia dedit *Carolus Guſtavus Bipontinus* Princeps, non indignum ſe *Suecica* corona, quam poſtmodum accepit, oſtendens. Secuta victoriam plurima *Bohemiæ* & *Moraviæ* oppida, donec *Brunna*, *Moraviæ* urbs munitiſſima, *Suecorum* arma ſtitit. Hac etiam victoria effectum, ut Elector *Saxoniæ* factis induciis & relicto *Cæſare*, arma ſua ponere debuerit. Sub finem anni *Torſtenſohnius*, partis tot laureis decoratus, ob pedum ægritudinem, qua jam ab aliquo tempore vexatus fuerat, ſumma belli præfectura ſe abdicavit, ſubeunte in provinciam iſtam *Urangelio*, qui eam quoque ornavit abunde. Etenim

Succedit iſti Urangelius.

initio ſequentis anni (1646.) ex *Bohemia* erumpens, univerſam pæne *Germaniam*, qua lubebat, pervagatus eſt; nequidquam *Cæſarianis* hic illic ipſi obſiſtentibus. Sed præter vexationes & velitationes quaſdam ac minorum aut minus munitarum urbium expugnationes nihil memorabile hoc anno in *Germania* geſtum eſt.

Victi ad Ilerdam Galli.

In *Hiſpania Gallis* adverſa penitus *Bellona* fuit: *Ilerdam* illi obſidebant, diuturna oppugnatione ad incitas jam redegerant, cum *Leganezius Hiſpanorum* dux ſubito de nocte eorum caſtra aggreſſus, poſt gravem pugnam, relictis eos impedimentis & omni apparatu bellico in præcipitem fugam egit. Id damnum in *Belgica* ſarſit *Enguinius* Princeps, qui cum alias urbes munitas, tum *Batavorum* claſſe adjutus, *Dunkerkam* commodiſſimum & permunitum *Flandriæ* portum expugnavit, Cardinale *Mazarinio* omnia jam aulæ & regni negotia curante, non ſine magna præcipuorum Principum indignatione, quorum conatibus omni modo viciſſim obſtabat.

Bellum Venetorum cum Turcis.

Ceterum ſoli hoc tempore omnem *Turcarum* potentiam ſuſtinebant *Veneti*. Rerum apud illos potiebatur *Ibrahimus*, qui anno 1640. fratri ſuo *Amurathi* ſucceſſerat. Is *Melitenſibus* infeſtus, quod navem *Turcicam* cum una ex concubinis ſuis intercepiſſent, ingentem adornavit claſſem, quaſi in eos moturus. Sed de improviſo *Turci Cretam* inſulam quæ in poteſtate *Venetorum* erat, ut receptaculum *Melitenſium*, anno 1645. invaſerunt, & occupata poſt operoſam obſidionem *Canea* ſtabilem in ea pedem fixerunt. Utque *Venetorum* vires diſtraherent, *Dalmatiam*, quam hi etiam tenebant, infeſtis incurſionibus vexarunt, & an. 1646. in ea *Novigradum* ceperunt; quamvis etiam palantes eos & incautos ſæpe ruſtici militibus juncti trucidarent magno numero, aut in captivitatem abducerent. Sed *Veneti*, licet mari bis vel ter claſſem hoſtium viciſſent, impedire tamen non potuerunt, quo minus *Turci* plura *Cretæ* loca cæſo inſuper inſulæ præfecto, caperent, præſertim cum claſſis *Veneta* per tempeſtates valde tunc eſſet lacerata. Sequenti anno [1647.] vario *Marte* bellum ibi eſt continuatum, cæſis primo quidem *Venetis* in *Creta*, ſed qui tamen poſtea *Turcas* ab obſidione *Candiæ* repulerunt, recuperato inſuper *Mirabello*.

Bavarus inducias facit cum Suecis.

In *Germania Bavarus*, victricia *Suecorum* arma reveritus, anno 1647. inducias cum iis fecit; quare *Urangelius* vim belli in *Bohemiam* convertit, &, cruenta licet obſidione, *Egram*, inſpectante *Cæſariano* exercitu, cepit; quo tempore ipſe *Cæſar* in caſtris præſens in periculo fuit, ne caperetur ab legionibus quibuſdam *Suecorum*, qui ſummo mane in caſtra *Cæſariana* irruperant. Evaſit tamen, repulſis ab accurrente milite hoſtibus. Interim *Bavarus* ab induciis, quia eas ægerrime ferebat *Cæſar*, reſiluit;

Sed mox eas violat.

quare *Urangelius*, relicta *Bohemia*, ut perfidiam *Bavari* ulciſceretur, in *Germaniam* rediit, ſed ob inſtantem hiemem in *Luneburgicum* agrum deflexit, dilata in ſequentem annum ultione.

Haud felicior hujus, quam ſuperioris, anni adverſus *Ilerdam Gallorum* expeditio fuit. *Hiſpani* enim *Enguinium*, qui jam poſt patris obitum *Condæus* dicebatur, ab ejus obſidione magna cum clade repulerunt. In *Flandria* quoque *Leopoldus Guilielmus*, *Ferdinandi* III. Imperatoris frater, *Belgicæ* gubernator, varia iterum *Gallis* oppida eripuit. Gravi tamen periculo per idem tempus implicita, & vix defuncta

Seditio Neapolitana.

eſt res *Hiſpana*. In urbe ſiquidem *Neapolitana* immanis orta eſt ſeditio, quæ totum fere regnum corripuit. Plebs, graviſſimis vexata tributis, duce *Thoma Agnello*, [*Maſaniellum* vulgo vocabant] homine viliſſimo, rebellavit, & ad motum illius adeo graviter tumultuata eſt, ut Prorex ſe caſtello includere debuerit. Homo iſte poſt paucos quidem dies

Occiſo illius auctore ſedatur.

eſt occiſus, plebs tamen in furore ſuo perſtitit: & *Gallos* ad auxilium vocavit, adſcito ſibi Principe *Guiſio* duce. Sed mox prodita eſt a quibuſdam ad id corruptis porta, per quam intromiſſi milites *Hiſpani* omnia priſtinæ tranquillitati reſtituerunt. In

præ-

A. 1632. Chriſti ad 1648.

præcipuos tumultus auctores animadverſum; *Gallica* claſsis, quæ poſt ſedatas demum turbas aderat, re infecta domum recedere debuit. Similis paullo ante ſeditio *Siciliam* pæne totam invaſerat, ſed & illa brevi compoſita.

Mors Friderici Principis Arauſiaci.

Mortuus hoc anno apud *Batavos Henricus Fridericus* Princeps *Arauſiacus*, Reip. *Batavæ* gubernator feliciſſimus, in qua dignitate ſucceſſorem habuit filium *Guillelmum* II.

Exoritur tandem annus 1648. qui optatam *Germaniæ* pacem reddidit: Sed ut morientium ferarum morſus letiferi eſſe perhibentur, ſic etiam extremi *Martis* conatus acerrimi & tantum non exitiales extitere. *Urangelius* quippe ad inſtar fulminis *Cæſarianos* ex hibernis, quæ in *Haſſia* ceperant, & in quibus etiamnum ſtertebant, non ſine clade illata expulit, & in *Franconiam* uſque perſequens, caſtra cum *Turennio* junxit.

Urangelius Bavariam vaſtat.

Tum vero tranſmiſſo *Danubio*, victiſque hoſtibus, cadente etiam ipſorum duce *Melandro*, *Licum* trajecit, atque ita in *Bavariam* irrupit. In ea autem ob violatas inducias jus victoris acerbe exercuit, & reſiſtentes ſibi ubique fudit, donec fluvius *Oenus*, & venientes in auxilium *Cæſariani Suecorum* progreſſus utcumque inhibuerunt.

Haſſi Cæſarianos vincunt.

De *Veſtphalia* eodem tempore *Haſſi* & *Cæſariani* certabant *Marte* vario. Victi primo *Haſſi* mox *Lambojum* (is *Cæſaris* copias ducebat) ab *Geiſeca Veſtphaliæ* oppidulo inſigni cum clade repellunt. Poſtea idem *Haſſorum* caſtra haud procul *Colonia Ubiorum* aggreſſus vincitur, amiſſo fere omni peditatu, ſed non incruenta tamen victoria. Ultimum *Bellonæ* opus *Bohemia* exhibuit. *Konigſmarckio Egræ* agenti *Odevalskius* quidam, qui ſub *Cæſare* olim ſtipendia meruerat, nunc autem privatus vivebat, conſilia ſuggeſſit, quo pacto partem aliquam urbis *Pragenſis* ſubito ſtretagemate poſſet intercipere. Dictum factum,

Praga capta.

intempeſta nocte ea pars, quæ *Parvæ Urbis* nomen habet, cum arce regia invaditur, capitur & diripitur, parta ingenti præda, multiſque captivis, viris primariis. Jamque aderat majoribus cum copiis *Carolus Guſtavus*, cui hoc tempore ſumma in *Suecicum* exercitum poteſtas erat demandata, ut reliquas urbis partes etiam ſubigeret, cum ad confectæ pacis dulciſſimum nuntium arma omnia ponerentur, quæ per triginta jam annos horrendum in modum univerſam *Germaniam* devaſtarant, uſque adeo ut vix amplius *Germania* in ipſa *Germania* poſſet inveniri.

Scilicet ab aliquot jam annis de pace actum erat, ſed ea nondum matura omnes hi conatus irriti fuerant. Anno tandem 1641. convenerunt utrinque,

Pax Veſtphalica.

ut *Oſnabrugæ* cum *Suecis*, *Monaſterii* cum *Gallis* de pace ageretur. Cœptum autem de ea demum anno 1644. tractari, ſed poſt id tempus tam variam pro fortuna partium induit ea res faciem, ut plerique, quibus publica tranquillitas cordi erat, non ſine cauſſa vererentur fore, ut penitus abrumperetur hæc pacificatio. Poſt multas tamen altercationes pax tandem ſub finem *Octobris* primo cum *Suecis*, paulloque poſt cum *Gallis* eſt ſancita, qua *Proteſtantibus* ſuæ Religionis libertas permiſſa, *Palatinus* Elector reſtitutus, *Suecis* ad reſarciendos belli ſumptus conceſſæ Diœceſes *Bremenſis* & *Verdenſis*, *Rugia*, *Viſmaria* & pars *Pomeraniæ*, pro qua *Brandenburgico* Electori *Magdeburgica*, *Halberſtadienſis*, *Mindenſis* & *Caminenſis* Diœceſes datæ, *Gallo Alſatia*, quantum *Auſtriaca* erat, cum *Briſſaco* ceſſit. Paullo ante etiam, renitentibus nequicquam *Gallis*, diuturno bello *Hiſpanos* inter & *Batavos* finis eſt impoſitus, pace *Monaſterii* facta, qua Rex *Hiſpaniæ Batavos* tandem in perpetuum liberos eſſe juſſit, & juri ſuo in eos plane renuntiavit.

Turba Gallica.

Nondum tamen univerſa *Europa* in pacem convenire aut voluit aut potuit, durante *Hiſpanis* bello cum *Gallis*, tum etiam cum *Luſitanis*. Itaque inter illos quidem arma acriter adhuc moventur, quo *Hiſpani Cortraco*, *Galli* contra *Ipris* potiuntur. *Luſitani*, quando per *Hiſpanos* licebat, languide & remiſſe bellum gerebant. Civilibus eodem tempore motibus *Gallia* turbabatur, *Mazarinio* Cardinale præter omnium animi ſententiam regnum adminiſtrante. Factum ita, ut turbæ iſtæ anno ſequenti in apertam eruperint ſeditionem, & Rex *Lutetia* fugere coactus fuerit. Sed paullo poſt, *Hiſpanis* fruſtra ignem iſtum fovere ſtudentibus, omnia iterum in quietem ſunt compoſita.

Mors Chriſtiani.

Ceterum annus hic (1648.) duorum Regum morte inſignis fuit, quorum alter *Daniæ*, *Chriſtianus* IV. fuit, qui pridie Kalendas *Apriles*, vitæ 71. regni 60. obiit; ſucceſſorem nactus filium *Fridericum* III. qui Archiepiſcopus antea *Bremenſis* fuerat.

Uladiſlai IV.

Alter *Uladiſlaus* IV. *Poloniæ* Rex erat, denatus cum vixiſſet 53. fere annos, regnaſſet 16. Sublectus ei in regni Comitiis frater *Joannes Caſimirus*, Cardinalis, qui, depoſita Purpura, regnum anno eodem ſuſcepit.

Et Ibrahimi Turcarum Sultani.

Addendus eſt his *Turcarum* Sultanus, *Ibrahimus*, qui quod uxorum imperio nimis eſſet obnoxius, nec ex ſententia civium ac præſertim militum rem gereret, infelici chorda ab *Janizariis* anno Imperii 9. eſt ſtrangulatus, ſubſtituto ipſi filio *Mahumete*. Bellum tamen cum *Venetis* perduravit, quod his ſatis feliciter hoc anno ceſſit, ſi illud excipias damnum, quod claſſi ab furentibus ventis eſt inflictum. Ea tamen mox *Helleſponti* fauces tam arcte coſtodivit, ut *Turcica* in mare prodire haud potuerit. In *Dalmatia* quoque iidem plerumque ſuperiores, *Cliſſa* inſuper potiuntur.

CAPUT II.

De civilibus in Anglia *turbis ſub Rege* Carolo I.

Turbæ Anglicæ.

TEmpus eſt, ut de *Anglicis* etiam turbis, de quibus hactenus ſiluimus, agamus: quæ in Regis tandem caput eruperunt. Mortuo *Jacobo* I. anno 1625. ſucceſſit filius *Carolus* itidem primus, qui eodem anno uxorem duxit ſororem *Ludovici* XIII. Regis *Galliæ*, ad quam legatos ſuos poſtea miſit Papa, ſicut ipſa viciſſim ad Papam, quod quidem *Anglicæ* genti diſplicuit valde. Cœperunt dein tumultus a *Scotis*, quibus invitis jam olim *Jacobus* I. quatuordecim Epiſcopos impoſuerat. Filius ejus *Carolus* ulterius progredi voluit, & ritus *Anglicanos* in univerſam *Scoticæ* gentis Eccleſiam, quæ ad exemplum *Genevenſis* erat conſtituta, inducere. Hujus rei auctor Regi maxime fuit *Laudus* Archiepiſcopus *Cantuarienſis*.

Liturgia ab Laudo compoſita.

Is ergo *Liturgiam* aut ipſe compoſuit, aut ſub auſpiciis certe ſuis ab alio componi curavit, diverſam aliquantulum ab *Anglicana*, & magis, ut accuſabatur, ad *Miſſale Romanum* accommodatam, quam Rex a *Scotis* omnino recipi volebat. Sed cum anno 1637. *Edimburgi* eam ex Mandato Regio publice prælegeret Epiſcopus, tantus ſubito exortus eſt tumultus, ut Epiſcopus iſte vix ſalvus inde evaſerit. Deprecabantur tum eam *Scoti* enixiſſimis precibus, Rex contra id ipſum indigniſſime ferebat. Itaque illi, ut rebus ſuis conſulerent, fœdus inter ſe iniere pro tuenda Religione & libertate,

Convenantum Scoticum.

quod *Convenantum* appellaverunt. At Regis animus ea re exacerbatus eſt multo magis, adeo ut rebellionem vocaret id fœdus, immo exercitum contra illos colligeret. Hi vero, habita Synodo, fœdus ſuum confirmarunt, abrogata etiam Epiſcopis ſua dignitate. Ut vero contra vim, ſi inferretur, ſe tuerentur, colligendo exercitui ducem conſtituerunt *Alexandrum*, Comitem *Leſlium*. Rex veritus, ut par iis eſſet,

pacem

Bellum cum Scotis.

pacem proponebat, quam hi lubentes recipiebant; Parlamentum etiam *Scoticum* convocavit, ut io eo res compooerentur. Vetum id, eum ad arbitrium & volnntatem Regis omnia decernere nollent, mox diſſolvit, incuſans *Scotos* non ex pacto agere. Decrevit ergo illos vi armorum cogere, eumque in finem exereitum conſcribere. Verum deſtitutus erat pecunia, quam ut impetraret, eoactus fuit Parlamentum *Anglicum* convocare anno 1640. quod jam per 12. annos factum nnn erat. In eo, cum primum congregatur, Rex invidioſam plane in *Scotos* orationem habuit, petiitque a Parlamento, ut ſibi ad domandos iſtos rebelles, quantum ſatis eſſet peeuniæ, dare vellet. Sed reſponſum haud gratum ſibi tulit. Volebat ſiquidem Parlamentum prius mederi inteſtinis turbis & populi querelis. Bellum illud præterea plane averſabatur, immo auctores ajus depoſcebat ad pœnam. Itaque haud diu poſt Rex, nihil ſe conſecururum cernens, inſtinctu *Lauds* & *Straffordii* Comitis, qui haud ex vano ſibi metuebant, illnd iterum ſuſtulit. Bellum tamen, undecumque poterat, corraſa pecunia, contra *Scotos* movit, eique *Straffordum* illum præfecit, ſed prævaluerunt hoſtes. Quare intervenientibus qnibuſdam *Angliæ* Proceribus, induciæ eum *Scotis* factæ ſunt, his honeſtiſſimæ. Eorumdem vero Procerum hortatu Rex in *Anglia* convocare Parlamentum promiſit, & paullo poſt indixit, ut in eo omnes diſſidiorum cauſſæ tollerentur, & in priſtinam quietem cuncta reſtituerentur. Conſedit illud menſa *Novembri* anni 1640. nee quievit prius, quam extorſiſſet Regni promiſſionem, fore ut noo diſſolveretur, antequam omoia Regni mala eſſent compoſita. Verum ea re Rex ſe ſuaque omnia peſſum dedit. Prævalebant enim in Parlamento ii, qui eamdem, quam *Scoti*, ſacrorum formulam ſequebantur. Ii, ſimulac Rex jure ſuo in Parlamentum ceſſiſſet, *Convenantum*, ſeu fœdus illud *Scoticum*, ſtatim ſuffragio ſuo comprobarunt, *Catholicos Londino* ejecerunt, &, omnia alia arbittatu ſuo agentes, inſuper *Guillelmum Laudum*, Archiepiſcopum *Cantuarienſem*, ut & Comitem *Straffordiæ*, *Hiberniæ* tunc Proregem, a quorum maxime conſiliis Rex pendebat, in carcerem duci juſſerunt. Accuſati illi ſunt perduellionis crimine, & *Laudus* quidem in alia dilatus tempore, *Straffordia* Comes autem anno 1641. damnatus & ſecuri percuſſus eſt publice, coacto prius Rege, multum licet reluctante, chariſſimi miniſtri ſui damnationem manus ſuæ ſubſcriptione confirmare. Ceterum miſerat Parlamentum in *Hiberniam* acerrimum eontre *Catholicos* edictum, qui eo irritati, & ſimul conditione temporum invitati, Duce quodam *Phelemone Neale*, de improviſo *Proteſtantes* invaſerunt, eorumque multa millia, nulla aut ætatis aut ſexus retione habita, intereremerunt. Itaque hoſtes judicati, & bellum contra eos decretum, exercitus quoque eo miſſus, ſed qui primo parum profecit, immo ſequenti anno 1642. cæſus eſt. Tum vero diſcordiæ civiles in *Anglia* in apertum erupere bellum, quare utraque pars, quantum potuit, collegit militem; ſed quia Rex pecuniæ inopia laborabat, facile plures Parlamento adhæſerunt. Hos inter etiam præfectus *Hullæ* fuit, quod municiſſimum & portu commodiſſimo inſtructum eſt oppidum *Northumbriæ*, qui illud Regi negavit, nee obſidione ad obſequium potuit retrahi. Inde menſe *Octobris* acia jam decertatum eſt in agro *Varvicenſi*, dubio *Marte*, paullo tamen magis in Regias inclinante partes. Verum inde nihil animi ſui abjecit Parlamentum, quin anno 1643. eum *Scotis* in fœdus eorum coiit, & ſollemniter juravit, atque ita etiam in *Anglia* Epiſcopis omnem dignitatem & auctoritatem abrogavit. Varias quidem urbes boc anno cepit Rex, & *Hibernorum*, poſtquam inducias cum iis feciſſet, auxiliis auctus eſt; ſed fœdavit iterum hæc proſpera gravis ad *Novum Caſtellum* accepta clades. Haud parum etiam momenti ad cauſſam Parlamenti promovendam attulit *Alexander Leslius*, qui ſub finem anni cum 20000. *Scotorum* in auxilium illarum partinm advenit. Adjuti ergo his ſubſidiis *Angli* anno 1644. Regios cum alibi, tum ad *Eboracum*, quod hi ab obſidione liberare ſtudebant, ingenti prœlio ſuperant, captis ant occiſis omnibus ferme peditibus. Itaque *Eboracum*, haud amplius reſiſtere auſum, deditionem facere debuit. Ex illo fluere ac retro ſublapſæ referri res Regis magnis cœperunt paſſibus, eujus animum etiam haud leviter affecerunt *Lauds* fata, qui damnatus a Parlamento, *Londini* aooo 1645. publice fuit capite plexus. Accuſatus eſt vel maxime, quod *Catholicis* faveret, immo ſtuderet eorum ſacra quaſi poſtliminio in *Angliam* reducere. Quicquid illius ſit, id certum eſt, addictiſſimum fuiſſe Eccleſiæ *Anglicanæ* ritibus, & idcirco Regi violentorum in diſſenticotes conſiliotum auctorem exſtitiſſe. Majorem in toto Procerum conſeſſu adverſarium non habuit *Cromvello*. Dederat hic antea operam Theologiæ, & jam munus quoddam Eccleſiaſticum petierat, ſed a *Laudo Puritanus* eſſe arguebatur, atque ita ab tali munere excluſus fuit. Hinc acerrimum ille concepit odium in hunc *Laudum*, cui cum aliter nocere non poſſet, ſatyricis ſcriptis eum proſcidit. Dein ejus ioſtinctu incitati ereduntur *Scoti*, ut *Liturgiam*, quam ipſis obtrudebat *Laudus*, publice in foro *Edimburgi* combuſſerint. Poſtea in parlamentum miſſus, acerrimus Regiarum & Epiſcopalium partium oppugnator fuit. Ceterum infeliciſſimus eodem anno Rex etiam in bello fuit. Nec profuit ei initio anni per dolum occupata urbs *Leiceſtria*. *Fairfaxius* quippe, copiarum Parlamenti dux ſupremus, Regias primo ad iſtam urbem, dein ſub *Roberto*, Principe *Palatino*, ad *Briſtoliam*, atque alibi, magnis attrivit cladibus, captis etiam variis urbibus. Sed greviſſimum damnum præſens in caſtris Rex ad *Veſtcheſtriam* paſſus eſt, unde ipſe, amiſſo fere omni exercitu, vix ſalvus effugit. Nec *Hiberni* rebelles, contra quos bellum quoque gerebat Parlamentum, efficere quicquam potuerunt, licet, adjuti per Pontificem pecunia, acriter lacertos moverent, adeo ut regni caput, *Dublinum*, fere ſuam in poteſtatem redegerint. Sed prævalens ubique Parlamenti fortuna etiam illos prorſus fregit, multiſque cladibus illatis ad extrema compulit. Anno dein 1646. Regiorum in *Anglia* armorum finis eſt factus. Quæcumque anim Rex bic illic etiamnum obtinebat, ea omnia, & vel præcipue *Oxonium* a *Fairfaxio* ſunt capta, ut adeo nibil illi amplius eſſet reliquum. Actum quidem eſt de pace per idem tempus, & Rex jam *Londinum* properabat, data ipſi nomine Parlamenti publica ſecuritate. Sed perſuaderi ſibi paſſus, fore ut a Parlamento fides ſibi non ſervaretur; quare ex itinere rediit *Oxonium*; unde fugiens mox *Scotis* ſe ſuamque ſalutem credidit, a quibus etiam perhonorifice eſt exceptus & habitus. Parlamentum vero, ſimulac id accepit, ſtatim a *Scotis* illum repetiit, ſed qui negarunt diu ſupplicem tradere, unde altercationes variæ & ſuſpitiones exoriæ, quæ tantum non in bellum eruperunt. Tandem anno 1647. *Anglorum* voluntati ceſſerunt *Scoti*, & Regem illis, acceptis 200000. librarum *Anglicarum*, dediderunt, ea tamen conditione, ut ſarta tecta eſſet illius majeſtas & ſalus. Tum vero in ſplendidam quidem, ſed arctam tamen datus eſt cuſtodiam, ex qua poſtmodum protractus a militibus, multo ab his liberalius eſt habitus. Tractatum etiam denuo de pace, ſed cum nimis duræ præſcriberentur ſibi leges, noluit aas recipere, præſertim cum ad id a quibuſdam io exercitu incitaretur,

Parlamentum in Anglia propoſitum. — *Straffordiæ Comes ſecuri percuſſus.* — *Rebellio Hibernorum.* — *Bellum civile Anglicum.* — *Pugna ad Eboracum.* — *Laudus capite plexus.* — *Cromvellus.* — *Pugna ad Veſtcheſtriam.* — *Carolus I. Scotis ſe permittit.* — *A quibus Anglis venditur.*

A. 1632. Chriſti ad 1648.

tur, inter quos & ipſe dicitur fuiſſe *Cromvellus*, cui hoc tempore ſummum in milites delatum eſt imperium. Inter hæc Rex manibus militum elapſus in *Vectim* inſulam ſe recepit: ſed parum ex ea re commodi percepit, immo in graviores multo, quam quas fugiebat, caſſes incidit. Nam præfectus iſtius inſulæ *Hammondus*, qui cum Parlamento ſentiebat & *Cromvello*, omnem ſedulo dedit operam, ne tam opima ſibi e manibus elaberetur præda. Interim dum iſtic agebat Rex, Parlamentum illi denuo leges, ſed multo jam duriores præſcripſit, quas cum ſtatim approbare nollet, in arctiorem detruſus eſt cuſtodiam, unde jam de capite Regis actum fore plerique prævidebant. Multi tamen erant, qui Parlamenti cauſſam probaverant quidem antea, ſed regem ſupplicio affici nolebant, idque, ut deteſtandum quam maxime facinus, abominabantur. Itaque plurimi tunc ſeceſſerunt in partes Regias, quæ etiam, collectis copiis, aliquoties victoria potitæ ſunt.

Elabitur in Vectim inſulam.

Quin etiam *Scoti*, quod non ſtarent *Angli* promiſſis, quibus Regi ſalutem & majeſtatem ſalvam fore ſpoponderant, ingenti cum exercitu, duce *Hamiltonio* in *Angliam* irruperunt. Sed nihil *Cromvello* invictum erat, qui ſtatim cum exercitu ſuo in occurſum *Scotorum* properavit, eoſque duobus prœliis ad internecionem cecidit capto ipſo *Hamiltonio*, aliiſque præcipuis ducibus, quo facto facile pax iterum utramque inter gentem convenit. Ita *Carolus* etiam hac ſpe orbatus, non habebat, unde aliquid auxilii ad tutandum caput ſuum ſperare amplius poſſet. Omnia tunc ipſi in pejus ruere incipiebant. Nam ex *Vectis* inſula retractus, caſtello *Horſtio* primum eſt incluſus, dein *Londinum* ductus, apud Judices ad id delectos eſt accuſatus. Iſti tandem ipſum tyrannidis, perduellionis, & malæ adminiſtratæ Reip. reum judicarunt, & ob iſta crimina publice ſecuri percutiendum pronuntiarunt. *Scoti*, tum *Francorum*, *Batavorumque* legati omni ope interceſſerunt, ne tam dura ſententia executioni daretur, ſed decretum erat Senatui *Anglicano* & *Cromvello*, ut Rex capitis ſui jactura turbas exſtingueret. Itaque pridie Calendas *Februarias* anni 1649. ad locum ſupplicii deductus, & per larvatum hominem uno ictu capite truncatus eſt.

Sed victis Scotis retrahitur.

Damnatur.

Et ſecuri percutitur.

Ceterum, occiſo Rege, abolita etiam eſt omnis Regia poteſtas, perduellionis crimine & pœna capitis in eum conſtituta, qui poſthac de ea reſtituenda conſilia agitaret. Volebat enim *Anglia* omni ex parte libera jam eſſe Reſpublica, quæ a Parlamento ſuo regeretur. Verum dum Regiam abolebat poteſtatem, in *Cromvelli* tyrannidem incidit, qui Protectoris titulo, *Dictator* quaſi Reip. *Anglicanæ*, per milites ſuos, ad exemplum *Prætorianorum* olim in urbe *Roma*, omnia agebat. Nec Regia ſanguine ſatiatus ille fuit. Poſt paucas enim ab ejus ſupplicio hebdomadas captivi *Scotorum* duces, qui Regem reſtituere voluerant, capitis damnati ſunt & ſupplicio itidem affecti, inter quos & ipſe Dux *Hamiltonius* fuit.

Abolita poteſtas Regia in Anglia.

Vel ſic tamen non quieverunt *Scoti*, ſed *Carolum* II. *Caroli* I. filium Regem renuntiarunt. Is vero ſtatim cum copiis eo miſit Marchionem *Montis Roſarum*, hominem fortiſſimum, qui antea in caſtris Imperatoris meruerat, & multa ſummæ fortitudinis ſpecimina ediderat. Sed ſimul ac appulit in *Scotiam*, victus eſt & profligatus plane, adeo ut ipſe fugere & in paludibus per tres dies deliteſcere debuerit. Tandem ab milite quodam, cui ſe crediderat, proditus, ſuſpendio pœnam luit, quam etiam ſumma cum conſtantia ſubiit, fruſtra executioni obnitentibus Imperatore & *Galliæ* Rege.

Carolus II. Rex Scotiæ renuntiatur.

In *Hibernia Scotorum* exemplum ſecutus eſt *Ormondiæ* Dux, qui & ipſe *Carolum* II. ibi publice Regem renuntiari curavit. Sed ipſe eo profectus cum exercitu *Cromvellus*, Regias partes mox valde afflixit. Quapropter rediit inde paullo poſt in *Angliam*, & *Iretonum* generum ſuum ſummæ rerum in *Hibernia* præfecit, qui tandem eo adegit Regios, ut anno 1651. tota *Hibernia* ſibi cedere debuerint.

Et Hiberniæ.

A. 1649. Chriſti ad 1672.

At in *Scotia* poſt interitum Marchionis *Montis Roſarum* quies necdum reſtituta fuit. Quin ipſe *Carolus* II. eo profectus, & maximis populi applauſibus exceptus, Regnum *Scotiæ*, ſub certis tamen legibus, ſuſcepit. *Lambertum* etiam, *Anglicarum* copiarum in *Scotia* ducem, victum gravi prœlio, inſuper cepit. Nec felicior *Cromvelli* gener *Iretonus* fuit, qui ex *Hibernia* in *Scotiam* trajicere cum exercitu juſſus, victus eſt & magna cum clade rejectus. Trepidatum eſt valde eo tempore *Londini*, quare *Cromvellus*, ut Reipublicæ ſuæ conſuleret, ipſe cum exercitu in *Scotiam* tetendit, & aggredientem ſe cum *Scotis Leſlium* maxima clade affecit. Nihilominus tamen *Carolus*, anno 1651. a. d. 3. Eidus *Januarias* Rex *Scotiæ* coronatus, cum exercitu in *Angliam* penetravit, ut ſibi illos jungeret, qui in ea ab ſuis partibus ſtabant. Sed *Cromvellus*, citato gradu eum ſecutus, ad *Virgoniam* ingentem ejus exercitui cladem inflixit, adeo ut ipſe Rex, de rebus ſuis deſperans, mentito habitu fugerit, & in *Galliam* trajecerit. *Cromvello* facile tum fuit, fugato *Carolo*, reliquias belli ſopire, quo peracto, parta ingenti gloria, *Londinum* eſt reverſus. Quo pacto tyrannidem ſibi iſtic confirmaverit, & exercitui ſummam poteſtatem aſſeruerit, videbimus poſtea.

Trajicit in Scotiam.

CAPUT III.

De rebus toto orbe geſtis ab anno 1649. ad annum 1672.

SAncita quidem ſuperiore anno pax *Germanica*, ſed in exſequendis ejus conditionibus valde laborabatur. Indictus itaque fuit conſtituendis rebus conventus Procerum ſeu Legatorum *Noribergam*; ubi altercationibus & litibus continuis eo fere deventum, ut arma jam poſita tantum non reſumpta fuerint. Sed *Carolus Guſtavus Bipontinus* qui *Suecorum* res curabat, perfecit, ut an. 1649. & ſequenti omnia redacta fuerint in tranquillum. *Bipontinus* laborum hunc tulit fructum, ut, annitente ipſa Regina *Suecia Chriſtina*, poſt mortem ejus ſucceſſio ipſi in Concilio Procerum decerneretur, licet haud pauci etiam eſſent, qui rem differri cuperent.

Exſecutio pacis.

Bipontinus ſucceſſor Chriſtinæ decretus.

In *Polonia* hoc & ſequenti anno multum tumultuabantur *Coſacci Polonorum* injuriis vexati, ſed poſt aliquot clades utrinque illatas anno 1651. pacem ſibi ſatis honeſtam & utilem conſecerunt, quæ tamen ſtabilis & perpetua nondum fuit.

Coſacciorum tumultus.

Bellum interim *Veneti* & *Turci* ſumma cum alacritate utrimque continuabant. Memorabilis fuit ea clades, quam claſſis *Veneta* hoc anno *Turcis* intulit. Inſederat illa jamdudum *Helleſponti* fauces, ne *Turcarum* claſſi in *Mediterraneum* mare pateret aditus, quæ tamen ſubito, cuſtodias *Venetorum* latens, in portum *Foggianum* prope *Smyrnam* penetravit. Secuta illico eſt *Veneta*, & *Turcicam* ingenti clade in ipſo portu affecit, quamplurimis navibus captis aut combuſtis.

Bellum Turcicum.

Gallia a civilibus motibus liberari nondum potuit. Gravis erat pleriſque *Mazarinus*, cujus potentiam Principes, immo & Parlamentum ægerrime ferebant. Eruperunt illæ lites anno 1649. primum inter Regem & Parlamentum, quæ tamen mox compoſitæ ſunt, ſed perduravit Procerum odium adverſus *Mazarinum*, cujus potentia in dies fere augebatur. Nec latuit ea res *Cardinalem*: qui proin prævenire conſultius ſibi ducebat. Eum igitur in

Turbæ Gallicæ.

finem

A. 1649. Chriſti ad 1672.

finem anno 1650. tres Principes, a quibus maxime ſibi metuebat, *Condæum*, *Contium*, & *Longavillæum*, in carcerem compegit. *Turrennus*, ne eamdem ſortem ſubiret, fuga ſibi maluit conſulere, & ad *Hiſpanos* ſe recipere; qui hanc occaſionem haud negligendam rati ſumma vi bellum tunc contra *Gallos* utferunt, & ita multas urbes iis ademerunt, aliquam tamen cladem ad *Rethelum Campaniæ Gallicæ* urbem paſſi.

Turba Batavica.

Batavi per idem tempus, pacem ab externis hoſtibus nacti, domi ſtatim collidi cœperunt. Cupiebant Reipublicæ Proceres cives ſuos graviſſimis tributorum oneribus levari, ut ita reſpirarent aliquantulum & pacis fructum perciperent. Volebant itaque partem militum ſacramento ſolvi & dimitti. Sed *Arauſiacus* Princeps, *Bataviæ*, & proximarum civitatum gubernator, omni modo obſtabat, adeo ut reſiſtentes ſibi pertinacius Proceres quoſdam in carcerem rapuerit, atque adeo *Amſtelodumenſes* armis in ſententiam ſuam cogere meditaretur. Verum, detecta re, Senatus ampliſſimæ iſtius urbis illum cum ſuis militibus excluſit. Ea res tanto eum mœrore perculit, ut haud diu poſt, contracto morbo, obierit, relicta uxore gravida, quæ paullo poſt peperit *Henricum Guilielmum*, qui quum adoleviſſet, in paterna ſucceſſit munera, ſed & *Angliæ* regnum inſuper accepit, ultimus tamen ſuæ gentis futurus.

Turbatum adhuc in *Gallia*, ubi inviſam Procetibus *Mazarini* ambitionem Parlamentum etiam retundere hoc tempore decrevit. Itaque Principes, quos carceri mancipatos vidimus, ſub initium anni 1651. decreto ſuo in libertatem reſtituit, *Mazarinum* e contrario, ut turbarum omnium auctorem unicum, regno intra 15. dies excedere juſſit, cui etiam mandato ille paruit. Sed *Condæus*, ſuſpecta habens omnia, in *Aquitaniam* receſſit, ibique, conciliatis ſibi civium animis, arma in defenſionem ſui paravit. Nec falſus *Condæus* fuit; *Mazarinus* namque, inſtigante Regis Matre, ſub finem anni hujus revocatus eſt a Rege, &, quamquam *Condæus* & Parlamentum armata manu *Mazarini* exſilium poſtularent, hic tamen, regio favore & armis nixus, facile ſe contra hoſtes tuebatur, adeo ut *Condæus*, impar viribus, anno 1654. relicta *Gallia*, ad *Hiſpanos* tranſire debuerit. Hi interim ſollerter his turbis in rem ſuam utebantur, & *Barcinonem*, *Dunkerkam*, aliaque oppida tunc receperunt.

Mazarinus Galliis exſulare juſſus.

Sed mox revocatur.

Bellum Anglos inter & Batavos.

Exarſit per idem tempus graviſſimum *Anglos* inter & *Batavos* bellum. Potiebatur jam rerum in *Anglia* *Cromvellus*, qui felici armorum ſucceſſu adverſus *Carolum* II. in id faſtigium adſcenderat, ut etiam Parlamento potentia ejus evaderet ſuſpecta, & coercenda judicaretur. Sed is advolans cum exercitu iſtas deliberationes in herba oppreſſit, & exercitus ipſius juſſu, cui ſupremam poteſtatem vindicabat, Parlamentum illud diſſolvit. Tum vero, inſtituto, quod Remp. curaret, Conſilio Status, ut vocant, ipſe pro lubitu omnia agebat. *Batavis* autem lites de halecum piſcatu movit, & vel maxime indignabatur, quod liberos *Caroli* I. terris ſuis non exigerent. Accidit inſuper forte fortuna anno 1652. ut naves quædam *Batavorum* *Anglicis* obviæ vela ſua, ut antea factum, ſubmittere nollent; novam eſſe Remp. *Anglorum* præfati, quæ iſtum honorem ab antiquiore jam *Batavorum* Rep. poſtulare non deberet. Hinc rixæ & pugna: & inita res in apertum erupit bellum. Duravit id per aliquot annos, mutuis cladibus geſtum. Magis tamen *Anglis* fortuna favit, quæ res *Cromvelli* gloriam adeo apud eos auxit, ut Regiam illi dignitatem offerrent, quam re ipſa tamen jam obtinebat. Sed recuſavit illam conſtantiſſime, niſi quod ſub finem anni 1653. titulum *Protectoris trium regnorum* recepit. Tandem menſe *Aprili* anni 1654. pax inter utramque gentem eſt reſtituta, *Anglis* tamen quam *Batavis* utilior. Eodem anno *Carolus* II. denuo paternum regnum affectavit, ſed *Cromvellus*, detecta conjuratione, ejus conatum eluſit, in conjuratos autem acriter animadvertit.

Ejus cauſſæ.

Pax Anglorum cum Batavis.

Ceſſabant jam civiles in *Gallia* motus, *Condæo*, qui Majeſtatis idcirco reus eſt declaratus, apud *Hiſpanos* agente, & Parlamento non amplius Regi reſiſtere auſo. Itaque *Ludovicus* XIV. arma tunc in hoſtes convertit, & anno 1654. *Hiſpanos* magna cum clade ab *Atrebati* obſidione rejecit. Ipſe *Remis* coronatus eſt & inunctus anno ætatis 17. Eodem tempore *Veneti* de *Turcis* retulerunt, *Delphini*, Civis ſui & Senatoris nobiliſſimi, ductu, egregiam navali bello victoriam. Quin etiam in *Creta* & *Dalmatia* illorum vires novis ſubinde cladibus attriverunt.

Chriſtina reg. Sveciæ ſe abdicat.

Ceterum memorabile hoc ipſo anno in *Svecia* facinus accidit. Regnabat ibi *Chriſtina*, *Guſtavi Adolphi* filia, quæ in ipſo ætatis flore a. d. 8. Eidus *Junias* in publico procerum concilio regno ſeſe ultro abdicavit, illudque in amitinum ſuum *Carolum Guſtavum*, cui jam antea ſucceſſio ſuffragiis Procerum erat decreta, tranſtulit, qui etiam ſequenti die Rex publice eſt renuntiatus. Ipſa, certos ſibi reditus annuos pacta, regno ac tota mox *Svecia* ceſſit, & *Oeniponte* anno 1655. ejuratis Proteſtantium ſacris, *Catholicam* religionem eſt amplexa. Quoque magis ſe Romanæ Apoſtolicæ fidei mancipatam exinde declararet, nomen ſuum mutavit vel auxit potius, & in poſterum *Chriſtina Maria Alexandra* vocari voluit; *Maria* quidem ab Diva *Lauretana*, cui ſceptrum ſuum & coronam conſecravit; *Alexandra* vero ex nomine Papæ *Alexandri* VII. qui hoc ipſo anno in locum *Innocentii* X. ſublectus fuerat. Interim novus *Sveciæ* Rex haud diu in otio egit. Fuerant ab longo jam tempore inter *Polonos* & *Svecos* ſimultates, quæ, cum vix annum regnaſſet unum, in bellum eruperunt. Neque tamen *Poloni* illud tunc agitabant, ſatis quippe contra *Moſcos* occupati. Sed *Sveci* commodum exſequendis rebus ſuis hoc tempus rati, nec opinanti *Poloniæ* ſupervenerunt; eamque, cæſis ubique hoſtibus, totam ferme ſubjugarunt, adeo ut pleræque regiones, quum etiam *Coſacci* ad partes *Svecorum* tranſiiſſent, ſubmittere ſe debuerint. Quin etiam *Fridericus Guilielmus Brandenburgicus* Elector, ſequenti anno (1656.) arma ſua *Svecicis* junxit, quando ad *Varſaviam* ardore tanto & pertinacia pugnatum eſt, ut tertio demum die vix tandem *Sveci* victoria fuerint potiti.

Succedit Carolus Guſtavus.

Eadem Romana ſacra amplectitur.

Bellum Sveco-Polonicum.

Nec ſegnius bellum contra *Hiſpanos* urgebat *Ludovicus* XIV. qui ipſe in caſtris cum matre præſens anno 1655. *Landrecium* & multa alia *Belgicæ* oppida ſubjugavit, mari etiam haud procul *Barcinone* victor. Verum hanc jacturam duplici victoria anno 1656. in *Belgica* penſarunt *Condæus* & *Johannes Auſtriacus*, *Philippi* IV. nothus, qui ab hoc tempore *Belgicæ* gubernator eſt renuntiatus. Segniter interim bellum adverſus *Luſitanos* gerebatur, quorum Rex *Joannes* IV. hoc ipſo anno menſe *Novembri* vivere deſiit, cum ſe regnumque ſuum per 17. circiter annos ab *Hiſpanorum* armis defendiſſet. Succeſſit ipſi filius *Alphonſus* VI. ſed quia per ætatem [vix enim annum ætatis 13. egreſſus erat] rebus gerendis nondum erat idoneus, ideo mater ejus interim regni negotia adminiſtravit.

Moritur Johannes IV. Rex Luſitaniæ, cui ſuccedit Alphonſus VI.

Ceterum ſecundiſſimi *Svecorum* in *Polonia* ſucceſſus *Ragotzium* quoque, *Tranſſilvaniæ* Principem, in partes pertraxerunt. Actum jam videbatur de *Polonia*, niſi commodum Rex *Daniæ*, cui ſuſpecta erat tanta novi & vicini Regis felicitas, bellum illi intuliſſet,

A. 1649. Chriſti ad 1672.

Danus Svecis bellum infert.

liſſet, & *Bremenſem* invaſiſſet Ducatum. Ita *Carolus Guſtavus*, relictis in *Boruſſia* ſub fratre ſuo exiguis copiis, ad propria tuenda accurrere debuit, quod etiam haud cunctanter exſecutus eſt, pulſis ex *Bremenſi* agro *Danis*, & *Holſatia* magna parte occupata. Quin cum *Balticum* mare frigoribus jaceret conſtrictum, ſuo cum excreitu illud tranſiit, & *Danici* regni caput *Hafniam* obſidione cinxit. Itaque coactus *Daniæ* Rex cum *Svecis* ineunte an. 1658. *Rotſchildi* pacem facere, eiſque varias concedere regiones. Sed haud diuturna pax fuit. Cauſſatus quippe *Carolus Guſtavus*, haud ſtari pactis a *Dano*, bellum menſe *Auguſto* ejuſdem anni repetiit, & *Hafniam* ſub initium ſequentis denuo obſedit. Verum non ceſſit illi ex ſententia boc bellum, *Batavis* cum claſſe in auxilium *Danorum* accurrentibus. Ita factum, ut poſtquam ſæpius cum clade ab oppugnatione urbis eſſet rejectus, & mari etiam a *Batavis* victus, obſidionem ſolvere debuerit. Nec diu poſt in *Fionia* quoque gravem accepit cladem, amiſſo inſuper *Neoburgo*, munito ejus inſulæ oppido, quo ſe victi receperant. Ea res tanta conſternatione *Caroli Guſtavi* affecit animum, cum præſertim etiam *Cæſar* & *Brandenburgicus* ſe *Dano* jam junxiſſent, ut, febri correptus, a. d. 6. Kalendas *Martias Gotemburgi* obierit, regni 6. vitæ 38. anno, ſuccedente filio *Carolo* XI. ſed adbuc minorenni. Pax tamen paullo poſt eſt compoſita, qua *Sveci* pleraque *Rothſchildi* nuper ſibi conceſſa retinuerunt, cum paucos ante dies iidem cum *Polonis* quoque in *Olivenſi* cœnobio pacem ſanxiſſent, qua redditis, quæ in *Polonia* aut *Boruſſia* tenebant, viciſſim impetrarunt, ut *Poloni* omni ſuo juri in *Sveciam* & *Livoniam* renuntiarent. Ceterum *Daniæ* Rex infelicis hujus belli feliciſſimum habuit eventum & effectum. Cum enim cives ſuos variis artibus & alacritate mira in defendenda urbe ſibi conciliaſſet, hi viciſſim cum Proceribus regni litigantes, coegerunt eos, ut regnum *Daniæ* hereditarium decernerent, adeo ut deficiente maſcula prole etiam ad feminas devenire illud poſſet, quin immo, ut Regi abſolutiſſimam nulliſque legibus adſtrictam poteſtatem conferrent. *Fridericus* quoque *Guillelmus* Elector *Brandenburgicus* a *Polonis* tunc ſolutus eſt nexu Feudi, quo ipſis ratione *Boruſſiæ* erar obſtrictus, quia, relictis *Svecis*, *Polonorum* armis ſua junxerar, atque ita in cauſſa quodammodo fuerat, ur *Poloni* eo honeſtiorem a *Svecis* pacem impetraverint.

Pax Rotſchildi facta.

Mors Caroli Guſtavi; ſuccedit Carolus XI.

Ferdinandus III. obit; ſuccedente Leopoldo.

In *Germania* mortaliratis fatum ſubiit Imperator *Ferdinandus* III. a. d. 4. Nonas *Aprilis*, anno 1657. Imperii 21. ætatis 49. Quia filium ſuum natu majorem, quem ſucceſſorem ſibi curaverat deſignari, vivus jam extulcrat, Imperium per 15. menſes vacavit, poſt quod tempus, habitis Comitiis, a. d. 8. Eidus *Julias*, electus eſt Imperator, alter filius *Ferdinandi* III. *Leopoldus* I. & paullo poſt ſollemniter inauguratus.

Hoc eodem anno *Cromvellus*, qui jam pridem *Hiſpanis* erat infenſus, cum *Gallis* contra eos fœdus pepigit & bellum paravit, quod ſequenti anno magnis utrimque animis eſt geſtum, capta conjunctis viribus *Dunkerka*, cui adjecerunt *Galli Ipram*, *Gravelingam*, & varia alia oppida, cæſis etiam aliquoties *Hiſpanis*. Hi ergo, tantis ſe viribus quum impares eſſe cernerent, de pace ſerio cogitabant, quæ etiam cum *Gallo* in *Pyrenæis* montibus tandem coiit ſub finem anni 1659. novaque affinitate inſuper eſt confirmata, qua *Ludovicus* XIV. matrimonio ſibi junxit filiam *Philippi* IV. *Mariam Thereſiam*. Nec *Anglia* huic paci multum intercedere poterat, inteſtinis Reip. ſuæ turbis interim ſatis vexata. *Cromvellus* namque, Reip. *Anglicanæ* Protector, parta ingenti gloria & potentia, qualem inter *Anglos* vix umquam Rex quiſpiam habuit, & cum maxime in ſummo ejus apice conſtitutus, a. d. 3. Eidus *Septembris* anni 1658. diem obierat ſupremum. Succeſſorem ille in eadem dignitate habuit filium ſuum *Richardum Cromvellum*, ſed qui ne per annum quidem eam tueri potuit. Primum enim *Fleedvoodus* ab exercitu in ejus locum ſummus copiarum dux eſt conſtitutus; dein Parlamentum quoque eo ipſum adegit, ut titulo *Protectoris* & regimine *Angliæ* ſe abdicaret, ejuſque fratrem porro ex *Hibernia*, quam gubernabat, revocavit. Laborabat ita quietem ſibi aſſerere *Anglia*; ſolidam tamen eam acquirere non potuit. Miles enim dominabatur etiamnum, cujus juſſu Parlamentum eſt diſſolutum, ſuffecto in ejus locum *Conſilio Status*, ut vocant, quod interim Remp. adminiſtraret. Ceterum cum omnia ſic in incerto fluctuarent, coiir magna hominum multitudo, quæ pro reſtitutione *Caroli* II. arma cepit. Sed bic levis tantum conatus fuir. Verum anno ſequenti (1660.) *Monkius*, *Scoticarum* copiarum dux, & aſſecla olim *Cromvelli*, cum exercitu ſuo *Londinum* venir, præſidio, ut ajebat, futurus novo & liberrimo Parlamento. Sed id jam congregatum coegit poſtea decreto ſuo Reipublicæ formam abolere, regni reſtituere, immo *Carolum* II. Regem renuntiare, & legatos mittere, qui eum reducerent. Miſſi illi *Carolum Bredæ* invenerunt, eique mandata ſua expoſuerunt. Hic vero mox in *Angliam* trajecit, paternum regnum aditurus, *Batavisque*, magno cum honore eum deducentibus, amicitiam ſuam & favorem prolixe promiſit quidem, ſed promiſſis non diu ſtetit. In *Angliam* ut appulit, magnifice ubique exceptus & in regnum ſollemniter immiſſus eſt. Aſſertores autem contrariæ partis, & maxime ii, qui *Caroli* I. judicio præfuerant, magno numero mox ad ſupplicium rapti, adeo ut ne a mortuis quidem ultio abſtinuerit, *Cromvello*, ejuſque genero *Iretono*, item *Bradshavo*, dicti judicii quondam præſide, ex ſepulcbro ſuo protractis & ſub cruce ſepultis, capitibus inſuper palo infixis. Interim novus Rex inducias cum *Hiſpanis* fecit, qui proin, undique nunc otioſi, adverſus *Luſitanos* omnes ſuas vires converterunt, cum antea contra eos ſatis languide per aliquot annos bellaſſent. *Luſitani* tamen primi movere ſe cœperunt, *Pacem Auguſtam*, vulgo *Badajox*, obſidentes: ſed a qua urbe ſatis magna cum clade per *Hiſpanos* fuerunt depulſi. At hi e contrario, cum *Elvam* obſidione premerent, prœlio victi ceſſere, multis ſuorum deſideratis. Rependerunt tamen boc damnum *Luſitanis* anno 1659. cæſis eorum amplius 4000. multiſque captis, atque ita bellum ſatis feliciter etiam ſequenti anno continuarunt. Itaque *Luſitani*, ut *Batavos*, cum quibus ab aliquo jam tempore de poſſeſſionibus *Indicis* certaverant, amolirentur, pacem cum iis fecere. Sed vel ſic, quum anno 1662. duplici exercitu *Hiſpani* eos invaſiſſent, & quamplurimas ipſis urbes ademiſſent, actum de *Luſitanis* videbatur, niſi ipſis *Schombergius* contigiſſet, qui fortitudine & prudentia ſua rem reſtituit, & anno 1663. nobiliſſimam de *Hiſpanis* victoriam reportavit, adeo ut hi *Eboram* urbem, quam paullo ante ceperant, relinquere iterum debuerint. Ceterum reſpirandi mox moram nacti ſunt, tanto æſtu & fervore ſolis ſequenti anno terrarum orbem amburente, ut vix quiſquam eum perferre valuerit.

A. 1649. Chriſti ad 1672.

Cromvellus obiit.

Turbæ hinc ortæ.

Carolus II. ad regnum revocatur.

Bellum Luſitanicum.

Schombergius res Luſitanorum reſtituit.

Europa quidem maximam partem pace gaudebat, ſed quo minus illud gaudium ſolidum eſſet, *Turcæ* obſtiterunt. Bello, nuperrime in *Polonia* geſto, *Ragotzius*, *Tranſilvaniæ* Princeps, ſeſe immiſcuerat, & cum *Carolo Guſtavo* arma junxerat. Verum hoc in *Daniam* abeunte, cæſus a *Polonis* pacem, ſed ab his præſcriptam accipere debuit. *Turcæ* autem indigniſſime illud *Ragotzii* factum tulerunt, & *Tranſilvanos*,

Turbæ Tranſilvanicæ.

A. 1649. Chriſti ad 1672.

qui tum in clientela fere *Turcarum* erant, *Ragotzio* rejecto alium Principem ſufficere juſſerunt. Hi vero, cum *Turcis* non ſatisfacerent, bello ab eis petiti ſunt anno 1660. in quo mox *Ragotzius* victus occubuit. Subſtitutus ei per *Turcas Bartſchajus*, ſed *Tranſilvani Kemynium* ei oppoſuerunt. Utrique mox occiſo datus iterum a *Turcis* ſucceſſor *Abaffius*. Imperator tandem his turbis quoque eſt implicitus, & res anno 1663. in apertum erupit bellum, quo *Turci*, fuſis *Cæſarianis*, *Neuhuſelium*, aliaque ceperunt oppida, ſed quorum quædam ſequenti anno ſunt recuperata, victis ſæpius *Turcis* cum alibi, tum præcipue ad *S. Gothardi fanum*, quo prœlio ingentem illi acceperunt cladem. Sic factum, ut paucos poſt dies induciæ in 20. annos fuerint compoſitæ indignantibus valde *Hungaris*, quia tam felici armorum ſucceſſu *Neuhuſelium* tamen iſtis pactis *Turcæ* relinquebatur.

Pugna ad S. Gothardi fanum.

Mors Mazarini.

In *Gallia* anno 1661. fatis tandem ceſſit Cardinalis *Mazarinus*, ipſo Eiduum *Martiarum* die denatus. Ex eo tempore regni curam, quod hactenus Cardinalis iſte adminiſtraverat, ipſe ſuſcepit *Ludovicus* XIV. Hic autem ſequenti anno ſe graviſſime læſum prætexens a Romano Pontifice ob violatam *Crequii* legati *Gallici* dignitatem, qui idcirco *Roma* diſceſſerat, & ad Regem ſuum redierat, *Avenionenſem* urbem & Comitatum invaſit & Papæ ademit. Immo, quo magis ei ægre faceret, tutelam *Parmenſis* Ducis ſuſcepit, qui *Caſtrenſem* Ducatum repetebat, quem ille ſibi dudum vindicaverat. Sed anno 1664. Papa legatum in *Galliam* miſit; ſicque pax reſtituta eſt, redditaque Pontifici *Avenio*.

Turbæ Galli cum Papa.

Bellum Batavorum cum Monaſterienſi.

Nec *Batavis* ſolida pax erat per idem tempus, turbante eos Epiſcopo *Monaſterienſi*, *Bernardo Chriſtophoro Galenio*. *Borkeloam* is repetebat a *Batavis*, &, qui ſub eorum tutela eam tenebant, Comitibus de *Styrum*, cumque verbis nihil proficeret, anno 1665. vim & arma iis intentabat. Ex profecto magnum malum arceſſiviſſet ſibi Epiſcopus, niſi eodem tempore *Angliæ* Rex *Batavos* adortus fuiſſet. Itaque ejus vim retundere haud ita facile potuerunt. Sequenti tamen anno metuere ſibi cœpit, &, pace facta, omnia, quæ rapuerat, reddidit. Ceterum, ut dixi, ſimultates, quæ doloſo cineri ſuppoſitæ, quieverant hactenus utcumque anno 1665. in apertam belli inter *Carolum II* & *Batavos* flammam eruperant. Mox etiam pugnatum eſt, ex quo prœlio *Angli*, duce Regis fratre *Jacobo*, qui poſtea Rex evaſit, ſuperiores diſceſſere. Sed paullo poſt, claſſem *Batavorum* ex *India* redeuntem in nobiliſſimo *Norvegiæ* portu *Bergenſi* invadentes, magna cum clade repulſi ſunt. Quin etiam acceſſit graviſſima, ſed manu Dei inflicta, clades, peſtilentia, quæ brevi ſpatio ad 100000. hominum in *Anglia* abripuit. Hoc tamen non obſtante, bellum ſequenti anno acriter repetitum eſt, & menſe *Junio* per quatriduum magnis animis viribuſque concurſum, ſed ingenti *Anglorum* cum damno. Unde audaciores facti jam *Batavi* anno, qui ſequebatur, [1667.] duce fortiſſimo illo *Rutero*, in ipſa regni *Anglici* viſcera per *Tameſin* fluvium penetrarunt, & incenſis quamplurimis navibus, incredibile damnum hoſtibus intulerunt. Id vero urbem *Londinenſem*, atque adeo totum regnum tanto terrore perculit, ut Rex cum illis pacem facere fuerit coactus, quæ, conciliantibus *Svecis*, brevi poſt *Bredæ* ſancita fuit. Memorabile eſt incendium, quod durante bello, anno 1666. *Londinum* corripuit, quo ad tredecim ædificiorum millia abſumpta traduntur. Sed ea urbs ſequenti tempore ex cineribus ſuis multo, quam fuerat ante, pulchrior & nitidior reſurrexit.

Et Anglis.

Varia prœlia.

Pax Bredæ reſtituta.

Hiſpani anno 1665. cum *Luſitanis* bellum etiamnum gerebant, ſed haud ſatis favente fortuna. Licet enim *Luſitaniæ* agros rapinis & incendiis exhauſiſſent, duas tamen & graviſſimas mox clades ad *Villam vitioſam*, quam obſidebant, acceperunt. Mortuus præterea eſt a. d. 17. Kalendas *Octobres* ipſe Rex *Hiſpaniæ*, *Philippus* IV. vitæ circiter 60. regni 45. anno, ſucceſſorem relinquens filium vix quadrimum, *Carolum II.* cujus ſororem *Margaretham Thereſiam* anno ſequenti [1666.] matrimonio ſibi junxit *Leopoldus* Imperator. Ceterum novo Regi bellica fortuna neutiquam arriſit, *Luſitanis Hiſpaniam* hoc ipſo & ſequenti anno ferro flammaque miſerandum in modum devaſtantibus. Acceſſit & aliud malum. *Ludovicus XIV.* uxoris nomine poſt exceſſum *Philippi Belgicas* regiones ſibi poſtulabat dedi; quod quum recuſarent *Hiſpani*, vi eas ſubjicere ſibi ſtatuit. Itaque anno 1667. ingentes in *Flandriam* copias miſit, & imparatis quippe ad reſiſtendum *Hiſpanis*, quamplurimas occupavit urbes. Dein ſub initium ſequentis, totum etiam *Burgundiæ* Comitatum in ſuam poteſtatem redegit. Quocirca Regina *Hiſpaniæ*, quæ impuberis filii nomine regnum gubernabat, pacem tandem cum *Luſitanis* fecit menſe *Februario* anni 1668. & jure ſuo in eos ceſſit. Paullo poſt etiam cum *Gallis*, quibus *Hiſpani* pleraque, quæ in *Flandria* occuparant, reliquere, *Burgundicum* tamen Comitatum receperunt. Ferociores futuri haud dubie *Galli* fuiſſent, niſi *Angli*, *Sveci*, & *Batavi* ad defendendam communibus viribus *Belgicam* fœdus iniiſſent, quod ſub nomine *Triplicis Fœderis* eſt notiſſimum. Scilicet prævidebant facile *Batavi*, *Ulyſſis* ſe ſortem ſubituros, ut, ſubacta, quæ *Hiſpanis* paret, *Belgica*, ipſi devorarentur extremi. Sed quam ægre id tulerit, & alta repoſuerit mente, *Ludovicus XIV.* videbimus poſtea.

A. 1649. Chriſti ad 1672.

Mors Philippi IV.

Ludovicus XIV. Belgicam invadit.

Pacem Hiſpani faciunt cum Luſitanis & Gallis.

Triplex Fœdus.

At *Romana* ſedes mortibus Pontificum per idem tempus mutatam ſubinde vidit aulam. Anno enim 1667. Pontificatus 12. mortuus *Alexander VII.* ſucceſſorem habuit *Clementem IX.* ſed qui vix per biennium ſedem obtinuit. Mortuo ſuffectus eſt anno 1670. ſed deceſſore diuturnior futurus, *Clemens X.* Annus autem 1668. abdicatione duorum Regum, *Luſitaniæ* & *Poloniæ*, inſignis eſt. Iſte erat *Alphonſus VI.* qui regno gerendo inidoneus plane, a Proceribus Monaſterio primum eſt incluſus, deinde vero, ne turbulenti homines eum inde eriperent, & in regnum reſtituere conarentur, in *Flandricarum*, ut vocant, Inſularum præcipuam, quæ *Tertiaria* dicitur, deportatus. Regnum ſimul & uxor ejus data ſunt *Alphonſi* fratri *Petro*, qui tamen, dum vixit ille, non *Regem* ſe, ſed *Regentem Portugalliæ* Principem dici voluit. Rex *Poloniæ* erat *Johannes Caſimirus*, ex *Svecorum* ſtirpe ultimus, qui, cum inteſtinis turbis nec finem nec modum aliquem ſe Rege futurum cerneret, Regno ſe abdicare maluit, quam cum iſtis diutius conflictari. Electus eſt in ejus locum anno 1669. *Michael Viſnievicius*, a *Koributo*, *Jagellonis* quondam fratre oriundus, qui & ipſe vexatum multis turbis regnum deinceps tenuit. *Johannes Caſimirus* vero, relicta penitus *Polonia*, in *Galliam* habitatum conceſſit, ubi anno 1672. in Monaſterio *S. Germani* vitam finivit.

Alphonſus VI. regno exuitur.

Johannes Caſimirus ipſe regno ſe abdicat.

Hoc ipſo anno [1669.] *Turcæ* poſt operoſiſſimam multorum annorum obſidionem tandem urbe *Candia* in *Creta* potiti ſunt, *Venetis* adempta, quo perpetrato pax confeſtim inter utroſque facta eſt, relicta *Turcis* maxima iſtius inſulæ parte.

Turcæ Candia potiuntur.

Sequenti [1670.] a. d. 5. Eidus *Februarias* obiit *Daniæ* Rex *Fridericus III.* cum annos regnaſſet 22. vixiſſet 61. adjunxiſſet etiam ante triennium regno ſuo *Oldenburgenſem* & *Delmenhorſtanum* Comitatum, qui jure hereditatis poſt mortem ultimi Comitum *Antonii Guntheri* ad eum reciderat. Succeſſorem habuit filium *Chriſtianum V.*

Fridericus III. obiit, eique ſuccedit Chriſtianus V.

C A-

A. 1672. Chriſti ad 1688.

CAPUT IV.

De rebus toto orbe geſtis ab anno 1672. uſque ad annum 1688.

DEvenimus ita ad ea tempora, quibus univerſa ferme *Europa* bellis continuis cœpit permiſceri. Ægerrime, ut vidimus, ferebat Rex *Galliæ*, ambitioni ſuæ repagula *Triplicis* iſtius *Fœderis* eſſe nbjecta, atque idcirco non prius quievit, quam nexum eum diſſolviſſet. Omnes in primis intendit vires, ut *Angliæ* Regem a *Batavorum* ſocietate averteret, quod & feliciter ei ceſſit. Tum vero ut hos majore cum vi jam adnrireiur, in partes ſuas perrraxit non modo illum Regem, ſed & Præſules *Colonienſem* æque ac *Monaſterienſem*. His ſociis, & innumerabilibus pæne copiis inſtructus, bellom iotulit *Batavis*, tantum uou exitiale futurum. Primam ejus vim varia ad *Rhenum* oppida *Germanico* in ſoln ſenſere, *Batavorum* præſidiis munita, quæ ineunre *Junio* cœpta invadi, mnmento capta ſunt. Inde in ipſam Rempublicam arma cnnvertit. Longum ſnret, urbes occupatas enumerare, nec enim ſtetit damnum in paucis, univerſæ immo reginnes ſubigebantur. Vix fidem apud poſteros inveniet, ſeſquimenſis ſpatin *Cliviam*, *Geldriam*, *Tranſiſalaniam*, *Ultrajectum*, magnn munitarum urbium numero refertas, partem denique *Groningani* & *Hollandici* agri in poteſtatem bnſtium conceſſiſſe. Jamque trepidabat ipſum Reipublicæ caput *Amſtelodamum*, ſnb cujus fere mœnia devenerant, cum immiſſæ agris aquæ progreſſus hoſtiles ſtiterunt. Unicum rebus trepidis ſnlameu fuit parta de *Gallorum* & *Anglorum* claſſibus nobilis victoria a. d. 7. Eidus *Junias*, ductu ſnrtiſſimi *Ruterii*. Ceterum haud parum *Hollandia* & ipſa ab interitu abſuit. Plebs ſiquidem, tanto hoſtium ſucceſſu conſternata, culpam rei male geſtæ Magiſtratibus imputabat. Hinc furere ubique cœpit, & tumultibus nmnia permiſcere, adeo ut haud exigua hoſti data fuerit occaſio, iſtis turbis in rem ſuam abutendi & totam pæne evertendi Rempublicam. Tandem ergn Magiſtratus *Arauſiacum* Principem, bellicæ rei jam præfectum, etiam, ſed abrogata prius lege, qua id prohibebantur, Gubernatorem Reip. conſtituerunt, qui etiam mox, ſuſcepta provincia, minus faventes ſibi, aut plebi inviſos, Proceres loco & dignitate movit. Sed vero necdum vel ſic ſatiatus fuit plebis furor: victima publicæ tranquillitati, an invidiæ, debebatur illuſtriſſimum par fratrum, *Cornelius* & *Johannes Vittii*, qui a. d. 20. *Auguſti* diris modis *Hagæ* ſunt nbtruncati. Interim bnſtis ex propinquo imminebat, quem tamen repelli poſſe & vinci, primus docuit forſiſſimus *Rabenhauptius*. Curæ ejus & fidei concredita erat urbs *Groningana*, quam nmnibus viribus ſuſcepit defendendam. Itaque cum reliqua *Groningani* agri loca jam eſsent nccupata, ab Epiſropo *Monaſterienſi* obſeſsus eſt ſumma opum vi. Sed cum hnſtes prohibere nullo modn poſsent, quin ſubinde & milites & cnmmeatus nbſeſſis ſubmitterentur, poſt ſex circiter hebdomadarum nbſidinnem irritam, turpiter eam coacti ſunt relinquere. Nec urbem eam defendiſse contentus *Rabenhauptius*, ſub finem anni novas meditabatur palmas, quas & ſeliciter retulit, recepta per ſubitam impreſſionem *Covordia*, arce in mediis paludibus ſita, quæ ideo inexpugnabilis ferme olim fuit habita.

Galli Anglique bellum Batavis inferunt.

Hi pleraque amittunt.

Arauſiacus Gubernator Reip. Batavicæ factus.

Vittii ſecti.

Groningana obſidio.

Covordia recepta.

Exinde mutari quodammodo rerum facies cœpit. *Hiſpani* bellum quidem nnndum gerebant cum *Gallo*, ſatis tamen, quo iſta vergerent, perſpicientes, militaribus mox copiis præſtn fuerunt *Batavis*. Imperator etiam & *Brandenburgicus* Elector juſtum in *Germania* exercitum colligebant, quo etſi nihil magnæ rei præſtiterint, diſtraxerunt tamen *Gallicas* vires, profecto contra eos ex *Belgica* cum parte cnpiarum *Turennio*.

Per idem tempus de pace cœptum eſt agi, cui romponeodæ arbitros ſe nfferebant *Sueci*; legati etiam ſub initium ſequentis anni *Coloniam* utrimque miſſi. Sed irritus iſte conatus fuit, diſcedentibus tandem nb captum a *Cæſarianis Furſtenbergium* legatis anno 1674.

Interim belli vis a *Batavis* aliquantulum averſa fuit. Scilicet intactum reliquerant *Galli Trajectum ad Moſam*, urbem, ut munitiſſimam, ita quoque inſtructiſſimam, quæ valde laceſſebat & turbabat iſtic res *Gallicas*. Dignam itaque judicavit *Ludovicus XIV.* quam ſuo ipſe ductu nbſideret. Cœpta nppugnari ea urbs ineunte *Junio* 1673. acerrimos hoſtium ioſultus fortiſſime ſuſtinuit, ſed ſub initium *Julii* debuit ſe, hnneſtiſſimis tamen conditionibus, dedere. Æquior *Batavis Neptunus* denuo fuit. Occupaveraot mare ampliſſimæ claſſes, hinc *Batava*, inde conjuncta cum *Gallis Anglica*, quæ a. d. 7. Eidus *Junias* acerrimo prœlio decertarunt, cujus victoriam ancipitem fuiſſe liquet, quia utraque pars ſibi eam viodicavit, quod tamen potinri jure fecerunt *Batavi*. Sed mox colliſis iterum a. d. 18. Calendas *Sextiles* claſſibus, *Batavi*, ſine controverſia tum quidem pulchram ſibi victoriam pepererunt. Nec mora; reparant claſsem valde laceram *Angli*, immittuut in mare, confligunt deouo a. d. 13. Caleodas *Septembris*, ſed & deuun victi diſceſſerunt. Ita cœpit in melius mutari res *Batava* magnis paſſibus. At *Gallicus* in *Germania* ſub *Turennio* exercitus, occupata *Alſatia*, *Franconiam* ferro & igne pervaſtavit; quare Imperator, icto cum variis Principibus fœdere, ut hoſtibus reſiſteret, exercitum miſit, ſed qui hoc annn uibilum geſſit, niſi quod en jam exeunte *Batavis* junctus nppugnationem *Bonnæ* reddiderit expeditiorem. Aderant tum cum ſuis quoque copiis *Hiſpani*, qui per idem tempus & ipſi palam contra *Gallos* arma ſumpſerunt. Nutare inſuper incipiebant Fœderati *Gallorum Anglus* ac *Epiſcopi Germanici*. Itaque metuens copiis ſuis, quæ *Batavicis* iocubabant urbibus, cœpit illas ſub finem anni hujus [1673.] relinquere, cum prius rapinis & tributis graviſſimis exhauſiſſet & munimenta quarumdam disjeciſſet. Munitiora tamen *Geldriæ* & *Tranſiſalaniæ* loca aduſque anni ſequentis meuſem *Aprilem* retinuit.

Obſidio Trajecti ad Moſam.

Batavi hoſtes vincunt.

Obſidio Bonnæ.

Galli Bataviam relinquunt.

Priuſquam progrediamur, reſpicienda eſt *Polonia*, quæ graviſſimis turbis per hæc tempora fuit implicita. Archiepiſcopus *Gneſenſis* urgebat quam maxime, ut Rex ſe & regno abdicaret & uxnre, atque hæc novn Regi eligendo nuberet. Id tamen per nobilea impeditum eſt, & Rex ſe utcumque tuebatur. Nec ab externn hnſte interim quies erat; inſtabant enim grandi cum exercitu *Turcæ*, qui *Caminecia Podoliæ* occupata, *Poloniam* late populabantur. Quin nb inteſtinos tumultus, anno 1672. pacem cum *Turcis* Rex coactus fuerat facere, ſibi regnoque ſun inhoneſtiſſimam, quæ & idciren cnnſtans minime fuit. Anno ſiquidem ſequenti iterum ad arma eſt itum, & ipſe Rex, luſtrato exercitu, io *Turcas* ducebat, ſed ſubito tanta vi morbi eſt correptus, ut exercitum debueric relinquere. Haud levis ſuſpicio fuit, datum ei a malevnlis venenum, unde morbus nriginem traxerit, quem brevi mors ſecuta eſt, a. d. 4. Eidus *Novembres*, vitæ 33. regui 5. ſæculi 73. anno. Pnſtridie *Johannes Sobieskius*, ſummus belli præfectus, cum *Turcis* ſigna contulit, & de iis nobiliſſimam reportavit victoriam, quæ ipſi viam dein ad regnum munivit. Namque annn ſequenti [1674.] a. d. 3. Calendas *Junias* in lncum *Michaelis* Rex electus eſt, regnoque per lnngum ſatis tempus ſumma

Turbæ Polonicæ.

Michael Poloniæ Rex moritur.

A. 1672. Chriſti ad 1688.

ma cum gloria præfuit. Hoc anno autem *Turcas Ukrainam* vaſtantes repulit, & ex ea regione plane ejecit.

Sed ad *Batavos* revertendum eſt, quorum res quotidie, ut ſic dicam, meliorem induebat faciem. *Angliæ* enim Rex, quia ex bello cum illis nil niſi clades ſibi & civium ſuorum odia reportabat, maluit cum iis paciſci, relictis *Gallis*, factaque pax ſub initium anni 1674. Secutus hoc exemplum Epiſcopus *Monaſterienſis*, qui cum a *Gallis Bataviam* relinquentibus etiam ſe deſtitui videret, metuere ſibi cœpit; atque ideo lubentiſſime ad pacis conditiones confugit, quæ menſe *Aprili* anni hujus [1674.] coiit, quamque ſimul amplexus eſt Archiepiſcopus *Colonienſis*. Ita tribus his hoſtibus liberati *Batavi*, acceſſione inſuper Electoris *Brandenburgici* in fœdus contra *Gallos* confirmati ſunt. Scilicet invaſione nupera in *Franconiam Galli Brandenburgicorum* ibi degentium terras quoque violaverant. Id ægre ferens Elector ſuas tum denique cum *Cæſaris* & Imperii copiis conjunxit, præſertim cum hæ jam ad *Sinzhemium* & *Ladenburgum*, utrumque in *Palatinatu* ſitum, quem ferro & igne cum maxime vaſtabant hoſtes, haud ſatis æquo *Marte* pugnaſſent. Vel ſic tamen a *Briſſaci* oppugnatione rejecti *Germani*, ad *Enſisbemium* etiam *Alſatiæ*, cedere *Turennio* debuerunt. In *Belgica* vero cum *Gallis* a. d. 3. Eidus *Sextiles* cruentiſſimum ad *Seneffiam*, *Brabantiæ* vicum, dubio fere *Marte* commiſſum eſt prœlium, nocte demum interveniente direptum. *Batavi* inde ad *Graviæ* obſidionem converſi, eam poſt operoſam ſatis oppugnationem tandem in ſuam radegerunt ditionem. Sed penſarunt ſatis hoc damnum *Galli*, ſubacto *Burgundiæ* Comitatu, & racepta in deditionem *Sicilia*, quæ rebellis contra ſuum & *Hiſpanorum* Regem ultro cervices *Gallico* ſubmiſit jugo. Eraxit etiam baud leviter eorum animos Rex *Sueciæ*. Is ſe induci ab illis erat paſſus, us Electoris *Brandenburgici* terraa invaderet, idque jam, ſed malis profecto avibus, faciebat. Nam cum ſub finem anni bujus (1674.) *Marcam Brandenburgicam* intraſſet ejus exercitus, & ſecure in ea, tamquam victor, ageret, abſentibus quippe ad *Rhenum* Electoris copiis, tum vero maximus hic heros haud paſſus ſe impune laceſſi, nec opinantibus hoſtibus ſubito ſupervenit, eoſque anno 1675. menſe *Junio* ad *Rattenaviam*, moxque graviori etiam clade ad *Febrbellinum* victos, præcipites *Marca* ſua exegit penitus. Nec ſue liberaſſe contentus, percuſſo cum *Danis* & *Luneburgicis* fœdere, victis undique inſtabat. Ipſe *Pomeraniam Sueticam* ſibi ſumebat domandam, inque illa, capta *Volgaſto*, victricia circumtulit arma. *Dani Viſmariam* cepit, *Luneburgicus* autem cum *Monaſterienſi* Epiſcopo, qui tunc hoſtis etiam *Galli* ſociorumque ejus erat, *Bremenſem* Ducatum infeſtis armis vexabant; Imperator præterea & *Batavi Suecis*, *Gallorum* partes jam dudum ſequentibus, bellum quoque denuntiarunt. Illi interim ſimul in *Belgica Limburgum* ceperunt, & victos prius *Germanos* tota pæne *Alſatia* ejecerunt; ſed repetito mox prœlio, victoria penes hoſce viciſſim ſtetit, quum fortiſſimus *Gallorum* dux, *Turennius*, in ipſo conflictu fuiſſet cæſus. Inde *Auguſta Trevirorum* oppugnata, quam dum liberare ſtudet *Crequius*, victus fugatuſque ejus eſt exercitus. Ipſe tamen in urbem perrupit, eam defenſurus, ſed reſiſtere diu non valuit, a. d. 15. Kalendas *Octobres* & ſe & illam arbitrio victorum permitteret. Id fatum ſequenti anno (1676.) ſubiit *Philippi caſtrum*. Sed in *Belgica Hiſpani* & *Batavi Trajectum ad Moſam* ſubigere non potuerunt, diutinam ejus urbis, pace demum recipiendæ, obſidionem ſolvera coacti. Feliciora Fœderatorum arma adverſus *Suecos* fuere. *Brandenburgicus* pleraque *Pomeraniæ* occupavit; *Luneburgici*, ut alia taceam, *Stadam* longa ſatis oppugnatione domuerunt; *Dani* primo *Gothiam* inſulam ſubegera, poſtea, juncta ſibi *Batavorum* claſſe, *Sueciam* aggreſſi, eam idonea ſatis clade profligarunt, quam victoriam plerarumque *Scaniæ* urbium ſecuta eſt deditio. Inde *Decembri* menſe etiam terreſtri, ſed ancipiti ad *Lundam* decertatum eſt prœlio. Eodem anno cum *Gallis* in *Mediterraneo* mari conflixit *Batavorum* claſſis, cujus præfectus fortiſſimus ille *Ruterus*, globo tormenti ictus glorioſa iſtic morte occubuit. Sequenti vero anno [1677.] *Galli* arma ſua feliciter ſatis in *Belgica* circumtulerunt, captis *Valentianis*, *Cameraco*, & aliis oppidis. In *Germania* vero *Crequius*, victis hoſtibus, ſub finem anni *Friburgum*, *Briſgoviæ* oppidum, proditione præfecti in poteſtatem redegit. Sed *Rheinfeldam*, quam anno 1678. obſidebat, rejecto licet, qui obſeſſis volebat opem ferre, *Germanico* exercitu, occupare non potuit. At in *Belgica* hoc anno *Gandavum*, & *Ipram* ad deditionem adegerunt. *Siciliam* tamen coacti penitus relinquere. Ceterum *Batavi* eodem anno pacem, de qua *Neomagii* agebatur, ſibi cum *Gallis* conſecerunt. Priuſquam tamen illa promulgaratur, Princeps *Aranſiacus Gallos*, nihil minus cogitantes, ex improviſo prope *Montes Hannoniæ* adortus vicit, ſed, ſuperveniente pacis nuntio poſita mox ſunt arma. Secuti paullo poſt *Batavorum* exemplum *Hiſpani* eam quoque, relicto *Gallis Burgundico* Comitatu & quibuſdam *Belgicis* urbibus, acceperunt; *Imperator* item & *Monaſterienſis* Epiſcopus, atque *Luneburgici*. Soli ergo raſtabant *Dani* & *Brandenburgici*, qui bellum bactenus ſeliciſſime continuaverant. Anno quippe 1677. Elector *Stetinum*, oppidum vulgo inexpugnabile babitum, ab *Luneburgicis* adjutus, arctiſſima obſidione cinxit, & poſt quintum menſem armis ſuis ſubmittere ſe coegit. Per idem tempus *Dani* depulſis ab *Chriſtianſtadii* in *Scania* oppugnatione *Suecis*, irrito & ipſi quidem ſucceſſu *Malmoam* tentarunt, quin mox prope *Coroniam* in eadem inſula cum *Suecis* ancipiti *Marte* pugnarunt. At in *Norvegia*, fuſis ibi *Suecis*, *Babuſianæ* præfecturæ oppida fere cuncta ſubegerunt. Nec mari quies. *Majo* jam menſe, *Danis* pro gloria, *Suecis* pro ſalute pugnantibus acerrimo prœlio claſſes concurrerant, donec tandem fortuna *Danorum* iterum prævaluit, fugatis maxima cum clade *Suecis*. Nec ſelicior prœlii, menſe *Julio* repetiti, eventus, quin immo tot cladibus fracta adeo & debilitata eſt *Suecorum* res navalis, ut juſtam claſſem poſt id tempus vix umquam portubus ſuis emittere potuerint. Acceſſit *Danis* ad tot victoriarum palmas ſub finem anni expugnatio *Rugiæ* inſulæ auſpiciis ipſius Regis perpetrata. Et quamquam ſollertiſſimi *Konigsmarkii* ductu ſub initium anni ſequentis (1678.) eam *Sueci* recuperaverint, interceptis etiam 6000. *Danicorum* militum, cum omni apparatu bellico, vel ſic tamen baud ita diu poſt *Danis* iterum facile ceſſit, præſertim cum a *Brandenburgico* illi Electore adjuvarentur, qui hoc ipſo anno munitiſſimas urbes *Stralſundam* & *Gripſwaldam*, atque ita univerſam *Pomeraniam* in poteſtatem ſuam redegit. Vindicaturi hæc damna *Sueci* ſub finem anni, duce *Hornio*, ex *Livonia* in *Boruſſiam Brandenburgicam* irruperunt, eamque infeſto igne & ferro populabantur. Sed invictus ille *Fredericus Gullelmus*, non obſtante nive aut glacie, immo, ut hoſtibus ſuperveniret eo celerius, adjuvante, maxima eos clade proſtratos *Boruſſia* pæne prius ejecit, quam ſe advenire ſenſiſſent.

Ceterum, dura res erat, quam poſtulabant *Sueci*, &, quorum precibus inducti arma ceperant, *Galli*, cuncta ut victores victis reſtituerent, atque ideo omni illi ope & modo reluctabantur. Sed *Gallis Cleviam*, *Mindam*, *Marcanum* Comitatum, item-

que

Pax Batavorum cum Anglis. — *Monaſterienſis.* — *Et Colonienſis.* — *Prælium ad Seneffiam.* — *Sueci a Brandenburgicis victi.* — *Galli a Germanis victi.* — *Dani claſſem Suecorum profligant.* — *Ruteri mors.* — *Pax Neomagenſis.* — *Brandenburgici res geſtæ.* — *Et Daniæ Regis.* — *Sueci ex Pomerania exacti. Cæduntur in Boruſſia.*

A. 1672. Chriſti ad 1688. *Pax facta cum Suecis & Gallis.*

que *Oldemburgicum* invadentibus, coacti ſunt *Brandenburgicus* & paullo poſt *Danus* tanto ſanguine laboreque parta dimittere, ac *Suecis* omnia reddere, pace tandem anno 1679. *Saxone* arbitro facta, quæ ita tunc toti orbi *Chriſtiano*, ſed infida tamen, obtigit. Inter *Danos* & *Suecos* ea etiam arctiore vinculo eſt confirmata, Regis *Danici* ſorore *Ulrica Eleonora Suecorum* Regi anno 1680. in conjugium data. Eodem anno defunctus eſt *Auguſtus Saxonicus*, Adminiſtrator Archiepiſcopatus *Magdeburgenſis*, cujus morte illa regio vi pacis *Veſtphalicæ* ad Electorem *Brandenburgicum* devenit.

Perſecutio Hugonotorum.

Sequitur hæreticorum in *Hungaria* & *Gallia* inſecutio. Fruebantur *Hugonoti*, ut dicebantur, in hoc regno vi *Nannetenſis Edicti* religionis ſuæ libertate, ſed quæ tamen labeſactata jam variis erat modis. At cœpta hoc tempore gravior inſecutio, ademptæ Reformatis ſcholæ, deſtructa templa, relegati concionatores, quin abrogatum tandem penitus, ut videbimus, *Nannetenſe* illud edictum. In *Hungaria* quoque ab longo jam tempore durius in Proteſtantes conſultum fuerat; quamobrem arma illi tandem anno 1678. duce *Emerico TeKelio* Comite, corripuerunt. Itaque Imperator, ut animos

Turbæ Hungaricæ.

Hungarorum rurſus deliniret, conſilium Procerum anno 1681. convocavit *Sempronii*, in quo de communi Republica ageretur, & cauſſæ horum malorum tollerentur. Multa iſtic quidem iis peomiſſa ſunt, etiam in Religionis negotio, ſed ne quid præſtaretur, ſedulo curaverunt Catholici. Proteſtantes ergo ſe Turcarnm fidei commiſerunt. Hinc ortum tandem graviſſimum cum *Turcis* bellum, de quo a-

Peſtilentia.

gemus poſtea. Per idem tempus dira peſtilentia ex *Hungaria* in *Auſtriam* delata, mox per *Bohemiam*, *Saxoniam*, & quæ circa ſunt, ſeſe explicuit, & multa hominum millia abſumſit.

In *Polonia* anno 1675. novm Rex *Johannes* III. nobiliſſimam de *Turcis* retulit victoriam, cæſis eorum aliquot millibus, quam alia etiam cumulavit, de *Tartaris* ſub initium autumni anno ſequente parta. Sic adacti ad pacem *Turcæ*, quæ paullo poſt coiit, *Polonis* ſic ſatis decora.

Galli pacem turbant.

Pax itaque per totum terrarum orbem florere incipiebat, ſed obſtabat Regis *Gallici* infinita dominandi libido, quominus ea integra & inviolata perſtaret. Inſtituerat is *Briſſaci* & *Metis* Judicia, quæ, ſub prætextu *Dependentiarum* & *Reunionis*, ut vocabant, multa *Alemanniæ* loca Regno & Regi *Galliæ* adjudicabant, cujus tum copiæ ea ſtatim, neglecta pace publica, occupabant. Hinc multæ querelæ & turbæ, quibus componendis anno 1680. convenerunt *Germanici* & *Gallici* legati, ſed dum de pace ab iis agebatur, *Galli* interim nihil penſi habentes, ſubito ingenti cum *Germaniæ* conſternatione anno 1681. *Argentoratum*, ampliſſimam & liberam *Alſatiæ* ad *Rhenum* urbem occuparunt. Quocirca ad bellum denuo omnia vergebant, atque ad mutuam paciſque *Neomagenſis* defenſionem Imperator, *Hiſpanus*, *Suecus*, *Batavi*que fœdus inierunt. At *Galli*, nihil eo retardati, *Luxemburgum*, quod laxa hactenus obſidione elauſum tenuerunt, obſederunt & infeſtis ignibus terruerunt, ſequentique anno (1684.) in ſuam redegerunt poteſtatem. Sed quia ob *Turcicum* bellum *Germani* ſua arma in illos vertere non audebant, nec *Batavi* volebant illis bellum facere ſoli, ſie ergo hi, cum pacem non poſſent, inducias

Induciæ cum Gallis.

vicennales anno eodem (1684.) *Gallos* inter & *Hiſpanos Germanos*que conciliarunt. Quia vero *Genuenſes* ſuas naves *Hiſpanicæ* claſſi adjunxerant, irritatus ea re *Ludovicus* XIV. claſſem miſit, quæ injectis ignibus eorum nrbem graviſſimia afflixit ruinis. Quin & juſſi inſuper Ducem ſuum cum quattuor Senatoribus in *Galliam* mittere, & per eos delicti veniam ſupplices petere, quod licet durum præſtare Regi debuerunt, viribus ejus impares.

A. 1672. Chriſti ad 1688. *Turcicum bellum.*

Nunc ad *Turcicum* bellum, quod verbo ſupra attigimus, temporum nos ſucceſſio ducit. Scilicet *TeKelius* & *Hungari*, excuſſo *Cæſaris* jugo, *Turcis* ſe ſubmiſerant, eorumque auxilio *Caſſoviam* aliaque oppida anno 1682. ceperant. Hinc metus graviſſimi belli Imperatoris animo obortus, qui ut id averteret, omnia ſedulo apud *Turcus* tentavit. Sed illis fixum jam ſedebat occaſione uti. Quod nbi animadvertit Imperator, omnia egit & circumſpexit, ut auxilia ſibi compararet, & ita diſtraheret hoſtium vires. Proximus erat *Poloniæ* Rex, qui cum maxime bello contra *Turcas* erat implicitus. Acceſſerunt fœderi *Bavarus*, *Saxo*, *Luneburgici*, & *Veneti*. Neque din cunctabantur *Turcæ*, quin anno 1683. collecto numeroſiſsimo exercitu ex *Hungaria* in *Auſtriam* ingreſsi, & ipſam Imperatoris ſedem *Viennam* adorti, arctiſsima eam obſidinne cingebant.

Viennæ obſidio.

Sed illa conſtantiſsime acerrimos hoſtium inſultus ſuſtinuit, donec poſt tolleratam duorum menſium & quod excurrit graviſsimam oppugnationem adventarent auxilio ipſe Rex *Poloniæ*, tum Electores *Bavarus* & *Saxo*, ac Dux *Lotharingiæ* cum exercitu *Cæſariano*, denique ab circulis *Germanicis* miſſæ ductu *Valdecenſis* Principis copiæ. Hi, junctis caſtris animiſque, pridie Eidus *Septembres* caſtra *Turcarum* aggreſsi ab obſidione eos ingenti cum clade rejecerunt & ex *Germania* exegerunt. Perſequentes victoriam, mox eoſdem in *Hungaria* ad oppidum *Barcanum* denun ſuperarunt, ſecutaque victoriam cum *Barcano* & *Novigradn Strigonii*, munitiſſimæ ad *Danubium* civitatis, deditio. Cœpto tam felicibus auſpiciis bello Imperator, rex *Poloniæ*, & *Veneta* Reſpublica, qnod factum antea numquam fuerat, arctiſſimum inter ſe fœdus incunt adverſus *Turcas*, quod vulgn *Lega ſacra* nuncupatum.

Lega ſacra.

Summus etiam Pontifex, quo magis Principes iſtos excitaret, laudabili exemplo magnas iis pecuniæ ſummas ad ſuſtinenda belli onera ſubmiſit. Hinc Fœderati pro ſe quiſque niti, ut partis de hoſte laureis, legibus initi fœderis ſatisfacerent. Imperator, nt *Hungaros* a *Turcis* abduceret, anno 1684. promulgata amneſtia, quam & complures receperunt, eos ſibi conciliare ſtuduit. Duce interim *Lotharingo* in *Hungaria*, *Vicegradum*, *Vaciam*, & *Peſtum* e regione *Budæ* ſubegit, ipſam tamen *Budam*, conſumptis in irrita obſidione quattuor menſibus, multiſque militibus amiſſis, expugnare non potuit. Similiter *Poloniæ* Rex, qui *Caminiciam Podoliæ* obſidebat, & ipſe ab ea receſſit. Feliciores *Veneti* fuere, qui *Leucadiam* inſulam, vulgo *S. Mauræ* dictam, ſolitum piratarum receptaculum, in poteſtatem ſuam redegerunt, mox dein *Preveſam*, quod *Epiri* ad os *Ambracii* ſinus nppidum eſt municiſſimum.

Turbæ Holſaticæ.

Per idem tempus in Septentrione novas turbas ciebat Rex *Daniæ*. Simultates enim inter ipſum & *Holſatiæ* Principem eo uſqne anno 1684. proceſſerunt, ut hie fortunis nmnibus exutus, per quinquennium ſuis ſedibus extorris egerit. Sed tandem an. 1689. vi pactorum *Altenavienſium*, *Holſato* cuncta tamen com ſumma poteſtate reſtituere debuit.

Mors Alphonſi Luſitani.

Tandem etiam *Alphonſus* VI. *Luſitaniæ* quondam Rex, anno 1683. poſt 15. captivitatis annos ipſis Eidibus *Septembris* fatis ceſſit. Corpus ejus in *Luſitaniam* delatum eſt, regioque Mauſoleo illatum. Ex eo tempore frater ejus *Petrus* II. qui hactenus *Principis Regentis* titulo uſus fuerat, Regium nomen aſſumpſit. Vix menſe poſt prioris mariti nbitum exacto, ſecuta eſt cum *Portugalliæ* Regina, relicta unica filia, quæ & ipſa paucos poſt annos deceſſit.

In *Hungaria* Imperator anno 1685. contra *Turcas*

bellum

Digitized by Google

A. 1672. Chriſti ad 1688. *Res geſta contra Turcas.*

bellum feliciter continuabat, jamque *Neubuſolium* obſidebat; *Turcæ* igitur, ut eum inde averterent, *Strigonium* & ipſi oppugnarunt. Sed expugnato *Neubuſelio Turcas* ille a *Strigonio* facile, nec tamen ſine illata clade, depulit. Poſtea *Eſperieſium* aliæque urbes ſubactæ, ſed & maximi nominis & operis Pons *Eſſekius* exuſtus. Per idem tempus *Veneti Peloponneſum* victricibus armis, qua lubebat, pervaſerunt, redacta etiam in poteſtatem *Corona* urbe. At *Poloni Turcas Tartaroſque* variis prœliis fuderunt, ſequentique an. 1686. percuſſo cum *Moſcis* fœdere, *Valachiam* ſubegere, cæſis denuo, qui ejectum Principem reſtituere volebant, *Tartaris*. Eodem hoc anno *Veneti* in *Peloponneſo* ſibi ſubjicienda feliciter pergebant, captis, *Novarino*, *Methone*, & quæ præcipua erat, *Nauplia*, vulgo *Neapolis Romania* dicta. Acceſſere an. 1687. *Naupactus*, *Corinthus*, *Athenæ*, & in *Dalmatia Novum Caſtellum*, aliaque. Nec interim in *Hungaria* ceſſabant *Cæſariani*, qui ſuperiore anno *Budam*, infeliciter tentatam nuper, ſub ipſo *Turcici* exercitus conſpectu vi ſubegerunt. Inde, ut alia prætermittam, *Segedinum* & *Quinque Eccleſias* expugnarunt. Hoc vero [1687.]

Pugna ad Mohatzium.

victis ductu *Bavari* ad *Mohatzium* ingenti clade *Turcis*, *Claudiopolim*, *Eſſekium*, *Agriam* occuparunt. Procedente tam feliciter bello, & recuperata *Hungaria*, Imperator filium ſuum natu maximum, *Joſephum*, ſucceſſorem ſibi dari & coronari curavit. At *Conſtantinopoli* alia longe rerum facies fuit. Infelicitas quippe temporum & tot accepta damna ipſi Sultano

Mahometi ſubſtituitur Solimannus III.

Mahometi IV. vel maxime adſcribabantur, qui idcirco militari tumultu in carcerem detruſus eſt, ſubſtituto ejus in locum fratre *Solimanno* III.

Ne gaudium hoc *Chriſtianis* aut Imperatori ſolidum eſſet & perpetuum, *Galli* culpa fuit, cum quo quidem factæ erant nuper induciæ in annos viginti, ſed eas haud diu duraturas eſſe facile quivis perſpiciebat. Commoda litibus occaſio dabatur morte *Caroli Palatini* Electoris, qui an. 1685. fatis erat functus. Electoratus cum *Palatinatu* ad *Philip-*

Turba Palatina.

pum Guillelmum Neoburgicum redibat, cetera heres defuncti erat ſoror, fratri *Gallorum* Regis, *Aurelianenſium* Duci nupta, cujus nomine tanta poſtulabantur, ut exſolvendis iis vix tota ſufficeret regio. Omnem quidem dedit operam novus Elector, ut tranſigeret cum *Gallis*, ſed irrita, ut ſequenti capite videbimus, fuere cuncta. Interim in *Gallia*

Edictum Nannetenſe ſublatum.

Edictum tandem *Nannetenſe* an. 1685. penitus ab Rege eſt abolitum, & Proteſtantes ſua ſacra dimittere juſſi. Verum, hi quum, ſi vis inferretur, quam impares ad reſiſtendum eſſent, ſatis exploratum haberent, certatim diffugere incipiebant. Sed Rex ſolitudinem regni metuens, ne quis diſcederet, ſub graviſſima pœna prohibuit. Vel ſic tamen multa hominum millia ſe ſubduxerunt, qui ab Proteſtantibus exteris excepti & adjuti ſunt. Idem prope fatum per idem etiam tempus in *Anglia* Proteſtantium Religio metuebat. Regnabat in ea *Carolus* II. ſegnis Princeps, qui etiam ſub finem vitæ omnem regni curam fratri ſuo *Jacobo* Principi *Eboracenſi*, quem impenſe amabat, commiſerat. Is vero jam dudum in exſilio ad Catholicorum partes tranſierat, iiſque erat impenſe addictus. Itaque non ſine cauſſa Religioni ſuæ metuebant *Anglorum* Proceres, atque ideo acerrimas in Catholicos leges condebant, & ipſum *Eboracenſem* a ſucceſſione excludere parabant. Hæc cauſſa fuit, quare *Carolus* II. diſſolvere identidem gentis concilium debuerit, quippe quod eam in rem unice incumbebat. Rebus ita conſtitutis, ſub initium anni 1685. exſpiravit

Carolo II. ſuccedit Jacobus II.

Carolus II. Quo facto, ſtatim ſe *Londini* Regem publice renuntiari curavit *Jacobus* II. id quod paullo

A. 1688. Chriſti ad 1699.

poſt etiam in *Scotia*, *Hibernia*, & *Indicis* poſſeſſionibus factum. At *Monmuthius* Princeps, *Caroli* II. filius, ſed, ut ipſe pater publice profeſſus fuerat, nothus, legitimum ſe ferens, reluctabatur, quin, ut bellum excitaret, ipſe eum *Argilio* Duce ſedulo laborabat. Sed *Jacobus*, benigna omnia ſuis civibus pollicitus, eos ita delinivit, ut quieſcerent, atque ideo *Monmuthius* facile ſuperatus, immo prodante eum *Grajo*, etiam captus fuit, & paullo poſt *Londini* publice ſecuri percuſſus. Idem fatum ſubiit *Argilius* in *Scotia*. Inde in conjuratos magno numero ſævitum. Sublato competitore, *Jacobus*, ut primo ſtatim regni ſui anno oſtenderet, quid agitaret animo, vetuit, ne horrendæ illius in Regem & parlamentum conjurationis, tempore *Jacobi* I. factæ & detectæ, oppreſſio celebraretur amplius.

Jacobus II reſtituere ſtudet Catholicos.

Idem ſequenti anno edixit in ſollemne feſtum, quo *Elizabethæ*, quondam Reginæ, memoria ſumma cum feſtivitate recolebatur. Ceterum conatibus Regis nihil magis obſtabat, quam *jusjurandum ſuprematus*, ut vocant, & *Leges pœnales*, per quas ab omnibus publicis muneribus excludebantur Catholici. Abrogationem earum reſpuebant penitus Proceres. Itaque primo ſibi poteſtatem Rex ſumpſit ſolvere illos legibus & jurandi neceſſitate, atque ita eos paſſim publicis muneribus præfecit. Hinc infinitæ in regno turbæ, ſed quæ in damnum Proteſtantium plerumque deſinebant. Immo quo magis catholicis ſuis faveret, omnibus ab Eccleſia *Anglicana* diſſentientibus liberrimum Religionis uſum conceſſit. Sed & legatum anno 1687. *Romam* miſit, qui ſe regnumque ſuum in clientelam Sedis Apoſtolicæ dederet. Ceterum in *Anglia* atque etiam in *Scotia* artibus agebat, quo facilius eas, ſub jugum prius miſſas, deinceps domare poſſet. At in *Hibernia* vi & armis omnia palam agebantur, dejiciebantur muneribus plerique omnes Proteſtantes, eorumque in locum Catholici ſubſtituebantur. Quis exitus fuerit harum rerum, ſequens declarabit caput.

CAPUT V.

De iis, quæ memoratu digna per orbem contigerunt ab anno 1688. ad 1699.

Bellum Turcicum

FElicem *Cæſari* ſucceſſum belli *Turcici* ad hoc uſque tempus retulimus antea, nunc illud eadem felicitate propagatum porro videbimus. Ante triennium jam *Tekelii* munitiſſima arx, *Mongatſium*, cœperat obſideri, ſed defendente eam fortiter iſtius uxore, hoc demum anno fame fatigata ſeſe dedidit. Expugnatæ præterea, fuſis prœlio *Turcis*, *Alba Regalis* & *Græca*, ac *Petrovaradinum*. *Veneti* vero, oppugnata licet incaſſum *Chalcide*, quam nunc *Negroponte* vocant, *Kninam* tamen *Dalmatiæ* armis ſuis ſe ſubmittere coegerunt.

Bellum Gallicum.

Ceterum nimis commodum *Gallo* videbatur hoc tempus quam ut nihil in *Cæſarem* tentaret. Itaque, magno invaſit *Germaniam* exercitu, & vix trium menſium ſpatio, quippe nullo reſiſtente, *Heilbronnam*, *Maguntiacum*, *Philippiburgum*, *Spiram*, *Vormatiam*, ut alia taceam quamplurima, occupavit. Mortuus eſt præterea eodem tempore Archiepiſcopus *Colonienſis*, cui ſuccedere cum non poſſet *Furſtenbergius*, Archiepiſcopatum hunc *Gallo* tradidit, qui hoc pacto *Bonna*, *Rhenoberga*, *Cæſariſwerda*, aliiſque oppidis potitus eſt, magno dein labore & ſanguine repetendis. Eodem tempore *Hiſpanis* & ſub finem anni *Batavis* quoque bellum indixit, in gratiam ſcilicet Regis *Angliæ*, cujus conatibus hi ob-

Turbæ Anglicæ.

ſtituri videbantur, quod nihilominus fecerunt. Pergebat nempe Rex iſte Religioni in ſuo regno mu-

tandæ

A. 1688. Chriſti ad 1699.

tandæ incumbere, & cum Epiſcopi aliquot illi reſiſterent, eos, fremente licet multum & indignante univerſa *Anglia*, in *Londinenſem* Turrim compegit. Subierat per idem tempus ejus animum hæc cura, fruſtra ſe de reducenda in *Anglia* Catholica Religione laborare, niſi maſculam haberet ſobolem, quæ ipſi ſuccederet, filiaſque ejus priori ex conjugio natas, & Proteſtantium ſacris addictas, a ſucceſſione excluderet. Commodum accidit, ut quamvis eam

Valliæ Princeps.

ab longiſſimo jam tempore nullam genuiſſet, puerum tam opportuno ſibi rerum articulo, ejus conjux pareret. Tum vero de expellendo ceperunt Rege *Angli* cogitare, & idonea eam in rem circumſpicere auxilia. Nec defuit vel eorum precibus, vel etiam ſibi & conjugi ſuæ *Guillelmus Arauſiacus*, qui edicto tandem ſignificavit, paratum ſe eſſe ad

Arauſiacus Angliam potit.

jus ſuum & leges ac Religionem *Anglorum* tuendam, eamque in rem prompta ſibi eſſe *Batavorum* auxilia, qui & ipſi publice edicto ſuo id affirmarunt. Tum vero metuere ſibi *Jacobus* impenſa cœpit, Procerum fidem imploravit, & cuncta in integrum ſe reſtituturum promiſit. Sed quum fidem ejus ſuſpectam Proteſtantes haberent pæne omnes, certatim non urbes ſolum & regiones, ſed & ipſi milites ad *Arauſiacum*, qui ſub initium *Novembris* in *Angliam* appulerat, tranſierunt. Quare, deſperatis rebus, primum uxorem cum puero, quem *Valliæ* Principem dixerat, a. d. 5. Eidus *Decembres* in *Galliam* miſit,

Jacobus II. fugit in Galliam.

quos ipſe a. d. 4. Nonas *Januarias* anni 1689. piſcatorio lembo, qui tot navium bellicarum paullo ante dominus fuerat, ſecutus eſt. Ejecto eo, ſtatim *Arauſiaco*, & *Mariæ* ejus conjugi a Proceribus delatum eſt regnum *Angliæ*, qui illud etiam receperunt, a Parlamento mox confirmati in ea dignitate, & paullo poſt coronati. *Anglorum* exemplum ſecuta eſt etiam *Scotia*, recepto & ſollemniter ibi quoque renuntiato Rege *Arauſiaco*. Sed non tam commode in *Hibernia* res ſucceſſit. Gubernaverat eam ha-

Turbæ Hibernicæ.

ctenus pro Rege Comes *Tyrconellus*, *Jacobo II.* cariſſimus, & acerrimus *Catholicarum* partium ſectator. Ceterum quia Magiſtratus fere omnes ab ipſo conſtituti & magna incolarum pars erant Orthodoxi, hinc in fide *Jacobi II.* facilius & diutius potuit retineri, qui proin in eam cum copiis auxiliaribus ex *Gallia* eodem anno rediit, & vario *Marte* pugnavit primum. Sed adventante *Guillelmo III.* & Duce *Schombergio*, victi & repreſſi ſunt *Galli Hibernique*. Sequenti anno, licet auxilia ipſi denuo ſubmitteret *Ludovicus XIV.* & *Tourvillius Gallus Anglicæ Batavicæque* claſſi aliquantum damni intuliſſet, magnis tamen paſſibus in *Hibernia* retro labebatur *Jacobi* fortuna. Aucto namque *Danicis* ſubſidiis *Guillelmi* exercitu ad *Boynam* fluvium acerrimo concurſum eſt prœlio, & affecti tanta clade hoſtes, ut *Jacobus* & iſtic de rebus ſuis deſperans, in *Galliam* denuo ſe

Hibernia pacata.

receperit. Hinc *Guillelmo* prona fuerunt omnia, captæ ſunt urbes, & anno 1691. adventantia ſubinde *Gallorum* auxilia deleta. Itaque *Galli*, quum jam occupatum tandem eſſet etiam præcipuum ipſorum receptaculum *Limericum*, ſub finem anni, & cum iis aliquot incolarum Orthodoxorum millia *Hiberniam* relinquentes victori ceſſerunt.

Interim has clades illi in continenti ſatis ulti ſunt. Occupaverant, ut vidimus, anno 1688. *Palatinatum* & vicina pleraque. In ea vero, cum tueri ſe non poſſent, adventante anno 1689. *Germanorum* exercitu, ferro & igne adeo ſævierunt, ut vix veſtigia florentiſſimarum urbium reliquerint. Inde ad liberandam ab his hoſtibus patriam converſi tandem *Germani*, *Rhenobergam*, *Cæſariſverdam*, *Moguntiacum*, & *Bonnam* receperunt, immo inferiore *Germania* eos prorſus exegerunt. Verum ſequens annus [1690.] Fœderatis infelix valde exſtitit. Nam

A. 1688. Chriſti ad 1699. *Pugna ad Floriacum.*

Valdecenſis Princeps ad *Floriacum*, *Namurcenſis* Comitatus vicum, cum *Luxemburgico* Duce, qui *Gallicorum* armorum hoc tempore ſummus in *Belgica* erat præfectus, acie decernens, gravi clade affectus eſt; & *Sabaudiæ* Dux, qui fœderi contra *Gallos* acceſſerat, ab iiſdem ad *Staffardiam* victus univerſam *Sabaudiam* amiſit. At *Badenſis* Princeps, qui copias *Cæſaris* ducebat anno 1689. in *Servia* quidem *Turcas* bis profligavit, & varias iis urbes iſthic ademit, ſed corruperunt hæc proſpera anno ſequenti

Infelicia cum Turcis prœlia.

cum *Hannoveranus* Princeps ſub ipſum anni initium cum aliquot legionibus cæſus, tum etiam *Heuslerus*, victus & ipſe cum copiis, quas ducebat, immo & captus. Hinc ſubactæ ſuperiori anno in *Servia* urbes iterum amiſſæ, quin & *Alba Græca*, parte munitionum per incenſum ſive caſu, ſive per incendiarios, pulverem pyrium dejecta, in poteſtatem hoſtium rediit. Penſatum tamen quodammodo hoc damnum *Caniſcha* occupatione. Sed & *Veneti*, ne nimis alte animos tollerent *Turci*, obſtiterunt, qui, victa prius hoſtium claſſe, *Malvaſiam* ſibi ſubjecerunt, atque iſtoc pacto univerſa tandem *Peloponneſo* ſunt potiti.

Ceterum Imperator, ut filio ſuo ſucceſſionem in Imperium conciliaret, ſub initium anni 1690. Electores ad habenda Comitia convocavit, in quibus mox iſte filius ejus, *Joſephus*, Rex *Romanorum* eſt

Joſephus Rex Romanorum electus.

deſignatus, & a. d. 17. Calendas *Februarias* coronatus.

Stirps Lavenburgica deficit.

Mortuus eſt a. d. 17. Calendas *Octobres* anni 1689. *Julius Franciſcus*, Dux *Saxo Lavenburgicus*, in quo gentis iſtius maſcula proles omnino defecit. Hinc, ut ſolet, de hereditate acerrimæ varios inter Principes lites ſunt ortæ; nam, ut defuncti filias prætercam, & *Saxones*, & *Anhaltini*, & *Megalopolitani* ſucceſſionem poſtulabant. Præcipui tamen omnium erant *Luneburgici*, qui illius hereditatem ut patrimonium Majorum ſuorum repetebant, jura ſua uſque ab *Henrico Leone*, qui tempore *Frederici Barbaroſſæ* vixit, deducentes; quin facto ipſo poſſeſſionem arripuerunt, & in ea ſe tuentur. Lis tamen cum maxime adhuc ſub judice pendet.

Mors Chriſtinæ.

Tandem etiam menſe *Aprili* anni 1689. *Chriſtina Suecorum* quondam Regina vivere deſiit *Romæ* ætatis 63. anno 35. poſtquam regno ſe abdicaverat. Secutus eſt paullo poſt Papa *Innocentius XI.* qui anno 1676. in locum *Clementis X.* fuerat ſuffectus. Succeſſor illi datus *Alexander VIII.* ſed qui poſt ſedecim circiter Pontificatus ſui menſes anno 1691. & ipſe diem obiit. Iſtius excepit vices *Innocentius XII.* ex *Neapolitana Pignatellorum* gente oriundus.

Pergebant in bello per idem tempus *Galli* ſatis feliciter. *Sabaudo* ſiquidem *Nicæam*, *Carmaniolam*, *Montemmelianum*, aliaque oppida ademerunt. In *Belgica* vero *Montes* per proditionem accepiſſe creduntur, equeſtri mox etiam prœlio ductu *Luxemburgici*, ſed levi aut nullo cum fructu, ad *Leuſam*

Prœlium ad Leuſam.

in *Hannonia* victores. Ceterum quia Gubernatores *Belgicæ* identidem rem male geſſerant, hinc *Carolus II.* in omnes vitæ dies ei præfecit *Maximilianum Emmanuelem*, Electorem *Bavaricum*, ſpectatæ fortitudinis Principem. Feliciora Imperatoris arma contra *Turcas* fuerunt. Namque reparato exercitu, cui

Pugna ad Salankemen.

Ludovicus Badenſis præfectus erat, magno ardore ad *Salankemen* concurſum eſt menſe *Auguſto*, ſed *Turcæ* tandem, accepta ingenti clade, *Chriſtianis* cedere debuerunt. Secutæ victoriam variæ iſtius tractus urbes, *Lippa*, *Viminiacum*, *Gradiſca*. *Varadinum* vero cœptum obſideri, anni demum ſequentis *Majo* exeunte ſubactum. Mortuus quoque a. d. 9. Kalendas *Julii* anno 1691. quarto, poſtquam ad Imperium pervenerat, *Turcarum* Sultanus *Solimannus III.* ſucceſſorem habuit fratrem *Achmetem II.* Hic non ſo-

lum

Digitized by Google

A. 1688. Chriſti ad 1699.

lum in bello adverſus *Chriſtianos* infelix fuit, ſed & præfectorum ſuorum in *Aſia* defectione immane quantum vexatus *Luxemburgicus* vero in *Belgica* anno 1692. primo *Namurcum*, inſpectanre fruſtra ingentibus cum copiis *Guillelmo Angliæ* Rege, ſubegit; dein prope *Steenkerkam*, *Hannoniæ* vicum, a. d. 13. Kalendas *Septembres* cum Fœderatis ſigna contulit, & victoria quidem potitus eſt, ſed quam ingenti ſuorum militum ſtrage redimere debuit. Simile fuit, aut paullo felicius *Gallis* in *Germania* prœlium, quod ad *Pforzheimium* Marchionatus *Badenſis* oppidum eſt commiſſum. Sed & in *Italia Oneliam*, *Liguriæ*, ſed *Sabaudici* juris portum, in poteſtatem redactam obtinuerunt, itidem *Galli*. At alibi hæ damna ſatis ſuperque penſarunt Fœderati. Nam ut taceam rejectos per *Haſſam Rheinfelſa* hoſtes, *Sabaudus* cum ſociis, recepta *Eporedia*, impetum in *Provinciam* & *Delphinatum* fecit, captaque *Ebroduno* aliiſque urbibus, regiones eae tributia exhauſit: nam quæ negabant tributum oppida, in cineree ſunt redacta. Ceterum, quia munitas iſtie urbes *Sabaudus* non tenebat, exereitum tandem ad ſua reduxit integrum. Hie adde relatam de hoſtili claſſe victoriam, cujus pleræque tunc oaves captæ aut ſubmerſæ, fractaque adeo eſt hac clade res navalis *Gallorum*, ut toto hoc bello deinceps juſtam claſſem adornare vix potuerint. Tantum etiam eadem *Gallorum* Regi terrorem iocuſſit, nt ad tuenda litora Nobiles ſuos evocaverit, ne exſceoſionem facerent *Britanni Batavique*, quæ tamen hoe anno tentata non fuit. Memorabilis eſt bie ipſe annus (1692.) nova dignitate, qua *Hannoveranus* Princeps ornatus eſt, quippe quem Imperator in Electorum adſcivit collegium, ſed eujus conſtitutioni plurimi *Germaniæ* Principes obnitebantur, effectumque eſt ea re, ut longiſſimo deio tempore ad Electorale ſuffragium non fuerit admiſſus.

Pugna ad Steenkerkam.

Sabaudi irruptio in Galliam.

Gallica claſſis victa.

Novus Elector conſtitutus.

Galli vero clades ſuperiori anno acceptas, hoc (1693.) ſatis feliciter rependerunt Fœderatis. Fuſie eoim hoſtibus, *Hojam*, &, quod jam priore anno infeſtis tentaverant ignibus, *Caroloregium* ſubegeruot. Eadem fortuna uſi in *Catalaunia*, muoitiſſimam iſtius tractus urbem, *Roſam*, ad deditionem adegerunt. Sed & *Sabaudos* eorumque ſocios pariter victos a *Pinarolio* oppugnatione rejecerunt. At in *Germania Heidelbergam*, ſedem olim *Palatinorum* elegantiſſimam, proditione præfecti *Heidersdolfii*, ſed qui ideirco dignitate motus, eumque ignominia dimiſſus eſt, in poteſtatem redegerunt, ac furorem ſuum, quaſi baud ſatia triſtia ejus documenta jam exſtarent, omnibus in ea modis exſeruerunt, adeo ut [nefas!] ne a mortuis quidem manus cohibuerint, erutis a furenti milite cadaveribus, & per plateae disjectis. Leve damnum erat præ tot victoriis, quod in *Americæ* inſula *Martinicia* acceperunt, deprædantibus eam ſed mox iterum relinquentibus *Anglis*. Rex *Ludovicus* tamen, non obſtantibus tot ſuceeſſibus, deficiente peeunia, præcipuo rerum gerendarum netvo, ne *Turcæ* pacem facerent, valde metuebat. Hinc anno 1694. bellum acriter quidem, nec tamen pari ubique felicitate continuavit. In *Catalaunia* quidem res ſatis proſpere ceſſit. Victis enim ad *Sambrocam* fluvium, quem nunc *El Ter* vocaot, *Hiſpanis*, primo *Palamus*, dein *Gerunda*, aliæque mioores *Catalanniæ* urbes ſubactæ. At in *Belgica* ipſe aliquam cladem paſſus, *Hojam* nuperrime captam Fœderatis iterum relinquere debuit. Quin etiam *Anglica* & *Batavica* claſſes, litora *Gallica* circumvectæ, præcipuos iſtic portue, *Deppam*, *Portum Gratiæ*, *Caletum*, *Fanum S. Maclovii*, aliosque, ioſeſtis ignibus pæne abſumpſerunt, naves etiam mercatorum, & vel maxime annonam vehentes, magno numero interceperunt. In *Sabaudia* quidem Fœderati nec *Pinarolium* oec *Caſale* hoc anno ſubigere potuerunt, incolæ tameo vallium *Alpinarum* militibus juncti palantes *Gallos* magno numero aut trucidaruor aut in captivitatem abduxerunt.

Heidelberga direpta.

Gallicum Turcis fœdus.

A. 1688. Chriſti ad 1699.

Nec *Turcarum* Sultanus felicior. Nam per *Cæſarianos* a *Petrovaradino* in *Sclavonia* non ſine clade rejectus, *Juliam* quoque *Hungariæ* cedere iiſdem debuit. Dein *Veneti Chion* inſulam, ſed quam poſt biennium amiſerunt iterum, & in *Dalmatia Ciclutum*, aliaque munitiſſima propugnacula, rejectis, qui amiſſam recuperatum venerant, hoſtibus, occuparunt. *Poloni* etiam hoc ipſo anoo nobilem de *Turcis Tartariſque*, qui *Caminiecia* ſubveniebaot, victoriam retuleruot. Sub finem anoi ſereniſſima *Angliæ* Regina *Maria*, *Guillelmi III.* conjux, moriem obiit, magno ſui deſiderio eivibus bonis relicto.

Maria Angliæ Regina obiit.

Interea Imperator anno 1695. ſummum belli contra *Turcas* durem conſtiruit Electorem *Saxoniæ Fredericum Auguſtum*, fortiſſimum omnino Heroem, qui *Cæſariano* exercitui magnam copiarum ſuarum partem adjunxit. Impedire tamen ob loci iniquitatem non potuit, quo minus Comes *Veteranus* ad *Lugoſium*, ſuperioris *Hungariæ* oppidum edita prius fortiſſima pugna, & cæſis ingenti numero *Turcis* tandem ſuccumberet. Inde *Lippam* hi ejuſdem tractus urbem ſubegerunt, ſed direptam iterum reliquerunt, eamdemque mox fortunam urbs *Titula* experta eſt. At *Veneti* ad *Chion* inſulam de illorum claſſe egregiam reportarunt victoriam. Hoc ipſo quoque anno 1695. ineunte, fato ſuo functus *Turcarum* Sultenus *Achmetes II.* ſucceſſorem nactus eſt *Muſtapham II.* filium *Mahometis IV.* iſtius, quem ſolio dejectum & in carrerem, in quo ſuperiori anno deceſſit, detruſum ſupra vidimus.

Mors Achmetis II. cui ſuccedit Muſtapha II.

Ceterum expeditionis contra *Gallos* hoc anno ſic ſatis felix eventus fuit. Namque *Sabaudus Caſale* tandem armis ſuis dedere ſe ſubegit, & Fœderati in *Belgica*, ioſpectaote licet viciſſim ingenti hoſtium exercitu, *Namurcum*, quam urbem inexpugnabilem venditarant *Galli*, ad deditionem compulerunt. Iidem tamen bane jacturam penſarunt uteumque, redacta in poteſtatem, proditione præfecti, *Flandriæ* urbe *Dixmunda*, & *Bruxellarum* per injectos ignes vaſtatione. Sed claſſis *Anglo-Batavica* ignibus ignes repoſuit, dum varias denuo in *Galliæ* litore urbes flammis deformavit. Ioterim nonnulli in Anglia de occidendo *Guillelmo* inierant cooſilium, ſed, detecta conjuratione, in locum venationi ſimul & cædi deſtinatum milicee miſſi, qui percuſſorum maximam partem ceperunt, reliquis, ſaluti ſuæ matura & præcipiti fuga conſuleotibus.

Namurcum captum.

In *Sabaudia* tamen *Ludovico*, quod jam dudum meditatus fuerat, ceſſit ex ſenteotia. Laboraverat diu jam in eo, ut *Sabaudum* a Fœderatis peculiari pere abſtraheret, quod anno hoc (1696.) feliciter perfecit. Itaque boneſtiſſimas ei pacis conditiones conceſſit, ſecundum quas etiam filia illius natu major in matrimonium Duci *Burgundiæ*, Regie *Galliæ* nepoti, eſt data. Ceterum *Sabaudus*, ut quietem ſibi a bello conciliaret, finem ejus io *Italia* quærebat, atque ideo *Hiſpani* ſimul & Imperatoris conſenſum flagitabat in perpetuas iſtic inducias. Sed cum illi cunctarentur, adjutus a *Gallis Valentiam* in *Mediolanenſi* agro obſedit, atque ita conſenſum iis tandem expreſſit. At quas tentare voluerat in *Belgica* urbes, *Namurcum* & *Gandavum Villaregius*, qui *Luxemburgici* nuper demortui vices exreperat, de ſucceſſu deſperaos, omittere deboit. Feliciores anno, qui ſequebatur, [1697.] *Galli* fuerunt. Nam captum quidem in ſuperiori *Germania* a *Badenſi* Principe *Eberuburgum*, ſed ipſi vieiſſim in *Belgica Athum*, & io *Catalaunia*, poſt cruentam tamen demnm obſidionem, *Barcinonem* ſubegerunt. Quin & mari baud infelices

Sabaudus pacem facit cum Gallo.

A. 1688. Chriſti ad 1699.

felices fuerunt: nam interceptis quamplurimis hoſtium navibus, *Pontius* etiam, *Carthagine* nova in *America* potitus, ingentes inde divitias reportavit. Verum hæ damna a Fœderatis *Jamaicæ* inſulæ direptione ſic ſatis ſunt penſata.

Pax Ryſwicenſis.

Ceterum pacem quæſiverat ab aliquo jam tempore *Ludovicus XIV.* qua hoc ipſo anno [1697.] *Ryſvici* concluſa cum Fœderatis, omnia poſt pacem *Neomagenſem* erepta reſtituit, excepta *Argentina*, ſed pro qua *Friburgum* reddidit & *Briſacum*, quod jam inde a morte *Bernardi Vinarienſis* in poteſtate *Gallorum* fuerat. *Guilelmum* quoque III. legitimum *Britannicarum* inſularum Regem profeſſus, *Jacobo II.* inſuper nec clam nec palam auxilia ſe ſubminiſtraturum promiſit. Arbiter pacis Rex *Suecorum* erat, *Carolus XI.* ſed qui, dum de pace agebatur, ipſis Nonis *Aprilibus* fatis conceſſit. Filius ejus & ſucceſſor, ſed minorennis adhuc, ſub aviæ & Procerum quorumdam tutela regnum ſuſcepit. Sed & nomine ejus, legati *Suecici* negotium pacis, ut arbitri, ad finem perduxere.

Mors Caroli XI.

Mors Johannis IV. Poloniæ Regis, cui ſuffectus Auguſtus II.

At in *Polonia* ſuperiori jam anno a. d. 15. Kal. *Quinctil.* Rex *Johannes IV. Sobieskius* fatalem horam obierat; poſt quam de ſucceſſinne acres continuo lites exortæ. Præcipui diadematis iſtius Candidati erant *Contius* Princeps, ex regia *Gallorum* cognatione, & *Fredericus Auguſtus Saxoniæ* Elector. Scindebatur hinc in partes *Polonia*, ſed poſt anni & quod excurrit interregnum, potioribus Procerum & Nobilium ſuffragiis poſterior ad regnum vocatus eſt, qui illud etiam confeſtim adiit. Neque tamen adverſa factio ſe ſubmiſit ſtatim, ſed evocato ex *Gallia Contio*, civile bellum excitatura videbatur. Appolit is quidem cum claſſe ad *Gedanenſem* urbem, ſed excluſus ea, & effuſa incaſſum pecuniæ ingenti ſumma domum ſe mox recipere debuit, quo facto prævaluit facile *Saxonicus* Elector, qui exinde *Auguſtus* II. appellatus, variis ſtatim turbis implicitum geſſit regnum. Ceterum præfuerat is ſuperiori anno [1696.) *Cæſariano* contra *Turcas* exercitui, qnando *Temeſvarium* quidem expugnare non potuit, hoſtes tamen egregia, licet haud incruenta, victoria ſuperavit. Poſt ejus vero diſceſſum dux belli contra *Turcas* conſtitutus eſt *Eugenius Sabaudiæ* Princeps, qui varia virtutis & prudentiæ militaris ſpecimina cum in *Sabaudia*, tum etiam in *Hungaria* jam ediderat. Nec defuit, ubi fortitudinem oſtenderet, occaſio. Anno 1697. ipſe *Turcarum* Sultanus cum univerſis fere imperii ſui viribus in *Hungariam* movebat. *Eugenius* igitur, quanta potuit celeritate hoſti occurrit, ad *Zentham*, haud procul a *Tibiſco* flumine, manus cum eo conſerens, menſe *Septembri*, nobiliſſimam reportavit victoriam, cæſis ingenti clade *Turcis.*

Pugna ad Zentham.

Per idem tempus *Moſci* quoque *Turcis* bellum intulerunt, & cœptam jam obſideri anno 1695. *Aſovam*, munitiſſimam ad oſtium fere *Tanais* urbem, ſequenti ad deditionem compulerunt. Et cum dein anno 1697. *Tartaros* irruentes, prædæque magis quam prœlio intento, magna cum clade rejeciſſent, ſequenti *Precopenſem* urbem obſederunt, accurrenteſque ad auxilium *Tartaros* ac *Turcas* ingenti ſtrage repulerunt.

Pax cum Turcis.

Fracti tot malis *Turci* de pace & ipſi ſerio cogitarunt, quæ etiam *Carlovitii* anno 1699. ipſos inter & Imperatorem, tum *Polonos*, quibus *Caminiecium* reſtituere debuerunt, ac *Venetos* eſt ſancita. Difficiles hi ſe præbebant primo, quia *Naupactum* reddere & caſtella quædam diruere jubebantur; ſed ipſi quoque paullo poſt tamen in pacis leges conſenſerunt. At vero magis etiam cunctabantur *Moſci*, quin proin hoc quidem tempore cum *Turcis* inducias tantum in biennium fecerunt, quæ tamen anno 1700. in pacem ſunt converſæ.

Petavii Ration. Temp.

A. 1700. Chriſti ad 1709.

Per idem tempus Elector *Brandenburgicus* pecuniam, quam ipſi debebant *Poloni*, repetebat, cumque verbis nihil proficeret, armis eam extorquere conſtituit, redacta in poteſtatem *Elbinga*, *Boruſſiæ* urbe, ſed quam, compoſitis mox litibus, *Polonis* reddidit.

Faſti emendati.

Ceterum quia *Europam* turbabat valde diverſus Faſtorum uſus, Orthodoxis *Gregorianam*, Proteſtantibus vero pleriſque antiquam, ſeu *Julianam* computationam ſequentibus, datum idcirco viris quibuſdam in eo genere eruditionis illuſtribus id negotii, ut Faſtos ſedulo corrigerent, qui ſic emendati dein a pleriſqus populis ſunt recepti.

Iter Magni Moſcorum Ducis.

Eodem tempore Magnus *Moſcorum* Dux, *Petrus*, elegantioris, quam pro indole gentis, ingenii Princeps, cives ſuos barbariei & inſcitiæ, cui hactenus immerſi penitus fuerant, eximere cupiens, contra conſuetudinem fere iſtius populi annn 1697. iter in exteras ſuſcepit oras, & per *Poloniam* in *Boruſſiam* veniens ab Electore *Brandenburgico* per aliquoc hebdomadas magnifice exceptus eſt & cultus. Dein per *Germaniam* in *Bataviam* perrexit, & *Amſtelodami* aliquandiu ſubſtitit, ubi quo magis cives ſuos ad artes & præcipue ad navigatinnem excitaret, ipſe exſtruendis navibus operam dedit, multis quoqua omnis generis artificibus, ut in *Moſcoviam* migrerent, magna promittendo præmia, perſuaſit. Sed & bellicos omnis ordinis duces quamplurimos ad idem faciendum pellexit, qui indigenas milites in arte & diſciplina militari exercerent, cujus ſapientiſſimi inſtituti cum maxime uberrimos percipit fructus. Viſa inde *Anglia*, *Viennam* regreſſus anno 1698. & ab Imperetore magnifice habitus eſt. Sed cum in *Italiam* iter meditaretur, audiit rebellionem dnmi contra ſe ab ſororibus concitatam, quare ſubito in patriam recurrens, præſentia ſua & ſuppliciorum ſeveritate tumultum iſtum facile compeſcuit.

CAPUT VI.

Continens hiſtoriam omnium populorum ab anno 1700. ad annum 1709.

Bellum Dani cum Holſato.

Pacem univerſo quidem terrarum orbi reſtitutam ſuperiori capite vidimus, ſed annus hic 1700. graviſſimorum deinde bellorum dedit initium. Proluſio fuit, & quaſi præparatio quædam ad ſequentia illud bellum, quod *Daniæ* Rex contra *Holſatiæ* Ducem movit. Erat iſte *Fredericus IV.* qui patri *Chriſtiano V.* anno ſuperiore (1699.) a. d. 8. Kalendas *Septembres* denato, ſucceſſerat. Is pacta *Altenavienſia* aliter, quam *Holſatiæ* Duci conſultum erat, explicabat. Hinc lites & bellum, in qun quia ab *Holſatis* ſtabant *Luneburgici*, in horum terras ſubito irruperunt *Dani* &, qui cum iis faciebant, *Saxones*, populabundi & prædas paſſim agentes; verum milites cum ruſticis ſupervenientes & prædam receperunt, & in præcipitem hoſtes egerunt fugam. Ceterum Rex *Daniæ*, quia hinc cum claſſe *Angli* & *Batavi Balticum* mare invadebant, inde Rex *Sueciæ Carolus XII.* cum exercitu in ipſam penetrabat *Zelandiam Danicam*, atque etiam *Holſatiæ* Dux cum ſuis ſociorumque copiis imminebat, coactus fuit pacem facere quæ a. d. 18. Kalendas *Septembres Traventhalii* ſancita eſt.

Pax Traventhalienſis.

Traxit ex hoc bello originem ſuam aliud multo acrius, quodque ad hunc uſque diem etiamnum duret. Scilicet ſocius *Dani* fuerat *Auguſtus II. Poloniæ* Rex, qui, ut *Suecorum* vires diſtraheret, & ſimul, quod promiſeret Reip. *Polonicæ*, adempta olim recuperaret, *Livoniam* ſubito invaſit, ſubactiſque aliquot arcibus, ipſum regionis caput *Rigam* gravi obſidione premebat. Accedebat etiam *Moſcorum* Mo-

A. 1700. Chriſti ad 1709.

narcha, qui munitiſſimam *Livoniæ* urbem *Narvam* ingenti cum exercitu circumſidebat. Sed non paſſus eſt *Svecorum* Rex *Livones* ſuos auxilium diu exſpectare. Appulit ipſe cum haud ita magno quidem, lectiſſimo tamen exercitu, &, rejecto a *Riga Auguſto II.* ſub finem *Novembris* munitiſſima *Moſcorum*

Victi a Svecis Moſci.

aggreſſus eſt caſtra, eoſque, numero licet immane quantum ſuperiores, ingenti tamen cum clade a *Narvæ* obſidione depulit.

Interim in Occidente haud vanus futuri belli timor erat ob adverſam plerumque valetudinem Regis *Hiſpaniæ Caroli II.* improlis. Inhiabat *Ludovicus XIV.* tantis opibus. Itaque *Angli Batavique*, a *Gallis* ultro inducti, ſecuritati publicæ diviſione regnorum *Hiſpanicorum* ſic ſatis caveri poſſe crediderunt. Ea ratione *Ludovicus XIV. Neapolitanum* & *Siciliæ* regnum cum *Lotharingia*, cujus Duci pro eo *Mediolanum* deſtinabatur, accepturus erat, reliqua ditionis *Hiſpanicæ* Imperatoris filio natu minori *Carolo* decernebantur. Sed recuſabat ea Imperator, quin ipſe Rex *Hiſpaniæ* ægerrime ferebat, vivo ſibi ab alienis heredes ſcribi. Dum hæc geruntur,

Mors Caroli II.

Rex iſte *Carolus II.* ipſis Kalendis *Novembris* anno 1700. ætatis 39. regni 36. ineunte, vitam cum morte commutavit, relicto teſtamento, quo ſororis ſuæ

Succedit Philippus V.

& Regis *Gallici* nepotem *Philippum*, Ducem *Andegavenſem*, ex aſſe ſibi heredem ſcripſit, quem etiam *Ludovicus XIV.* accepto hoc mortis nuntio, eam hereditatem adire juſſit, neglecta, quam prius *Anglis* & *Batavis* ultro ſuaſerat diviſione. Ea res univerſum *Europæ* orbem ingenti conſternatione perculit: quippe facile videbatur nunc fore *Gallo*, ut quam dudum meditatus fuerat, univerſam Monarchiam ſibi compararet. Itaque nimias ejus vires retundere, & jus *Auſtriacæ* gentis aſſerere decreverunt cum Imperatore *Angli*, *Batavi*, & plerique *Germaniæ* Principes. Quia vero imparati erant, ideo arma ſtatim quidem arripere tunc non potuerunt, ſed aliquanto poſt demum ea, verum ingenti cum *Galliæ* malo, ceperunt. Ceterum finem vitæ hoc anno quoque a. d. 5. Kalendas *Octobris* invenit Apoſtolicæ Eccleſiæ caput *Innocentius XII.* cui ſuffragiis Cardinalium ſublectus eſt *Clemens XI.* ex *Albanorum* familia.

Novum Boruſſiæ regnum.

Initium ſæculi XVIII. novum *Europæ* Regem dedit *Fredericum*, Electorem hactenus *Brandenburgicum*, qui ab Imperatore Rex *Boruſſiæ*, *Vandaliæ*, & *Caſſubiæ* renuntiatus, a. d. 16. Kalendas *Februarias Regiomonti* cum ſereniſſima thori ſocia eſt coronatus, quam dignitatem Romanus Pontifex, *Gallus*, *Hiſpanus*, aliique ratam non habuerunt.

Bellum in Italia.

Parabatur interim utrimque ſumma vi bellum, cujus primam vim ſenſit *Italia*. Nam, ut reliqua regni *Hiſpanici*, ſic *Mediolanum* quoque *Philippi* V. nomine occupaverant *Galli*. Pertraxerunt etiam iidem in partes ſuas cum *Sabaudum*, cujus filiam ille duxit uxorem, & qui ſummus militum præfectus in *Italia* eſt conſtitutus, tum quoque *Mantuanum* Ducem, qui omnibus Principatus ſui munimentis *Gallorum* præſidia paſſus eſt imponi. Ergo Imperator lectiſſimum eo miſit anno 1701. exercitum, cui ſummum ducem dedit fortiſſimum Heroem, *Eugenium Sabaudum*, qui *Spartam* iſtam ornavit abunde. Nam licet hoſtes eum *Italia* excludere omni opere laborarent, prohibere tamen non potuerunt, quin per invios montes, quaſi alter *Hannibal*, irruperit, & ipſos retro recedere coegerit. Mox etiam a. d. 7.

Pugna ad Carpum.

Eidus *Julias* ad *Carpum* in *Mutinenſi* Principatu hoſtes aggreſſus vicit & caſtris exuit. Dux *Gallorum* iſto in prœlio fuit *Catinatus*, qui ſuperiori contra *Sabaudum* bello rem egregie geſſerat, verum hac clade Regis gratia excidit fere, certe ſubſtitutus in ejus locum *Villaregius*, qui haud ita diu poſt cum auxiliis in caſtra ſuorum pervenit. Is, ut maculam ſuperioris cladis elueret, exercitum *Cæſarianum* in *Brixiano* agro prope vicum *Chiarum* ſumma vi adortus,

Pugna ad Chiarum.

magna ſuorum ſtrage repellitur. Poſt hanc victoriam *Eugenius* varias urbes & caſtella *Mantuani* maxime agri ſibi ſubjecit, minoribuſque aliquot prœliis victor, tandem digreſſis in hiberna hoſtibus, *Mantuam* laxa per hiemem obſidione cinxit.

At *Belgicæ* urbibus, paratis necdum ad reſiſtendum *Batavis*, *Galli* præſidia ſua impoſuerunt, & illorum milites, qui *Hiſpanorum* nomine & propriæ ſecuritatis cauſſa eas tenuerant hactenus, inde migrare juſſerunt. Bellum tamen in ſequentem dilatum eſt annum. Ceterum receperant ubique regni *Hiſpanici* provinciæ *Andegavenſem*, nec ulli uſquam, niſi ſoli *Neapolitani*,

Turbæ Neapolitanæ.

reluctabantur, qui, excitato tumultu, *Carolum*, Imperatoris filium, Regem renuntiarunt. Sed quia auxilium iis ſubmittere necdum poterat Imperator, facili negotio a Prorege, Duce *Medinacælio*, in ordinem redacti ſunt, qui etiam multa tunc in eos ſeveritate detonuit.

Mors Guillelmi III.

Haud levi interea conſternatione communi Fœderatorum cauſſæ faventes perculit inopina mors *Guillelmi III. Angliæ* Regis, qui, fatali Principibus caſu, cum equo collapſus, paullo poſt a. d. 14. Kalendas *Apriles* anni 1702. tranquillo fine ſolutus eſt.

Succedit Anna.

Succeſſit ipſi in *Angliæ* regno *Anna Jacobi II.* altera filia, *Georgio* Principi *Daniæ* nupta, quæ ſceptrum gerit. Ceterum, quia nec ea prolem jam habet ullam, ut tamen ſpes omnis præcideretur Catholicis propiore gradu junctis, Procerum conſenſu & publica lege ſucceſſio decreta eſt *Sophiæ*, matri Electoris *Hannoverani* ejuſque heredibus, quippe quæ avum habuit maternum *Jacobum I. Angliæ* Regem. Hujus enim filia *Elizabetha Frederici V. Palatini* & Regis *Bohemiæ* uxor fuit, ex quo matrimonio nata eſt hæc *Sophia*, ſola reliquis fratribus & ſororibus ſuperſtes. Quocirca *Anglicam* gentem vehementiſſime movit *Ludovicus XIV.* cum poſt mortem profugi *Jacobi*,

Mors Jacobi II.

quæ a. d. 16. Kalendas *Octobres* anni 1702. contigit, filium ejus, *Valliæ* hactenus Principem vulgo dictum, ſine populi ſuffragio *Britanniæ* Regem declaravit. Sed penſarunt ſatis hanc injuriam *Angli* inflictis *Gallo* multis cladibus, quas habebimus poſtea. Conjuraviſſe interim in *Cæſarem* jactabatur *Hungaricos* aliquot Proceres, quorum caput eſſet *Ragotzius*, atavis ortus *Tranſilvaniæ* Principibus; qui idcirco in carcerem datus eſt cum quibuſdam aliis *Hungaris*, quorum tamen aliqui plane innocentes deprehenſi, iterum dimiſſi ſunt.

Ragotzius captus evadit.

Inter hos fuit illuſtriſſimus *Syrmayus*, cujus poſtmodum fideli & diligenti opera in componendis *Hungariæ* turbis uſus eſt Imperator. Ipſe *Ragotzius*, corrupto centurione, qui eum cuſtodiebat, carcere elapſus tamdiu latuit, donec, adjutore *Berenzinio* Comite, qui, & ipſe inter conjuratos habitus, perſequentium manus evaſerat, *Hungariam* pæne univerſam ad corripienda arma concitavit; qui tumultus ad hunc uſque diem componi neutiquam potuit.

Ceterum *Sveci* hoc anno (1701.) bellum contra *Polonos* magna cum alacritate & felicitate continuarunt. *Riga* enim movens *Carolus XII. Polonos* & *Saxones* a. d. 7. Eidus *Sextiles* aggreſſus profligavit adeo, ut caſtris etiam exueret. Inde occupata jam *Curonia*, ſeu *Curlandia*, a gente *Sapieharum*, quæ cum *Oginskiis* civile bellum in *Lithuania* gerebat, in auxilium vocatus, hos etiam penitus ferma debellavit. Ceterum *Polonos* pacem tunc orantes ſuperbe rejecit, non conceſſurus eam, niſi dejecto Regi ſuo *Auguſto* alium ſubſtituerent. Hinc multæ in iſto regno turbæ, & quia *Polonorum* aliqui, ut mos eſt genti, ad *Svecum* tranſibant, ita factum, ut hic perſequens anno 1702. victorias ſuas, & a. d. 4. Nonas *Sextiles* ad *Cliſſoviam*

Pugna ad Cliſſoviam.

haud ita procul a *Cracovia* cum *Polonis* & *Saxonibus*

denuo

A. 1700. Chriſti ad 1709.

denuo confligens, ingenti eos clade affecerit, ac ſecuta victoriam *Cracovia Sueco* ſeſe dediderit. Stetit tamen eidem hæc victoria ſat magno pretio; nam ut taceam magnum cecidiſſe militum numerum, affinis etiam Regis, Dux *Holſatiæ*, ipſo in prœlio fortiſſime dimicans, occubuit.

Slippenbachius cæſus.

At *Moſci*, quorum *Magnus* Dux hoc ipſo tempore cum *Auguſto II.* arctiſſimam contra *Suecos* ſocietatem inierat, ex fœdere ſubitam irruptionem in *Livoniam* facientes, *Slippenbachium*, *Suecorum* iſtic ducem multitudine ſua oppreſſerunt potius, quam vicerunt, licet ille tamen cum quibuſdam ſuorum ferro ſibi viam & ſalutem invenerit. Sed iidem dein *Dorpatum* etiam tentantes, proficere nihil in eam hoc quidem tempore potuerunt, *Noteburgum* tamen *Ingriæ*, & alia quædam caſtella ſubmittere ſe coegerunt.

Colonienſis Elector.

Cæſarisverda occupata.

Ulma & Memminga oppreſſæ a Bavaro.

Landavia capta a Germanis.

Pugna prope Hagenoam.

Sed ad *Gallicum* bellum revertimur, quod impeditius fecit *Colonienſis* Archiepiſcopus, qui vano ſub prætextu, quaſi metueret ſibi a *Palatino*, *Gallicas* copias, auxiliarium circuli *Burgundici* titulo larvatas, in terras ſuas immiſit, & urbes earum præſidio firmavit. Itaque hoſtis una cum *Gallis* judicatus eſt, & *Batavis*, cum & ipſi & *Angli* quoque iiſdem bellum indixiſſent, auxilio *Boruſſorum* aliorumque *Germaniæ* Principum Diœceſin *Colonienſem* invadentes ſub initium anni 1702. *Cæſarisverdam* poſt difficilem ſatis obſidionem occuparunt. Frater *Colonienſis*, Elector *Bavariæ* & ipſe quidem nutabat jam, ac fratrem ſuum, ſed verbis hactenus defendebat, interim copias ingentes conſcribens, ſed erupit demum menſe *Septembri* ejus quoque cum *Gallis* conſpiratio, quando *Ulmam* & *Memmingam*, ampliſſimas & liberas Imperii civitates, ſubito oppreſſit. Antequam vero iſta fierent, *Landavia* ab exercitu *Germanico* auſpiciis & ductu ipſius *Romanorum* Regis obſeſſa eſt, & quam *nemini ceſſuram* portis ſuperbe inſcripſerant *Galli*, ea, cum prius arx urbi imminens vi eſſet capta, victas *Cæſari* manus porrigere debuit. Haud ita diu poſt non procul ab *Hagenoa* cum *Gallis*, quos *Catinatus* ex *Italia* revocatus ducebat, acerrimo ſed & ancipiti prœlio pugnavit *Ludovicus Badenſis*.

Cremona fere intercepta.

Villaregius captus.

Succedit Vendocinus.

Cæſarianos aliquot fundit.

In *Italia* maximus Heroum *Eugenius* ſub initium hujus anni (1702.) pulcherrimum nec ulla umquam exſtinguendum oblivione facinus edidit. Secure ſcilicet hibernis *Cremonæ* fruebatur *Villaregius*. At *Eugenius*, ſubito de nocte ad d. 4. Nonas *Februarii* ad iſtam urbem veniens, & per cloacam milites aliquot in eam immittens, porta potitus eſt, per quam irruens urbem ipſam cum toto præſidio procul dubio intercepiſſet, ſi *Vaudemontius* junior ad conſtitutum potuiſſet adeſſe, quod iſte ob impeditius iter exſequi non valuit. Itaque contentus ea gloria fuit, irrupiſſe ſe munitam in urbem, multis hoſtium millibus infeſſam, idque paucioribus longe copiis, & tamen ſummum hoſtium ducem, ipſum *Villaregium*, eduxiſſe inde captivum, ſuos denique incolumes reduxiſſe. At vero hoſti ea res tantum incuſſit terroris, ut varias mox urbes reliquerit. Et *Galliæ* Rex, cum quanto ſibi iſtic hoſte res eſſet, ſatis jam perſpiciens, quem cum eo compararet, hæſitabat valde, donec tandem *Vendocinum*, ſed ingentibus auctum copiis, in *Italiam* deſtinavit. Omnes hic ſtatim intendit nervos, ut rem deceſſoribus corruptam emendaret, & feliciter mox *Mantuam*, ad extrema ferme annonæ penuria redactam, copiis & alimentis in urbem immiſſis confirmavit. Hinc tres *Cæſarianorum* equitum legiones haud procul *Berſello* adortus cum 15000. ſuorum militum fudit quidem, ſed tamen *Viſcontius*, qui illis præerat, ferro ſibi & hoſtium ſtrage viam aperuit, qua cum pleriſque ſalvus evaſit. Haud ita diu poſt *Vendocinus* cum ingenti exercitu caſtris *Cæſarianorum* appropinquabat, quaſi ea aggreſſurus. Sed non exſpectavit cum fortiſſimus Princeps *Eugenius*, quippe qui ipſe, quamquam viribus impar, *Gallos* ad *Luzzaram* in *Mantuano* agro invaſit, & poſt cruentam pugnam loco tandem cedere coegit. Sed quia ob prævalentem hoſtium numerum effectus victoriæ nullus fuit, ideo & *Galli* ſuperiores in prœlio ſibi partes vindicarunt.

Petavn Rattenar. Temp.

A. 1702. Chriſti ad 1709.

Prœlium ad Luzzaram.

Claſſis Indica direpta.

Gravius fuit damnum, quod *Anglo-Batavica* claſſis *Gallicæ* inflixit. Tentaverat iſta, ſed incaſſum, *Gades*, jamque *Luſitaniæ* litora legebat reditura domum, quando claſſem hoſtilem, quæ divitias *Indicas* advexerat, ſimulque bellicam, quæ iſtam deduxerat, in *Vigum*, *Galliciæ* portum, appuliſſe cognovit. Itaque rei bene gerendæ occaſionem haud ſegniter ſibi elabi paſſa, hoſteſque in ipſo portu aggreſſa, perruptis clauſtris, partem navium corrupit, partem cum ingentibus divitiis captam abduxit.

Urbes multa a Fœderatis captæ.

Res geſta Bavari.

Nec in continenti eodem anno (1702.) *Batavi* cum ſociis cunctanter lacertos movebant. Nam præter *Cæſarisverdam* nuper captam, & rejectos feliciter a *Neomagenſi* urbe, *Athlonis* ſollertia & civium virtute, *Gallos*, *Venloam* quoque, *Ruremundam*, *Stephaniverdam*, & *Leodicum* e *Gallorum* faucibus eripuerunt: in quibus ſubigendis *Cobornii*, peritiſſimi Poliorcetæ, ars & dexteritas mirifice enituit. Secutæ proximo anno 1703. *Bonna*, *Trabachia*, *Hoja*, *Limburgum*, *Rhenoberga*, & *Geldra*. At in *Germania* & *Italia* haud ita lætus armorum ſucceſſus fuit, turbante res Fœderatorum *Bavaro*. Equidem *Styrumius* Comes *Palatinatum* ſuperiorem, captis aliquot urbibus, onerabat tributis. *Bavarus* contra *Sueviam*. Hic *Schlikium* etiam prope *Schardingam*, & ipſum *Styrumium* haud procul *Donaverda*, cruento licet prœlio, fudit, ac *Neoburgum* intercepit. Quin *Galli*, capta prius *Kehla*, munitiſſimo e regione *Argentinæ* caſtro, ductore *Villarſio*, ad *Bavarum* perrumpere omnibus viribus contendebant; id quod etiam rejecti licet a vallo *Stolhofienſi*, per *Hercyniæ* ſaltus reliquias, quæ *Silva nigra* iſtic vocatur, feliciter perfecerunt. Tanto auctus ſubſidio *Bavarus* ingentia moliebatur, & tantum non univerſam ſuis ſubjugandam armis *Germaniam* animo percipiebat. Nec cunctantius rem aggreſſus, cum *Gallis* primum, qui *Italiam* obtinebant, caſtra jungere nitebatur, & ideirco, *Kuffſteinio* intercepto, *Tirolenſem* Comitatum ad *Oenipontem* uſque & ultra occupavit. Sed dum *Gallos Tridentum* moratur nequicquam oppugnatum, interim inſurgunt in *Bavaros* ruſtici, qui ex montibus ſuis arbores ſaxaque demolientes & impune hoſtibus inſultantes, in tantas eos redegerunt anguſtias, ut, quo ſe verterent, vix haberent, ipſeque Elector ægre periculum evaſerit, retento tantum ex omnibus quæ occupaverat, *Kuffſteinio*. Ruſtici mox hoſtem terris his ejeciſſe non contenti, damna ſua inſuper reſarcire cupiebant, atque ideo in ipſam irruperunt *Bavariam*, eamque ferro, igne, & rapinis depopulati ſunt.

Qui Tirolum invadit.

Sed cum clade ejicitur a ruſticis.

Qui Bavariam depopulantur.

Oppida varia a Bavaro & Gallo capta.

Berſellum a Gallis captum.

Sabaudus Gallos deſerit.

At alibi *Bavarus* & *Gallus* arma felicius tractarunt. Nam ut *Ratisbonam*, *Auguſtam Vindelicorum*, *Capodunum*, *Paſſavium* denique ab illo captas urbes prætercam, *Gallus* quoque occupatam nuper *Landavium*, victis prius ad amnem *Spirenſem*, qui ad auxilium accurrebant, *Germanis*, in ſuam redegit poteſtatem. In *Italia* etiam *Berſellum*, *Mutinenſis* agri munitiſſimam urbem cruenta tamen & diuturna obſidione demum victam occupavit. Sed *Starenbergium*, qui abſente *Eugenio*, ſupremus *Cæſarianorum* dux erat, in caſtris ſuis adorientes, cum aliqua clade repelluntur. Interim Rex *Luſitaniæ*, & *Sabaudicus* Princeps, miſſis *Gallis*, in Fœderatorum ſocietatem venerunt. Iſti id metuentes, *Sabaudi* milites in caſtris ſuis adhuc agentes, ſubito

A. 1700. Chriſti ad 1709.

oppreſſerunt, & in cuſtodiam dederunt. Hic contra, ut par pari referret, quos in terris ſuis deprehendere poterat *Gallos*, captivos invicem habuit, & ita hoſtem ſe eorum profeſſus eſt. Hi ergo iram in eum ob id conceptam evomere parabant, ſed quo minus id pro arbitrio ſuo facerent, operam ſedulo dederunt Fœderati, qui *Sabaudo* cum antea jam tum præcipue ſub fortiſſimo *Starenbergio* ſatis magna ſubmiſerunt auxilia. Sic vero etiam *Luſitaniæ* Rex ab nimium aucta *Gallorum* potentia ſibi jam metuens, quaſi ad corrupturum cuncta incendium, conjunctis viribus reſtinguendum, accurrit & ipſe, indicto *Gallis Hiſpaniſ*que bello. Acceſſit ad hæc mala *Ludovico* orta ſuperiori anno ob graviſſimas exactiones, & prohibitum Reformatæ Religionis uſum in *Gebennæ* montibus ſeditio, quæ mox latius ſerpens magnam *Occitaniæ* partem invaſit; & licet *Montrevellus*, ad comprimendam eam miſſus, ſeveriſſime in captos animadverteret, victus tamen plerumque proficere nil potuit, nec niſi anno demum ſequenti (1704.) pactione rebellantes ad obſequium reducti.

Et Luſitaniæ Rex.

Turbæ Gallicæ.

Et Hungaricæ.

Idem etiam malum *Hungariam* valde afflixit, quam *Ragotzius* Princeps univerſam fere ſuis partibus adjunxit, concitatis civibus ad arma, ut vexillis perperam inſcripſerat, *Pro Deo, Patria & Libertate* corripienda, & nequicquam cum *Eugenius*, tum alii duces in domandis iis operam ſumſerunt; immo vero confirmati etiam *Caroli* Comitis & aliorum ad ipſos defectione, eo illi proceſſerunt audaciæ, ut ipſam *Auſtriam* & *Moraviam* excurſionibus ſuis infeſtam habuerint. Nec exiguus erat metus, fore, ut *Turcæ* occaſione hac in rem ſuam uterentur, & amiſſa ſuperiori bello recuperare conarentur. Sed nolebant illi fœdus nuperum violare, neque adeo per civiles licebat turbas. Namque *Janitzarii* diutinam aulæ abſentiam ægre ferentes agmine facto *Adrianopolim*, ubi agebat Sultanus, pergebant, ſolio eum dejecturi. Miſſi tunc contra illos ex aula rebellibus ſe junxerunt, & ita caſtris animiſque junctis mox redierunt, *Muſtapha*, qui ab anno 1695. diadema geſſerat, in carcerem compacto Imperium abrogantes, idque ejus fratri natu minori, *Achmeti* III. permittentes, qui & perſoluto militi ſtipendio, confirmataque jurejurando *Carlovicenſi* pace, lubens illud ſuſcepit.

Muſtaphæ dejecto ſuccedit Achmet III.

Turba Polonica.

In *Polonia* felici armorum ſucceſſu *Suecus* ubique fere fruebatur, inteſtinis turbis facilem ei victoriam præbentibus. Cardinalis ſiquidem *Radzieuskius*, Regni *Polonici* Primas, factionem ſibi jam dudum comparaverat, atque hoc tempore Nobiles ad ſe *Varſoviam* evocavit, ut ibi de ſumma Republica ageretur. *Auguſtus* contra irritum pronuntiavit ejus edictum, & eoſdem ad ſe *Mariæburgum* convocavit. Habitum quidem dein gentis concilium *Lublini*, ubi etiam plerique Proceres ſumma ſua ſtudia *Auguſto* detulerunt, ſed interim *Poloniam* impune pervagabatur *Carolus* XII. & in *Lithuania* quidem per duces ſuos fudit *Oginskianos* & *Moſcos*; at in *Maſovia* ad *Poloſcum* ipſis Kalendis *Maii Saxones* per ſe ipſe profligavit penitus. Inde *Boruſſiam* verſus tendens, *Poſnam* urbem in itinere occupavit, tributiſque exhauſit. Idem dein fatum expertæ eum aliæ urbes, tum præcipue, ſed poſt gravem demum & cruentiſſimam obſidionem, *Thorunum* in *Boruſſia*, *Gedanenſibus* etiam ad ſolvendam grandem pecuniæ ſummam adactis. Soli *Moſci* fortunam *Suecorum* remorati, *Cronbiortum* illorum in *Finnia* ducem, gravi clade affecerunt.

Carolus XII. Sueciæ Rex Poloniam impune pervagatur.

Carolus III Rex Hiſpaniæ renuntiatur.

Hoc ipſo etiam anno 1703. Imperator filiuſque ejus *Joſephus* jus ſuum omne in *Hiſpanicam* Monarchiam tranſtulerunt in natu minorem filium, eumque ſub nomine *Caroli III. Hiſpaniæ* Regem renuntiarunt. Is ergo, ut regnum adiret, in viam ſe ſe dedit, & magnifice exceptus ubique, per *Germaniam*, in *Belgicam* venit, dein claſſe in *Britanniam* & *Luſitaniam* trajecit, inde poſtea in *Catalauniam*, ut videbimus, transfretaturus.

Bavarus Germaniam hactenus armis ſuis ſic ſatis felicibus turbaverat, & magna cum maxime animo meditabatur. Quin actum de ea videbatur, niſi contigiſſent ſæculo huic maximi Heroes *Eugenius* & *Malborougius*. Itaque, ut viſcera *Germaniæ* tandem aliquando ab hoſte liberarentur accurrit in ejus auxilium fortiſſimus pariter & feliciſſimus iſte *Anglorum* Dux, qui iſtic cum *Badenſi* Principe, qui *Cæſarianos* ducebat, caſtra conjunxit. Prona hinc fuere omnia. Viam ſibi vi faciunt, profligatis feliciter a. d. 6. Kalendas *Sextiles* in *Schelembergio* monte hoſtibus, captaque eodem tumultu *Donaverda*. Inde in ipſam *Bavariam* impetus factus, adactuſque fuiſſet continuo ad accipiendam pacem *Bavarus*, niſi *Tallardus* cum flore & robore *Gallici* ſanguinis in ejus auxilium adveniſſet. Hinc ille animos iterum in immenſum tollere, nec detrectare amplius pugnam, cujus ei mox copiam quoque fecere Fœderati. Concurritur ergo ipſis Eidibus *Sextilibus* ad *Hochſtettam* in *Neoburgico* tractu, ingentibus animis viribuſque, & licet fortiſſime dimicaret hoſtis, prævaluit tamen Fœderatorum cauſſa, affectique ſunt hoſtes tanta clade, quanta, noſtra certe memoria, numquam antea contigerat. Nam, ut taceam, numerari cæſorum captivorumque, inter quos ipſe fuit exercitus *Gallici* ductor *Tallardus*, ad 30000. ipſe *Bavarus*, vix ſe perſequentium manibus eripiens, omnia ſua penitus relinquere, & in *Galliam* faceſſere debuit. Itaque victas tota *Bavaria* porrigebat manus, & victores arma inde rurſus ultra *Rhenum* proferentes, *Landaviam*, præſente ipſo *Romanorum* Rege *Joſepho*, *Auguſtam Trevirorum*, *Trarbachum*, aliaſque urbes in poteſtatem redegerunt. Auxit gaudium claſſis *Anglo-Batavica*, quæ de hoſtibus haud procul *Malaca* in *Hiſpanico* litore, adulta jam æſtate, inſignem retulit victoriam. Ceterum *Angli Batavique* in reditu ſubito *Columnam Herculis Europæam*, quam cum maxime *Gibraltarium* vocant, aggreſſi, paucarum horarum oppugnatione ad deditionem compulerunt, nec potuerunt eam dein *Hiſpani* ac *Galli*, licet terra marique omnibus premerent viribus, ſibi iterum ſubjicere. *Luſitani* etiam, ſociorum auxiliis adjuti, quæ occupaverant *Hiſpani*, cæſo eorum duce *Ronquillo*, recuperarunt. At in *Italia* per majorem longe copiarum numerum prævaluere *Galli*, *Sabaudo*que *Vercellas* & *Seguſionem* eripuerunt.

A. 1700. Chriſti ad 1709.

Eugenius & Malborougius in auxilium Germaniæ accurrunt.

Bavari in Schelenbergio victi.

Pugna ad Hochſtettam.

Bavarus in Galliā aufugit.

Pugna navalis prope Malacam. Gibraltarium captum.

Ceterum *Malborougius* pretium liberatæ *Germaniæ* tulit, dum ab Imperatore *Princeps Imperii Romano-Germanici* renuntiatus, & *Mundelhemenſi* Dynaſtia donatus fuit.

Malborougius renuntiatus Princeps.

Interim in *Polonia Carolus* XII. eo tandem rem perduxit, ut Comitia, quibus novus crearetur Rex, abdicato *Auguſto*, haberentur. Sed &, licet pars Procerum ad ea convenerit tantum, & illi ipſi inſuper diſſiderent, electus tamen eſt commendatione maxime *Sueci*, *Poſnanus Palatinus*, poſtea *Staniſlaus* I. dictus; cum ſe interim *Auguſtus* utcumque tueretur. Nam lætis *Suecorum* ſucceſſibus triſtes immiſcuit caſus ſubinde fortuna, dum *Moſci* in *Livonia Dorpatum* & *Narvam* in poteſtatem ſuam redegerunt, mari etiam anno ſequenti 1705. victores. Sed & in *Curlandia*, licet *Moſcorum* aliquot millia fuerint cæſa, prævaluerunt tamen eorum partes. At viciſſim anno 1706. *Rheinſchildius*, *Suecorum* poſt ipſum Regem dux præcipuæ dignitatis, *Saxones Moſcoſ*que ad *Fravenſtadium* ipſis Eidibus *Februariis* gravi clade proſtravit. Tandem *Carolus* XII. ipſam *Saxoniam*

Staniſlaus Rex Poloniæ electus.

Pugna ad Fravenſtadium.

Digitized by Google

A. 1700. Christi. ad 1709.

Sveci Saxoniam invadunt. Prælium ad Kaliſcham.

xoniam adulta jam æſtate ingreſſus, pleraque ejus oppida occupavit. Quocirca debuit *Auguſtus* duriſſimas accipere pacis conditiones, quas ferebat *Sueciæ* Rex, & *Polonico* ſe abdicare regno. Priuſquam tamen illa ſanciretur, vicerat *Auguſtus Svecos* ſub *Mardefeldo* ad *Kaliſcham*, quod tamen non impediit, quo minus pax in pago *Alt-Ranſtadio* prorſus concluderetur.

Catalaunia Carolo III. ſe ſubmittit.

Hoja & Leodicum capta a Gallis, & mox recuperata.

Sed redeundum eſt ad bellum Fœderatorum cum *Gallis*. Expetebant *Catalauni* Carolum III. ſibi Regem, atque ideo in *Philippum* V. arma ſumpſerunt. Nec deſtituerunt eos vel Fœderati, vel, cujus potiſſimum cauſſa agitur, ipſe *Carolus* III. qui cum claſſe *Anglo-Batavica Oliſſipone* profectus in *Hiſpaniam* appulit, & *Barcinonem* a. d. 6. Nonas *Octobris* ſibi ſubiecit. Hinc illi univerſa ferme *Catalaunia*, & magna etiam *Arragoniæ Valentiæ*que pars ſe magno cum gaudio ſubmiſit. At in *Belgica Galli*, & *Bavarus*, qui iſtam *Philippi* V. nomine gubernabat, *Hojam*, & *Leodicum*, dum ad *Moſellam* aberat *Malborougius*, in ipſa *Galliæ* viſcera aditum quærens, ſubito occuparunt. At iſte redux ex *Germania* facile eas recuperavit, & mox munitiones etiam hoſtium in *Brabantia* ſuperavit. In *Germania Ludovicus Badenſis* quoque munimentis ſuis hoſtes ejecit, ac *Hagenoam* in eas redegit anguſtias, ut præſidiarii eam tacite noctu deſeruerint.

Obſidio & expugnatio Verucæ.

Monſmelianus fame expugnatus.

Pugna ad Caſſanum.

Mors Imperatoris Leopoldi.

In *Italia* tamen adhuc ſuperiores erant *Galli*, ſed quod ſat magno illis pretio ſtetit. Supremum iſtic in milites ducatum gerebat, cum fratre *Vendocinus*, qui *Verucam*, *Aſtenſis* Comitatus munitiſſimam urbem, cunctis obſedit viribus etiam per hiemem. Sed præfectus urbis mira ipſi reſtitit fortitudine, adeo ut ea ſexto demum menſe potitus, victo quam victori fuerit ſimilior. Eamdem tamen quam *Veruca* ſortem cum aliæ ſubierunt urbes tum etiam *Monſmelianus*, qui, ceteris inexpugnabilis, fame vix poſt biennium expugnatus. Quin immo parabant jam *Galli* obſidere ipſam *Taurinorum Auguſtam*, aut certe injectis ignibus *Vulcano* conſecrare. At *Eugenius* ut id impediret recta in *Vendocinum* movit, & cum eo, numero licet militum ſuperiore, ad *Caſſanum* a. d. 19. Kalendas *Septembres* conflixit pari fere *Marte*. Vel ſic tamen iſte ab *Eugenii* virtute ſibi impenſe metuens, *Fevilladum*, qui dictam urbem oppugnaturus erat, plures ſibi copias ſubmittere juſſit. Ita vero quod deſtinaverat exſequi non potuit; *Eugenius* contra, quod ſibi propoſuerat, perfecit. Ceterum turbavit valde domum *Cæſaream* mora Imperatoris *Leopoldi*, qui hydrope confectus a. d. 3. Nonas *Maii* obiit, vitæ quidem 65. Imperii autem 47.

Reventlaus victus.

Auguſta Taurinorum obſeſſa.

Tandem anno 1706. *Eugenius* in *Italia Gallos* penitus debellavit, qua re eo majorem ſibi peperit laudem & gloriam, quia illo ipſo tempore ad ſummum fortunæ faſtigium *Galli* iſtic res ſuas perduxerant. Ad extremas redactus jam erat anguſtias Dux *Sabaudiæ*, & præter *Auguſtam Taurinorum* vix quiequam ei ſupererat amplius. Sed & hanc *Galli*, quia vel ſic ille ad multas eorum pollicitationes ſurdas præbebat conſtanter aures, hoc anno ſibi ſubjicere ſtatuerunt. Itaque *Angli Batavi*que juſtam conſtantiæ *Sabaudi* rationem eſſe habendam cenſuerunt, eumque in finem *Eugenium* armis omnibuſque inſtruxerunt abunde, ut ſuccurrere illi poſſet. Interim aliud accedebat malum. *Vendocinus* enim, priuſquam in caſtra veniret *Eugenius*, collectis ſubito majoribus multo copiis, *Reventlaum*, qui tunc *Germanicis* præerat militibus, aggreſſus eſt, & vicit. Sed accurrens opportune *Eugenius* virtute ſua res incumque reſtituit. Interim *Fevilladus* demandatam ſibi *Auguſtæ Taurinorum* obſidionem alacriter cœperat; ſed ſumittebat identidem urbi novas copias & commeatum *Sabaudus*. Verum etiam illud impedivere tandem *Galli*. Ceterum, qui defendebat urbem, Comes *Thaunus* fortiſſime tamen reſtitit, donec ad liberandam accurrere poſſet *Eugenius*. Is vero, ut id efficeret, nec opinantibus ſtupentibuſque *Gallis*, quibus tunc *Aurelianenſis* præerat, *Vendocino* in *Belgicam* evocato ipſis Nonis *Quintilibus Atheſim*, & dein *Padum* trajecit, per hoſtium terras incolumen traduxit exercitum, ipſiſque Kalendis *Septembribus* cum *Sabaudo* caſtra conjunxit. Inde a. d. 7. Eidus *Septembris Aurelianenſem* & *Fevilladum* aggreſſus, tantam reportavit victoriam, ut illi cum reliquis exercitus trans *Alpes* in *Galliam* abire debuerint, relictis omnibus impedimentis, tormentis & apparatu bellico. Secutæ victoriam innumeræ urbes, &, ut verbo abſolvam, univerſa ferme, ut vocant, *Longobardia*, exceptis pauciſſimis urbibus, quas *Medavius* Comes tuebatur, victas victoribus ultro manus dedit. Quin & *Ludovicus* XIV. ſatis perſpiciens, ſe res ſuas iſtic nullo pacto poſſe reſtituere, deſcendit tandem ad conditiones, quibus conceſſit Imperatori omnia, quæ in ſuperiori *Italia* etiamnum tenebat, ſed viciſſim pactus, ut copiis ſuis liber in *Galliam* permitteretur abitus; id quod anni ſequentis (1707.) *Martio* menſe eſt factum.

A. 1702. Chriſti ad 1709.

Sed ab Eugenio liberata.

Et Galli tota Italia pulſi.

Pugna ad Ramilliacum.

Oſtenda & Menena capta.

Barcino a Philippo V. obſeſſa.

Sed mox relicta.

At in *Belgica* anno iſto, in quo verſamur [1706] haud minus glorioſam de iiſdem hoſtibus victoriam retulere Fœderati, qui ad *Ramilliacum Brabantiæ* eos ſub *Villaregio* & *Bavaro* a. d. 10. Kalendas *Junias*, ipſo *Pentecoſtes* feſto ingenti clade profligaverunt, adeo ut præcipiti fuga ſe proripientes univerſam *Brabantiam* & magnam *Flandriæ* partem victoris arbitrio permiſerint. Inde *Oſtenda*, quæ ante ſæculum & quod excurrit vix quarto anno *Hiſpanis* ceſſerat, poſt pauciſſimos obſidionis dies capta eſt. Subiere mox eamdem ſortem urbes munitiſſimæ *Teneramunda*, *Athum*, *Menena*. Nec ſegnius in *Hiſpania* res geſta. Parabat iſtic *Philippus* V. competitorem ſuum ex *Hiſpania* iterum ejicere, ideoque ſuo ipſius ductu *Barcinonem* obſidebat, quod ut felicius procederet, *Galli* cum claſſe aderant, qui urbem mari premebant. Jamque ad ultima fere redacta erat ea civitas, quum commodum appellebat Fœderatorum claſſis, cujus adventus admonita *Gallica* pridie jam receſſerat. Hinc confirmati civium pariter & militum jam vacillantes animi, e contrario *Galli* tanta conſternatione perculſi, ut ante diem 4. Eidus *Majas* de nocte urbis obſidionem reliquerint, & *Philippus* vix exercitum reduxerit. Sed ad *Rhenum* haud ſatis proſper belli ſucceſſus *Germanis* fuit, *Gallis* numero multum prævalentibus, ideoque *Villarſius*, qui hos ducebat, iſtos a munimento *Ludoviciano*, quod per hiemem fame preſſerant, recedere coegit, ipſe vero *Druſenheimium* & *Hagenoam*, adempta nuper oppida, recuperavit. Majora molientem nuntius *Brabantinæ* cladis inhibuit, namque per auxilia eo miſſa debilitatus adeo ipſius eſt exercitus, ut ſua ſervaſſe contentus alieno abſtinuerit.

Petrus Rex Luſitaniæ obiit.

Sub finem anni hujus (1706.) mortalitatem explevit *Petrus II. Luſitaniæ* Rex, anno 38. poſtquam abdicato fratre, regno præeſſe cœperat, vitæ 58. Succeſſit ei filius *Joannes* V. qui in Fœderatorum ſocietate perſtat, matrimonio etiam cum Imperatoris ſorore inito, iſtis partibus adſtrictus.

Magna Britannia.

In *Britannia* per idem tempus ſereniſſima *Anna* tandem duo regna *Angliæ* & *Scotiæ* in unum *Magnæ Britanniæ* conjunxit, ſuperatis innumeris difficultatibus, atque ita iſtud negotium, publica lege ingentis concilio ſancitum, ad finem perduxit, in quo inde a *Jacobo* I. fruſtra deſudaverant ejus deceſſores.

Ceterum expeditiones bellicæ anni 1707. haud ſatis ex voto ceſſerunt Fœderatis. Nam quia *Galli* detre-

Digitized by Google

A. 1700. Chriſti ad 1709.

detrectabant In *Belgica* pugnam, & cunctabantur perpetuo, extractus eſt nihil agendo annus, quoniam nec caſtra hoſtium munitiſſima aggredi poterent Fœderati, nec urbis alicujus obſidionem tentare ob eoſdem veſtigiis continuo hæſuros. At in *Germania*

Galli Sueviam pervagantur.

numero *Galli* ſuperiores, eo in rem ſuam uſi ſunt, perruptiſque hoſtium munimentis univerſam *Sueviam*, duce *Villarſio*, pervagantes, ingentem iſti regioni pecuniæ vim extorſerunt, donec *Hannoveranus* Elector, provinciam *Ludovici Badenſis*, ineunte anno defuncti, ſuſcipiens, res reſtituit, atque illos per *Mercium* Comitem etiam clade affecit. Quia vero iidem *Italiam* ex pacto jam reliquerent, hinc *Sabaudus* arma ſua in *Galliam* ipſam convertit. Conſtituerant Fœderati ipſum navale *Gallorum*

Obſidio Telonis Martii irrita.

Telonem Martium occupare, & idcirco *Eugenius* & *Sabaudus* per *Provinciam* obſtantibus nequicquam hoſtibus, cum exercitu ad eam urbem perruperunt. Sed & aderant magna cum claſſe *Angli Batavique*, mari eam oppugnaturi. Verum, quia reſiſtebant fortiter obſeſſi, & deficiebat interim Fœderatis annona ac apparatus bellicus, accedebant etiam innumeræ hoſtium copiæ, debuerunt tandem canere receptui. Reduxit tamen *Eugenius* ſollerti cura & virtute incolumen per *Alpes* exercitum, mirente & vix credente factum terrarum orbe. Sed nec impedire

Seguſio recuperata.

Galli tunc potuerunt, quo minus *Seguſionem*, munitiſſimam in radicibus *Alpium* urbem, & ab ſe nuper occupatam, recuperaret *Sabaudus*.

At infelicior etiam hujus anni expeditio Fœderatis in *Hiſpania* fuit. *Gallovidio* enim a. d. 7. Ka-

Prælium ad Almanzam.

lendas *Maii* ad *Almanzam* cum *Gallis* ſigna conferente, acerrime quidem pugnatum eſt, ſed ceſſit ille tandem loco, & in *Catalauniam* ſe ſubduxit, amiſsa exercitus magna parte. Redierunt tunc ad *Philippum* univerſa *Arragonia* & magna *Valentiæ* pars; quin *Ilerda* quoque in *Catalaunico* agro, ſed poſt cruentiſſimam demum obſidionem, ſe ſe dedidit.

Neapolitani regni occupatio.

Penſata tamen quodammodo ſunt hæc damna in *Italia Neapolitani* regni occupatione. Exploratum ſatis erat, pleroſque iſtius regni cives *Gallorum* dominationem ægrius ferre, & nihil magis quam mutationem circumſpicere. Itaque fortiſſimus *Thaunius* per Pontificis agros exercitum eo duxit, ac feſtis plauſibus exceptus ubique, & vel maxime in *Neapolitana* urbe, omnia ad obſequium prona reperit. Dux *Eſcalonius*, qui *Philippi* V. auſpiciis regnum adminiſtraverat, *Cajetam* ſe contulit, ſed, capta per vim ea urbe, ipſe cum ſuis in poteſtatem hoſtium venit.

Irrita Gallorum in Scotiam expeditio.

Non ceſsavit interea *Ludovicus* XIV. omnem movere lapidem & cuncta tentare, unde rebus ſuis levamen aliquod ſperare poſset, & idcirco civile in *Britannia* bellum moliebatur. Credebat ſcilicet eſse iſtic quamplurimos, qui ſereniſſimæ *Annæ* imperium inviti paterentur. Itaque claſsem qualemcumque adornavit, quæ cum *Jacobo* III. ineunte vere anni 1708. *Dunkerkam* movit, & verſus *Scoticum* litus vela convertit, ſed cum illuc perveniſset, contra quam exſpectaverat, nullos invenit rebus novandis incumbentes. Quieta e contrario erant iſtic omnia, nec nutabat vel minimum Reginæ regnoque ſemel data fides. Sed & aderat mox claſſis *Britannica*, quæ hoſtem ſtatim in fugam præcipitem compulit. Quin, ne quid illa in aliis *Scotiæ* partibus tentaret, ipſæ obſtiterunt tempeſtates & procellæ, adeo ut vix in portum, unde venerat, redierit.

In campum eodem anno prodierunt utrinque exercitus numeroſiſſimi, qui dum caſtra ſibi habe-

Gandavum & Brugæ occupata.

bant oppoſita, acceſſit inſuper a *Moſella* Fœderatis *Eugenius*, *Gallis* contra *Berwicius*. Aſt interea temporis, ſubito belli furto hi *Gandavum* & *Brugas* occupaverant. Verum dedit ea res prœlio, quod Fœderati vel maxime quærebant, commodam oc-

A. 1700. Chriſti ad 1709.

Pugna ad Aldenardam.

caſionem. Nam dum *Galli Aldenardam* quoque tentabant, ſupervenit ſubito illorum exercitus, & hoſtilem, volentem nolentem, ad pugnam adegit, victumque mox in fugam conjecit, captis & occiſis magno numero hoſtibus. Hinc *Inſulanæ* urbis cœ-

Obſidio & expugnatio Inſulæ.

pta obſidio, cui vix parem annales referunt. Namque & obſeſſi fortiſſime ſe defendebant, & exercitus *Gallicus*, ne Fœderatis vel annona vel rerum bellicarum copia ſubmitteretur, omnibus modis & viribus impedire ſtuduit. Verum repulſo jam *La*

La Mothius repulſus.

Mothio, qui, *Gandavo* accurrens, commeatum, cum in caſtra Fœderatorum *Oſtenda* duceretur, intercipere voluerat, coacti, & tandem obſeſſi ad deditionem, ſed urbis tantum, a. d. 11. Kalendas *Novembres* factam. Reſtabat arx munitiſſima, ſed quæ & ipſa *Eugenio* ſe ſubmiſit, quum Fœderati prius, ſuperato *Scaldi*, *Bavarum* a *Bruxellis*, acerrime ab ipſo oppugnatis, ſola adventus ſui fama depuliſſent. Deinde obſeſſa *Gandavenſis* urbs, quam *La Mothius*

Obſidio & expugnatio Gandavi.

multis cum copiis defendebat. Verum iſte, quod tamen timebatur, victricia non diu remoratus eſt arma, ſed ſalvum ſibi pactus abitum, *Gandavum* & *Brugas* Fœderatis reddidit. In tempore ſane, vix enim in poteſtatem eorum redactæ erant iſtæ urbes, cum ſubito tantum frigus exortum eſt, quantum, ut de noſtra taceam, vix patrum aut avorum etiam memoria contigit.

Dertoſa capta.

Sardinia & Minor Balearium occupata.

Ceterum *Dertoſam* quidem ceperunt hoc anno in *Catalaunia Galli* & *Hiſpani*. Sed penſata eſt ſatis ſuperque hæc jactura occupatione *Sardiniæ* & *Minoris Balearium*, tam levi aut nullo diſpendio, ut hanc quidem cum commodiſſimo *Magonis* portu veniens *Stanhophius* eodem fere momento ceperit.

Mors Georgii Dani.

Mortuus eſt ſub finem anni a. d. 4. Eidus *Novembris* in *Britannia Georgius*, *Daniæ* Princeps, ſereniſſimæ *Annæ* maritus, 56. vitæ anno.

Obſidio & expugnatio Tornaci.

In *Belgica* anno 1709. Fœderati *Tornacenſem* urbem & arcem facile omnium iſtic munitiſſimam ſubito obſidione cinxerunt, quæ ob immenſam cuniculorum ſubterraneorum multitudinem cruenta ſatis fuit. Vel ſic tamen urbs primum a. d. 4. Kalendas *Auguſti*, arx vero ſub initium *Septembris* deditionem facere, totumque præſidium arbitrio victorum ſe permittere debuit. Poſtea *Montium* in

Pugna prope Montes.

Hannonia decreta obſidio: ſed priuſquam illa inciperet, ventum eſt prope iſtam urbem a. d. 3. Eidus *Septemb.* ad pugnam, in qua ſupra fidem & exſpectationem fortiſſime dimicatum utrinque. Vicerunt tamen poſt acerrimam pugnam Fœderati, & hoſtes cedere ſuos in fines coegerunt. Impetrata victoria, *Montium* obſidio a. d. 7. Kalendas *Octobres*

Obſidio & expugnatio Montium.

felicibus cœpit auſpiciis, & redacta in poteſtatem urbe a. d. 10. Kalendas *Novembris*, finita.

Mercius victus.

In *Germania* hoc anno *Hannoveranus* Elector *Mercium* Comitem miſit, qui trajecto *Rheno*, hoſtilem agrum cum aliquot legionibus ſub finem *Auguſti* ingreſſus, terrore ſui omnia iſtic implevit. Sed mox a *Gallis*, vel duplo pluribus, ductu Comitis *Bourgii*, victus receſſit. At in *Hiſpania* amiſſa qui-

Alicanta amiſſa.

Starenbergius Arragoniam invadit.

dem eſt poſt diuturnam obſidionem *Alona*, quam nunc *Alicantam* dicimus. *Starenbergius* tamen vel ſic invadendæ *Arragoniæ* conſilium cepit; itaque ſubito *Sicorim* tranſiit, & *Balaguerium* cum duabus, quæ præſidio erant, legionibus intercepit. Nec potuit inde poſtea depelli, licet ad nuntium geſtæ rei accurrerit ipſe *Philippus*. Is tamen damnum hoc penſavit ea victoria, quam de *Luſitanis* retulit, ſed cujus nullum percepit fructum, niſi quod partem aliquam *Luſitanici* agri populationibus ſuis infeſtam habuerint *Hiſpani*.

Res Poloniæ.

Supereſt, ut de rebus in Septentrione geſtis, quæ ſane ſunt maximæ, etiam aliquid dicamus. Scilicet

quo

A. 1700. Chriſti ad 1709. quo pacto inter *Auguſtum* II. & *Carolum* XII. poſt irruptionem hujus in *Saxoniam* pax fuerit facta; iſteque *Polonico* regno decedere debuerit, jam antea vidimus. Ceterum reditus *Svecorum* in *Poloniam* dilatus eſt in adultam uſque æſtatem anni 1707. quando tandem poſt annuam ferme manſionem *Poloniam* repetiverunt. In ea civilibus motibus finem non fecerat *Auguſti* abdicatio. Reſpuebant plerique datum ſibi a *Suecis* Regem *Stanislaum*; quin *Auguſtum* ad regnum revocabant. Sed *Sueciæ* Rex, relictis *Polonis*, in *Moſcos* ibat. Hi vero confligere nondum audentes, vaſtatis prius omnibus, retro ſemper recedebant, & iſta tergiverſatione ſua inſtructiſſimum illius exercitum imminuere & conſumera ſtudebant. Superavit tamen utcumque has difficultates *Carolus* XII. *Moſcos*que perpetuo ſequebatur prœlium detrectantes, donec tandem pridie Eidus *Sextiles* anni 1708. haud procul *Mobilova*, *Pugna ad Mobilovam.* urbe ad *Boriſthenem*, concurſum aſt acerrima pugna, ſed de cujus exitu diverſiſſimæ ſunt partium utrarumque narrationes. Aliud accidis dein a. d. 4. Eidus *Septembris* in *Lithuania* prœlium, ſed & de eo diverſiſſima referunt, utraque gente victoriam ſibi vindicante. Certior eſt, & ſimul graviſſima, ea clades, quam *Suecis Moſci* haud ita diu poſt intulerunt. Properabat ad Regem ſuum cum aliquot militum millibus & magna annonæ copia *Lævenhauptius*. Hanc ut impediret conjunctionem, ipſe *Moſcorum* Monarcha contra ducem iſtum profectus eſt, & a. d. 7. Eidus *Octobris* cum eo conflixis tam feliciter, *Lævenhauptius victus.* ut cæſo fere univerſo ejus exercitu, ipſe dux cum paucis equitum legionibus ad Regem ſuum ægre evaſerit. Iſta clades *Suecorum* res in extremas fere redegit anguſtias, ex quibus tamen ſe fortiſſimus Rex ad tempus utcumque explicuit. Perrupit *Rex Sveciæ perrumpit in Ukranam.* tandem cum exercitu in *Roxolanorum* regionem, quam nunc *Ukranam* vocant, & ſub *Moſcorum* clientela incolunt *Coſacci*. Hos ipſos fere in partes ſuas pertraxiſſet, & ſi res ex voto ſucceſſiſſet, mirifice omnino rebus ſuis conſuluiſſet. Verum, detecta re, fruſtra fuit, & in majores identidem incidit difficultates, præſertim cum *Moſci*, qui jam fortes eſſe ſollerti cura Monarchæ ſui & ipſo belli uſu didicerant, levioribus ex prœliis plerumque victores diſcederent. Decrevit tunc *Carolus* XII. *Poltavam* urbem ſubigere, eamque omnibus viribus aggreſſus eſt. Sed dedit ea res occaſionem acerrimo prœlio, quo *Moſci*, ductu ipſius Principis ſui cum *Svecis* a. d. 8. Eidus *Quinctilis* anni 1709. decernentes, ingenti eos clade proſtraverunt, reliquis *Prœlium ad Poltavam.* præcipiti ſe fuga proripere tentantibus. Sed perſequens hoſtes *Menzikovius*, eos ſub duce *Lovenhauptio* ad *Boryſthenem* deprehendit, & victricibus armis ſeſe permittere coegit. Ita univerſus *Suecorum* exercitus vel cæſus eſt, vel in poteſtatem victoris redactus. Ipſe Rex eorum *Carolus*, tranato cum paucis equitibus *Boryſthene*, in extremas *Tartariæ* oras elapſus, *Turcarum* ſe crediſſe fidei fertur. Ceterum clades hæc labantes jam *Stanislai* in *Polonia* opes penitus afflixit, pleriſque Procerum ad contrarias partes jam deſciſcentibus. Sed & *Auguſtus* continuis *Polonorum* precibus repetitus, ceſſit tandem eorum voluntati, & ad ipſos rediit, reſumſurus coronam, quam iniqua pace coactus alteri antea ceſſerat. At *Stanislaus* cum *Craſſavio*, qui *Auguſtus in Poloniam redit.* *Suecicis* in *Polonia* copiis præfuit, in *Pomeraniam* receſſit, atque ita cum *Suecis* ſimul vacuum communibus inimicis regnum reliquit.

Hungaria eodem in ſtatu perſtat, dum æquo fere *Marte* bellum iſthic continuatur. Actum equidem ſæpiſſime de concordia & pace reſtituenda, ſed ea hactenus reduci non potuit, irritæque fuerunt omnes de ea deliberationes. Nec armis etiam domari difficillimo hoc tempore potuit: nam licet *A. 1710. Chriſti ad 1719.* ſæpe a *Cæſarianis* fuſi dicantur *Hungari*, tuentur tamen ſe, & in gerendo acriter bello adhuc perſeverant. *Rex Hungarica.*

CAPUT VII.

Quæ, variis in locis, ab anno 1710. ad 1719. memoria digna, contigerunt.

HOc anno 1710. de pace, inter Galliæ Hiſpaniæque Reges & Fœderatos, agi cœpit, habito, in hunc finem, apud Gertruydenbergam in Hollandia, Legatorum congreſſu, qui tamen ſucceſſu caruit; Itaque continuatum eſt bellum vario ſucceſſu. In Belgica, (1) Duacum a Fœderatis expugnatum eſt, *1. Doway.* tum Bethunia (2) aliaque minoris momenti oppida quædam capta ſunt. *2. Bethun.* In Hiſpania Auguſto menſe, Starembergius illuſtrem ad (3) Cæſaraugustam victoriam reportavit, *3. Sarragoſſe.* ex qua maxima regni parte potitus eſt, Philippo verſus Pyrenæos pulſo: at 5. id. Decemb. capto ad Brihuegam Stanhopio, cum Anglis ſuis, die ſequenti Starembergius ad Villavicioſam a Philippi V. copiis fuſus eſt; ſicque Philippi fere perditæ res brevi ſunt reſtitutæ. In ſeptentrione Moſchi Suecorum regis abſentia utentes Rigam obſident & expugnant.

Anno ſequenti a Noaillio, Gallici exercitus Duce expugnata eſt in Catalaunia [4] Gerunda & a Fœderatis in Belgio [5] Bochanium. *1711. 4. Girone. 5. Bouchain.* At præcipue duorum Principum funeribus illuſtris fuit hic annus. Ludovici nimirum Delphini, Ludovici XIV. filii unici, & Joſephi I. Imperatoris, qui ambo, menſe Aprili e vita migrarunt. *Joſepho* ſub anni finem ſucceſſor in Comitiis Electoralibus *Francofurti* datus eſt *Carolus* Frater hujus nominis VI.

Interea *Britanniæ* Regina, mutatis præcipuis eorum qui interius ejus conſilium hucuſque compoſuerant, & pro *Marlburgio*, Duci *Ormondio*, dato exercitus in *Belgio* ductu, apertiore pacis conſilia cum *Galliarum* Rege agitare cœpit. Indicitur itaque initio anni 1712. [6] *Ultrajecti* legatorum ad hoc conventus, *1712. 6. Utrecht.* nondum tamen interruptis belli expeditionibus ad Julium uſque menſem. Ideo ſub Martii finem (7) *Sluſa* a *Gallis* vi capitur, *7. l'Ecluſe.* & ineunte Julio, *Eugenius* (8) *Quercetum* in (9) *Hannonia* expugnat, *8. Le Queſnoy. 9. Lehaunaut.* & [10] *Landrecium* obſidione cingit. At dum in obſidione illa verſatur *Ormondo* cum *Anglorum* exercitu reliquas *Fœderatorum* copias deſerente illas *10 Landrecy.* ad (11) *Denaniam* non procul *Bochanio* in *Hannonia* fundit *Villarſius* a. d. IX. Cal. Auguſti: *11. Denain.* Quam victoriam ſecuta eſt [12] *Fans S. Amandi*, & [13] *Marchiana* a Gallis expugnatio *12. St. Amand.* tum *Landreciana* obſidionis ſolutio; *13. Marchiennes.* Paulloque poſt *Duacum*, *Quercetum*, & *Bochanium*, victricibus *Gallorum* armis ceſſere.

Mortuus erat initio anni, medio ſcil. Februario menſe *Ludovicus* Delphinus, *Ludovici XIV.* Nepos, *Maria Adelaida Sabaudia* illius uxore paucis ante diebus ſimiliter fato functa, & initio Martii ſequentis ejuſdem filius *Britanniæ* ſeu *Armoricæ* dux dictus obiit.

Sveci duce *Stenbokio* egregiam de *Danis* & *Saxonibus* victoriam apud *Gadebuſch* oppidum reportant die 20. Decemb.

Helvetiæ quoque turbata fuerat pax, hujus anni initio occaſione incolarum (14) *Toggenburgii*, qui a *14. Toggenburg.* Principe ſuo *Sangallenſi* Abbate, ſe opprimi querentes ad *Helvetios* Calviniſtas confugerant: Catholicis contra Abbatis partes ſuſcipientibus. At quum Calviniſtæ de hoſtibus victoriam ad *Vilmergam* reportaſſent, brevi reſarcita eſt inter illos pax, ineunte ſcilicet Auguſto menſe.

Anno ſequenti pax etiam *Ultrajecti* inita eſt in- *1713.*

ter

Digitized by Google

A. 1710. Chriſti ad 1719. ter *Gallos* & *Britanniæ* Reginam, *Luſitaniæ*, *Boruſ-
ſiæque* Reges & *Sabaudiæ* ducem Idib. April. Qui-
bus ſequeoti die ſeſe adjunxerunt & paci ſubſcrip-
ſerunt *Fœderati Belgii* ordines.

Poſtea Idib. Jul. inter *Philippum* V. *Hiſpaniæ* Re-
gem & *Anglos*, *Sabaudumque* pax etiam compoſita
eſt. Tuncque *Sabaudo* conceſſa eſt *Sicilia* Inſula;
Ex eoque tempore *Siciliæ* Regis titulum ſumpſit.

Bello tamen inter *Cæſarem* & *Galliæ* Regem per-
1. Landau. ſeverante a *Gallis* expugnatur *Landavia*, (1) tum
2. Friburgum. [2] *Friburgum Briſgojæ*. Tandem inter eos etiam
pax inita eſt XVII. Cal. April. anni 1714. apud
Caſtellum *Raſtad*, quæ deinde Sept. menſe ſollemnius
3. Briſgau. Badenen. Suiſſe. ad *Thermas* (3) ſuperiores in *Helvetia* ſancita eſt.

Multi autem Principes duobus his annis obie-
runt. *Fridericus* I. *Boruſſiæ* Rex a. d. V. Kal. Mar-
tias anni 1713. mortuus erat, relicto filio & re-
gni herede *Friderico Gulielmo*. Anno 1714. XVI.
Kal. Mart. vitam deſeruit *Maria Ludovica Gabri-
ella Sabaudiæ*, uxor *Philippi* V. *Hiſpaniarum* regis,
qui eodem anno menſe Octobri *Elizabetham Far-
neſiam Parmenſis* Ducis filiam duxit. Menſe Majo
mortuus eſt *Carolus* Dux *Biturigum* Ludovici XIV.
nepos. Tandem IV. Id. Auguſti diem clauſit *Anna*,
Magnæ Britanniæ Regina. Et *Georgius* Dux *Brunſvvi-
cenſis Hannoveranus* Elector Rex ſtatim proclamatus
brevique adveniens coronatus eſt.

Interea e *Turcica* ditione io quam poſt infelix
ad *Paltavvam* prœlium confugerat & in qua ad 6.
uſque annum remanſerat, poſt varios exantlatos la-
bores in propriam ditionem rediit *Carolus* XII. *Sve-
corum* Rex & 10. Kal. Decemb. anni hujus 1714.
Stralſundam appulit, nec tamen belli finem hinc
videre potuit: in eum enim cum ceteris hoſtibus
hoc anno arma movit *Boruſſus*, & junctis eum *Da-
no* copiis *Stralſundam* occupavit, & paullo poſt
provinciis omnibus quas in *Germaniæ* continenti oc-
cupabant pulſi ſunt *Sveci*.

Mortuus eſt hoc anno Kal. Septembr. *Ludovicus*
XIV. *Galliarum* rex anno Ætat. 77. Regni 73. quo
longius non habet *Francorum* Hiſtoria. Succeſſit il-
li *Ludovicus* XV. pronepos annum agens ætatis ſex-
tum, ſub *Philippi Aurelianenſis* tutela.

At dum firmaodo novo regimini tum io *Britan-
nia* tum in *Gallia* intenti ſunt novi Principes &
alibi conſtituendæ aut confirmandæ paci in Europa
incumbitur; novum *Turcas* inter & *Venetos* ob ve-
1716. teres tum de *Peloponneſo* tum de navigatione rixas
oritur bellum, quod fruſtra componere conatus *Cæ-
ſar*, tandem pro *Venetis* adverſus *Turcas* bellum ſu-
ſcipere coactus fuit, quod feliciſſime per biennium
aut circiter geſſit, reportata duplici illuſtri victo-
ria & expugnatis poſt primam quidem anno 1716.
Temeſvaria & anno ſequenti poſt alteram *Belgra-
1717. do*. Hoc etiam anno 1717. novum aut ſaltem quaſi
ſopitum bellum acriter in Italiæ maritimis actum
eſt *Hiſpaniæ* rege *Philippo* V. qui ingentem claſſem
conſtruxerat, Inſulas *Sardiniam* & *Siciliam* invaden-
te, qua occaſione novum etiam inter *Cæſarem*, *Gal-
los*, *Anglos*, *Batavoſque* initum eſt fœdus ad pacem
Italiæ firmandam. In illud fœdus poſtea pulſus *Si-
cilia Sabaudus* ingreſſus eſt copiaſque cum Cæſaria-
nis in ea inſula conjunxit. *Anglus* quoque quum
Hiſpanum ad pacem trahere non potuiſſet, claſſem
in mare mediterraneum miſit, quæ Hiſpanæ circa
Siciliam occurrens illi ingentem intulit cladem.

1718. Dum hoc inter Chriſtianos ardet bellum pax *Cæ-
ſarem Venetoſque* inter & *Turcas* inita eſt in oppi-
do *Paſſarovvitza*, eaque non tantum arces *Temeſ-
varia* & *Belgradum*, ſed etiam provinciarum vici-
narum maximi tractus *Cæſari* ceſſere.

In Septentrione cum expeditionem in *Norvegiam*
ſuſcepiſſet *Svecorum* rex, apud *Friderickshallum*, quod
obſidebat, ſclopeti ex arce exploſi globo interfectus A. 1719. Chriſti ad 1733.
eſt 3. Id. Decemb. Illique in regno ſucceſſit ſoror
Ulrica Eleonora Principis Hereditarii *Haſſo-Caſſella-
nus* uxor. Hæc interim duo acerrima inter Princi-
pes in Europa geruntur bella, primum in Septen-
trione inter *Svecos* & Fœderatos eorum hoſtes, alterum
autem ad Meridiem de *Sicilia* in primis poſſeſſione.

CAPUT VIII.

Res præcipuas complectitur, quæ ab anno 1719. ad 1733. tum in Europa, *tum apud* exteras Natiooes *acci-
derunt*.

CAtholicam adhuc regebat Eccleſiam *Clemens XI.* Clemens XI.
vir & prudentia & doctrina conſpicuus, a Deo
præcipue electus, ut difficillimis temporibus Chri-
ſtianæ Reipublicæ conſuleret. Hanc ille ſapientiſſi-
mis editis Conſtitutionibus ab adverſariorum jacu-
lis communivit, verbo illuſtravit, ornavit exemplo.
Rem litterariam omoi tempore fovit, & auxit, vi-
roſque eruditos mirifico amore complexus honori-
bus ac beneficiis eſt proſecutus. Græce ipſe & la-
tine doctus, Romano Pontifice digna eloquentia præ-
ditus, Homiliis, Orationibus, ad Principes datis epi-
ſtolis toto Chriſtiano Orbi illuxit. Maximis demum
pro Eccleſia exantlatis laboribus diem obiit XIV.
Cal. Aprilis anoo 1721. annos circiter ſeptuaginta
natus, poſt annos 20. menſes 3. & dies 24. quam
ad Pontificiam dignitatem evectus fuerat. Poſt duos
fere menſes *Michael Angelus* Cardinalis *de Comitibus*
ex veteri & illuſtri *Signiæ* Comitum familia ei ſub-
lectus eſt, *Innocentius XIII.* vocatus. Seraphicæ fa- Innocentius XIII.
miliæ generalia Comitia quinque pæne luſtris inter-
miſſa in Urbe haberi juſſit, quæ ipſo præſente ab-
ſoluta ſunt. Feſtum SS. Nominis Jeſu ab univerſa
Eccleſia perpetuo celebrari conſtituit. Solitum pro
utraque *Siciliæ Catholicorum* Regum tributum primus
Caroli III. oomine anno 1723. accipit. *Julium* Car-
dinalem *Alberonium* utriuſque fortunæ vices perpeſ-
ſum ab criminibus ipſi objectis innocentem decla-
ravit. Cum vero annos duos, menſes 9. dies 28.
Pontificatum geſſiſſet, dignus cui plures publico Ec-
cleſiæ bono dies adderentur, ex hac vita migravit
die 7. Martii anni 1724. Hoc regnante, anno vi-
delicet 1723. *Chriſtianus Ulricus* e Ducibus *VVirtem-
bergenſibus* Lutheranam hæreſim publice ejuravit: e
contra apud *Sinas* novi Imperatoris edicto Chriſtia-
næ Religionis exercitium prohibitum fuit. Poſt *In-
nocentium Benedictus XIII. Vincentius Maria Urſinus* Benedictus XIII.
antea dictus, Archiepiſcopus *Beneventanus*, Ordinis
Prædicatorum, in Petri ſede concordibus ſuffragiis
IV. Calend. Junii collocatus eſt, poſt menſes ſcili-
cet fere tres. Eodem anno *Comaclum* a Cæſare re-
cepit. Inſequenti vero ingenti totius Orbis lætitia
Jubilæum ordinarium decimum ſextum celebravit,
ac diſciplinam Eccleſiaſticam *Romæ* coacto Concilio
in multis reſtituit, ac illuſtravit. *Beneventum*, cu-
jus urbis Eccleſiam per adjutorem rexit, bis ſe con-
tulit, ſemel anno 1727. iterum 1729. Lateranen-
ſem Baſilicam, nova molitione reſtitutam, anno 1726.
IV. Cal. Majas ritu ſollemni dedicat; eodemque an-
no *Viterbii Clementem Auguſtum Bavarum Coloniæ* E-
piſcopum conſecrat. Plures Dei ſervos io Sancto-
rum album retulit. Epiſcopi munia per ſe jugiter
exercuit, univerſalem Eccleſiam ſaluberrimis decre-
tis, ſanctiſque exemplis inſtauravit. Deceſſit inte-
gerrimus, & innocentiſſimus Pontifex IX. Cal. Mar-
tii anno 1730. cum annos quinque, menſes 8. dies
23. regnaſſet. Hoc ipſo anno IV. Idus Julii *Cle-* Clem. XII.
mens XII. Laurentius Corſinus antea dictus in *Bene-
dicti XIII.* locum eſt ſuffectus. Cardinalium Con-
gregationem *ſuper nonnullis* vocatam inſtituit, quæ
vide-

Google

videlicet quæcumque fuerint ſub *Benedicto* minus recte adminiſtrata examinaret, ab eaque jam nonnulli juſta pœna ſunt multati: privilegia quoque *Sabaudo* Duci ſub *Benedicto* conceſſa ad examen revocavit.

Siciliæ bellum.

Bellum quod in *Sicilia* anno 1717. ſuſceptum fuerat, hoc intervallo eſt confectum, *Meſſana* ejuſque arx intra eumdem fere annum bis eſt capta, primo ab *Hiſpanis*, deinde a *Cæſareis*. Toto demum Regno cedere coactis *Hiſpanis*, *Sicilia Cæſarei* anno 1720. potiuntur. Ad hoc uſque tempus ab anno 1712. eam *Sabaudus* tenuerat, cui poſtea *Cæſar Sardiniam* attribuit, hujuſque Rex a *Pontifice Sabaudus* anno 1727. ſalutatur.

Magnus Etruriæ Dux.

Moritur anno 1723. *Coſmus III.* Magnus *Etruriæ* Dux, regiis omnibus, Chriſtianiſque virtutibus mirifice ornatus, cujus prudentia a communi bellorum incendio ea Provincia ſervata eſt. *Coſmi* filius *Gaſto* hujus nominis primus regiminis habenas ſumpſit, qui magno Italiæ mærore ſobole carens *Medicæorum* familiam finit.

Parmæ Dux.

Franciſco Parmenſi Duci a die 26. Februarii anni 1727. ſine virili prole e viris ſublato *Antonius* frater ſucceſſit. *Henrichettam Mutinenſis* filiam inſequenti anno uxorem duxit, nulliſque ex ea acceptis liberis X. Cal. Martii anni 1731. diem obiit. Octavus is fuit *Parmæ* Dux, ac poſtremus *Farneſianæ* familiæ ſuam ducentis originem a *Petro Aloyſio*, cui Romanus *Pontifex Parmæ*, *Placentiæ* & *Caſtri* Ducatus anno 1545. attribuerat. *Parmam* interim *Cæſarei* occupant. *Caroli Borbonii* nomine, *Philippi V.* *Hiſpaniarum* Regis ex *Eliſabetha Farneſia* filii. Eodem labente anno 1731. *Italiam* hic appulit, ac *Florentiæ* nunc degit *Parmam* brevi profecturus, ut ejuſdem ac ſubjectæ ditionis regimen accipiat.

Caroli Borbonii in Italiam adventus.

Sabaudiæ Dux.

Anno labente 1730. *Victorius Amedeus Sabaudiæ* Dux regimen ceſſit filio *Carolo Emanueli II.* cui paullo poſt ſubjectæ urbes, ac provinciæ fidei ſacramentum jurarunt. Multum profecto *Victorio* debet *Pedemontana* provincia; eam ſiquidem hoſtium armis ereptam tranquilla pace donavit, prudentiſſime rexit, potentia auxit, ampliſſimis ædificiis illuſtravit, ac communivit. Plurimum vero illi debet Ducum Sedes *Taurinum*, quam ille urbem mirifice amplificavit, ornavitque, ac inſigni Scientiarum inſtituta Academia ſummopere decoravit, effecitque, ut qui *Taurinum Italiam* viſuri ingrediuntur, magnam jam hinc hujus regionis opinionem animo ſuſcipiant. Verum, ut hominum eſt conditio, propoſiti ſui, ac privatæ vitæ pertæſus, anno 1731. Septembri menſe regimen filio eripere, iterumque repetere conatus eſt: quod ubi ille agnovit, hac ſpe patrem fruſtravit, ac, ut ſibi & publicæ quieti conſuleret, in honeſtam cuſtodiam miſit.

Carolus VI.

Germania Caroli VI. favore, qui Imperii habenas feliciter moderatur, pace, potentia, opibus gaudet; heic ſiquidem ſapientiſſimi in primis Cæſaris prudentia Academiæ florent, artes augentur, negotiatio dilatatur. *Bohemiæ* Rex *Carolus* anno 1723. una cum Auguſtiſſima conjuge eſt coronatus, inſequenti *Comaclum Pontifici* reſtituit, atque anno 1725. pacem cum *Hiſpano* ſancit. Hoc eodem anno regnorum *Hungariæ* ac *Bohemiæ*, totiuſque hæreditariæ ditionis ſucceſſio Archiduci *Mariæ Thereſiæ* primogenitæ ab ipſo decreta eſt. Triennio poſt *Tergeſte* ſe contulit, quo *Andreas Cornelius*, & *Petrus Capellus* extraordinarii Oratores a *Veneta* Republica ad ipſum miſſi ſunt. Utinam Imperatori, quem virtus ac fortuna tot regnis & opibus auxit, virilis quoque ſtirpis hæredem (quod commune totius *Europæ* votum eſt) Deus maximus donet.

Tergeſte ſe confert.

Anno 1722. *Gallia* tota, cum eaque totus Chriſtianus Orbis mirifica exultavit lætitia, cum *Ludovicus XV. Rhemis* die 25. Octobris Rex ſollemniter eſt conſecratus. Sub *Philippi Aurelianenſis* Ducis tutela ſeptennio is vixit, quo regnum adminiſtrante domeſticis bellis *Gallia* caruit, externa compoſuit. *Mariam Lezienski Stanislai Poloniæ* electi Regis filiam die 5. Septembris 1725. uxorem duxit, ab eaque poſtea muliebri ac virili prole eſt auctus. Hoc regnante poſt integrum ferme ſæculum Provinciale Concilium *Gallia* iterum conſpexit. Coactum id fuit *Ebroduni* anno 1727. adverſus *Senecenſem* Epiſcopum *Queſnellianæ* doctrinæ propugnatorem. Huc ille vocatus, ſuiſque in erroribus pertinax a Patribus, quibus ipſe *Ebrodunenſis* Archiepiſcopus præſidebat, ab omni officio & juriſdictione rite ſuſpenſus eſt, ejuſque errores damnati ſunt. Hujus deinde Concilii Acta ab *Apoſtolica* Sede approbata fuere.

Ludovicus XV. Rex conſecratur.

Uxorem duxit.

Ebrodunenſe Concilium.

Philippus V.

In *Hiſpania Philippus V.* rebus ſuis jamdudum feliciter reſtitutis, virili prole tum ex prima uxore *Ludovica Gabriella Sabauda*, tum ex ſecunda *Eliſabetha Farneſia* ſuſcepta, populorum amore ſibi parto, terrenarum rerum pertæſus regno ſe abdicat die 14. Januarii anni 1724. ac primogenitum ſuum *Philippum Ludovicum* Regem inſtituit. Verum præclariſſimæ indolis, atque inſtitutionis Princeps ſeptimo vix dum exacto regni ſui menſe, magno totius Hiſpaniæ mœrore diem obit, nemine ex *Ludovica Eliſabetha Aurelianenſi* uxore relicto libero. Hæc paullo poſt *Galliam* repetit, ac *Philippus* regni habenas reſumit, moxque *Ferdinandum* primæ uxoris ſecundogenitum Monarchiæ hæredem renuntiat. Anno 1732. maximo apparatu ingentem claſſem inſtruit, quæ diu *Europæ* Principum ſuſpenſos tenuit animos incertos quo arma ferret. Tandem labente Junio *Africam* verſus ſolvit, ac mox prope *Auranum* appulit. Heic cum *Barbaris*, qui *Hiſpanis* e navibus deſcenſum prohibere conabantur, acri commiſſo prœlio *Barbari* fugati ſunt, atque adeo perterriti, ut ipſam *Aurani* arcem meliori raptim aſportata ſuppellectili defenſoribus vacuam reliquerint. Hac porro die prima Julii *Hiſpani* ingreſſi ipſa potiti ſunt, atque idoneo deinde præſidio communierunt. Claſſis protracta jam tempeſtate, ne æquoris ſe periculis temere objiciat, in *Hiſpaniam* iterum contendit. Faxit Deus, ut *Catholico* Regi quæ tam ſapienter ac ſtrenue ſuſcepit proſpere ſuccedant, ad Barbarorum conterendam ſuperbiam, ad Europæ totius ſtabiliendam ſecuritatem, ad promovendum denique Religionis incrementum.

regno ſe abdicat

regnum reſumit.

claſſem inſtruit.

quæ Auranum capit.

Conſtantinopolitanæ turbæ.

Harum cauſſa.

Ingentes anno 1731. *Conſtantinopoli* turbæ fuere, in quibus & primores illius Imperii miniſtri extincti ſunt, & ipſe Imperator *Achmetes III.* regno cedere coactus eſt. Cauſſam his turbis dedere magni *Viſiris* mora in mittendo ad fines *Perſicos* exercitu, recenſque *Ecbatanæ* jactura non ſine ingenti *Turcarum* clade. His accedebant & veteres in *Hungaria* clades, & crebræ plurimorum vexationes ad *Sultani* avaritiem explendam, ipſius denique *Viſiris* barbaræ nationi inviſi mores. Septembri itaque prædicti anni exeunte *Conſtantinopoli* miſceri ac turbari omnia, ubique tumultus ac cædes, & inſanientis populi ſine lege excurrens furor. Ad hos componendos motus *Viſires* & *Sultanus* accurrerunt; at ſero nimis, immodice quippe jam excreverant. Ad *Imperatoris palatium*, quo ſe cum ſuis Miniſtris hic receperat, die poſtrema Septembris *Jannizeri* contenderunt, ibique *Viſirem* in primis alioſque Miniſtros ſibi tradi poſtularunt. Exhorruit *Imperator* rem ad extremum jam deductam, cariſſimoſque Miniſtros a ſe avelli doluit; dura tamen neceſſitate aſtrictus inſequenti die *Viſirem* duoſque primores ſtrangulari juſſit, eorumque cadavera rebellibus tradi. Ipſe hortatus eſt ut ad ſedandas turbas, publicæque quieti conſulendum, fratris filio *Mahmudi* imperium cederet;

Viſiris mors.

Achmetes III. deponitur. Mahmudes eligitur.

ret; quod & fecit in eodem carcere, ubi ille cuſtoditus fuerat, relictus. Ita *Mahmudes* poſt 28. annos, quibus *Achmetes* regnavit, *Ottomani* imperii habenas ſumpſit. Fuit *Achmetes Turcarum* Imperatorum humaniſſimus, ac clementiſſimus, barbaramque nationem urbanis moribus imbuere ſtuduit. Nec Imperatori abſimilis *Ibrahimus Viſires* in id ſedulo incubuit, cujus rei illud in primis inſigne extat argumentum, quod nobiliſſimam typographiæ artem *Conſtantinopolim* primus invexerit. Hi tamen mores ultimam illis apud barbaram gentem perniciem pepererunt; tum immodica in *Achmete* divitiarum cupido, ac ipſius in deliberando ſegnities. Non ſtatim poſt *Mahmudis* electionem *Conſtantinopoli* turbæ conquierunt; ſed non una vice tumultus repetitus, nec ſine plurimorum ſanguine tandem quievit. In *Perſas* bellum renovatum eſt maxima ſane Dei providentia, qui tam immanis hoſtis alio a Chriſtiano Orbe arma diſtraxit.

Typographia Constantinopolim invecta.

Bellum Perſicum.

F I N I S.

STEM-

STEMMATA
ALIQUOT ILLUSTRIUM
FAMILIARUM
CUM VETERIS TUM RECENTIORIS
HISTORIÆ;

Ex hoc Petavii Rationario potiſſimum, ad faciliorem ejus intellectum; collecta.

- Deucalion, Promethei Filius, Japeti Nepos. p.8.
  - Hellen. p.8.
    - Eolus. p. 8. cujus ex Enarete Deimachi filia.
      - Filiæ quinque Canache, Alcyone, Piſidice, Calyce, Perimede. Filii Septem: Critheus, ex quo, & Tyrone, Salmonei filia, nati. p. 8. & 12.
        - Æſon. p. 8. & 12.
          - Jaſon. p.8. & 12.
            - Theſſalus, a quo Theſſalia dicta. p. 9.
        - Amythaon p. 8.
          - Melampus. p. 8. Bias. p. 8.
            - Antiphates. p. 8.
              - Oicles vel Iocles. p. 8.
                - Amphiaraus. p. 8.
                  - Amphilocus & Alcmæon. p. 8.
              - Amphalces. p. 8.
            - Manto *ibid.*
            - Bias. *ibid.*
            - Pronoe. *ibid.*
            - Talaus. p. 8.
              - Adraſtus. p. 8.
                - Deipyle, Tydei uxor.
                - Argia, Polynici nupta. p. 13. & 15.
              - Parthenopæus. p. 8.
              - Eriphyle, Amphiarai uxor. p. 8.
        - Pheres p. 8.
          - Admetus p. 8.
          - Lycurgus. *ibid.*
            - Opheltes, qui & Archemorus. p. 8.
        - Siſyphus, qui Corinthum condidit. p. 8.
          - Glaucus. p. 8.
            - Bellerophon. p. 8.
        - Athamas p. 8. 12.
          - Phryxus & Helle ex Nephele. p. 8.
          - Learchus & Melicertus, ex Ino, Cadmi filia. p. 8.
        - Chalcus ap. Plin. VII. 56.
        - Salmoneus. p. 8.
          - Tyro, filia ex qua & Neptuno geniti p. 8.
            - Pelias. p. 8.
              - Acaſtus & Alceſtis, filia, Admeti uxor. p. 8.
            - Neleus. p. 8.
              - Neſtor & Pero Biantis, uxor. p. 8.
                - Periclymenus. p. 14.
                  - Penthilus. p. 14.
                    - Borus. p. 14.
                      - Andropompus. p. 14.
                        - Melanthus, ab Heraclidis Elide pulſus, & in locum Thymœtis Rex Athenienſis factus. p. 14. 15.
                          - Codrus, ultimus Rex Athenienſium. p. 15.
                            - Medon primus Archon Athenis. p. 15.
                            - Neleus & Androcles, Ionum, in Aſiam migrantium, Duces. p. 15.
                - Antilochus.
        - Dejon. p. 8.
          - Cephalus & alii. p. 8.
        - Magnes. p. 8.
          - Polydectes & Dictys. p. 8.
        - Perieres. p. 8. **
        - Mimas, quem Diodorus Siculus addit. p. 8.
          - Hippotas. p. 9.
            - Eolus. p. 9.
              - Arne, filia, quæ ex Neptuno peperit. p. 9.
                - Eolum & Bœotum, a quo Bœotii dicti. p. 8.
    - Dorus de cujus progenie nihil memorabile ſcriptis proditum. p. 8.
    - Xuthus p. 8.
      - Achæus. p. 8.
      - Jon. p. 8.
  - Amphictyon. p. 8.

- ** Perieres. p. 8. Hunc, teſte Apollodoro l. 9. 5. & III. 10. 3. alii tradunt Cynortæ filium fuiſſe, Nepotem Amyclæ, Pronepotem Lacedæmonis, cujus mater fuit Taygete Atlantis filia, ab Jove compreſſa.
  - Aphareus. p. 8.
    - Idas & Lynceus, mortalium perſpicaciſſimus.
  - Leucippus. p. 8.
    - Arſinoe, quæ ex Apolline peperit
      - Æſculapium.
        - Podalirius & Machaon, celebres in bello ad Trojam medici.
  - Tyndareus. p. 8.
    - Caſtor & Pollux. p. 12.
    - Helene, Menelai uxor, a Paride rapta. p. 13.
    - Clytemneſtra, Agamemnonis uxor. p. 13.
  - Icarius. p. 8.
    - Penelope, Ulyſſis Uxor.

MONITUM

Paginæ in hiſce tabulis citatæ pertinent ad partem primam Rationarii.

Digitized by Google

- Epaphos, Rex Ægypti, Inachi vel Iaſi ex filia Ione & Jove Nepos fuit. p. 5. Ejus vero ex Libya & Neptuno nepotes fuerunt. p. 9.
  - Belos. p. 9.
    - Ægyptus. p. 9. { Quinquaginta filii, a Danaidibus omnibus occiſi omnes, præter Lynceum. p. 9.
    - Danaus. p. 9. { Quinquaginta filiæ quorum Hypermneſtra ſola maritum Lynceum ſervavit, qui ex ea genuit. p. 9. { Abantem. p. 9.
      - Prœtus. p. 9.
        - Megapenthes. p. 10. < Anaxagoras.
        - Prœtides, filiæ, furore ſuo celebres.
      - Acriſius. p. 9.
        - Danae, quæ ex Jove peperit. p. 10. | Perſeum. p. 10. Ejus poſteros vide. p. *ibid.*
  - Agenor. p. 9.
    - Phœnix. p. 10.
    - Cadmus. p. 10.
      - Autonoe Ariſtæi uxor. p. 11. Mater { Actæonis, qui a Diana in cervum mutatus eſt.
      - Ino, Athamantis Æolidæ uxor. p. 11.
      - Semele, ex qua & Jove [Bacchus. p. 11.
      - Agave, Echionis uxor. p. 11. Mater. [Penthei.
      - Polydorus. filius. p. 11. { Labdacus. p. 11. { Lajus. p. 11. { Oedipus. p. 11.
        - Etheocles. p. 15. < Laodamas.
        - &
        - Polynices. p. 13. < Therſander. [Tiſamenus. { Auteſion. p. 15.
          - Theras, Dux Coloniæ Minyarum ex Laconica. p. 15.
          - Argia, Ariſtodemi Heraclidæ uxor. p. 15.
    - Cilix, a quo Cilicia dicta. p. 10.
    - Europa, filia, cujus ex Aſterio Cretenſium Rege, filii fuerunt. p. 11.
      - Minos I. [Lycaſtus. [Minos II. p. 12.
        - Androgeos, ab Ægeo occiſus. p. 12.
        - Ariadna. p. 12.
        - Phædra, Theſei uxor.
        - Creteus.
        - Glaucus.
        - Deucalion. { Idomeneus, qui Trojano bello interfuit.
        - Minotaurus & alii p. 12.
      - Radamanthus.
      - Sarpedon. de quibus. p. 12.
  - Beſtris. p. 9.

STEMMA PERSEI.

- Perſeus, Jovis, & Danaes filius, Acriſii Nepos. p. 10.
  - Perſes, quem apud Cepheum Socerum reliquit Pater. p. 10.
  - Alcæus. p. 10.
    - Amphitruo. p. 10.
      - Hercules. p. 9. & 10.
        - Hyllus. p. 9. & 14. < Cleodæus. { Ariſtomachus. p. 14.
          - Temenes vel Temenus unde Argivi Reges. p. 14. { Phalces p. 14. { Rhegnidas. p. 14.
          - Creſphontes, unde Meſſenii Reges. p. 14.
          - Ariſtodemus. p. 14. { Procles & Euryſthenes. } unde Reges Lacedæmoniorum orti. p. 14.
        - Theſſalus Vellej. l. 3. p. 12.
        - Antioch. p. 15. < Philas. p. 15. { Hippotus. p. 15. { Aletes, qui, ejectis Siſyphidis, Rex Corinthi evaſit. p. 15.
    - Anaxo, mater Alcmenæ. p. 10.
      - Iphiclus. p. 14. { Iolaus. p. 15.
  - Sthenelus, ex quo & Nicippe, Pelopis filia, natus. p. 10. { Euryſtheus, cui Hercules ſerviit. p. 10. & quem cum omni prole ſua occidit Hyllus, Herculis filius. p. 14.
  - Helas. p. 10.
  - Meſtor, cui ex Lyſidice, Pelopis filia nata eſt. p. 10. { Hippothoe, filia, quæ ex Neptuno peperit. p. 10. { Taphium unde. p. 10. { Pterelas. p. 10.
  - Electryo, qui ex Anaxone, Alcæi filia genuit. p. 10.
    - Filios novem, a Taphii filiis occiſos. p. 10.
    - Alcmenam, matrem Herculis. p. 10.
    - Licymnium nothum. p. 10.
  - Gorgophone, filia, Perieris Eolidæ uxor. p. 8. & 10.

Tanta-

STEMMA TANTALI, ET PELOPIS.

- Tantalus, Jovis filius, Phrygiæ Rex, p. 10. 13.
  - Pelops, p. 10.
    - Eurymeda vel Eurydice, Electryonis uxor. p. 11. Lyſidice, Meſtoris uxor. p. 10.
    - Nicippe, Stheneli uxor, mater Euryſthei. p. 10.
    - Atreus, Succeſſor Euryſthei. p. 10. & 14.
      - Pliſthenes, quem Apollodorus III. a. patrem facit Agamemnonis & Menelai. p. 10.
      - Agamemnon. p. 10.
        - Oreſtes. p. 13.
          - Tiſamenus. p. 14.
          - Penthilus, Æolicæ coloniæ ductor. p. 14.
        - Electra, Pyladis uxor. p. 13. 14.
        - Iphigenia.
      - Menelaus, cujus filia fuit ex Helena. p. 10.
        - Hermione, Tiſameni ex Oreſte mater. p. 15.
    - Thyeſtes. p. 10.
      - Filii, ab Atreo occiſi, & patri in epulis appoſiti. p. 10.
      - Pelopeia filia. p. 10. & genitus ex ea per ipſum patrem Ægiſthus. p. 10. & 13. Clytæmneſtræ adulter & dein maritus, unde nata
        - Erigone.
  - Niobe, Amphionis uxor. p. 11.

STEMMA TROJANUM.

- Dardanus Jovis & Electræ Atlantidis filius, cui ex Batiea, Teucri filia natus eſt. p. 13.
  - Erichthonius, cui ex Aſtyoche, Simoentis filia, natus eſt. p. 13.
    - Tros, qui ex Callirrhoe, Scamandri filia, genuit p. 13.
      - Ilum. p. 13. unde
        - Laomedon, p. 15.
          - Tithonus qui in Æthiopiam abiit, p. 15.
            - Memnon, qui Trojanis contra Græcos adfuiſſe traditur. p. 13.
          - Priamus, qui & Podarces dicitur. p. 12. 13.
            - Alexander ſeu Paris, qui Helenam rapuit. p. 12. 13.
            - Hector, fortiſſimus heros.
            - Deiphobus.
            - Helenus.
            - Aliique.
          - Heſione, Telamonis uxor. p. 12. 13.
      - Aſſaracum. p. 15. unde
        - Capys. p. 13.
          - Anchiſes, cujus ex Venere filius fuit p. 15.
            - Æneas p. 13. & ſeq.
              - Aſcanius. p. 14.
              - Poſtumus ſilvius.
      - Ganymedem, quem Jupiter, vel potius Tantalus rapuit. p. 13. & Cleopatram filiam. p. 13.

STEMMA SELEUCIDARUM.

- Seleucus Nicator. p. 35.
  - Antiochus Soter. p. 46.
    - Antiochus II. Θεὸς. p. 46.
      - Seleucus II. Callinicus p. 47.
        - Seleucus III. Ceraunus. p. 46.
        - Antiochus III. M. p. 46. 48.
          - Seleucus IV. Philopator. p. 51.
            - Demetrius Soter. p. 52.
              - Demetrius II. Nicator. p. 52.
                - Seleucus V. p. 55.
                - Antiochus VIII. Grypus. p. 55.
                  - Seleucus VI.
                  - Antiochus XI.
                  - Philippus.
                  - Demetrius III. Eucærus, de quibus. p. 57.
                - Antiochus IX. Cyzicenus. p. 55. 57.
                  - Antiochus X. Euſebes vel Pius. p. 57.
                    - Antiochus XII. Aſiaticus. p. 57.
                - Alexander Zebina ſed qui falſo id de ſe jactavit. p. 55.
              - Antiochus VII. Sidetes. p. 53.
          - Antiochus IV. Epiphanes. p. 51.
            - Antiochus V. Eupator. p. 52.
            - Alexander Bala Epiphanis ſe filium eſſe jactavit, ſed falſo. p. 52.
              - Antiochus VI. p. 53.
      - Antiochus Hierax, p. 47.
      - Filius ex Berenice, occiſus, p. 48.

TESMMA PTOLEMÆORUM.

- Ptolemæus, Lagi Filius. p. 39. & 40. ſeq.
  - Ptol. Ceraunus, Ægypto excluſus, & Rex Macedoniæ ad tempus factus. p. 40.
  - Meleager, poſt Fratrem Rex Mac.
  - Ptol. Philadelphus, qui patri ſucceſſit. p. 40.
    - Ptol. Evergetes. p. 47.
      - Ptol. Philopator p. 48.
        - Ptol. Epiphanes. p. 49. 50.
          - Ptol. Philometor. p. 51. 55.
            - Cleopatra, celeberrima mulier, variis Syriæ Regibus nupta. p. 53.
            - Filius, ab Evergete occiſus. p. 53.
            - Cleopatra, patrui poſtea uxor. p. 53. & 55.
              - Gryphina vel Tryphæna, Antiocho Grypo nupta. p. 55.
              - Ptol. Lathurus. p. 55. qui & Philometor. p. 55.
                - Ptol. Alexander II. p. 57.
                - Ptol. Alexander III.
                - Poſt quem regnavit dubiæ vel alienæ originis.
                  - Ptol. Auletes. p. 57.
                    - Ptol. Dionyſius, ultimus Ægypti Rex. p. 57.
                    - Cleopatra, celeberrima mulier, Antonii tandem uxor. p. 61. & alibi.
              - Ptol. Alexander I. p. 55.
              - Ptol. Appio, Nothus, Rex Cyrenarum. p. 55.
              - Cleopatra, primum Lathuri fratris, dein Antiochi Cyziceni uxor. p. 55.
              - Selene, Fratri Lathuro uxor a matre data. p. 55.
          - Ptol. Evergetes II. ſeu Phyſcon. p. 51. &c.
          - Cleopatra fratrum uxor p. 55.
        - Magas, a fratre occiſus. ibid.
        - Berenice itidem occiſa. ibid.
        - Arſinoe p. 48.
        - Eurydice, uxor fratris. p. 48.
    - Laodice uxor Antiochi Θεὸς. p. 47.
    - Berenice eidem poſtea nupta. p. 47.
  - Arſinoe, Lyſimachi, & dein Ceraunii fratris uxor. p. 45.
  - Arſinoe, Philadelphi Fratris uxor.

Anti-

STEMMA REGUM MACEDONIÆ.

- Antigonus I. qui ſub Alexandro M. militavit, & dein Aſiam Minorem obtinuit. p. 39. & ſeq.
  - Demetrius Poliorcetes, qui pulſis, vel occiſis Caſſandri filiis, Rex Macedoniæ evaſit. p. 40.
    - Antigonus Gonatas, qui victo Pyrro Epirota, & pulſis Gallis, Macedoniæ Regnum ſibi poſteriſque ſuis firmavit. p. 47.
      - Demetrius, Rex Macedoniæ. p. 47.
        - Philippus cujus tutor fuit Antigonus Δώσων. p. 47. ſeq. & 50.
          - Demetrius obſes pro patre Romanis datus, & dein ab eodem occiſus. p. 50.
          - Perſeus, Nothus, Rex Macedoniæ, a Romanis debellatus. p. 50.
            - Philippus. p. 54.
            - Pſeudo-Philippus, qui & Andriſcus, Perſei ſe filium jactavit, ſed a Metello Macedonico devictus eſt. p. 54.
      - Poſt quem regnavit Antigonus Δώσων, Demetrii agnatus, Vitricus & Tutor Philippi. p. 47.

STEMMA MACCABÆORUM.

- Mattathias Haſſamonæus. p. 52.
  - Judas Maccabæus. p. 52.
  - Jonathas Maccabæus. p. 52.
  - Simon Maccabæus. p. 53.
    - Johannes Hyrcanus, Ethnarcha. p. 53.
      - Ariſtobulus, primus Rex Judæorum. p. 56. 58.
      - Alexander Jannæus, ſecundus Rex Judææ. p. 56. & ſeq.
        - Hyrcanus, Pontifex Maximus. p. 58.
          - Alexandra, nupta Alexandro, patrueli ſuo. p. 62.
            - Alexander, quem etiam Joſephus memorat, ſed qui idem videtur eſſe, qui Ariſtobulus. p. 62.
            - Ariſtobulus Pontifex M. ab Herode factus, ſed poſtea occiſus ab eodem. p. 62.
            - Mariamne, Herodis uxor. p. 62.
        - Ariſtobulus, Rex Judææ. p. 58.
          - Alexander. p. 58.
          - Antigonus. p. 58. 62.
          - Duæ filiæ, cum patre Romam abductæ. p. 58.
      - Antigonus, ab Ariſtobulo occiſus. p. 56.
      - Alius, ab Alexandro occiſus. p. 56.
      - Alius privatus conſenuit. p. 56.
    - Filia, Ptolemæo nupta. p. 53.
    - Judas & Mattathias ab iſto Ptolemæo occiſi. p. 53.

STEMMA AUGUSTEUM.

- Cajus Octavius, ab C. Julio Cæſare adoptatus, & poſtea dictus C. Julius Cæſar Octavianus Auguſtus Imp. p. 60. & ſeq.
  - Julia, ex Scribonia, priore Auguſti uxore, nata: Ex ipſa vero & Vipſanio Agrippa genuit p. 61.
    - Cajus & Lucius Cæſares, ab Auguſto adoptati, ſed eo vivo mortui.
    - Agrippa Poſthumus.
    - Agrippina, uxor Germanici. p. 61. 65.
    - Julia, L. Æmilio Paulo nupta, de quibus. p. 61.
- Octavia, Auguſti Soror, Marcelli, & dein Antonii Triumviri uxor. p. 61.
  - Marcellus, cui primum nupſit Julia, Auguſti filia.
  - Marcella, Vipſanii Agrippæ uxor, priuſquam Juliam duceret.
  - Antonia Major, Domitio nupta, Neronis Imp. avia.
  - Antonia Minor, Druſi uxor, Germanici & Claudii Imp. Mater.
- Livia Auguſti uxor poſtrema, abducta ex matrimonio Tiberii Claudii Neronis, ex quo & liberos habuit. p. 60. 63.
  - Tiberium Claudium Neronem, Imp. ab Vitrico Auguſto adoptatum. p. 61. 65.
    - Druſus, apud Sueton. in Tib. c. 25.
      - Tiberius, apud Sueton. Tib. c. 54.
  - &
  - Neronem Claudium Druſum, cujus ex Antonia Minore filii fuerunt. p. 61.
    - Germanicus ab Tiberio, volente Auguſto, adoptatus. p. 65.
      - Druſus & Nero, ab Tiberio occiſi. Sueton. in Tib. c. 54.
      - C. Caligula, Imper. p. 66.
      - Agrippina, primum Domitio Ahenobarbo, dein Claudio patruo nupta. p. 66. Ex priore matrimonio natus eſt.
        - Nero Imp. a Claudio vitrico adoptatus. p. 66.
      - Druſilla a Fratre deamata.
    - Claudius Imp. p. 66.
      - Britannicus, ab Nerone occiſus. p. 67.
      - Octavia, Neronis uxor, ſed ab eo rejecta. p. 67.

STEMMA CONSTANTINI M.

- Flavius Conſtantius Chlorus Imper. p. 76. & 77.
  - Flavius Conſtantinus M. Imp. p. 76. & ſeq.
    - Criſpus, a patre occiſus. p. 78.
    - Conſtantinus.
    - Conſtantius.
    - Conſtans, Imperatores, de quibus. p. 79.
    - Eutropia, Mater Nepotiani Tyranni. p. 79.
    - Helena, uxor Juliani Imp. p. 80.
  - Flavius Julius Conſtantius. p. 79.
    - Gallus. p. 80.
    - Julianus, Imp. p. 79. 82. & Tertius Frater. p. 80.
  - Flavius Dalmatius Annibalianus. p. 79
    - Dalmatius Cæſar. p. 79.
    - Annibalianus, Rex Regum & Ponticarum gentium. p. 79.
  - Conſtantia, Licinii uxor. p. 78.

Digitized by Google

- Rudolphus I. Comes Habsburgicus & Imperator. p. 133.
  - Albertus I. Imp. poſt devictum Adolphum Naſſavium. p. 133. 136.
    - Fredericus Pulcher, Imp. deſignatus. p. 136.
    - Rudolphus Mitis, Rex Bohemiæ a patre renunciatus;
    - Leopoldus Glorioſus Dux Sueviæ.
    - Otto audax, Dux Stiriæ.
    - Albertus Sapiens ſive Contractus.
      - Albertus cum trica.
        - Albertus Patiens.
          - Albertus II. Imperat. p. 141. ſeq. & Rex Bohemiæ atque Hungariæ,
            - Ladiſlaus Poſthumus, Rex Hungariæ, p. 142.
      - Rudolphus Fundator, & Fredericus Splendidus, prole caruerunt,
      - Leopoldus Tirolenſis,
        - Fredericus Tirolenſis.
          - Sigiſmundus Simplex: ἄπαις
        - Erneſtus Ferreus, Stiriacus, p. 141.
          - Fredericus III. Imp. p. 141.
            - Maximilianus I. Imp. cujus uxor fuit Maria, Caroli Audacis, Burgundi, Filia & Heres. p. 142. ſeq. 144.
              - Philippus, cui ex Johanna Ferdinandi Catholici Filia & Herede Regnorum Hiſpanicorum, nati ſunt. p. 145.
                - Carolus V. Imp. & Rex Hiſpaniæ. p. 143. 146.
                  - Philippus II. Rex Hiſpaniæ. p. 146. 147. 149.
                    - Carolus, a Patre necatus. p. 147.
                    - Philippus III. Rex Hiſpaniæ. p. 150. 151.
                      - Philippus IV. Rex Hiſpaniæ. p. 153. 162.
                        - Carolus II. Rex Hiſpaniæ, obiit improlis. p. 162. 170.
                        - Maria Thereſia, *Ludovici* XIV. Regis Galliæ, uxor. p. 161.
                        - Margareta Thereſia: Leopoldi Imp. uxor prima. p. 161.
                        - Johannes Auſtriacus, Nothus. p. 160.
                      - Ferdinandus Cardinalis, Belgicæ Gubernator. p. 151. 155.
                      - Anna, Ludovici XIII. uxor. p. 150.
                      - Maria Anna Ferdinando II. Imp. nupta.
                    - Iſabella, Alberto Auſtriaco nupta, cui dotis nomine Belgicam attulit. p. 149. 153.
                  - Maria uxor Maximiliani II.
                  - Johannes Auſtriacus, Nothus. p. 147.
                  - Margaretha Auſtriaca, Notha, primum Alexandro, *Duci Florent.* dein Octavio Farneſio, Duci Parmenſi, nupta, unde natus eſt. p. 147.
                    - Alexander Farneſius, Belgicæ Gubernator celeberrimus. p. 148.
                - Eliſabetha Chriſtiani vel Chriſtierni II. Daniæ regis uxor.
                - Ferdinandus I. Rex Hungariæ & Imp. p. 145. 146. Maria, Ludovico, Uladislai filio, Hungariæ Regi, nupta,
                  - Maximilianus II. Imp. p. 147.
                    - Rodulphus II. Imp. p. 149. 150.
                    - Matthias, Imp. p. 150.
                    - Erneſtus Belgicæ Gubernator. p. 149.
                    - Albertus, Iſabellæ Philippi II. Filiæ, maritus. p. 149.
                    - Maximilianus.
                  - Ferdinandus Tirolenſis.
                    - Andreas, Cardinalis & Ep. Conſtant.
                    - Carolus, ἄπαις
                  - Carolus Stiriacus. p. 150.
                    - Ferdinandus II. Imp. p. 150. 154.
                      - Ferdinandus III. Imp. p. 153. 154. 161.
                        - Ferdinandus IV. Rex Rom. obiit ante patrem. p. 161.
                        - Leopoldus I. Imp. p. 161. 173.
                          - Maria Antonia Joſepha, Maximiliani Electoris Bavariæ, uxor.
                          - Joſephus, Imp. p. 167. 175.
                            - Maria Joſepha, quæ nupſit Principi Electori Saxoniæ Friderico Auguſto Fil.
                            - Maria Amalia, quæ nupſit Carolo Alberto Electori *Bavariæ*.
                          - Carolus III. Rex Hiſpaniæ p. 172. ejus nominis Imp. VI. p. 175.
                            - Maria Thereſia.
                            - Maria Anna.
                          - Maria Anna, Johannis V. Regis Luſit. uxor. p. 173.
                        - Carolus Joſephus, Epiſc. Paſſav. & Uratiſl. Ordinis Teutonici Magiſter,
                        - Maria Anna, Philippi IV. Regis Hiſp. uxor.
                        - Eleonora, primum Michaeli, Regi Poloniæ p. 162. dein Carolo Leopoldo, Duci Lotharingiæ, nupta.
                        - Maria Anna Joſepha, Johannis Guilielmi, Electoris Palatini, uxor.
                      - Leopoldus Gulielmus, Belgicæ Gubernator. p. 156.
                    - Leopoldus Tirolenſis vel Oenipontanus.
                      - Ferdinandus Carolus.
                        - Claudia Felicitas, Leopoldi Imp. ſecunda uxor.
                      - Sigiſmundus, ἄπαις.
                      - Clara Iſabella, Carolo, Duci Mantuano nupta.
                    - Maximilianus Erneſtus.
                    - Carolus Poſthumus.
                  - Johanna, ux. Franciſci, M. Duc. Hetrur.
                - Margaretha, primum Carolo VIII. Galliæ Regi, deſponſa, p. 144. dein Johanni, Ferdinandi Catholici, Regis Hiſp. Filio, & demum Philiberto II. Duci Sabaudiæ, nupta,
          - Albertus *Prodigus*, qui Academiam Friburgenſem inſtituit.
        - Guillelmus Aulicus, vel etiam, ob ambitas Hedvigis Poloniæ nuptias, Ambitioſus dictus.
        - Leopoldus Craſſus,
    - Anna, Hermanni Longi, Marchionis Brandenburgici, uxor. Aliique liberi.
  - Rudolphus Auſtriacus
    - Johannes Sueviæ Dux, qui patruum, Albertum Imp. occidit, p. 136.

- Meroveus, Rex Francorum, p. 88.
  - Childericus, Rex Francorum, p. 89.
    - Chlodoveus I. qui Chriſtianam religionem primus amplexus eſt, p. 97.
      - Theodoricus, p. 98. 102. Rex Auſtraſiæ.
        - Theodebertus, p. 102.
          - Theodebaldus, p. 102.
      - Chlodomirus, p. 98. 101.
        - Theodovaldus. Guntharius. Chlodovaldus. de quibus p. 102.
      - Chlotharius, p. 98. 102.
        - Charibertus, p. 102. 105.
        - Gunthramnus, p. 102. 105.
        - Chilpericus, p. 102. 105.
          - Chlotharius II. ex Fredegunde natus, p. 106.
            - Dagobertus, p. 108.
              - Sigebertus, Rex Auſtraſiæ, p. 110.
                - Dagobertus, p. 110.
              - Chlodoveus II. Rex Neuſtriæ, p. 110.
                - Childericus II. Rex Auſtraſiæ, p. 110.
                  - Chilpericus, p. 111.
                - Chlotharius, p. 110.
                - Theodoricus, Rex Neuſtriæ, p. 110.
                  - Chlodoveus III, p. 112.
                  - Childebertus, p. 112.
                    - Dagobertus, p. 112. Poſt hunc ſequuntur reges quidem origine, ſed nullius potentiæ, nomine tantum Reges,
                      - Chilpericus, p. 112. Theodoricus, p. 112. Childericus III. p. 112. Hunc in monaſterium detruſo ſucceſſit Pipinus Brevis, Caroli Magni Pater.
            - Charibertus, p. 108.
            - Meroveus, p. 108.
          - Theodebertus, ex Audovera natus, p. 105. Meroveus, p. 106.
        - Sigebertus, cum ea Brunechilde natus, p. 102. 105.
          - Childebertus, p. 106.
            - Theodebertus, & Theodoricus, de quibus p. 106. & 108.
              - Nothi quinque, p. 108.
              - Sigibertus, a Chlothario II. occiſus.
          - Ingundis Hermenegildi Regis Gothorum in Hiſpania, uxor, p. 106.
        - Chramnus, Nothus, a patre cum uxore & liberis ob rebellionem combuſtus, p. 102.
        - Chlodoſinda, Alboini Longobardorum Regis, uxor, p. 105.
      - Childebertus, p. 98. 101.
      - Chlotildis uxor Amalarici, Viſi-Gothorum Regis, p. 101. ſeq.
    - Audeflendis vel Audefleda, uxor Theodorici, Oſtro-Gothorum Regis, p. 97. Alboſledis, & Lanthildis, p. 97.

STEMMA CAROLI M.

- Carolus Martellus, Pipini Groſſi ex Elpaide concubina, Filius, p. 111. 112.
  - Carlomannus, Auſtraſiæ Major Domus, p. 114.
  - Pipinus Brevis, primus ſuæ gentis Rex Galliæ, p. 114.
    - Carlomannus, Neuſtriæ Rex, p. 114.
    - Carolus M. Imperator Occidentis, p. 114.
      - Carolus, qui ſine prole obiit, p. 115.
      - Pipinus Italiæ Rex, p. 115.
        - Bernardus Rex Italiæ, ab Ludovico Pio necatus p. 115. Ab hoc Palatini Bavarique Principes gentis ſuæ originem deducunt.
      - Ludovicus Pius * Imp. p. 115.
        - Lotharius, Imp. p. 115. & 116.
          - Ludovicus II. Imp. p. 116.
            - Hermingardis vel Irmingardis, Boſoni, Regi deinceps Arelatenſi, nupta, unde natus, p. 120.
              - Ludovicus, Rex Arelatenſis & Italiæ a Berengario oculis ſpoliatus, p. 120.
          - Lotharius Rex Lotharingiæ quæ ita ab ipſo dicta, p. 116.
            - Hugo, ex Valrada concubina genitus, p. 117.
            - Berta, uxor Theodebaldi Comitis Viennenſis, & ex eo mater Hugonis qui ſucceſſit Ludovico excæcato in regno Arelatenſi. Berta dein nupſit Alberto Etruriæ Marchioni, ex quo mater Irmengardis & Vidonis.
            - Giſla, Filia, Godefredo Normanno nupta, p. 118.
          - Carolus, Burgundiæ Rex ſine prole obiit, p. 116.
        - Ludovicus, Germaniæ Rex, p. 115. 116.
          - Carlomannus, Rex Bavariæ, p. 116.
            - Arnolphus, Imp. p. 117. 118.
              - Ludovicus ultimus ex gente Caroli M. Rex Germaniæ, p. 120.
                - Mathildis uxor Henrici Aucupis, Regis Germaniæ Mater, ex ſententia Vilh. Nangii, quæ refutatur, p. 127.
                  - Othonis I. & Hetvidis, quæ Hugonis Capeti Mater,
              - Sventibuldus, Dux Lotharingiæ.
          - Ludovicus Auſtraſiæ Rex, p. 116.
          - Carolus Craſſus, Alemanniæ Rex, & dein quoque Imp. p. 116. 117.
        - Pipinus, Aquitaniæ Rex, p. 115.
          - Pipinus & Carolus, Aquitania ab Carolo Calvo ſpoliati, p. 116.
        - Carolus Calvus, ex Juditha Ludovici Pii uxore ſecunda ortus, Neuſtriæ Rex, p. 115. 116. & Imp. p. 119.
          - Ludovicus Balbus, Rex Galliæ, p. 116. 117.
            - Ludovicus, & Carlomannus, Reges Galliæ, p. 116.
            - Carolus Simplex, Rex Galliæ poſt mortem Fratrum & Odonis, p. 117. 122. ſeq.
              - Ludovicus Transmarinus, Rex Galliæ, p. 122.
                - Lotharius Rex Galliæ, Imp. 123.
                  - Ludovicus, ultimus ex ſtirpe Caroli M. Galliæ Rex, p. 123.
                  - Arnulphus, Nothus, Epiſcopus Remenſis, p. 123.
                - Carolus p. 123. Dux Lotharingiæ ab Imp. Othone II. conſtitutus, p. 123.
                  - Otho, Dux Lotharingiæ, p. 123.
                  - Ludovicus, p. 123.
                  - Carolus, p. 123.
                  - Harida, filia, p. 123.
                  - Ermengarde, uxor Comitis Namurſii, vel potius Namurci, p. 123.
              - Giſla, Rolloni Normanno nupta, p. 119.
          - Juditha, Ethelredo, Angliæ Regi, nupta, dein volens a Balduino, Flandriæ poſtea Comite, rapta, p. 116.
      - Rotrudis, Conſtantino, Irenes Filio, deſponſa, p. 113.
      - Drogo, Epiſcopus Metenſis, p. 115.

* Adelheida, uxor Comitis Conradi, Fratris Judithæ & ex illo Mater Hugonis Abbatis, & Conradi, qui pater fuit Rudolphi, Regis Burgundiæ. Dein illa poſt mortem Conradi uxor fuit Roberti Fortis, & ex eo Mater Eudonis & Roberti, Regum Franciæ.

Referenda huc uxor Roberti Fortis, qui Eudonis Galliæ Regis Pater fuit

Robert-

Digitized by Google

- Robertus Fortis, ſeu Maccabæus Dux Franciæ. p. 117.
  - Otto, vel Odo, vel etiam Eudo, Comes Aurel. deinde Rex Galliæ poſt Carolum Craſſum. p. 117. 122.
  - Robertus, Dux Franciæ, poſtea Rex contra Carolum ſimplicem factus. p. 119. 122.
    - Hugo Magnus; Dux Franciæ, Comes Pariſienſis. p. 122.
      - Hugo Capetus, Dux, & deinde Rex Franciæ. p. 123. 127.
        - Robertus Sapiens, Rex. p. 127.
          - Henricus I. Rex. p. 127.
            - Philippus I. Rex. p. 127.
              - Ludovicus VI. Craſſus, Rex, natus ex Bertha, Florentii, Comitis Hollandiæ, filia. p. 127. 130.
                - Philippus mortuus ante Patrem.
                - Ludovicus VII. Junior, Rex p. 130.
                  - Philippus II. Auguſtus, Rex. p. 131. 135.
                    - Ludovicus VIII. Rex. p. 135.
                      - Ludovicus IX. Sanctus. Rex. p. 135.
                        - Philippus III. Audax, Rex p. 135. Ejus progeniem vide in hujus ſequenti.
                        - Robertus, Claromontanus Comes Borbonicæ gentis progenitus. p. 148. Poſteros ejus vide mox in Stem. Borbonio.
                      - Robertus, unde Comites Arteſiæ oriundi. Ejus pronepos eſt ille Robertus, quem Auctor ad Anglos defeciſſe ſcribit, p. 137. Hujus autem amita fuit Mathildis, cujus Auctor ibidem meminit, & cum qua Robertus de Arteſia litigavit.
                      - Alphonſus, Pictavorum Comes. p. 135.
                      - Carolus Andegavenſis, Siciliæ utriuſque Rex. p. 133. 135. Ejus poſteros vide mox in *Stem. Andegavenſi*.
                  - Margaretha, Henrici, qui filius fuit Henrici II. Regis Angliæ, uxor. p. 131.
                  - Agnes vel Anna, Alexii Comneni, Imp. Conſtantinopolitani, uxor. p. 130.
                - Henricus Epiſc. Belvacenſis.
                - Hugo.
                - Robertus, Drocenſium Comitum, & Ducum Britanniæ Minoris in Gallia Progenitor.
                - Petrus, Curtenæcenſium Progenitor. Ejus filius natu maximus fuit.
                  - Petrus Antiſſiodorenſis, ad Imperium Conſtantinop. vocatus jure uxoris Jolantæ, quæ ſoror fuit Balduini & Henrici, Imperatorum Conſtantinop. ſed cum eo iret, occiſus eſt in itinere. p. 134.
                    - Robertus Imp. Conſtantinop. ſucceſſor Patris. p. 134.
                    - Balduinus Imp. Conſtantinop. ſed a Græcis Conſtantinopoli expulſus. 134.
                    - Philippus Curtenacenſis qui Beatricem, Caroli Andegavenſis filiam, uxorem duxit. p. 134.
                - Philippus, Archidiaconus Pariſienſis.
                - Conſtantia, ux. Euſtachii Com. Bononienſis, dein Raymundi V. Com. Toloſani. vid. Mezer. pag. 150.
          - Robertus Dux Burgundiæ; primæ Familiæ hereditariorum Burgundiæ Ducum Progenitor. p. 127.
          - Hugo, Comes Veromanduorum, unde Comites Veromandui orti.
      - Otto, Dux Burgundiæ. p. 123.
      - Henricus Dux Burgundiæ poſt Fratrem. p. 123.
      - Emma, Richardi I. Ducis Normann. uxor. p. 123.
    - Emma, uxor Rudolphi, Ducis Burgundiæ, qui poſt ſocerum Rex Galliæ evaſit. p. 120.

STEMMA HUGONIS CAPETI.

- Philippus III. Audax, Rex, Ludovici S. Filius. vid. Stemma ſup.
  - Philippus IV. Pulcher, Rex. p. 135. Cujus ux. Johanna, Henrici I. Regis Navarræ, Filia & Hærede, Filii fuerunt.
    - Ludovicus X. Hutinus, Rex Galliæ & Navarræ. p. 136.
      - Johanna, uxor Philippi Ebroicenſis, qui per eam Rex Navarræ eſt factus. p. 137.
      - Johannes Poſthumus, paucos poſt dies, quam editus eſt in lucem, mortuus. p. 137.
    - Philippus V. Longus, Rex. p. 137.
    - Carolus IV Pulcher, Rex. p. 137.
    - Iſabella Eduardo II. Regi Angliæ nupta, mater Eduardi III. p. 137.
  - Carolus, Comes Valeſius. p. 135.
    - Philippus VI. Valeſius, Rex, ſucceſſor Caroli Pulchri. p. 137.
      - Johannes Bonus, Rex, p. 137.
        - Carolus V. Sapiens, Rex. p. 137.
          - Carolus VI. Rex. p. 137.
            - Iſabella, nupta Richardo II. Regi Angliæ.
            - Carolus VII. Rex. p. 137. 143.
              - Ludovicus XI. Rex. p. 143. 144.
                - Carolus VIII. Rex. p. 144.
                - Anna, Petro Borbonio nupta. p. 144.
                - Johanna, Ludovici XII. uxor, ab eo repudiata. p. 144.
            - Catharina, Henrici V. Angliæ Regis, uxor. p. 143.
          - Ludovicus, Dux Aurelianenſis. p. 136. 137.
            - Carolus Dux Aurel. p. 141. 143.
              - Ludovicus Dux Aurel. p. 144. Poſtea Rex fuit nominatus XII. p. 144. Ejus filiæ fuerunt ex Anna, Franciſci II. Ducis Britanniæ, Filia ac Hærede.
                - Claudia Franciſci I. Regis Galliæ, uxor. p. 145.
                - Renata, Duci Ferrariæ nupta. p. 145.
            - Johannes Comes Ingoliſmenſis. p. 145.
              - Carolus, Comes Ingoliſmenſis. p. 145.
                - Franciſcus I. Rex, ſucceſſor Ludovici XII. p. 145.
                  - Franciſcus, Delphinus, qui pro Patre apud Carolum V. obſes fuit cum Fratre; mortuus ante Patrem. p. 145.
                  - Henricus II. Rex. p. 146. ſeq.
                    - Franciſcus II. Rex. p. 147.
                    - Eliſabetha, Philippo II. Hiſpaniæ Regi, nupta. p. 147.
                    - Carolus IX Rex. p. 147.
                    - Henricus III. Rex Poloniæ & dein Galliæ. p. 147.
                    - Franciſcus Alenconius. p. 147. ſeq.
                    - Margaretha, uxor Henrici IV. Navarræ & dein Galliæ Regis. p. 147.
                  - Carolus, Dux Aurelianenſis.
                - Margaretha, Henrici II. Regis Navarræ, uxor.
            - Johannes, Nothus, unde Longavillani Duces orti. p. 143.
        - Ludovicus I. Dux Andegav. p. 136. 137.
          - Ludovicus II. Dux Andegav. p. 140.
            - Ludovicus III. Dux Andegav. Rex Neap. p. 140.
            - Rainerus vel Renatus, qui Fratri ſucceſſit, ſed ejectus eſt ab Alphonſo Aragonio. p. 140.
              - Johannes ex regno Neap. quod recuperatum venerat, ab Alphonſi Filio, Ferdinando, rejectus. p. 142.
              - Margaretha Henrici VI. Angliæ Regis, uxor. p. 143.
        - Philippus Audax, Dux Burgundiæ, p. 137 & ſeqq. Ejus ex Margaretha, Ludovici III. Comitis Flandriæ Filia ac Hærede, Filius fuit.
          - Johannes Intrepidus Nivernenſis, Dux Burgundiæ, Comes Flandriæ. p. 136. 137.
            - Philippus Bonus Dux Burgundiæ, Brabantiæ &c. Comes Flandriæ, Hollandiæ, &c. p. 137.
              - Carolus Audax, Dux Burgundiæ & Belgicarum Princeps. p. 144.
                - Maria, Hæres Burgundica, Maximiliani I. Imp. uxor. p. 144.
        - Johannes, Dux Biturigum. p. 137.
  - Ludovicus Ebroicenſis. p. 135.
    - Philippus Ebroicenſis, & per uxorem Johannam, Philippi Hutini Filiam, Rex Navarræ.
      - Carolus II. Malus, Rex Navarræ.
        - Carolus III. Rex Navarræ.
          - Blanca, Hæres regni Navarræ, primum Martino, Regi Siciliæ, dein Johanni, Regi Aragoniæ, & per ipſam Navarræ quoque, nupta.
        - Johanna, uxor Henrici IV. Regis Angliæ.
      - Blanca, uxor Philippi VI. Regis Galliæ.
      - Maria, uxor Petri IV. Regis Aragoniæ.
    - Johanna, Caroli Pulchri, Regis Galliæ, uxor.
  - Margaretha, Eduardi I. Angliæ Regis, uxor.

- Robertus, Ludovici Sancti filius, Comes Claromontanus, per uxorem Dux Borbonius. p. 148. Duæ ex eo ortæ ſunt lineæ, Monpenſeriorum, & Vendocianorum. Abnepotes ejus fuerunt,
  - Johannes I. Borbonius Monpenſerius. &
    - Carolus Borbonius, Claromont.
      - Johannes II. Bonus, Borbonius, Dux Arverniæ.
      - Petrus Belljocenſis, maritus Annæ, Ludovici XI. Filiæ. p. 144.
        - Suſanna, nupta Caroli Borbonii Gilberti F.
    - Ludovicus Borbonius, Monpenſerius.
      - Gilbertus Borbonius, Monpenſerius. p. 144.
        - Carolus Borbonius Comes Stabuli, qui ad Carolum V. defecit. p. 145.
        - Franciſcus Borbonius.
  - Ludovicus Borbonius Comes Vendocinus, cujus Frater fuit
    - Johannes Borbonius, Vendocinus.
      - Franciſcus Borbonius Vendocinus.
        - Carolus Borbonius, Vendocinus.
          - Antonius Borbonius, Rex Navarræ factus per uxorem, Johannam Albretanam, Henrici II. Regis Navarræ, unicam Filiam & Hæredem.
QUÆ ſit Rationarii noſtri poſteriori hac editione inſtituta diviſio, in prioris Partis Præfatione tibi (candide atque erudite Lector) expoſui. Nunc Pars altera ſequitur; in quam quæ ſunt hujus artis operiſque τεχνικὰ conjecimus. Ea tributa eſt in libros quatuor. Quorum primus Iſagogen continet Chronologicæ artis, ac rerum ad ejus ſcientiam methodumque maxime neceſſariarum. In quem characteriſmos annorum, & earum nationum, quarum ſæpius annis utimur, tempora contulimus; velut Judæorum, Ægyptiorum, Arabum. Tum veræ falſæque dijudicandæ Chronologiæ modum ac viam præſcripſimus, non regulis modo tradendis, ſed etiam exemplis ex ea Chronologia petitis, quæ una fere hactenus his ſcateret vitiis omnibus, quæ caveri hoc in genere maxime vellemus. Etenim dici hoc ſine mendacio ac malevolentia poteſt, ex tanto Chronologiarum numero, quantus ad hanc diem exſtitit, nullam eſſe deteriorem, quam quæ per ſummam indignitatem ſpecioſum illud ſanctitatis ſibi nomen aſſumpſit; credo, ut ab ſe inquiſitiones hominum ac judicia hoc velut ſacræ rei & religionis objectu defenderet. Eſt autem ejuſmodi, qualem neque doctus probare quiſquam, nec niſi imperitus laudare poſſit. In hujus ergo perſtringendis, & caſtigandis erroribus, artis ac methodi noſtræ ſpecimen elaboravimus, quo illius periculo ac ruina cautiores reddamus ceteros, qui ad hujus præſtantiſſimæ diſciplinæ ſtudium ſeſe conferent, ſi minus illi ipſi peſſimi Operis artifici prodeſſe poſſimus, ut ad ſua vel cognoſcenda, vel emendanda peccata inde proficiat: quorum alterum, uſum aliquem ingenii doctrinæque poſtulat: alteri inveteratus amor ſui, & obtrectandi major aliis, quam intelligendi veri, cupiditas obſiſtit. Accedit ad hæc animi vitia ætas hominis jam ingraveſcens, quæ minime omnium ad diſciplinam idonea ſolet eſſe; qui ſe tam grandi natu Diſcipulum temporum, & Opilionem, hoc eſt, ruſticum, & abnormem Chronologum publice profitetur, neque multum in ea re conſecutum ſe eſſe, neque porro conſequi poſſe confidat.

Reliqui libri tres præcipuorum Hiſtoriæ capitum, quæ in priori Parte hiſtorico prope ſtylo tradita ſunt, demonſtrationes Chronologicas probationeſque complectuntur, quarum ad ſingulas prioris Partis marginales notæ Lectorem dirigunt, ut cum nudam ac ſimplicem rerum narrationem ac ſeriem ex illa didicerit, argumentum temporum, ac fidem epochæ, ut vocant, cujuslibet ex hac poſteriore conquirat.

DIONY-

Digitized by Google

DIONYSII PETAVII

E SOCIETATE JESU

RATIONARII TEMPORUM

PARS SECUNDA

QUÆ EST

ἈΠΟΔΕΙΚΤΙΚΗ', SIVE ΤΕΧΝΙΚΗ'.

LIBER PRIMUS

In quo Catholica Temporum traduntur, hoc eſt rerum ad Chronologiam utilium brevis Iſagoge.

CAPUT I.

De duplici anno Juliano & Tropico, deque Gregoriana *caſtigatione.*

HISTORIA rerum præteritarum eſt narratio: Chronologia vero rerum earumdem certis ex indiciis ad ſua tempora temporumque partes accommodatio.

Quare huic illa materiem copiamque ſuppeditat: hæc illi viciſſim formam, ac velut regulam, adhibet. Illa ſimplici rerum geſtarum ordine contenta eſt, nec annorum ſingulorum exactam rationem inſtituit: hæc annos ipſos, quoad licet, annorumque partes, quibuſdam notis ac veſtigiis aſſequitur. Eæ notæ ſive characteres temporum iiſdem a principiis, a quibus & tempora ipſa, Vide l. 7. de Doct. Temp. c. 2. proficiſcuntur. Tempus eſt menſura motus ſecundum priores poſterioreſque partes. Atque hoc duorum præcipue ſiderum converſione finitur, Solis atque Lunæ, quorum prior circuitu ſuo annum efficit, Luna menſem: qui duodecies replicatus ex hominum inſtituto, ſui generis, hoc eſt, lunarem componit annum.

Annus duplex. Hinc duplex conſurgit annus, qui quidem ad uſum artis hujus adhibetur: alter ad Solis, alter ad Lunæ curſum deſcribitur. Solis annus itidem eſt duplex. Nam unus eſt exactus, qui ſolaris curriculi numeros implet: alter civilis ac minus accuratus, qui popu- *Unde Tropicus dicitur.* larem ad uſum paullulum ab illo deflectitur. Priorem *Tropicum* vulgo nominant: non quod a ſolſtitio, quas τροπὰς proprie vocant, incboari ſolitus eſſet, ut quibuſdam placet, & nos olim putavimus: ſed quoniam ab aliquo cardinum annuorum quattuor, æquinoctiis duobus, vel ſolſtitiis totidem, illius initium ducitur. Etenim non minus æquinoctia, quam ſolſtitia, τροπὰς appellarunt. De qua re inſignis eſt locus *Sexti Empirici lib. 5. adverſus Mathem. cap. 1.* ubi de ſigniferi ζωδίοις, id eſt *ſignis*, agens, Τροπικὰ μέν, inquit, ἐν οἷς γενόμενος ὁ ἥλιος μεταβάλλει, καὶ ποιεῖ τὰς τοῦ περιέχοντος τροπάς· ἄπερ ἐστὶ ζώδιον ὁ κριός, καὶ τὸ τούτῳ διάμετρον καθάπερ ζυγός, αἰγόκερώς τε, καὶ καρκῖνος· ἐν κριῷ μὲν γὰρ ἐαρινὴ γίνεται τροπή, ἐν αἰγοκέρῳ δὲ χειμερινή, ἐν καρκίνῳ δὲ θερινή, καὶ ἐν ζυγῷ φθινοπωρινή. *Tropica ſigna ſunt ea, in quibus Sol poſitus immutat, & aeris converſiones facit: cujuſmodi ſignum eſt Aries, & quod ex adverſo illum reſpicit, velut Libra, Capricornus item, & Cancer: nam in Ariete fit verna converſio, in Capricorno hyberna: in Cancro æſtiva: & in Libra autumnalis.* Sic *Oppianus* ὀπωρινὰς τροπὰς vocat in *Cyneg.* 1.

Ἠὲ πάλιν ἐσχατίῃσιν ὀπωρινῇσι τροπῇσιν,
Ἦμος δῶμα τέθηλεν ὀπωροδόχου γεωργοῦ.

Aut rurſus extremis autumnalibus converſionibus,
Quando domus vireſcit fructus colligentis agricolæ.

Manilius item in fine *libri* 3. de ſignis illis quattuor,

Quæ Tropica appellat, quod in illis quattuor anni
Tempora vertuntur ſignis. ......

Et *Procopius* τροπὰς pro verno æquinoctio paſſim uſurpat, nonnumquam & ἐαρινὰς adjungens. Denique 1. Cor. p. 22. *Philo Judæus* in *Coſmopœja* μετοπωρινὴν τροπὴν appellat, *autumnalem converſionem*, id eſt, æquinoctium. Hanc τῆς τροπῆς notionem tot teſtimoniis affirmandam eſſe duxi, quod ea viros doctos Vocabulariorum auctores præterierit. Certe nullam mentionem illius faciunt: ne *Henricus* quidem *Stephanus* dilucentiſſimus alioqui *Theſauri* conditor. Tropici anni, ſive cæleſtis, perinde ut ſolaris curſus, ignotus eſt modus. Siquidem inæqualis eſt converſio Solis ab uno cardine ad ſimilem alterum, ac modo major, modo minor, ut in Theoricis oſtenditur. Verum medius quidam & inter extrema temperatus ambo, *Tropicus* annus eſt, qui dierum ſpatio definitur 365. horarum 5. 49. ut in IV. *de Doct. Temp. c. 36.* probavimus.

Poſterioris generis annus *Julianus* dicitur, quod *Julianus annus.* cum *Julius Cæſar* communem ad uſum *Romani* orbis tranſtulit, qui diebus conſtat 365. horis præciſe 6. Horæ tamdiu differuntur, dum collectæ diem efficiant. Id quarto quoque vertente anno fit. Ideo quinti initio dies unus accedit ad ſummam, qui biſextilis vocatur, quod ante 6. Cal. *Martias* inſeritur, ac bis ſexto Calendas uſurpatur.

Tropicus annus.

Igitur cæleſtis annus, ſive *Tropicus*, *Juliano* minor eſt ſcrupulis horariis 11. cujuſmodi hora ſexaginta continet, dies vero 1440. Ut igitur ſcias quot annorum ſpatio diei unius anteceſſio colligatur in anno *Juliano*, divide 1440. per 11. efficies annos 131. fere, hoc eſt 130.$\frac{10}{11}$ quo intervallo *Tropici* anni caput *Julianum* antevertit. Fingatur enim Solis ingreſſus in æquinoctii punctum hoc anno competere in mediam noctem, quæ inter 20. & 21. *Martii* diem intercedit, ab eoque momento ambo anni, *Tropicus* & *Julianus* incipiant. Poſt annos 131. æquinoctium cadet in mediam noctem, quæ eſt inter 19. & 20. *Martii*. Poſt annos item 262. recidet in mediam noctem, quæ 18. & 19. diem dirimit. Poſt 393. annos denique, in eam, quæ inter 17. & 18. diem media eſt. Ita paullatim *Tropici* anni caput, cum annuo æquinoctii cardine, in anni *Juliani* modo verſus menſium initia reflectitur: dum interea *Julianus* annus in ſtatione ſua perſeverat: quæ quidem rudi *Minerva*, non limata, & aſtronomica ſubtilitate diſſerimus.

De anni caſtigatione, vide l. 5. de Doctrina Temp. & l. 7. c. 12.

Non alia de cauſſa majorum noſtrorum memoria contigit, ut æquinoctiorum ſolſtitiorumque puncta dies illos *Julianorum* menſium, in quibus hactenus conſtiterant, paullatim relinquerent. Exempli cauſſa, vernum æquinoctium ſæculo *Niceno*, hoc eſt poſt annum *Chriſti* 300. diem 20. ac 21. *Martii* obſidebat: qui poſterior Eccleſiaſtica lege ad Paſchatis negotium civili æquinoctio conſtitutus eſt. Poſt annos fere 1300. deprehenſum eſt æquinoctium idem obtinere dies *Martii* 10. & 11. (Quippe cardines iſti in anno communi propter biſextilem diem ultro citroque fluctuant, ac biduum occupant.) Proinde anno 1582. quo *Gregorii XIII.* auctoritate caſtigatus eſt annus, decem diebus expunctis, ad priſtinas metas *Niceni* ſæculi reditus eſt factus. Et ut deinceps evagari cardines illi deſinant, ac certis diebus obſignentur, providit Calendarii *Gregoriani* conditor, uti ſingulis annorum centuriis vertentibus dies unus biſextilis omitteretur, quarta dumtaxat excepta centuria, quæ biſextilem ex more retinet. Ita quadringentis annis tres tantummodo biſextiles perimuntur; quoniam non centum annis, ſed 131. circiter dies unus accreſcit anno *Juliano*, quo *Tropicum* ſuperat. Unde 393. annorum ſpatio triduum exoritur: quod facilitatis gratia per centurias diſpenſatur: quæ res ſubtilius a nobis eſt diſputata in v. *de Doct. Temp.* & in VII. c. XII.

Redeo ad *Julianum* annum: cujus publice recipiendi auctor fuit non *Romanis* ſolum, ſed pleriſque populis, *Julius Cæſar*. Eſt vero illius deſcriptio cum ad uſum expedita, tum rerum naturæ conſentanea: ſiquidem Solis converſionem quam fieri poteſt proxime conſequitur, & ad commendandam temporum memoriam eſt aptiſſima.

Quo fit, ut Chronicorum & Annalium Scriptores eam anni formam adhibeant, non iis modo rebus explicandis, quæ poſteriores illius inſtitutione ſunt, ſed antiquioribus etiam, & ab ipſo adeo orbis initio: quamvis alia tum anni forma, immo aliæ apud alias nationes exiſterent. Quocirca cum Solis, exempli gratia, Lunæque defectiones, aut civitatum regumque bella, & eorum res geſtas ſuis annis annorumque tempeſtatibus aſſignant, *Juliano* utuntur anno, *Julianiſque* menſibus; quaſi in uſu jam tum iſti fuerint; quod προληπτικῶς, & fictione quadam inſtituunt, quo noſtri facilius iſta percipiant popularibus aptata ſpatiis, nec in variis diſcernendis annorum generibus Lectorum fatigetur attentio.

CAPUT II.

De lunari menſe, anno ſimplici, & compoſito, ſive enneadecaeteride, & aureis numeris.

Vide l. 7. de Doct. Temp. c. 4.

UT anni ſpatium converſione Solis, ſic menſtruum intervallum Lunæ circuitu deſcribitur. Is menſis eſt duplex. Nam orbem ſuum Luna peragrat diebus 27. horis 7. 43. 7. qui menſis *Periodicus* vocatur: alter eſt *Synodicus*, quo Luna ab Sole digreſſa eamdem aſſequitur. Siquidem eo ſpatio, quo ſuum orbem Luna conficit, ſuopte motu Sol aliquantum progreditur, hoc eſt gradus fere 27. quos proinde circulo ſuo tranſacto emetiri Luna debet, ut iterum cum Sole jungatur. Quare menſis iſte lunaris diebus conſtat 29. horis 12. 44. 3. &c. Sed ut propius ad Solis circuitum, id eſt annum, lunaris motus accederet, duodecies replicatus iſte menſis annum efficit dierum 354. hor. 8. 48. 38. circiter: qui lunaris annus dicitur. Ac tam menſes, quam anni lunares, duum generum eſſe dicuntur. Alii quippe ſunt aſtronomici, alii populares. Aſtronomici ſunt, quos poſuimus, qui ſupra dies, horas aliquot continent, horarumque ſcrupula. Dies enim, ſive νυχθήμερον, hoc eſt *ſpatium lucis atque noctis*, in horas 24. horæ ſingulæ in 60. ſcrupula prima, hæc in totidem ſecunda tribuuntur: atque ita deinceps. Civiles autem alternis dierum ſunt 30. & 29. quaſi ſinguli ſupra dies 29. horas colligant præciſe 12. quod ſupereſt de ratione ſcrupularia, id in horas collectum, ad diem complendum, certis annis extra ordinem accreſcit.

Lunares menſes duum generum.

Hujus generis anno lunari, qui ſimplex appellari poteſt, neque cum anno Solis implicatur, utuntur hodieque *Arabes*, *Turcæ*, ac *Saraceni*. Quorum annus per *Juliani* contextum evagatur, neque certam ad anni tempeſtatem illius caput adhæreſcit, ut in noſtrate accidit, qui a bruma ſemper inchoatur. Qua de re poſtea.

Explicatur Cycli lunaris ratio.

Plerique autem omnes populi, qui lunarem anni modum amplexi ſunt, non eum ſimplicem adhibuerunt, ſed cum ſolari conjunctum, & communi aliquo velut incluſum orbe atque conſtrictum, quem cyclum ac periodum vulgo nominant. Ea, nondum ad plenum comperto Lunæ Soliſve circuitu, varie tentata eſt, ac multiplici annorum intervallo finita: primum biennii, inde quadriennii, hoc eſt dieteridis, ac tetraeteridis: quaſi vel biennio, vel ejus duplo ſpatio Solis ac Lunæ rationes paria facerent, quod rudi ſæculo perſuaſum eſſe *Cenſorinus* affirmat. Poſt octaeteris, ideſt octo annorum orbis, maxime placuit, qui ne ipſe quidem ſatis accuratus eſſe deprehenſus eſt. Ideo novemdecim annorum Cyclus eſt inventus, iſque omnium exactiſſimus habitus eſt; tamquam eo vertente annorum numero, amborum ſiderum ab eodem puncto ad idem fiat reverſio. Hic eſt ille decemnovennalis Lunæ Cyclus, ſive enneadecaeteris, cujus auctor *Græcis* ſuis *Meto* fuiſſe dicitur: eamque ceteræ poſtea nationes adſciverunt, ut præſertim *Chriſtiani* ad Paſchalem celebritatem & ſacrorum ordinandi tempora tranſtulerunt. Ejus ratio eſt ejuſmodi.

Annus quilibet *Julianus* dies colligit 365. horas 6. Summa hæc 19. ducta dies efficit 6939. horas 18. Anni porro lunares diebus conſtant fere 6732. horis 23. 24. 5. qui ſunt menſes lunares ſive ſyzygiæ 228. Adduntur ergo ſeptem menſes ejuſdem generis, qui certis annis ſimplicibus additi, *intercalares Græcis* ἐμβολιμαῖοι, vocantur. Septem lunares ſyzygiæ dies conficiunt 206. horas 17. 8. 22. Ea ad menſes 228. addita dant dies 6939. 16. 32. 27. quæ in totum ſyzygias lunares conficiunt 235. Hæc eſt lunaris enneadecaeteris, ſive cyclus decemnovennalis, qui *Julianis* 19. annis minor eſt hora 1. 27. 32. circiter.

Quo-

Quocirca annis 19. vertentibus non fit præciſa peræquatio motuum utriuſque ſideris; neque Luna ad idem diei punctum revertitur, unde erat progreſſa: ſed hora 1. 27. 32. antevertit priſtinam epocham, quod diſcrimen diu neglectum a Calendarii artificibus paullatim maximam labem in noviluniorum ac pleniluniorum calculos invexit. Quippe anno 1582. quo Faſti ab *Gregorio XIII.* correcti ſunt, anteceſſio lunaris deprehenſa eſt quatridui circiter a tempore *Nicenæ* Synodi, in annis 1257. quæ ſunt enneadecaeterides paullo plus *66*.

Auteorum numerorum diſpoſitio, de qua vide lib. 6. de Doct. Temp.

Sed antiqui computorum artifices, ut *Beda*, ceterique deinceps, partim ignorata, partim diſſimulata hac differentia, neomenias lunares ad eoſdem, in quibus primum erant collocatæ dies adhærere putabant, quos quidem hac ratione deſcripſerunt in Calendario *Romano*. Initio a quocumque anno facto, ut, exempli gratia ab eo qui novilunium exhibet *Januarii* 23. *Februarii* 21. *Martii* 23. & ita deinceps, iis diebus in margine Calendariorum adſcripſerunt notam 1. Anno ſequente animadverterunt neomenias undecim circiter diebus antegreſſas cadere in *Januarii* 12. *Februarii* 10. *Martii* 12. (Nam 11. fere diebus in menſibus ſingulis priorem neomeniam poſteriores antevertunt in anno *Romano*.) Ad hos itaque dies in Calendario numerum 2. adnotarunt. Sic anno tertio, quarto, & ſequentibus, quos in dies cadere novam Lunam menſibus ſingulis obſervabant, iis diebus nnmeros 3. 4. &c. apponebant, uſque ad 19. Quippe poſt 19. annos vertentes, neomeniæ rurſus ad caput priſtinum relapſæ, *Januarii* 23. *Februarii* 21. *Martii* 23. diem repetebant; eodemque tenore in ſequentibus annis conſtitutas ſemel priori enneadecaeteride metas per orbem luſtrabant. Hi numeri in Calendario notati aurei vulgo dicebantur.

CAPUT III.

De Cyclo ſolari, ac litterarum Dominicalium ſerie, tum de triplici Cyclo, Solis, Lunæ, & Indictionis, quatenus ad annorum characteres adhibentur.

Vide l. 7. de Doct. Temp. c. 3.

SOlis ab unn cardine ad eumdem converſio annuo intervallo circumſcribitur. Annus *Romanus*, ſive *Julianus* ordinarius & communis, diebus conſtat 365. quibus quarto quoque vertente anno dies unus accreſcit: quem 6. horæ appendices quater ductæ colligunt. Eum biſextilem appellant, quia 6. Calendas *Martias* infinditur, ac tum eodem repetito die, bis ſextus Calendas pronuntiari ſolet. Jam vero dies illi 365. per ſeptem diſtributi hebdomadas enniciunt 52. & unum diem ſuperfluum. Ita fit, ut, quia per ferias 7. annus evolvitur; quæ per totidem litteras A, B, C, D, E, F, G, exprimuntur, a quacumque earum annus incipiat, in eadem littera feriave terminetur. Ac ſi biſextilis nullus eſſet annus, orbis ὁ ἑπταζάτυ, ſive hebdomadicus, ſeptem annis abſolveretur; atque ita ſingulæ per orbem litteræ anni caput obtinerent, viciſſimque Dominicam diem notarent. Ut ſi hoc anno littera Dominicæ diei ſit A, ſequenti erit G, tertio F, 4. E, 5. D, 6. C, 7. B. Quibus peractis ad primam A fiet reverſio; ac reliquæ deinceps eodem tenore decurrent. Sed biſextilis dies æquabilem hunc interpellat curſum. Nam biſextilis annus non in eamdem, unde cœptus eſt, feriam deſinit, ſed ſequentem. Propterea orbis iſte litterarum Dominicalium, quater ſeptem, hoc eſt 28. annis explicatur, quibus earum viciſſitudo continetur. Hic eſt circulus, ſive, ut vulgo loqui ſolent, cyclus Solis, vel litterarum Dominicalium; quo abſoluto, ad idem caput, eumdemque deinceps litterarum nrdinem regredimur, ac quemdam velut circulum repetimus, unde Cycli profectum eſt vocabulum. Hic Cyclus *Romano* more ab anno biſextili ſumit exordium litteriſque G, F. quæ quidem, ut & ſequentes, technico iſtn verſu memoriæ cauſſa comprehenſæ ſunt,

Cycl. Solis.	
Anni.	Litteræ.
1	GF
2	E
3	D
4	C
5	BA
6	G
7	F
8	E
9	DC
10	B
11	A
12	G
13	FE
14	D
15	C
16	B
17	AG
18	F
19	E
20	D
21	CB
22	A
23	G
24	F
25	ED
26	C
27	B
28	A

Gaudet Francus Equo, Dacus Cane,
Barbarus Arcu.

Duo ſunt itaque primarii Cycli; alter Lunæ, qui 19. conſtat annis; quibus vertentibus, neomeniæ ad idem fere principium, unde erant profectæ, redeunt. Alter Solis, annorum 28. quibus confectis idem litterarum Dominicalium ordo retexitur. Præter hos, tertius quidam eſt indictionum, annos habens 15. Indictionis orign quæ ſit, nondum plane inter Doctos convenit: neque hoc loco diligentius attinet quærere. Tres iſti commune hoc habent, ut appellentur Cycli uon minus anni ſinguli, quam tota ipſa, quibus conſtant, annnrum ſumma. Itaque Cyclus 1. 2. 3. 4. Lunæ, eſt 1. 2. 3. 4. annus Cycli decemnovennalis, quod idem valet in ceteris. Tribuuntur autem annis omnibus, ex *Romanæ* uſu Eccleſiæ, certi quidam triplicis illius generis Cycli. Velut hoc anno, qui eſt *Christi* 1632. Cyclus eſt Lunæ 18. Solis 17. Indictionis 15. Quibus conſtitutis, facile eſt antecedentium annorum Cyclos inveſtigare. Dividatur enim ſumma propoſita per Cyclos ſingulos, puta 19. 28. & 15. Hoc modo 1632. per 19. 28. & 15. partiti reſiduos faciunt 17. 8. 12. Deſunt igitur ad Cyclos anni 1632. proprios obtinendos, de Lunari 1. de Solari 9. de Indictione 3. Ex quo id efficitur, annum primum *Christi* notatum eſſe Cyclo Lunæ 2. Solis 10. Indictionis 4. Indictionem *Romano* more a Calendis *Januariis* auſpicamur: quam *Græci* ab antecedente *Septembri* repetere ſolent. Eadem methodn cujuſvis epochæ Cyclos reperies, puta orbis ennditi, vel Olympiadis; ſi annorum numerum teneas, qui ab illo peincipio ad fixum aliquem & notum terminum extenditur. Viciſſim autem inventis anni primi peculiaribus Cyclis in quolibet intervallo, inſequentium annorum Cyclos propagare licet, ſi continue ad priores unitatem adjicias, donec Cycli cujuſque ſummam abſolveris; tum enim reditur ad caput. Ut in ſolari Cyclo cum ad 28. perveneris, 1. repetes; in lunari poſt 19. Hac ratione quilibet annus proprios habet Cyclos, quibus veluti notis & characteribus ab aliis ſecernitur; quo fit, ut characteres temporum a Chronologis nominentur.

CAPUT IV.

De Periodo Juliana, *ejuſque ratione, uſu, & utilitate.*

UT annorum ſingulorum proprii characteres, qui ſunt Cycli iſti tres, in promptu habeantur, quidam orbis annorum excogitatus eſt ex triplici illo Cyclorum genere contextus: etenim ſi 19. & 28. in ſe ducantur, conſient anni 532. Ex 19. & 28. & 15. in ſe multiplicatis fiunt 7980. Hæc poſterinr Periodus *Juliana* dicitur; quoniam ad methodum anni *Juliani* ejuſque Cyclorum accommodata eſt ab auctore illius *Scaligero*, quam a *Græcis* ille mutuatus eſt.

Qui

Digitized by Google

Qui quidem Solis ac Lunæ Cyclos aliter oumerant, ac *Latini*; de qua re nos alio [a] loco diſputavimus.

[a] l 8. Var. Diſſert. ad Uranol.

Periodi *Julianæ* ea ratio eſt, ut quilibet illius annus ſuis Cyclis præditus ſit, cujuſmodi omnes nullus alius annus in tota Periodo poſſidet. Exempli cauſſa, primus annus Periodi babet Cyclum Solis 1. Lunæ 1. Indictionis 1. In annis totis 7980. oullum præter primum invenies, cui tres iſti congruant Cycli. Uſus illius opinione major eſt in Chronicis, quæ ab orbe condito, vel alio quovis initio, ante æram *Chriſtianam* incboantur. Etenim qui ex *Hebraicis Latinis*ve Bibliorum Codicibus annos computant ab orbe condito, in magna opioionum varietate verſantur, vix ut unus toveniatur, qui cum altero cooſentiat. Itaque cum in bunc vel illum mundi annum incidiſſe quippiam in Chronico aliquo legimus, nihilo fit in oobis ſcientia temporis illius accuratior, niſi ante ſciſcitati erimus, quot ab orbe condito ad eum *Chriſti* anoum, in quo verſamur, aut ad primum æræ *Chriſtianæ*, numerandos annos cenſeat: quod in ſingulis Auctorum Aonalibus Chronicisque faciendum erit. Præterea cum annorum, quibus hiſtoriæ vel epochæ illigantur, varia ſint exordia, ac nonoulli ab verna tempeſtate proficiſcantur, ut anni urbis *Romæ*, alii ab ſolſtitio æſtivo, ut Olympiades, alii ab autumno, ut *Judaici*, & *Seleucidarum*, alii a bruma, ut *Juliani*; qui annum alium quam *Julianum* concipiet, quo res quæpiam acciderit, neceſſe erit explicet, utrum ineunte anno illo vel deſinente cootigiſſe velit, ut cum *Juliano* comparetur. Hor enim anni genere Chronologi hodie omnes utuntur. Ea tam multiplex inquiſitio moroſa eſt, ac tricarum pleniſſima: quam is effugiet, qui *Julianam* adhibebit periodum. Quæ eſt ejuſmodi, ut omnia Chronicorum omnium, quæ quidem ax *Latinorum* calculis inſtituta ſunt, antecedat initia, adeoque quamlibet diſcrepantes mundi epochæ ſuum in illa periodo ſitum obtineant. Atque ut res exemplo aliquo facilius intelligatur, quæratur annus exitus *Iſraelitarum* ex *Ægypto*: de eo Chronologorum, ut variæ ſunt opiniones, ita multiplex erit reſponſio, ſi ad annos orbis conditi revoretur. Nam alius mundi annum definiet 2453. ut oos facimus, nec non *Scaligerus*, & *Calviſius*: alius 2509. ut *Temporarius*: alius 2503. ut *Capellus*. Quæ qui didicerit, nihilo, quam ſi nihil audiſſet, abibit doctior, oiſi & hoc inquirendo de ſingulis expreſſerit, quot ab orbe condito ad annum primum *Chriſti* numerent annos, & utrum primus ipſe *Chriſti* annus includatur in ſummam, an ab ea excludatur. At qui anoum certum *Julianæ* periodi nominari audiet, oullo ſtatim negotio cognoſcet, quaotum is ab ooſtra ætate, vel ab *Chriſtiana* æra diſtet, oec interrogato opus amplius babebit.

In æra *Chriſtiana*, quos annos *Chriſti* vocant, *Latini* omnes conveniunt. Quamvis enim de vero natali Domini, hoc eſt anno, quo re ipſa natus eſt, magna ſit inter eruditos Chronologos diſſenſio, omnes tamen annos *Chriſti* eodem modo computant, ut hic ipſe, quo hæc ſcribimus, ſit 1632. ab qualicumque epocha & initio *Chriſti*, ſive primus æræ iſtius annus natalem *Chriſti* re vera proxime conſecutus fuerit, ſive ad illum minime pertingat. Quod nihil ad ſummam intereſt; nam nihilo ſecius procedit numerus.

Itaque caput illud annorum *Chriſti*, quam æram *Chriſtianam* nuncupant, velus limes & cardo Chroologiæ eſt, communiſque terminus, in quem Chronologorum omnium ratiocinia ſic tamquam ab viarum divortiis & ambagibus in diem compitum deducta confluunt. Dixi hunc eumdem primum annum *Chriſti* Cyclo Solis præditum eſſe 10. Lunæ 2. Indictioois *Romana* 4. Hi tres Cyeli io nullo alio Periodi *Julianæ* totius anno reperiuntur, quam in 4714. Si enim 4714. per 19. 28. & 15. dividas, Cyclos ipſos, quos dixi, reſiduos habebis. Quare ab initio Periodi ad primum æræ *Chriſtianæ* integri fluxerunt anni 4713. Nemo eſt autem ex *Latinis* Chronologis, qui mundi primordium non multo poſterius hac annorum ſumma conſtituat. Nam fere 4000. annorum, vel, ſi forte, ceotenis inſuper, aut paullo amplius, intervallum iſtud definiunt. Ideo citra Periodi *Julianæ* principium Annalium omnium initia conſiſtunt.

Quod ſi quis Periodum iſtam adhibere cunctabitur, poterit ad annos certo deſignandos ante æram *Chriſtianam* io hanc ipſam ſummas ſuas dirigere: hoc eſt annos oumerare, quot æram *Chriſtianam* id, de quo agitur, antecedat. Exempli cauſſa, prima Olympias celebrata eſt in *Græcia* anno Periodi *Julianæ* 3938. quibus uno minus deductis de 4713. habentur anni 776. Igitur annus primæ Olympiadis eſt ſeptingenteſimus ſeptuageſimus ſextus ante natalem *Chriſti* vulgarem, qui in aono Periodi *Julianæ* 4713. collocatur, vel 777. retro oumeratus ab anno 1. æræ *Chriſti*, qui eſt Periodi *Julianæ* 4714. Hac nos putandorum annorum ratione hoc in libro ſæpius utemur, ne quid ſit, quod tironem noſtrum minus iſti conſuefactum periodo, ab Chronologiæ ſtudiis abſterreat. Carebit tamen, qui hanc periodum omittet, præſenti illius fructu, ut per ſingulorum trium Cyclorum ſummulas diviſi annorum oumeri Cyclos eorum proprios exhibeant.

CAPUT V.

De anno Græco, *præſertim* Athenienſium, *deque octaeteride, & enneadecaeteride* Metonis, *&* Calippi *periodo; cujus caput certa ratione conſtituatur, & ante ſolſtitium fuiſſe monſtratur.*

ATbenienſium civitas, ac pleraque omnis *Græcia* popularem annum ad Lunæ curricula direxit, quod in 1. *de Doct. Temp.* & in 4. *Var. Diſſert. ad Uranol.* accurate demonſtratum eſt. Sed, ut erant initio rudes Aſtronomiæ, menſtruum intervallum Lunæ diebus 30. finiebant, ut auctor eſt *Geminus*, aliique [b] quorum teſtimonio uſi ſumus. Deinde paullatim annum ſuum caſtigantes, varios orbes, ſive periodos excogitarunt, maxime octaeteridas, & enneadecaeteridas. Octaeteridas dierum fuiſſe 2922. quantæ ſunt duæ tetraeterides anni *Juliani*, ſed alternis octaeteridibus triduum intercalatum eſſe, teſtis eſt *Geminus*. Ita in heccædecaeteridem dies imputati ſunt 5847. qui modus prope abeſt ab exacta heccædecaeteride lunari, quæ eſt dierum 5847. hor. 1. 22. 6. in qua menſes ſunt lunares 198. Unde colligitur conditorem octaeteridis, ſi vera prodit *Geminus*, modum octaeteridis finiiſſe diebus 2923. $\frac{1}{2}$ ſed priorem 2922. poſteriorem 2925. eſſe voluiſſe. Sed cum id *Græci* quærerent, uti cum Sole pariter ac Luna eorum annus congrueret, hoc non potuerunt octaeteridibus aſſequi ſuis. Nam dies 2922. ita 8. anoos *Julianos* explent, ut totidem lunaribus minores ſint die uno & boris paullo amplius 12. at dies 2923. $\frac{1}{2}$ ſolares, ſive *Julianos* 4. annos excedunt eo intervallo, quo prior ſumma ab lunaribus octo ſuperatur. *Græcs* porro, quamdiu octaeteridibus iſtis uſi ſunt quæ ab Luna minimum aberrabant, eas identidem decurtaſſe, ut cum Solis rationibus exæquarent, aut quoquo modo depravaſſe videntur. Nam ſi heccædecaeteridas diebus 5847. perpetuo circumſcriptas habuiſſent, oon eſſet tanta labes anni civilis apud *Athenienſes* conſecuta, quantam *Ariſtophanes* in *Nubibus* ætate

[b] L. 4. Diſſert. c. 2.

ſua

ſus contigiſſe demonſtrat, hoc eſt, ſub initium anni *Metonici*. Verum identidem eos immutando corrupiſſe faſtos ſuos, ut alterutrius curſum ſideris aſſequerentur, fit ex eo veriſimile. Ad extremum, civilem annum ex *Metonis* & *Calippi* regulis emendarunt. Horum duorum periodi, illius annorum 19. hujus 76. propius cum utroque ſidere *Græcorum* conciliavere tempora. Quæ omnia plenius habes explicata his in libris, quos de eo argumento ſcripſimus.

Apud *Græcos* nobiliſſima fuerunt Olympiadum intervalla, quibus res geſtas & inſignia quæque notare conſueverant. Ex 4. annis integris conſtabant: ſic ut anno ineunte quinto ludi committerentur in *Piſatide*, quæ eſt *Peloponneſi* regio, ad *Olympiam* urbem: unde illi nomen acceperunt. Qua de re ſuo loco diſputatum eſt.

Anni *Græci* principium olim, ut apparet, ab hiberno ſolſtitio ſumptum eſt. Id arguit intercalaris menſis *Poſideon*, qui circa illud tempus fuit, ut in citatis libris oſtendimus. Poſtea caput anni civilis in æſtivum ſolſtitium tranſiit; ac tum *Hecatombæon* ordinem duxit: cujus neomenia ſolſtitium paucis interdum diebus antecedebat, plenilunium vero ſemper erat poſterius, ut apparet ex Diagrammate Cycli *Metonici*, quod habes in 2. *de Doct. Temp. cap.* 13. & *Calippici cap.* 20. quæ duo λογικὰ illic a nobis inſtituta ſunt. Cujus ratiocinationis hic ſumma colligetur: ut ex ea conſtet, falſo a nonnullis exiſtimari, neomeniam *Hecatombæonis* numquam ſolſtitii præceſſiſſe cardinem.

Demonſtratur Calippicæ Periodi epocha.

Scribit *Geminus cap. 6. Græcos* primum uſos eſſe octaeteride lunari, in qua ter menſis intercalatus eſt, videlicet anno 3. 5. & 8. poſtea cum vitium ejus animadvertiſſent, auctore *Euctemone*, ac *Philippo*, [*Metonem* omiſit] periodum inſtituiſſe annorum 19. in qua ſepties intercalabatur. Demum, quod ne hæc quidem ſatis accurata eſſet periodus, *Calippum* alteram excogitaſſe annorum 76. in qua nihil prorſus immutavit de ſitu embolimorum menſium. Hujus periodi *Calippicæ* fit mentio apud *Ptolemæum libro 7. cap.* 3. ubi quattuor *Timocharidis* obſervationes recenſet illigatas anno *Calippicæ* primæ periodi 36. 37. 47. & 48. quarum typum edidimus in 6. *Var. Diſſert. ad Uranol. cap.* 2. Ex quo demonſtratum eſt annum 36 non fuiſſe intercalarem, neque 47. ſed 37. & 48. *Metonis* annus primus cœpit anno 1. ineunte Olympiadis 87. qui fuit 433. ante æram *Chriſti*, Periodi *Julianæ* 4282. *Calippicæ* vero Periodi annus primus cœpit anno periodi *Julianæ* 4384. qui eſt 331. ante æram *Chriſti*, & Olympiadis 112. annus tertius. Quocirca fuit centeſimus tertius ab exordio *Metonici* anni: & octavus adeo enneadecaeteridis *Metonicæ*. Unde annus 36. *Calippicæ* Periodi fuit 5. enneadecaeteridis; & annus 37. fuit 6. Item annus 47. *Calippi* fuit 16. *Metonici* Cycli: ac denique 48. illius, hujus 17. Igitur annus 6. & 17. in enneadecaeteride *Calippi* & *Metonis*, (eadem enim hac ex parte utriusque fuit deſcriptio, ut ait *Geminus*) intercalares fuerunt: non, ut in octaeteride, 5. Hinc apparet intercalares a *Metone* conſtitutos eſſe annos hos, 3. 6. 8. 11. 14. 17. 19. Anno 1. *Metonis*, Periodi *Julianæ* 4282. novilunium *Athenis* commiſſum eſt, medium quidem *Junii* 16. hora 0. 28. in meridiano Attico: & *Julii* 15. hora 13. 12. a media nocte: verum autem *Julii* 15. hora 19. 43. Ideo in 16. *Julii* congruebat: quia ineunte nocte contigit. Ergo *Julii* 16. neomeniam 1. Cycli ſui *Meto* ſtatuit: nec *Junii*, quamvis hæc ſolſtitiali cardini vicinior eſſet. Nam ſi priorem illam *Junii* neomeniam eligeret, primo anno Cycli intercalandum fuiſſet, alioqui ſecundus annus cœpiſſet *Junii* 6. nimiumque ſolſtitii epocham anteceſſiſſet. Deinceps igitur annorum ceterorum neomeniæ neceſſaria ſerie pertexuntur: velut annus 2. iniit *Julii* 6. annus 3. *Junii* 25. & ita porro, ut in 2. *de Doct. Temp.* expreſſimus, in quo *Hecatombæonis* neomenia ſemel 20. *Julii* contigit, anno ſcilicet Cycli 17. Quamobrem vera eſt ratio noſtra, *Hecatombæonem Atticum* nonnumquam ante ſolſtitium cœpiſſe.

CAPUT VI.

De annis Judæorum, Arabum, & Ægyptiorum.

Vide l. 2. de Doct. Temp. c. 42. & l. 7. c. 17. & ſeq. & Var. Diſſ. l. 3. c. 1.

JUdæi lunari hodie utuntur anno, Cycloque decemnovennali; ſed utrum *Moſis* tempore idem inſtituerint, nihil e ſacris Libris idonee poteſt colligi. Nam *Moyſes* Lunæ, lunariſve menſis, cum de ſolemnibus feſtis agit, nuſquam meminit, ſed primum tantummodo, vel ſeptimum menſem nominat. Nihilominus veriſimile eſt, Lunæ ab illis habitam eſſe rationem, quod eos feciſſe conſentiunt omnes, poſtquam *Seleucidarum* jugum acceperunt, hoc eſt, poſt *Alexandri M.* tempora. Ut autem apud nos duplex anni primordium eſt, alterum Civile, a *Januario*, alterum Eccleſiaſticum, a menſe Paſchali, ſic illi civilem annum auſpicati ſunt a *Tiſri* menſe lunari autumnali; Eccleſiaſticum a *Niſan* verno menſe.

Arabes itidem lunarem annum obtinent, & eorum imitatione *Turcæ*. Sed in eo a *Judæis Græciſ*que diſcrepant, quod hi annum lunarem non ſimplicem, hoc eſt, periodi nexibus abſolutum, ſed cum Solis rationibus implicatum adhibent: nam decemnovennalem Cyclum uſurpant. *Arabicus* annus ſimpliciter lunaris eſt, nulla Solis habita ratione, ideoque intercalationis expers. Anni omnes diebus conſtant 354. horis 8. 48. Ex horis & ſcrupulis dies colliguntur, qui opportune inſerti annos aliquot ὑπερίσσους, *abundantes*, conſtituunt, dierum 355. Ita fit ut primus illorum menſis, qui eſt *Muharram*, nullam certam in anno *Juliano* ſedem habeat, ſed quotannis antevertat, ac totum anni noſtri contextum peragret; ut modo in vernum tempus, modo in æſtivum incidat; alias autumnale vel hibernum occupet. De quibus actum eſt pleniſſime in 2. & 7. *de Doct. Temp.*

Ægyptii deſultorium perinde annum, ut *Arabes*, ſed alterius, quam iſti, generis adſciverunt, nimirum propemodum ſolarem. Diebus enim conſtabat præciſe 365. ſine ullo biſextili. Quo fiebat, ut quarto quoque anno vertente, primus anni dies, quem *Thoth* nominabant, unum diem anticiparet in anno *Juliano*; & in annis 1461. primus dies illius pervagatus omnes, priſtinam ad epocham rediret. Exempli cauſſa, incipiat annus *Ægyptiacus* hoc anno *Chriſti* 1632. Calendis *Januarii*, anno 1636. ordietur a *Decembris* 31. atque ita porro, donec poſt annos 1461. iterum a Calendis *Januariis* oriatur. Hac anni forma uſi ſunt *Ægyptii*, uſque ad cladem *Antonii* & *Cleopatræ*, quando cum jugo *Romano* formam quoque illorum anni receperunt. Vide *lib. 7. de Doct. Temp. cap.* 16. & *l.* 10. c. 71. & hujus Partis *lib.* 3. *cap.* 15. Hoc in anni genere celeberrima eſt epocha *Nabonaſſari*; quam a *Chaldæis* traditam obſervarunt *Ægyptii*: de qua cum in *lib.* 3. 7. & 9. *de Doct. Temp.* tum infra *lib.* 3. *cap.* 3. diximus.

CAPUT VII.

De Chronologica annorum methodo, ac primum de Cyclorum tractatione.

HÆc de annorum variis generibus, quantum ſatis erat, præfati, nunc methodum aggrediemur, quæ Chronologiæ tironibus in promptu

eſſe

eſſe debet, uti computandorum temporum certam rationem ineant, & in hac arte tractanda cum errorem caveant ipſi, tum ab aliis admiſſum deprehendant & corrigant. Sed hoc ante omnia tenendum eſt, *Latinos* omnes, qui poſt *Julianı* anni conditum rem Chronologicam attigerunt, hac anni forma uti conſueviſſe, eamque vetuſtiſſimis applicare temporibus, quibus nondum hic annus erat inſtitutus: quod & nos illorum exemplo faciemus. Etenim cum & de anno mundi primo & de reliquis deinceps agemus, exponemuſque quid in quoque geſtum ſit, & qua illius in parte, puta verno, vel æſtivo tempore, non alios quam *Julianos* adhibebimus, perinde ac ſi in uſum recepti jam tum fuiſſent. Eſt enim hæc anni ratio omnium exquiſitiſſima, ac tractatu facillima: quæ & ad popularem uſum apta præ ceteris eſt, & ad exactum Solis curſum quam proxime accedit; ſic ut nulla civilis anni forma propius illum poſſit attingere. Quocirca methodum noſtram ad eum annum adjungemus; in qua Cyclorum prima eſt inveſtigatio. Ad hanc porro certum aliquid & confeſſum inter omnes eligere oportet, in quo velut pedem figamus, & unde in anteriora quælibet tempora, vel poſteriora, liceat excurrere. Ejuſmodi ſit annus ille, qui æram *Chriſti* communem proxime anteceſſit: poſt quem anni ad hoc tempus, quo hæc ſcribimus, elapſi ſunt 1631. atque hunc ipſum communis natalis annum appellamus. Quippe *Decembri* exeunte, proxime ante æræ *Chriſti* principium, natus vulgo ponitur *Chriſtus*. Qui igitur epocham *Chriſti* communem præceſſit annus, huic Cyclus imputatur, Solis 9. Lunæ 1. Indictionis 3. Romano more, hoc eſt, ſingulorum initio ab Calendis *Januariis* ducto. Quibus conſtitutis methodus ita procedet.

Vide l. 7. de Doct. Temp. c. 2.

Edito quolibet anno æræ alicujus, Cyclos ejus inveſtigare.

ANnus iſte vel annum communis natalis *Chriſti* præcedit, vel eum ſequitur. Si ſequitur, vide quoto *Chriſti* anno illius initium ceperit, &, quod conſequens eſt, quos Cyclos habeat. Tum ad numerum annorum propoſitum Cyclos illos inventos unitate minus adjice. Summa per qualemcumque diviſa Cyclum dabit eum qui poſtulatur. Exemplum: Scire libet, quibus Cyclis præditus ſit annus *Diocletiani* 93. cujus meminit *Ambroſius Epiſt.* 83. *lib.* 10. Quoniam ergo primus annus *Diocletiani* cœpit anno *Chriſti* 284. circa autumnum, (uti poſtea demonſtrabitur) inveniendi primo Cycli ſunt anni *Chriſti* 284. adjectis ad Cyclum Lunæ obtinendum 1. ad Solarem 9. ad Indictionem 3. Proinde 285. per 19. (quæ eſt Lunæ periodus integra) diviſis, reliqui fient 0. id eſt, 19. Diviſis iiſdem 284. & 9. hoc eſt, 293. per 28. Cycli Solis, relinquuntur 13. Denique ſi adjectis 3. ad 284. ſumma 287. per 15. partita fuerit, reſidui erunt Indictionis 2. Ergo annus 1. *Diocletiani* cœpit Cyclo Lunæ 19. Solis 13. Indictionis. 2. Quibus, uno minus, ſingulis ad propoſitum annum æræ *Diocletianæ* additis, ſumma per quemque diviſa Cyclum dabit id quod quæritur. Nam ſi ad 93. adjicias 18. & ſummam 111. per 19. dividas, habebis Cyclum Lunæ 16. Si 12. ad 93. accedant, ſumma 105. per 28. partita reſiduos facit 21. Demum 94. per 15. diſtributa relinquunt 4. Igitur annus 93. *Diocletiani* cœptus eſt autumno anni illius, qui Cyclos habuit, Lunæ 16. Solis 21. Indictionis 4. Si annus quæſitus communi *Chriſti* natali ſit anterior, ſummam annorum, qui ab æræ propoſitæ initio ad natalem putantur, divide per integras periodos tres, quod reſiduum erit, niſi Cyclos, qui natalis illius anni proprii ſunt exhibeat, hoc eſt Lunæ 1. Solis 9. Indictionis 3. adde quantum neceſſe eſt, ut Cyclos iſtos conficias: quicquid addideris, unitate auctum, dabit Cyclos anni illius, unde propoſita æra proficiſcitur: quibus inventis eadem, qua ſupra uſi ſumus, ratione anni quæſiti Cyclos erues. Cujuſcumque porro Cycli diviſione facta, numerum natali *Chriſti* anno peculiarem reſiduum feceris, ſcito primum epochæ illius Cycli eſſe 1.

Exemplum: Quærantur Cycli proprii anni ante *Chriſtum* 3983. Diviſa hac ſumma per 19. 28. & 15. reſtant 12. Cycli Lunaris, Solaris 7. Indictionis 8. Atqui anno ipſi natali *Chriſti* Cyclus convenit Lunæ 1. Solis 9. Indictionis 3. Ut igitur hoc efficiamus, addendi ſunt ad reſiduas ſummas, Lunaris quidem Cycli 8. ita enim ex 12. & 8. fient 20. de quibus integra periodo ſubtracta ſupererit 1. Solaris vero 2. ut fiant 9. ad 8. vero Indictionis adde 10. ut conficiant 18. de quibus dempta integra periodo Indictionum, reſtabunt 3. Igitur primus annus de ſumma 3983. Cyclum habuit Lunæ 9. Solis 3. Indictionis 11. additis videlicet unitatibus ad ſingulos reſiduos Cyclos ex diviſione per Periodos integras primo facta. Rurſus inveſtigentur Cycli proprii anni 4713. ante communis natalis annum. Diviſa annorum propoſita ſumma per 19. reſtat 1. Cycli Lunaris; per 28. reſtant 9. Solaris; per 15. reſtant 3. Indictionum, qui ſunt peculiares Cycli anni natalis *Chriſti*. Igitur primo anno illorum 4713. cœpit Cyclus 1. omnium trium Periodorum.

CAPUT VIII.

Methodus eorumdem Cyclorum in Juliana *Periodo.*

JUliana Periodus, de qua *capite* 4. diximus, conſtat e tribus Cyclis, ſeu Periodis, Solis, Lunæ, & Indictionis, in ſe ſe invicem ductis. Quare omnes anni, quibus tres illi attributi ſunt Cycli, ſedem in illa Periodo certam obtinent, quam hoc pacto inveſtigare licet.

1. Ex dato Cyclo Solis, additis 28. ſi opus eſt, detrahe Lunæ datum Cyclum, & per reſiduum multiplica numerum 56. Quod inde productum erit, addito illo ipſo numero, e quo facta ſubtractio eſt, & abjectis 532. quoad fieri poterit, exhibebit annum Victorianæ periodi, in quem Cycli duo propoſiti, Solis, ac Lunæ, congruunt.

2. Poſtea ex anno eodem illo *Victorianæ* Periodi ſubtrahe datam Indictionem, & reſiduum partire per 15. quod reliquum diviſionis erit, duc in 1064. tum producto adde ſuperiorem annum *Victorianæ* Periodi. Summa amborum, adjectis 7980. quoties fieri poterit, erit annus Periodi *Julianæ* qui petitur.

Exemplum: Quæritur annus Periodi *Julianæ* in quem Cycli cadunt, Solis 9. Lunæ 1. Indictionis 3. In primis Lunæ Cyclum 1. deduc a Cyclo Solari dato 9. reſiduum 8. duc in 56. fient 448. quibus adde 9. ſumma 457. eſt annus *Victorianæ* Periodi, qui quæritur, Cyclis duobus præditus, Solis 9. Lunæ 1.

Poſt de annis 457. aufer Indictionem datam 3. reſiduum 454. diviſum per 15. relinquet 4. per hoc multiplica 1064. & producto 4256. adde 457. conficit annus Periodi *Julianæ* 4713. cui Cycli tres propoſiti competunt.

Hujus methodi facilis eſt ἀπόδειξις. Etenim ſi numerum quemlibet Cyclos aliquot integros minus unitate continentem per alium numerum Cyclo minorem integro multiplices, productum ab Cyclis integris tantum deficit, quantus eſt multiplicans numerus. Numerus 56. conſtat Cyclis Solis integris

Demonſtratio methodi illius

duobus

duobus : Lunares vero Cyclos tres colligit unitate minus. Igitur ſi per reſiduum dati Cycli Solaris, ablato videlicet Lunari dato, numerum iſtum multiplices, productus numerus tot unitatibus ab Cyclis Lunaribus abſolutis deficiet, quot ſunt in multiplicante, qui aſt 8. Nam 448. per 12. diviſa reliqua faciunt 11. quæ ab anneadecaeteride diſtant numero 8. Proinde ſi ad 448. adiicias 9. compenſabis defectum illum poſtremæ enneadecaeteridis ac ſuperflua erit unitas, qui eſt propnſitus in quæſtione Lunæ Cyclus.

Quod ad Indictionis methodum ſpectat, numero utimur 1064. in quo ſupra Lunæ Soliſque Cyclos integros redundat nihil; ad expleodos vero Indictionis Cyclos unitas deficit. Itaque ſi hac ipſa 1064. multiplices per reſiduum anni *Victoriani* data Indictione multati, & per 15. diviſi, quod aſt 4. productum 4256. ab integro Cyclo Iodictionis 4. unitatibus aberit. Siquidem 4256. per 28. & 19. diviſa, nihil reſidui faciunt: per 15. vero partita relinquunt 11. quæ ab 15. diſtant numero 4. Igitur ſi ad 4256. accedant 457. quæ ſupra integros Lunæ Cyclos habent ſuperfluum 1. ſupra Solares 9. ſupra Indictiones abſolutas 7. hic ipſe numerus 7. non ſolum compenſabit defectum alterius ſummæ, quæ minus 4. Indictinnum Cyclos abſolutos dabat, ſed præterea axcurrentas habebit 3. quæ aſt Indictio data. Summa igitur ex ambobus conflata numeris 4256. & 457. nimirum 4713. annus eſt Periodi *Julianæ*, qui petitur, quippe per Cyclos tres diſtributus reſidua dabit Solaris 9. Lunaris 1. Indictinnis 3.

Quod ſi compendioſius annum quempiam in *Juliana* Periodo ex datis Solis & Lunæ Cyclis, ſepoſita Indictione, vales deprehendere, ita procedes. Invento anno, quem in Periodo *Victoriana* annorum 532. occupant duo Cycli propoſiti, ex methodo proxime ante tradita, quotus ille annus eſt, totidem unitates adiice ad annum Periodi *Julianæ*, quo poſteriorem aſſe coniicis annum eum, qui quæritur. Quam in rem tabellam confecimus per annos 532. progredientem.

Tabula Periodorum *Victorianarum*.

Periodorum numerus.	Anni Periodi *Julianæ*.	Anni anta *Chriſtum* & poſt *Chriſtum*.	Anni Mundi.
0	0	4714	0
1	532	4182	0
2	1064	3650	334
3	1596	3118	866
4	2128	2546	1398
5	2660	2054	1930
6	3192	1522	2462
7	3724	990	2994
8	4256	458	3526
		Æræ *Chriſti*.	
9	4788	75	4058
10	5320	607	4590
11	5852	1139.	5122
12	6384	1671	5654
13	6916	2203	6186
14	7448	2735	6718
15	7980	3276	7250

Periodus *Victoriana* ex duobus Cyclis, Solis, & Lunæ, ductis invicem contexitur. In tabella cola ſunt quattuor. Primum numerum Periodorum continet, qui *Julianam* componit: nam 532. quindecies repetuntur in *Juliana* Periodo annorum 7980. Secundum annos exhibet *Julianæ* Periodi, in quos deſinunt *Victorianæ*. Tertium annos habet ante *Chriſtianam* epocham, vel poſt ipſam in quibus *Victorianæ* Periodi terminantur. Quartum annos mundi per 532. creſcentes, quorum primus ex noſtra ſententia incipit a Calendis *Januariis* anni Periodi *Julianæ* 731.

Igitur præpoſitis Cyclis Solis & Lunæ cujuslibet anni, ut ejus ſitum in *Juliana* Periodo reperias, annum prius inveſtigabis Periodi *Victorianæ*, in quem cadunt ambo Cycli, ax methodo paullo ante tradita. Hunc annum adjunges ad proxime minorem Periodi *Julianæ* in tabellæ colo 2. Exemplum: Scit aliquis, annum illum, quo natus vulgo ponitur *Chriſtus*, Cyclum Solis 9. & Lunæ 1. habuiſſe. Ex his duobus inquiratur annus illius proprius in *Juliana* Periodo. Per ſuperiorem methodum annus iſte deprehenſus eſt in *Victoriana* Periodo eſſe 457. Addantur argo 457. ad aliquem numerum eorum, quos 2. colon axhibet, quem ſcilicet proxima minorem ſuſpicamur anno illo, qui quæritur. Is erit 4256. *Julianæ* Periodi. Additis argo 457. ad 4256. fiunt 4713. Periodi *Julianæ*, in quem Cycli illi duo competunt. Quod intelliges, ſi annos 4713. per 28. & 19. diviſeris.

CAPUT IX.

Methodus annorum mundi, & ante Chriſtum, & *quomodo tam Cycli ad eos accommodentur, quam eorum in* Juliana *Periodo ſitus inveniatur.*

ANnorum ab orbe condito ſumma tam varia eſt & multiplex, vix ut unus cum altero putandorum artifex temporum conſentiat. Nos certis adducti rationibus, quas in libro ſequenti propoſuimus, ad æram vulgarem *Chriſti* numeramus annos ab orbis initio 3983. ſic ut poſtremus horum ei reſpondeat, quem natali *Chriſti* vulgo præfiniunt. Etenim certus aliquis ac fixus annus ſtatuendus eſt, in quo Chronologia noſtra conſiſtat, qui quidem extra controverſiam poſitus ſit: cujuſmodi ſunt anni æræ *Chriſtianæ* cujus agitur nunc annus 1632. De hoc anim putandi modo *Chriſtiani* fere omnes inter ſe conveniunt. Quocirca annus ille, a quo proxime æra *Chriſti* cœpta eſt, cujus in finem, ac *Decembris* 25. diem, natalis *Chriſti* vulgari opinione cecidit, communis aſt limes *Latinorum* omnium Chronologorum, in quem eorum calculi conſpirant, uti ſupra demonſtravimus.

Igitur quamcumque Chronologiam in manus ſumſeris, vide quoto mundi anno æræ Chriſtianæ primum attribuat. Deinde ſummam omnium annorum ad hujus æræ primordium lapſorum auſer ex annis *Julianæ* Periodi 4713. reſiduum, unitate addita, dabit annum *Julianæ* Periodi, a quo anni mundi proficiſcuntur. Tum iiſdem *Julianæ* Periodi diviſis annis per 28. 19. & 15. Cyclos tres obtinebis, quibus æra mundi incipit. Ut ſi de annis 4713. auferas 3983. reſtabunt 730. Igitur annus Periodi *Julianæ* 731. primus eſt mundi in noſtra Chronologia. Diviſis 731. per 28. habes Cyclum Solis 3. ſi per 19. dividas, Cyclus exiſtet Lunæ 9. ſi per 15. Indictio reliqua fiet 11. Quocirca ad annos mundi additis perpetua methodo annis Cycli Solaris 2. Lunæ 8. Indictionis 10. omnium deinceps annorum Cyclos inveſtigabis, ſi ſummam partiare per 28. 19. & 15.

In annis anta *Chriſtianam* æram, qui in tertio colo tabellæ *Victorianæ* poſiti ſunt, mira eſt methodi facilitas. Datum anim quemlibet numerum annorum, quorum ultimus ſit ille, qui æram *Chriſtianam a tros* præcedit, auſer ex proxime majori numero in colo tertio: reſiduum ad laterales numeros

coli 2. additum præbebit annum *Julianæ* Periodi, qui primus anous congruit propoſitæ ſummæ: vel ſi ad laterales coli 4. numeros adjungatur, dabit annum mundi. Ut quoniam primus annus *Iphiti*, ſiva Olympiadis primæ, eſt 776. ante annum natalis communis *Chriſti*, detrahe de 990. qui proxime major eſt in colo 3. annos 776. reliqui erunt 214. quos ſi ad 3724. Periodi *Julianæ*, vel 2994. mundi laterales adiicias, fiet annus Periodi *Julianæ* 3938. mundi 3208. quo prima *Iphiti* Olympias iniit. Quibus repertis, facile Cyclos tres ea, quam paullo ante tradidimus, methodo conficies.

CAPUT X.

De methodo annorum Euſebiani Chroniti, *& qua ratione ad* Julianam *Periodum accommodari debent*.

EUſebianum Chronicon annos numerat ab ortu *Abraami*, ac poſtea etiam Olympiadas adjungit. Sed non idem, opinor, cum *Julianis* civile annorum adhibet initium. Etenim *Antiocheni*, *Syri*que ceteri, ab autumno annos ſuos auſpicati ſunt; ut in 10. *de Doct. Temp, cap, 92.* demonſtravimus: quod ipſum & *Euſebium* inſtituiſſe probabile eſt, qui *Caſareæ* in *Palæſtina* degebat. Ut igitur *Chronici* illius epocham in anno *Juliano* ejuſque Periodo ſtatuamus, ac certam putandorum annorum methodum præſcribamus, anni aliquot eligendi ſunt, qui cum *Julianis* conferri & exæquari facilius poſſint.

Anno *Abraami* 1973. C. *Julius Cæſar* occiſus in Senatu ponitur, primo Olympiadis 184. ac ſequenti *Octavianus Cæſar* iniit; cujus anno 42. natum eſſe *Chriſtum* exiſtimat, tertio Olympiadis 194. *Abraami* 2015. paſſum vero ſcribit anno tertio Olympiadis 202. *Abraami* 2047.

Quoniam igitur *Julius Cæſar* Eid. *Martiis* anni *Varroniani* ab Urbe condita 710. cæſus eſt, *Julianæ* editionis ſecundo, Periodi *Julianæ* 4670. ab inſequente anno *Auguſti* Imperium putare orſus eſt *Euſebius*, cujus quadrageſimus ſecundus annus, ut *Abraami* 2015. ita Periodi *Julianæ* numeratur 4712. quo tertius incepit Olympiadis 194. Proinde annus *Euſebianus* 1974. majore ſui parte concurrit cum anno *Julianæ* editionis tertio, Periodi itidem *Julianæ* 4671. annus quoque *Abraami* 2015. cum anno Periodi *Julianæ* 4712. Item additis ad natalem *Chriſti Euſebianum* annis 32. fit annus *Abraami* 2047. Periodi *Julianæ* 4744. in quem annus incurrit editionis *Julianæ* 76. vulgaris æræ 31. quo Coſſ. fuere *Tiberius* V. & *Sejanus*, ac deſinente anno ſecundo Olympiadis 202. tertius occepit.

Jam ſi annus *Abraami* 1974. reſpondet anno *Julianæ* Periodi 4671. & 2015. illius, hujus eſt 4712. illius denique 2047. hujus eſt 4744. conſequens eſt annum primum *Euſebianum* concurrere cum anno Periodi *Julianæ* 2698. Sed cum *Antiochenorum* annus, &, ut veriſimile eſt, *Euſebianus*, ab autumno antecedente cœperit, caput *Euſebiani Chronici* repetendum erit ab autumno anni Periodi *Julianæ* 2697. ac perpetua methodo ad annos *Euſebiani Chronici* addendi erunt 2696. ut habeas initium annorum *Abraami*. Verum quia major *Euſebianorum* pars cum *Julianis* ſequentibus concurrit, adde 2697. ut annos eoſdem *Abraami* Periodi *Julianæ* annis aſſignes, ducto a Calendis *Januariis* exordio. Exempli cauſſa, annus eſto *Abraami* 2047. quo paſſus eſt *Chriſtus*. Id evenit *Martio* menſe; verno utique tempore. Additis ergo 2697. conſiet annus Periodi *Julianæ* 4744. æræ communis 31. quem annum *Epiphanius* aliique Veteres Dominicæ Paſſionis præfiniunt.

Annus primus æræ vulgaris, quam *Dionyſianam* nuncupant, cœpit anno *Euſebiano* 2017. ad quem additi 2697. efficiunt annum Periodi *Julianæ* 4714. Sic annus primus Olympiadum *Iphiti* ab *Euſebio* computatur 1241. ab ortu *Abraami*. Additis ex methodo annis 2697. conflatur annus Periodi *Julianæ* 3938. quo revera cœpta eſt Olympias prima.

Contra hæc obiici nonnulla poſſunt ex iis, quæ ad annum Paſſionis in *Euſebiano Chronico* notantur, de quibus ea conſule, quæ in 9. *de Doct. Temp. cap.* 1. diſſeruimus. Non enim diutius hærere in tricis iſtis operæ pretium ducimus.

CAPUT XI.

Methodus annorum Iphiti, *ſive* Olympicorum, *Urbis, &* Julianorum.

OLympici ludi in *Græcia* quinto quoque ineunta anno magna frequentia celebrabantur in *Piſatide Peloponneſi* regione, quæ *Elidi* contributa erat, ad urbem *Piſam*, ſive *Olympiam*. Proinde Olympiades integra ſunt quadriennia, qui & anni *Iphiti* nominantur ab *Iphito*, qui agonas illos inſtauravit anno 777. ante æram *Chriſtianam*, Periodi *Julianæ* 3938. mundi 3208.

Horum computandorum methodus aſt ejuſmodi. Propoſita quavis Olympiade, ſume antecedentes omnes proxime abſolutas, & earum numerum per 4. multiplica. Tum ad ſummam adiice reſiduos annos Olympiadis, de qua inſtituta quæſtio eſt. Totum deinde collectum adde annis Periodi *Julianæ* 3937. vel mundi 3207. habebis annum utriuſvis, quo quæſitus Olympiadis annus incepit. Item de annis ante *Chriſti* natalem 776. ſubtrahe ſummam eamdem unitate dempta, ſi minor ſit annis 776. adeoque *Chriſti* æram antecedat. Si enim poſterior ſit, per annos Periodi *Julianæ* vel mundi, quod voles, efficies. Exemplum: Quæritur annus 2. Olympiadis 87. ante quem paucis menſibus bellum *Peloponneſiacum* iniit. Ducantur Olympiades 86. abſolutæ in 4. fiunt 344. His adde 2. ut ſint anni 346. *Iphiti*, ſiva a 1. Olympiade. Ad hunc numerum adjunge 3937. vel 3207. exiſtent anni Periodi *Julianæ* 4283. mundi 3553. quibus ſecundus annus 87. Olympiadis inchoatus aſt. Rurſus annis 346. dempta unitate, hoc eſt 345. deductis de 776. reſtant 431. Igitur anno 431. ante natalem *Chriſti* communem iniit Olympiadis 87. annus ſecundus.

Jam vero inquiratur annus 2. Olympiadis 254. quo *Cenſorinus* ſcribebat. Multiplicatis 253. per 4. fiunt 1012. additis 2. anni fiunt *Iphiti* 1014. qui ad 3937. accedentes, efficiunt *Julianæ* Periodi annum 4951. qui ad annos mundi 3207. additi faciunt 4221. Igitur anno Periodi *Julianæ* 4951. mundi 4221. *Cenſorinus* librum ſuum edidit. Detractis de Periodo *Julianæ* 4713. de annis vero mundi 3983. fiet utrobique annus æræ *Chriſtianæ* 238.

Cum autem primus annus *Iphiti* incidat in annum Periodi *Julianæ* 3938. quibus Cycli competunt Solis 18. Lunæ 5. Indictionis 8. perpetua methodo ad annos *Iphiti* adde 17. 4. 7. ſumma per ſui generis Cyclum diviſa, quem voles ex tribus, exhibebit.

Annorum ab Urbe condita duplex potiſſimum ratio eſt; altera *Varroniana*, ab auctore *Varrone* dicta, altera, quam *Capitolini* faſti ſequuntur, quæ uno anno priore tardior eſt. *Varroniana* epocha anno congruit Olympiadis ſextæ tertio exeunti, ſequente quarto, Periodi *Julianæ* 3961. mundi 3231. ante natalem *Chriſti* 753. *Capitolina* anno Periodi *Julianæ* 3962. mundi 3232. ante *Chriſtum* 752. Quocirca de annis Periodi *Julianæ* ſi 3960. auferas, habebis annos Urbis *Varroniani* computi. *Capitolini* vero, ſi 3961. detrahas. Sic de annis mundi ſubtracti 3230. relinquunt annos urbis *Varronianos*, ſin 3231. ſubducas,

obti-

Digitized by Google

obtinebis annos *Capitolinos*. Porro de annis ante *Chriſti* natalem ſummam annorum urbis detrahe, reſiduum unitate auctum annus eſt ante *Chriſtum*, in quem incidit quæſitus annus ab U. C. in utroque computo.

Exemplum: *Julius Cæſar* occiſus eſt anno Periodi *Julianæ* 4670. mundi 3940. Deductis de priore annis 3960. relinquitur annus Urbis ex *Varronis* calculo 710. Detractis autem 3961. exiſtit annus *Capitolinus* 709. Ex annis vero mundi aufer 3230. fit annus *Varronianus* 710. Ablatis 3231. *Capitolinus* exiſtet 709. Rurſus ſi de annis 753. ſubducas 710. & unitatem adiicias, reſiduus erit annus 44. ante natalem *Chriſti*, in quem annus 710. *Varronianus* incurrit. Quod ſi 709. ſubducas de 752. & reſiduo accedat 1. ſimiliter in *Capitolina* ratiuncula annus 44.

Quod ad Cyclorum methodum ſpectat, ad annos Urbis *Varronianos* adde Cyclum Solis 12. Lunæ 8. Indictionis 15. Ad *Capitolinos* autem adde Solis Cyclum 13. Lunæ 9. Indictionis 1. ſumma diviſa tres Cyclos præbebit.

Anni Juliani. Anni *Juliani* ab *Julio Cæſare* dicti ſunt, qui annum *Romanum* caſtigavit, & eam formam, qua hodieque utimur, inſtituit, ut poſt annos 4. dierum 365. unus quinto ineunte anno dies intercalaretur. Primus annus *Julianus* a Calendis *Januariis* proceſſit anni illius, qui 45. putatur ante communem *Chriſti* natalem, (ut ſuo loco demonſtravimus) eſtque Periodi *Julianæ* 4669. mundi 3939.

Vid. l. 4. Doct. Temp. c. 12. & ſeq. & l. 10. & hujus Operis l. 3. c. 14.

Quare ad methodum anni *Juliani* adde annos Periodi *Julianæ* 4668. vel mundi 3938. ad annos *Julianæ* editionis, ut eorum in *Juliana* Periodo, vel annis mundi, ſitum reperias; aut de annis Periodi *Julianæ*, vel mundi, aufer eoſdem numeros, ut annorum *Julianorum* numerum aſſequare; Cyclos vero Solis 22. Lunæ 15. Indictionis 5. adiice ad numerum annorum *Julianorum*, ac ſummam divide per 28. 19. & 15. Exemplum *Cenſorinus* refert, ſe anno *Juliano* 283. librum ſuum ſcripſiſſe. Adde 4668. fient anni Periodi *Julianæ* 4951. vel mundi 4221. ſi adiicias 3938. De quibus ablatis 4713. *Julianæ* Periodi vel mundi 3983. reliquus erit annus *Chriſti* 238.

CAPUT XII.

Methodus annorum Ægyptiacorum, *tam abſolutorum, quam cum epocha* Nabonaſſari *amplificatorum.*

Vide l. 7. de Doct. Temp c. 13. & ſeq.

FIt annorum *Ægyptiacorum* & *Nabonaſſareorum* crebra in Chronologorum ſcriptis mentio: quorum iden ſcientia carere doctrinæ ſtudioſus illius non poteſt. Horum annorum ea conditio eſt, ut quarto quoque vertente caput anni retro abeat, & unum anticipet diem, ac demum poſt 1460. *Julianos* annos, vel 1461. *Ægyptiacos*, ad eumdem, unde erat profecta, diem *Juliani* menſis neomenia redeat. Exempli gratia: Primus dies *Thoth* [is primus eſt *Ægyptiorum* menſis] incipiat hoc anno Calendis *Januariis* poſt annos 4. incipiet *Decembris* 31. poſt octo *Decembris* 30. & ita deinceps; donec anno 1457. perveniat ad 2. *Januarii*: anno vero 1461. in Calendas *Januarias* rurſus incurrat, expletis annis *Julianis* 1460. qui ſunt *Ægyptiaci* 1461. completi. Hinc annus iſte vagus appellari conſuevit. Accidit autem interdum, ut in eumdem annum *Julianum* annorum duorum *Ægyptiacorum* incidant initia. Ut ſi biſextilis ſit annus, & neomenia *Thoth* Calendas *Januarias* occupet. Tunc enim ſequentis anni *Thoth* ultimum *Decembris* obſidebit; quandoquidem *Julianus* iſte annus diebus conſtat 366.

Quemadmodum vero *Julianus* annus, cum ſimplex ſit, diverſis ab exordiis ſumitur, velut a mundi conditu, aut a *Chriſti* natali, ſic *Ægyptiacus* & vagus iſte varias habere poteſt epochas. Quarum celeberrima eſt, & ab Aſtronomis uſurpata veteribus, æra *Nabonaſſari*, quam *Ægyptii* a *Babyloniis* acceperunt. Fuit enim *Nabonaſſarus Chaldæorum* Rex: ab cujus primordio *Babylonii* novam æram inſtituerunt, qua cæleſtes obſervationes ſuas ejuſdem gentis Aſtronomi conſignarunt. [a] Eas *Calliſthenes Ariſtotelis* diſcipulus eum *Græcis Ægyptiiſque* artis ejuſdem peritis communicavit. Hinc apud *Ægyptios* æra *Nabonaſſari* originem accepit, ſolis cognita Mathematicis, cujus exordium cadit in annum Periodi *Julianæ* 3967. *Februarii* 26. feria 4. anno mundi 3237. ante *Chriſtum* 747. Anno 3969. Periodi *Julianæ* migravit in 25. *Februarii* neomenia *Thoth*; quia biſextilis dies initium anni *Ægyptiaci* præceſſiſſe ponitur. Anno 3973. tranſiit ad 24. *Februarii* proxime poſt biſextilem diem. Anno 3977. qui biſextilis fuit, neomenia *Thoth* incidit in 6. Calendas priores *Martii*, ſive in ipſum biſextilem diem, feria 7. Sequente anno, 23. *Februarii* contigit, feria 1. ac deinceps altero quoque a biſextili anno unum diem antevertit. Anno demum Periodi *Julianæ* 4190. ineunte anno *Nabonaſſari* 224. tranſitum fecit ad Calendas *Januarias*. Tum anno 4193. in iiſdem Calendis conſtitit anno *Nabonaſſari* ineunte 227. Et quoniam biſextilis annus iſte fuit, ſequens annus *Nabonaſſari* 228. cœpit ultimo *Decembris*. Itaque duo anni *Nabonaſſari* in eodem *Juliano* exordium cœperunt. Ex quo factum eſt, ut annorum *Nabonaſſareorum* numerus non *Julianos* excederet. De annis Periodi *Julianæ* 4194. detractis 3966. reſtant 228. Debuerat igitur annus *Nabonaſſari* 228. incipere anno 4194. Atqui cœpit annus 229. propterea quod anno 4193. duo anni orſi ſunt, nempe 227. & 228. Proinde de annis Periodi *Julianæ* deinceps non 3966. ſed 3965. demendi erunt. Anno vero Periodi *Julianæ* 5653. rurſus duo anni *Nabonaſſarei* in eumdem *Julianum* incurrent. Ideo ex annis Periodi *Julianæ* non 3965. ſed 3964. eximentur, ut *Nabonaſſareorum* numerum aſſequare. Quod ipſum poſt annos 1460. quæ eſt Periodus *Sothiaca*, identidem facies. His velut fundamentis poſitis annorum iſtorum methodum compendio trademus: ſi prius *Ægyptiacorum* menſium & *Romanorum* latercula deſcripſerimus.

[a] Vide Infra l. 2. c. 17.

Laterculum *Ægyptiacorum* menſium.			Laterculum menſium *Romanorum*.	
Menſes *Ægyptiaci*	Dies Regulares.		Menſes *Romani.*	Dies
Thoth	0	0	*Januarius*	0
Paophi	30	2	*Februar.*	31
Athyr	60	4	*Martius*	59
Chojac	90	6	*Aprilis*	90
Tybi	120	1	*Majus*	120
Mechyr	150	3	*Junius*	151
Phamenoth	180	5	*Julius*	181
Pharmuthi	210	7	*Auguſtus*	212
Pachon	240	2	*Septemb.*	243
Payni	270	4	*October*	273
Epiphi	300	6	*November*	304
Meſori	330	1		
Epagomenæ	360	3	*Decemb.*	334

Dato quolibet anno Periodi Julianæ *inveſtigare quoto die* Thoth *incipiat*.

CAN. I. IN tota Periodo *Juliana* anni ſunt quinque, qui neomeniam *Thoth* tam primo *Januarii* die, quam ultimo *Decembris* exhibent. Sunt autem

1273. 2733. 4193. 5653. 7113.

qui invicem diſtant intervallo annorum 1460.

Edito igitur anno quolibet *Julianæ* Periodi, in quo neomenia *Thoth* quæritur, detrahendus hic erit ex aliquo numero proxime majore iſtorum quinque; reſiduum exinde per 4. dividito; quotientem ſervam; quem unitate augebis, quoties poſt diviſionem aliquid ſupererit. Quod ſi nihil facta diviſione reſtat, unitatem non adiicies, niſi quotiens non ſit major quam 54. atque hic ipſe quotiens, ſi opus fuerit, unitate auctus, quem in diem Calendarii *Juliani* deſinet, in eum neomenia *Thoth* incurret. Exemplum: Eſto annus Periodi *Julianæ* 3977. cujus *Thoth* quæritur. Deductis 3977 de 4193. ſuperſunt 216. quæ per 4. diſtributa in quotiente dant 54. præciſe. Quare ad 54. adiicienda eſt unitas. Nam *Thoth* cœpit die 55. a Calendis *Januariis*. Rurſus anno Periodi *Julianæ* 4712. quæratur neomenia *Thoth*. Proxime major annus eſt 5653. de quo ſubductis 4712. reſtant 941. Ea diviſa per 4. reddunt in quotiente 235. & unum reſiduum eſt. Igitur *Thoth* cœpit die 236. a Calendis *Januariis*, id eſt, *Auguſti* 24. ut ex latereulo menſium *Romanorum* colliges, in quo proxime minor dierum numerus eſt 212. ad *Auguſtum* adſeriptus: qui indicat ante menſem *Auguſtum* proxime confectos eſſe dies 212. a Calendis *Januariis*. Ablatis 212. de 236. reſtant 24. Ad hæc, inquiratur neomenia *Thoth* anno Periodi *Julianæ* 4155. De proxime majore 4193. deductis 4155. reſtant 38. quæ diviſa per 4. habent in quotiente 9. ac 2. reliqua ſunt. Proinde neomenia *Thoth* incidet in *Januarii* 10.

Cautio. Poſt annum *Chriſti* 1582. quo Calendarium a *Gregorio* caſtigatum eſt, ad inventum in anno *Juliano* diem neomeniæ *Thoth* adde hoc ſæculo dies 10. ac deinceps quot neceſſe erit, ex methodo Calendarii, de qua *lib. 7. de Doct. Temp. cap.* 12.

Edito quolibet anno Periodi Julianæ, *ſcire quotus in eo æra* Nabonaſſari *annus incipiat*.

CAN. II. OBſervandi ſunt anni 4. in *Juliana* Periodo,

3967. 4193. 5653. 7113.

quorum primus initium dedit epochæ *Nabonaſſari*; reliqui tres duos annos *Nabonaſſareos* inchoant ſinguli, ut ſupra declaravimus. Propoſito ergo quovis anno, vide in quod intervallum incidat; hoc eſt, quo ſit proxime minor. Si ad prius pertineat, ſitque numerus annorum major 3967. minor 4194. de ſumma propoſita deme 3966. reſiduum erit annus *Nabonaſſari*. In 2. intervallo, detrahe 3965. in tertio, ſubtrahe 3964. Quæritur, exempli gratia, quotus annus *Nabonaſſari* cœperit anno Periodi *Julianæ* 4155. quo *Cyrus* orſus eſt. Pertinet hic annus ad intervallum prius. Eſt enim major 3967. minor 4193. Itaque de 4155. detrahe 3966. reſtabit annus *Nabonaſſari* 189. qui iniit anno Periodi *Julianæ* 4155. At annus 4540. quia ad ſecundum intervallum refertur, detractis 3965. relinquit annum *Nabonaſſari* 575. Hujus Canonis ratio ex antecedentibus conſtat.

Datum annum Nabonaſſari *ad annum Periodi* Julianæ *revocare*.

FIt id converſa ratione. Notatis 4. numeris, CAN. III.

1. 227. 1688. 3149.

tria intervalla notentur. Si annus in primum reiicitur, adda illi 3966. Si ad ſecundum in tertium ſpectat, adiice illi 3965. Si ad 3. adde 3964. Exempli cauſſa: Annus *Nabonaſſari* 189. quia in primo intervallo locatur, adjunctis 3966. efficit 4155. quo cœpit propoſitus annus *Nabonaſſari*. At annus 575. additis 3965. dabit annum Periodi *Julianæ* 4540.

Poteſt ad annos mundi eadem methodus applicari; ſi prius conſtitueris, quem in annum epochæ iſtius anni *Nabonaſſarei* congruant.

Dato quolibet anno Ægyptiaco, *vel* Nabonaſſareo, *ejuſque initio, reliquos menſes inveſtigare*.

AD diem neomeniæ *Thoth* in *Juliano* Calendario fixum adde numerum ad eum menſem, quem inquiris, adſcriptum. Summa integra, vel, ſi major eſt quam 365. eo detracto, quod reſiduum eſt, erit dies neomeniæ, quam requiris. Verbi gratia, ſit inveſtiganda neomenia *Pharmuthi* anno *Nabonaſſari* 189. Quoniam igitur neomenia *Thoth* ex Canone 1. cœpit *Januarii* 10. adiice 210. ad illum menſem adſcriptos in latereulo, fient 220. Igitur 220. dies a Calendis *Januariis* habet neomeniam *Pharmuthi*, quem ex latereulo menſium *Romanorum* invenies eſſe *Auguſti* 8. CAN IV.

Propoſito aliquo anno Nabonaſſari *feriam pronuntiare, a qua incipit*.

AD numerum annorum *Nabonaſſari* adde 3. Summa diviſa per 7. ſi quid reſidui faciat, erit hæc feria. Si nihil ſuperſit, erit 7. CAN.V.

Exemplum: Quæritur in quam feriam incurrat neomenia *Thoth* anni 189. *Nabonaſſari*. Additis 3. ſummam 192. partire per 7. reſtant 3. Igitur neomenia *Thoth* cœpit anno *Nabonaſſari* 189. Periodi *Julianæ* 4155. feria 3. Et revera anno illo fuit feria 1. *Januarii* 10. Littera Domin. A.

Invento charactere, ſive feria neomeniæ Thoth, *reliquorum menſium ac dierum characteres excerpere*.

IN latereulo menſium *Ægyptiacorum*, quod ſupra deſcripſimus, in col. 3. habes regulares, hoc eſt feriarum numerum; qui cum charactere neomeniæ *Thoth* per præcedentem reperto ſingulorum menſium ferias oſtendit. Quæratur character menſis *Pachon* anno *Nabonaſſari* 189. neomenia *Thoth* ex antecedenti Canone cœpit feria 3. regularis *Pachon* eſt 2. Utraque compoſita dant 5. Igitur neomenia *Pachon* incidit in feriam 5. Experiamur, an vera ſit methodus iſta, ex comparatione anni Juliani. Ex doctrina Canonis 4. neomenia *Pachon* incidit in 7. *Septembris*. Siquidem numerus 240. in latereulo menſium *Ægyptiacorum* adſcriptus ad *Pachon*, ſi ad neomeniam *Thoth*, quæ *Januarii* 10. occupavit, accedat, efficit 250. de quo numero deductus proxime minor in latereulo *Romanorum* menſium, qui eſt 243. ad *Septembrem* appoſitus, relinquit 7. ex doctrina Canonis 1. Revera autem *Septembris* dies 7. feriam 5. habuit. Nam littera Dom. fuit A. CAN. VI.

Inveſtigatis feriis initialibus menſium, ceterorum dierum ferias nullo labore conſequeris. Memineris modo, eamdem feriam eſſe die menſis 8. 15. 22. 29. quæ prima fuit.

C A-

CAPUT XIII.

De methodo anni Ægyptiaci *ad* Julianum *modum redacti atque fixi*.

Lib. 7. de Doct. Temp. c. 26. * Vide 10. de Doct. c. 71.

A*Lexandrini*, ut & *Ægyptii* reliqui, *Antonio* & *Cleopatra* ſublatis, una cum jugo *Romanorum* etiam eorum annum acceperunt: hunc tamen quinquennio, quam illud, poſterius, ut plenius * alibi demonſtravimus. Ab illo tempore deinceps vagari popularis illorum annus deſiit: ſed intercalationis fræno revocatus eſt quarto quoque anno priſtinam in ſedem. Caput hujus ſive neomenia *Thoth*, hæſit in *Romani Augusti* die 29. qui decollationi Sancti *Joannis* hodie dicatus eſt. Menſium eadem quæ in vago, deſcriptio. Nam tricenarii ſunt ſinguli; ex biſque 360. dies conficiuntur, quibus 5. adduntur in fine epagomenæ, quaſi curtus menſis: & cum biſextilis eſt annus, eæ ſex numerantur. Intercalant autem *Alexandrini* non eodem anno, quo *Romani*, ſed proxime antecedente, ut ex *Ambroſii epiſtola* 83. colligitur, in qua ſcribit anno 76. *Diocletiani* Paſcha celebratum eſſe 28. *Pharmuthi* 9. Cal. *Maii*, ſive *Aprilis* 23. Annus 76. *Diocletiani* cœpit anno Chriſti 359. ab *Auguſto* exeunte, idemque fuit in curſu ſequenti anno *Chriſti* 360. quo Paſcha incidit in *Aprilis* 23. Porro 28. dies *Pharmuthi* eſt 238. ab initio anni *Ægyptiaci*, ſive a neomenia *Thoth*. Igitur ſi a 23. *Aprilis* retro putentur dies 238. calculus deſinet in *Auguſti* 30. Quippe biſextili anno dies ſunt 114. a Cal. *Januariis* ad 23. *Aprilis*; a 30. vero *Auguſti* ad ultimum Decembris, ſunt 124. quæ ambo componunt 238. Quare cum neomenia *Thoth* in 30. diem *Auguſti Romani* ceciderit, intercalatum fuerit oportet ab *Alexandrinis* anno *Chriſti* 359. proxime ante *Romanorum* biſextilem; alioqui *Thoth* a 29. *Auguſti* cœpiſſet. Methodus anni hujus eſt, ut ad inveſtigandum quemlibet menſem, ejuſve diem, ex laterculo menſium *Ægyptiacorum* ſupra *pag.* 2. deſcripto ſcias, quotus ſit dies iſte ab anni capite, ſive ab neomenia *Thoth*; tum numerum iſtum adjice ad dies 240. in reliquis 3. annis quadriennii *Juliani*: in quarto vero, ſive eo proxime biſextilem antegreditur, ad 241. De ſumma aufer 365. vel 366. ſi biſextilis includatur, reſiduum erit dies quæſitus. Exemplum: *Syneſius epiſtola* 13. denuntiatum eſſe Paſcha refert in diem 19. *Pharmuthi*. Ex laterculo menſium *Ægyptiacorum* dies iſte putatur 229. ab neomenia *Thoth*. Quoniam annus iſte fuit *Chriſti* 412. biſextilis, proxime ante hunc intercalatum eſt *Alexandriæ*. Igitur adde 241. ad 229. & ex ſumma 470. deduc annum biſextilem 366. reſtant 104. quem ex laterculo menſium *Romanorum* intelliges eſſe *Aprilis* 14. quo revera Paſcha contigit anno 412. Cyclo Lunæ 14. Solis 1. lit. GF.

Ut autem *Ægyptiorum* vagus annus vel abſolute tractatur, vel ad epocham aliquam adſtrictus, cujuſmodi eſt *Nabonaſſarea*, ſic annus fixus eorumdem certis æris innectitur: quales præcipue ſunt duæ, *Actiaca*, & *Diocletianea*, de quibus ſuis locis diximus.

Utrinſque methodus hæc erit. Ut annum *Actiacum* obtineas, adde ad annos *Chriſti* 30. Siquidem æra *Actiaca* totidem annis *Chriſtianam* excedit. Ut autem *Diocletianeam* adipiſcaris, deduc de annis *Chriſti* 283. reſiduum erit annus *Diocletiani*.

CAPUT XIV.

De Chronologiæ principiis, & characteriſmis annorum.

UT artium doctrinarumque ceterarum, ita Chronologiæ certa principia ſunt, quibus in conſtituendis rerum geſtarum annis utitur, erroremque declinat. De his copioſe accurateque diſputatum eſt in *Prolegomenis Operis de Doct. Temp.* præſertim Tomi 2. quæ legiſſe, ac perſpecta penitus habere, multum ſtudioſi artis iſtius intereſt. Illic enim primum illorum caſtigata eſt ratio, qui totum hujus artis negotium in annis utcumque conſuendis & ex hiſtoria digerendis putant conſiſtere, ac Solis Lunæque motus, nec non cyclorum & caracteriſmorum ſubtilitatem omnem inutilem ac ſupervacaneam exiſtimant.

Contra quos tria genera principiorum eſſe contendimus, illius propria. Quædam enim ex Auctorum fide digniſſimorum teſtimoniis petuntur: quæ ſunt talia nonnumquam, ut vel ad ea ipſa, quæ ſibi demonſtratione perſuaſerint, minori firmitate homines adhæreſcant. Cujuſmodi ſunt iſta: fuiſſe quondam in *Græciæ* terra *Olympiacos* agones, qui quinto quoque anno redibant: Urbem *Romam* poſt inſtitutas Olympiadas conditam a *Romulo* fuiſſe: *Herodotum*, *Thucydidem*, *Xenophontem*, & alios hujus generis, illarum initio poſteriores fuiſſe: & ejuſdem modi cetera confeſſa vulgo. De quibus recte *S. Auguſtinus lib.* 13. *de Civit. Dei cap.* 3. *Nam conditam* Romam *tam certum habeo in rebus humanis, quam* Conſtantinopolim; *cum* Romam *viderim oculis meis, de illa vero nihil noverim, niſi quod aliis teſtibus credidi.* Secundi generis principia ἐξ ὑποθέσεως aſſumuntur, qualia ſunt, quæ Mathematici poſtulata nominant. Exempli cauſſa, æram *Chriſtianam* abhinc anno milleſimo ſexcenteſimo triceſimo ſecundo cœpiſſe, poſtulatum eſt, quod nulla demonſtratione, ſed uſu & confeſſione nititur: tamen negari ab ullo non poteſt, & ad concludendam Chronologicam rationem valet. Fit enim eo conceſſo, quod conſequens eſt, neceſſarium. Eodem & Cycli tres uſu vulgati pertinent; quos ad eamdem æram applicare ſolent, de quibus in ſuperioribus capitibus habita diſputatio eſt. Tertium genus principiorum media Mathematica e ſcientia depromitur, ut ſunt ortus ſiderum, & occaſus, & eorum inter ſe σχέσεις, obſcurationes, conjunctiones, aliaque id genus, quorum mentio ex Auctoribus, fides ex Mathematicis Aſtronomiciſque calculis accipitur. Horum trium e duobus ſaltem implicatis invicem junctiſque probationes inſtruuntur artis iſtius. Quod quemadmodum uſu veniat, exemplo aliquo docendus eſt tiro.

Propoſitum ſit Chronologo demonſtrare, quoto ante hunc annum, qui ſupra milleſimum & ſexcenteſimum ſecundus & triceſimus æræ *Chriſtianæ* numeratur, *Peloponneſiacum* bellum acciderit. Hoc ille in hunc modum ratiocinando colliget. Quoniam enim *Thucydides*, qui ætate vixit illa, primo belli iſtius anno Solem poſt meridiem defeciſſe refert, tum in annum belli quartum Olympiadicum agonem incidiſſe: item anno belli octavo ſolem iterum defeciſſe; Lunam vero belli decimo nono, quo tempore *Nicias Athenienſium* imperator bellum in *Sicilia* gerebat. Ad hæc ultimo belli ejuſdem anno, Olympiade 94. Solem obſcuratum eſſe teſtis eſt, qui eadem vixit ætate, *Xenophon*, paullo poſt initium Olympiadis: (quæ amborum teſtimonia ſuis locis accurate diſcuſſa ſunt) ex iis autem omnibus neceſſe fit, anno ante *Chriſti* æram 431. *Peloponneſiaci* belli primordium incurriſſe; ab æra vero *Chriſtiana* ad hunc annum 1632. putantur anni. Igitur anno abhinc 2063. bellum iſtud inchoatum eſt. Hæc ratiocinatio triplex illud adhibet principiorum genus. Nam *Thucydidem* & *Xenophontem* haud iſta temere falſove ſcripſiſſe, primum ad genus refertur. Quod autem illorum hæc eſſe vera nequeat hiſtoria, niſi anno ante communem æram 431. bellum inceperit, ex Aſtronomicis calculis & Mathematica demonſtratione

Lib. 9. de Doct. Temp. c. 41. & lib. 10. c. 27. & 28. item infra l. 3. c. 21.

tione conficitur ; quod genus eſt principii tertium. Adde jam Lunæ Soliſque cyclos, ut ab ceteris annus ille velut propriis caracteribus ſeparetur, præter annorum *Chriſti* epocham, quam uſurpavimus, ſecundum id erit principiorum genus. Ex quibus omnibus quæ conficitur argumentatio, invicta eſt & ἀποδεικτική. Quod ſi poſterioribus duobus relictis, in priori tantummodo genere Chronologia conſiſtat, hoc eſt, ſi ſola ex auctoritate, ſine caractere ullo, aliove annorum neceſſario nexu, horum ſeries deducta ſit, tum tota eſſe στοχαστική & opinabilis incipiet, nullis ad fidem neceſſariis fulta præſidiis: quod ipſum dupliciter evenit. Aut enim nulla iſtiuſmodi veſtigia demonſtrationum ex Hiſtoria ſuppetunt, ut in ſacra antiquiore Hiſtoria contingit; quæ ſimplicem plerumque ſeriem annorum, eamque non ſatis extricatam, nec cum ſequentibus contextam obiicit. Aut per incuriam & inſcitiam, ſi qua ſunt, omittuntur: quod trivialium Chronicorum & Annalium Scriptores faciunt; qui bonarum artium jejuni nullum delectum annorum inſtituunt; neque κριτήρια temporum adhibent illa, ſine quibus ſcientia conſtare non poteſt. Sed adverſus iſtos homines ſatis diſputatum eſt in *Prolegomenis Doctrinæ Temporum*. Nos, quoad ipſius fieri poterit, elementa iſta neceſſariorum argumentorum conferemus in Chronologiam; neque hoc negotium ſoli conjecturæ opinionique permittemus, niſi ubi certæ nos illæ notæ annorum deſtituent. Quod inſtitutum in majori illo *Opere* tenuimus, ac deinceps hoc in *Rationario* pari ſtudio diligentiaque perſequemur.

Atque ut cujuſvis explorandæ Chronologiæ, & ejus, quæ hoc ſe nomine falſo venditat, ab recta & ſincera diſcernendæ methodus aliqua conſtituatur, Canonion hic apponam illuſtrium epocharum, quarum tempus exquiſita illa & ex ſuperioribus tribus collecta principiis probatione conficitur: ſic ut periti omnes, quamlibet diſſidentes in ceteris, in illis neceſſario conſentiant. Rationes porro, quibus earum deducta ſunt tempora, ſparſim toto Opere ſunt expoſitæ; quarum loca numeralibus indicantur notis. Et ut communis ſit Chronicis omnibus illarum uſus, ac facilis, epochas iſtas non ad annos mundi, qui varie definiuntur, ſed ad Periodum *Julianam* accommodabimus: cujus ne obſcuritatem cauſſentur imperiti, annos ante vel poſt *Chriſtianam* æram identidem adjungemus.

CAPUT XV.

Canonium epocharum aliquot, de quibus periti omnes inter ſe conveniunt.

1 SAbbatici anni *Judæorum* ab autumno trium horum annorum certiſſime cœpti ſunt: ita ut ſabbatiſmus horum trium annorum finem & ſequentium partem majorem occupaverit. Quocirca utcumque de primo Sabbatico poſt exitum ex *Ægypto* Chronologus ſtatuat, debet ab illo poſitus annus tribus iſtis reſpondere, infra *lib. 2. cap. 7.*

Per. Jul.	Ante *Chriſtum*
4550	164
4578	136
4676	38

2 Primus agon *Iphiti*, ſive Olympiadum initium, contigit anno Per. *Jul.* 3938. ante *Chriſti* vulgarem natalem 776. *lib. 3. cap. 1.*

3 Annus primus Urbis *Varronianus*, ſive *Palilia Varroniana*, quæ in annum 3. exeuntem Olympiadis 6. conferuntur, congruunt in annum Per. *Jul.* 3961. ante *Chriſtum* 753. *Capitolinorum* vero Faſtorum *Palilia*, quæ anno 4. Olympiadis ejuſdem imputantur, cadunt in annum Per. *Jul.* 3962. ante *Chriſtum* 752. *lib. 3. cap. 2.*

4 Æra *Nabonaſſari*, qua *Ptolemæus*, *Cenſorinus*, aliique utuntur, iniit *Februarii* 26. anni Per. *Jul.* 3967. ante *Chriſtum* 747. *lib. 3. cap. 3.*

5 Medorum imperium, ultimo in ordinem redacto Rege *Aſtyage*, translatum eſt in Perſas, iiſque primum regnavit *Cyrus* anno Per. *Jul.* 4154. vel 4155. ante *Chriſtum* 560. vel 559. hoc eſt, anno 1. Olympiadis 55. *lib. 3. cap.* 8.

6 *Cambyſes Cyri* filius regnare eſt orſus anno Per. *Jul.* 4185. ante *Chriſtum* 529. *lib. 3. cap.* 8. & 10.

7 *Darius Hyſtaſpis* filius iniit anno Per. *Jul.* 4193. ante *Chriſtum* 521. Idem vero ſaltem ad 31. imperii pervenit annum, *ibid.*

8 *Xerxis* navale cum Græcis certamen ad *Salaminam* factum eſt anno 1. Olympiadis 75. Per. *Jul.* 4234. ante *Chriſtum* 480. *lib. 3. cap.* 10. & 11.

9 Bellum Peloponneſiacum iniit anno Per. *Jul.* 4283. ante *Chriſtum* 431. *ibid. cap.* 11.

10 *Alexandri M.* victoria ad *Arbella*, & imperii *Perſici* occaſus, incidit in annum Per. *Jul.* 4383. ante *Chriſtum* 331. *lib. 3. cap.* 12.

11 Mortuus eſt *Alexander M.* anno Per. *Jul.* 4390. ante *Chriſtum* 324. aut ſaltem anno Per. *Jul.* 4391. ante *Chriſtum* 323. *ibid.*

12 *Seleucidarum* æra, qua *Macedones* in Oriente ſunt uſi, quinque anni *Græcorum* appellantur in libris *Machabæorum*, cœpit anno Per. *Jul.* 4402. ante *Chriſtum* 312. ſed in *lib.* 1. *Machab.* ejus initium a vere, in *ſecundo libro*, ab autumno ſequente ducitur, *l. 3. cap.* 13.

13 *Ptolemæus Philadelphus* regnare cœpit anno Per. *Jul.* 4429. ante *Chriſtum* 285. *l. 3. cap.* 12.

14 *Ptolemæus* VI. cognomento *Philometor* iniit anno Per. *Jul.* 4543. aut 4544. ante *Chriſtum* 181. vel 180. *ibid.*

15 *Macedonicum* regnum clade *Perſei* defecit in *Europa* anno Per. *Jul.* 4546. ante *Chriſtum* 168. quo anno *Paullus Æmilius Macedones* acie ſuperavit, *lib. 2. cap.* 14.

16 *Antiochus Epiphanes* templum profanavit *Hieroſolymis* anno *Seleucidarum* 145. Per. *Jul.* 4546. ante *Chriſtum* 168. *l. 4. Part. 1. c. 9.*

17 Annus 1. *Julianus* cœptus eſt anno Per. *Jul.* 4669. ante *Chriſtum* 45. *l. 3. c.* 14.

18 Æra *Hiſpanienſis* incipit anno Per. *Jul.* 4676. ante *Chriſtum* 38. *ibid.*

19 Victus eſt ad *Actium Antonius* cum *Cleopatra* anno Per. *Jul.* 4683. ante *Chriſtum* 31. Mortui ſunt autem ambo anno ſequenti, a quo & anni *Ægyptiorum Actiaci* cœperunt. Per. *Jul.* 4684. ante *Chriſtum* 30. *l. 3. c.* 15.

20 Æra *Chriſtiana* vulgaris incipit a Calendis *Januariis* anni Per. *Jul.* 4714. *Juliano* anno 46. Olympiadis 194. anno 4. dimidiato, *l. 4. c.* 1.

21 *Auguſtus* Imperator obiit menſis cognominis die 19. anno *Juliano* 59. æræ *Chriſtianæ* 14. *l. 4. cap.* 5.

22 *Claudius Nero Cajo* ſucceſſit anno *Chriſti* 41. *ibid.*

23 *Domitius Nero* poſt *Claudium* imperare cœpit anno *Chriſti* 14. *ibid.*

24 *Domitianus* anno *Chriſti* 96. periit, *ibid.*

25 Æra *Diocletiani* iniit anno *Chriſti* 284. *lib. 4. cap.* 9.

26 *Nicæna* Synodus anno *Chriſti* 325. celebrata eſt, *l. 4. cap.* 12.

27 Obiit *Conſtantinus M.* anno *Chriſti* 337. *l. 5. cap.* 11.

28 *Valentinianus* I. imperare cœpit anno *Chriſti* 364. *l. 4. c.* 12.

29 Anni *Hegiræ*, quibus *Arabes* utuntur ex anno *Chriſti* 622. *Julii* 16. die, procedunt, *lib. 4. cap.* 15.

Hæ ſunt epochæ præcipuæ, quæ in hac arte certiſſimæ ſunt; adeo ut in illarum tempora periti omnes conſentiant. Quocirca ut quæque Chronologia

de una

de una ex iis, aut pluribus, aliter ſtatuit, eo magis vel minus aberrat a vero. Ac ſi quis Chronicon quodpiam explorare voluerit, illas ipſas epochas tamquam gnomones ac regulas adhibeat; primumque omnium inquirat, quotum in annum mundi natalem *Chriſti* communem, & æræ vulgaris initium, conferat. Ita enim intelliget cuinam anno Periodi *Julianæ* mundi caput addicat, & quibus deinceps Solis ac Lunæ cyclis ſingulos aſſignet annos. Tum unamquamque epocharum illarum in iſtius annorum ſerie contempletur. Vix autem fieri poteſt quin, ſi doctrinæ hujus methodum & characteriſmorum ac *κριτηρίων* uſum ignoret: aut niſi peritos eorum duces omnino ſequatur, in pleriſque titubet, ac cum hiſtoricæ veritati, tum ipſi contraria multa, minimeque cohærentia deſignet. Cujus inſtituendæ probationis, ac veri falſique Chronici dijudicandi ſpecimen hoc loco ſubiiciemus: ad idque Chronologiam eligemus aliquam, cujus in erratis, ac vitiis quid ſibi deinceps cavendum ſit, prudens Lector agnoſcat.

Ex omnibus vero, quæ ad hunc diem editæ ſunt, nulla ad hoc inſtitutum aptior eſt, quam quæ noviſſime prodiit iodidem, *Unde homines nati durum genus*. Nam nulla mendoſior exſtitit, vitiiſque referta majoribus. Quamquam Scriptor illius valde ſibi doctrinæ in iſto genere placet, in eoque majorem partem contrivit ætatis, ut ejus exemplo doceri poſſit, rem non adeo facilem ac parabilem eſſe, quam nonnullis videtur, temporum ſcientiam, quam tot annorum meditatione ac ſtudio nondum ille conficere ſibi potuerit.

CAPUT XVI.

Πρᾶξις methodi Chronologicæ, ſive examen Chronologiæ ſanctæ *ab Opiliene Scriptore nupero editæ*.

ANnus *Chriſti* 1632. in iſto Chronico putatur ab origine mundi 5832. primus autem æræ *Criſtianæ*, mundi ſtatuitur 4201. ut natalis communis *Chriſti* finem occupet anni mundi 4200. Quocirca deductis ex anno Per. *Jul.* 4713. annis 4200. relinquuntur anni 513. perpetua methodo addendi ad annos mundi, ut anni Per. *Jul.* conficiantur. Quo conſtituto, videamus, quam apte ad epochas Canonii *ſancta* illa *Chronologia* congruat.

Annus primus *Iphiti*, ſive Olympiadis primæ, in illa numeratur ab Orbe condito 3427. Additis ex methodo 513. conſiunt anni Per. *Jul.* 3940. Biennio igitur aberrat. Nam debet eſſe 3938. Quod & annorum ante *Chriſtum* calculus oſtendet. Detractis enim annis abſolutis 3426. de 4200. reliqui ſunt 774. anni ante *Chriſtum*: quos tamen 776. numerandos eſſe demonſtravimus.

Chron. ſancta p. 447.

In annis ab Urbis Romæ conditu & ſecum ipſe conflictatur *ſanctæ Chronologiæ* Scriptor, & biennii metachroniſmo peccat. Etenim anno mundi 3451. *Aprilis* 21. conditum illius aſſignat, cum initium Olympiadum in ſolſtitium æſtivum anni mundi 3427. conferat. Idem porro anno primo Olympiadis 7. *Romam* cenſet eſſe conſtructam. Quæ ſunt *ἀσύστατα*. Si enim anno mundi 3427. ſub æſtivum ſolſtitium cœpta eſt Olympias prima, anno mundi 3451. ab eodem ſolſtitio ſeptima Olympias inierit oportet. Urbs autem vere antecedente, labente adhuc *Iphiti* anno 24. ſive 4. Olympiadis 6. fundata. Non igitur anno 1. Olympiadis 7. ut ille ſcribit. Sed nec annum 1. Olympiadis 7. recte conſtituit in anno mundi 3451. qui eſt Per. *Julianæ* 3664. & ante *Chriſtum* 450. Nam debet eſſe Per. *Jul.* 3692. & ante *Chriſtum* 752. ut ſupra declaratum eſt. Unde biennio labitur.

Chron. ſancta p. 35.

Sed majora ſunt, quæ ſequuntur, portenta *χρονικῆς ἀλογίας*. Annum 1. *Nabonaſſari* collocat in anno mundi 3471. vel 3476. ita enim ridicule fluctuat in re facili ac certa. Annus 3471. additis ex methodo 513. efficitur *Julianæ* Periodi 3984. ante *Chriſtum* 730. Annus vero 3476. eſt Per. *Jul.* 3989. ante *Chriſtum* 725. Utrobique vero turpis eſt error: in priori epocha, annorum 17. in poſteriori, 22. Eſt enim 1. *Nabonaſſari Jul.* Per. 3967. ante *Chriſtum* 747.

Ruſus *Medorum* Imperii finem, & exordium *Perſici* quod *Cyrus* inſtituit, putat eſſe mundi 3660. qui eſt Per. *Jul.* 4173. ante *Chriſtum* 541. in quo annis ſaltem 18. hallucinatur. Nam *Aſtyagis* exitus, & *Cyri* primordium, annum obtinere debet Per. *Jul.* 4154. vel 4155. ante *Chriſtum* 560. vel 559. Anno Per. *Jul.* 4173. cœpit quartus Olympiadis 59. cum tamen *Cyrus* conſenſu omnium *Perſis* regnare cœperit anno 1. Olympiadis 55.

Chron. ſancta p. 37.

Ad hæc *Cambyſis* initium imputat anno mundi 3689. ante *Chriſtum* 512. In quo annis 17. fallitur. Oſtenſum enim eſt, anno Per. *Jul.* 4185. *Cambyſem* regnare cœpiſſe, ante *Chriſtum* 529. Atqui annus mundi 3689. adjectis 513. efficitur Per. *Jul.* 4202.

Chron. ſancta p. 515.

De *Cambyſis* anno 7. abnormis eſt & *ἄλογος* illius opinatio. Scribit enim ſeptimum hunc annum, cui *Ptolemæus* lunarem defectionem adſcribit, vel non ultimum ab eodem *Cambyſis* regni vitæque ſtatui: vel, ſi ultimus ponitur, non ab eo tempore putari, quo in *Perſide* regnare cœpit, ſed quo *Ægypto* potitus eſt, tamquam duodecim in totum regnarit annos; quorum ultimis 7. *Ægypto* dominatus fuerit. Verum iſta commentitia ſunt, & a *Ptolemæi* rationibus aliena. *Cambyſem* octavum annum haud exceſſiſſe, non ſolum *Herodotus*, ſed etiam *Ptolemæus* arbitratus eſt. Id oſtendit Canon ille Mathematicus *Ptolemæi*, in quo *Babylonii* Reges deſcripti ſunt: qui in fine hujus Partis editus eſt *Græce* ac *Latine*, exſtatque in *Theonis* libro nondum edito, qui *Προχείρων Κανόνων* inſcribitur: cujus nos partem illam, quæ *Babyloniorum* Regum ſeriem continet, in *a* 9. *de Doct. Temp.* exſcripſimus. In eo catalogo *Cyrus Babylonis* regnum auſpicatus proditur anno *Nabonaſſari* 210. ac 9. annos imperaſſe, ut anno *Nabonaſſari* 218. deceſſerit. Huic *Cambyſes* ſubiicitur, qui orſus anno 219. *Nabonaſſari*, annis 8. confectis, obiit 226. *Nabonaſſari*, ac ſucceſſorem *Darium* habuit. Annus *Nabonaſſari* 210. ex methodo ſuperius tradita, iniit anno Per. *Jul.* 4176. ante *Chriſtum* 538. Annus item *Nabonaſſari* 218. eſt 530. ante *Chriſtum*. Denique 226. eſt 522. ante eamdem *Chriſti* epocham. Quocirca *Ptolemæus* ultra annos 8. *Cambyſis* imperium, ex quo *Cyro* patri ſucceſſit, propagari non cenſuit. Indidemque manifeſtus eſt Chronologi iſtius error: qui initium *Cambyſis* illigat anno mundi 3689. mortem 3700. quorum ille eſt 512. ante *Chriſtum*, hic vero 501. Ita in *Cambyſis* initio labes eſt profanæ iſtius *Chronologiæ*, annorum 18. quot diſtat 533. ante *Chriſtum*, a 512. In obitu vero *Cambyſis* differt a *Ptolemæi* calculo, veraque temporum putatione, annis 21. quo intervallo diſcrepat ann. ante *Chriſtum* 501. a 522. Sic *Darii Hyſtaſpis* filii annus primus comparatur ab iſto Chronologo cum anno mundi 3701. qui eſt Per. *Jul.* 4214. ante *Chriſtum* 500. Proinde annorum 21. error eſt; ſiquidem ex certiſſimis obſervationibus *Darii* primordium incurrit in annum Per. *Jul.* 4393. ante *Chriſtum* 521.

a Lib. 9. cap. 51.

Chron. ſancta p. 450.

Salaminium certamen, quo *Xerxes* cum *Atheniensibus Græcis*que ceteris conflixit, in *Chronologia ſancta* adſcribitur anno mundi 3323. qui eſt Per. *Jul.* 4236. ante *Chriſtum* 478. Hic biennii labes admiſſa. Nam prælium iſtud anno Per. *Jul.* 4234. ante *Chriſtum* 480. omnino convenit.

Chron. ſancta p. 450.

Verum abſurditatem excedit omnem, quod *Dario*

rio *Hyſtaſpis* filio non plures annos, quam 20. tribuit, *Metaſthenem* neſcio quem ſtramentitium ſecutus, quem *Herodoto* præfert. Sed ſi tanti non erat *Herodotus*, ut ei auſcultare potius vellet, quam ſuppoſititio *Metaſtheni*, ſaltem Aſtronomiæ rationem aliquam duceret, & ἀνδίξω cederet. Eſt enim apud *Ptol. l. 4. c. 9. p.* 102. *edit. Græc.* Lunaris defectionis obſervatio, quæ *Darii* anno 31. notatur, *Nabonaſſari* 257. *Tybi* 3. ſequente 4. hora 10. 40. a meridie. Igitur 31. ſaltem annum *Darius* attigit. Sed nimirum annos 36. imperavit, ut non ſolum *Herodotus* teſtatur; verum etiam Aſtronomicæ τηρήσεις inter ſe collatæ, quæ *Cambyſis* 7. *Darii* 20. & 31. *Xerxis* anno 6. ac demum *Darii Codomani* ultimo conveniunt, quarum intervalla Chronologiæ noſtræ fidem adſtruunt.

Chron. ſancta p. 39. *Alexandri M.* primordium poſt Philippi patris obitum eadem illa *Chronologia ſancta* conſtituit in anno mundi 3885. ante *Chriſtum* 319. Additis ex perpetua methodo 513. ad 3885. exiſtit annus Per. *Jul.* 4398. Rurſus initium Monarchiæ *Alexandri*, una cum clade *Darii* ad *Arbella*, eadem *Chronologia* anno mundi 3889. tribuit, ante *Chriſtum* 312. ut ſit annus Per. *Jul.* 4402. Cujus quidem Monarchiæ annos numerat 12. quibus *Dario* ſuperſtes vixit. Hæc temporum ratio prorſus abſurda eſt & imperita. *Arbellica* victoria, & occaſus *Perſici* regni, extra controverſiam, incidit anno ante *Chriſtum* 331. Per. *Jul.* 4383. an. 2. Olympiadis 112. ut infra *l. 3. c.* 11. demonſtratum eſt, partim conſenſu Hiſtoricorum veterum, partim Lunari defectione, quæ paullo ante prœlium contigit *Septembris* 20. Ea porro victoria ſexto anno poſt *Philippi* obitum accidit, ut teſtis eſt *Dionyſius Halicarnaſſ.* in *Dinarcho*, cui & *Diodorus* aſſentitur. *Euſebius* anno *Alexandri* ſeptimo tribuit. Unde *Philippi* obitus recte a *Diodoro* confertur in annum 1. Olympiadis 111. qui eſt Per. *Jul.* 4378. ante *Chriſtum* 336. Quocirca Chronographus iſte opilio in *Alexandri* initio collocando, & obitu *Philippi*, annis totis 20. fallitur; in *Arbellica* victoria, & occaſu *Perſici* regni, annis 19.

Imperavit *Alexander* annis poſt mortem *Darii* haud amplius ſeptem; in totum vero 12. cum menſibus aliquot, ut *Diodorus Siculus* & *Arrianus l.* 8. ex *Ariſtobulo*, qui fuit *Alexandri* σύγχρονος & *Euſebius* in *Chronico* teſtantur. *Philippus* enim obiit *Pythodoro Athenis* Prætore, ut ſcribit *Diodorus*, & *Arrianus*; qui eſt annus 1. Olympiadis 111. ante *Chriſtum* 336. *Alexander* vero mortuus eſt *Hegeſia* Prætore anno 1. Olympiadis 111. iiſdem Auctoribus, anno ante *Chriſtum* 324. Per. *Jul.* 4390. Quod non ſolum auctoritate Veterum ſed etiam Aſtronomicis rationibus colligitur, ut in *lib. 3. cap.* 12. oſtendimus.

Chron. ſancta p. 39. 546. At Chronologus nuperus, poſtquam *Darii* cladem in annum contulit mundi 3889. & annis ſolidis 19. aberravit, *Alexandrum* aſſerit 12. annos poſt *Darium* imperaſſe, obiiſſeque anno mundi 3900. qui eſt 302. ante *Chriſti* æram, Per. *Julianæ* 4413. Nihilominus propter Auctorum quamplurimorum teſtimonia, qui poſt *Darium* annos 8. ſuperſtitem fuiſſe volunt *Alexandrum*, tamquam in dubio poſita re, annum alterum *Alexandri* morti præfinit; qui ſit mundi 3896. ante *Chriſti* æram 306. Eſt hic Per. *Jul.* 4209. Itaque prior illius ſententia, quam & alteri præfert, annis 23. tardius *Alexandri* conſignat obitum, poſterior, annis 19. Nam de anno mortis *Alexandri* nulla, niſi paucorum ad ſummum menſium, poteſt inter eruditos eſſe controverſia. Tum hoc falſiſſimum eſt, poſt *Darii* necem annis illum 12. in vivis fuiſſe. Non enim dubium eſt, quin anno 2. Olympiadis 112. victus & occiſus ſit *Darius*, *Alexander* vero mortuus ſit primo anno Olympiadis 114. quod egregie confirmat Antiquorum conſenſus omnium, velut *Diodori*, *Arriani*, *Cenſorini*, *Ptolemæi*, *Theonis*, & Aſtronomorum ceterorum, qui ab obitu *Alexandri M.* ſive initio *Philippi Aridæi* tempora ſubduxerunt. Quod in *lib.* 10. *de Doct. Temp. cap.* 38. 39. & ſeq. tum in *Paralip. pag.* 859. uberrime demonſtravimus.

Præterea mortuus eſt *Alexander M.* anno ætatis ſuæ tertio & triceſimo, ut ſcribit *Cicero* in *Philippica quinta*, nec non *Juſtinus libro* 12. & *Arrianus*, *Euſebius* in *Chronico*, anno triceſimo ſecundo; cui aſſentitur *Alexandrinum Chronicon*. Regnare idem cœpit poſt *Philippi* necem anno circiter ætatis viceſimo, cujus rei teſtes ſunt *Plutarchus*, *Arrianus*, *Juſtinus*, *Zonaras*, & alii. Ita duodecim integros regnavit annos poſt obitum *Philippi*. *Diodorus* enim *Siculus* poſt patrem ait regnaſſe annos 12. menſes 7. *Livius lib.* 9. annos tredecim, totidemque *Cornelius Nepos* in *Eumene*. Si ergo mortuus eſt, ut jam dixi, *Philippus Pythodemo* vel *Pythodoro* Archonte, qui fuit annus 1. Olympiadis 111. ut diſerte refert *Diodorus*, adſtipulante *Curtio*, & *Arriano*; iſque annus eſt ante *Chriſtum* 336. vel 335. ſi exeuntem *Græcum* annum computes: ac ſi obiit *Hegeſia* Archonte anno 1. Olympiadis 114. ut *Diodorus*, *Arrianus*, *Euſebius lib.* 8. *de Demonſtr.* aſſerunt; qui annus cœpit ante *Chriſtum* anno 324. ſane 12. non amplius annos ſolidos regnavit a *Philippi* morte. His omnibus aſſentitur *Vignerius*, & quiſquis rem Chronologicam cum aliqua laude tractavit. Sed quibus præſidiis portentum illud novæ opinionis fulciat ſeſe, paullulum videamus.

Tres ſunt potiſſimum allati ab nupero Chronologo Scriptore, qui poſt victum *Darium* annos *Alexandro* 12. imputant. Primus eſt Auctor lib. 1. *Machabæorum*, qui *Alexandrum* ait annos regnaſſe 12. Verum anni iſti regni totius habendi ſunt, non Monarchiæ, neque ut aliter ſentiamus, cogere nos opilio iſte poteſt. Etenim Scriptura 12. in totum annos ait *Alexandrum* regnaſſe. Secundus eſt *Joſephus*: qui *lib.* 12. *c.* 2. duodecim annos imperii tribuit *Alexandro*. Atqui de *Alexandro* verbum illic *Joſephus* nullum facit: nec uſquam imperaſſe ait annos 12. neque *Joſephum* Chronologus iſte legit: ſed apud *Ruffinum* interpolatorem *Joſephi* verba iſta reperis. *Poſt decimum vero & ſecundum annum imperii* Alexandri, *& poſt quadrageſimum* Ptolemæi *ſalvatoris*, quæ in *Græco* non comparent, & *Ruffinus* de ſuo, ut ſolet, emenſus eſt. Nec illa vero nuperi Chronologi cauſſam promovent. Imperium enim univerſe pro *Alexandri* regno ſumſit: quemadmodum & *Ptolemæi* imperium nominat; quod regnum fuit. Tertius eſt *Strabo*, qui in calce *libri* 15. annos 10. vel 11. ab everſo *Dario* imperaſſe ſcribit *Alexandrum*.

Sed nimirum everſionem *Darii* ab anno primo expeditionis *Aſiaticæ Alexandri M.* & clade *Perſarum* ad *Granicum Strabo* reperit. Anno quippe regni tertio, ut ait *Zoſimus*, tertio item Olympiadis 111. ut *Diodorus*, aliique teſtantur, ante *Chriſtum* 334. Per. *Jul.* 4380. *Alexander* fuſis ad *Granicum* in *Phrygia Perſis Aſiam* perdomuit. Id initium evertendi *Darii* fuit: a quo anno demum undecimo inchoato mortuus eſt *Alexander*. Ita verum eſt, quod ὁλοσχερῶς prodidit *Strabo*: τοῦτον δὲ καταλύσας Ἀλέξανδρος αὐτὸς ἦρξε δέκα μὲν ὁ ἕνδεκα ἔτη. Falſiſſima eſt igitur & abſurdiſſima profana iſta *Chronologia*.

In æra *Græcorum*, qua libri *Machabæorum* uſi ſunt quæ & *Seleucidarum* dicitur, conſentaneus eſt error nuperi Chronologi, qui hanc æram a poſtrema *Alexandri* victoria ad *Arbella* numerandam aſſerit, & *Vignerium* aliter ſentientem redarguit. In quo graviſſime ipſe labitur. Certiſſimum eſt enim, annum primum *Græcorum* ab autumno cœpiſſe anni 20. poſt mortem *Alexandri*, poſt *Darii* mortem, anni 20. ut in *lib.* 10. *de Doct. Temp.* & hujus *Operis l.* 3. docuimus.

Chron. ſancta p. 847.

Pto-

Chron. ſancta p. 36 & 40.

Ptolemæorum tempora apud eumdem Chronologum perturbatiſſime digeſta ſunt. Nam cum de annis *Alexandri* & ejus obitu ancipicem poſuiſſet ſantentiam, ac partim anno mundi 3896. partim 3900. illius mortem illigaſſet, quem poſteriorem annum alteri præferre ſe dixit, his ita conſtitutis, *Ptolemæi Lagidæ*, qui poſt *Alexandrum* primus in *Ægypto* regnavit, annum primum illi ipſi 3896. adſcripſit anno; adeo ut quinto, antequam moreretur *Alexander*, anno *Ptolemæus* ei in *Ægypto* ſuccaſſerit. Eteuim ſi, ut ille ſtatuit, probabilius eſt, *Alexandrum* anno 3900. obiiſſe, quam 3896. *Ptolemæus* autem anno 3896. in *Ægypto* regnare cœpit; profectn id quod dixi, ſequitur abſurdum. Neque anim duplirem ibidem ut *Alexandri*, ita *Ptolemæi* epocbam definit ad orramque de *Alexandri* obitu ſer tentiam accommodatam; ſed unam dumtaxat, a qua reliqui deinceps *Ptolemæorum* anni conſequuntur. Itaque non poteſt effugere, quin annis 5. ante *Alexandri* mortem ex ſua, & veriori ſententia conſtitutam, ſucceſſorem ei *Ptolemæum* dederit.

Chron. ſancta p. 40.

Ad hæc *Ptolemæum Philadelphum* ſuperſtite adbuc patre regnare cœpiſſe vult anno mundi 3930. cum eoque regnaſſe annis 6. Mortem enim *Lagidæ* collocat in anno 3935. In quo plurium error annorum eſt. Siquidem annus 3930. eſt *Julianæ* Periodi 4443. ante *Chriſtum* 271. Atqui demonſtratum eſt ax Aſtronomicis obſervationibus initium *Philadelphi* congruere anno Per. *Jul.* 4429. qui eſt ante *Chriſtum* 285. Itaque annis 14. hallucinatus aſt.

Lib. 3. hujus Operis.

Tum quod addit, ex *Dionyſii* Mathematici ſententia, & *Metaſthenis*, *Philadelphum* regnaſſe annis 36. at *Prologum Eccleſiaſtici* annos 38. numerare, in utroque falſus eſt. Dicat, obſecro, ubinam legerit *Dionyſium* ſcripſiſſe, *Philadelphum* annis regnaſſe ſex & triginta. Nam apud *Ptolemæum* ſparſim ex *Dionyſio* ponuntur anni, quibus ſingulæ obſervationes notatæ ſant. De *Philadelphi* annis ac regno non meminit. Nos in *lib.* 4. *de Doct. Temp. cap.* 16. omnia illa *Dionyſii* exempla deſcripſimus: ax quibus contra Chronologum afficitur, primum annum *Philadelphi* in Per. *Jul.* 4429. incurrere. De *Metaſthene* [ita enim imperite vocat, qui *Megaſthenes* appellari debuit] jam pridem ab emunctæ naris Chronologis exceptum eſt, fœneum illum ac nullius auctoritatis eſſe teſtem: qui cum *Viterbienſibus* quiſquiliis ab omni litteratorum commercio procul eſt rejectus.

Quod ad 38. illos annos attinet, qui in *Eccleſiaſtici Prologo* recenſentur, falſum eſt, eos ab *Philadelphi* primordio numerari: neque id probare poteſt Chronologus. Nos in *l.* 10. *de Doct. Temp. cap.* 44. aliunde illos aſſe repetendos oſtendimus; nimirum ab eo tempore, quo in *Ægyptum* profectus aſt, vel certe ab ao, quo avus illius *Jeſus* librum iſtum edidit.

Chron. ſancta p. 600. In Deſcip. Temp. Part. 2. Obſerv. 22.

Denique *Ptolemæi Philometoris*, qui ſextus in ordine cenſetur, annum 1. comparat cum anno mundi 4029. qui aſt Per. *Jul.* 4542. ante *Chriſtum* 172. Oſtenſum aſt autem ax Aſtronomica obſervatione, cœpiſſe illum anno Per. *Jul.* 4533. ante *Chriſtum* 181. Proinde annis 9. vitioſa aſt iſta *Chronologia*.

Chron. ſancta p. 43. & 605.

Annum primum *Julianum* comparat cum anno mundi 4157. qui eſt anta *Chriſtum* 44. Per. *Jul.* 4670. In quo uno anno fallitur. Quippe annus *Julianus* 1. eſt anta *Chriſtum* 45. Per. *Jul.* 4669. ut *l.* 8. *c.* 14. probatum eſt.

Præterea *Chriſtianam* æram, ſive annorum *Chriſti* principium, refert in annum *Julianum* 45. mundi 4201. qui ſit *Jul.* Per. 4714. Verum anno iſti *Jul.* Per. convenit annus *Julianus* 46. quo cum æræ caput conjungi debet, uti libro eodem illo planum fecimus. Quare unius anni prochroniſmo peccat in anno 1. *Chriſti*.

Chron. ſancta p. 606.

In anno porro Paſſionis Dominicæ ridiculam rem facit. Etenim anno mundi 4233. *Martii* 25. *Chriſtum* ait in crucem fuiſſe ſublatum. Hic eſt æræ *Chriſtianæ* 33. quo littera Dominicalis fuit D. cyclus Solis 14. novilunium *Martii* 20. unde 25. *Martii* Luna fuit 6. feria 4. Itaque ax ſubtiliſſimi Chronologi ratiociniis paſſus arit *Chriſtus* Luna 6. feria 4. Vides, candide Lector, quæ monſtra pariat bonarum artium & Chronologicorum elementorum inſcitia. (Cyclo Lunæ 15.)

Chron. ſancta p. 43.

Claudii Imperatoris initium anno *Chriſti* 43. *Neronis* anno 57. imputat. In priori error eſt biennii; cœpit anim anno 41. In poſteriore, triennii; quippe pro anno 54. imperare aggreſſus eſt *Nero*: quod *l.* 4. demonſtrabitur.

Domitianus obiit anno *Chriſti* 96. *Septembris* 18. cum Luna eſſet in Aquario, ut *Suetonius* in ejus *Vita c.* 16. prodidit. At Chronologus noſter biennio tardius ponit, anno 98.

Trajani idem exordium refert in annum 100. qui eſſe debuit 98.

In *Hadriano* veeo triennio peccat. Cœpit anim anno 117. ut in *l.* 4. hujus *Operis* adſtruetur. At iſte eoniicit io annum 120.

Sic in *Antonino Pio*, *M. Aurelio*, biennii metachroniſmo fallitur; in *Commodo*, unius anni.

CAPUT XVII.

De abſurda Chronologi nuperi ratione, qua Olympiadum, & aliarum epocharum fidem dubiam eſſe cauſſatur, deque aliis ejuſdem peccatis.

Chron. ſancta p. 545.

MOnitum ſe ab amicis ait *Chronologiæ ſanctæ* conditor, haud bene collocata videri *Cyri* & *Cambyſis* exordia in eo libro, quem *Diſcipulum temporum* inſcripſit. Ibi enim ab communi ipſum & vulgo recepta diſceſſiſſe ſententia, quæ anno 1. Olympiadis 55. *Cyrum* iniiſſe confirmat; ax quo ſucceſſor ejus *Cambyſes* præpoſtere poſitua ſit, cum tamen hujus 7. annus reſpondare debeat anno *Nabonaſſari* 225. quod in *lib.* 9. *de Doct. Temp. c.* 11. & hujus *Operis lib.* 2. docuimus.

Huic argumento ita noſter occurrit: Fruſtra *Nabonaſſareos* annos, & *Olympiadicos*, obiici ſibi, cum nec illorum, nec Urbis annorum certa axplorataque ſint exordia ſed in magna opinionum varietate poſita. Non eſſe porro certa hæc initia demonſtrat ex eo, quod non ad eoſdem *Hebræorum* Regum annos a Chronologis applicentur. Exempli cauſſa, primam Olympiadem *Petavius* cum anno *Azariæ* 34. comparat; *Temporarius Euſebium* ſecutus cum anno ejuſdem 50. *Salianus* eum 1. *Joatham*; ipſe autem cum 6. *Joatham*; *Vignerius* eum 12. Sic annum 1. Urbis conditæ; *Nabonaſſaris* itam, *Cyri*que cum aliis atque aliis Regum *Judaicorum* annis Auctores iidem illi conferunt. Unde conſequens putat, incerta illorum eſſe omnium axordia, de quibus tantopere inter ſe Chronologi diſſentiant.

Atqui frivola eſt inſcita hæc argumentandi ratio. Etenim non ax Regum *Judaicorum*, aliorumve iſtiuſmodi comparationa æſtimandæ ſunt epochæ Chronologicæ; ſed ad certos fixoſque cardines exigendæ. Alioqui, ut habet iſta collectio, nihil erit omnino in profana vel ſacra Hiſtoria & Chronologia certi, de quo aſſeverari poſſit. Age enim aligatur, quam voles, fixa explorataque temporis alicujus circumſcriptio. Solem ab hinc anno tertio defeciſſe die *Junii* 10. ſub occaſum ipſius, res eſt certiſſima; qui fuit annus *Chriſti* 1630. Hoc ipſum, de quo nemo ſobrius ambigit, incertum aſſe ſimili ac Chronologus noſter argumento conficiam. Dicam enim, annum eclypſis illius a *Petavio* conſtitui ab Orbe con-

dito 5613. a *Temporario* 5650. a *Viguerio* 5757. a *Saliano* 5683. ab nupero Chronologo 5830. tum ſi percenſere ceteros velim, longum inſtituam catalogum eorum, qui diverſas ab Orbe condito ſummas annorum computant. Ejuſdem modi erit argumentum, ſi a diluvio, *vel Abrahamo*, *Moſe*, *Davide*, *Babylonica* deportatione, vel alia quapiam epocha repetatur initium. Nam omnibus illis diverſus finitur annorum numerus pæne ſingulis ab Chronologis. Qui ad hunc modum ratiocinetur, & dubium eſſe concludat, an. 1630. anno Solis illa defectio *Junii* 10. contigerit, quam nos ipſi oculis adſpeximus, nonne riſu omnium obruatur? Atqui par & germana eſt *Chronologiæ ſanctæ* Auctoris argumentatio; qui Olympiadum epocham, vel *Nabonaſſaream* ex eo controverſam & incertam eſſe contendit, quod ab initio *Azariæ*, vel *Joatham*, varie computari ſoleat. Qui ſi ad fixum aliquem & opinione receptum omnium temporis cardinem calculos ſuos dirigeret, inveniret profecto belle inter peritos artis ſuæ Chronologos & Annalium Scriptores in illis convenire, quæ ab cæleſtibus obſervationibus fidem accipiunt. Ut ſi ad annos *Christi* referantur, quorum primus, diſſentiente nemine, cœpit ante annos 1632, ac cyclo Lunæ præditus fuit 2. Solis 10. Ad hunc, inquam, annum, ſi Olympiadum, ac ceterarum epocharum ratiocinia dirigantur, mirifice conſentientes reperimus, non opiliones aut bubulcos, & ignaros artis illius, quam profitentur; ſed eruditos Chronologos. Etenim primus annus *Iphiti* æræ *Christianæ* principium anteceſſit annis 776. in eoque docti omnes conſentiunt, qui in annis ab Orbe condito, vel ab diluvio reliquiſque diſſident.

Exempli cauſſa, *Scaliger*, *Calviſius*, & alii, qui hujus artis methodum amplexi ſunt, mundi anno 3174. primam Olympiadem cœpiſſe volunt circa 35. vel 36. *Oziæ* Iidem natalem *Christi* communem attribuunt anno mundi 3949. Per. *Jul.* 4713. Unde perpetua methodo ad annos mundi addi jubent 764. ut Periodi *Jul.* annum aſſequamur. Igitur ſi ad annos 3174. adjeceris 764. fiet annus Per. *Jul.* 3938. ante *Christum* 776.

Jacobus Capellus natalem communem confert in annum mundi 3199. Proinde ad Per. *Jul.* obtinendam addit annos 714. Idem primam Olympiadem cenſet anno mundi 3224. *Oziæ* 34. cœpiſſe. Additis 714. fiunt anni Per. *Jul.* 3938. ante *Christum* 776.

Salianus annum 1. Olympiadis ponit anno mundi 3278. *Joathami* Regis *Judæ* 1. ante æram *Christianam* 776. quam vero natali *Christi* uno anno poſteriorem facit.

Petavius, quem & aliis Chronologis accenſet annum eumdem Olympiadis primæ confert in annum mundi 3208. *Oziæ* 34. Et tamen ille annus ab eo putatur Per. *Jul.* 3938. ante *Christum* 776.

Temporarius quoque ante *Christum* anno 776. Olympiadea iniiſſe docuit, quod *Capellus* ad annum mundi 3224. obſervat.

Quo circa licet annos mundi vel ab *Judæorum* Patriarcharum aut regum initiis varie ſubducant, nihilominus cum ad certam aliquam & confeſſam epocham calculos ſuos revocant, tam in Olympiadibus, quam in ceteris concordant quæ cæleſtibus nituntur obſervationibus.

Poteram alia, præter hæc innumera *Chronologiæ* iſtius errata perſequi, ſi aut nos res ea tota delectaret, aut operæ pretium in nugis iſtiuſmodi ſcrutandis eſſet ullum. Niſi quem forte talia quædam ex illo notare ac ſerio caſtigare juvet; a Quod *Conſtantium* II. *Constantini M.* filium ex duabus conjugibus, *Euſebia*, & *Fauſtina*, *nihil unquam ſuſcepiſſe liberorum* ait, *quod tam ipſe*, *quam ejus uxores ſteriles eſſent*. Et *ib.* tamen *pag.* ſeq. *Gratianum Valentiniani* filium refert *Conſtantiam* ejuſdem illius *Conſtantii* filiam duxiſſe, quod poſterius eſt verum. Nam moriens *Conſtantius Fauſtinam* conjugem prægnantem reliquit, ut ſcribit *Ammianus*. *Si quis autem prægnantem uxorem reliquit non videtur ſine liberis deceſſiſſe*, de reg. jur. 187. Sterilis certe nec ille qui genuit, nec quæ poſtea peperit, cenſeri poteſt.

a Chron. ſancta p. 687.

Tum b quod *M. Antoninum* Philoſophum filium ait fuiſſe *L. Ælii Veri Cejonii*. c Quod *Aſclepiodorum* Præfectum Prætorio *Conſtantii Chlori*, a quo ſuperatus eſt *Britanniæ* Tyrannus *Alectus*, *Regem* vocat *Anglorum*. d Quod *Conſtantinopolitanam* Eccleſiam Patriarchatus titulo affectam eſſe ſcribit ex anno *Christi* 331. e Quod *Clodionem*, *Pharamundi* ſucceſſorem, *Burgundiam* & *Ingoliſmenſes* ſubegiſſe, ac *Toloſam* uſque pervagatum eſſe narrat. f Quod ab ultima *Darii Codomani* *Perſarumque* clade ad annum *Christi* 226. annos ait præciſe eſſe 538. cum ſint omnino 557. nempe 331. ante *Christum* ad 226. adjectis.

b p. 664. c p. 676. d p. 707. e p. 679. f p. 48.

Item quod *Aratum* Poetam ſuper *Acta Apoſtolorum* ſcripſiſſe narrat. Quod g *Optatum Mileti* vocat *Epiſcopum*, qui fuit *Milevitanus*. Quod h *Boetium* illum, qui ſub *Theodorico* Rege *Gothorum* floruit, *Hiſtoricum* nominat. Quod i *Tychonem Brahe* ad Ann. *Christi* 1546. adſcribit, & æqualem *B. Rhenani* facit. Quod k *Caſſium Viſcellinum* Conſulem A. U. C. 267. capite truncatum aſſerit, quem *Romano* more de ſaxo præcipitatum eſſe produnt l Annales *Romani*: tum alia inſuper ridicula, quibus *Chronicon* adſperſit ſuum. Ego vero libenter miſſa iſta facio; qui ſuperiora illa non niſi neceſſarium in uſum methodi noſtræ ac ſpecimen adduxi; Auctorem vero ipſum indocti & infaceti Operis

Diſcipulorum inter jubeo plorare cathedras.

A.C. 539. g p. 46. ad A.C. 383. h ibid. ad A.C. 5[illegible]. i p. 58. k p. 450. l Dion. Hal. l. 8.

DIO.

DIONYSII PETAVII

E SOCIETATE JESU

RATIONARII TEMPORUM

PARTIS SECUNDÆ
LIBER SECUNDUS.

CAPUT I.

De Annorum calculo ab Orbe condito ad æram Chriſtianam. *Oſtenditur, non poſſe ſummam illam certo definiri. De diſcrimine* Græcorum *codicum ab* Hebræis *&* Latinis. *Mundum autumno creatum videri. Anni Diluvii ἐποχαί.*

Vide l. de Doct. Temp. c. 6. & 8.

ANnorum numerus, qui ad hanc ætatem ab Orbe conditu fluxerunt, nulla certa ratione, ſed veriſimili conjectura colligitur. Hinc illa in mundi annis putandis varietas Auctorum; nemo ut fere ſit, qui hac in capite cum alterius opinione concordet. Hujus diverſitatis una hæc eſt præcipuaque cauſſa, quod annorum illorum calculus non aliunde quam ex ſacrorum Librorum hiſtoria deducitur; Ea porro minus liquidam & explicatam temporum ſubductionem continet.

Hic enim primum ille *Græcorum* codicum cum *Latinis Hebræiſ*que conflictus occurrit: quod priores mille fere ac quingentis annis ab *Adamo* ad *Abrahami* natalem amplius numerant, quam reliqui duo. Tum in ſequentibus intervallis communis utroſque temporum obſcuritas exercet; præſertim in eo, quod ab exitu *Hebræorum* ex *Ægypto* ad *Davidem*, vel *Salomonem* extenditur. Nam Judicum anni propemodum inexplicabilem quæſtionem continent. Ad hæc utriuſque regni, *Judæ*, *Iſraeliſ*que, ſucceſſiones, quæ duobus libris *Regum*, totidemque *Chronicorum*, traditæ ſunt, non parvam controverſiam afferunt, nec eodem ab omnibus modo numerantur. Denique cum in Scriptura ſacra annorum aliqua ſumma concipitur, ut cum vixiſſe vel regnaſſe quiſpiam tot annos dicitur, non ſatis exploratum eſt, an rotundum conſectata numerum, aliquot omiſerit, qui ad ſummam explendam deſint, aut ſupra eam excurrant. Sane *Auguſtinus lib.* 15. *de Civit. Dei cap.* 24. quod ex *Geneſi* colligi videtur, *Noemum* quingentos annos natum fuiſſe, quando Arcam moliri juſſus eſt, revera quadringentos octoginta dumtaxat egiſſe putat, *quos more*, inquit, *ſuo Scriptura quingentos vocat, nomine totius maximam partem plerumque ſignificans*. Quod etſi neceſſe non eſt, (nam aliter locus ille poteſt ac ſolet exponi) tamen quid de Scripturæ conſuetudine vir ſummus arbitretur, ex eo cognoſcimus. Ac ſi viginti totos annos nihil a Scriptura diſſimulari vetat, ut eo minus exactus ſit calculus, multo magis paucioribus uſuvenit: quos plerumque neglectos fuiſſe nemo niſi ſtolide pervicax inficiari audeat. Ut in utraque genealogia, tam *Adami* poſterorum ad

Gen. v. 34. & vi. 3.

diluvium, quam *Noemi* ad *Abraamum*: nec non in annis Regum, ac ſimilibus numeris, in quibus vel pauci anni excluduntur ab ſumma, vel inchoati pro integris uſurpantur; vel, ſi quid menſium ſupra vertentes annos reliquum eſt, omittitur. Itaque *Theophilus Antiochenus* vetus Scriptor *lib.* 3. *ad Autolycum*, cum Patriarcharum ac Regum annos ex ſacrorum Librorum auctoritate retuliſſet in ſummam, prudenter admonet, non poſſe certo accuratum & exactum iniri numerum, quod excurrentes menſes ac dies a Scriptura prætereantur: *δεῦρο ἡμεῖς τὸ ἀκριβὲς ἴσως ἀγνοοῦμεν ἁπάντων τῶν ἐτῶν τὸν ἀριθμόν, διὰ τὸ μὴ ἀναγεγράφθαι ἐν ταῖς ἱεραῖς βίβλοις τοὺς ἐπερέχοντας μῆνας καὶ ἡμέρας.*

Quocirca probabili tantummodo conjectura annorum ab initio mundi numerus conficitur; quatenus qui in illis, quas dixi, genealogiis putantur anni integri omnes habentur ac præciſi, ut ne uno quidem plus aut minus interceſſerit; quod etſi non eſt credibile, tamen, quia fieri aliter non poteſt, eos ſolos Chronologia perſequitur.

Quibus utiliter animadverſis, nos ab Orbe condito ad annum natalem *Chriſti*, ex vulgari calculo, elapſos eſſe putamus annos 3983. quos per intervalla ſex ita partiti ſumus *Operis* hujus initio. *Quo anno conditus ſit mundus.*

1. Ab rerum primordiis ad diluvium abſolutum numeramus annos 1656.

2. Ab eo vero, qui diluvium proxime ſecutus eſt, ad *Abraami* 75. quo ſtirpem illi pollicitus eſt Deus, anni ſunt 366.

3. Ab anno 76. *Abraami* ad eum, qui in *Iſraelitarum* exitum ab *Ægypto* deſiit, anni 430.

4. Ab eo, qui proxime ab exitu cœpit *Iſraelitarum*, ad tertium *Salomonis*, ante templi conditum, anni 519.

5. Ab quarto *Salomonis* anno, quo templi fundamenta jacta ſunt, ad annum *Cyri* 21. ſive ultimum captivitatis *Judaicæ*, anni ſunt 474.

6. Abſoluta captivitate ad communem *Chriſti* natalem, anni ſubducuntur 538.

Fiunt ab initio mundi ad eum annum, qui æram *Chriſti* præceſſit, anni 3983. Ergo æra *Chriſtiana* annus eſt mundi 3984. urſus ab *Januario*.

Horum intervallorum ratio hoc & ſequentibus in libris reddetur. Et ut a primo longiſſimoque intervallo omnium ordiamur, ejus ſumma decem ex Patriarcharum genealogia conſtat, quæ *cap.* 5. *Gen.* exponitur. In hac vero *Græci* codices ab *Hebræis Latiniſ*que diſcrepant. Illi enim plures fere centenis annos ſingulis imputant, ut ſequens laterculum oſtendit, in quod *Latinorum Græcorum*que calculos conjecimus.

Laterculum ætatis Patriarcharum.		
	Vixerunt ſecundum	
	Hebræos & *Latinos.*	LXX. Interpretes.
Adam	130	230
Seth	105	205
Enos	90	190
Cainan	70	170
Malaleel	63	165
Jared	162	162
Henoch	65	165
Mathuſalem	187	167
Lamech	182	188
Noe	600	600
Summa	1656.	2242.

Ex *Græcorum* rationibus, quas vulgata Biblia referunt, hoc abſurdum ſequitur, *Mathuſalem* quattuordecim annis ſupervixiſſe diluvio. Vixit enim annos 969. anno vero 167. *Lamechum* genuit, *Lamech* anno ætatis 188. genuit *Noemum*: fiunt anni 355. Adde 600, quibus ad diluvium vixit *Noe*. Colliguntur ann. 955. vitæ *Mathuſalem* uſque ad diluvium: Deſunt ad explendam ætatam omnem anni 14. Ideo in ſeptuaginta Interpretum editionem irrepſiſſe putatur error, qui ex *Latinorum* Chronologia caſtigandus eſt. Nam pro 167. annis *Mathuſalem* ſcribendi ſunt 187. Ita fient ab *Adamo* ann. 2262. *a* quot *Epiphanius* numerat, & *Auguſtinus*, nec non *Africanus*, ut in *Chronico Alexandrino* legitur.

a Panar. p. 5.

Ceterum cum hoc vel illo anno genuiſſe poſteriorem prior Patriarcha ſcribitur, non ita ſemper accipi debet, quaſi nullum ante ſuſceperit, ſed is, omiſſis reliquis, a *Moſe* commemoratur, per quem generis ſeries ad *Noemum* deducitur.

Mundum autumno creatum eſſe.

Quæſitum eſt jamdudum, qua nam anni tempeſtate mundus a Deo procreatus ſit? Plerique vernum tempus præferunt. Nos cum aliis autumno magis arbitramur; cujus conjecturæ inde argumentum ducimus, quod ante *Moſem* caput anni erat in autumno. Itaque *c.* 23. *comm.* 16. *Exodi* Scenopegiæ feſtum indicitur *in exitum anni*, & *c.* 34. *comm.* 22. *in annum vertentem*, ſecundum *Hebraicam* fidem; quod *Latinus redeunte anno* vertit. Ad hoc tempus autumni fuit, menſe *Tiſri*. Quin, ut plerique ſentiunt, primus *Moyſes* novum anni principium in *Niſan* verno menſe ſtatuit, quod ex *cap.* 12. *Exodi* colligitur; etſi dubium id aliis videtur, ut *Gregorio Nazianzeno Orat.* 42. Sed vulgo ſic exiſtimant, & eſt multo altero probabilius. Quare ante id tempus aliud erat initium, quo veteres illi Patriarchæ ſunt uſi.

Igitur mundus a Deo conditus videtur in Libræ cardine, anno Periodi *Julianæ* 730. autumno illo, qui eſt ter milleſimus nongenteſimus octogeſimus quartus ante autumnum anni ab Orbe condito 3983. quo natus vulgo *Chriſtus* ponitur, qui eſt Periodi *Julianæ* 4713. Prima dies mundi in 26. diem *Octobris* incidiſſet, ſi tunc in uſu forma hæc eſſet anni, quo die æquinoctium, ſive medius in Libræ cardinem ingreſſus, contigit. Sed nos ab *Januariis* Calendis annorum exordia ſumemus; ac proinde diſſimulato quod reliquum eſt anni *Juliani* ad *Decembris* uſque finem, ab ſequentibus Calendis numerabimus annos ab Orbe condito; ſic ut primus illorum ab anno procedat Periodi *Julianæ* 731.

In anno diluvii, ejuſque menſibus ac diebus talem *ſ[illegible]* ordinandam putamus.

b Cœptum eſt diluvium menſe ſecundo, ejuſque die 17. ut refert *Moſes*. Quo anni genere tum uſi fuerint homines, nondum certo comperi. Credibile eſt, communes ſaltem adhibuiſſe trecentorum ac ſexaginta dierum, quos identidem intercalaribus augerent. Annus porro diluvii ab exordio rerum putatur 1656. cujus caput in 10. *Octobris Juliani* conjicimus diem; quo per id tempus autumnalis æquinoctii cardo continebatur, Sole Libram adeunte. Proinde 17. dies ſecundi menſis *Novembris* 25. diem occupavit, a quo ad *Januarii* 3. totos 40. dies continuus imber fuit. Ab eodem *Novembris* 25. ad *Aprilis* uſque 23. qui menſis ſeptimi 16. numeratur dies, centum & quinquaginta diebus aquæ conſtiterunt. Poſt hunc diem ſenſim imminutæ ſunt; adeo ut undecimo poſt die ſeptimi menſis 27. *Maii* 4. in *Armeniis* montibus Arca ſubſederit. Menſe deinde ineunte decimo, *Julii* 7. montium cacumina detecta ſunt. Poſt dies vero 40. *Auguſti* 16. corvum *Noe* dimiſit ex Arca ac poſt 7. alios columbam, *Auguſti* 23. quam ſubinde reverſam, iterato ſeptenis elapſis diebus emiſit, *Auguſti* 30. quæ oleagineum ramum roſtro ferens ſub veſperam rediit. Tertio demum poſt 7. dimiſſa dies, *Septembris* 6. haud ultra eſt reverſa. Poſtremo anno ineunte 601. vitæ *Noemi* exſiccatæ ſunt aquæ, ac die ſecundi menſis 27. *Decembris* 5. ex Arca cum ſuis *Noemus* exſcendit. Initium diluvii factum eſt anno Per. *Jul.* 2385. cœpto jam mundi 1656. ſi ab *Octobri* caput annorum petimus; ſed labente 1655. ſi ab *Januariis* Calendis proficiſcantur. Deſiit anno Per. *Jul.* 2386. mundi exeunte 1656. ſi ab iiſdem Calendis annos auſpicemur; vel ineunte 1657, ſi ab *Octobri*.

b Gen. 7. 11. Vide 9. de Doct. Temp. c. 6 & 5. Diſſert. ad Uranol. c. 2.

CAPUT II.

De intervallo annorum a diluvio ad ortum Abraami, *& promiſſam ei ſtirpem, deque* Græcorum *ab* Hebræis *&* Latinis *diſcrepantia. De* Cainan *inſititio, de ortu* Abraami, *quoto* Tharæi *patris anno contigerit.*

Alterum intervallum ab fine diluvii ad promiſſam *Abraamo* ſtirpem annorum eſt 366. quod ita colligitur. Ortus eſt *Abraamus* an. 292. poſt diluvium. Idem anno ætatis 75. cæleſte reſponſum habuit de fatali humani ſaluti generis ſtirpe. Fiunt anni, quos dixi, 366. Anno 292. poſt diluvium natum eſſe Patriarcham, ſuadet genealogica ſeries, *Gen. cap.* 11. quæ ſic habet.

Laterculum ætatis Patriarcharum ab Diluvio ad ortum *Abraami*.		
	Vixerunt ſecundum	
	Hebræos.	L X X. Interpretes.
Sem poſt Diluvium	2	2
Arphaxad	35	135
		Cainan 130
Sala	30	130
Heber	34	134
Phaleg	30	130
Reu	32	132
Seruch	30	130
Nachor	29	179
Thare	70	70
Summa	292	1172

In hac annorum conficienda ſumma par atque in ſuperiore cautio eſt. Non enim liquido conſtat, ſingularum *γενῶν* plenos annos fuiſſe; qui interim pro plenis habentur, dum quantum iis deſit, aut ſuperſit ad exactum, in incerto ponitur. Sed hoc paucorum anno-

annorum diſerimen eſt. Plurium *Græci* controverſiam movent, qui ſingulis fera capitibus centenos emetiuntur. Ita non 292. ſed 1172. ſumma conflatur. Id, ſive corruptela librorum, ſive alia quapiam ex cauſſa contigit, nemo hodia Chronologia dignum putat. Sed ſunt e noſtris, qui *Cainam*, quem *Græci* tertium numerant, in *Latinam* ſeriem intrudant, quod non tam LXX. Seniorum auctoritata ducti faciunt, quam *Lucæ*, qui in percenſendis originibus *Cainamum* amplexus eſt. Sed e *Græcis* Bibliis irrepere hoc nomen potuit in *Lucam*. Nam in vetuſtiſſimis quibuſdam codicibus non comparere dicitur. Omittatur itaque, cum in *Latinis Hebraiſque* deſit.

Vide l. 9. de Doct. Temp. c. 17.

Vide 9. de Doct. Temp. c. 18.
a Gen. 11. 26.
b c. 12. 4.

Non minor in altera quæſtione controverſia eſt, quæ ex *Abraami* oatali ducitur. Hunc enim *Thare* genitum anno ejus ſeptuageſimo [a] Scriptura docet. Varum eadem [b] capite ſequeoti dubiam rem facit. Quippe *Abraamum* dicit ætatis anno 75. e *Chaldæa* migraſſe, poſt parentis obitum, quem 205. annos vixiſſe tradit. Quo fit, ut demtis *Abraami* 75. de 205. reſiduus ſit annus 130. *Tharei*, quo in lucem editus eſt *Abraamus*: quæ eſt recantiorum quorumdam opinio; qui ideirco annos a diluvio ad natalem *Abraami* plures computant, nempe 352. vel [ſi *Cainanum* inſeras, cui 30. annos attribuunt] 382. ſed nos *Abraamum* anno *Tharei* 70. genitum eſſe, Scripturæ ac Veteribus pene omnibus aſſentimur. Nec aliter prudens quiſque ſentire poterit, qui hoc ſecum cogitabit, *Moſem Geneſeos capite* 11. humani generis ætatem ab diluvio ad *Abraami* ortum per eos annos putare, quibus quiſque Patriarcharum filium illum genuit, qui ad ſeriem pertinet. Sunt autem Patriarchæ, qui genuiſſe dicuntur, numero novem, ſummoto ſcilicet *Abraamo*; totidem ſunt, qui geniti memorantur, quorum poſtremus eſt *Abraamus*, primus *Arphaxad*. Ut igitur in octo prioribus Patriarchis, qui *Abraamum* antecedunt, nemo dubitat, quin eo parentum anno nati ſint, qui a *Moſe* ponitur, ut puta *Thare* anno *Nachoris* 29. *Nachor* anno *Seruchi* 30. & ita reliqui, per quos annorum ab diluvio ſumma decurrit; ita cum Scriptura anno *Tharei* 70. natum afferat *Abraamum*, qui præcipuum in ea ſeria locum ſibi vendicat, adeo ut ejus propemodum unius cauſſa narratio hæc & enumeratio Patriarcharum inſtituta ſit, non eſt conſentaneum alteri, quam ſeptuageſimo patris anno, ortum illius adſcribere: ne, quod abſurdiſſimum merito judicat [c] *Abulenſis*, ejus natalis annus prætermiſſus ſit, in quem præcipue *Moſes* animum ac ſtilum intendebat, fratrum autem illius, aut amborum, aut alterius, notati ſint, qui obiter & unius *Abraami* cauſſa commemorantur. Sane, ut recte *Abulenſis* idem obſervat, eum *Noemi* filiorum trium nomina & progeniem *Moſes* retuliſſet, in unius tamen *Semi* ſtirpe auuum ætatis numeravit, quo *Arphaxadum* genuit; quod & deinceps in *Iſaaci* & *Jacobi* ortu fecit, omiſſis annis, quibus nati arant *Iſmael* & *Eſau*. Quænam igitur fingi cauſſa poteſt, cur eum *Thares* poſteritatem per *Abraamum* potiſſimum Scriptura propagare vellet, ejus ortum in obſcuro reliquerit, immo vero fucum fecerit, ac ludicra ambiguitate Lectorum judicia fruſtrata ſit? *Vixit*, ait *Moſes*, Thare *ſeptuaginta annis; & genuit* Abram, & Nachor, & Aram. Contra noſtri illi Chronologi vixiſſe dicunt *Thareum* annis 130. cum *Abraamum* genuit, ac totis ſexaginta annis poſteriorem hunc faciunt. Si uno altarove, vel tertio, aut quarto amplius putarent, ferri utcumque poſſent; cum autem annos totos ſexagenoa ad ſummam adjiciant, miror, ſi quis illis potius, quam *Moſi*, auſcultandum exiſtamet.

Tharem anno ætatis 70. Abraamum genuit.

c Quæſt. 31. in cap. 11. Gen.

Solvuntur argumenta Chronologorum.
d Gen. 12. 4.

At enim facere ſe neceſſario dicuot, ut anno *Tharei* 130. natum aſſa *Abraamum* afferant. *Quippe* [d] *ex Scriptura conſtat*, inquiunt, Abraamum *quinto & ſeptuageſimo ætatis anno Dei juſſu exiſſe de* Haram, *ut veniret in terram* Chanaan. *Ex eadem etiam conſtat inde exiſſe, poſtquam mortuus eſt pater ejus*, [*ut affirmat* [e] D. Stephanus] *qui mortuus eſt* 205. *ætatis anno, ut affirmat* Moſes. *Ex quibus conſequens eſt* Abraamum *natum eſſe anno* 130. *vitæ patris ſui. Nam* 130. *&* 75. *efficiunt omnino* 205. Hæc illi. Hunc modum *indiſſolubilem* vocat *Hieronymus in Hebraicis Traditionibus*, & ſolvit tamen, quomodo poteſt. *Auguſtinus* vero rem accuratius aſſequitur in *libro* 16. *de Civit. Dei cap.* 15. Neuter ob quæſtionis difficultatem conturbandas *Moſis* rationes putavit; neque ortum *Abraami* in annum alium rejicere eſt auſus, quam qui a Scriptura concipitur. Quam enim multa ſunt in ſacris Libris, quæ dicuntur ἄπορα, e quibus audaciores quique Chronologi, quibus ſcilicet,

e Act. 7. 4.

Nil intra eſt oleam, nihil extra eſt in nuce duri, nullo ſe negotio explicant: prudentiores inſcitiam plerumque fateri malunt, quam perſpicuam verborum auctoritatem navis commentis eludere. Atqui non ſic impedita eſt iſta quæſtio, ut propterea vadimonium deſerendum ſit. Reſpondit ei pridem *Auguſtinus*, ac poſt eum *Abulenſis*: tum *Pererius*, *Delrius*, aliique innumeri: quorum in hanc fere ſummam conſpirantes ſunt ſententiæ, bis vocatum a Deo *Abraamum*, primum e *Chaldæa* ceſſiſſe anno ætatis, ut *Hebræi* volunt, ſeptuageſimo, & in *Meſopotamiam* ejuſque oppidum *Charram* abiiſſe: tum poſt annos 5. rurſus patre ac propinquis relictis, in *Chananæam* migraſſe anno vitæ 75. *Tharei* patris 135. Ibi cum annos 60. circiter hæſiſſet, ſub *Tharei* obitum, divino, ut credibile eſt, inſtinctu *Meſopotamiam* adiiſſe, cum ageret ipſe ætatis annum 135. Inde mortuo parente ac ſepulto, diviſoque cum fratribus patrimonio, in *Chananæam* rediiſſe: ac dum denique *tranſlatum* dici ab *Stephano Abraamum*, vel, ut legit *Auguſtinus*, *collocatum* in *Chananitide*, cum jam nullam bonorum partem extra illam haberet. Nam hactenus haud omnino, hoc eſt παντελῶς, migraverat, cum pars aliqua ejus domeſticæ rei penes patrem eſſet in *Meſopotamia*. Non eſt autem inſolens in Scriptura, tum dici aliquid fieri cum plene perfecteque fit, quamvis multo ante ſit factum, uti plus uno loco docti Scripturæ Interpretes obſervant. Ergo *inde*, inquit *Stephanus*, *poſtquam mortuus eſt pater ejus, tranſtulit illum in terram iſtam*, μετῴκισεν αὐτὸν, penitus ac perfecte tranſtulit, re familiari ac ſervitiis non amplius loco disjunctis, ſed in unum coactis atque tranſlatis. Prima *Abraami* profectio e *Chaldæa* ab *Moſe* refertur *Gen.* 11. 31. ac Dei mandato ſuſcepta proditur ab *Stephano Act.* 7. 2. quando & Dominus his eum verbis allocutus eſt, quæ *Gen.* 12. 1. narrantur: *Egredere de terra tua, & de cognatione tua*, &c. Quæ tametſi poſt *Thares* obitum edita ponantur a *Moſe*, tamen ex *Stephani* oratione tum eſſe dicta conſtat, *cum eſſet in* Meſopotamia, *prius quam moraretur* in Charram. Ideo priora tria *commata cap.* 12. *Geneſeos*, *Dixit autem Dominus ad* Abram, *Egredere de terra tua*, &c. κατ' ἀνακεφαλαίωσιν ſcripta ſunt; vel, ut recte interpretantur alii: *dixit* idem valet ac *dixerat*. Nam quod mortis *Thares Moſes* in fine *capitis* antecedentis meminit, ideo feciſſe conſtat, quod ad *Abraami* geſta properans, quæ de *Thareo* narrare cœperat, ſemel abſolvere voluit, ac mortem illius pertexere. Ab *commate* 4. *capitis* 12. *Geneſeos Moſes* priorem e *Charris* profectionem in *Chananæam* deſcribit: poſteriorem *Stephanus* attigit *commate* 4. *cap.* 7. *Act. Apoſt.*

Abraami non una vocatio.

Sic adamuſſim omnia conſtant, ſine ulla Scripturæ ὑστερολογίᾳ, quam contraria ſententia devitare non poteſt. Hic multa contra nos diſputant adverſarii, atque illud in primis: *Si* Abraamus, inquiunt, *natus eſt anno patris* 70. *ergo moriente patre agebat ann.* 135. Veriſſime. *Ergo*, ajunt, *jam genuerat* Iſmaelem

& Iſaa-

& Iſaacum. Quid tum? *At D.* Stephanus *ait tranſlatum ipſum in terram* Chanaan, *eique promiſſionem factam de ea poſſidenda, cum nondum haberet filium.* Non tranſlatum eſſe *Abraamum* ait *Stephanus*, antequam haberet filium; neque enim ad illud prius, *Et inde poſtquam mortuus pater ejus, tranſtulit illum*, referri, quæ deinceps dicuntur, omnia neceſſe aſt, & ad idem pertinera tampus. *Repromiſit*, inquit, *dare illi eam in poſſeſſionem, & ſemini ejus poſt ipſum, quum non haberet filium.* Sola ergo repromiſſio facta dicitur, antequam haberet filium; non autem translatio, & ſecunda in *Chananæam* migratio: quaſi diceret, repromiſit illi *jam tum quum non haberet filium.* Porro iſta promiſſio jampridem edita eſt, cum primum e *Chaldæa* proficiſceretur, ut iodicat *Stephanus.*

Quærunt exinde, in priore illa profectione, qua *Chananæam* primum adiit, ſoluſne, an cum omni familia & *Loto* eo ſe contulerit. Reſpondet *Moſes*, cum omni, quam tum in poteſtate habebat, familia profectum. Hoc ſi ita eſt, quærunt denuo, cum ex intervallo patrem reviſeret, ſecumne familiam omnem deduceret, an ſolus eo pergeret. Etſi otioſa iſta ſunt, neque digna, quorum ratio ducatur, tamen, ne quid neglectum a nobis quæri poſſit, veriſimile eſſe dico, *Abraamum* neque familiam univerſam in *Meſopotamiam* revexiſſe ſub *Tharei* obitum, neque porro incomitatum illo veniſſe. Non enim aut tam crebra, quam iſti bariolantur, aut diuturna fuit illa profectio, ſed paucorum dierum, aut ad ſummum, menſium, ut & patris funus curaret, & de herciſcunda hereditate cum fratre tranſigeret.

At anim *ſi crebro patrem adibat*, inquiunt, *quomodo ex vicino nepotum ſuorum ortum non diſcebat, ut neceſſe foret ei per nuntium, non unius, ſed duodecim filiorum ſobolem ſimul nuntiare?* Hoc eo nobis obiiciunt, quod *Gen.* 22. 10. nuntiatum eſſe dicatur *Abraamo, Melcham Nachori* fratri numeroſam peperiſſe ſobolem. Quod quidem ſub idem tempus incidit, quo *Iſaacum*, Deo imperante, ad aram admovit, qui fuit ætatis annus *Abraami* circiter 125. ante *Tharei* mortem decimus.

Atqui neque tam frequenter in *Meſopotamiam* e *Chananæa* profectum eſſe dicimus *Abraamum*, ſed ſemel omnino ſub patris obitum, & quod tanto intervallo de *Nachoris* ſtirpe allatus eſſe nuntius dicitur, mirum vidari non debet. Fieri anim poteſt, ut ad id tempus *Nachor* in *Chaldæa* permanſerit, quem cum patre *Thareo* minime eſſe profectum in *Meſopotamiam Abulenſis* obſervat. Quamobrem cur tum primum de *Nachoris* rebus ad *Abraamum* nuntius venerit, ea aſſe cauſſa potuit, quod tunc *Nachor* relicta *Chaldæa* ad patrem ſe receperit. Hæc a nobis dici probabiliter, ne illi quidem inficiari poſſunt *eruditi viri*, qui ſe *intelligere dicunt, nos illis tam facile reſpondere poſſe, ac ſtare ſimul atque ſorbere.* Ita enim taceti voluerunt: quod minime necaſſe fuit. Nam nullum ex iis argumentis omnibus, quæ contra nos allata ſunt, tanti eſſe video, ut vel mediocri harum litterarum uſu præditum ab ſententia dimovere poſſit.

ANNOTATA AD CAP. II.

De Cainan juniore.

„ ARphaxad ſecundum Græcos Codices genuit Cainan, qui etiam apud beatum Lucam legitur cap. 3. 35. cujus major debet eſſe auctoritas. Hebræi vero & Chaldæus Paraphraſtes, ac utraque editio Samaritana ab Arphaxado immediate genitum dicunt Sala.

„ Alii aliter hunc nodum ſolvunt. Quidam ajunt ideo B. Lucam Cainan inſeruiſſe, quod cum Græce ſcriberat, editionem Septuaginta ſequi voluerit, quorum codices longe lateque jam diſperſi erant, ne diſſenſu ſuo turbaret Eccleſiam naſcentem, in re præſertim levioris momenti, & quæ ad fidem nihil pertineret.

„ Alii putant Cainan iſtum non ſolum Moſi ignotum, ſed nec ſeptuaginta duobus interpretibus agnitum, nec beato Lucæ, ſed per errorem Librarii. Primo enim neque in omnibus codicibus novi Taſtamenti, qui adhuc ſuperſunt, habetur, nec primitivæ Eccleſiæ temporibus in Luca legebatur, ut colligitur ax Irenæi lib. 3. c. 33. ubi ait Lucam oſtendere Chriſti Genealogiam uſque ad Adam 72. genarationes habere, ſi enim Cainan inſeratur, reperientur ſeptuaginta tres.

„ Deinde neque in ipſis Septuaginta primitus fuiſſe avincitur, nam Joſephus qui Græce ſcripſit, & Septuaginta ſequi ſolet, eum tamen non admittit Antiq. lib. 1. cap. 6. Quin Philo, Euſebius & Africanus non annumerant, qui tamen ſequuntur epilogiſmum τῶν Septuaginta. Ut neque Thaophilus Antiochenus lib. 3. ad Autol. quamvis in numero annorum, Græcos ſequatur; neque Epiphanius hæreſ. 55. contra Melchiſedecianos, neque beatus Hiaronymus in Traditionibus Hebr. quamquam da diſſenſu Codicum Hebræorum & Græcorum expreſſe diſſerat.

„ Immo neque atiam nunc in omnibus Codicibus Græcis legitur in 1. Paralip. abeſtque nominatim ab editione Romana & Pariſienſi, quæ omnium caſtigatiores ſunt. Apud Moſen vero in Cod. Hebr. Chaldæo aut Samaritano nuſquam legitur, nec aliquando lectum fuiſſe auditum eſt, ut magno ſit argumanto hoc nomen prorſus irrepititium & ſuppoſititium eſſe. Quod ex Beroſo Chaldæo, Græcis interpretibus antiquiore, etiam patet, qui de Abrahamo loquens, ut referunt Joſephus & Euſebius, eum ait decima poſt diluvium ganaratione exſtitiſſe: id anim minime verum erit, ſi iſte Cainan inſeratur. Qua da re qui plura volet, Spanhemium adeat de dubiis Evangelicis.

AD CAPUT II.

De Abrahami ortu ejuſdemque Vocatione.

„ THare cum genuit primogenitum, annorum erat ſeptuaginta. Sed quis ille primogenitus fuarit, inter doctos quæritur. Ait enim Moſes: Vixit Thare ſeptuaginta annis, & genuit Abram, & Nachor, & Aran. Gen. 11. 26. Unde id ſuſpicari promptum eſt, eum velle Abrahamum hac ætate patris genitum, ab eoque factum gignendi initium, quem priori loco poſuerit.

„ Verum huic ſententiæ non parum adverſatur quod ait eodem capite verſ. 32. & facti ſunt dies Thare ducentorum quinque annorum, & mortuus eſt in Haran. Quibus verbis capite mox ſequente ſubjungit: ſeptuaginta quinqua annorum erat Abram, cum egrederetur de Haran. Hos enim ſeptuaginta quinque ſi auferas de Thare annis 205. reſidui fient 130. unde concludas tot annorum fuiſſe Thare cum Abram ei naſceretur.

„ Firmat hanc opinionam beatus Stephanus Act. 7. 4. ex cujus maxime narratione locum Geneſeos exponendum cenſet Auguſtinus, Quæſt. ad Geneſ. 25. Hic enim diſerte ait Abraham tum demum de Charan axiiſſe, & in Canaan veniſſe, cum pater ajus mortuus eſſet. Nam qui duplicem Abrahami exitum de Charan comminiſcuntur, ut Stephanum cum Moſe concilient, id ſubtilius fortaſſe quam verius, atque adeo gratis omnino excogitaſſe videntur; aperteque repugnat Chryſoſtomus Homil. 31. in Ganeſ.

Et

Digitized by Google

„ Et ſane ſi alius fuit Abrahami exitus qui memoratur a Moſe, alius qui a Stephano: illum ſecundum exitum unde babuit Stephanus? cujus ne umbra quidem apparet in Moſe, qui ſollerti tamen diligentia omnia Abrabami facta, dicta, manſiones, peregrinationes, locorumque mutationes perſecutus eſt. Qui ergo fieri potuit, ut Judæos perſuaſurus Stephanus, & de re ipſis ex ſolo Moſe cognita orationem habens, atque ex ejuſmet narratione omnem vim faciens, aliter quam ipſe Moſes loqueretur, aut ab ipſo Legislatore hac in re diſſideret, cujus una auctoritate fidem illis erat facturus?

„ Adde quod mirum in modum rea conturbare coguntur qui io alia ſunt ſententia. Exempli gratia, ſi Abrabam natus eſſet anno patris 70. vixiſſet cum patre annis 135. atque adeo moriente Thare egiſſet Iſaac annum 35. cnm e contra dicat Scriptura patre mortuo eum tranſlatum eſſe in terram Chanaan, & tum promiſſionem illi factam, cum nondum haberet filium Geneſ. 12. cum Actor. 7. cujuſmodi alia abſurda plurima quæ inde ſequerentur videre eſt apud Torniellum, Salianum, Tirinum, Lud. Capellum, & alios.

„ Et ſane argumentum non ſatis firmum eſt quod ex ordine nominatorum filiorum deducitur, ſicut jam in Noe filiis vidimus, cum Scripturæ non inſolens ſis, ut in liberis referendis dignitatis potius quam naturæ ſive temporis ordinem obſervet, ac in Abrahamo id factum eſſe Lirani, Varabli, Cajetani, Harvillei, Tornielli, Saliani, Tirini, & aliorum plurimorum eſt opinio. Immo ex antiquioribus expreſſa Procopii Gazæi ſententia fuit, qui diſerte ait Abrabamum natum eſſe anno Thare non 70. ſed 130. cui etiam favent Chryſoſtomus, Theodoretus, & Auguſtinus.

„ Nam quod illi obiiciunt, abſurdum videri, Moſen qui ceterorum Patriarcharum annos tam explicate diſtincteque notavit, id in uno Abrahamo non exſtitiſſe, propter quem texebatur ille catalogus; vix quicquam efficit. Etenim cum illum præcipue reſpiceret, nec tamen de fratribus ejus penitus ſilere fas eſſet, ſic ejus ortum cum fratribus miſcuit, ut cum primum de iis, quos ultimo loco ideo nominaverat, aliud breviter perſtrinxiſſet, de hoc uno poſtea accuratius pleniuſque toto volumine loqueretur: quod in filiis quoque Noemi factum cernere eſt.

„ In Genealogia Chriſti a Matthæo quid ſimile obſervatum videmus; *Filii David*, inquit, *filii Abraham*, Davidem juniorem prius, Abrahamum poſterius nominans, quod ab eo deinceps ſeries generationis eſſet deducenda, immo & io ipſa prima rerum productione primum ſingula complexus eſt Moſes quæ primis diebus creata ſunt, in hiſque productionem primorum hominum, & eorumdem poſtea formationem ſigillatim explicavit, quod eodem fere modo in hac filiorum Thare hiſtoria ab eodem obſervatum eſt: Chronologiæ vero ſua ſatis ſtat ratio, ſi quot aonorum fuerit Abraham conſtet, cum Thare pater ejus mortuus eſt, quod magnæ curæ Moſi fuiſſe ſatis apparet.

„ Quamdiu vero moratus ſit Abranam in Charan cum patre, non dicit Scriptura. Quidam annos quinque ibi fuiſſe poſtquam de Ure Chaldæorum egreſſus eſt, ſuſpicantur, quod aliqua mora innui videatur; cum ibi habitaſſe tam Moſes Geneſ. 11. 31. quam Stephanus Actor. 7. 4. dicat: Et cum egrederentur, eos animas tuliſſe quas fecerant in Haren. Verum id propemodum divinare eſt, quod nos præcipue refugimus, nihil addendum opinati temporibus iis quæ nobis a Scriptura exprimuntur, ſi quis exactam priorum temporum rationem habere velit.

„ Unum itaque eumdemque anoum utrique profectinni adſcribendum cenſemus, cum plures non ſignificet Scriptura: in eoque duces ſequimur, cum Euſebium in Chronicis, tum Auguſtinum lib. 16. de Civit. c. 16. & 24. & alios plures auctores graviſſimos, qui 430. annos quos a promiſſione ad legem decurriſſe narrat Apoſtolus, ut poſtea videbitur, ab hoc Abrahæ anno 75. numerari debere aſſerunt. Illud certe ſpatium ſufficere poſſe arbitramur ut ibi manſiſſe & aucta dicatur eorum familia, ſi Abrahamum initio anni, hoc eſt autumno, Ure egreſſum ponamus, & eodem demum vertente anno, Charane profectum, puta circa veris initium. Quippe fœtas jam oves ibi fœtu liberaſſe non abſimile eſt a vero. Quod eodem modo de mulieribus prægnantibus dicere poſſis, ſi non ſolum pecudum, ſed & vernarum incrementum intelligendum cenſeas; quamquam non omoes illic natos, ſed partim natos, partim emptos dicere poſſimus. Quin & idem ſpatium etiam ſufficere opinamur, ſi ut Chaldæus Paraphraſtes & Hebræi aliqui exponunt, animas quas fecerant, de hominibus ad Dei cultum perductis, accipiendum putemus. Nec enim ibi alia cauſſa Abraham videtur detentus, quam patris prægravi ſenectute atque infirmitate, quæ ſi diu duraſſet, viam ille inveniſſet, ut inde eum transferret, ac Deo vocanti promptam præſtaret diligeotemque obedientiam.

CAPUT III.

De Aſſyriorum *imperio, nec non* Ægyptiorum *ac* Sicyoniorum, *quæ omnium vetuſtiſſima produntur.*

ANtiquiſſima omnium regna, poſt ſciſſam linguarum diſſidio concordiam hominum, fuiſſe perhibent tria, *Aſſyriorum*, ſive *Chaldæorum*, *Ægyptiorum*, ac *Sicyoniorum*. Lib. 9. de Doct. Temp. c. 12. & ſeq.

Conditor illius Imperii *Belus* ab exteris, *Nembroth* a noſtris perhibetur: ut unius hominis ambo illa vocabula fuerint, qui turris illius ædificandæ princeps, novum ſibi rudes in populos uſurpaſrit imperium. Quoto vero mundi anno regnare cœperit, Chronologica ratio hoc modo conficiet. *Belus, ſive Nembroth.*

Etenim inter omnes convenit, primos in Oriente *Aſſyrios* imperaſſe; poſtea *Medos*, inde *Perſas*. *Perſarum* regni conditor fuit extra controverſiam *Cyrus*, cujus initium iocidit in annum primum Olympiadis 55. quod ipſum poſtea demonſtrabitur. Annus primus Olympiadis 55. *Chriſtianam* æram antecedit annis 539. Eſto is anous *Julianæ* Periodi 4155. mundi 3425. quo primus Olympiadis illius erat in curſu, ſic ut æ[illegible] diebus ſecundus inierit. *Demonſtratur Aſſyriorum initium.*

Hæc eſt epocha *Perſici* regni, in quam Hiſtoricos omnes egregie conſentire docet *Africanus* apud [a] *Euſebium*. Qui illos anteceſſere *Medi*, auctoribus [b] *Cteſia* & *Diodoro*, annis imperarunt paullo amplius trecentis, hoc eſt 317. Quia poſt diluvium imperia cœperunt, & quidem annis amplius centum; videlicet orto jam *Phalego*: annus autem diluvii, mondi numeratur 1656. ab hoc anno ad exordium *Cyri* putantur anni ſolidi 1768. de quibus demtu intervallo *Medorum* annis 317. reliqui ſunt anni poſt diluvium 1451. Rurſus *Aſſyrios* annis circiter mille ac trecentis imperaſſe complures perhibent. Ea ſumma de 1451. abjecta, reſidui ſunt anni poſt diluvium 151. Quare anno ab diluvio 152. *Aſſyriorum* regni fundamenta jacta ſunt; qui eſt ab Orbe condito 1808. Periodi *Julianæ* 2538.

[a] Lib. 10. de Præp.
[b] Cteſ. Diod. 2. Clem. Alex. 1. Str. Juſt. Aug. de Civ. Dei l. 12. c. 10. De Doct. Temp. l. 9. cap. 15.

Quod ad *Ægyptios* attinet, eorum origines, & quæ ex *Africani Chronico* commemorantur ab *Euſebio* Dynaſtiæ multis annorum millibus comprebenſæ, ab vero diſſident. Exitus illius regni anno *Cambyſæ*

quioto

quinto contigit, quo *Ægypto* ille potitus eſt. Atque hoc tempus in annum mundi 3459. Periodi *Julianæ* 4189. incidere ex Aſtronomicis obſervationibus ſuo loco declarabitur. Quare hoc intervallo annorum 1803. qui ab diluvio ad 5. *Cambyſæ* propagantur, contineri neceſſe eſt *Ægyptiorum* tempora; de quibus illud inſuper demendum eſt ſpatium, quod a diluvio ad terrarum partitionem interceſſiſſe novimus, annorum amplius centum.

Sicyoniorum regnum.

Sicyone, quæ urbs in *Peloponneſo* fuit, haud procul Iſthmo, regnatum eſſe mille circiter annis teſtis eſt a *Apollodorus*, & *Caſtor*, ex iiſque *Chronicon Euſebianum*; hoc eſt ſub Regibus 967. vel 959. ſub Sacerdotibus, tribus & triginta vixiſſe. *Pauſanias* vero in *Corinthiacis* poſtremum regnaſſe *Zeuxippum* refert; eoque mortuo *Agamemnonem Sicyoniam* rem ad *Mycenæos* tranſtuliſſe.

a Excerpta Euſeb. Scal. p. 19.

Lib. 9. de Doctrina Temp. cap. 16.

Ut in re perobſcura conjecturæ permittatur aliquid, *Sicyoniorum* initium ponimus anno mundi 1820. Periodi *Julianæ* 2550. a quo putati Regum anni 967. deſinunt in *Agamemnonis* primordium, qui regnare cœpit anno Periodi *Julianæ* 3516. mundi 2786. hoc eſt quindecim ſolidis ante *Trojanum* excidium, quod annum mundi 2800. obtinere poſtea docebitur.

ANNOTATA AD CAP. III.

De Aſſyriorum & Babyloniorum Imperii primordio, nec non redivivo ejus potentia.

„ PErobſcura ſunt Aſſyriorum Babyloniorumque Imperii primordia, quæ multi ad Nimrothum referunt, quoniam de eo Geneſ. 10. 8. ſic legimus: Ipſe cœpit potens eſſe in terra, fuitque principium regni ejus Babylon. Sane pervetuſtam eſſe Babyloniorum gentem negare non poſſumus, cum & antiquitatis nomine celebrata in primis fuerit, ipſamet atteſtante Scriptura Jerem. 5. 15. Quod ex Simplicio etiam ſcimus, qui Comment. in lib. de cælo refert Ariſtotele procurante, a Caliſtene miſſas Babylone fuiſſe obſervationes cæleſtes annorum 1093. ad Alexandri uſque tempora. Unde apparet ſyderum contemplationi vacare cœpiſſe Babylonios ipſius Nimrothi temporibus, cum totidem anni inde ad captam ab Alexandro Babylonem juxta noſtrum calculum reperiantur.

„ Non ergo de antiquitate, ſed potentia illius gentis diſputamus: & quærimus cum Nimrothi illius ſuaſu condi primum Babylon cœpta ſit, ut in Antiquit. lib. 1. cap. 5. habet Joſephus, & tota Babyloniorum regio etiam terra Nimrod ſit appellata Mich. 3. 6. num ab eo nominatiſſima illa Babyloniorum deducenda ſit monarchia, de qua tam multa apud prophanos, qui Belum ſuum illius conditorem faciunt, ut unius hominis ambo illa vocabula fuerint, ut vult Petavius, aut ad illud ſæculum referendus ſit Ninus, qui ejus dicitur filius, & Aſſyriorum imperii conditor, ut habent Juſtinus, Africanus, & Euſebius, quibus annos pluſquam mille trecentos arrogant.

„ Mihi quidem id veriſimile non ſit. Fuit enim Nimrod filius Chus, nepos Chanaan, pronepos Chami, quod ex Moſe diſcimus Geneſ. 10. 10. Ita ut antiquius ejus imperio Aſſyrium fuerit, quod ita dictum ab Aſſure Semi filio, qui Ninivem urbem gentis Aſſyriæ principem condidit, ut ipſemet Moſes atteſtatur. Totas certe regiones illas in principatus exiguos, & minima quædam regna primum diviſas par eſt potius credere, quam in tantam potentiam tam cito coaluiſſe, quæ toti Aſiæ, Indiam ſi excipias, dominata ſit, ut auctores ſunt Euſebius, & alii quos ſupra memoravi.

„ Sane cum Nini incredibilis copiarum fuerit numerus, ut verbis Diodori utar, in cujus quippe exercitu quando Bactrianam invadere properabat, recenſita ſint decies ſepties centena peditum, & ducenta ac decem equitum, decemque curruum falcatorum millia, cum paullominus ſexcentis; quis ſibi perſuadebit annis circiter ducentis ab diluvio in tantam multitudinem excreviſſe mortalium genus, ut ad ingentes adeo exercitus ſufficeret, in uno præſertim imperio ac populo, cum ſimile quidpiam in reliquis quoque gentibus nobis cogitandum ſuperſit, quandoquidem nemo in exiguos numero, tanta manu progrediatur armatus. Quidam ut illi ſcrupulo ſubvenirent, probabile putaverunt, vel in pueris ipſis generandi vim, & uſum fuiſſe: cum contra fieri ſoleat, ut ubi vivaciores ſunt homines, tardiores quoque pubertatis anni ſint. Immo ſi Nini extremis temporibus natus eſt Abrahamus, ut Euſebio placet, qui fieri poterit ut ejus ætate quattuor reges adverſus quinque bellum moverent, qui omnes in Aſia numerantur Geneſ. 10. ac unus illorum præciſe rex Sennaar appellatur, hoc eſt illius regionis in qua condita eſt Babylon; ſi, ut illis placet, Babylonicum ſimul & Aſſyrium imperium uni parebant moderatori, qui ſumma potentia toti Aſiæ dominaretur.

„ Verum huic ſententiæ locus numquam fuiſſet, ni Cteſias totam hiſtoriam mendaciis plurimis inquinaſſet, in quibus ingenti cautione utendum eſt, præſertim cum hunc ulla fide dignum neget Ariſtoteles lib. 8. hiſt. Anim. cap. 28. Vanitatis Plutarchus arguat [in Artaxerxe] & ineptum Græculum, appellet Joſephus Scaliger, qui nihil penſi habet, modo Herodoto adverſetur. Mirum itaque homini adeo vano tantum fidei habitum eſſe a Diodoro Siculo, Trogoque, quos alii more potius quam judicio ſunt duces ſequuti: nempe impoſuerat illis quod Cteſias profitetur, ut Diodorus refert libro 2. ſe cuncta hauſiſſe ex regiis membranis, adde quod in iis primis & obſcuris temporibus auctorum diligentia laudetur, judicium ſæpe requiratur. Unde Poſtellus lib. de Origin. ait: Diodorus altiſſimo principio omnes hiſtorias & fabulas elapſorum temporum nullo ſane judicio, ſed quadam diligentia accumulat.

„ Nobis itaque potior hac in parte auctoritas Herodoti hiſtoriarum patris, ut Cicero appellavit. Hic lib. 1. cap. 95. ait Aſſyrios annis quingentis & viginti ſuperiorem Aſiam obtinuiſſe, primoſque Medos ab iis deficere cœpiſſe, quod in operis ſui initio Appianus Alexandrinus eſt ſecutus. Hæc autem defectio duce Arbace, anno mundi 3257. eveniſſe poſtea patebit, ita ut initium hujus Aſſyrii Imperii ex mente Herodoti in annum mundi 2737. ante æram Chriſti 1267. ſit conjiciendum: unde ſit ut quæ de Chaldæorum & Arabum Imperio ante Aſſyrium memorant Euſebius & Africanus, nihil nos cogat tamquam fabuloſum, quod alii cenſent, rejicere.

„ Ninum autem Beli filium hujus Imperii conditorem fuiſſe conſentiens eſt omnium fere Scriptorum auctoritas.

„ Belum poſt Arabas in Babylonia annis 55. regnaſſe refert Africanus.

„ Nino annos 52. tribuit idem cum Euſebio.

„ Semiramis Nini uxor poſtea per 42. annos regnum obtinuit, cum ad 62. vixiſſet. Diod. Sicul. lib. 2. Juſtinus lib. 1. mortua itaque anno mundi 2831. ante Chriſtianam æram 1173.

„ Ninyas ejus filius & ſucceſſor regnavit annos 38. Euſeb. deſiit itaque anno ante æram Chriſti 1211.

„ Alii deinceps Imperatores obſcuri, & ab Scriptoribus vix nominati.

„ Primum Phulis cujuſdam Regis Aſſyriorum meminit

„ minit

„ minit Scriptura anno Azariæ 39. [deſinente] 4. Reg. 15. 19. hoc eſt a morte Ninyæ 440. Periodi Julianæ 3943. ſive ante æram Chriſti 771. Is vero Uſſerio videtur Sardanapali fuiſſe pater, ab eo Sardanpbul dicti, ut Merodacb Babylonius a patre Baladan, cognomeotum Merodac-Baladan accepiſſe legitor Iſ. 39. t. eundemque eſſe quem Euſebius Ocrazapem, Strabo, Arianus & Suidas Anacyndaraxam nominaot. Quin ille ipſe videri poſſit qui prædicatiooe Jonæ [Ninivem circa annum ante æram Chriſti 808. miſſi] ad reſipiſcentiam perductus eſt, ſi ab initio Nabonaſſari [quem cum Sardanapali exitu conjungit Uſſerius] retro numerentur anni ab Afriano & Euſebio ipſi Sardanapalo, & patri ejus aſſignati. Regnavit enim ipſe annos 42. ita ut ioierit anno aote Chriſtum 809. Nam

„ Sardanapalus regnavit aonos 20. ac ioitium ipſius anno ante Chriſtiaoam æram 767. tribuendum ſit, hoc eſt anno mundi 3237. ſiquidem

„ Arbaces anno mondi 3257. ante æram Chriſti 747. conjuratione cum Beleſi Babylooio præfecto (quem eundem atque Nabonaſſarum exiſtimamus) inita, Nioiven expugnavit, io eaque Rex eſt a conjuratis appellatus, cum Sardanapalus ſe & regiam cum divitiis omnibus incendio abſumpſiſſet, & Nabonaſſarus regnum Babylonicum obtiouit:

„ Atque ita Aſſyriorum iogens illud Imperium deſtructum eſt, poſtquam a Nini ioitio ſuperiorem Aſiam aonis 520. obtinuiſſeot, ut patet ex Herodoto. Neque tamen funditus tunc Nioive eſt deleta: ſiquidem ibi poſtea adhuc regnatum teſtatur idem Herodotus, & alios præterea Aſſyriæ reges memorat veraciſſima Scripturæ auctoritas.

De Ægyptiorum Dynaſtiis.

„ ÆGyptiorum Dynaſtiæ & origines prorſus fabuloſæ non ſunt: cum enim iſtas, neque io immenſum extendi, ita etiam nec omnino reiiei debere, exiſtimant eruditi. Illas multi adeo enumeraot hiſtorici, ut eas prætermittere nobis noo libuerit, hac in re ſecuti Marshamum, qui veras Ægypti Regum ſucceſſiones pereruditc vindicat. Videnda igitur eſt ſeptima, ſequenteſque ex iis, quas in Parte 2. contulimus, Regum ſucceſſiones.

De Sicyoniorum Regno.

„ SIcyoniorum regnum ipſiuſque Regum ſucceſſionem eſſe ſuppoſititiam, indicare ſe poſſe putant eruditi. Veteres enim Phoroneum nobis exhibent, ut antiquiſſimum totius Græciæ Regem. *Anticlides* (ait Plinius) *Phoroneum antiquiſſimum Græciæ Regem* appellat. *Acuſilaus* (inquit Clemens Alexandrinus) *dicit Phoroneum Argivum, fuiſſe primum hominem, & Poeta Phoronidis eum nuncupavit*;

Plin. l. 7.

Clem. Alex. Strom. 1. p. 322.

[illegible]

„ ipſiuſque Platonis ævo, oullum innotuit tempus Phoronei, Niobeſque ætate vetuſtius; hinc Syncellus, *nihil in hiſtoriis Græcis continetur, ante Inachum, ejuſque filium Phoroneum, qui primum regnarunt Argis*. At Phoroneus non eſſet regum vetuſtiſſimus, ſi ante illum, per ducentos amplius aonos, Sicyone regnatum fuiſſet; chronologi enim Sicyonis regoi ioitia conſerunt io ann. 2550. Periodi Juliaoæ, initium vero Phoronei Regis confertur in annum 2872. ejuſdem Periodi. Sed & alias ob cauſas iſta regum Sicyoniorum ſeries ſuſpecta habenda eſt, quas hic enumerare longius foret; conſulendum tantum eſt Marihamus in Chrooic. pag. 15. & 16. edition. Lipſ. Verum etſi dubiam, expreſſimus tameo Sicyoniorum Regum ſucceſsiooem, inter eas quas in Partem ſecuodam eootulimus.

Plato in Timæo. Syncell. p. 68.

CAPUT IV.

De tertio annorum intervallo, quod ab 76. Abraami *ad migratam* Ægyptum *extenditur, cujus ratio diſſeritur.*

AB anno ſeptuageſimo ſexto ineuote *Abraami*, ad eum, qui migrationem ex *Ægypto Iſraelis* aoteceſſit, anni ſunt quadringenti & trigiota vertentes, quot ab Apoſtolo numerantur io *a Epiſtola ad Galatas*: ubi cum *Abraami* ſemioi promiſſam divinitus terram eſſe dixiſſet, poſt annos ioda triginta ſupra quadringentos Legem ait editam fuiſſe. Quam ſummam ita partiri convenit. Natus eſt *Iſaacus b* aooo *Abraami* centeſimo. *Iſaaco c* ſexagenario *Rebecca Eſau* & *Jacobum* peperit, *Jacob d* annum agens 130. in *Ægyptum* cum ſtirpe ſua profectus eſt. Fiunt ab ortu *Abraami* ad *Ægyptiacam Jacobi* profectionem anoi 290. a promiſsione vero, & apocha, quam ad *Galatas* ſcribens iodicat Apoſtolus, anni 215. *Joſephus*, quo tempore in *Ægypto* patrem excepit, annum agebat 40. ſi quidem *e* tricenarius *Pharaoni* ſe ſtitit. Exinde ſeptem aoni ubertate inſignes, ac duo ſteriles præterierunt, ita ut *f* tertius in adveotum *Jacobi* ciderit. Vixit autem annos in totum *g* 110. Proinde a promiſsione ſtirpis *Abraamo* editæ ad *Joſephi* mortem anni ſunt 285. Hinc ad ortum *Moſis* anni 75. quippe *Moſes* aonum *h* agebat octogeſimum, quando populum ex *Ægypto* tranſportavit. Colliguntur a promiſsione ad migrationem ex *Ægypto* anni 430. Ergo aono 431. ineunte, Legem io *Sina* monte *Judaicus* populus accepit. Hunc io modum ex ſacrorum auctoritate Librorum probabiliter ſumma iſta digeritur.

De Doct. Temp. l. 9. c. 24.

a Gal. 3. 17.

b Gen. 21. 5.

c Gen. 25. 26.

d Gen. 47. 9.

e Gen. 41. 46.

f Gen. 45. 9.

g Gen. 50. 25.

h Exod. 7. 7.

Duo ſunt loca, quæ adverſari videntur. Primus *Geneſ.* 15. 13. ubi annis 400. peregrinum fore genus *Abraami*, ac ſerviturum eſſe prædicitur. Huic ſic occurritur: annos illos ab ortu *Iſaaci*, & *Abraami* aono centeſimo computari; a quo ad exitum *Iſraelitarum* ex *Ægypto* quadringenti fere oumerantur; hoc eſt amplius quatuor.

Alter longe explicatu difficilior locus *Exodi* 12. 40. *Habitatio*, inquit, *filiorum* Iſrael, *qua manſerunt in* Ægypto, *fuit quadringentorum annorum*. Hic vero neceſſario quædam ex LXX. Seniorum interpretatione ſupplenda ſunt; apud quos ita locus ille concipitur: *Habitatio filiorum* Iſrael, *qua inquilini in* Ægypti *terra & in* Chananæa *fuerunt, tam ipſi, quam eorum patres, fuit annorum* 430. Ut ab *Abraami* anno 76. & io *Chananæam* tranſitu, oumerus ille putetur annorum; ut paulo ante calculos poſuimus. Nam revera in *Ægypto Jacobi* poſteri annos haud amplius 215. hæſeruot. Nec audiendi ſunt, qui 430. iſtos annos a *Jacobi* profectione deducunt, cui *Moſis* genealogia ipſa reclamat. Etenim *Caath* avus *Moſis* vixit io totum annos 123. qui cum *Jacobo* venit in *Ægyptum*. *Amram* pater vixit annos 137. Adde *Moſis* anoos 80. fiunt aoni 340. de quibus demptis iis, quos cum patribus ſuis ſinguli vixerunt; (neque enim ultimo ætatis anno ſuum quiſque filium procreavit, quod in iſta computatione ſumitur) tum vero longe pauciores intercedent a *Jacobi* migratione ad *Iſraelitarum* exitum.

Exod. 6. 16. & 20.

ANNOTATA AD CAP. IV.

De tertia mundi ætate ab Abrahami migratione ad Exodum.

Tertiam ergo annorum mundi epocham ab eo tempore deducimus, quo Abraham trajecto Euphrate, profectus eſt in Chananæam; & ad exitum ex Ægypto hanc eandem perducimus. Quæ quanti temporis fuerit pluribus fortaſſe opus erit demonſtrare. Manifeſtum fiet hanc omnem ætatem per 430. annos fuiſſe commoratos, quod tribus præcipue argumentis exequimur.

Prima probatio; de 430. annis ab Apoſtolo, immo & a Moſe aſſignatis: ubi de Ur Chaldæorum agitur, eamque in Meſopotamia fuiſſe demonſtratur.

Controverſiam hanc omnem dirimit Apoſtolus Galat. 3. verſ. 16. 17. 18. cum dicit legem datam poſt 430. annos a facta Abrahæ promiſſione. Ipſiuſmet verba primum apponam, ut quibus contradicere nemo poſſit. *Abrahæ dictæ ſunt promiſſiones & ſemini ejus. Non dicit & ſeminibus quaſi in multis; ſed quaſi in uno: & ſemini tuo qui eſt Chriſtus. Hoc autem dico teſtamentum confirmatum a Deo, quæ poſt quadringentos & triginta annos facta eſt lex, non irritum facit ad evacuandam promiſſionem. Nam ſi ex lege hereditas, jam non ex promiſſione, Abrahæ autem per repromiſſiones donavit Deus.*

Videmus ergo Apoſtolum loqui de promiſſione facta non Iſaaco, aut Jacobo, ſed ipſi Abrahæ, ut vel eo auctore rejiciantur qui hoc ſpatium temporis ab aliis promiſſionibus dinumerandum volunt. Videmus præterea illum non numero rotundo, ſed fixo teſtari legem poſt 430. annos datam, a promiſſione Abrahæ exhibita, ut ex illo numero nihil fas ſit omittere. At Abrahæ factæ ſunt promiſſiones, cum nondum haberet ſemen, idque poſtquam mortuus eſt pater ejus, ut jam monuimus ex Stephano, cujus etiam verba hic referre non pigebit. *Deus gloriæ apparuit patri noſtro Abrahæ, cum eſſet in Meſopotamia priuſquam moraretur in Charan, & dixit ad illum: Exi de terra tua....... tunc exiit de terra Chaldæorum, & habitavit in Charan. Et inde poſtquam mortuus eſt pater ejus, tranſtulit illum in terram iſtam, in qua nunc vos habitatis, & non dedit illi hereditatem in ea, nec paſſum pedis: ſed repromiſit dare illi eam in poſſeſſionem, & ſemini ejus poſt ipſum, cum non haberet filium*, Actor. 7. 4. quæ omnia apprime congruunt cum iis, quæ a Moſe Geneſ. 12. referuntur, atque ab iis depromta ſunt: quibus etiam concinunt quæ in cap. 15. 7. repetuntur: *Ego Dominus qui eduxi te de Ur Chaldæorum, ut darem tibi terram iſtam, & poſſideres eam*.

Ut vero iſta, quam cum Stephano etiam Abarbenel (in Geneſ. cap. 11.) nec non Ammianus Marcellinus in Meſopotamia collocant, a Sacerdotibus & Genethliacis ex artis vocabulo Chaldæorum appellationem ſortitis (quo etiam nomine in ipſa Chaldæa Aſtrologi a reliquis Magis diſtincti reperiuntur Dan. 2. 2. 10. 4. 7. & 5. 11.) habitata fuit, & ab iiſdem denominata. Unde etiam Marcellinus notat Chaldæos, non ab Arphaxat dictos: ſed ſectæ nomen fuiſſe quæ in gentem poſtea excreverit. Quin Chaldæos Meſopotamiæ fuiſſe populos non obſcure ſignificare videtur Joſepus 1. Antiquit. c. 8. ubi ait; Quamobrem cum Chaldæi, Meſopotamitæque ceteri, contra eum (Abrahamum) inſurgerent, &c. quidnam enim eſt dicere Chaldæi, Meſopotamitæque ceteri, niſi aperte indicare Chaldæos inter Meſopotamitas comprehendi? Ex horum itaque conſortio & Thare, & Nachor, & Abraham idolorum cultum didicerant, ſervierantque diis alienis, cum trans fluvium habitarent ab initio, ut eſt Joſue 24. 2. quod de Charane intelligi nequit; ubi nec habitaverant ab initio, & Abrahamum jam a Deo vocatum adhuc idola coluiſſe opinari nefas: nec item de Ura Plinii, aut de Urchoa, ſive Orchoe Ptolemæi in Babylonia ſitis, quæ reſpectu Palæſtinæ trans flumen dici non poſſunt, ut omnino Urem in Meſopotamia fuiſſe Scripturas rimantibus fatendum videatur. Certe apud eumdem Joſue adjunxit Deus; & *tuli patrem veſtrum Abraham de Meſopotamiæ finibus* (ἐκ τοῦ πέραν τοῦ ποταμοῦ *au delà du fleuve*) *& adduxi eum in terram Chanaan*. Unicæ Abrahami ſive habitationis, ſive evocationis mentionem faciens, quod omnem Meſopotamiam pro uno eodemque loco haberet.

Abrahamum ergo vocavit primum Deus Ure Chaldæorum (ut adhuc 2. Eſdræ *9. 7.* repetitur) quam Ammianus inter Tigrim amnem & Niſibim collocat, unde in Judæam via recta per Charan eſt. Deinde cum Charæ in eadem atque Ur Meſopotamia ſitæ mortuus eſſet pater ejus: denuo vocavit eum, ut confirmat Chryſoſtomus homil. 35. in Geneſ. a terra ſua, hoc eſt, Meſopotamia; & a cognatione ſua atque a domo paterna: addita etiam fœderis Evangelici promiſſione, de benedicendis in ipſo (hoc eſt in ſemine ejus benedicto Jeſu Chriſto) omnibus familiis terræ. Atque ita ab hac promiſſione & migratione Abrahami eam incunctanter ſubſecuta, deducendi ſunt illi 430. anni peregrinationis ejus, & poſterorum ipſius in terra non ſua, initio & fine eorum in 15. die menſis Abib (ſive Niſan) conſtituto: ita ut Charanææ commorationi non pluſquam menſes ſex ſint attribuendi.

Hoc ipſum nos olim docuerat Moſes Exodi 7. 40. & 41. ut attente legenti fiet manifeſtum; ſic enim ſonat Hebraica veritas: Peregrinatio autem filiorum Iſrael, qui quidem habitaverunt in Ægypto, fuit triginta anni & quadringenti. Fuit autem in fine quadringentorum & triginta annorum, fuit inquam, Hac ipſa die (qua nempe impleti ſunt illi anni) egreſſi ſunt omnes exercitus Domini de terra Ægypti. Eos autem 13. die menſis primi ſub mediam noctem egreſſos eſſe teſtatur Scriptura, cum ad veſperam diei præcedentis, primum Paſcha celebraſſent, Exod. 12. & Num. 33. Ita ut cum Moſe congruat Apoſtolus, qui proinde hac cum mente & legiſſe, & intellexiſſe videtur, atque adeo ex hoc ipſo Geneſeos loco ſententiam ſuam depromſiſſe; quidquid alii dicant, qui nos ad vulgarem revocant interpretem, quibus capite ſequenti faciemus, ut opinor, ſatis.

Secunda probatio de 400. annis a Moſe & Stephano allegatis, quibus peregrinum futurum erat ſemen Abrahami: eos non de ſola ſervitute Ægyptiaca intelligendos oſtenditur.

Firmatur id etiam ex Geneſ. 15. 13. 16. ubi aliquot annis poſt prædictam promiſſionem, dictum ad Abraham jam in Chananæa habitantem, *ſcito prænoſcens, quod peregrinum futurum ſit ſemen tuum in terra non ſua, & ſubjicient eos ſervituti, & affligent quadringentis annis:* numero quidem a præcedenti paulum diſpari; ſive quod

name-

numeto rotundo uti tunc maluerit, ſive quod jam aliquis elapſi erant anni & de illa 430. annorum ſumma delibati: ſive etiam quod de futuro ſemine loqueretur, quod nondum erat natum. At ſententia certe vel in modica hac nnmerorum diſcrepantia quam ſimili, quæ iiſdem fere verbis, & eodem ſenſu adbuc repetitur a Stephano Act. 7. 6. *Locutus eſt autem ei Deus, quia erit ſemen ejus accola in terra aliena & ſervituti eos ſubjicient, & male tractabunt eos annis* 400. Nam velle hos quadringentos annos ſive a Moſe, ſive a Stephano notatos, totos ad ſervitutem Iſraelitarum in Ægypto referre, ut quidam interpretati ſunt, abhorret prorſus a vero, tum quod hic adſcriptæ generationes id non patiantur.

Sane in illa nec paſſum pedis Abrahæ donavit Deus, ut Stephanus ait Act. 7. 5. ita uc Iſaac ſtatim natus, ſtatim hoſpes & peregrinus eſſe cœpit: immo & paulo poſt male acceptus ab ipſo Iſmaele? qui perſequebatur cum, ut loquitur Apoſtolus. Quod ſi ex eo tempore quo ab Iſmaele deludi Iſacum ſuum vidit Sara, Geneſ. 21. 9. dinumerare placet, hoc eſt, ab anno ætatis ejus 5. quo ablactatus eſt, & Iſmael ejectus, ut poſt Hieronymum in Traditionibus Hebræis putant viri docti, integrum nnmerum quadringentorum annorum ab Apoſtolo aſſignatum repetiemus.

Verum ſive hos quadringencos annos præciſe incipiendos dicimus ab boc quinto Iſaaci anno ſive numero rotuodo dictos pro 405. ab ejus nativitate ſumendos, non admodum intereſt, dummodo illud ſtet, non eos totos intelligendos eſſe de commoratione in Ægypto; quæ eadem mens eſt ſeptnaginta Inttrpretum ac Joſephi Hiſtorici, ut poſtea declarabitur.

Tertia probatio de annis circiter 450. quos ab electione patrum ad diviſionem terræ fluxiſſe notat Apoſtolus.

Quin hoc iterum ex eo ſtabiliri poteſt, quod ait Apoſtolus referente Luca [Act. 13. 17, & ſeq.] *Deus plebis Iſrael elegit patres noſtros, & plebem exaltavit, cum eſſent incolæ in terra Ægypti; & in brachio excelſo eduxit eos ex ea, & per quadraginta annorum tempus mores eorum ſuſtinuit in deſerto; & deſtruens gentes ſeptem in terra Chanaan, ſorte diſtribuit eis terram eorum, quaſi poſt quadringentos & quinquaginta annos; & poſt hæc dedit Judices uſque ad Samuelem Prophetam* &c.

Ibi enim notandum quinque tempora Iſraelitarum memorari. Primum in electione patrum: alterum in commoratione io Ægypto: tertium in manſione deſerti: quartum in diſtributione terræ, quam dicit factam quaſi poſt 450. annos, ab ea ſcilicet electione patrum quam primo loco poſuit: quintum in Judicum adminiſtratione: quibus etiam ſextum deinde ſubjungit de regno Saulis, quod nihil ad præſentem facit quæſtionem; immo nec quintum eſt bujus loci, quia ſolum dicit quattuor priorum intervallum eſſe annorum quaſi 450.

Cum itaque integrum ſexennium in debellandis gentibus Joſue ioſumſerit, nec niſi uno aut altero anno diſtributionem terræ perficere potuerit; ſi 8. annos cum bis 40. quos egerunt in deſerto jungas, efficies 48. unde ſic colligitur, ut reſulteut anni 450. annos requiri circiter 400. qui fluxerint ab electione patrum ad Exodum.

Hoc autem noſtro calculo facile elicitur, ſive hanc electionem accipias a nato Iſaaco de quo ſcriptum eſt: *in Iſaac vocabitur tibi ſemen*; ſive ab ejecto Iſmaele, cum primum electio cœpit maniſeſtior fieri. Natus eſt enim Iſaac Abrahamo jam centenario, ac proinde anno mundi 2108. ut inde ad exitum quem ſtatuimus anno 2513. numerentur anni 405. ab ejectione autem Iſmaelis quam anno poſt quinto facta ſupra oſtendimus, anni præciſe 400. Ita ut ab hujus ejectione ad diſtributionem terræ ab Apoſtolo memoratam anni ſint 448. & ab illius nativitate 453. utrobique circiter 450.

Scio quoſdam ut hoc quod ex eo loco Actuum ſtabilivimus evertant, ita contendere legendum ac diſtinguendum ex Græco: ſorte diſtribuit eis terram eorum, & poſtea annis circiter quadringentis quinquaginta dedit Judices, ut annos quibus Judices præfuerunt, ibi velint enumerari. Verum id ſi ita foret anno 448. qui ab exodo ad templi initium effluxiſſe dicuntur 3. Reg. 6. 5. [de quibus poſtea] cum his 450. conciliare prorſus impoſſibile eſſet. Potius itaque iis aſſentiendum, qui priorem lectionem ſequuntur, quæ multis etiamnum veteribus libris & codicibus firmatur. Nam ut tomo 6. Bibliorum Polyglottorum refert Valtonius, pro ea faciunt variæ lectiones ex 16. exemplaribus collectæ per * Marchionem Veleſium Hiſpanum, quorum octo ſunt ex illuſtri Bibliotheca Regis Hiſpaniæ Laurentiana, Item Græca Biblia typis Vechelianis excuſa, quibus varias lectiones adnotavit Franciſcus Junius: nec non & Acta Apoſtol. Græca MSS. quæ in Collegio Oxonienſi aſſervantur: ut taceam antiquam editionem Pariſienſem, & vetuſtiſſimum codicem a Voſſio, & aliis allegatum. Fidem itaque Vulgatæ editionis hac in parte in dubium vocare prorſus iniquum eſt, quando veterem interpretem non aliter apud Græcos ſuæ ætatis legiſſe pateat, & qui alteram lectionem ſequuntur, omnem Chronologicam pertnrbent rationem.

* Le Marquis de Velez.

Solvuntur objecta quædam ab iis, qui contendunt filios Iſrael totos dictos 400. annos in Ægypto habitaſſe.

Obiiciunt qui Iſraelitas totos 400. vel 430. annos permanſiſſe in Ægypto contendunt, non ambiguam hac de re ſententiam extare Exodi 12. 40. ubi legimus: *Habitatio autem filiorum Iſrael qua manſerunt in Ægypto, fuit quadringentorum triginta annorum.*

Ac Hebræum, ut ante jam, viros doctos ſecuti, monuimus, aliter interpretari oportet ſic nempe: peregrioatio autem filiorum Iſrael, qui [non qua] manſerunt in Ægypto fuit 430. annorum. Et ſane eo modo Apoſtolum accepiſſe ſupra oſtendimus. Immo & eandem antiquorum Hebræorum mentem fuiſſe claret, quandoquidem Joſephus expreſſe ait, reliquerunt autem Ægyptum menſe Xanticho, Luna 15. anno 130. poſtquam Abraham pater noſter in Chananæam venit, & poſt Jacobi migrationem in Ægyptum anno 215. Moſes vero annum tunc agebat 80. & frater ejus Aaron triennio erat major, Antiq. 2. c. 6. Quin & ſeptuaginta Interpretes illud Exodi ſic vertunt: Habitatio autem filiorum Iſrael, qua inquilini in Ægypti terra & in Chananæa fuerunt, tam ipſi quam patres eorum, fuit 430. annorum. Quod idem codex ſequitur Samaritanus, ut nihil omnino ex vulgaris Interpretis autoritate hac in parte effici poſſit.

Obiiciunt præterea verba Achioris Judithæ 5. qui de Iſraelitis ſic loquitur: *Cum operuiſſet omnem terram fames, deſcenderunt in Ægyptum, illicque per 400. annos ſic multiplicati ſunt, ut dinumerari eorum exercitus non poſſet.*

At facile eſt reſpondere; primum hæc verba per

„ 400. annos, quamvis in editione Vulgata reperiantur, abeſſe tamen a Græcis codicibus, quorum magna habenda eſt autoritas in iis libris, ubi Hebræi deficiunt. Secundo Achiorem ut alienigenam, potuiſſe non tam exacte res Hebræorum noſſe. Tertio, ſi recipiendus ſit iſte contextus, ex aliorum locorum ſenſu quem ſupra expoſuimus, eum eſſe explicandum, & ſane Scripturam ſæpe totum numerum ei loco aſcribere, in quo completus eſt, non in quo peractus, ex Auguſtino diſcere poſſumus, & vel ex ipſa Judithæ hiſtoria patet, quæ c. 15. v. 26. & 28. poſt debellatum Holofernem, dicitur manſiſſe in domo viri ſui annos centum & quinque, cum neceſſario intelligendus ſit ille numerus de toto ſpatio vitæ ſuæ quam illa ad uſque centeſimum quintum productam, in hac domo viri ſui tandem finivit.

„ Obiiciunt tertio de ingenti illa multiplicatione. Verum illud parum firmum eſt, cum alias jam demonſtratum ſit nihil habere abſurdi ſi intra 215. excreverint Iſraelitæ uſque ad ſexcenta millia. Et ſane illud inficiari nemo poteſt quod atteſtatur Scriptura: Jam ab exceſſu Joſephi Iſraelitas fuiſſe exoſos, quod eorum numerus Regi Ægypti fuiſſet formidini. Si ergo non multo poſt mortem Joſephi tantopere erant multiplicati, quid mirum ſi multis partibus major fuerit numerus, cum excederent ex Ægypto, cum multo majus ſit ſpatium ab Joſephi morte ad exitum Iſraelitarum, quam a Jacobi ingreſſu ad Joſephi mortem?

„ Sunt etiam qui pro annis quadringentis præſidium ſibi eſſe putent apud Joſeph. Antiq. 2. c. 9. ubi ait: Per annos 400. fuiſſe (in Ægypto) laboratum; Ægyptiis id agentibus, ut Iſraelitas nimio labore perderent. Sed parum veriſimile eſt acris judicii virum id ibi ſcripſiſſe, quod poſtea cap. mox 13. retractaret. Locum ſupra retulimus, ubi totum tempus ab exceſſu ex Haram uſque ad exceſſum ex Ægypto per ſingulos ſic dirigit articulos, ut mendum in uno ſuſpicari non poſſis, quin ab alio ſtatim corrigas. Quamobrem cenſebat diligentiſſimus Gerardus Voſſius ſubveniendum huic loco capitis 9. ac *σ* pro *δ*, quæ figuræ ſatis viciosæ ſunt, ſive ducentis pro quadringentis, legi oportere.

„ At ſi nos alia argumenta deficerent, vel ipſe generationum numerus, quem intra hoc in Ægypto commorationis tempus recenſet Scriptura, ſatis indicaret quadringentorum illud annorum eſſe non poſſe. Etenim Caath filius Levi cum patre ſuo atque avo Jacob deſcendit in Ægyptum Geneſ. 46. 11. Amram autem filius Caath pater fuit Moſis Exod. 6. & 18. & 20. immo & Jocabed mater Moſis filia dicitur ipſius Levi quæ nata eſt ei in Ægypto, Numer. 26. 59. Ita ut Levi proavus quidem paternus Moſis, & avus maternus fuerit, & Amram amitam ſuam duxerit, nondum vetito ejuſmodi conjugio, quod poſtea expreſſe prohibitum eſt Levitici 18. 12. & 20. 19. Quamquam alii Jocabed immediate filiam Levi fuiſſe negent, & Amrami non amitam, ſed patruelem, ut Græci Interpretes expreſſerunt Exod. 6. 20. fuiſſe affirment.

„ Ut ut ſit, unam vel duas generationes per 400. annos, aut 430. extendere prorſus abſurdum eſt. Sane Caath ſaltem anniculus fuit, quando cum patrem Levi deſcendit in Ægyptum. Vixit autem 123. annis Exod. 6. 18. Amram filius ejus vixit 127. ibid. Moſes vero Exodi tempore annum agebat 80. Sed ii omnes anni ſimul collecti ſummam 330. non ſuperant, ex qua tamen detrahendi ſunt illi, quos filii cum patribus vixerunt, qui pauci eſſe non poſſunt.

„ Quod autem ajunt aliquas ibi generationes prætermiſſas, infirmo admodum ſe protegunt argumento, cum id aliunde probare non poſſint, & ſi quæ alicubi quandoque omiſſæ ſint, id nec ſine cauſa factum ſit (ut cum Matthæus per teſſaradecadas Chriſti genealogiam deſcribere voluit) & alibi eas inſeri Spiritus Sanctus curaverit: adeo illi conſilium fuiſſe apparet, ut quæcumque ad priorum temporum rationem neceſſaria ſunt, haberemus in Scripturis. Immo cum dicat Moſes Jocabed filiam Levi ei natam in Ægypto, id procul dubio ſignificare videtur ipſam, etiamſi neptis potius quam filia ſit, tamen ſuperſtite adhuc avo vel patre Levi, & in ejus, ut loquuntur, gremio natam.

„ Cum itaque ex dictis conſtet annos 430. dinumerandos eſſe ab ingreſſu Abrahæ in terram Chanaan, ad egreſſum Iſraelitarum ex Ægypto, ſic nos cum Joſepho, aliiſque quos ſupra laudavimus, eos diſtribuimus, ut ab ingreſſu Abrahami in Chanaan ad ingreſſum Jacobi in Ægyptum 215. effluxiſſe demonſtremus, ac proinde totidem annos 215. Iſraelitas in Ægypto manſiſſe. Poſterior pars ex priori ſequitur prior autem ſic breviter demonſtratur.

„ Abraham, ut ſupra vidimus, erat 75. annorum, cum ingreſſus eſt Chanaam, Iſaacum vero genuit anno ætatis centeſimo Geneſ. 21. 5. Ergo ab ingreſſu ejus ad natum Iſaacum anni ſunt. 25

„ Iſaac vero genuit Jacob. anno ætatis 60. Geneſ. 25. 21. 60

„ Jacob vero deſcendit in Ægyptum annos natus 130. Geneſ. 47. 9. 130

Summa 215.

„ Hac autem & alia ſcitu digna plenius exhibet ſequens Tabula.

Tabula annos & res notatu dignas exhibens: ab ingreſſu Abrahami in terram Chanaan ad exitum ex Ægypto.

	Anno ab orbe condito.	A Diluvio.	A peregrinatione Abraham	Ante Exodum.	Ante æram Chriſti.
Abraham venit in Chanaan Thare mortuo.	2083	427	0	430	1921
Iſmael naſcitur.	2094	438	11	419	1910
Iſaac naſcitur an. Abraham 100.	2108	452	25	405	1896
Iſaac ablactatur & Iſmael eiicitur.	2113	457	30	400	1891
Iſaac ducit Rebeccam natus an. 40.	2148	492	65	365	1856
Jacob naſcitur anno Iſaaci 60.	2168.	512	85	345	1836
Abraham moritur annos natus 175.	2183	527	100	330	1821
Moritur Iſmael.	2231	575	148	282	1773
Jacob fugit ad Laban annos natus 77. cui ſervit ann. 20.	2245	589	162	268	1759

Ducit

	Anno ab orbe condito.	A Diluvio.	A peregrinatione Abraham	Ante Exodum.	Ante æram Chriſti.
Ducit Liam & Rachelem an. vitæ 84.	2252	596	169	261	1752
Levi de Lia naſcitur.	2255	599	172	258	1749
Joſeph ex Rachele.	2259	603	176	254	1745
Jacob redit ad patrem.	2265	609	182	248	1739
Joſeph venditur & ſervit an. 14.	2276	620	193	237	1728
Iſaac moritur.	2288	632	205	225	1716
Joſeph ſiſtitur Pharaoni.	2289	633	206	224	1715
Jacob deſcendit in Ægyptum.	2298	642	215	215	1706
Moritur Jacob.	2315	659	238	198	1688
Joſeph moritur cum præfuiſſet Ægypto 80. an.	2369	713	286	144	1635
Levi moritur.	2392	736	309	121	1612
Moſes naſcitur.	2433	777	350	80	1571
Fugit ad Jethro ſervitque an. 40.	2473	817	390	40	1531
Exodus.	2513	857	430	0	1491

CAPUT V.

De Argivorum *regno*, Ogygis *diluvio*, Promethei *tempore*, *&* Athenienſium *regni primordio*.

De Doct. Temp. lib. 9. cap. 18.

ARgivorum regni primordium ex *Euſebianis* calculis ita conficitur. In *Chronico* poſteriore, anni circiter 675. fluxiſſe perhibentur ab *Inacho* ad *Agamemnonis* necem, quæ *Trojanum* excidium haud longo conſecuta ſpatio eſt. Quare deductis annis 675. de anno proximo a capto *Ilio*, qui eſt Periodi *Julianæ* 3531. mundi 2801. ut paullo poſt exponam, relinquentur anni Periodi *Julianæ* 2856. Igitur anno ſequenti 1857. Periodi *Julianæ*, mundi 2127. *Inachus* regnare eſt orſus, ſexto videlicet ab obitu *Abraami*. Regum *Argivorum* ſeriem e *Caſtore*, & *Euſebio*, ac *Tatiano* deſcribam: tum e *Pauſania* quædam adjungam.

Apud Euſeb. 1. Chron. p. 13. edit. Scal.

Laterculum Regum *Argivorum*.

		Anni regni.	Anni Per. *Jul.* quibus cœperunt.
1	*Inachus*.	50	2857
2	*Phoroneus* *Inachi* filius.	60	2907
3	*Apis Phoronei* filius.	35	2967
4	*Argus*.	70	3002
5	*Criaſus*.	54	3072
6	*Phorbas*.	35	3126
7	*Triopas*.	46	3161
8	*Crotopus*.	21	3207
9	*Sthenelus*.	11	3228
	Gelanore pulſo, qui *Sthenelo* ſucceſſurus erat, *Danaus* regnavit.		
10	*Danaus*.	50	3239
11	*Lynceus Ægypti* filius.	41	3289
12	*Abas*.	23	3330
13	*Prœtus*.	17	3353
14	*Acriſius*.	31	3370

Anno ante *Chriſtum* 1312. occiſo *Acriſio*, regnum *Mycenas* a *Perſeo* translatum, cum regnatum eſſet *Argivis* annos 546.

Laterculum Regum *Argivorum* e *Pauſaniæ Corinth.* pag. 58.

1	*Inachus*.
2	*Phoroneus Inachi* filius.
3	*Argus Phoronei* nepos ex filia.
4	*Piraſus Argi* filius.
5	*Phorbas Argi* filius.
6	*Triopas Phorbantis* filius.
7	*Jaſus Triopæ* filius.
	Hujus *Io* filia in *Ægyptum* abiit.
8	*Crotopus Agenoris* filius fratris *Jaſi*.
9	*Sthenelas Crotopi* filius.
10	*Gelanor Sthenelæ* filius.
	Huic *Danaus Ægyptius* advena regnum eripuit.
11	*Danaus*.
12	*Lynceus Ægypti* filius fratris *Danai*.
13	*Abas Lyncei* filius.
14	*Acriſius Abantis* filius.
	Huius frater *Prœtus Heræum*, *Midæam* & *Tirynthem* obtinuit.

De *Ogygis* diluvio non una conjectura fit. In *Euſebii Chronico* ex editione *Pontaci*, confertur in annum *Abraami* 254. qui ex methodo *primo libro Partis* hujus tradita, Periodi *Julianæ* putatur 2951. Alii ante primam Olympiadem 1020. annis incidiſſe volunt. Is erit Periodi *Julianæ* 2918. quæ fuit *Acuſilai* ſententia. Vetus apud *Cedrenum* Chronologus annis 248. ante *Deucalioneum* diluvium ponit *Ogygium*. Hoc modo cum *Deucalioneum* congruat in annum Periodi *Julianæ* 3185. (ut poſtea demonſtrabitur) *Ogygium* cadet in 2937. Proinde *Jacobi* Patriarchæ tempore diluvium iſtud evenit; annis ante *Chriſtum*, ex *Acuſilai* calculo, 1795. poſt *Noemicum*, 532.

Tertio poſt *Ogygiam* eluvionem labente ſæculo, clarus ille Poetarum fabulis vixit *Prometheus* cum

Atlante

Atlante fratre; quorum ætas in incerto poſita eſt apud *Euſebium*. Quidam enim circa ann. ſtatuunt, quem ab *Abraamo* 332. numerant, qui eſt Periodi *Julianæ* 3028. ſub *Joſepho* Patriarcha. Longius alii relegant in eum qui putatur ab *Abraami* epocha 431. Periodi *Julianæ* 3127. quem ab ortu *Moſis* ſeptimum *Euſebius*, ex eoque *Cyrillus lib.* 1. *cont. Julian.* numerant. Nec longe aberrat *Auguſtinus de Civit. Dei l.* 18. *c.* 8. *Tatianus* vero ſub *Triopa* ſeptimo *Argivorum* Rege collocavit. Initium *Triopæ* capit annus Periodi *Julianæ* 3161. & *Trojana* excidio prius eſt annis 370. Hæc Veterum ratio fabulatoribus quibuſdam diſplicet, qui *Prometheum Herculis Alcmenæ* filii æqualem fuiſſe contendunt. Sed inepta eſt *ακριβεια*. nec in fabulis Scriptorum quærenda concordia eſt. *Prometheum* ecce *Japeti* filium primum homines luto finxiſſe, Poetæ cecinerunt. Hunc eumdem *Pallade* antiquiorem facit *Apollodorus lib.* 1. & *Deucalionis* parentem ait fuiſſe, ut & *Ovidius lib.* 1. *Metamorph.* Atqui *Deucalion Herculem* ſæculis anteceſſit aliquot, uti poſtea docebitur. Proinde frivola eſt eorum argutia qui ſuper ætate *Promethei* ex Poetis litigare inſtituunt.

Athenienſium regnum. Nobiliſſimæ civitatis *Athenarum* regnum in eodem intervallo initium habuit, etſi propter Veterum diſſenſionem certus annus obfirmari nequeat. *Euſebius*, ut jam dixi, triplicem eorum, qui *Athenis* præfuerunt ordinem commemorat. Primus eſt Regum numero 17, quorum princeps *Cecrops*, poſtremus fuit *Codrus*. Secundus Archonton, ſive Prætorum perpetuorum. Tertius decennalium Archonton poſtquam Magiſtratus perpetui ſublati ſunt. Ex Regibus undecimus *Meneſtheus* annos 23. regnaſſe ponitur, atque anno eodem, quo *Ilium* captum eſt, obiiſſe ad quem a *Cecrope* computantur anni 375. quibus de anno calamitatis *Trojanæ* demtis, qui eſt Periodi *Julianæ* 3530. reſiduus eſt annus 3155. Ergo ao. Per. *Julianæ* 3156. mundi 2426. *Cecrops* iniit.

Arundelliana vero *Marmora*, in quibus illuſtriora quæque intervalla deſcripta ſunt, rationes noſtras nonnihil conturbant. Si quidem ab exordio *Cecropis*, quo terra ipſa primum *Cecropia* dicta eſt, ad eum annum, in quem Scriptor ille deſiit, qui eſt Periodi *Julianæ* 4450. vel 4451. computat annos 1318. Qui ſi auferantur ex annis 4451. reſidui erunt anni Periodi *Julianæ* 3133. Ita tribus & viginti circiter annis antecedet initium *Cecropis* & *Attici* regni *Euſebianam* epocham. Sed quia nullum alium Auctorem habemus, quam *Euſebium*, qui Regum annos ſigillatim enumeret; ideo collectam ab illo ſeriem præterire non poſſumus: ne ex ingenio, ac divinatione ſingulorum proferre ſpatia cogamur, ſi altius iſtius regni primordia repetamus. Cetera, quæ in Regnum *Atticorum* catalogo quæſtionem habent, in alio intervallo, ubi proprius Regum illorum locus eſt diſceptanda venient.

CAPUT VI.

De quarto intervallo ab egreſſu Iſraelitarum *ad* Salomonis 3. *quod annis* 519. *finitur contra multorum opinionem.*

AB eo anno, quo *Moſes* ex *Ægypto* trans *Arabicum* fretum *Iſraelitas* eduxit, ad *Salomonis* tertium, qui proxime templi conditum anteceſſit, annos putamus 519. adeo ut viceſimus ille ſit, quo templi fundamenta ſunt jacta.

Hic vero nos a pleriſque Chronologis diſſentire cogimur: qui anno quadringenteſimo octogeſimo ab *Iſraelitarum* exitu templum exſtrui cœpiſſe non dubitant: quibus & Scriptura ipſa ſuffragari videtur. Nam 3. *Reg. cap.* 6. 1. totidem numerantur anni. *Factum eſt ergo quadringenteſimo & octogeſimo anno egreſſionis filiorum* Iſrael *de terra* Ægypti, *in anno quarto, menſe* Zio: *ipſe eſt menſis ſecundus regni* Salomonis *ſuper* Iſrael, *ædificari cæpit domus Domini.*

Sed cum ex eadem Scriptura, in libro *Judicum* ac 1. *Regum*, multo plures anni colligantur, quam 480. interpretatione opus eſt, ne ſecum ipſa pugnare videatur. Etenim liber ille *Judicum* ſingulorum Principum, qui poſt *Moſem* ac *Joſue* populo præfuerunt, *Judicesque* ſunt vocati, percenſet annos, nec non interregna, per quæ alienigenis in ſervitutem traditi ſunt *Iſraelitæ*; quibus ſi anni *Moſis* quadraginta, & hujus ſucceſſoris *Joſue*, itemque Seniorum, qui poſt *Joſue* populum rexerunt, addantur, incerta, ſed non exigua ſpatia, ſexcenti propemodum anni conficientur. Sane *Joſue*, poſt *Moſis* obitum annos 24. [a] *Joſephus* aſſignat. *Clemens* autem *Alexandrinus lib.* 1. *Strom. Joſue*, Senioribus omiſſis, 27. Quare ut ſolos 25. *Joſue*, ac ſenioribus attribuamus, annorum numerus in ſequente laterculo colligetur 599. [a] Joſeph Antiq. lib. 5. cap. 1.

Laterculum Judicum ac Rectorum *Judaici* populi ab exitu ad templi conditum.

Rectorum Nomina.	Anni in Scriptura expreſſi.		Communis calculus annorum.	Ex noſtra computatione.
Moſes.	40	*Exod.* 7. 7. &	40	40
Joſue.	0	*Deut.* 34. 7.	17	14
Seniores.	0			10
1 *Servitus Meſopotamena.*	8	*Jud.* 3. 8.	0	8
Othoniel.	40	*Jud.* 3. 11.	40	40
2 *Servitus Moabitica.*	18	*Jud.* 3. 14.	0	18
Aod.	80	*Jud.* 3. 30.	80	80
3 *Servitus Chananæa.*	20	*Jud.* 4. 3.	0	20
Debora.	40	*Jud.* 5. 32.	40	40
4 *Servitus Madianitica.*	7	*Jud.* 6. 1.	0	7
Gedeon.	40	*Jud.* 8. 28.	40	40
Abimelech.	3	*Jud.* 9. 22.	3	3
Thola.	23	*Jud.* 10. 2.	23	23
Jair.	22	*Jud.* 10. 3.	22	22
5 *Servitus Ammonitica.*	18	*Jud.* 10. 8.	0	0
Jephthe.	6	*Jud.* 12. 7.	6	6
Abeſan.	7	*Jud.* 12. 9.	7	7
Ahialon.	10	*Jud.* 12. 11.	10	10
Abdon.	8	*Jud.* 12. 14.	8	8
6 *Servitus ſub Philiſtæis.*	40	*Jud.* 13. 1.	0	0
Samſon.	20	*Jud.* 16. 31.	20	20
Heli.	40	1. *Reg.* 4. 18.	40	20
Samuel, & Saul.	40	*Act.* 13. 20.	40	40
David.	40	2. *Reg.* 5. 4.	40	40
Salomon.	4	3. *Reg.* 6. 1.	4	4
Fiunt anni expreſſi 574. Additis 25. *Joſue* fient 599.			Summa 480.	Summa 520.

Plerique Chronologi, ut ad ſummam illam annorum 480. quam liber *Regum* tertius exprimit, calculos ſuos redigant, intervalla ſervitutum ſupprimunt, & annos Judicum refundunt; quaſi interim, dum Rempublicam Magiſtratus illi tenerent, ſub extero-

Digitized by Google

terorum dominatu vixerint. Ex quo ita catalogum Judicum Principumque contexuot, quomodo in ſuperiore laterculo deſcripſimus.

Vide lib. 9. de Doct. Temp. cap. 32.

Hæc multorum communis hodie deſcriptio mihi propterea nou probatur, quod vim affert Hiſtoriæ ſacræ, & quæ in ea diſtincta ſunt tempora permiſceat. Etenim, ut exempli cauſſa unus alterve locus expendatur, *cap. 3. Jud. verſ.* 8. *Iſraelitæ* ab offenſo Deo traditi referuntur in manus *Chuſan*, eique ſerviiſſe annis octo, ſed cum ad ſeſe reverſi Dei opem imploraſſent, liberatorem excitavit illis Dominus *Othonielem*, a quo *Chuſan* eſt oppreſſus. *Quievit terra*, ait Scriptura, *annis quadraginta*. Quis oon videt annos iſtos ab octo prioribus omaino eſſe ſejunctos, quorum hi pleni clamoris ac querelæ, illi pacis ac quietis fuiſſe dicuntur? Rurſus *Judicum* 8. 28. poſtquam annos 9. ſub *Madianitarum* fuiſſe dominatu *Iſraelitas* retulit, atque ab *Gedeone* liberatos, mox ita loquitur: *Quievit terra per quadraginta annos, quibus* Gedeon *præfuit*. Atqui non prius *Gedeon* populo præfuit, quam ſervire *Madianitis* deſiit, & quod conſequens, quam 7. illi anni ſunt expleti. Noa poſſunt igitur intra annos 40. Judicis *Gedeonis* ſeptem illi ſervitutis includi; qnod eodem modo de pleriſque aliis interregnoram ſpatiis demonſtrari poteſt. Sane *Auguſtinus de Civit. Dei lib.* 17. *cap.* 13. diſerte intervalla pacis a bellicis, ſollicitiſque diſcernit; velut octoginta illos annos, quibus *Aod* Rempublicam adminiſtraſſe dicitur.

Mea igitnr hæc ratio eſt; cum ſint ſervitutum intervalla ſex, horum priora quattuor ea verborum ſerie deſcribi, ut cum antecedentium aut conſequentium annis Judicum permiſcere non liceat; poſteriora vero duo licere. Nam *Judicum c.* 10. 8. *Ammonitæ Iſraelitis*, qui erant in *Peræa*, domitis, in *Chananæam* ac trium maxime Tribuum regiones irruperunt, eodemque tempore *Palæſtini* propinquos finibus ſuis agroa infeſtarunt, Utraque populatio & calamitas annos octodecim tenuiſſe dicitur *Jud.* 10. 8. quam ſub *Jaire* cœpiſſe nihil prohibet, & ad *Abeſan* uſque perſeveraſſe: adeo ut in *Peræa* victis ac repreſſis *Ammonitis* a *Jephte*, *Palæſtini* vicina ſibi loca deprædari pergerent. Similiter poſtrema ſervitus, quam ſub *Palæſtinorum* jugo annos 40. toleraſſe dicuntur *Jud.* 13. in antecedentes & conſequentes Judicum annos refundi poteſt ac diſtribui, quod in *lib. 9. de Doct. Temp.* explicavimus. Ad hæc *Samſoni* & *Heli* non plures annos, quam vicenos ſingulis, imputamus. Cum enim LXX. Seniores, ut ex *Euſebii* teſtificatione & *Sixtiana* editione liquet, *Heli* non niſi 20. annis judicaſſe ſcribant, *Hebræi* vero codices 40. tribuant, hæc nobis conciliandi viſa oon inepta ratio eſt, ſi *Heli* diceremus *Samſonis* tempore judiciariam functionem obiiſſe. Quod & *Maſius* in *Commentariis ad librum Joſue* merito ſecutus eſt, & nos uberius *capite* illo 33. *libri 9. de Doct. Temp* oſtendimus.

His animadverſis, de ſumma illa annorum, qui e ſacris Libris colligi videntur, ſiuntque 599. ad tertium *Salomonis* expletum, ſi annos 75. detrahas, hoc eſt duarum ſervitutum, 58. una cum viginti *Heli*, & uno, quem *Joſue* ac Senioribus adimimus, quibus 24. concedimus, exiſtet ille, quem poſuimns, annor. 520. numerus ab exitu poſterorum *Iſraelis*, ad *Salomonis* quartum. Quod in ſuperiori diagrammate ſub adſpectum poſuimus.

Quod ad illum vero locum *libri Regum 3. cap. 6.* pertinet, quo anni putantur quadringenti octoginta ab egreſſu *Iſraelitarum* ad templi conditum, nos egreſſionem ex *Ægypto* pro anno illo accipimus, quo poſt quadragenariam in *Arabiæ* ſolitudine manſionem *Chananæam* ingreſſi ſunt, *Jordane* trajecto. Ita enim ſolet interdum in ſacris litteris uſurpari: ut *Deuteron.* 4. 45. & 46. *Hæc ſunt teſtimonia, & ceremoniæ, atque judicia, quæ locutus eſt ad filios* Iſrael, *quando egreſſi ſunt de* Ægypto *trans* Jordanem &c. Mox: *In terra* Sehon *Regis* Amorrhæi, *qui habitavit in* Heſbon, *quem percuſſit* Moſes. *Filii quoque* Iſrael, *egreſſi ex* Ægypto *poſſederunt terram ejus*. Sed *Hebræa* paullo aliter: *quem percuſſit* Moſes, *& filii* Iſrael, *cum egrederentur de* Ægypto, quæ obſervationem noſtram adjuvaot. Hæc enim omnia anno quadrageſimo ab exitu ſunt geſta. Præterea *Pſal.* 113. *In exitu* Iſrael *de* Ægypto, cum alia facta memorantur, tum *Jordanes* retro converſus, & alia quædam, quæ anno illo quadrageſimo poſt exitum inciderunt. Quocirca ἔξοδος & egreſſio ex *Ægypto* non neceſſario tempus illud ſignificat, quo relictis *Ægypti* finibus trans rubrum mare profecti ſunt *Hebræi*; ſed id etiam, quo *Chananæam* & erroria longiſſimi terminum attigerunt. Nec abſimili ratione *S. Auguſtinus Quæſt.* 151. & 173. *in Gen.* nec non *libro 16. de Civit. Dei cap.* 43. *Jacobi* ingreſſum in *Ægyptum* ad illud omne tempus extendit, quo tam ipſe, quam ejus filius *Joſeph* in *Ægypto*, ſuperſtites fuerunt.

ANNOTATA AD CAPUT VI.

De quarta mundi ætate; ab Exodo ad conſtructionem Templi.

„ QUarta mundi ætas ab exitu ex Ægypto ad jacta fundamenta Templi extenditur, in qua Hebræi Principibus ſuis parere cœperunt. Summa hujus intervalli præciſe definitur n Scriptura 3. Reg. 6. 1. cum ait Templum ædificari cœptum, anno 4. regni Salomonis menſe Zio, ſive ſecundo, ac quadringenteſimo & octuageſimo anno ab egreſſione Iſraelitarum ex Ægypto. Quæ Scripturæ auctoritas adeo conſtans eſt, ut nemo mendum ſuſpicari poſſit, ſiquidem habetur non ſolum ex Vulgata Verſione noſtra, ſed etiam ex Hebræis Codicibus, ex Chaldæo item & Syro, atque Arabe, immo & hoc pacto habet tranſlatio Græca in editione Complutenſi, ubi ὀγδοηκοστῷ legas octuageſimo, non ut in Romana habetur τεσσαρακοστῷ quadrageſimo, quod mendoſum eſſe Hebræorum, & aliorum quos retuli conſentiens lectio perſuadet.

„ Ibi autem ootanda venit diligentiſſima numerandi ratio a Scriptura adhibita, quæ ſingulos periodorum nexus atque terminos, tum menſis, tum diei apponit, ſi exigat neceſſitas, ut firmus ſit ejus calculus, nec aberrandi detur occaſio. Neque enim hic poſt annos 480. ab egreſſione id factum eſſe dixit; ſed anno demum quadringenteſimo & octuageſimo, nimirum inchoato, quippe Iſraelitas menſis primi (initio numerandi tum a vere facto) die 15. ex Ægypto egreſſos eſſe, notat, Num. 33. 3. & illo anno 480. poſt exitum menſis ſecundi, die ſecundo Salomonem Templum exſtruere cœpiſſe 3. Reg. 6. 1. cum 2. Paralip. 3. 1. unde colligere eſt, non integros annos iſtos 480. ſed ann. præciſe 479. cum diebus 17. pro dictæ periodi ſpatio eſſe aſſumendos: ut ille quartus Salomonis annus, neceſſario cum anno 3702. Periodi Julianæ concurrat, qui ſit mundi ex noſtro calculo 2992. ante æram Chriſti 1012.

„ Verum cum illi anni qui ex libro Judicum ac 1. Regum poſſunt colligi, hanc ſummam multo ſuperare videantur; diligentia aliqua & meditatione opus eſt, ne ſecum ipſa pugnare Scriptura videatur. Etenim liber ille Judicum, ſingulorum principum qui poſt Moſen ac Joſue populo præfuerunt, percenſet annos, nec non interregna per quæ alienigenis in ſervitutem traditi ſunt Iſraelitæ. Quibus ſi anni Moſis 40. addantur, itemque ſpatium illud incertum quidem, ſed non exiguum, quod

„ par-

„ partim Joſue, partim Senioribus, qui longo poſt eum vixerunt tempore, partim etiam defectioni populi, tum ſe primum polluit falſorum numinum cultu, competere manifeſtum eſt. Si jungantur præterea anni Samuelis, Saulis & Davidis, 600. continent anni, ut vult in eo capite Petavius, quod cum illo loco minus convenit quem ſupra ex 3. Regum c. 6. 1. referebamus.

„ Plerique Chronologi ut ad ſummam illam an. 480. calculos ſuos redigant, intervalla ſervitutum in annos Judicum refundunt. Verum hæc ratio propterea minus probanda, quod vim afferat ſacræ Hiſtoriæ, & quæ in ea diviſa ſunt permiſceat. Siquidem clare diſtinguit tempus illud quo cum ſuſcitaret dominus Judices, flectebatur miſericordia, ab eo quo poſt mortem Judicum iterum revertebatur populus ad peccata; & pejora faciebat ut eſt cap. 2. 18.

„ His tantis tenebris ut aliqua lux afferatur, animadvertendum eſt cum ſint ſervitutum intervalla ſex, harum priores quattuor ea verborum ſerie deſcribi, ut cum Judicum annis permiſceri non queant, alternantibus ſcilicet pacis & belli temporibus. Quod idem de duobus poſterioribus dicere non poſſis, quæ nec, ſi ad tempus attendas, aliqua inſigni pace aut quiete ſunt terminatæ, nec, ſi ad locum ſpectes, univerſæ. Nam qui cap. 10. Judæos oppreſſiſſe referuntur Ammonitæ, non in univerſam Judæam, ſed in Peræam trans Jordanem, ac deinde in Chananæam irrupiſſe, & trium maxime tribuum regiones populati dicuntur. Quibus ad Dominum clamantibus ſe non additurum ait, ut ultra eos liberaret, quod toties vindicati ab hoſtibus, cum tamen deſeruiſſent: unde octo & decem annos illos quibus afflictæ illæ Judaicæ Reip. partes dicuntur, ad Jairi tempora referre nihil prohibet. Similiter & poſtremam ſervitutem quam ſub Philiſtinorum jugo annos 40. toleraſſe dicuntur Jud. 13. ad Heli tempora referendam eſſe poſtea clarebit.

„ In quattuor ergo priorum ſervitutum intervallis tota difficultas vertitur, quæ nec in annis Judicum includere, ſuffragante ſcriptura poſſumus, nec rurſus ſeorſim numerare, niſi in errore manifeſto teneri velimus, ut ex dictis claret. Confirmatur id ex eo quod Jephte, cum Ammonitarum rege agens, qui terras ab Iſraelitis occupatas repetebat, inter alia quæ objicit, poſſeſſionem trecentorum annorum allegat Jud. 11. 26. ab eo ſcilicet tempore quo altero ante mortem anno, Moſes populos iſtos debellaverat Num. 21. At in ejuſmodi loquendi formulis, ubi numero rotundo uti volumus, quin ille potiſſimum eligatur qui cauſſæ maximæ prodeſt, dubitat nemo. Jephten itaque par eſt credere verum annorum numerum auxiſſe potius quam minuiſſe, quod contra fiet, ſi omnes illi anni eo quo ſolent modo colligantur.

„ Ab initio enim Othonielis ad Jephtes initium, anni ſunt præciſe 311. ut ſic oſtendi poteſt.

Othniel judicavit annos	40
Secuta eſt ſervitus Moabitica per annos	18
Aod, ſive Ehud judicavit Iſraelem annis	80
Subſecuta ſervitus Chananæa annorum	20
Debora judicavit annis	40
Servitus Madianitica duravit annis	7
Gedeon rexit annis	3
Abimelech annis	40
Thola	23
Jair	22
Servitus Madianitica duravit annis	18
Conſtant anni	311.

„ His ſi addantur anni, quos Joſue, Senioribus, & idololatriæ populi ſupra tribuendos eſſe dicebamus, extabunt fere 360. ut potius quadringentos, quam trecentos dicere Jephte debuiſſet, ſi ille calculus eſſet adhibendus.

„ Patet ergo aliam prorſus viam ineundam, quam mihi reperiſſe videntur, qui per pactas pacificationes, & quietes terræ datas, hæc priora quattuor intervalla omnino cenſent dinumeranda. Nam cum numero cardinali quem vocant, pro ordinali uti Judæis non ſit inſolens: putant viri eruditi id in eo libro Judicum eſſe factum, ut cum legimus v. g. cap. 3. 11. quieviſſe terram quadraginta annis ſub Othoniele, id de anno intelligendum ſit quo pax illa eſt ſancita, qui quadrageſimus fuit ab alia quiete a Joſue terræ data Joſ. 10. 14. quibus etiam eo favere videtur textus Hebræus, quod legat שנה ſchana, non שנים ſchanim, hoc eſt, anno, non annis, ut promptum ſit intelligere quadrageſimo, itaque cum cap. 8. 28. legitur, quievit terra per quadraginta annos, quibus Gedeon præfuit, vertunt illi: quievit terra quadrageſimo anno in diebus Gedeonis, ab ultima præcedente ſcilicet pace ſumpto termino & ſic de aliis. Quod ita cum ſit, res tota ab omni controverſia vindicatur, & modo qui cum Scriptura belle conveniat ita deſcribitur.

Tabula annos exhibens ejus quartæ ætatis.

Anni ab orbe cond.		Anni 4. ætatis.		Anni ante æram vulg.
2553	Moyſes mortuus eſt anno ab exitu	40	Exod. 7. 7. cum Deut. 1. 3. & 34. 7.	1471
2559	A Morte Moyſis ad quietem per Joſue datam ſunt an.	6	Joſ. 14. 10.	1445
2599	Hinc ad quietem per Othoniel datam, anni	40	Judic. 3. 11.	1405
2679	Hinc ad quietem, datam per Aod, anni	80	Ibid. 30.	1325
2719	Hinc ad quietem datam per Deboram, anni	40	Judic. 5. 32.	1285
2759	Hinc ad quietem datam per Gedeon, anni	40	Judic. 8. 28.	1245
2768	Mortuo Gedeone averſi ſunt filii Iſrael ad Baal per aliquot annos (Judic. 8. 33.) puta	9	patebit infra.	1236
2771	Poſtea Abimelech præfuit annis	3	Judic. 9. 22.	1233
2794	Thola annis	23	Judic. 10. 2.	1208
2816	Jair annis	22	Ibid. 3.	1188
2822	Jephte annis	6	Judic. 12. 7.	1182
2829	Abeſan annis	7	Ibid. 9.	1175
2839	Ahialon annis	10	Ibid. 11.	1164

Anni

Anni ab orbe cond.		Anni 4. æ-tatis.		Anni ante æram vulg.
2847	Abdon annis	8	Ibid. 14.	1157
2887	Heli annis	40	1.Reg.4.18.	1117
2909	Samuel annis	$21\frac{1}{2}$		1095
2949	Saul annis	40	Act.13.21.	1055
2989	David annis	40	2.Reg.5.4.	1015
2992	Templi fundamenta jacta ſunt ineunte Salomonis anno.	4	3.Reg.6.1.	1012

Summa 480.

„ Hæc numerandi ratio propterea mihi probatur, „ quod calculos ſuos ab ipſomet ſacro Contextu ma- „ xime eruat: quam ſi veram eſſe ſinguli loci cita- „ ti indicant, de interregno novem annorum quod „ Gedeonem inter & Abimelechum inſeruimus, am- „ bigere nemo poteſt. Patet enim ex ſerie narratio- „ nis aliquod tempus interfluxiſſe, per quod filii „ Iſrael Baali ſervierunt, Jud. 8. 33. illud vero de- „ cem annorum ſpatio circumſcribendum, vel ex eo „ probari poteſt, quod aliis præciſe declaratis, tot „ neceſſario deſiderentur, ut ad ſummam 480. an- „ norum, quam 3. Reg. 6. aſſignari jam diximus, „ numerus perducatur.

CAPUT VII.

De annis Sabbaticis, qui & Semitab *nominantur, deque Jubilæis.*

Vide l. 9. de Doct. Temp. cap. 26. EXodi 23. ac *Levit.* 25. mandatum *Judæis* editum eſt, ut, cum in *Chananææ* poſseſſionem pedem immiſiſsent, ſex annis terram colerent, frugeſque meterent, ſeptimum vero quemque ab omni cultu ſatuque feriatum haberent, ut quemadmodum poſt ſex dies negotioſos ſeptimus quilibet ab opere vacuus erat, ita ſeptimus annus quieti ac ceſsationi tribueretur, unde Sabbatum terræ *Levit.* 25. vulgo *Semitab* dicitur, quæ vox *dimiſſionem* ac *quietem* ſignificat. Horum annorum initium ſemper ab autumno deductum eſt: unde & agrorum cultus, & popularis *Judæorum* annus capit exordium. Quod in *Talmudicis Digeſtis*, tam de Sabbaticis quam de Jubilæis annis docent Magiſtri initio *Tract. Roſ. haſchanah*. Ea porro lex ſic a *Judæis* accepta eſt, ut ei maligne neque conſtanter obtemperaverint. Non fuit igitur Sabbaticorum annorum perpetua ſeries. Sed e *Machabæorum* hiſtoria, & *Joſepho* colliguntur omnino tres, e quibus tam in anterioribus ſæculis, quam in poſterioribus, certæ illorum ſedes inveſtigari queunt: ſiquidem, ex quo ſemel inſtituta res eſt, eodem curſu ac tenore propagata fuit; ut poſt primum Sabbaticum ſeptimi deinceps anni ſimili religione cenſerentur.

Primus annus Sabbaticus eſt, quo *Antiochus Eupator Epiphanis* filius *Hieroſolymam* obſedit cum *Lyſia*, qui fuit annus *Græcorum* centeſimus quinquageſimus, ut ex 1. *Mach. cap.* 6. *comm.* 20. 49. & 53. conficitur. Sed & *cap.* 7. 1. proximus ab illo annus putatur *Græcorum* 151. Adſtipulatur, & *Joſephus lib.* 12. *cap.* 14. De annis *Græcorum* dicemus poſtea, eorumque principium ab autumno duci monſtrabimus in ſecundo *Machabæorum* libro; in priore vero, ab verno menſe, qui eſt *Niſan*. Interim ſciri convenit, autumnum illum, a quo annus iſte Sabbaticus iniit, cadere in annum *Julianæ* Periodi 4550. mundi 3820. Ita pars major anni ſequentis Sabbatica fuit. Quo anno Per. *Julianæ* 4551. mundi 3821. *Antiochus Eupator Hieroſolymam* obſedit.

Secundus Sabbaticus eſt ille quo *Simon Joannis Hyrcani* pater, inſidiis *Ptolemæi* generi ſui in caſtello *Dagon* interfectus eſt: quod menſe undecimo, qui eſt *Schebath*, anni *Græcorum* 177. contigit, ut eſt in 1. *Machab. cap.* 16. 14. quem & Sabbaticum fuiſſe *a Joſephus* indicat. Annus *Seleucidarum* 177. cœpit ab autumno anni Per. *Julianæ* 4578. mundi 3848. adeo ut inſequentem annum Sabbatiſmus occuparit. *a* Antiquit. lib 13. cap. 16.

Tertius annus Sabbaticus ille fuit, quo ab *Herode*, & *Soſio* capta ſunt *Hieroſolyma*, *Agrippa* & *Caninio* Coſſ. ut auctor eſt *b Joſephus*. Incidit hic annus in eum, qui eſt Per. *Julianæ* 4677. Igitur ab autumno anni antecedentis 4676. ad autumnum anni 4677. Sabbaticus annus extenditur. *b* Antiquit. lib. 14. cap. 28.

Hi ſunt annorum Sabbaticorum cardines, ex quibus tam antecedentibus, quam ſequentibus, certus, ut paulo ante docui, locus aſſignari poteſt: nimirum anni Per. *Julianæ* 4551. 4579. 4677.

Quibus conſtitutis, primus omnium Sabbaticus poſt aditam *Chananæam* ita deprehenditur. *Joſue* ſex totos annos in promiſſæ terræ parte maxima Joſ. 4.10. debellanda poſuit: quod ex Scriptura colligitur. Nam *Caleb* 40. ſe annos natum ad explorandam *Chananæam* miſſum eſſe dicit: indeque quinque & quadraginta confectos, cum annos haberet ætatis octoginta quinque. Miſſi ſunt exploratores anno ab exitu ſecundo, ſub vindemiæ tempus. Quare hinc ad *Moſis* obitum anni conſecuti ſunt octo & triceni cum menſibus ſex. Quippe anno evoluto quadrageſimo ab *Ægyptiaca* migratione mortuus eſt. Porro 40. & $38\frac{1}{2}$, efficiunt $78\frac{1}{2}$. Deſunt igitur ad explendos *Calebi* annos 85. anni ſex integri cum menſibus ſex. Quocirca quoniam ſex annis noſeri terram metique lex jubet, ac demum ſeptimo quieſcere, nec ante per domitos *Chananæos*, & agros eorum diviſos coli terra potuit, quod ſub annum ab exitu 46. fieri cœptum eſſe monſtravimus, veriſimile eſt annum κληρουχίας quo agri Tribubus aſſignati, & a pleriſque occupati ſunt, fuiſſe Per. *Jul.* 3228. mundi 2498. Quare primus annus γεωργίας & agricolationis iniit ab autumno anni ejuſdem, primus vero Sabbaticus ab autumno anni Per. *Jul.* 3234. mundi 2504. quo cœpit ab ingreſsu *Chananææ* decimus tertius, ſi ab autumno annos ordiare; vel adhuc duodecimus erat in curſu ſi ab *Niſan* inchoentur. Unde major Sabbatici pars incurrit in annum Per. *Jul.* 3235. mundi 2505. Diſcrimen anni Periodi *Jul.* 3235. & 4551. qui eſt Sabbaticus e tribus allatis prior, anni ſunt 1316. qui numerus per ſeptem diviſus nihil relinquit; quod & in ceteris apparet.

Ex iis deprehendi poteſt, plurimum in conſtituendis annis Sabbaticis aberraſse Chronologos nonnullos; in primis vero *Torniellum*, qui primum annum Sabbaticum numerat eum, qui fit ab egreſſu ex *Ægypto Hebræorum* ſeptimus, & quadrageſimus mundi 2590. cujus error ita convincitur. *Chriſti* natalem confert Auctor ille in annum mundi 4051. & primum æræ *Chriſtianæ* in annum 4052. Deductis de anno Periodi *Julianæ* 4714. annis 4052. ſuperſunt anni 662. perpetua methodo addendi ad annos mundi, ut eorumdem annorum ſitum habeamus in *Juliana* Periodo, ſecundum regulam a nobis *capite* 9. *libri* 1. *Partis* hujus editam. Proinde ſi ad annos 2590. addas 662. exiſtet annus Periodi *Julianæ* 3252.

quem primum Sabbatieum *Tornellus* computat; ita ut ab autumno cœperit anni antecedentis *2589.* mundi, Periodi *Julianæ* 3251. Sumatur annus aliquis Sabbaticus, de quo nulla controverſia eſſet poſſit, cujuſmodi tres a nobis deſcripti ſunt in primo *libro Partis* hujus *cap.* 15. Eſto hic annus, quo Conſules fuere *Agrippa* & *Caninius*, quem ex *a Joſepho* Sabbaticum fuiſſe conſtat, & inſignem nece *Antigoni Haſamonæorum* poſtremi. Fuit hic annus *Julianæ* editionis nonus, ante *Chriſtum* 37. Periodi *Julianæ* *4677.* Annus ergo Sabbaticus iniit ab autumno anni *4676.* Eſt autem hæc ratio Sabbaticorum annorum inter ſe comparatorum, ut amborum differentia ſeptenario numero conſtet; quippe diſcrimen duorum ſeptenariorum exempli cauſa 7. 14. ſunt 7. & ſic in ceteris. Si igitur anno Per. *Jul.* *4676.* cœpit annus Sabbaticus, auferatur ex eo annus primus Sabbaticus iniens *Tornielli*, qui eſt Per. *Jul.* 3251. Diſcrimen amborum eſt 1425. qui numerus per 7. diviſus reſidua facit 4. Falſo igitur primus ab illo conſtitutus eſt annus Sabbaticus. Sed & perperam annus idem, quo Sabbaticus cœpit ab autumno Conſulatus *Claudii* & *Norbani*, ab eodem *Torniello* putatur mundi 4016. hoc eſt, additis *662.* Per. *Jul.* annus *4678.* Biennio quippe fallitur.

a Antiquit. lib. 14. cap. 18. Vide lib. 2. Part. hujus cap. 7.

Minus aberrat, ſed aberrat tamen qui eundem annum mundi cum *Torniello* præfinit anno primo Sabbatico ineunti, nempe *2589* ſed annum primum æræ *Chriſtianæ* putat ab orbe condito 4054. qui de annis Per. *Jul.* 4714. deductus relinquit *660.* Adde igitur annos *660.* ad annum mundi *2589.* conſiet annus Per. *Jul.* *3249.* quo Sabbaticum 1. inchoat. Differentia annorum *3249.* & *4676.* ſunt 1427. qui numerus per 7. diviſus relinquit *6.* Uno itaque anno labitur.

Vide lib. 9. de Doct. Temp. cap. 37.

De Jubilæis annis exſtat divina ſanctio *Levit.* 25. 8. qua numerari jubentur annales hebdomadæ ſeptem ab eo anno, quo terra primum eſt cœpta coli; ac menſe ſeptimo, qui eſt autumnalis, Jubilæus annus indici clangore buccinæ. *Sanctificabiſque*, ait *annum quinquageſimum*, &c. Ex quo multorum fert opinio Jubilæos annos quinquageſimos eſſe poſt antecedentes Jubilæos: ut ſi annus Jubilæus incurrerit in annum *Chriſti* 1600. proximus ab eo ſit anno 1650. tum 1700. atque ita deinceps. Verum nonus & quadrageſimus quiſque Jubilæus fuiſſe potius videtur qui incluſo anteriore, ut aſſolet, rite quinquageſimus putatur; adeo ut Jubilæus omnis etiam Sabbaticus fuerit, ſed majori quadam religione conſecratus. Hoc eo ſtatuimus, quod cum Deus quietem illam agrorum & ceſſationem nonniſi poſt ſex agricolationis annos obſervari juſſerit, ut paullo ante ſignificavi; ſi Jubilæus a Sabbatico diverſus eſſet, non raro contingeret poſt unam aut alteram meſſem agros otioſos ac feriatos relinqui. Sit enim, exempli cauſa, Sabbaticus annus qui proxime ſæculi hujus initium præceſſit, *Chriſti* 1599. Jubilæus autem inſequens annus 1600. erit Sabbaticus annus *Chriſti* 1648. Jubilæus item annus 1650. Itaque unus tantummodo agriculturæ annus poſt Sabbaticum intercedet: biennium autem inter Sabbaticum *1697.* & Jubilæum 1700. Mihi vero credibile non videtur tam inuſitatæ rei, obſervationiſque nullum, aut in *Moſaicis* libris, aut in Hiſtoria, veſtigium apparere: neque Legiſlatorem vel ſemel illius admonuiſſe, ſed præciſe ſex annis obarari terram obſerique juſſiſſe. Sed ne longiores hic ſimus, quam volumus, ad ea Lectorem reiicimus, quæ ſuper utraque quæſtione *libro nono de Doct. Temporum* explicamus. Quibus modo illud adiicimus, *Iſidorum Hiſpalenſem* nobiſcum facere, qui *libro de mundo cap. 6. Annus Jubilæus*, inquit, *eſt remiſſionis, qui ſeptem annorum hebdomadibus, id eſt, 49 annis texitur. Baſilius* item *Epiſt.* 317. Ἔστι δὲ ἑβδομάδων ἑπτὰ τῶν ἀριθμὸς ἰωβηλαίου ἔτος ἐν τοῖς πάλαι, ἐν ᾧ ἐσαββάτιζε μὲν ἡ γῆ, χρεῶν δ' ἦσαν ἀποκοπαί, δούλων ἀνακλήσεις, καὶ οἷόν τις νέος ἄνωθεν ἀνεκαινίζετο βίος, ἐν τῷ ἑβδοματικῷ ἀριθμῷ τοῦ παλαιοῦ τρόπον τινὰ τὴν συντέλειαν δεχομένου. *Septem vero hebdomades annorum celebrem illum Jubilæum olim efficiebant, per quem terra velut Sabbatum ſuum agebat, ac tum novæ tabulæ fiebant, & ſervi manumittebantur, & nova quodammodo vita de integro inſtituebatur, cum vetus in ſeptenario numero ſuum quaſi finem acciperet.* *Petrus* quoque *Chryſologus* luculenter id docet *Serm.* 139. *Septimus*, inquit, *numerus cum vadit per annos, ſeptimanas facit: facit annum, qui requiem dat terræ, nexus omnes fraternæ obligationis abſolvit. Septimus numerus annorum cum circuit ſeptimanas, annum quinquageſimum qui Jubilæus vocatur, ad plenitudinem totam veniæ & remiſſionis adducit, ut tollatur ſervitus, redeat libertas*, &c. *Et ſi ſeptimus numerus ſeptemplicatus per dies, per menſes, per annos locum contulit remiſſionis & veniæ, ſeptemplicatus ſeptuagies ſepties ſeptimus numerus quid afferre poſſit*, Chriſtianus *æſtimet, & advertat auditor.*

Primus Jubilæus eſt Sabbaticus ſeptimus, cujus initium cadit in autumnum anni Per. *Jul.* 3283. mundi 2553.

CAPUT VIII.

De Atenienſium *ac* Mycenæorum *Regibus, & illorum Archontibus; nec non de* Heraclidarum *in* Peloponneſum *irruptione.*

Regum ac Prætorum, qui *Athenis* ſummam rei geſſerunt, tempora, propter Auctorum diſſenſionem, haud ſatis explorata ſunt, quorum in primis ex *Euſebio* ſeriem adſcribam, paucis duntaxat immutatis.

Laterculum Regum *Athenienſium* ex *Euſebio*.

		Anni regni.	Anni Periodi *Julianæ* quibus inierunt.
1	*Cecrops.*	50	3156
2	*Cranaus.*	9	3206
3	*Amphictyon Deucalionis* filius.	10	3215
4	*Erichthonius.*	50	3225
5	*Pandion Erichthonii* filius.	40	3275
6	*Erechtheus Pandionis* filius.	50	3315
7	*Cecrops* II. *Erechthei* frater.	40	3365
8	*Pandion* II. *Erechthei* filius.	25	3405
9	*Ægeus Pandionis* filius.	48	3430
10	*Theſeus Ægei* filius.	30	3478
11	*Meneſtheus Peter* filius.	23	3508
12	*Demophoon Theſei* filius.	33	3531
13	*Oxynthes Demophoontis* filius.	12	3564
14	*Aphidas Oxynthe* filius.	1	3576
15	*Thymœtes Aphidantis* frater.	8	3577
16	*Melanthus Andropompi* filius.	7	3585
17	*Codrus Melanthi* filius.	11	3622

Hactenus Reges, qui circa annum Per. *Jul.* 3643. defierunt, & annis 487. perſeverarunt.

Archon-

Archontes perpetui.			
1	*Medon*	20	3644
2	*Acaſtus*	36	3064
3	*Archippus*	19	3700
4	*Therſippus*	41	3719
5	*Phorbas*	31	3760
6	*Megacles*	30	3791
7	*Diognetus*	28	3821
8	*Phereclus*	19	3849
9	*Ariphron*	20	3868
10	*Theſpieus*	27	3888
11	*Agameſtor*	20	3915
12	*Æſchylus*	23	3935
13	*Alcmæon*	2	3958

Hactenus Archootes perpetui, qui annos 316. tenuerunt.

Archontes decennales.			
1	*Charops*	10	3960
2	*Æſimedes*	10	3970
3	*Clidicus*	10	3980
4	*Hippomenes*	10	3990
5	*Leocrates*	10	4000
6	*Apſandrus*	.10	4010
7	*Eryxias*	10	4020
Deſierunt Archontes decennales anona Per. *Jul.* 4029.			

Colliguntur aoni a *Cecropis* initio ad *Eryxiæ* finem 874.

In hac *Euſebiana* deſcriptione haud pauca ſunt, quæ ab aliorum Chronologorum ratione diſſident. In primis Auctor ille, cujus *Chronicon* marmori inciſum in *Aſia* ante paucos aonos repertum eſt, quæ *Arundelliana marmora* dicuntur, & *Joannis Seldeni* Commentariis illuſtrata prodierunt anoo 1628. annis tribus & viginti *Euſebianam* aotevertit epocham ut ſupra docui; & *Cecropis* initium coniicit in annum Per. *Jul.* 3133. ex quo reliquorum deinceps Regum anticipanda ſunt exordia. Exempli cauſa, *Amphictyonis* initio ponit anno illo, qui eſt Per. *Jul.* 3192. *Theſei* anno 3455.

De *Theſeo* quoque ipſo non levis eſt quæſtio. Nam *Euſebius* annos ei 30. ſucceſſori vero ejus *Meneſtheo* 23. imputat. Ita initium *Theſei* cladem *Trojæ* præcedit annis 53. At vetus *Clementis Alexandrini* Chronologus anno 47. ante *Trojanum* excidium cœpiſſe ponit *Theſeum*, ex quo *Meneſtheo* non plures 17. annis relinquuntur, ſi *Theſeus* 30. regnaverit. Sed *Meneſthei* anno 22. captam *Trojam* notant *Arundelliana Marmora*. Vide quæ de *Theſeo* poſtea dicentur, cum de *Heraclidis* ſermo erit. Eſt & ſuper *Melantho* 16. Rege magna dubitatio, cujus exordium collocat *Euſebius* anno circiter 55. poſt *Trojæ* vaſtitatem, & 25. aote *Peloponneſum* ab *Heraclidis* occupatam: quæ Ἡρακλειδῶν κάθοδος dici ſolet; ea vero octoginta poſt *Trojanam* cladem annia incidit: quod poſtea demonſtrabimus. Atqui *a* graviſſimi Scriptores *Melanthum* aſſerunt ab *Heraclidis* e *Peloponneſo* fugatum, *Athenas* ſe recepiſſe, ibique regnum occupaſſe, interfecto *Thymœte*, ac pulſos deinde ab *Achais Jonas* excepiſſe. Id ſi verum eſt, non recte calculos ponit *Euſebius*.

a Paul. Achaic. & Corinth. Conon. l. 39. apud Phot. Cod. 186.

Neque vero ſuperiorum Regum, annis addere quicquam, aut detrahere per *Caſtorem* antiquum Chronographum licet. Hic enim, ut refert *b Euſebius*, ab anno primo *Cecropis* ad *Thymœtæ* ultimum, annos numcrabat 429. quot in noſtro diagrammate cernuntur.

b Chron. poſt. ad A 882.

Charopis præterea primus annus, qui decennalium Prætorum princeps fuit, ab *c Euſebio* in annum *Abraami* confertur 1264. qui eſt *Jul.* Per. 3960. quo tertius iniit Olympiadis ſextæ. Atqui *Dionyſius Halicarn.* aono primo ineunte Olympiadis ſeptimæ *Charopem* decennalem præturam inchoaſſe ſcribit: qui eſt annus Per. *Jul.* 3962. *Pauſanias* autem in *Meſſen.* annum 2. Olympiadis 9. comparat cum *Æſimedis* quinto; is eſt Per. *Jul.* 3971. Hoc modo primus *Æſimedis* erit Per. *Jul.* 3967. & primus *Charopis* 3957. Hæc non congruunt.

c Edit. Pont.

Ad hæc decennales omnes Prætores perperam, niſi fallor, decem quique ſuos annos expleſſe perhibentur. Etenim *Suidas Hippomeni*, quod filiam ſuam in ſtupro deprehenſam equo laoiandam objeciſſet, abrogatum eſſe magiſtratum aſſerit. Tum ejus anous quartus expletus eſt anno 1. Olympiadis 14. Per. *Jul.* anno 390. ut auctor eſt *Pauſanias*. Igitur primus ejuſdem cœpit anno 3986. non 3990. ut putat *Euſebius*.

Meſſen. p. 124.

Denique quo anno ex decemnovennalibus annui Prætores eſſe cœperint, non plane convenit. *Pauſanias* io *Meſſeniacis* anno quarto Olympiadis 23. jam inſtitutos annuos ait Archontas, ac *Tleſiam* eo anno præfuiſſe ſcribit: & ſcilicet annuum & ipſum fuiſſe, neque tamen primus is fuit. Nam primus *Creon* numeratur, ut & *Vellejus* narrat, & *Euſebius*. At *Marmora Arundelliana* primum annuum Archontem conferunt in annum Per. *Jul.* 4030. quo 24. Olympias ioiit, in quo ſuffragatorem habet *Euſebium*.

Ibid. P. 125.

Vellej. l. 1.

Mycenæorum Regum ſeries a *Perſeo* cœpta, & a *Pelopidis* continuata, in *Heraclidarum* adventum deſinit. *Acriſio* circa annum Per. *Jul.* 3400. (qui eſt *Euſebianus* 704.) ab nepote cæſo *Perſeo*, translatum eſt *Mycenas* imperium: quam urbem *Perſeus* exſtruxerat, ut ſupra ſignificavi. In nonnullis codicibus *d Euſebianis*, poſt *Acriſium*, nulla *Perſei* mentiooe facta ſtatim *Sthenelus* ſubiicitur; ac deinceps *Euryſtheus*, ut in *Scaligeriana* editione. At in *Pontacena Perſeus* poſt *Acriſium* ponitur, eique anni 8. tribuuntur, omiſſo *Sthenelo*; etſi *Perſei* primus annus non ſubinde poſt *Acriſii* ultimum ſubtexitur, ſed anno poſt ſeptimo. Aonus *Abraami* 704. eſt ultimus *Acriſii*: primus autem *Perſei* eſt 711. Per. *Jul.* 3408. Apud *Scaligerum Sthenelus* iniit anno *Abraami* 705. Per. *Jul.* 3402. Rurſus *Euryſtheo Pontaci* editio annos aſſignat 38. *Scaligeriana* 43. utraque *Mycenæorum* regnum *Trojano* excidio claudit. Quæ omnia in ſequenti diagrammate complectar.

Mycenæorum regnum.

d in poſteriore Chron.

Laterculum *Mycenæorum* Regum poſt *Acriſii* obitum ex *Euſebii Chronico* poſteriore.

	Ex edit. *Scaligeri.*				Ex edit. *Pontaci.*			
		Anni regni.	Cœpit anno *Abraami.*	Cœpit anno Per. *Jul.*		Anni. regni	Cœpit *Abr.*	Per. *Jul.*
1	*Sthenelus*	8	705	3402	*Perſeus*	8	711	3408
2	*Euryſtheus*	43	703	3410	*Euryſtheus*	38	718	3415
3	*Atreus* & *Thyeſtes*	65	756	3453	*Atreus* & *Thyeſtes*	65	756	3453
4	*Agamemnon.*	15	821	3518	*Agamemnon.*	15	821	3518

Deſit *Mycenarum* regnum anno Per. *Jul.* 3531. Poſt *Agamemnonem*, Ægiſthum atque *Oreſtem* deinde nominat *Euſebius*; nec tamen in ſerie deſcribit. Sed cum in illa deſcriptione multa reprehendenda ſunt, tum id inprimis, quod *Atrei* & *Thyeſtæ* primordium anno ei, qui eſt Per. *Jul.* 3453. aſſignat. Hoc ſi verum eſſet, *Euryſtheus* anno ſeptuageſimo ante obitum *Herculis* occubuiſſet. Siquidem exſtinctus eſt *Hercules* anno *Euſebii* 825. ut eſt in editione *Scaligeri*, Per. *Jul.* 3522. aut ſexageſimo quarto, ſi ut *Pontaci* habet editio, deceſſerit *Hercules* anno 819. qui eſt Per. *Jul.* 3516. Neutrum vero tolerabilem habet errorem. Nam ab *Herculis* poſteris *Euryſtheum* in *Attica* occiſum eſſe non dubium eſt, vita jam functo *Hercule*, ut teſtatur gravis auctor *Thucydides lib.* 1. & *Iſocrates* in *Panathenaico* & *Panegyrico*. Addit etiam *Diodorus*, *Theſeo* & *Hyllo* ducibus contra *Euryſtheum* pugnaſſe poſteros *Herculis*. At vero *Theſei* primordium imputat *Euſebius* anno *Abraami* 783 qui eſt Per. *Jul.* 3480. & quadrageſimus tertius ante obitum *Herculis*, cujuſmodi refert editio *Scaligeri*, vel ſeptimus & triceſimus ex *Pontaceæ* fide: cumque *Theſeus* haud plures 30. regnarit annos, ante *Herculem* obierit oportet; quæ eſt fœdiſſima, ſed iſti Chronologo non inſolens ἀλογία. *Thucydidis* Scholiaſtes primam *Heraclidarum* eruptionem in *Peloponneſum* viginti ante *Trojanum* excidium annis conſtituit; poſteriorem, poſt idem excidium, octoginta. Ita prior impreſſio convenit in annum 3511. quarto anno poſtquam *Euryſtheus* obiit, & *Atreus* cum fratre regnavit, ut ante demonſtravimus. Ex his nonnulla contra *Euſebii* rationes conſequentia ſunt. In primis *Atreum* & *Thyeſtem* non 65. annis regnaſſe, ſed ad ſummum 8. Nam *Agamemnonis* annos in *Chronico* poſteriore tribuit 15. quos ab anno Periodi *Julianæ* 3516. ordiri neceſſe eſt, ut in annum proximum ab *Trojæ* calamitate deſinant. Quod ſi 18. vel 17. eidem annos cum vetere apud *Clementem Alexandrinum* Chronologo concedat, ut ab anno Per. *Jul.* 3514. regnare cœperit, tum *Atreo & Thyeſtæ Mycenæi* regni ſex haud amplius annos adſcribes. Hæc propter Antiquorum diſſidium liquido definiri nequeunt; etſi de *Heraclidarum* prima expeditione maxime ſit probabilis Scholiaſtæ ſententia.

Ut ad vetuſtiora tranſeam, inter *Acriſii* mortem, quæ anno circiter 3401. Per. *Jul.* accidit, & *Euryſthei* necem, quæ anno 3508. incidit, anni ſunt 107. de quibus ſi *Euryſthei* 43. & *Stheneli* 8. id eſt, in totum 51. detrahas, reliqui erunt 56. ab *Acriſii* morte ad *Euryſthei* obitum: quo toto intervallo non ſolus imperavit *Perſeus*, ſed præter hunc *Electryo*, & *Taphius*, ut *Apollodorus* ait.

Jam *Pelopis* e *Phrygia* adventus in *Græciam* ab *Euſebio* confertur in annum *Abraami* 696. Periodi *Jul.* 3393. ſed cum ejus filii *Atreus* & *Thyeſtes* anno 3508. *Mycenis* regnare cœperint, poſt annos inde 115. tardius iſte ipſe *Pelopis* in *Peloponneſum* tranſitus collocandus videtur.

Ex his *Mycenæorum* Regum catalogus aliter atque *Euſebius* fecit, ita digerendus videtur.

Catalogus *Mycenæorum* Regum ex probabili ſententia.

		Anni regni.	Anni Per. *Jul.* quibus inierunt.
1	*Perſeus*		
	Electryo	56	3401
2	*Taphius*		
3	*Sthenelus*	8	3457
4	*Euryſtheus*	43	3465
	Atreus &		
5	*Thyeſtes*	8	3508
	Agamemnon		
6	*Ægiſthus*	15	3516
7	*Oreſtes*	7	3531
8	*Tiſamenus*	70	3538
	Penthilus		
9	*Cometes.*	3	3608

Ab anno primo *Perſei* ad *Mycenæorum* Regum ultimum anni ſunt 209.

CAPUT IX.

De diluvio Deucalionis, Cadmi *profectione in* Græciam, Argonautarum *expeditione*, Herculis *ætate*.

VEtus apud *Clementem* in 1. *Stromat.* Chronologus *Deucalioneum* diluvium anteceſſiſſe docet excidium *Trojæ* annis trecentis ac triginta. Quare cum anno Per. *Julianæ* 3530. mundi 2800. everſam eſſe *Trojam* poſtea probaturi ſimus, conſequens erit, anno Per. *Jul.* 3200. mundi 2470. diluvium incidiſſe, regnante, ſi *Euſebium* ſequimur, *Athenis Cecrope* primo illarum Rege. ᵃ *Apollodorus* vero ſub ejus ſucceſſore ponit *Cranao*, qui ſex annis poſtea regnavit. At antiquus ille Chronologus, qui ex *Arundellianis Marmoribus* apud *Smyrnam* effoſſis nuper editus eſt, quique anno 1. Olympiadis 129. Per. Jul. 4450. ſcribebat, eo ipſo videlicet, quo bellum primum *Punicum* cœpit, *Deucalioneum* diluvium confert in annum Periodi *Jul.* 3185. mundi 2455. Quippe annis 1265. ante ſuam epocham, quam eſſe diximus annum Per. *Jul.* 4450. illud incidiſſe refert, regnante *Athenis Cranao*, decimo ſexto nimirum ante eum, quem alter apud *Clementem* Chronologus fixit.

Deucalionis diluvium

ᵃ Apollod. 3.

Quare haud longo tempore poſt demigrationem *Hebræorum* ex *Ægypto* diluvium iſtud evenerit. Poſt annos inde octo *Deucalionis* filius *Hellen* regnavit in *Theſſalia*, ſi qua fides *Smyrnæo* Chronologo; nempe *Julianæ* Periodi 3193. regnante *Athenis Amphictyone*. Quod *Cecropis* anno 28. ex *Euſebiano* calculo congruit.

Biennio poſt *Cadmi* adventum in *Bœotiam*, ac *Thebarum* conditum idem Chronologus ſtatuit, Per. *Jul.* 3195. quem *Euſebius Abraami* an. 583. Per. *Jul.* 3280. aſſignat. Sed cum *Danaus Cadmi* patruelis an. Per. *Jul.* 3239. *Argis* in *Peloponneſo* regnare cœperit, (ut ex *Euſebii Chronico* ſupra demonſtravimus) credibile eſt multo ante præſtitutum ab eodem *Euſebio* tempus *Cadmum* in *Græciam* veniſſe. In *Thebaicis* Anonymi Poetæ a *Neandro* editi an. 1588. an. 109. ante *Argonautarum* expeditionem *Cadmus* in *Græciam* navigaſſe legitur. Quod nimis ſerum arbitror, ut mox intelligetur.

Cadmi adventus in Bœotiam.

Argonautarum profectio apud *Clementem Alexandrinum* ex antiquo Chronologo ponitur anno 79. ante *Trojanam* everſionem, ut ſit annus Per. *Jul.* 3452. ſi quidem *Trojana* clades fixa eſt in anno Per. *Jul.* 3430. ut po-

Argonautarum expeditio

Digitized by Google

ut poſtea conſtabit. Nec longe abeſt *Euſebius*, qui anno illam accommodat *Abraami* vel 756. ut eſt in editione *Scaligeri*, vel ut in *Pontacena*, anno 752. vel denique anno 755. ut ſe in quibuſdam codicibus inveniſſe teſtator *Pontacus*: e quibus primus annus eſt Per. *Jul.* 3453. ſecundus eſt 3449. tertius eſt 3452. prorſus ut vetus ille Chronologus, cui *Jacobus Capellus* ſubſcribit. Sed adverſus hanc ſententiam multa ſolent objici ex *Argonautarum* hiſtoria; cujuſmodi ab [a] *Diodoro*, *Apollodoro*, *Hygino*, ac Poetis memoriæ proditur; quorum nonnulla ſibi ipſi *Euſebius* opponit: velut quod *Caſtor* & *Pollux Helenæ* fratres inter Heroas illos recenſeri ſolent: non eſt autem veriſimile, ſororem eorum *Helenam* poſt annos inde 60. tanta fuiſſe pulchritudine, ut ejus gratia inter *Græcos* & *Trojanos* decennale bellum exarſerit. Quanquam ne iſtud quidem incredibile ſit, *Ledam* anno ætatis 14. vel 15. *Caſtorem Polluceṁque* peperiſſe, & poſt annos 30. *Helenam*, quæ cum rapta eſt, annum egerit 30. Verum alia ſunt, quæ nos movent. In primis autem quod omnes fere qui de *Argonautis* meminerunt, ut *Dares Phrygius*, *Diodorus*, *Hyginus*, aſſerunt paullo poſt eorum reditum e *Colchide*, *Trojam* ab *Hercule* eſſe captam, & occiſo *Laomedonte*, *Priamum* ejus loco ſubſtitutum. At vero *Priamus* nequaquam annos 79. imperavit, cui quidem Anonymus Poeta *Neandri* 40. ſolus tribuit. Hoc ſi verum eſt, ejus initium incidet in annum circiter *Julianæ* Periodi 3490. *Argonautarum* vero profectio anno proxime antecedente, vel biennio ante, a quo non abhorremus.

[a] Lib. 4.

De Herculis tempore.

De *Hercule Alcmenæ* filio ſumma quoque Veterum eſt diſſenſio. Nam *Velleius* ait, annis 120. ante *Heraclidarum* poſteriorem in *Peloponneſum* reditum exceſſiſſe *Herculem*; qui eſt annus Per. *Jul.* 3491. quadrageſimus ante *Trojæ* vaſtitatem. Sed idem ſecum pugnat paullo poſt, dum ſcribit ante annos 1250. quam Conſul eſſet *Vinicius*, *Herculem Olympicis Atrei* ludis fuiſſe victorem. Conſulatus *M. Vinicii* convenit in annum æræ *Chriſtianæ* 40. Periodi *Jul.* 4743. demtis inde 1250. reſidui ſunt 3493. quo adhuc ſuperſtes erat *Hercules*. Vetus *Clementis Alexandrini* Chronologus *Olympica* certamina cenſet inſtituta ab *Hercule* anno 442. ante *Iphitea*, qui eſt annus Per. *Jul.* 3497. *Euſebius* vero anno 430. ante eadem *Iphitea*, ut ſit Per. *Jul.* annus 3509. Si *Argonautarum* expeditio annis quadraginta uno vel duobus *Trojanum* anteceſſit excidium, poteſt *Herculis* obitus longius ſummoveri, ut paucis annis *Euryſthei* necem præceſſerit, quæ annum occupat 3508. *Jul.* Periodi.

Ceterum *Heraclidarum* prior impreſſio, quæ centum annis ante poſteriorem ab Scholiaſte *Thucydidis* ponitur, adeoque viginti ante *Trojam* exciſam, collocanda videtur in anno Per. Jul. 3511. Ea vero rurſus bifariam eſt tribuenda. Nam principio ducibus *Jolao*, *Theſeo*, & *Hyllo* cum *Euryſtheo* conflixerunt: & eo cæſo annum circiter *Peloponneſo* potiti ſunt. Poſtea ob peſtilentiam inde digreſſi, tertio poſt anno rurſus rumpunt, quando cum *Atreo* pepigit *Hyllus*, ut ſi in pugna vinceretur, non ante centeſimum annum *Heraclidis* fas eſſet regredi. Ita quartus iſte numerandus eſt annus, quo *Hyllus* interfectus eſt ab eo, quo primum eruptionem fecit cum *Theſeo*: ut id argomento ſit, *Theſeum* haud diu poſt opem *Heraclidis* allatam *Athenis* manſiſſe; ſed illo ipſo, quo *Euryſtheus* occubuit, anno Per. *Jul.* 3508. a quo quartus eſt 3511. idemque ante *Trojæ* cladem viceſimus. Ex his conſtat *Herculis* obitum haud multis annis ſuperiorem eſſe anno 3508. ac morte *Euryſthei*, atque *Theſei*.

CAPUT X.

De tempore Trojani *excidii, quod firmiſſimis rationibus aſſeveratur, ac de* Trojanorum *&* Latii *antiquis Regibus; deque* Lacedæmoniorum *&* Corinthiorum *regnis, ac* Periandri *tempore.*

Cardo veteris Hiſtoriæ, præſertim illius, quæ Poeticis infecta fabulis minus habet explicata tempora, *Trojanæ* urbis eſt excidium, cujus annum ita ſtatuemus. Omnium, qui de eo ſcripſerunt, accuratiſſimus fuit *Eratoſthenes* in Commentario, quem *Canones* inſcripſit. Hunc *Dionyſius Halicarnaſſenſis libro* 1. *Orig.* ſequitur, ejuſque ſententiam ita declarat: *Ilium* captum eſſe deſinente vere. Sic enim apud *Dionyſium* legendum eſt [illegible], non, ut eſt vulgo, [illegible]: diebus ante ſolſtitium æſtivum ſeptemdecim; *Thargelionis* viceſima tertia, ſecundum *Atticam* anni rationem, ὡς Ἀθηναῖοι τοὺς χρόνους ἄγουσι. Idem annus viginti diebus ultra ſolſtitialem cardinem redundabat: ita ut ab eo die, quo capta urbs eſt, ad finem anni, dies eſſent ſeptem & triginta. Hæc *Dionyſius* ex *Eratoſthene*. Qui eodem libro *Romam* conditam aſſeverat ex *Catone* poſt annos quadringentos triginta duos ab excidio *Trojano*.

Annos conditæ Urbis ex *Halicarnaſſenſis* opinione ſuit is *Julianus*, in quo deſiit quartus Olympiadis ſextæ, & iniit primus ſeptimæ, ut ſuo loco colligemus: qui eſt Periodi *Julianæ* 3962. mundi 3232. Demtis ergo 432. de 3962. reſidui ſunt Periodi *Julianæ* anni 3530. Ergo anno iſto capta eſt *Troja* ex *Eratoſthenis* & *Dionyſii* ſententia. [b] Neque vero alius annus conſtitui poteſt, in quem characteres illi competant, quos ex ambobus enumeravimus. Eſt enim *Thargelion* lunaris menſis *Atticus*. Solſtitium vero, civile itidem *Atticum* ſuit, ex antiquis Aſtronomis *Junii* 28. conſtitutum. Novilunium *Thargelionis* eo anno contigit *Maii* 21. cyclo Lunæ 15. feria 4. Ergo viceſima tertia ejuſdem incidit in *Junii* 12. feriamque quintam, quæ fuit dies decima ſeptima ante ſolſtitium. *Scirophorionis* neomenia incurrit in 20. *Junii*, feria 6. *Hecatombæonis* vero, *Julii* 19. feria 6. Igitur 20. dies poſt ſolſtitium ſuperant ad illius anni finem, nempe a *Junii* 29. ad 18. *Julii*. Sed admirabiliter convenit opinioni noſtræ cum *Eratoſthenis* ratiociniis; nec alius omnino quam qui a nobis poſitus eſt annus accommodari poteſt. Accedit & *Diodorus Siculus*, qui annum primum Olympiadis 94. putat ab excidio *Trojæ* ſeptingenteſimum octogeſimum. Primus Olympiadis illius annus convenit in annum Per. *Julianæ* 4310. de quo decerptis 788. reliqui ſunt anni 3530. Denique *Euſebius lib.* 10. *de Præparat.* *Græcos* ait a capta *Troja* ad primam Olympiadem numerare annos 408. quod ab eodem illo anno Per. *Jul.* 3530. interjecti ſunt in annum 3938. quo prima celebrata eſt Olympias *Iphitea*. Igitur anno Per. *Jul.* 3530. mundi 2800. ante *Chriſtianam* æram 1184. nobiliſſimum illud excidium incidit. *Marmora Arundelliana* idem ei anno vindicant, qui ſit Per. *Jul.* 3503. *Thargelionis* ἑβδόμῃ φθίνοντος, hoc eſt 24. die; quod Antiquorum omnium rationes conturbat.

[b] Vide lib. de Doct. Temp. c. 22. & lib. 9. cap. 2. nec non 4. Differ. ad Ur. nol. cap. 13.

Diod. lib. 14. init.

Computato anno *Trojani* excidii, regni totius in illa urbe tempus ita ſtatuitur.

Auctor ille *Troicorum*, qui cum *Iliade* parva aliiſque carminibus *Græce* editus eſt a *Michaele Neandro*, *Trojanum* regnum annis trecentis perſeveraſſe dicit, ac Reges fuiſſe ſex, quorum ſingillatim annos enumerat: qui in unum collecti minus quatuor trecentos conficiunt, ut rotundo numero dixiſſe videatur,

.......ιι

.... εἰ πέρας ἄλλο τερμάτων κατάσχοιμι.

Proinde ſi de anno *Trojani* excidii, & ultimo *Priami*, qui eſt Per. *Jul.* 3530. adimas 296. primus annus *Trojani* regni cadet in annum Per. *Jul.* 3234. ex quo deinceps reliquorum initia deſcribentur, quæ in hoc laterculum conjecimus.

Laterculum Regum *Trojanorum*.		
Trojani Reges.	Anni ſingulorum.	Anni Per. *Jul.*
Dardanus	31	3234
Erichthonius	75	3265
Tros	60	3340
Ilus	54	3400
Laomedon	36	3454
Priamus	40	3490
Deſiit hic anno		3530
Summa regni totius anni 295.		

Prius in Italia regnum. Vide Aur. Vict. de Orig. Urb. & Meſſalam Corv.

Quod ad priſcos *Latii* Reges attinet, antequam *Æneas Latino* Regi ſuccederet, regnatum jam annos aliquot ibidem fuerat. *Euſebius* in *Chronico Pontaceno*, ante *Æneam* Reges ait fuiſſe quinque, qui 150. circiter annos imperarunt, *Janum*, *Saturnum*, *Picum*, *Faunum*, & *Latinum*. *Æneas* (ut ex *Dionyſio* colligitur *lib.* 1.) anno quinto ab excidio *Trojæ* regnare cœpit, Per. *Jul.* 3534. De his ergo ſi annos 150. detrahas, reliqui erunt anni 3384. In *Excerptis Georgii Monachi* apud *Scaligerum p.* 31. tres ſolum Reges hoc ordine deſcribuntur: *Picus Saturni* filius 37. annis: *Faunus Pici* filius annis 44. *Latinus* annis 36. cujus anno 3. *Æneas* in *Italiam* appulit. Colliguntur anni 17. ad mortem *Latini*, & *Æneæ* ſucceſſionem. Quocirca ad explendos 150. *Jano* nonniſi reliqui 33. fiunt. Quo regnante *Saturnum* e *Creta* profugum in *Latium* veniſſe cum Hiſtoricis Poetæ conſentiunt.

Lacedæmoniorum Corinthiorumque Regum initia ex *Diodori*, *Pauſaniæ*, aliorumque fide ſtatuuntur. Prioris exitus regni ex *Polybio* definitur paullo poſt Olympiadem 140. Poſterius in *Periandro* deſiit *Cypſeli* filio, qui 44. annos apud *Ariſtotelem* regnaſſe perhibetur, etſi 40. plerique cum *Laertio* tribuant. Idem *Laertius* anno quarto Olympiadis 84. mortuum eſſe *Periandrum* aſſerit, qui eſt annus Periodi *Jul.* 4129. Demtis annis 44. cœperit *Periander* anno Per. *Jul.* 4086. primo Olympiadis 38. *Cypſelus* vero anno 4056. Olympiadis 30. tertio. Igitur *Bacchiadæ* poſt Reges deſitos *Prytaneatum* obtinuerunt annis 121. ab anno ſcilicet *Jul.* Per. 3936. ad 4056. non annis 90. ut *Diodorus* in *a Excerptis Euſebianis Scaligeri* prodidit, quem de hac hiſtoria conſule: nec non *Pauſaniam Corinthiacis*, *Herodotum lib.* 5.

Lib. 4.

a pag. 33.

CAPUT XI.

De Hebræorum *Regibus*, *ac diviſo biſariam illorum regno*, *in* Judaicum, *&* Iſraeliticum: *Utriuſque* ἀκμὴ *declarantur*.

QUo longius ab mundi ac temporis initio progredimur, eo nobis & certior & uberior copia rerum atque hiſtoriæ ſeges oſtenditur. Hoc enim intervallum, quod ab orbis conditu quintum ordine putatur, illuſtrium regnorum exordia aliaſque inſignes epochas amplectitur, quæ in omni Chronologica diſputatione principatum tenent. De quibus ſingillatim agendum erit. Sed prius, more noſtro, intervalli hujus annos ratione ac methodo colligemus.

Initium ducimus ab anno eo, quo templum a *Salomone* fundatum eſt, qui quartus numeratur illius regni, eſtque in *Juliana* Periodo 3702. mundi 2972. ante *Chriſtum* 1012. ut ex antecedentibus patet. Finis eſt annus ille, qui *Cyri* primum annum *Babylonici* regni proxime præceſſit. Cœpit autem *Cyrus Babylone* regnare anno Periodi *Julianæ* 4176. ut poſtea probabimus. Ergo ab anno Periodi *Julianæ* 3702. a quo intervallum hoc ordimur, ad ejuſdem Periodi annum 4175. in quem deſinimus, anni ſunt ſolidi 474. Quo ſpatio primum ambo regna *Hebraici* populi, id eſt, *Judæ*, & *Iſraelis*, explicantur, tum amborum captivitas; ſed illius ſeptuaginta anni definita, hujus ſempiterna.

Mortuo *Salomone* ſciſſum eſt regnum biſariam, ejuſque parte *Roboamo Salomonis* filio relicta, nempe *Judæ* ac *Benjamini* tribu: reliquæ tribus *Jeroboamo Nabati* filio ex tribu *Ephraim* permiſſæ ſunt. Utriuſque regni ſucceſſio in hiſtoria *Regum* ac libris *Paralipomenon* traditur, quæ perobſcura & impicatiſſima quædam continet in digerendis inter ſeque componendis annis amborum Principum, atque innumeræ quæſtiones exiſtunt, quas ſi diſputare voluero, longioris ac difficilioris operæ res erit, & propter partitionum tricas injucundæ ac moleſtæ. Itaque cum in *lib.* 9. *de Doct. Temp. c.* 55. fuſe accurateque diſceptatæ omnes illæ controverſiæ ſint, hic ſatis eſſe videtur, utriuſque regni catalogum exponere: tum ex iis, quæ ἀκμὴ dicuntur, & ibidem enucleata ſunt, pauca & inſigniora ſeligemus. 3. Reg. 12.

Quæſtiones in hiſtoria Regum difficiles.

Solet autem explicandis quæſtionibus iſtis, conciliandiſque Regum temporibus, adhiberi non una ratio. Nam aut labentes anni pro vertentibus, & integris uſurpari dicuntur; aut a vivis adhuc parentibus in regni conſortium creduntur adhibiti; aut annorum ſingulorum initia non ab eo menſe, dieve, quo Reges renuntiati ſunt, ſed a populari initio ducuntur; aut denique ab inſigni quapiam epocha quorumdam intervalla procedunt, ex quibus quid cuique loco maxime congruat, prudentiæ eſt animadvertere. Nos Regum iſtorum diagramma proponemus, in quo ſingulorum anni tam expreſſi ſacra in Hiſtoria continentur, quam Chronologici, hoc eſt non implicati invicem, ſed diſtracti. Addemus & annos ante *Chriſtum*, quibus regnum auſpicati ſunt, ad quos ſi illos adjunxeris, qui ab æra *Chriſtiana* ad noſtram ætatem lapſi ſunt, ſcire potes, quantum inter hanc, & illorum initium interſit.

Quibus modis explicari ſoleant iſtæ quæſtiones.

Dia-

Digitized by Google

	Diagramma Regum *Judæ* ab anno 4. *Salomonis*.				
	Reges *Judæ*.	Anni in Scriptura expreſſi.	Loca, quibus anni continentur.	Anni Chronologici.	Anni ante æram Chriſti quibus exorſi ſunt.
1	*Salomon*	37	3. *Reg*. 6. 1. &c. 11. 43.	37	1012
2	*Roboam*	17	3. *Reg*. 14. 21	17	975
3	*Abiam*	3	3. *Reg*. 15. 2.	3	958
4	*Aſa*	41	*Ibid. verſ*. 10	41	955
5	*Joſaphat*	25	3. *Reg*. 22. 42	25	914
6	*Joram*	8	4. *Reg*. 8. 17.	4	889
7	*Ochozias*	1	*Ibid. verſ*. 26	1	885
8	*Athalia*	6	4. *Reg*. 11. 3.	6	884
9	*Joas*	40	4. *Reg*. 12. 1.	40	878
10	*Amaſias*	29	4. *Reg*. 14. 2.	29	838
11	*Azarias*, qui & *Ozias*	52	4. *Reg*. 15. 4.	52	809
12	*Joathan*	16	*Ibid. ver*. 33.	16	757
13	*Achaz*	16	4. *Reg*. 16. 2.	14	741
14	*Ezechias*	29	4. *Reg*. 18. 2.	29	727
15	*Manaſſes*	55	4. *Reg*. 21. 1.	55	698
16	*Amon*	2	*Ibid. ver*. 19.	2	643
17	*Joſias*	31	4. *Reg*. 22. 1.	31	641
18	*Joachaz*	M. 3	4. *Reg*. 23. 31	M. 3	610
19	*Joakim*	11	*Ibid. ver*. 36.	11	610
20	*Jechonias*	M. 3	4. *Reg*. 24. 8.	M. 3	599
21	*Sedecias*	11	*Ibid. ver*. 18.	11	599
	Colliguntur ab A. 4. *Salomonis* A. 430. M. 6. Ab *Davidis* initio A. 473. M. 6.		Colliguntur a 4. *Salomonis* A. 426. M. 6. Ab *Davidis* initio A. 469. M. 6.		Deſierſit ante *Chriſtum* A. 589.

	Diagramma Regum *Iſraelis* ab anno 1. *Jeroboami*, ſive ab obitu *Salomonis*.				
	Reges *Iſraelis*.	Anni in Scriptura expreſſi.	Loca, unde anni colliguntur.	Anni Chronologici.	Anni ante *Chriſtum*, quibus inierunt.
1	*Jeroboam*	22	3. *Reg*. 14. 20	21	975
2	*Nadab*	2	3. *Reg*. 15. 25	2	954
3	*Baaſa*	24	*Ibid. ver*. 33.	23	953
4	*Ela*	2	3. *Reg*. 16. 8.	1	930
5	*Zamri*	D. 7	*Ibid. ver*. 15.	D. 7	929
6	*Amri*	12	*Ibid. ver*. 23.	11	929
7	*Achab*	22	*Ibid. ver*. 29.	21	917
8	*Ochozias*	2	3. *Reg*. 22. 52	1	897
9	*Joram*	12	4. *Reg*. 3. 1.	12	896
10	*Jehu*	28	4. *Reg*. 10. 3	28	884
11	*Joachaz*	17	4. *Reg*. 13. 1.	16	856
12	*Joas*	16	*Ibid. verſ*. 10	16	840
13	*Jeroboam II.*	41	4. *Reg*. 14. 23	41	824
				Interregn. A. 11	783
14	*Zacharias*	M. 6	4. *Reg*. 15. 18	M. 6	772
15	*Sellum*	M. 1	*Ibid. verſ*. 13	M. 1	772
16	*Manahem*	10	*Ibid. verſ*. 17	10	771
17	*Phaceja*	2	*Ibid. verſ*. 23	2	761
18	*Phacee*	20	*Ibid. verſ*. 28	20	759
19	*Oſee*	9	4. *Reg*. 17. 1.	18	738
	Colliguntur anni 241. M. 7. D. 7.		Colliguntur anni 253 M. 7. D. 7.		Deſierunt ante *Chriſtum* 721.

In utraque Regum ſerie, ſi amborum tempora inter ſe conferantur, multa, ut jam dixi, perplexa ſunt in ſacris Libris: ex quibus, pretermiſſis iis, quæ faciliorem habent explicationem, præcipua quæque complectar.

Igitur *Salomon* anno quarto regni ſui, quadringenteſimo vero & octogeſimo quam ex *Ægypto* profecti *Palæſtinam* adierunt *Iſraelitæ*, [a] templum ædificare eſt aggreſſus, quod opus [b] octavo anno, id eſt ſeptem exactis, cum menſibus circiter totidem, abſolvit, anno Per. *Jul*. 3709. *Salomonis* ipſius undecimo. Cœptum eſt enim anno illius 4. menſe ſecundo, qui eſt proximus a *Niſan*, & *Ijar* appellatur. Perfectum eſt anno undecimo, menſe octavo. Proinde annos 7. menſes totidem ædificatio tenuit. [c] Encænia porro cum menſe ſeptimo, opere jam abſoluto, celebrata dicantur, videntur anno ſequenti, duodecimo *Salomonis* indicta, qui fuit annus Sabbaticus iniens, Per. *Jul*. 3710. milleſimus ante natalem *Meſſiæ* Regis, cujuſmodi ex *Joſephi* ac *Dionis* Hiſtoria conficitur. Verum pleriqve Chronologi ſollemne dedicationis in undecimum ipſum *Salomonis* conferunt: ita ut octavus menſis, quo extrema manus operi impoſita dicitur, ſignificetur excluſus, & operis ipſius pars ſit ejuſdem jam exædificati conſecratio, De quo prudentis Lectoris exiſtimatio ſit.

Salomon.
[a] 3. Reg. 6. 1.
[b] 3. Reg. 6. 38.
[c] 3. Reg. 8. 2.

Regnante *Aſa* mortuus ſcribitur *Jeroboam* Rex *Iſraelitarum*, pauciſque poſt menſibus *Nadab*.

Jeroboam Iſraelita annis 22. *Nadab* ejus filius duobus regnaſſe proditur: hic vero etiam anno *Aſa Judæ* Regis altero cœpiſſe. Porro [d] anno 20. *Jeroboami Aſa* iniit. Si anno *Aſa* 20. *Jeroboamus* regnum auſpicatus eſt, & anno *Aſa* 2. *Nadabus*, conſequens eſt *Jeroboami* patris 21. *Nadabum* obiiſſe, vel ſaltem 22. Hæc nos ita conciliabimus. Anno *Jeroboami* expleto 20. & ineunte 21. regnum inchoavit *Aſa Jeroboamus* autem integros regnavit annos 21. & paucos ue 22. libavit dies: *Nadab* porro anno 21. patris ſui aſcitus in regni ſocietatem, unum cum eo communem habuit annum, alterum ſolus. Proinde nos *Nadabo* unum dumtaxat in Chronologica ſerie annum imputamus.

[d] 3. Reg. 15. 9.

Quin etiam neceſſe eſt, eumdem illum annum *Nadabi* ſecundum, quem & *Jeroboamus* attigit, *Baaſæ* qui *Nadabo* ſucceſſit, parte aliqua communem facere. [e] Hic enim 24. annos regnavit, & *Aſæ* tertio cœpit: *Aſa* porro *Jeroboami* 20. Proinde hic ille viceſimus ſecundus *Jeroboami*, a paucis diebus inceptus ab *Jeroboamo*, ab *Nadabo* & hujus interfectore *Baaſa* confectus eſt.

[e] 3 Reg. 15. 33.

Baaſæ ſucceſſit *Ela* filius ejus, cujus exordium cum [f] *Aſæ* 26. componitur. Proinde *Baaſa* qui 3. *Aſæ* cœpiſſe dicitur, non integros ſolus explevit 24. ſed ultimi partem *Ela* ſibi vindicat. Quocirca *Baaſæ* in Chronologica ſerie 23. annos adſcripſimus. Igitur anno *Aſæ* 26. quarto & viceſimo *Baaſæ* eo mortuo regnavit *Ela*, qui ſequente *Zambri* inſidiis oppreſſus eſt, [g] *Aſæ* 27. [h] *Zambri* verò poſt 7. dies interfecto regnum occupavit *Amri* [i]. Eodemque tempore *Thebni* filius *Geneth* ab altera factione renuntiatus eſt. Unde [k] non ante 31. *Aſæ* primordium *Amri* ponitur: quod anno quarto poſt mortem competitoris ſolus *Iſraelitis* imperavit. At enim *Baaſa* [l] anno 36. *Aſæ* bellum ei intuliſſe legitur; quinam ergo ajuſdem *Aſæ* 26. mortem obiit? Huic a pleriſque ſic occurritur triceſimum ſextum regni *Aſæ* nominari in 2. *Paralipomenon*, non ex quo primum *Aſa* regnare cœpit, ſed ex quo bifariam diviſum eſt *Hebræorum* imperium quod ſubinde poſt *Salomonis* mortem accidit. Itaque fuit annus iſte ab initio *Aſæ* 16. ab *Roboami* exordio 36.

[f] 3. Reg. 16. 8.
[g] 3. Reg. 16. 10.
[h] Ibid. verſ. 15.
[i] Comm. 21.
[k] Comm. 23.
[l] 2. Paral. 16. 1.

Joſaphat [m] anno *Achabi* 4. orſus eſt regnum: *Achab* [n] vero anno *Aſæ* Regis *Judæ* 38. Ita mortuus

[m] 3. Reg. 22. 41.
[n] Ibid. 6. 29.

eſt

Digitized by Google

eſt *Aſa* anno *Achabi* 4. nam 41. annos regnavit. Itaque anno *Aſæ* patris 41. & quarto *Achabi* deſinentibus, evectus eſt ad regnum *Joſaphat*, ut primus hujus cum majori parte quarti *Achab* congruat.

(a 3.Reg. 16.23.) Sed quod [a] *Achabum* ipſum attinet, bujus pater *Amri* 12. annis præfuit *Iſraelitico* regno, cœpitque *Aſæ* anno 27. ut paullo ante ſtatuimus. Igitur obiit anno 38. ejuſdem *Aſæ*, & eodem cœpit *Achab*. Ideo in ſerie Chronologica annos tantum 11. *Amri* tribuimus.

(b 3.Reg. 22.52.) *Ochoſiam* filium habuit *Achab*, [b] qui anno 17. *Joſaphati* regnum auſpicatus eſt, ac biennio regnavit. (c 3.Reg. 6.29.) [c] Porro *Achab* 22. annos regnavit & quarto ejus anno *Joſaphat* cœpit, ut jam diximus, vel ineunte quinto. Proinde *Achab* obiit anno *Joſaphati* 18. *Ochoſias* autem *Achabi* filius anno eodem patris 22. & *Joſaphati* 18. Quocirca non plenos 22. *Achabo* concedimus, ſed ultimi particulam, quam *Ochoſias* ejus filius explevit. Ita ambo iſti non 24. ſed 22. annos exegerunt.

De *Joramo* utroque, altero *Joſaphati*, altero *Achabi* filio, & *Ochoſiæ* fratre, ſimilis ænigmatis oritur quæſtio. (d 4.Reg. 3.1.) Nam *Achabi* filius [d] anno 18. *Joſaphati* cœpiſſe memoratur, & idem tamen [e] alibi iniiſſe fertur (e 4.Reg. 1.17.) anno *Jorami Judæ* Regis ſecundo. Hoc modo anno patris ſui *Joſaphati* 17. *Joram* Rex *Judæ* cœperit, mortuuſque ſit anno altero ante *Joſaphati* patris obitum; cui Scriptura reclamat. Quin ipſe *Joramus* Rex (f 4.Reg. 8.16.) *Judæ* regnare cœpit [f] anno quinto *Jorami* Regis *Iſraelis*. Hæc ἄπορα Scripturæ ita ſolvimus, ut *Joramum Joſaphati* filium quattuor annis circiter, hoc eſt triennio ſolido cum aliquot menſibus, commune putemus habuiſſe cum patre regnum: puta anno *Joſaphati* 22. cœpiſſe: quo mortuo quattuor alios adjecit; nam octo regnavit annos. At *Joramus Iſraelita* poſt fratris *Ochoziæ* mortem non ſtatim popularibus ſuffragiis regnum adeptus eſt, ſed ſex circiter vicariam regni præfecturam habuit donec legitimis comitiis a populo renuntiatus eſt. Ab anno itaque *Joſaphati* 18. ad ineuntem 24. Proregis titulo præfuit; cum ſecundus *Jorami Judæ* Regis eſſet in curſu; ex quo ſcilicet a patre *Joſaphato* in conſortium acceptus eſt. Qui viciſſim anno ejuſdem *Joſaphati* patris 22. cœpiſſe narratur: quinto *Jorami* alterius *Iſraelitæ*, ſi ab *Ochoziæ* morte computentur anni.

Annus primus *Joſaphati* eſt *Jul.* Per. 3800. *Jorami* vero fratris *Ochoziæ* vicariæ præfecturæ primus incurrit in annum 3817. ineunte *Joſaphati* 18. Porro *Joram* filius *Joſaphati* in regni conſortium adſcitus eſt a patre anno Per. *Jul.* 3821. quinto ineunte *Jorami* alterius, qui anno 3822. aut ſequente Rex a populo legitimis comitiis inſtitutus eſt, cum ſecundum ageret *Joramus Joſaphati* filius.

(*Ochozias Rex Judæ.*) De *Ochozia Judæ* Rege perplexum quiddam ſacris Libris proditum eſt. Nam pater illius *Joramus* [g] anno ætatis 32. regnare cœpit, & octo regnavit annis. (g 4.Reg. 8.7.) Igitur anno quadrageſimo ætatis ſuæ obiit. At *Ochozias* (h 2.Paral. 22.) cum regnare cœpit [h] annos natus erat duos & quadraginta, & anno uno regnavit. Biennio itaque ante patrem ortus eſt. Quare neceſſe eſt in *Hebræis* codicibus numerum eſſe corruptum, atque in 2. *Paralipomenon*, iiſdem ut in 4. *Reg. cap.* VIII. 25. pro (i 4.Reg. 11.1.) 42. legendum 22. quod in *Sixtiana* editione LXX. Interpretum loco illo libri *Paralipomenon* habetur.

(k 4.Reg. 12.1.) Poſt *Ochoziam Judæ* Regem mater ejus [i] *Athalia* tyrannidem occupavit annis 6. Excepit hanc *Joas* (l 4.Reg. 13.1.) *Ochoziæ* filius, [k] regnavitque annis 40. cujus anno (m Ibid. c. 12. 1.) 22. obiit *Jehu* Rex *Iſraelitarum*. Quippe [l] *Joachazus Jehu* filius anno *Joaſi Judæ* Regis exceſſit. (n 4.Reg. 14.1. & 2.) [m] *Joas* vero cœpit anno *Jehu* 7. *Joaſo* ſucceſſit *Amaſias* ejus filius, [n] imperavitque annos 29. ac ſecundo anno *Joaſi* (o 4.Reg. 13.10.) filii *Joachazi Iſraelitæ* Regis obiit. [o] *Joas* iſte anno *Joaſi* alterius *Judæ* Regis 37. cœpit, ac 16. regnavit annis. Igitur ſi *Joas Iſraelita* regnum orſus eſt anno *Joaſi Judæ* Regis 37. ejus ſecundus annus erit *Joaſi Judæ* Regis octavus & triceſimus. Eſt autem ſecundus *Joaſi Iſraelitæ* primus *Amaſiæ*. Quare *Amaſias* cœperit anno patris *Joaſi* 38. [p] Ad hæc *Amaſias* vixit an- (p 4.Reg. 14.17.) nis 15. poſt mortem *Joaſi Iſraelitæ*. Mortuus eſt igitur anno *Jeroboami*, ejus filii, 15. (q 4.Reg. 15.1.) [q] Atqui *Azarias* ſive *Oſias Amaſiæ* filius cœpiſſe dicitur *Jeroboami* 27. (r 4.Reg. 15.8.) [r] & *Zacharias Jeroboami* filius anno *Azariæ* 38. [s] *Sellum* deinde, ac *Manahem* anno *Azariæ* 29. (s Ibid. verſ. 13. & 17.) Porro ſi *Azarias* iniit *Jeroboami* 27. ultimus illius [t] (regnavit autem annos 52.) incidet in quartum *Oſee* Regis (t 4.Reg. 15.2.) *Iſraelitæ*, ut ex annis *Iſraelitarum* Regum in laterculo ſupra poſitis apparet. At hoc abſurdiſſimum eſt. [u] Nam *Oſee* cœpit anno *Achazi* nepotis *Azariæ* 12. (u 4.Reg. 17.1.) & præterea *Phaceja*, qui duodecimo fere anno poſt obitum *Jeroboami* ejus nominis ſecundi *Iſraelitarum* Regis iniit, cœpit [x] anno 50. *Azariæ*, & *Phacee*, qui (x 4.Reg. 5.23.) *Phacejæ* ſucceſſit, [y] anno *Azariæ* 52. (y Ibid. verſ. 27.)

Nos hæc ita invicem concilianda credimus, *Joachaz* anno regni ſui quinto decimo, qui fuit *Joaſi Judæi* 37. conſortem adhibuit regni filium *Joaſum*, illius cognominem, cum eoque biennio regnavit. *Joachazo* vita functo, *Joaſus* ejus filius anno *Joaſi Judæi* 39. novum regnandi cœpit exordium. Inde accidit, ut ejus anno ſecundo, mortuo *Joaſo*, qui annis 40. præfuit, ſucceſſerit *Amaſias*.

Sic *Jeroboami* ſecundi duplex initium fuiſſe conjicimus. Primum a patre *Joaſo* in communionem adſcitus eſt regni anno circiter illius ſexto, qui fuit *Amaſiæ* quartus; ſiquidem *Joaſi Iſraelitæ* ſecundo anno cœpit *Amaſias*, ut paullo ante diximus. Ita undecim annis cum *Joaſo* patre regnavit *Jeroboam*, eoque mortuo, & *Amaſiæ* quinto decimo, novum imperii primordium habuit, a quo 41. ejus anni proficiſcuntur. Porro *Amaſias*, qui undetriginta regnavit annis, obiit exeunte anno 15. *Jeroboami* a poſteriore initio, qui 26. a priore numerabatur. Hinc *Azarias* filius *Amaſiæ* anno 27. *Jeroboami* regnaſſe legitur.

Annus itaque 41. & ultimus *Jeroboami* incurrit in *Azariæ* 26. Verum poſt illius obitum interregnum fuit apud *Iſraelitas* annorum circiter duodecim, a 27. *Azariæ* ad 38. Siquidem an. 38. *Azariæ*, *Jeroboami* filius *Zacharias* regnum adiit, ut ſupra demonſtravimus, [z] a quo deinceps reliqui; *Sellum* menſe unico, qui cum *Azariæ* 39. componitur, eodemque *Manahem* cœpit, qui decem annos regnavit. (z 4.Reg. 15.) Quare anno expleto 38. *Azariæ* & inchoato 39. exorſus eſt *Zacharias*: tum *Sellum*. *Manahem* vero ſub initium quadrageſimi cœpit; *Phaceja* anno ejuſdem *Azariæ* 50. *Phacee* denique anno ejus ultimo, & 52. Jam vero [a] ſecundus annus *Phacee* primus eſt *Joathami* filii (a 4.Reg. 15.32.) *Oziæ Judæ* Regis, qui 16. regnavit annis. Proinde anno *Phacee* 17. deſiit. Verum [b] hoc ipſo 17. *Phacee* cœpit *Achaz Joathami* filius. (b 4.Reg. 16.1.) Primus ergo *Achazi* annus communis ipſi cum patre fuit: atque idcirco de annis 16. *Joathami*, vel *Achazi*, unus detrahendus eſt. Nos *Achazo* non hunc tantum, ſed alterum etiam adimimus. Id enim *Oſee* & *Ezechiæ* primordia poſtulare videntur.

Quippe [c] anno vigeſimo *Joathami* regnare cœpit (c 4.Reg. 15.30.) *Oſee* poſtremus Rex *Iſraelitarum*, hoc eſt, *Achazi* Regis *Judæ* 4. Nam *Joathamus* haud amplius ſedecim præfuit. At idem *Oſee* rurſus [d] anno duodecimo (d 4.Reg. 17.1.) *Achazi* regnaſſe dicitur, novemque anni illi tribuuntur, [e] Ad hæc *Ezechias* anno *Oſee* tertio cœpiſſe fertur. (e Ibid. cap. 18.) Itaque duplex regni auſpicium habuit *Oſee*: alterum ab anno *Achazi* 4. uſque ad 12. in quo nonum annum attigit. Exinde novum initium regnandi fecit ab anno 12. ejuſdem *Achazi* jam finito & inchoato 13. cujus poſterioris regni anno tertio, hoc eſt, *Achazi* patris ineunte decimo ſexto, regnavit *Ezechias*.

Quo-

Quocirca Chronologicos annos *Achazo* 14. haud amplius adſcribimus. Nam de ſedecim, quos ei Scriptura tribuit, primum *Joathamo* ejus pareoti ultimum *Ezechiæ* filio concedimus. *Oſee* porro in totum 17. vel 18. annos *Iſraelitarum* rexit populum, ab anno ſcilicet *Achazi* quarto, ad *Ezechiæ* 6. quo ab *Aſſyriis Iſraelitarum* exſtinctum eſt regnum. In reliquis *Judæ* Regibus nulla vehementior eſt temporum quæſtio, præterquam de ſeptuagenaria ſervitute ab *Jeremia* prædicta, de qua nonnulla dicentur.

CAPUT XII.

De ſeptuaginta ſervitutis annis, quos Hieremias *Propheta prædixit.*

Vide lib.12. de Doct. Temp. c. 22. & ſeq. a Hier. 25,10.

JUdæorum ſervituti annorum 70. ſpatium *a* præfinit *Hieremias*, qui tam *Hebræos* ipſos, quam vicinos eireum populos a *Nabuchodonoſoro* Rege *Chaldæorum* opprimendos ait ſerviture miſerrima annis ſeptuagiota. Id autem vatteinium editum eſt anno 4. *Joakimi*, primo *Nabuchodonoſori*; paullo antequam *Joachimus* in illius poteſtatem veniret, ac ſtipendarius fieret. Ejuſdem imervalli fit & capite 29. mentio ſub id rempus, quo *Jechonias* in *Babylonem* ductus eſt. Item poſt æquatam ſolo *Hieroſolymam* terra dicitne egiſſe ſabbata ſua, id eſt, vaſtitate ac ſolitudine damnata eſſe, donec implerentur aoni 70. Denique *Daniel cap. 9. deſolationis ſeptuaginta annos* ab *Hieremia* conſtitutos refert ad id tempus, quo calamitati illi modus adhiberetue. Tria ſunt igitur tempora, unde duci poteſt ſeptuagenaeit illius intervalli principium. Nos vero ex omnibus primum jure deligimus; atque ab anno 4. *Joakimi*, *Nabuchodonoſori* primo deducimus. Quod ex *Jeremiæ* verbis *cap.* 25. haud obſcure conficitur. Non enim ſpatium iſtud *Hieroſolymorum* tantummodo ac templi vaſtitati præſtituit; neque *Judæorum* exſilio, ut complures exiſtimant: ſed tam horum, quam circumfuſarum nationum ſervituti, *Ammonitarum*, *Palæſtinorum*, *Moabitarum*, *Idumæorum*, aliorumque, quos omnes primo ipſo in *Syriam* adveotu ſuo *Nabuchodonoſorus* ditioni paternæ ſobjecit, ut ex *Beroſo* poſtea declarabitue. At, quod *Judæos* ipſos attinet, etſi ab *Aſſyriis* & *Chaldæis* alias ante vexati populatique fuerant, nondum tamen perpetua iis erat impoſita ſervitus cum tributi aonui pactione: ab illo quarto anno *Joakimi*, libertate penitus amiſſa, *Babylonio* Regi, uſque ad *Cyri* tempoea, deinceps ſubjecti ſunt. Ideo memorabilis epocha illa fuit *Judaicæ* ſervitutis, & libertatis *Judæ* Regibus ae populo ereptæ, quæ ut ante non aceiderat, ita poſtea propagata majora paullatim incrementa cœpit.

2. Paral. 36,20.

Deſinit autem intervallum illud in primum annum *Cyri*, non quo regnare cœpit, ſed quo, *Babylonia* ſubacta, *Judæis*, qui illic attinebantue, edicto ſuo redeundi poteſtatem teibuit; quod anno Pee. *Jul.* 4176. eveniſſe poſtea docebitue. Quartus annus *Joakimi* fuit Periodi *Julianæ* 4107. Ablatis ergo 4106. de 4176. reliqui ſunt ſeptuaginta. At ioitium *Perſici* regni annus eſt Peeiodi *Jul.* 4155. ad quem anni ab *Joakimi* quaeto noo plures ſunt, quam 22. Multo minus reſpondebunt ſpatia, ſi ab *Jechonia*, vel excidio & clade *Sedeciæ* ducatue exordium. Quare ne aliunde quidem licet, quam ab quarto *Joakimi*, ſeptuaginta iſtos annos evolvere, ſi ceetam *Babyloniorum*, *Perſicorum*, ac *Judaicorum* temporum rationem admitiimus, quam cum de prioribus duobus agetur, validiſſime ſtatuemus. Quæ vero contea nos opponi ſolent, ea io *lib.* 12. *de Doct. Temp. cap.* 24. diſſolvimus.

„ *De ſeptuaginta ſervitutis annis, deque duplici Nabuchodonoſoris initio.*

„ SEptuagiota ſervitutis Judaicæ anni, quorum ſæpius memioit Scriptura, ab anno quarto Joakimi, primo Nabuchodonoſoris, incipiendos eſſe ſupea diximus, & ſuadent Hebræi omnes, itemque Theodoretus, Liranus, Petavius, Uſſeeius, & alii, quibus aſſentiri par eſt, ſi Prophetæ verba diligentius atteodantur, quæ paullo antequam Judæus Rex in Babylonici poteſtatem veniret, ae ſtipendiarius ejus fieret prolata ſunt. *Pro eo quod non audiſtis verba mea, ecce ego mittam & aſſumam univerſas cognationes Aquilonis, ait Dominus, & Nabuchodonoſor Regem Babylonis ſervum meum: & adducam eos ſuper terram iſtam, & ſuper habitatores ejus, & ſuper omnes nationes quæ in circuitu ejus ſunt.... & erit univerſa terra hæc in ſolitudinem & ſtuporem, & ſervient omnes gentes iſtæ Regi Babylonis ſeptuaginta annis.* Hier. 25. 9. 11.

„ Nam etſi Judæi ab Aſſyriis & Chaldæis alias ante vexati fuerant, noodum tamen peepetua eis eeat impoſita ſervitus, cum tributi annui pactiooe. Ab illo vero quarto aono Joakimi, libertate penitus amiſſa, Babylonis Regi uſque ad Cyri tempora deinceps ſubjecti ſunt. Ideo memorabilis epocha illa fuit Judaicæ ſervitutis & libertatis ereptæ, quæ ut ante non acciderat, ita poſtea propagata majora paulatim incrementa cœpit, donec Dominus ſuſcitaret ſpiritum Cyri Regis Perſarum, quem eo prælertim cooſilio ad regium faſtigium evexerat, ut populum ſuum libertate donaret. Id autem factum eſt eo anoo, oon quo primum Imperator declaratus eſt Cyrus in Perſide, ſed quo poſt ſubactam Babylonem, & mortuum Darium Medum, ſive Cyaxarem avunculum ſuum, ae Cambyſem patrem vita functum, Orientis monarchiæ ſolus potitus eſt, a qua & ἀρχῆς illius anoos 7. in Inſtit. l. 8. denumerat Xenophoo, & primum illius annum ex ipſis Medorum & Perſacum archivis ſacra deducit Scriptura. Hoe enim aooo celebre illud edictum promulgatum eſt, cujus initium: *Hæc dicit Cyrus Rex Perſarum: omnia regna terræ dedit mihi Dominus cæli* 2. Paral. 36. 33. & 1. Eſdræ l. 2. Eſt autem is annus, ut poſtea declarabitur in Per. Jul. 4176. quartum autem Joakimi annum eſſe 4106. patet ex dictis ſupta allatis, ergo 4106. de præcedenti num. 4176. reliqui fient ſeptuaginta illi anni de quibus agimus.

„ Porro quod diximus annum primum Nabuchodonoſoeis cum Joakimi quarto concuerere, habeturque Jerem. 25. 1. non ſic accipi volumus, ut de eo anno quo ſolus poſt mortem patris Nabopolaſſari regoavit, intelligatue; ſed de eo quo in ſocietatem regni aſſumptus a patre cum parte exercitus adverſus rebellem Cœleſyriæ Satrapam miſſus, ut ex Beroſo referunt Joſeph. Antiq. l. 10. c. 1. & 1. contra Appioo. & Euſebius l. 9. de Præpar. io Judæam quoque aſcendit ſervumque ſibi Joakim effecit, ut eſt 4. Reg. 24. 1. ac Dan. l. 1.

„ Duplex enim ex ipſa Scriptura ſtatuendum eſſe Nabuchodonoſoris initium nemo negabit ut opinor, qui dictum Jeremiæ locum cum Danielis 1. 1. & 2. 1. contulerit. Nam cum dicatur Danielis 1. 1. Nabuchodonoſor veniſſe iu Jeruſalem anno 3. (deſinente) regoi Joakim, ſive ut eſt Jeremiæ 25. 1. quarto (ineunte) quem Hieremias cum Nabuchodonoſoris primo conjungit. Qui hoc cum eo quod Daniel. ait c. 2. conveniet, ſe nimirum

„ Nabuchodonoſoris anno ſecundo explicaſſe ſo-
„ mnium de ſtatua; niſi duplex ejus regni initium
„ conſtituamus? Non potuit enim id quod de ſe te-
„ ſtatur Daniel anno 2. ab capto Joakimo contigiſ-
„ ſe ſi quidem ut demus eum eodem anno transla-
„ tum Babylonem, tribus tamen annis enutritus &
„ formatus fuit antequam ſteterit coram Rege, ut
„ exprimitur cap. 1. 5.

„ Quæ vero in opinionis contrariæ propugnatio-
„ nem affert Labbæus in priore editione Concordiæ
„ Chronologicæ, ea ſunt minimi facienda, nec ab-
„ ducere nos poſſunt a Petavii, & aliorum Chro-
„ nologorum ſententia. Illa refellere hic animus non
„ eſt, cum antequam a Labbæo propugnata fuerit
„ hæc ſententia, ejus momenta everterit Petavius,
„ in libro duodecimo de Doctrina Temporum ca-
„ pite trigeſimo quarto.

CAPUT XIII.

De Tyriorum *Regibus*, *deque* Tyri *&* Charthaginis *conditu*.

Vide l. 9. de Doct. Temp. c. 62.

JOſephus *libro* 1. *contra Appionem*, ex Archiviis *Tyriorum* atque ex *Dio*, & *Menandri* libris, *Tyriorum* aliquot Regum ſeriem refert, quorum notitia Hiſtoriæ ſacræ profanæque lucem poteſt afferre. Eſt autem ſeries duplex, priorum videlicet Regum, atque poſteriorum. In priori, poſt *Abibalum*, *Hiramus* ejus filius ponitur, quo cum *Davidi* & *Salomoni* amicitia fuit, cui [a] annos regni tribuunt triginta quattuor, *Joſephus* anno ipſius 11, cœptam eſſe templi exædificationem aſſerit, quamvis *l.* 1. *contra Appionem* duodecimum ponat. Sed in eo falſus eſt *Joſephus*, & qui hunc ſecuti ſunt: nec non Annales *Phœnicum*, qui non plures quam 34. annos imputant. Etenim ex Hiſtoria ſacra [b] liquet, *Hiramum* ſub id tempus, quo *David*, mortuo *Isboſetho*, totius *Judaici* nominis principatum obtinuit, jam in *Tyro* regnaſſe, ac *Davidi* familiarem fuiſſe, Id autem anno circiter 8. vel 9. poſtquam a *Juda* tribu inunctus erat, accidit; a quo ad templi conditum anni ſunt 36. vel 37. Atqui poſt templum operaque cetera ab *Salomone* perfecta, adhuc in vivis erat, hoc [c] eſt anno *Salomonis* 23. [d] ſiquidem domum ſuam, quam poſt templum 13. annis extruxit, abſoluto jam templo condidit; immo longius etiam ſuperſtes fuit, ut ex Scriptura conſtat. Sane vitari non poteſt, quin anno ſaltem viceſimo *Salomonis* vixerit *Hiramus*. Quippe [e] expletis viginti annis, *poſtquam ædificavit* Salomon *domum Domini & domum ſuam*, viginti civitates *Hiramo* dedit; tametſi haud adeo certo tempus concipi poſſit. Sed de viceſimo anno indubitata res eſt, ſive ab initio regni *Salomonici*, ſive a jactis templi fundamentis putatur. Quare graviſſimus iſte eſt hactenus Annalium error, Etenim 53. annos regnavit, ut minimum, *Hiramus*; videlicet ab 8. *Davidis*, ad 20. ſaltem ejus filii *Salamonis*. Quod ſi anno regni 23. aut 24. ædificia ſua *Salomon* abſolverit, ad 56. aut 57. annum pervenit *Hiramus*, quod in *Chronico libro* 13. *de Doct. Temp.* ſecuti ſumus. Ita anno *Hirami* 37. non 11, vel 12. *Salomon* templi fundamenta poſuit. Non enim fingi poteſt alter ejuſdem nominis, qui *Davidis* amicus a poſteriore diverſus fuerit, qui *Salomonis* ætate vixit, Ejuſmodi enim nullus in ſerie *Tyriorum* Principum ponitur. Ac præterea eumdem illum *Hiramum*, [f] *qui* Davidis *amicus fuerat omni tempore*, *Salomoni* opem navaſſe, Scriptura demonſtrat, Nunc Regum ſeriem hic deſcribemus, cum annis ſingulorum ex *Phœnicum* Annalibus depromtis: niſi quod *Hiramo*, iis, quas dixi, de cauſſis non 34. annos, ſed 56. aſſignavimus.

[a] Joſeph. antiq. 8. 2. *Error Joſephi*

[b] 2. Reg. 5. & 1. Paral. 14.

[c] 3. Reg. 9. & 2. Paral. 8.

[d] 3. Reg. 7.

[e] 3. Reg. 9 10. & 2. Paral. 8. 2.

[f] 3. Reg. 5. 2.

Laterculum Regum *Tyri* priorum.			
		Anni regni.	Initium in annis Per. *Jul.*
1	*Abibalus*	00	000
2	*Iromus*	56	3666
3	*Baleazarus*	7	3722
4	*Abdaſtratus*	9	3729
5	*Nutricis Abdaſtrati filius*	12	3738
6	*Aſtratus*	12	3750
7	*Aſſerymus*	9	3762
8	*Phales*	M. 8.	3771
9	*Ithobalus Aſtartæ Sacerdos*	32	3772
10	*Badezorus*	6	3804
11	*Margenus*	9	3810
12	*Pygmalion*	47	3819
Deſiit *Pygmalion* anno 3866.			
Colliguntur anni, quibus regnarunt, 199. M. 8.			

Ithobalus ille eſt ipſe, cujus filiam *Jezabelem* [g] duxit impius *Achab*; & ſane tempus mirifice congruit.

[g] 3. Reg. 16. 31. Vide lib. 9. de Doct. Temp. cap. 63.

Poſteriorum *Tyri* Regum, qui circa *Nabuchodonoſori* & *Cyri* tempora vixerunt meminit ex *Tyriorum* Annalibus *Joſephus* eodem *libro contra Appionem*. Sed obſcure tempus illorum concipit, quod tamen ex ejus verbis haud levi conjectura ſic extricabimus, ut in ſequenti laterculo vides,

Poſteriorum Regum *Tyri* catalogus.			
		Anni regni,	Initia in Per. *Jul.*
1	*Ithobalus*	24	4116
2	*Baal*	10	4140
3	*Eonibalus*	M. 2.	4150
4	*Chelbes*	M. 10.	4150
5	*Abbarus Pontifex*	M. 3.	4151
6	*Mytgonus* }		
7	*Geraſtratus* }	6	
8	*Balatorus*	1	4157
9	*Merbalus*	4	4158
10	*Iromus*	20	4162

Anno *Ithobali* ſeptimo *Tyrum* obſidere cœpit *Nabuchodonoſor*, ut ex *Joſephi* verbis, quamlibet depravatis, *l.* 1. *contra Appionem* [h] oſtendimus. At vero anno 14. *Iromi Cyrus Babylone* potitus eſt, eodem teſte, Intervallum a ſeptimo *Ithobali* ad decimum quartum *Iromi*, anni 54. M. 3. ut putant Annales *Tyrii*, & ex his *Joſephus*. Ab initio vero *Baalis* ad 14 *Iromi*, anni intercedunt 36. menſeſque tres. Quippe horum omnium Regum, præterquam *Ithobali*, annos expreſſit *Joſephus* ex Archiviis *Tyriorum*. Si de annis 54. ac 3. menſibus detrahas annos 36, menſeſque tres, reſidui erunt octodecim anni ſolidi a ſeptimo *Ithobali* ad ejus obitum. Quocirca quattuor & viginti regnavit annis, quot in laterculo poſuimus. Jam vero *Babylone* primum potitus eſt *Cyrus* anno Periodi *Jul.* 4176. ut demonſtrabitur. Detractis 54. annis, menſibuſque tribus relinquetur annus labens e Periodo *Jul.* 4122. in quem ſeptimus incurrit *Ithobali*; idemque eſt *Nabuchodonoſori* 16. & primus obſidionis *Tyriæ*, quod paullo poſt ſuadebitur. Ergo cœpit *Ithobalus* anno Per. *Jul.* 4116.

[h] Vide l. 9. de Doct. Temp. c. 63.

Ex iiſdem

a Joſeph. Antiq. 8. 2. Ex iiſdem *Tyriorum* Annalibus refert *Joſephus* [a] *Tyrum* habitari cœpiſſe annis 240. ante templi conditum, qui incidit in annum Per. *Jul.* 3702. Quocirca *Tyrus* frequentari cœpit incolis ſub annum ejuſdem Periodi 3462. mundi 2732. *Gedeonis* tempore.

Carthaginis conditur. Vide l. 9. de Doct. Temp. c. 63. *Tyriorum* colonia *Carthago* fuit, de cujus origine mira eſt in Hiſtoria varietas opinionum: quæ ex eo videtur orta, quod urbs iſta paulatim ac per partes exſtructa & amplificata fuerit. Itaque alii *Trojano* bello antiquiorem illius originem faciunt annis vel triginta, ut *Philiſtus* apud *Euſebium* in *Chronico*, vel quinquaginta, ut *Appianus* initio *Africanæ*: utrobique *Zorus* & *Carchedon* condidiſſe dicuntur. Alii *Troicis* rebus poſteriorem memorant [b] *Phœnicum* Annales, ex iiſque *Menander*, *Pygmalionis* anno ſeptimo *Didonem Tyro* profectam in *Africa* condidiſſe *Carthaginem* referunt. Is eſt annus Periodi *Jul.* 3825. quod ex iis conſtat, quæ de *Hirami* tempore paullo ante attigi. Quippe anno *Davidis* octavo, Periodi *Jul.* 3666. jam *Tyrus* regnabat: pervenitque, ut minimum, ad *Salomonis* viceſimum, & annum Per. *Jul.* 3722. ac 56. annos explevit. Exinde Reges ceteri, ex *Joſephi* & Annalium *Tyriorum* calculo, ad uſque *Pygmalionis* ſeptimum, annos exhibent 103. menſes 8. qui in annum perficiunt Per. *Jul.* 3825. qui eſt ab excidio *Trojano* 296. ante primam Olympiadem 114. *Romam* vero 137. quam ſententiam, ut probabiliorem ceteris, amplectimur. Non tamen *Joſepho*, ſive iiſdem illis Annalibus, aſſentimur; quatenus ab initio *Hirami* ad ædificationem *Carthaginis* annos numerant 155. menſes 8. & ab jactis *Salomonici* templi fundamentis ad eamdem *Carthaginem* annos 143. menſes 8. quaſi anno *Hirami* undecimo *Salomon* ædificare cœperit. Huic enim Scriptura penitus adverſatur. Licet tamen numerum hunc annorum 144. inter templi & *Carthaginis* initia hoc tueri modo, ut principio arcem duntaxat *Tyrii* condiderint, quam *Botſran* nominarunt; *Græci Byrſam*: poſt annos deinde 21. *Carthadam*, ſive *Carthaginem*. Annus conditi ab *Salomone* templi fuit *Hirami* 37. ut ſupra declaratum eſt. Inde ad ſeptimum *Pygmalionis* anni ſunt 122. menſes 8. reliqui ſunt ad complendum intervallum *Joſephi* anni 21.

b Apud Joſeph. lib. 1. contra Appion.

Solin. c. 30. Ab hac opinione noſtra haud longe *Solinus* abſceſſit, qui *Carthaginem* poſt annos 737. quam condita fuerat, everſam aſſerit. Exciſa porro eſt anno U. C. 608. *Lentulo* & *Mummio* Coſſ. Per. *Jul.* 4568. de quo demtis 737. reſtat annus Per. Jul. 3831. ante urbem *Romam* 131. At *Juſtinus* annis ante eamdem *Romam* 72. *Vellejus* 65. *Dionyſius Halicarnaſſenſis* ex *Timæo* ante primam Olympiadem annis 38. qui ſunt ante *Romam* circiter 162.

Botſram a *Pœnis* arcem dixi nominatam *Hebraico* vocabulo בצלא; poſt *Carthada* vocata eſt, ait *Solinus*, quam *urbem novam* hoc eſt *καινὴν πόλιν* interpretatur קרית חדתא. Ex *Boſra Græci* Βύρσαν fecere, quod, *corium* ſignificat, atque ex fabula duxere appellationis originem, quam *Virgilius* ſecutus eſt.

Appian. init. Punic.

CAPUT XIV.

De *Lycurgi* ætate, ac *Medorum*, & *Macedonum* regnis.

L*Ycurgus Lacedæmoniorum* Legiſlator qua tempeſtate floruerit, dici pro comperto non poteſt; ita diverſæ ſunt de eo Priſcorum ſententiæ, quas Vitæ ejus initio *Plutarchus* attigit. *Herodotus* in primis *Leobotæ* Regis tutorem illum ait fuiſſe; qui in *Euryſthenidarum* familia quartus ab *Euryſthene* cenſetur, atque ab *Euſebio* regnaſſe perhibetur anno *Abraami* 994. qui fit Periodi *Jul.* 3691. ante primam Olympiadem circiter 248. Sunt qui æqualem faciant *Iphiti*, a quo prima inſtaurata eſt Olympias. Sic [c] *Athenæus*, & [d] *Pauſanias*. Plerique *Charilai* *Polydecti* filii ex *Proclidarum* familia, tutorem exſtitiſſe putant. Ita *Plutarchus*, & *Juſtinus*. *Eratoſthenes* apud *Clementem Alexandrinum* anno poſt *Trojæ* cladem uno minus 300. ante primam Olympiadem octavo & centeſimo *Licurgi* tutelam adſcribit; qui eſt annus Per. *Jul.* 3830.

c Lib. 14.
d Eliac. 1. p. 150.

Medorum primordium congruit anno 100. ante primam Olympiadem. Quod in hunc modum probatur. *Cteſias* apud *Diodorum libro* 2. *Medorum* ab *Arbace* Regum ſeriem ita deſcribit.

Medorum Regum ſucceſſio e *Cteſia*			
	Reges	Anni regni.	Anni Periodi *Jul.* quo cœperunt.
1	*Arbaces*	28	3838
2	*Mandauces*	50	3856
3	*Soſarmus*	30	3916
4	*Artycus*	50	3946
5	*Arbianes*, qui & *Cardiceas*	22	3996
6	*Arſaces*, qui & *Dejoces*	40	4018
7	*Artynes*, qui & *Phraortes*	22	4058
8	*Aſtibaras*, qui & *Cyaxares*	40	4080
9	*Apandas*, qui & *Aſtyages*	53	4120
Colliguntur anni 317.			

Aſtyagis annos prætermiſſos a *Cteſia* ex *Herodoto* ſupplevimus. Igitur *Aſtyages* poſtremus *Medorum* Principum ab *Cyro* nepote exutus imperio eſt anno primo Olympiadis 55. ut poſtea demonſtrabitur; hoc eſt anno Per. *Jul.* 4155. de quibus ſi annos 317. detrahas, reſiduus erit annus Per. *Jul.* 3838. Porro *Cyri* primordium, & *Aſtyagis* exitus demonſtratione conſtat, quam ſuo loco proponemus. Proinde recte conſtitutum a nobis eſt regni *Medorum* exordium ex hiſtoria *Cteſiæ*, quem ceteris, qui eadem de re ſcripſerunt, fide digniorem merito *Diodorus* exiſtimat, quoniam apud *Perſas* in *Artaxerxis Mnemonis* comitatu vixit annis pluribus, & ex Archiviis *Medorum* *Perſarumque* ſe ea, quæ memoriæ prodidit, hauſiſſe profitetur. At *Herodotus Medorum* Reges quatuor duntaxat enumerat, quorum primus eſt *Dejoces*; eoſque annis 150. regnaſſe perhibet. *Euſebius* annos huic regno dat 259. *Juſtinus* 350. *Agathias* e *Cteſia*, *ἐπὶ οὐ μεῖον ἢ τριακόσια non pauciores trecentis annos* expreſſe ſcribit.

Macedonum regnum, ab *Carano Phidonis Argivi* frater cœptum, haud dubio exitu terminatur: ſed initium ſola auctoritate conſtat. Poſtremus Rex *Perſeus Philippi* filius a *Paulo Æmilio* ſuperatus eſt anno urbis *Varroniano* 586. qui incurrit in annum 1. Olympiadis 153. Per. *Jul.* 4546. ante *Chriſti* æram 168. Quod ex ea Lunæ defectione colligitur, quæ pridie ejus diei, quo factum prælium eſt, incidit, ut ſcribit *Livius*, noſque ſuo loco notavimus. Hic igitur *Macedonici* regni poſtremus eſſe debet annus. Primus [e] ab *Euſebio* ad annum *Abraami* ponitur 1203. qui ex methodo *Euſebianorum* annorum in Periodo *Juliana* numeratur 3900. Quare *Macedonicum* regnum annis obtinuit circiter 647.

e Euſeb. in Chron. ex edit. Pontaci.

Reges fuere 39. quorum catalogus non uno modo apud *Euſebium Latine* ab *Hieronymo* redditum, & *a* in *Dexippi* Fragmento, ac *Georgii* Monachi Excerptis, tum apud *Diodorum* legitur. Nos, ut probabile viſum eſt, iis ex Auctoribus hunc in mudum confecimus.

a Apud. Scal. in Gr. Euſ. p. 47.

Catalogus Regum *Macedoniæ* ex *Dexippo*, *Diodoro*, & *Euſebio*.

		Anni regni.	Anni Per. *Jul.* quibus inierunt
1	*Caranus*	28	3900
2	*Cœnus Carani* filius	28	3928
3	*Thurimas Cœni* filius	45	3956
4	*Perdiccas Thurimæ* filius	48	4001
5	*Argeus Perdiccæ* filius	32	4049
6	*Philippus Argei* filius	35	4081
7	*Æropas Philippi* filius	42	4116
8	*Alcetas Æropæ* filius	28	4158
9	*Amyntas Æropæ* filius	49	4186
10	*Alexander Amyntæ* filius	43	4235
11	*Perdiccas II. Alexandri* filius	23	4278
12	*Archelaus Perdiccæ* filius	14	4301
13	*Oreſtes Archelai* filius	0	4315
14	*Æropas tutor Oreſtis*	4	4315
15	*Pauſanias Æropæ* filius	1	4319
16	*Amyntas* primo	1	4320
17	*Argeus*	2	4321
0	*Amyntas* iterum	21	4323
18	*Alexander Amyntæ* filius	2	4344
19	*Ptolemæus Alorytes Amyntæ* filius	3	4346
20	*Perdiccas Amyntæ* filius	5	4349
21	*Philippus Amyntæ* filius	24	4354
22	*Alexander Philippi* filius	12	4378
23	*Arideus Philippi* filius	7	4390
24	*Caſſander Antipatri* filius	19	4397
25	*Philippus Caſſandri* filius	1	4416
26, 27	*Antipater* & *Alexander* } *Caſſandri* filii	3	4417
28	*Demetrius Poliorcetes*	6	4420
29	*Pyrrhus*	M. 7.	4426
30	*Lyſimachus*	A. 5. M. 6.	4427
31	*Ptolemæus Lagi* filius κεραυνὸς	A. 1. M. 5.	4433
32	*Meleager Lagi* filius	M. 2.	4434
33	*Antipater*	D. 45.	4434
34	*Soſthenes*	2	4434
35	*Antigonus Gonatas Demetrii Poliorcetæ* filius	36	4436
36	*Demetrius Gonatæ* filius	10	4472
37	*Antigonus* Δώσων	12	4482
38	*Philippus Demetrii* filius	42	4494
39	*Perſeus Philippi* filius	11	4536

Deſiit *Macedoniæ* regnum anno 4546. Per. *Jul.* poſtquam perſeveravit annos integros 946.

Horum in Regum ſerie quædam animadverſione digna ſunt. *b* Primum quod ad *Perdiccam* undecimum Regem attinet, ejus initium finemque perperam ab *Euſebio* collocari in anno 1. Olympiadis 80. *Abraami* 1557. qui congruit Per. *Jul.* 4254. cui quidem *Perdiccæ* primum annum *c Scaliger* adſcribit. Ita cum annis regnaſſe velint ambo 28. deſinet in anno Per. *Jul* 4282. qui proxime belli *Peloponneſiaci* exordium anteceſſit. Atqui anno belli 15. regnabat idem ille *Perdiccas* ut fidem facit gravis in primis Auctor *d Thucydides*. Caſtigandus itaque eſt longe graviſſimus hic error, & *Perdiccæ* primordium ad annum Per. *Jul.* 4378. accommodandum, quo cœpit annus 1. Olympiadis cxi. Et quidem *e Diodorus* ad annum ſequentem meminit *Perdiccæ Macedonum* Regis. Sed quot annis regnarit, haud una ſententia eſt, ut refert *f Athenæus*. Nos 23. cum *Marſya*, *Philocoro*, *g* ac *Dexippo* tribuimus. Proinde obiit anno Per. *Jul.* 4301. belli *Peloponneſiaci* 19.

b Vide Paral. Oper. de Doct. Temp. p. 848.
c Lib. 2. Iſag. Can. p. 163.
d Lib. 5. p. 400. edit. Græco-Lat.
e Lib. 11.
f Lib. 5.
g In excerpt. 62. Euſeb. p. 47.

Hinc *Alexandri* patris illius exordium ſtatuimus circa annum Per. *Jul.* 4235. qui proximus eſt ab expeditione *Xerxis* in *Græciam*. Nam 43. anni *Alexandro* competunt ex *Græcis Euſebii Collectaneis*, *Archelao* vero 14. quamvis *Diodorus* ſeptem dumtaxat ei tribuat. Nos *Dexippum* ſequi maluimus. Deinceps ad *Alexandrum* uſque *Magnum* Regum decem tempora ex *Diodoro* conſtituimus. In quibus *Dexippi* fragmentum haud ſatis integrum exſtat.

DIONY-

Digitized by Google

DIONYSII PETAVII

E SOCIETATE JESU

RATIONARII TEMPORUM

PARTIS SECUNDÆ LIBER TERTIUS.

CAPUT I.

De initio ludorum Olympicorum, *quos inſtauravit* Iphitus.

Vide lib. 9. de Doctr. Temp. c. 37. & ſeq. ad Olymp. 3.

PAullatim ad ea tempora progredimur, quæ certi aliquid & explorati in *Græcorum* Hiſtoriam conferunt: in quibus principem locum tenent Olympiades, quæ poſt annos vertentes quattuor inſtaurabantur. Scribit *Pindari Scholiaſtes* eos ludos alternis in menſem quadrageſimum nonum & quinquageſimum incurriſſe, hoc eſt in *Apollonium* menſem, aut *Parthenium*. Quod de vetere anno lunari debet accipi, cujus modus nimium diſtabat ab exacto. Quattuor anni ſimplices octo & quadraginta menſibus conſtant, quibus evolutis quadrageſimo nono menſe, hoc eſt initio Tetraeteridos alterius, ludi committebantur. Poſtea menſis unus intercalabatur. Ideo in quinquageſimum menſem cadebant. Sed hujus anni forma propter vetuſtatem ignota eſt hodie.

Tempus ludorum.

Legitimum tempus ludicri peragendi fuit æſtivum, ſub ipſum ſolſtitium; (quod in *Paralipomenis Operis de Doct. Temp. pag.* 850. accurate demonſtravimus ex *Herodoto*, *Cenſorino*, & aliis) tametſi non diffitendum eſt, interdum lerius eſſe commiſſos. Sed id præter ordinem moremque contigit; ut eo anno, quo *Julius Cæſar* interfectus eſt, cum *Cicero* navigare vellet in *Græciam*, videntur in *Septembrem* menſem prorogati ludi, ut ex *lib.* 15. *Epiſt. ad Attic. Epiſt.* 7. haud abſurde colligitur; quod recte *Vendelinus* noſter obſervavit. Legitimum tamen & ordinarium tempus æſtivum fuit.

Prima Olympiadis tempus.

Primum ludicrum *Olympiadicum* eo anno celebratum eſt, qui eſt ſeptingenteſimus ſeptuageſimus ſeptimus ante primum annum æræ *Chriſtianæ*; & eſt in *Juliana* Per. 3938. mundi 3208. circa triceſimum quartum *Azariæ*, ſive *Oziæ*, Regis *Judæ*, quod certiſſimis argumentis ex Hiſtoria & cæleſtibus obſervationibus adſtruitur. In primis autem ex *Thucydide* colligitur, qui Solis deliquia duo, unum Lunæ contigiſſe ſcribit totidem in annia *Peloponneſiaci* belli. *a* Velut anno primo ſolem ait defeciſſe poſt meridiem. Bellum *Peloponneſiacum* cœpit anno primo exeunte Olympiadis 87. ſequente ſecundo. Nam *b* anno quarto belli labente incidit *Olympicus* agon, quo vicit pancratio *Doridus Rhodius* iterum, quæ fuit Olympias 88. ergo anno quarto exeunte Olympiadis 87. cœpit annus quartus belli *Peloponneſiaci*. Quippe *ἅμ᾽ ἦρι ἀρχομένῳ, ineunte vere*, anni *Peloponneſiaci* belli inchoandi ſunt, ut idem auctor eſt *c Thucydides*. *d* Item anno belli duodecimo *Olympia* peracta ſunt, quibus *Androſthenes Arcas* pancratio vicit, Archonte *Athenis Euclide*, quando *Lacedæmonii* ab *Eleis* excluſi ſunt. Ea non alia eſt Olympias, quam nonageſima. Proinde definente anno quarto Olympiadis 89. duodecimus annus iniit belli *Peloponneſiaci*. Ex quo ſequitur primum belli cadere in annum primum Olympiadis 87. Secundum Solis deliquium notatur ab *e* eodem Hiſtorico anno octavo ineunte belli *Peloponneſiaci*, quo Sol ex parte defecit. Ad hæc *f* incipiente duodecimo anno belli *Athenienſes* fœdus ait annorum centum iniiſſe cum *Argivis*, *Eleis*, ac *Mantineis*, ac ſequenti æſtate ludos *Olympicos* incidiſſe, quibus *Androſthenes Arcas* vicit *pancratio* primum. Fuit hæc Olympias nonageſimo. *g* Denique Lunam defeciſſe narrat anno 19. belli, quando *Athenienſes* a *Siculis* victi & profligati ſunt cum eorum duce *Nicia*. Non poſſunt hæc abire, quin prima eclipſis contigerit anno Periodi *Julianæ* 4283. ſecunda anno 4290. tertia anno 4301. Bellum quippe *Peloponneſiacum* cœptum eſt anno Per. *Jul.* 4283. uti poſtea probabitur: quo anno Sol defecit *Auguſti* tertio, feria 4. hora 5. 53. a meridie, idque *Athenis*: fuitque defectio digitorum $10\frac{1}{2}$. fere. Anno vero 4290. idem ſidus *Martii* 21. defecit, feria 4. hora 8. 17. poſt noctem mediam, digitis circiter novem. Denique an. 4301. Luna defecit *Auguſti* 27. paullo ante mediam noctem. Igitur Olympias 87. cœpit anno eo *Juliano*, qui initium belli proxime anteceſſit, nimirum anno Per. *Jul.* 4282. Olympias 88. iniit anno 4286. Olympias nonageſima anno 4294. Quare ſi Olympiades integræ 86. quaternario multiplicentur, (nam quælibet annis conſtat quattuor) conficient anni 344. a primo agone *Iphiti*. Hi detracti de anno 4282. quo Olympias 87. cœpit, relinquunt annum *Julianæ* Periodi 3938. ante *Chriſtianam* æram 777. quo primus agon *Olympicus* indictus eſt. Præterea *h Xenophon* Olympiade quadam ineunte bellum idem deſiiſſe narrat ſub Solis defectionem. Quam quidem Olympiadem proxime ſubiicit ei, quam initio *libri* 1. diſerte numeraverat tertiam & nonageſimam. Unde ſub initium 94. Olympiadis finis impoſitus eſt *Peloponneſiaco* bello; qua ineunte Olympiade Sol defecit *Septembris* 3. anno ante *Chriſtum* 404.

Per.

a Thucyd. l. 2. pag. 157. Græco-Lat.
b Thucyd. l. 3. p. 178.
c Lib. 2. ſub init.
d Thucyd. l. 5. p. 272. & 379.
e Thucyd. l. 4. p. 286.
f Thucyd. l. 5. p. 372. & 379. Græco-Lat.
g Thucyd. l. 7. p. 527.
h Xenophon. Hellen. p. 270. ed. Græc.

Per, *Jul.* 4310. Id ipſum, & expeditio *Xerxis* in *Græciam* oſtendit, & *Salaminia* clades, quam anno primo ineunte Olympiadis 75. contigiſſe, Periodi *Julianæ* 4234. ſuo loco declarabitur. Deductis annis ab *Iphito* 296. ſive Olympiadibus 74. integris, de annis 4234. reſtat annus Per. *Jul.* 3938.

Nec aliud perſuadet *Cenſorini* locus inſignis *c.* 21. ubi annum, quo ſcribebat, variis characteribus illuſtrat, atque fuiſſe ab Olympiade prima milleſimum & quartum decimum. Annus, quo ſcribebat, æræ *Chriſtianæ* fuit 238. Periodi *Jul.* 4951. de quibus ſi deduxeris 1014. reſidebunt 3937. Ergo ſequenti 3938. primus *Olympicus* annus incepit.

Ex his, aliiſque, quæ deinceps occurrent, efficitur, primum agonem *Iphiti* abhinc annis 2407. iniiſſe, & hoc anno *Chriſti* 1631. a diebus æſtivis proceſſurum annum tertium Olympiadis 602. Quæ quidem epocha firmiſſime munienda fuit, quod ad eam inſequentia tempora deinceps exigenda ſunt.

CAPUT II.

De Urbis initio variæ ſententiæ.

De Romæ *conditu, deque varia putatione auctorum ab Urbe condita, præſertim* Varroniana, *qua quidem approbatur. Videri* Romam *autumno conditam, tum de conceptu* Romuli, & *ortu.*

Vide lib. 9. de Doct. Temp. cap 46. & ſeq.

URbem *Romam* non eodem omnes anno conditam Veteres perinde ac Recentiores exiſtimant. Sed duæ ſunt hodie receptæ ac celebriores reliquis ſententiæ. Prima *Varronis* (ut teſtatur *Plutarchus*) quæ anno tertio deſinenti ſextæ Olympiadis conditum Urbis aſſignat. Poſterior eſt *Verri Flacci* in *Faſtis Capitolinis*, quæ eumdem conditum rejicit in annum ſequentem, qui eſt quartus deſinens Olympiadis ſextæ, quam *Catonianam* fruſtra *Scaliger* appellat, ut ſuo loco demonſtravimus. Utra verior ſit, difficile eſt dictu. Nos priorem anteponimus alteri: atque ita conditam eſſe *Romam* aſſerimus anno tertio Olympiadis ſextæ, ſive *Iphiteo* tertio & viceſimo. Cumque Olympias prima cœperit anno Per. *Jul.* 3938. qui eſt 777. ante *Chriſtianam* æram, (ut alio loco demonſtratum eſt) primus annus Urbis ex *Varronis* putatione cadit in annum Per. *Jul.* 3960. vel 3961. Anno quippe 3960. iniit annus tertius Olympiadis ſextæ a diebus æſtivis. Quare ſi urbs *Roma Aprili* menſe fundata eſt, ut vulgo fere ſentiunt, primus Urbis incurrit in annum 3961. Verum *Manilius lib.* 3. *Romam* ait in Libra conditam.

Vide l. 9. de Doct. Temp. cap. 45.

Heſperiam ſua Libra tenet, qua condita Roma, &c.

Solinus vero *cap.* 2. perinde Lunam in Libra fuiſſe refert; ſed Solem in Tauro præterea collocat: quod minime procedit. *Plutarchus* autem ex *Tarrutii Firmani* genethliaci ratiociniis, quem *Varro* ad ejus rei inquiſitionem adhibuit, *Romam* conditam ait *Pharmuthi* 9. Ut igitur ambo illa complectamur, *Romam* & in Libra & *Pharmuthi* nono die fundatam eſſe, congruet annus Per. *Jul.* 3960. *Octobris* 4. Siquidem anno iſto neomenia *Thoth* anni *Ægyptiaci* incidit in *Februarii* 28. *Pharmuthi* 9. in 4. *Octobris*. Novilunium autem medium uno die anteceſſit. Contigit enim ex *Pariſinis Tabulis Octobris* 2. feria 3. hora 18. 18. poſt mediam noctem, *Romæ*, hoc eſt *Octobris* 3. Nam *Judaicus* character neomeniæ *Marcheſuvan* anno *Judaico* 3008. habetur feria 4. 1. 820. *Octobris* 3. Verum autem novilunium commiſſum eſt *Octobris* 2. hora 7. 22. poſt mediam noctem, *Romæ*. Quare non reſpondet ἀκριβῶς illa νουμηνία *Plutarchi* ſed abeſt biduo. Potuit tamen popularis ac civilis eſſe νουμηνία, ob φαινομένου ſideris in *Græcia*: præſertim cum pleræque civitates a corniculata Luna neomeniam auſpicatæ ſint, ea vero in 4. *Octobris* incurrerit. Quam ad rationem exigenda ſunt, quæ in *lib.* 9. *de Doct. Temp. cap.* 48. ſuper hac re tradidimus, & pro ἀκριβεῖ novilunio populare computandum. Proinde nullus aptior annus eſt *Tarrutii* & *Manilii* ſententiæ, quam *Jul.* Per. 3960. quo tertius Olympiadis ſextæ *Octobri* menſe labebatur. Sed ut a communi uſu minime recedamus, *Palilia* prima (paſtorale id erat feſtum, quo *Romulus* Dominæ rerum Urbis fundamenta poſuit, 11. Cal. *Maii*, ut tunc annus habebatur) conferemus in annum ſequentem *Julianæ* Periodi 3961. quo tertius adhuc in curſu erat annus Olympiadis 6. ante *Chriſtianam* æram ſeptingenteſimum quinquageſimum quartum, mundi 3231.

Roma videtur autumno condita.

Demonſtratur epocha Varroniana.

Hujus epochæ fides innumeris Veterum teſtimoniis & cælesti quoque obſervatione conſtat. Nam complures in Annalibus Solis Lunæque defectiones annis Urbis conditæ notatæ leguntur, quarum *lib.* 9. *de Doct. Temp. cap.* 50. nonnullas retulimus. Velut inſignis illa fuit Lunæ, quam *C. Sulpitius Gallus* pro concione prædixit, pridie quam *Perſeus* a *Paullo Æmilio* in *Macedonia* vinceretur, æſtivo tempore, ut refert [a] *Livius*. Ea vero deprehenditur anno Per. *Jul.* 4546. ea nocte, quæ inter *Junii* 21. & 22. interceſſit, anno illo, quo Coſſ. fuere *L. Æmilius Paullus*, *C. Licinius Craſſus*, quique numeratur in *Faſtis Capitolinis*, quos *Sigonius* ſequitur, ab U. C. 585. ex *Varronis* autem calculo, ut in *Onuphrianis*, 586. quorum numerorum alterutro demto ex *Jul.* Per. annis 4546. invenies *Palilia* prima *Romuli* cadere in annum 3961. ſecundum *Varronem*: vel, ex *Capitolinis Faſtis*, 3962. Tum omnes illæ defectiones, quibus Olympiadum initium *cap.* ſuperiori probavimus, ad annorum Urbis adſtruendam originem ſpectant. Quemadmodum & *Cenſorini* memorabilis ille locus ex *cap.* 21. ubi annum illum, quo ſcribebat, quem eſſe *Chriſti* 238. ſignificavimus, numerat 991. conditæ Urbis, ex *Palilibus*. Erat is in Periodo *Juliana* 4951. de quo ſi 991. deduxeris, relinquetur annus Periodi *Jul.* 3960. Igitur ſequenti, qui eſt 3961. imputantur a *Cenſorino Palilia* prima ex *Varronis* ſententia. Vide, præter *Onuphrii*, *Sigonii*, *Pighiique Faſtos*, quæ a nobis in *lib.* 9. *de Doct. Temp.* pertractata ſunt.

a Lib. 4. Dec. 5.

Poſt natalem Urbis, *Romuli* ipſius ejus parentia conceptus atque ortus paucis hic exponendus eſt.

Tarrutius [b] *Firmanus* conceptum matris utero *Romulum* aſſeverabat anno primo Olympiadis ſecundæ, *Choeac*. 23. natum vero die 21. *Thoth*, atque in ejus conceptum Solem defeciſſe penitus: quemadmodum & illo die, quo *Roma* condita eſt. [c] *Halicarnaſſenſis* autem conſentire ait omnes, *Romulum* anno ætatis 18. Urbem ædificare cœpiſſe. Ea ratione natalis ejus incurret in annum Per. *Jul.* 3944. Addit & tam eo anno, quo conceptus eſt, quam quo mortuus, Solem defeciſſe totum. De morte paullo poſt viderimus. Quod ad Solis deliquia pertinet duo, quorum alterum in ipſo *Romuli* conceptu, alterum eo die, quo Urbs eſt fundari cœpta, contigiſſe dicitur; ea ſunt hactenus ex *Tabulis* quæſita fruſtra, ut in *lib.* 9. *de Doct. Temp. cap.* 48. ſuſe declaravimus. Quare Auctorum graviſſimorum teſtimonio potius, quam cælesti obſervatione nititur hæc opinio, quam *Halicarnaſſenſis* perſuadet, *Romulum* anno 2. exeunte Olympiadis ſecundæ in lucem editum eſſe, qui eſt Per. *Jul.* 3944. & octavo decimo poſt, id eſt, Per. *Jul.* 3961. Urbem condidiſſe. At eo, quo mortuus eſt, anno *Romulus*, hoc eſt Olympiadis 16. anno 1. exeunte, revera Solem defeciſſe ſub occaſum comperimus, anno Per. *Jul.* 3999. *Maii* 26.

b Lib. 9. de Doct. Temp. cap. 48. Dionyſ. 1. & 2. Liv. 5. Plut. in Rom.

c Lib. 2. pag. 219. Vech. edit.

CAPUT III.

De æra Nabonaſſari, & *initio* Babylonici *regni.*

Vide lib. 9. de Doctr. Temp. c. 51. & ſeq.

APud *Ptolemæum* & Aſtronomos reliquos celeberrima eſt æra *Nabonaſſari*, quem *Babylone* regnaſſe inter omnes convenit. Hujus vero mentio apud *Græcos* rerum cæleſtium peritos ideo percrebuit, quod permultæ vetuſtiſſimorum temporum obſervationes Regis illius epocha conſignatæ *Babylone* miſſæ ſunt a *Calliſthene Ariſtotelis* diſcipulo, ut teſtatur *Simplicius*. Initium *Nabonaſſari* iis ex obſervationibus, quas paſſim [a] *Ptolemæus* commemorat, latere poteſt neminem. Contigit autem anno Per. *Jul.* 3967. mundi 3237. ante *Chriſtianam* æram 747. Urbis conditæ ſeptimo. Anni forma, cui iſte titulus illigatur, eſt *Ægyptiaca*, quæ ſolidis diebus 365. conſtat, ſine ullis appendicibus horarum ſex. Unde quarto quoque vertente anno caput anni die uno retrocedit, ut in *lib.* 1. declaravimus. Ergo *Thoth Nabonaſſari* incidit in diem 26. *Februarii Juliani*, & a meridie ejus diei aſtronomice computatur, ut auctor eſt *Ptolemæus*, quamquam [illegible] ab ortu Solis antecedente repetitur.

[a] Comm. 46. in 2. de Cælo. Vide lib. 9. de Doct. Temp. cap. 15.

Nabonaſſari epocha demonſtratur.

[b] Ptol. 5. pag. 105. Græc. edit.

Quod *Nabonaſſarus* anno illo, quem ſignificavi, regnare ſit agreſſus, fidem faciunt Solis ac Lunæ deliquia, quæ a *Ptolemæo* [b] notata ſunt: velut anno *Nabonaſſari* 366. *Thoth* 27. hora 6. 30. a media nocte, *Alexandriæ* defeciſſe Lunam ait, Archonte *Phanoſtrato*. Tempus congruit *Decembris* 23. feria 3. ante *Chriſtianam* æram 383. Periodi *Julianæ* 4331. Anni *Ægyptiaci* 365. abſoluti cum diebus *Thoth* æque confectis 26. horis 6. 30. dies complent 133251. horis 6. 30. qui ſunt anni *Juliani* 364. dies 300. horæ 6. 30. Si igitur de annis vertentibus 4330. & diebus 356. horis 6. 30. quæ ab initio *Julianæ* Periodi ad momentum obſervationis a *Ptolemæo* deſcriptæ lapſa ſunt, auferas annos 364. dies 300. horas 6. 30. reſidui erunt anni 3966. dies 56. a Calendis *Januarii*. Igitur die 57. ab iiſdem Calendis cœpit neomenia *Thoth* anni primi *Nabonaſſari*. Is eſt vero *Februarii* dies 26. Idem & obſervationes reliquæ promittunt, quas recenſere ſupervacaneum eſt.

Cenſorinus præterea *cap.* 21. anno *Juliano* ducenteſimo octogeſimo tertio cœpiſſe dicit nongenteſimum octogeſimum ſextum annum *Nabonaſſari*. Annus primus *Julianus* quadraginta quinque annis æram *Chriſtianam* antecedit, ut ſuo loco demonſtrabitur. Quare ſi de 283. *Julianis* ſubtrahas 45. reſiduus erit *Chriſti* 238. quo quidem neomenia *Thoth* anni *Nabonaſſari* 986. contigit 7. Calendas *Julii*. Hic eſt annus Periodi *Julianæ* 4951. de quibus deducendi ſunt anni 3965. ut habeatur *Nabonaſſareorum* numerus, ex iis, quæ *lib.* 1. hac de re tradidimus. Unde conſequens eſt, primum annum *Nabonaſſari* cadere in 3967. Per. *Julianæ*.

Chaldæi Reges.

[c] 4. Reg. 10. & 2. Paral. 32. 31.

Ex his efficitur, *Chaldæorum* regnum eodem illo anno cœptum videri, auctore, ut eſt credibile, *Nabonaſſaro*. Eſt [c] in ſacris Libris prima Regum *Babyloniorum* mentio ſub *Ezechiæ* regno, circa annum ejus 14. quo *Merodach* filius *Baladan* Rex *Babyloniorum* legatos miſiſſe fertur ad *Ezechiam*, *ut interrogarent de portento, quod acciderat ſuper terram*; tum quod illum ægrotaſſe didicerat: Annus 14. *Ezechiæ* ex his, quæ ſuo loco expoſita ſunt, incurrit in annum Per. *Jul.* 4000. qui eſt a *Nabonaſſaro* primordio triceſimus quartus.

In fine h[u]jus Part.

Exſtat vetus *Canon Babyloniorum Regum*, quo *Ptolemæus* aliique Mathematici ſunt uſi, qui a *Nabonaſſaro* ad *Alexandri M.* obitum perducitur. In eo porro *Mardokempadus*, qui *Merodach* in ſacris Libris nominatur, regnare cœpit anno ab *Nabonaſſaro* 27. & fortaſſis *Baladan* illius pater is eſt, quem *Canon Illoarum* vocat.

Quocirca probabilis eſt conjectura, poſt *Aſſyrios*, aliquanto ſpatio defeciſſe ab *Medis Babylonios*, ac privatum ſibi ſtatuiſſe regnum, duce *Nabonaſſaro*. Quod regnum initio tenue, & *Aſſyriis* obnoxium, ab *Nabopolaſſaro* ejuſque filio *Nabuchodonoſoro* amplificatum eſt, ut & *Medos* ipſos *Aſſyrioſque* ſibi ſubiiceret, de qua re poſtea. Sed obſcuriſſima ſunt illius Imperii primordia, de quibus nihil præter conjecturam fere reliquum habet Hiſtoria.

CAPUT IV.

De tempore belli, quod Rege Cyaxare Medi *cum* Lydis *geſſerunt, deque lunari defectione, quam* Thales *prædixit; tum de* Nabopolaſſaro *Rege* Babylonis, *ejuſque filii* Nabuchodonoſori *primordio.*

Vide lib. 10. de Doct. Temp. cap. 1.

HErodotus in primo *libro* refert, *Cyaxarem* ſexennale bellum cum *Alyatte Lydorum* Rege geſſiſſe, ac demum anno ſexto, cum inter eos commiſſum eſſet prælium, obſcurato repente Sole, territos illos abſtitiſſe pugna, atque ita bellum eſſe diremtum. Hujus belli tempus ex illa Solis eclipſi inveſtigari debet.

Ea vero quo anno contigerit, magna Scriptorum eſt diſſenſio. Nos in annum Per. *Jul.* 4117. mundi 3387. ante *Chriſtum* 597. illam conjicimus, quo defecit Sol, *Julii* 9. feria 3. ſub horam ſextam matutinam; ac digitorum, ut vocant, eclipſis illa fuit, ex *Tychonico* calculo, 9. 22. ex Veterum autem ratiociniis, amplius $10\frac{1}{3}$. *Cyaxares* anno Per. *Jul.* 4080. regnare cœpit: & annos 40. *Medis* præfuit, uſque ad annum Per. *Jul.* 4120. Proinde anno ejus 37. belli *Lydi* ſextus incidit. Prima *Scytharum* eruptio ſub initium illius contigit, puta anno Periodi *Jul.* 4081. Circa annum deinde 4108. id eſt, poſt annos 28. a *Cyaxare* circumventi & occiſi ſunt. Inde poſt unum vel alterum annum alia *Scytharum* manus ſupplex ad eumdem Regem adiit. Ponatur hic annus Per. *Jul.* 4110. Bellum vero ſexennale inchoari potuit anno 4111. vel 4112. Ita ſextus incurret in annum 4117. qui eſt quartus Olympiadis 45. quo tempore regnabat in *Babylonia Nabuchodonoſor*, qui *Herodoti Labynitus* eſſe videtur.

Vide lib. 9. de Doct. Temp. c. 57. & ſeq.

[d] Beroſ. apud Joſeph. lib. 9. Antiq. cap. 11. & lib. 1. contra App. pag. 925. edi. Frob. Euſeb. lib. 9. de Præparat. pag. 267.

Quod ad *Nabopolaſſarum* attinet, is in *Canone Mathematico*, quem ſæpe laudavimus, inter *Babyloniæ* Principes ponitur; eique unus & viginti anni tribuuntur: cui *Nabuchodonoſorus* ſubiicitur, qui annis tribus & quadraginta regnavit. [d] *Beroſus* vero *Chaldaicorum* Annalium Scriptor, qui *Alexandri M.* ætate floruit, apud *Joſephum* & *Euſebium* auctor eſt, *Nabopolaſſarum Nabuchodonoſori* patrem *Ægypto*, *Cœleſyriæ*, ac *Phœniciæ* dominantem, illis præfeciſſe Satrapam, cujus, inquiunt, audita defectione filium ſuum *Nabuchodonoſorum* adverſus illum cum exercitu miſit, qui victis rebellibus, recuperatoque imperio, cum interea fato functus eſſet *Nabopolaſſarus* ejus pater, raptim *Babylonem* advolavit; copiis omnibus una cum præda cuidam amicorum commendatis ut ea deportaret in *Babyloniam*.

[e] Ptol. lib. 5. pag. 125. Græc. Vide l. 9. de Doct. Temp. cap. 58.

Quo tempore *Babylone* regnare *Nabopolaſſarus* cœperit, ex cæleſti obſervatione conſtat lunaris defectus, [e] quem *Ptolemæus* ex *Chaldæorum* fide recenſet. Siquidem anno quinto *Nabopolaſſari*, qui eſt a *Nabonaſſaro* 127. *Athyr* 27. ſequente 28. hora 5. 50. a media nocte *Babylone*, *Alexandriæ* vero hora ipſa 5. obſcurata eſt Luna quarta diametri parte. Tempus congruit in annum Periodi *Julianæ* 4093. mundi 3363. ante *Chriſtianam* æram 621. quo anno lunaris defectio contigit *Aprilis* 22. Neomenia *Thoth* anni

Na-

Nabonaſſari 127. incurrit in *Januarii* 26. Quare cum anni Regum iſtorum a neomenia *Thoth* computari ſoleant, quintus annus *Nabonaſſari* cœpit anno *Jul.* Per. 4093. Primus itaque cadit in annum 4089. qui eſt 17. *Joſiæ* Regis. Porro tametſi *lib.* 1. *contra Appionem Joſephus Beroſi* fragmentum illud citans *unoetvicesimo viginti novem* annos adſcribat *Nabopolaſſaro*; tamen in *lib.* 10. *Originum*, & apud *Euſebium viginti unus* legitur; quod & nos amplectimur. Ita enim *Mathematicus* ille *Canon Babyloniorum Regum*. Tum Hiſtoria ipſa ſuffragatur. Siquidem *Beroſus* addit, *Nabopolaſſarum* haud multo poſt miſſum ad expeditionem filium deceſſiſſe. Accidit autem expeditio iſta anno *Joakimi* tertio; vel quarto ineunte. Sane ab anno quarto *Joakimi* primus *Nabuchodonoſori* numeratur in ſacris Litteris, ut *Hieremiæ* 25. quod ſuo loco dictum eſt. Quanquam *Nabopolaſſarus* nonniſi biennio poſtea mortuus eſt, anno Per. *Jul.* 4109. eum primum & viceſimum inchoaſſet. Ideo vel *Nabopolaſſarus* annos tantum 19. in imperio vixit: vel *Nabuchodonoſori* primordium ab eo tempore, quo cum imperio primum apud ſe viſus eſt, numeravere *Judæi*; cum biennio ſerius a *Chaldæis* putari cœperit: quod mihi probabilius videtur. Quocirca ambo iſta vera ſunt; & anno Per. *Jul.* 4089. *Nabopolaſſarum* regnare cœpiſſe; & *Nabuchodonoſori* imperium ex anno 4107. ab *Judæis* eſſe deductum, cum ab 4109. *Babylonii* putaverint, mortuo *Nabopolaſſaro*, qui viceſimum primum eodem inchoavit. Ad hanc normam exigenda ſunt, quæ in *lib.* 9. *de Doct. Temp. c.* 61. diximus. Nam ibi æra utraque recte conſtituta eſt. Sed *Nabuchodonoſori*, ut eſt unica *Judaica* anno 4. *Joakimi*; ita *Babylonica* eſt altera, biennio tardior: ſiquidem *Nabopolaſſarum* annos in imperio 21. vixiſſe credimus. Alioqui ſi ab anno 4107. indidem unde *Judæi*, *Babylonii* quoque *Nabuchodonoſori* regnum auſpicati fuerunt, non plures, quam 19. ab anno 4089. ad 4107. putandi ſunt. Sed *Judaicam* epocham a *Babylonica* ſatius eſt diſcernere. Ex priore *Nabuchodonoſor* annos 45. ex poſteriore 43. regnaverit: quot & *Beroſus*, & *Canon Babyloniorum Regum* imputat. Quæ res ſequenti *capite* pertractabitur.

CAPUT V.

De Nabuchodonoſori *ſucceſſoribus*, *præſertim* Nabonido, & Dario Medo.

Vide lib. 10. de Doct. Temp. cap. 7. [a] BEroſus apud *Joſephum* & *Euſebium Babyloniorum* Regum ſeriem a *Nabopolaſſaro* ad *Cyrum* ita digerit. *Nabopolaſſaro* dat annos 21. *Nabuchodonoſoro* 43. Huic filius ſucceſſit *Evilmerodacus*, qui, cum biennio regnaſſet, a *Neriglaſſoro* ſororis ſuæ marito necatus eſt. *Neriglaſſorus* deinde quattuor annis regnum tenuit, cui ſucceſſit *Laboroſſoarchodus* ejus filius menſibus novem, qui ob pravam indolem conſpiratione ſuorum interfectus eſt, ac de conſenſu eorumdem *Nabonido* cuidam *Babylone* oriundo, qui conjurationis erat particeps, delatum eſt imperium. Quem annum decimum ſeptimum agentem in regno *Cyrus Perſarum* Rex aggreditur, ac prælio victum in arce *Borſippena* obſidet. Interim vero, expugnata *Babylone*, ad obſidionem reverſus, *Nabonidum* in deditionem accepit, & in *Carmaniam* tranſtulit. Hæc *Beroſus* 3. *libro Chaldaicarum Originum*. Quibus conſentanea ſunt, quæ *Abydenus* ex *Megaſthene* refert apud *Euſebium*, qui hoc addit, *Nabonidum* nulla cum *Laboroſſoarchodo* (*Labaſſoaracum* vocat) propinquitate fuiſſe junctum. *Canon* ille *Babyloniorum Principum*, [b] quem ſæpe citamus, in recenſendis Regibus, cum *Beroſo*, *Abydeno*, ac *Megaſthene* conſentit; inannis vero paullulum diſcrepat. Utramque ſummam hoc laterculo comprehendemus.

[a] Joſeph. 1. contr. App. Euſeb. l. 10. Præparat. pag. 267.

Nabonedus.

[b] Extat in fine Partis hujus.

	Anni ex *Beroſo*.	Anni ex Canone	Cœperunt ex *Beroſi* putatione anno Periodi *Jul.*
Nabopolaſſarus	21	21	4089
Nabuchodonoſor	43	43	4109
Evilmerodachus	2	3	4152
Neriglaſſarus	4	5	4154
Laboroſoarchodus	M. 9	Omiſit.	4158
Nabonidus	17	32	4159
	Summa annorum 87. menſ. 9.	Summa annorum 104.	Deſierunt anno 4176.

Nos *Beroſo* potius aſſentimur. Nam *Canonis* ſumma minus cum Hiſtoria congruit. Idem *Neriglaſſaro* annum *Laboroſoarchodi* proprium admetitur. Igitur ab initio *Nabopolaſſari* ad captam *Babylonem* anni ſunt 88. quorum ultimus inchoatus eſt. Totidem ad annos Periodi *Julianæ* 4088. adjecti, (nam 4089. *Nabopolaſſarus* iniit) deſinunt in 4176. quo capta eſt *Babylon*, ut poſtea demonſtrabitur. Adſcripti ſunt in laterculo anni Periodi *Julianæ*, quibus ſinguli Reges iniiſſe videntur, quos paullo aliter in *Tomo ſecundo de Doct. Temporum* digeſſimus. Id enim pene arbitrarium eſt; cum & annorum numeri non iidem apud Scriptores inveniantur, & incertum ſit, utrum ſuos quiſque annos integros ac vertentes habuerit; an, ut moris eſt, inchoati pro plenis accipiantur. Quare utcumque calculos poſueris, non valde refert: niſi quod prius illud de *Nabopolaſſaro* tenendum potius eſt, quam quod illic amplexi ſumus.

Nabonidum hunc, quem poſtremum in catalogo recenſuimus, [c] *Joſephus Baltaſarem* eſſe putat, cujus in *Danielis libro* mentio eſt, ubi & *Nabuchodonoſori* filius appellatur; & poſt horribile ſpectrum ſcribentis ad parietem manus ab eo conſpectum, & a *Daniele* [d] interpretatum, eadem nocte interfectus dicitur, eique ſucceſſiſſe *Darius Medus*. *Baltaſaris* porro tertius annus 7. *capite Danielis* exprimitur. Sed an pluries idem imperarit, haud ſatis conſtat.

[c] Joſeph. Antiq. lib. 10. cap. 12.

[d] Dan. 5.

Hic vero *Joſephi* mira eſt oſcitantia; qui illos ipſos, unde hanc hiſtoriam deſcripſit, Auctores incurioſe legit. Teſtis eſt enim *Megaſthenes Nabonidum* nullo propinquitatis jure cum *Laboroſſoarchodo* fuiſſe conjunctum. At *Baltaſar* ille *Danielis* non alienis utique ſucceſſit, ſed paternum & avitum ſortitus eſt regnum. Verba *Beroſi*, Ἀποκαμένου δὲ αὐτοῦ, συναχθέντες οἱ ἐπιβουλεύσαντες αὐτῷ κοινῇ τὴν βασιλείαν περιέθηκαν Ναβοννήδῳ τινὶ τῶν ἐκ Βαβυλῶνος ὄντι ἐκ τῆς αὐτῆς ἐπισυστάσεως. *Hoc vero necato*, (Laboroſſarchodo) *convenientes inter ſe conjurati de communi conſenſu regnum detulerunt Nabonnedo cuidam ex iis, qui Babylone orti erant, ejuſdem conſpirationis ſocio*. Non poſſunt hæc de legitimo ejus, qui mortuus erat, hærede ac ſucceſſore dicta videri, ſed de peregrino & adſcititio; cujuſmodi *Baltaſar* non fuit. Non eſt igitur idem cum *Nabonnedo Baltaſar*, ſed potius eum *Laboroſſarchodo Nabuchodonoſori* nepote, ex ejus filia, quæ *Neriglaſſaro* nupſit, ut ſcribit *Beroſus*. *Neriglaſſarus* vero, quaſi tutorio nomine, pro filio *Laboroſſarchodo* ſeu *Baltaſare* regnum adminiſtravit. Hinc eſt, quod *Baltaſari* tertius annus tribuitur a *Daniele*. Quod autem [e] *Hieremias* prædixerit, Deum *Nabuchodonoſoro*, ejuſque filio, ac filii filio regnum eſſe daturum, *filii* nomen pro genero ſumi poteſt. Ita *Davi-* *Joſephi error.*

[e] Hierem. 27.

dem

a 1. Reg. 24. 17. b ad 5. cap.

dem filium appellat a *Saul*. *Hieronymus* quoque b, ubi *Nabuchodonoſor* pater *Baltaſaris* vocatur, proavum ſignificari aſſerit: ut mirum non ſit, ſi, ut *patris* appellatio, ita *filii*, a propria uotione ad minus propriam aliquando transferatur. Nam & 2. *Paralip.* 22. 2. *Athalia Amri* filia dieitur, quæ neptis eſſet. Sed vide *lib.* 10. *de Doct. Temp. capit.* 7. & ſeq.

CAPUT VI.

De obſidione Tyri, *aliiſque* Nabuchodonoſori *rebus geſtis*, *& inſequentium* Babylonis *Principum*; *ac de poſtremo* Medorum *Rege*: *quem fuiſſe* Aſtyagem *oſtenditur*, *non* Xenophonteum Cyaxarem, *aut* Darium Medum.

RES a *Babyloniis* illis Regibus geſtas inopia Scriptorum oblivione damoavit; præter illa, quæ in ſacris Librie memoriu produntur, quæque in *Beroſi* aliorumque *Fragmentis* apud *Joſephum* & *Euſebium* exſtant, quæ in ealcem Operis *de Emendatione Temporum* conjecit *Scaliger*. *Nabuchodonoſorum* ſane longe maxima bella feciſſe, ac plurimas gentes vincendo peragraſſe, non ſolum ſacræ Litteru teſtantur, ſed etiam *Megaſthenes* io *lib.* 4. *Rerum Indicarum* (ut ſtribit c *Joſephus*) de hoc Rege prædicavit, fortitudine ae rerum geſtarum magnitudine multum ab eo eſſe ſuperatum *Herculem*, quippe præcipuam illum urbem *Africæ*, & majorem *Hiſpaniæ* partem armis ſubjugaſſe. *Philoſtratus* vero in *Phœnicum* & *Indorum* Hiſtoriis *Tyrum* ab eodem annis tredecim oppugnatam eſſe ſcripſit. Qua de obſidione diximus in *lib.* 9. *de Doct. Temp. cap.* 62. & ſeq. eamque cœptam eſſe docuimus anno *Nabuchodonoſori* circiter 16. Per. *Jul.* 4122. anno antequam *Hieroſolymam* obſideret, *Sedecia* regnante. Id vero demonſtratur hoc modo. Auctor eſt d *Joſephus Phœnicum* Annales tradere, *Cyrum* anno 14. *Iromi* poſterioris rerum eſſe potitum, *Babylone* videlicet ſubacta: *Ithobalo* vero regnante, ejuſque ſeptimo anno, *Nabuchodonoſorum* obſediſſe *Tyrum*: a quo tempore ad imperium *Cyri* annos interceſſiſſe quattuor & quinquaginta, menſeſque tres. Cum igitur *Babylonem Cyrus* occuparit anno Per. *Jul.* 4176. ut poſtea probabitor; ſi inde annos 54. menſes 3. aximas, fiet annus Per. *Jul.* 4122. ac ſeptimus *Ithobali*, quo *Tyrum* obſidere eſt aggreſſus *Nabuchodonoſorus*. Neque tamen interim *Hieroſolymam* oppugnare deſtitit. Nam ad annus 13. *Tyrus* eſt obſeſſa, cujus belli exitus nobis eſt ignotus. Vide omnino quæ in *lib.* 9. *de Doct. Temp. cap.* 63. de ea re commentati ſumus. Fuit etiam cum *Ægyptiis* eodem tempore *Nabuchodonoſori* dimicandum, quorum Regem *Vaphree Judæis* aoxilia portantem repreſſit. Deinde poſt obſidionem *Tyriam*, quæ anno Periodi *Jul.* 4135. finita videtur, *Ægyptum* invadit, aooo regni ſui fete 30. vel 31. quo ax tempore novum imperii primordium habuit, quantum ex e *Daniele* colligitur. Etenim ſomnium illud, quo regnorum quattuor ſtatus adumbratus eſt, anno ſecundo *Nabuchodonoſori* incidiſſe fertur: qui non ab expeditione prima *Syriaca*, ſed ab eo, quod dixi, imperii & mooarchiæ, ut vocaot, initio putari videtur.

c Antiquit. lib. 10. cap. 11.

d Lib. I. contra Appionem.

e Cap. 2.

Mortuus eſt *Nabuchodonoſorus* circa annum Per. *Jul.* 4151. cui deinceps reliqui ſucceſſerunt, quos *capite ſuperiori* percenſui, quorum ultimum *Nabonidum*, non eumdem cum *Dario Meda* fecimus. Sed hunc ipſum *Darium* quidam *Medorum* fuiſſe Regem aſſerunt. Io quo magnus eſt eorum error. Nam ultimus *Medis* regnavit *Aſtyages*, ut *Herodotus lib.* 1. *Cteſias*, ex iiſque complures deinceps Hiſtorici prodiderunt. At *Xenophon* in iis libris, quos *de Cyri inſtitutione* ſcripſit, *Aſtyagis* filium facit *Cyaxarem*, cujus filiam duxit *Cyrus*, eoque mortuo *Media* potitus eſt, cum eo ſuperſtite *Babylonem* expugnaſſet. *Joſephus Xenophontem* eatenus ſequitur, ut *Aſtyagem* putet regni ſui hæredem habuiſſe filium, quem *Darium* illum *Medum* facit, eujus eſt apud *Danielem* meotio; in aliis ab eo diſſentit. Ab utroque, *Joſepho*, inquam, & *Xenophonte*, Receotiores plerique diſcrepant, qui ex amborum auctoritate cum *Aſtyagi* filium hæredem ſubſtituunt, tum hunc *Darium* fuiſſe *Medum* aſſerunt, quos quidem hoc loco refellere longius eſt, quam pro inſtituti operis modo. Nos vero *Xenophonti* antiquiorem opponimus *Herodotum*; quo cum ſentit *Cteſias Xenophontis* æqualis; tum *Diodorus*, *Trogus Pompejus*, ceterique, qui *Herodotum* ſine ulla controverſia ſecuti, *Aſtyagis* ſucceſſorem, oon filium, quem habuit iſte nullum, ſed nepotem ex filia *Cyrum* dederunt. Ac tametſi f *Cteſias* quoad potuit, *Herodoto* contradicere, ejuſque fidem elevare ſtuduit, & in pleriſque ab illo diſſidet, in hoc ipſo eoneors eſt tamen, ut *Aſtyagi Medum*, aut marem filium oeminem, *Cyrum* vero *Perſam* ſucceſſiſſe confirmet. De *Xenophonte* porro certum eſt, quod in *Epiſtola ad Q. Fratrem* ſcribit *Cicero*, *non ad hiſtoriæ fidem*, *ſed ad effigiem juſti Imperii*, *Cyrum* ab illo eſſe deſcriptum. Minime igitur audiendi ſnot, qui *Xenophonteam* fabulam tot graviſſimis Auctoribus anteponunt. Quibus aoimadverſis ita demum ratiocinabimur. Cum e ſacris Libris appareat, ultimum de *Nabuchodonoſori* ſtirpe fuiſſe *Baltaſarem*, eoque necato *Darium* ſucceſſiſſe *Medum*, cumque *Beroſo*, *Megaſthene*, & *Abydeno* teſtibus conſtet, ultimum a *Nabuchodonoſori* itidem progenie regnaſſe *Babylone Laboroſſarchodum*, eoque cuio, conſenſu principum Regem eſſe factum *Nabonnedum*, ſive *Nabonidum*, ax eo directe ſequi, *Baltaſarem* eumdem eſſe cum *Laboroſſarchodo*; *Darium* vero cum *Nabonido*; neque hunc *Aſtyagis* fuiſſe filium, ſed origiue duntaxat *Medum*, hoc eſt *Meda* patre, & *Babylonia* inquilino, genitum. Siquidem *Nabuchodonoſor* uxorem habuit *Medam*, ut refert *Beroſus*; cum ea vero *Medos* aliquot principes in *Babyloniam* immigraſſe veriſimile eſt. Inde ergo *Darius* prodierit, hoc eſt de *ſemine Medorum* fuerit, uti *Daniel. c.* 9. loquitur.

f Cteſias apud Photium n. 72.

CAPUT VII.

De Ægypti Regibus, *qui* Nabuchodonoſori, Judæorum *Principum*, *ac* Perſarum *rebus implicati ſunt*, *& ad illorum hiſtoriam ſpectant*; *velut* Aprie, *ſive* Vaphree, *&* Necao.

SCribit *Herodotus libro* 2. poſt multos *Ægypti* Reges, ae duodecim illos, qui communiter imperarunt, unum ex illis regnaſſe *Pſammitichum* annis 54. quem *Necos* filius excepit, annis 16. Inde *Pſammis Neco* filius annis 6. poſt *Apries* ejus filius annis 25. ac demum *Amaſis*, qui 44. regoavit. Poſt hunc *Pſammenito* ſex menſibus perfuncto, *Cambyſes Cyri* filius *Ægyptum* occupavit. g *Diodorus Apriem* regnaſſe prodit anni 22. *Amaſim* vero 55. & hunc mortem obiiſſe ſub *Cambyſis* expeditionem aono circiter tertio Olympiadis 63. *Africanus* & *Euſebius* in annis Regum validius diſerepaot. Nos *Herodotum*, utpote antiquiorem præferimus.

Vide lib. 10. de Doct. Temp. cap. 17.

g Diod. l. 1. pag. 43. Græc.

Jam cum initium *Cambyſis* inciderit (ut poſtea docebitur) anno Per. *Jul.* 4185. quo quartus iniit Olympiadis 62. quintus ejuſdem, in quem *Ægyptiaca* expeditio cecidit, eſt Per. *Jul.* 4189. quo anno, deſinente tertio Olympiadis 63. quartus ioiit. Anni Regum *Ægyptiorum* ex *Herodoti* calculo colliguntur 146. fere. Detractis ergo 145. annis, menſibus

6. de annis 4189. reliqui fiunt anni Periodi *Jul.* 4044. quando regnare cœpit *Pſammitichus*. Horum Regum laterculum hic adſcribam.

Reges *Ægypti* ex *Herodoto*.		
	Anni regni.	Initium.
Pſammitichus	54	4044
Necos	16	4098
Pſammis	6	4114
Apries	25	4120
Amaſis	44	4145
Pſammenitus	M. *6.*	4189
Colliguntur anni 145. menſes *6.* ad annum 4189. in quem quintus incidit *Cambyſis*.		

Horum Regum tempora tam cum ſacra, quam cum *Herodotea* hiſtoria mirifice conſentiunt. *Necus* *Herodoti Necaos* eſt *Ægypti* Rex, qui cum *Joſia* Rege conflixit; quo in prælio cæſus eſt [a] *Joſias* in *Mageddo*. *Hieremias* porro *cap.* 46. *verſ.* 14. *Magdoli* meminit, quem ad locum *Ægyptios* a *Nabuchodonoſoro* cladem accepturos indicat. [b] *Herodotus* vero *Necon* ait cum *Syris* acie congreſſum in *Magdolo* viciſſe. Id evenit anno *Joſiæ* ultimo, Periodi *Julianæ* 4103. quo ſextum jam annum regnabat *Necao*, qui in eadem expeditione, ut apparet, poſt tres menſes, quam *Joſiam* occiderat, [c] *Joachazum* ejus filium a populo Regem creatum abduxit in *Ægyptum*, cum *Hieroſolymam* cepiſſet ac grandi multaſſet ære, nec non *Joakimum* Regem ibidem conſtituiſſet. Poſtea victus a *Nabuchodonoſoro* in *Palæſtinam* deſiit excurſiones facere [d] quod anno ipſius decimo accidit, *Nabuchodonoſori* primo, *Joakimi* quarto.

a 4. Reg. 23. 29. & 2. Paral. 35. 20.
b Lib. 2. c. 159.
c 4. Reg. 23. & 2. Paral. 35.
d 4. Reg. 24.

Apries Necao ſucceſſit, quem [e] *Hieremias Ephree* vocat, eique ſimile ac *Sedeciæ* minatur exitium: quale contigiſſe ipſi teſtis eſt *Herodotus* in *lib.* 2. nempe ut in hoſtium poteſtatem veniret & ab illis occideretur. Hujus Præfectum *Amaſim* fuiſſe idem *Herodotus* refert, qui ab illo defecerit, eoque capto regnum occuparit, ac poſtulantibus *Ægyptiis Apriem* ad necem dederit. Verum huic hiſtoriæ contradicit *Ezechielis cap.* 29. vaticinium, qui poſt obſidionem *Tyriam* indicat *Nabuchodonoſorum Ægyptum* invaſiſſe, & in ſolitudinem vaſtitatemque redegiſſe, quæ annos quadraginta tenuit. Finis obſidionis *Tyriæ* ex iis, quæ paullo ante diſputata ſunt, convenit in annum Per. *Jul.* 4135. *Nabuchodonoſori* circiter nonum & viceſimum. Quare anno ſequenti *Ægyptiacam* expeditionem obire potuit *Nabuchodonoſor*, novem circiter annis ante *Amaſidis initium*.

e Hier. 44. 30.

Exiſtimo falſa quædam *Ægyptios Herodoto* renuntiaſſe; & *Amaſim* non *Vaphree*, ſed *Nabuchodonoſori* Præfectum, poſt annos aliquot quam in officio continendis *Ægyptiis* præpoſitus erat, occiſo *Vaphree*, demum & ipſum mortuo *Nabuchodonoſoro*, ex præfectura regnum uſurpaſſe: *Ægyptios* vero præfecturæ tempus cum ejuſdem regni annis promiſcue habuiſſe. Quod autem de *Ægypti* ſolitudine prædicit *Ezechiel*, id *καθ' ὑπερβολὴν* apparet eſſe dictum: quia tanta futura ſit calamitas, ut, ſi cum priſtina felicitate comparetur, mera videri ſolitudo poſſit. Sane Prophetica iſta reſponſa, propter hiſtoriæ temporum illorum obſcuritatem, interpretationem habent difficilem.

Vide lib. 10. de Doct. Temp. cap. 17.

CAPUT VIII.

De Cyro, & Perſici *regni primordio, quod demonſtratione probatur.*

CHronologiæ cardinem non ſemel appellare memini *Perſici* regni primordium, quod auctore *Cyro Cambyſis* filio jactum eſt anno primo Olympiadis 55. quod ſine ulla dubitatione Veteres omnes ac Recentes aſſerunt. Non enim auctoritate ſola, ſed etiam cæleſtibus obſervationibus id eſſe verum oſtenditur.

Vide lib. 10. de Doct. Temp. c. 12. & ſeq.

Euſebius lib. 10. *de Præparat. Evangel.* ſcribit ex omnium conſenſu, primo anno quintæ & quinquageſimæ Olympiadis *Cyrum* in *Perſide* regnare cœpiſſe, auctoreſque citat in primis *Diodorum*, *Thallum*, *Caſtorem*, *Polybium*, *Phlegontem*, ac reliquos, qui Olympiadas digeſſerunt. Id vero præterea ex Aſtronomicis, ut dixi, obſervationibus efficitur, quæ *Cambyſe* ac *Dario Hyſtaſpis* filio regnantibus acciderunt. *Ptolemæus* refert [f] ex *Chaldæorum* monimentis, anno ſeptimo *Cambyſis* Lunam defeciſſe, anno *Nabonaſſari* 225. *Phamenoth* 17. hora 1. 50. ante mediam noctem. Id evenit anno Per. *Jul.* 4191. ante *Chriſtum* 523. *Julii* 16. ſequente 17. Rurſus [g] Lunæ defectio altera incidit in annum 20. *Darii*, *Nabonaſſari* 246. *Epiphi* 28. Tempus eſt anno Per. *Jul.* 4212. *Novembris* 19. ſequente 20. Tertia denique viſa eſt anno *Darii* 31. *Nabonaſſari* 257. *Tibi* 3. ſequente 4. Per. *Jul.* 4223. *Aprilis* 25.

Vide lib. 10. de Doct. Temp. c. 14.
f Lib. 5. pag. 125. Græc.
g Ptol. lib. 4. pag. 102.

Ex his certiſſime colligitur initium *Perſici* regni. Etenim *Cyrum* fatentur omnes annos imperaſſe 30. ut *Cicer. lib.* 2. *de Divinat.* teſtatur totidemque *Cteſias* adſcribit, uno minus *Herodotus*, qui *Cambyſen* ait regnaſſe annos 7. menſes 5. *Smerdin* vero *Magum* menſes 7. Efficiuntur ab exordio *Cyri*, ad ſeptimum *Cambyſis*, anni 37. Annus ſeptimus *Cambyſis* incurrit in annum Per. *Jul.* 4191. De quibus detractis 37. reſidui ſunt 4154. Ergo anno ſequenti 4155. primus *Cyro* congruit. Idem efficies ſi ex anno 4212. qui eſt *Darii* 20. deducas annos a *Cyro* lapſos 58. aut ab anno Per. *Jul.* 4223. qui eſt triceſimus primus *Darii*, annos 69. Igitur exorſus eſt *Cyrus* anno Per. *Jul.* 4155. quo deſiit annus primus Olympiadis 55. & ſecundus iniit.

Annus, quo *Crœſum* expugnatis *Sardibus* in poteſtatem *Cyrus* accepit, certo demonſtrari non poteſt. Liceat tamen probabili uti conjectura; ex eo quod *Diogenes Laertius* in *Periandro* refert, ipſum, auctore *Soſicrate*, mortuum annis 40. ante *Crœſi* calamitatem, & uno ante Olympiadem 49. Quare videtur Olympiade 59. ineunte *Crœſus* a *Cyro* captus eſſe, Per. *Jul.* 4170.

De initio *Babylonici* Imperii, expugnataque *Babylone*, veriſimilem ſententiam facit *Mathematicus Canon*, quem fine *Partis* hujus deſcripſimus: qui inter *Babylonios* Reges *Cyrum* recenſens, annos ei dat novem. Hi de triginta deducti primum conſerunt in annum *Cyri* 22. Per. *Jul.* 4176. quo, victo *Nabonnedo* & in *Carmaniam* tranſlato, *Cyrus Babylone* potitus eſt. Fuit hic annus tertius Olympiadis 60. ante *Chriſtum* 538. a *Nabonaſſaro* 210. quod egregie cum *Mathematico Canone* congruit. Nam & ibi ducenteſimus decimus annus a *Nabonaſſaro* numeratur ille, quo *Cyrus Babylone* regnare cœpit.

by Google

CAPUT IX.

De Cylonii *piaculi*, *deque* Periandri *&* Piſiſtrati *temporibus*.

CYlonium piaculum accidiſſe ſcribit *Thucydidis* Scholiaſtes ſub *Marathoniam* pugnam errore ſane maximo. Siquidem *Marathonius* conflictus incidit in aonum tertium Olympiadis 72. Per. *Jul.* 4224. uti poſtea dicetur. At *Cylonium* piaculum (ſic enim appellare mos Κυλώνειον ἄγος) ante *Solonis* præturam factum eſt, ut docet *Plutarchus* in *Solone*. Prætor autem fuit anno Olympiadis 46. tertio. Quare immaniter Scholiaſtes iſte peccavit. *Scaliger* in *Collectaneis Olympiadum* contulit io annum primum Olympiadis 45. uti & nos in *Chronico* fecimus. Is eſt annus Per. *Jul.* 4154. ſaptimus aote magiſtratum *Solonis*, de quo tamen dubitationem inicit *Plutarchus*, qui, eum primum prodire cœpit in publicum *Solon*, jam dudum *Cylonio* ſcelere perturbari cœpiſſe Rempublicam refert. Verum quia certus nobis, quem potius ſequamur, deeſt Auctor, in anno illo primo ſiſtimus Olympiadis quadrageſimæ quintæ.

Vide Paral. Oper. de Doct. Temp. pag. 856.

Periander anno quadrageſimo ante *Crœſi* calamitatem obiit, & uno ante Olympiadem 59. ut *Soſicrates* apud *Diogenem* teſtis eſt. Igitur & anno primo Olympiadis 59. *Crœſus* captus eſt: qui eſt Per. *Jul.* 4170. & anno 4129. quarto Olympiadis 48. *Periander* obiit, quioto anno ab exeidio *Hierosolymitano*. Huic annos tyrannidis 44. aſſignat [a] *Ariſtoteles*. Quare iniit anno Per. *Jul.* 4086. Olympiade 38. qua & ipſum claruiſſe ſcribit *Diogenes*. Herodotus vero [b] auctor eſt *Periandrum* anno 5. *Alyattis*, patris *Crœſi*, *Corinthi* jam Tyraonum fuiſſe; qui eſt annus ſecundus Olympiadis 42. Periodi *Jul.* 4103.

[a] 5. Pol. cap. 12.

[b] L. 1. 20.

De *Piſiſtrato*, ſic accipe. Scribit [c] *Ariſtoteles* bis *Athenis* pulſum eſſe *Piſiſtratum*, atque ex annis 33. [d] qui ab initio occupatæ tyrannidis ad ejus obitum interjecti ſunt, nonniſi 17. tenuiſſe dominatum: ejus vero filios, *Hipparchum* & *Hippiam*, annis 18. Unde in totum annis 35. tyrannidem geſſerunt. Ad hæc *Thucydides* refert annis 20. ante *Marathoniam* pugnam *Piſiſtratidas Athenis* eſſe pulſos. Ea pugna contigit anno Per. *Jul.* 4224. ut poſtea probabitur. Proinde anno circiter 4204. ſive tertio Olympiadis 67. *Piſiſtratidæ Athenis* exacti ſunt. *Piſiſtratus* vero mortuus erit anno 4186. id eſt, Olympiade 63. Initium porro tyrannidis *Piſiſtrati* annis ante hoc tempus 33. incidet in annum Per. *Jul.* 4154. vel 4155. primum Olympiadis 55. qua *Cyrus* in *Perſide* regnare eſt orſus. Refert [e] *Herodotus Piſiſtratum*, cum primo urbem occupaſſet, *Megaclis* factione brevi poſtea dejectum eſſe. Deinde conciliato ſibi nuptiarum pactione *Megacle* eodem, denuo per ſuborna tam *Minervæ* ſpecie fœminam in arcem iotroductum fuiſſe. Unde *Megaclis* conſpiratione rurſus expulſus, undecimo demum anno reſtitutus eſt. Idem vero teſtatur reſtitutionem hanc alteram ſub id incidiſſe tempus, quo *Crœſus* contra *Cyrum* bellum agitans, *Græcarum* civitatum circumſpectabat auxilia; quod in annum Periodi *Julianæ* 4169. merito conjicere poſſumus: nam ſequente victus eſt *Crœſus*. Itaque ſi de annis 4169. deducantur anni 11. reliquus erit annus 4158. quo ſecundo dejectus eſt *Alcmæonidarum* factione *Piſiſtratus*. Cum autem ab anno 4169. ſive quarto Olympiadis 58. ad annum 4186. quo mortuus eſt *Piſiſtratus*, anni ſint iotegri ſaltem 16. & ſeptimi decimi pars aliqua, ut ſi anno 4169. exeunte tyrannidem recuperaſſe dicatur, & ineunte 4186. mortuus eſſe *Piſiſtratus*, ut, *Ariſtotelem* ſecuti, annos in totum 17. expleſſe putemus, conſentaneum eſt, priora duo tyrannidum tempora ſingula paucos menſes obtinuiſſe, ut ex omnibus 17. ſolidi componantur anni. Vide omnino *Paralipomena Operis de Doct. Temp.*

[c] Lib. 5. Pol. c. 12.

[d] Id & Heraclides de Politiis.

[e] Lib. 1. c. 59. & ſeq.

CAPUT X.

De tempore, quo Cyrus Babylone *regnare cœpit, deque ſequentium Regum initiis; tum de iiſdem, quatenus in libris* Eſdræ *memorantur, ac de* Zorobabele, *tum de* Danielis *hebdomadibus*.

QUoniam *Judaicæ* res illorum temporum cum *Perſicis* ita ſunt implicatæ, ut ſine his explicari iſtæ nequeant, præſertim niſi *Perſarum* illi Reges illuſtrentur, quorum eſt io *Eſdræ* ac *Neemiæ libris* mentio, de illorum regnis ac temporibus initio videndum eſt.

Cyrus itaque, quod *libro ſuperiore* conſtituimus, exordia regnandi habuit duo. Nam in *Perſide* dominari cœpit anno primo 55. Olympiadis, Per. *Jul.* 4155. *Babylone* anno tertio Olympiadis 60. Per. *Jul.* 4176. Mortuus eſt anno 4. Olympiadis 62. nono ab initio *Babylonico*. Nam 30. annis io totum regnaſſe Scriptores pene omnes conſentiunt, interque ceteros *Cteſias*, *Diodorus*, & apud *Ciceronem lib.* 1. *de Divinat.* *Dionyſius Perſicus*, qui & eumdem annos vixiſſe 70. refert; falſo id quidem, ſi verum eſt, quod ſcribit *Herodotus*, Rege illum *Aſtyage* natum eſſe, qui haud plures 35. regnavit. *Cambyſes* igitur anno Periodi *Jul.* 4185. *Perſis* imperavit; quod & Lunæ deliquium oſtendit illius anno ſeptimo notatum.

Cyri regnum.

Cambyſes.

Regnavit *Cambyſes* annis 7. menſibus 5. Quod reliquum erat hujus anni *Smerdis Magus* explevit, qui pro *Cyri* filio ſeſe gerens, paucis conſciis, illuſit Orienti.

Mago ſublato, conſpiratione principum ſeptem *Darius Hyſtaſpis* filius ſuffectus eſt. Cujus exordium duplici lunarium eclipſeon obſervatione munitum eſt, idque cecidit in annum quartum Olympiadis 64. qui eſt Periodi *Julianæ* 4193. quod & *Euſebius* in *Chronico*, & *l.* 5. *de Præparat. Evang. p. Græc.* 238. tradidit. Annos *Dario* dat *Herodotus*, aliique vulgo, ſex & triginta.

Darius.

[f] *Xerxes* a patre *Dario* deſignatus Rex anno exacto tertio poſt cladem *Marathoniam*, (de qua dicemus poſtea) quod anno circiter Olympiadis 73. ſecundo contigit, *Darii* ineunte 35. Per. *Jul.* 4227. illo mortuo ſolus imperare cœpit, anno Periodi *Julianæ* 4229. quarto Olympiadis ejuſdem 73. & paullo amplius 20. regnavit annis, ut [g] *Diodorus* aliique Veteres aſſerunt. Obiit ergo anno quarto Olympiadis 78. Per. *Jul.* 4249.

Xerxes.

[f] Vide lib. 10. de Doct. Temp. cap. 23.

[g] Diod. lib. 25. pag. Græc. 27.

[h] Hunc *Artaxerxes* filius excepit, *Longimanus* dictus, quod manu eſſet una longiore, qui annos 40. *Perſis* imperavit, poſt patris obitum. At nos duplex ejus initium facimus; alterum quo cum patre regnavit annos circiter decem: alterum poſt ejuſdem obitum annorum quadraginta. Hujus conjecturæ nobis hoc argumentum ſuppetit. *Themiſtocles Athenis* profugus ad Regem *Perſarum* profectus eſt, quem antequam adiret, litteras ad eum dedit. *Thucydides lib.* 1. *Artaxerxem* ait fuiſſe *Xerxis* filium, *qui nuper imperare cœperat*. Idem & [i] *Charon Lampſacenus* prodidit, qui *Xerxis* ætate vixit & *Herodotum* anteceſſit, ut auctor eſt [k] *Tertullianus*, quibus *Cornelius Nepos* in *Themiſtocle* ſubſcribit, & *Plutarchus*. At vero *Xerxe* adhuc vivo ad eum veniſſe *Themiſtoclem*, plerique alii ſcripſerunt, *Ephorus*, *Dinon*, cui *Perſicis* in rebus multum ſe tribuere *Cornelius Nepos* ait in *Conone*, *Clitarchus*, *Heraclides*, aliique complures, (ait *Plutarchus*) quos *Diodorus lib.* 11. ſequitur, qui *Themiſtoclis* fugam conjicit in annum ſecundum Olympiadis 77. qui eſt ſeptimus ante *Xerxis* obitum; nec multum diſcrepat *Euſebius*. Tum quæ de *The-*

[h] Vide lib. 10. de Doct. Temp. cap. 25. *Artaxerxes, ejuſque dupl. initium.*

[i] Apud Plutarch. in Themiſt.

[k] Lib. de An. cap. 46.

Digitized by Google

miſtocle ab eodem *Plutarcho* narrantur, ejuſque morte, ſatis evincunt, ad *Xerxem* illum potius adiiſſe, quam ad *Artaxerxem*. Quocirca ne mendacii tot veteres & graviſſimos Hiſtoricos arguamus, nulla conciliandorum illorum inter ſe ratio probabilior offertur, quam ut utroſque vera ſcripſiſſe, & *Artaxerxem* a patre deſtinatum imperii ſucceſſorem, collegam factum eſſe dicamus, ex veteri *Perſarum* conſuetudine, cujus meminit *Herodotus* initio *lib.* 7. ubi morem fuiſſe refert, ut a Rege in expeditionem eunte filiorum unus Rex eligeretur; ſecundum quem *Darius* contra *Ægyptios* & *Athenienſes* exercitum comparans, *Xerxem* natu licet minorem, ſed Rege ſe genitum, majori prætulit *Artobazani*, quem privatus ſuſceperat. Eodem ritu credibile eſt *Artaxerxem* a patre bellum de integro contra *Græcos* moliente, (quod *Juſtinus* in calce 2. *libri* memorat) Regem eſſe factum, & *Dario* fratri natu licet majori antepoſitum fuiſſe; quod iſte privato adhuc *Xerxe* genitus, *Artaxerxes* eodem Rege natus eſſet, ut [a] ex *Herodoto* non levis eſt conjectura.

[a] Vide lib. 10. de Doct. Temp. cap. 25.

Itaque cum *Themiſtocles* ſub annum Per. *Jul.* 4243. hoc eſt ſecundum Olympiadis 77. ad *Artaxerxem* profugerit, ſique νεωστί, *paullo ante*, regnum iniiſſe dicatur a *Thucydide*, poteſt *Artaxerxis* exordium trienio ante ſtatui, duodecimo *Xerxis*, Per. *Jul.* 4240. Ita decem annos cum patre regnaverit, ſolus vero 40.

Reliqui [b] *Perſarum* Reges perexiguam habent controverſiam. Quare iis omiſſis, quæ de iiſdem *Perſarum* Regibus in ſacris Libris ſunt expreſſa, videamus.

[b] Vide hos Reges in lib. 10. de Doct. Temp. cap. 26.

In *libro* 1. *Eſdræ* fit quorumdam *Perſicorum* Regum mentio, de quibus haud levis eſt inter peritos hiſtoriæ quæſtio. Primum *capitibus primis tribus* populi reditus in *Judæam* exponitur ex edicto *Cyri*, duce *Zorobabele*, (qui & *Sesbatſar cap.* 5. nominatur) nec non *Joſue* filio *Joſedec* ſummo Pontifice; a quibus templi fundamenta poſita ſunt, altareque conſtructum. Sed inchoatum opus æmulorum improbitas procedere ultra vetuit, *Cyro*, quod reliquum tempus habuit, longinquis, ut apparet, expeditionibus occupato. Poſt hunc *lib.* 1. *Eſdr. cap.* 4. *verſ.* 6. nominatur *Aſſuerus*, quo regnante, rurſum *Judæis* obtrectarunt inimici, & videlicet abſolvendi ſpem operis eripuerunt. Sequitur *Artaxerxes ibid. commate ſeq.* qui ab iiſdem *Judæorum* hoſtibus plenis accuſationum litteris incitatus, urbis ædificationem prohibuit. [c] Tandem *Dario* regnante, ejuſque ſecundo anno, *Aggæo* & *Zacharia* Prophetis hortantibus, *Zorobabel* & *Joſue* intermiſſam templi molitionem repetunt, [d] quam ſexto anno perduxerunt ad exitum.

[c] Lib. 2. Eſdr. cap. 5. & ſeq.

[d] Lib. 1. Eſdr. 6. 15.

[e] Poſt hæc anno ſeptimo *Artaxerxis Eſdras Babylone* profectus eſt, commeatu ab Rege dato.

[e] Lib. 2. Eſdr. 7. 8.

[f] Demum anno viceſimo *Artaxerxis*, *Neemias*, impetrata ab Rege licentia, in *Judæam* venit, atque urbem exædificavit.

[f] Lib. 2. Eſdr. 2. 5.

In his *Perſarum* Regibus, quia medius inter *Artaxerxes* duos ponitur *Darius*, hunc eſſe *Nothum* arbitrati ſunt aliqui, ut *Scaliger lib.* 5. *de Emend. Temp.* qui ab *Dario Notho* inſtaurandi templi veniam datam eſſe contendit. Sed fallitur. Id ſi eſſet, oporteret *Zorobabelem* annos, ut minimum, 140. vixiſſe, ex iiſque 114. *Judæis* præfuiſſe. Nam *Darius Nothus* imperare cœpit anno Periodi *Jul.* 4290. ad quem ab anno primo *Cyri Babylone* regnantis, qui eſt Per. *Jul.* 4176. anni ſunt 114. Adde jam 30. vel plures, quot ille natus principatum inter ſuos obtinuit, fiet illa, quam diximus, incredibilis annorum ſumma 140. Præterea *lib.* 3. *Eſdræ capp.* 3. & 4. nec non *Joſephus Antiquit. lib.* 11. *cap.* 4. referunt, *Zorobabelem* anno *Darii* ſecundo domeſticum protectorem, σωματοφύλακα Regis fuiſſe. Itane homo natus annos 140. ſatelles Regis eſſe potuit? Hoc ipſum de *Joſue* ſummo Sacerdote multo eſt conſequens magis. Non enim Pontificatum niſi matura jam ætate ſortiebantur. Igitur *Darius* iſte procul dubio eſt *Hyſtaſpis* filius. *Aſſuerus* autem eſt *Cambyſes*, ut aſſerit *Joſephus Antiquit.* 11. *c.* 2. qui eumdem & *Artaxerxem* in *Eſdræ libro* nominari putat, quod eſt probabile. Ita eumdem Regem duplici nomine deſignavit *Eſdræ liber*. Niſi *Artaxerxem* iſtum mavis eſſe *Smerdin Magum*, quod & nos [g] arbitrati ſumus.

[g] Vide lib. 12. de Doct. Temp. cap. 25.

Sed nec illud præterire volumus, quod de duplici *Artaxerxis* exordio ſuperius [h] attigimus, utile in primis eſſe ad 70. *Danielis* hebdomadas explicandas. Quarum initium ab anno *Artaxerxis* 20. ducimus; eo nimirum quo edictum de inſtaurandis *Hieroſolymis* exitum habere cœpit *Dan.* 9. 25. quem calumniis ac ludificationibus æmuli hactenus impedierant. Sed viceſimus iſte *Artaxerxis*, non a morte *Xerxis*, ſed a primo ejus initio repetitur. Itaque primus annorum 490. quæ ſunt hebdomadæ annales 70. convenit in annum ante *Chriſtum* 455. Periodi *Julianæ* 4259. mundi 3529. Septuageſima hebdomas iniit anno ipſo, quo *Chriſtus* a *Joanne* baptiſmo tingitur, Per. *Jul.* 4742. Quare anno 3. hebdomadis *Chriſtus* interfectus eſt: *In dimidio* (inquit *Daniel* 9. 27) *hebdomadis deficiet hoſtia, & ſacrificium*, hoc eſt, *in ejus parte dimidia*, μεσαζούσης τῆς ἑβδομάδος, labente hebdomade poſtrema, legalibus ſacrificiis modus adhibebitur. Quod eo morientis *Chriſti* vox indicat, *Conſummatum eſt*. Vide *lib.* 12. *Operis de Doct. Temp. capp.* 32. 33.

[h] Lib. 12. de Doct. Temp. cap. 32. & ſeq.

CAPUT XI.

De annis Marathonii & Salaminii *conflictus; initio* Peloponneſiaci *belli; &* Roma *a* Gallis *occupata*.

ANno tertio Olympiadis 72. Per. *Jul.* 4224. ante *Chriſtum* 490. *Marathonia* pugna commiſſa eſt, *Phænippo* Archonte, ut ait [i] *Plutarchus*, decimo anno ante *Salaminiam*, auctore [k] *Thucydide*. Sunt qui anno antecedente pugnatum velint, hoc eſt ſecundo Olympiadis 72. *Hybrilida* Archonte, cui favere videtur [l] *Dionyſius Halicarnaſſenſis*. Hic enim *Marathoniam* pugnam ſedecim annis *Bruti* funere poſteriorem facit; & initio *libri* 7 annum ſecundum Olympiadis 72. quo *Hybrilides* Archon fuit *Athenis*, decimum ſeptimum ait vertentem eſſe ab expulſis Regibus. Mortuus eſt autem *Brutus* anno altero ab exactis Regibus. Verum *Thucydidis* potior eſt auctoritas, qui δεκάτῳ ἔτει a *Marathonia* pugna certatum eſſe dicit ad *Salaminem*: quemadmodum & *Lyſias* in *Epitaphio Corinthiacorum* auxiliarium. Atqui *Salaminius* conflictus extra controverſiam incidit in annum primum Olympiadis 75. Per. *Jul.* 4234. Igitur *Marathonius* anno congruit 4224. Adde nomen Prætoris *Athenienſis*, quem *Plutarchus Phænippum* vocat. Hic enim tertio anno 72. Olympiadis congruit, non ſecundo; eo quippe *Hybrilides* Prætor *Athenis* fuit, ut ſcribit *Dionyſius* initio *libri* 7. *pag.* 378. non a primo, quo *Diognetum* Prætorem fuiſſe memorat idem *ſexto libro*, Quin etiam ex *Herodoti* narratione conficitur, quinto ante *Darii* obitum anno victum eſſe ad *Marathonem* illius exercitum, ut ſubinde conſtabit.

Marathonia pugna, de qua vide L. 10. de Doct. Temp. cap. 22.

[i] in Ariſt.

[k] Lib. 1. p. 13.

[l] Lib. 5. pag. 291. Græco-Lat.

Quod autem illo, quo dicimus, anno *Salaminia* pugna geſta ſit, [m] ex *Herodoti* narratione conficitur: qui menſibus aliquot ante prælium *Olympica* certamina peracta meminit, ac cetera deinceps ita digerit, ut autumno ſequente prælium iſtud videatur accidiſſe. Præterea ſcribit *Herodotus lib.* 9. poſt *Salaminiam* pugnam, cum *Cleombrotus Lacedæmoniorum* dux muniret Iſthmum, ut *Mardonio* aditum intercluderet, Solem defeciſſe, eaque re territum illum abſtitiſſe.

[m] Lib. 8. pag. 298. Græc. Vide lib. 10. de Doct. cap. 24. & Paralip. 852.

Atqui

Digitized by Google

Atqui defectio Solis ipſo facta eſt anno, quo Olympius 75. cœpit, nempe *Jul.* Per. 4234. *Octobris* ſecunda, hora 1. ½ fere poſt meridiem. Convenit igitur *Herodoteæ* narrationi annus iſte, quem dixi.

De bello Peloponneſiaco.

Peloponneſiaci belli primordium oſtenditur multis & certiſſimis argumentis in annum Per. *Jul.* 4283. ante æram *Chriſtianam* 431. competere: quæ *Thucydidis* hiſtoria *a* ſuppeditat. Siquidem anno illius primo Sol defecit poſt meridiem; ac rurſus anno ejus octavo. At anno 19. quo in *Sicilia* clades ab *Athenienſibus* eſt accepta, Luna defecit ſub æſtatis finem. Hæc omnia demonſtrant, anno, quo dixi, Per. *Jul.* 4281. bellum iniiſſe, & octavum ejus incidere in annum 4290. decimum nonum in 4301. quibus omnes illæ defectiones acciderunt, ut in *lib.* 8. & 10. *de Doct. Temp.* expoſuimus.

a Lib. 2. pag. 117. & lib. 4. pag. 286. & lib. 7. pag. 517.

De anno capta a Gallis Urbis.

Annus Urbis a *Gallis* occupatæ 364. eſt ſecundum *Varronem*; at uno minus ex *Faſtis Capitolinis* Olympiadis 97. tertius; ab eo vero, quo Reges pulſi ſunt, centeſimus & viceſimus. Itaque falſus eſt *b Halicarnaſſenſis*, qui ineunte Olympiade 98. Archonte *Pyrrhione*, vel *Pyrgione*, captam eſſe *Romam* aſſerit, qui eſt annus Urbis, ex *Varronis* calculo, 366. nec non *Polybius*, *c* qui anno ſequenti, Archonte *Theodoto*, id aſſignat. Nam contigiſſe refert anno decimo nono ab victis *Athenienſibus* ad *Ægos potamon*, & ſexto decimo ante pugnam *Leuctricam*. At clades *Athenienſium* incidit anno 27. belli *Peloponneſiaci*, quarto Olympiadis 96. Per. *Julianæ* 4309. *Leuctrica* vero pugna ſecundo Olympiadis 102. Per. *Jul.* 4343. Itaque *Polybius Romanæ* Urbis ἅλωσιν conjecit in annum Per. *Jul.* 4327. in quem cadit annus U. C. 367. Verum extra controverſiam eſt, eo captam anno fuiſſe, quo Tribunatum militarem Conſulari poteſtate geſſere *Fabii*, ut *Livius lib.* 5. aliique conſentiunt. At is annus eſt *Varronianus* 364. ad quem ſedes Conſulatuum ab Regifugio ſunt haud plures quam centum & viginti,

b Lib. 1. pag. 60.

c Lib. 1. p. 5. *Polybii et Dionyſii Halicarn. errores.*

Vide lib. 9. de Doct. Temp. c. 46. & l. 10. c. 30. & Var. Diſſert. ad Uranolog. lib. 5. cap. 12.

CAPUT XII.

De Alexandri M. *pugna ad* Arbella *cum* Dario; *deque ejus ortu ac morte; epocha* Philippi, Calippicæ *Periodi*, Ptolemæi Philadelphi *&* Philometoris *initiis*.

D*Arii* clades ad *Arbella* paucis diebus ſecuta eſt lunarem defectionem, quæ *Septembris* 20. accidit, prima fere noctis vigilia, ait *Curtius*. *Plinius* vero, hora noctis 2. idque *Arbellis* in *Sicilia*, commodum occidente Sole; quæ de illius exordio capienda ſunt. At *Arrianus* imperite ſcribit, ἡ σελήνη τὸ πολὺ ἐκλιπὴς ἐγένετο, *magna pars Lunæ defecit*: quaſi non tota defecerit. In quo *Thucydideum lib.* 4. *pag.* 287. loquendi modum, quo Solis deliquium exprimit, κακοζήλως & pueriliter eſt imitatus. Anno quippe belli *Peloponneſiaci* octavo, ὁ ἥλιος, ait *Thucydides*, ἐκλιπὴς τι ἐγένετο περὶ νουμηνίαν. *Arrianus* quia maximam Lunæ defectionem *Arbellicam* iſtam fuiſſe legerat, τὸ πολὺ dicere ſatis eſſe credidit. Quin falſo refert *Pyanepſione* menſe & eclipſin & victoriam incidiſſe. Melius *Plutarchus Boedromione* circa myſteriorum initium defeciſſe Lunam aſſerit, & undecimo poſt die, quæ ſunt *Octobris* Calendæ, pugnam eſſe commiſſam. *Cicero lib.* 1. de *Divinat.* cum hujus defectionis meminit, mirum quiddam ſignificat. *Quale*, inquit, *ſcriptum illud videmus, ſi Luna paullo ante Solis ortum defeciſſet in ſigno Leonis, fore ut armis Darius & Perſæ ab Alexandro & Macedonibus prælio vincerentur, Dariuſque moreretur.* His verbis non aliam Lunæ defectionem adumbrat, quam inſignem illam, quæ *Septembris* 20. contigit. At hæc

Arriani error.

ſub initium noctis eſt viſa, eratque tum Luna in Piſcibus, non in Leone. Porro natus eſt *Alexander* anno primo Olympiadis 106. mundi 3628. *Hecatombæonis* ſexta die, quæ incidit in *Julii* 20. Obiit anno 1. Olympiadis 114. mundi 3660. Quod ex Aſtronomorum veterum calculo probatur. Siquidem *Ptolemæus* a *Thoth Nabonaſſari*, id eſt neomenia primi anni *Nabonaſſarei*, quæ incidit in *Februarii* 26. diem anno mundi 3237. ad *Thoth Philippi*, ſive mortis *Alexandri*, computat annos *Ægyptiacos*, & ſimplices 424. ut & *Theo*, cetcrique omnes Aſtronomi. Anni 424. ad *Julianos* redacti ſunt 423. dies 259. qui ab anno mundi 3237. ac *Februarii* 26. putati deſinunt in annum 3660. ac *Novembris* diem undecimum. Igitur annus *Nabonaſſari* 425. ſive *Thoth* anni primi poſt obitum *Alexandri*, cœpit duodecimo die *Novembris* anni ab orbe condito 3660. qui eſt Per. *Jul.* 4390. ante *Chriſtianam* æram 324.

Ortus & mors Alexandri.

Vide Lib. de Doct. Temp. cap. 39. & in Paral. pag. 859.

Eadem epocha ab Aſtronomis *Thoth Philippi*, ſive anni *Philippi*, aut ab exceſſu *Alexandri M.* nominari conſuevit, ab *Aridæo Philippi* ex pellice filio, qui poſt *Alexandri* fratris obitum conſenſu principum ſpecie Regis, ac larva ſubornatus eſt, eique *Philippi* nomen impoſitum, uti ſuo loco meminimus. Ab ejus itaque primordio æra iſta cognominata eſt. Teſtis eſt *Cenſorinus cap.* 21. annos *Philippi* ab exceſſu *Alexandri M.* numerari, qui quidem anno *Chriſti* 238. ſcribens, aſſerit eo anno quingenteſimum ſexageſimum ſecundum a *Philippo* putari, eoſque annos a primo die menſis *Ægyptiaci* proficiſci, qui 7. Calend. *Julii* iſto anno cœperit. Annus *Chriſti* 238. eſt, ab orbe condito 4221. de quo deductis 462. reſtant anni 3659. Igitur anno ſequenti 3660. cœpit æra *Philippi*.

Septimus ante hunc annus Periodo alteri dedit initium, cujus auctor *Calippus* Mathematicus, qui anno Periodi *Julianæ* 4384. altero ab *Arbellica* clade novum inſtituit orbem annorum 76. de quo *l.* 1. *c.* 5. *Partis* hujus diximus. Hanc vero Periodum cœpiſſe anno illo, quem dixi, demonſtrant Aſtronomicæ τηρήσεις, quas e *Ptolemæo* in *libris de Doctrina Temporum* attulimus. Scribit *Ptolemæus*, *Ariſtarchum* obſervaſſe ſolſtitium æſtivum anno quinquageſimo exeunte primæ Periodi *Calippicæ*, ab obitu *Alexandri* 44. ab obſervato a *Metone* ſolſtitio, anno 152. Hæc omnia cadunt in annum Periodi *Julianæ* 4434. Eſt hic proinde quinquageſimus ab initio *Calippicæ* Periodi: adeoque cœpta eſt hæc anno Per. *Jul.* 4384. Et quoniam deſinente anno *Calippico* ſolſtitium incidit, argumento id eſt, ab æſtate media annos *Calippicos* inchoatos eſſe.

Calippicæ Periodi initium.

Vide lib. 2. de Doctrina Temp. cap. 16. & ſeq. & l. 10. cap. 37. Ptolem. lib. 3. pag. 63. Græc. edit. Vide lib. 4. de Doct. Temp. cap. 26.

Sic anno 54. Periodi ſecundæ *Calippi*, anno *Nabonaſſari* 547. *Meſori* 16. ſub occaſum Solis Luna defeciſſe proditur: qui annus, ex methodo *Nabonaſſareorum* annorum, quam in *primo libro* tradidimus, incurrit in annum Periodi *Julianæ* 4513. *Septembris* 22. Proinde cum annus 54. Periodi ſecundæ *Calippi* ſit 130. ab exordio Periodi primæ *Calippicæ*, neceſſe eſt id incidiſſe in annum Periodi *Jul.* 4384. Quod & reliquæ duæ lunares eclipſes ab eodem *Ptolemæo* deſcriptæ perſuadere poſſunt, quas in *libb.* 2. & 10. *de Doct. Temp.* diligenter enucleavimus.

Ptolemæorum in *Ægypto* primordium ab eodem illo, quo mortuus eſt *Alexander*, anno proceſſit. In horum ſerie duo ſunt, quorum initia cæleſti charactere notantur, nempe *Philadelphus* & *Philometor*.

Illius exordium Aſtronomica obſervatione munitum eſt apud *Ptolemæum lib.* 10. *cap.* 4. Ibi ab *Timocarido* notata *Venus* deſcribitur anno 13. *Philadelphi* in gradu Virginis 4. 10. *Meſori* 17. ſequente 18. qui eſt *Octobris* 12. anni mundi 3712. ante *Chriſtum* 272. Ex quo conficitur, iniiſſe *Philadelphum* anno mundi 3699. vel antecedente, prout decimus ille tertius

Phi-

Digitized by Google

Philadelphi cœperit, vel deſierit anno illo, qui obſervationem continet.

Vide lib. 10. de Doct. Temp. cap. 44.

Sic *Ptolemæi Philometoris*, qui *Ptolemæorum* ſextus a *Lagida* numeratur, exordium lunari defectione fit inſigne. Quam *Ptolemæus lib. 6. cap.* 5. deprehenſam prodidit anno illius 75. *Nabonaſſari* 574. *Phamenoth* 27. ſequente 28. hora 2. circiter poſt noctem mediam. Eſt hic annus Per. *Jul.* 4540. ante *Chriſtum* 174. quo Calendis *Maii* Luna defecit. Proinde *Philometor* exorſus eſt anno Per. *Jul.* 4534. vel antecedente, ante *Chriſtum* 180. vel 181. Ceteros *Ægypti* Reges habes in *lib.* 10. *de Doct. Temp. cap.* 46. & in *Paralip. pag.* 868. ubi *Ptolemæo Lathuro*, qui ſecundo regnavit, *Alexandros* ſubjecimus duos; quibus ſucceſſit *Auletes*: quod recte [a] ab ambobus *Manutiis* obſervatum eſt ex *Agraria* 1. & 2. *Ciceronis*.

[a] Paulus Manutius ad 1. Agrar. Aldus in quæſ. per Epiſt.

Cleopatræ porro duos annos ac viginti plerique tribuunt. Sed ea primum cum *Ptolemæo Dionyſio* fratre tres regnavit; pulſa deinde ſub idem eſt tempus, quo *Pompejus* in *Pharſalica* pugna victus in *Ægyptum* profugit, [b] ut indicant *Appianus* & *Dio*, hoc eſt, anno Urbis 706. Poſt biennium, occiſo fratre in eo prælio, quod contra *Cæſarem Alexandrini* geſſerunt, in regnum a *Cæſare* eſt reſtituta, Urbis anno 708. mundi 3938. a quo ſeptemdecim deinde regnavit, uſque ad occupatam *Alexandriam* ab *Auguſto*. Fiunt anni duo & viginti ab exceſſu *Ptolemæi Auletis* ad obitum *Cleopatræ*.

[b] Appian. lib. 2. Civil. Dio lib. 42.

CAPUT XIII.

De Seleucidarum *imperio, & æra* Seleucidarum, *ſive contractuum, vel* Dhilcarnain, *ac duplici epocha libri utriuſque* Machabæorum; *ubi anni* Græcorum *appellantur.*

Vide lib. 10. de Doct. Temp. cap. 45.

Poſt necem *Perdiccæ*, quæ anno quarto ab *Alexandri* morte accidit, ſumma penes *Antipatrum* poteſtas fuit. Is aliam provinciarum in duces partitionem inſtituit, in qua *Seleuco Babylonia* obtigit. Neque tamen ex illo anno putari cœptum eſt *Seleuci* regnum, ſed ab anno duodecimo poſt obitum *Alexandri* ineunte Olympiada 117. qui eſt Per. *Jul.* 4402. quo *Babyloniam*, unde metu *Antigoni* fugerat, exigua manu recuperavit; tametſi mox a *Demetrio Antigoni* filio rurſus illa ſpoliatus eſt. Nihilominus ea, quam dixi *Seleucidarum* eſt epocha, a qua *Seleucus* duos & triginta regnavit annos, ab eoque deinceps ejus poſteri, qui unus circiter & viginti numerantur; ſed peregrini interim aliquot in ſeriem intruſi ſunt.

Vide lib. 10. de Doct. Temp. capp. 41. 42. 43.

Seleuci Regis exordium novam æram in Oriente peperit, qua *Judæi* plurimum uſi ſunt, poſtquam ſub *Græcorum* dominatum eſſe cœperunt. Hanc æram *Terik dhilkarnain Arabes* vocant, id eſt *epocham τοῦ δικέρωτος cornigeri*. Is eſt *Alexander M.* qui ſe *Ammonis* ſive *Jovis* cornigeri filium exiſtimari volebat. Ita paſſim *Albatenius* eam appellat. *Judæi* מנין שטרות *æram contractuum*; quod illam ad obligandos contractus adhiberent; etſi de appellationis origine minus conſtat. Illud extra dubitationem eſt hujus initium epochæ ab illo anno procedere, qui ante *Chriſtianam* æram putatur 312. & eſt Per. *Jul.* 4402. quo 117. Olympias iniit. *Albatenius* huic epochæ fidem facit pluribus ſiderum defectionibus, quas æra illa notat, duæque in *lib.* 10. *de Doct. Temp. capp.* 39. & 40. deſcriptæ ſunt. Sed & id ipſum teſtatur *Euſebius Demonſtrat. Evangel. lib. 8. cap. 2. pag.* 244. qui *Seleucum* ait regnare cœpiſſe anno duodecimo poſt obitum *Alexandri*, qui eſt ab initio *Cyri* 248. quod quidem eximie convenit. Nam *Cyrus* in *Perſide* cœpit anno Per. *Jul.* 4155. a quo ad annum 4402. totidem interjecti ſunt. Addit vero, ab hoc principio *Græcorum* imperium in *Machabæorum* hiſtoria proficiſci.

Sed duplex eſt horum annorum initium. Nam alias a verno tempore & a *Niſan Judaico*, alias ab autumno & *Tiſri* progrediuntur. Rurſus interdum lunares anni, interdum *Juliani* uſurpantur, & fixi. *Judæi* in annis contractuum lunares adhibent: *Syro-Macedones*, ſive *Antiocheni*, poſt *Julianam* anni formam editam, ſolares adſciverunt, atque ab *Hyperberetæo* ſive *Octobri Juliano* duxerunt exordium.

Anni Græcorum in 1. Machab. ſex menſibus incipiunt ante eos, qui in 2. numerantur.

In *libro* 1. *Machabæorum* anni *Græcorum* a *Niſan*, ſeu verno menſe: in poſteriore, a *Tiſri* ſequente, autumnove procedunt; ita ut anni prioris libri ſex menſium intervallo poſterioris antevertant initium. Quod hac argumentatione ſuadetur.

Libro 1. *Machab. cap. 7. verſ.* 1. *Demetrius Seleuci* filius *Roma* profugit anno *Græcorum* 151. Eodem anno, *Adar* 13. die, *Bacchides* victus eſt 1. *Machab.* 7. 43. 49. Annus porro ſequens 152. inchoatus eſt a *Niſan*; quem primum menſem Scriptura nominat. Siquidem eodem *lib. cap.* 9. 3. ſcriptum eſt, anno centeſimo quinquageſimo ſecundo menſe primo *Demetrii* exercitum ad urbem *Hieroſolymam* applicuiſſe. Hunc vero menſem, qui primus dicitur, eſſe *Niſan*, declarat *cap.* 16. 14. ejuſdem *lib.* ubi undecimus menſis vocatur *Sabath*, qui proxime *Adarem* præcedit. Item *cap.* 10. 1. anno 160. *Græcorum Alexander Antiochi* filius *Ptolemaidem* obtinet. Eodem [c] anno labente, per ſolemnem Scenopegiæ diem *Jonathas* Pontificatus inſignia cepit. Igitur nulla eſt anni mutatio facta ineunte *Tiſri*. Ad hæc [d] *Jonatha* interfecto, hyemis tempore, cum multum ninxiſſet, *Simon* [e] ſacerdotio ſummo potitus eſt anno 170. Poſtea [f] menſe ſecundo numeratus eſt annus 171. Hic igitur a menſe primo ſive *Niſan* incœpit.

[c] Cap. 10. 21.
[d] Cap. 13. 22.
[e] Ibid. verſ. 41.
[f] Ibid. verſ. 51.

Quod autem in II. *libro Machab.* minus uno computentur anni *Græcorum*, res eſt perſpicua. Nam [g] *lib.* 1. *Antiochus Epiphanes* obiiſſe fertur anno 149. cui ſtatim ſucceſſit *Antiochus Eupator* ejus filius. At in [h] *libro* 2. *Antiochus* idem *Eupator* poſt parentis obitum ſcripſit ad *Judæos* anno 148. Item [i] *lib.* 1. anno 150. *Antiochus Eupator* in *Judæam* venit contra *Judam Machabæum*, ac paullo poſt cum eo pacem fecit, auctore *Lyſia*, quod *Philippum* metueret. Idem iſtud anno 149. factum proditur [k] *libro* 2. Rurſus *Demetrius Seleuci* filius anno 151. *Roma* profectus eſt in *Syriam*, & *Antiochum* ac *Lyſiam* interimi juſſit [l] *libro* 1. Sed [m] *libro* 2. id anno 150. accidiſſe dicitur.

[g] Cap. 6. 16.
[h] Cap. 11. 33.
[i] Cap. 6. 20.
[k] Cap. 13. 1. & 23.
[l] Cap. 7. 1.
[m] Cap. 14. 4.

Ex quibus efficitur, annorum *libri* prioris initia præcedere poſterioris annos menſibus ſenis. Hoc vero ratiocinando ſic concluditur. Annus 150. *libri* prioris, quo *Antiochus Eupator Hieroſolymam* obſedit, erat Sabbaticus, ut indicat *c.* 6. 53. ac teſtatur *Joſephus Antiquit. lib.* 12. *c.* 24. Cum igitur Sabbaticus annus ab autumno cœptus in autumno ſequente deſierit, non poteſt ſabbaticus idem putari in priore *libro* centeſimus & quinquageſimus, in poſteriore 149. niſi ab *Tiſri* & autumno antecedente numeratus ſit 149. idem annus, qui a verno tempore & a *Niſan* in primo *libro* computatus eſt centeſimus quinquageſimus. Sed hæc fuſius & accuratius habes explicata *lib.* 10. *de Doct. Temp. c.* 41. & ſeq. ubi & annos contractuum a *Judæis*, & *Dhilkarnain* ab *Arabibus* ex autumno numerari docuimus, atque ab anno Per. *Jul.* 4402. procedere.

Tum vero Chronologorum aliquot error animadverſus eſt, qui annos *Græcorum*, hoc eſt *Seleucidarum*, in *libro* 1. *Machab.* menſibus 18. antecedere putant eos, qui in *libro* 2. numerantur. Exempli cauſa, annum primum *Seleucidarum* inchoant a menſe *Niſan* anni mundi 3743. ſecundum *Machabæorum*

prio-

priorem *librum*: at ſecundum poſteriorem, ab autumno anni 3744. quam æram *Chaldaicam* nominant. Sed falſos illos eſſe docet annus *Græcorum* 150. quo *Judas Machabæus Hieroſolymorum* arcem obſediſſe *a* dicitur in priore *libro*, atque *Antiochus Eupator Epiphanis* filius ſuppetias iis tuliſſe, *b* cum annus eſſet Sabbaticus: deinde pacem cum *Juda* feciſſe, ut contra *Philippum*, qui *Antiochiæ* rebellarat, arma converteret. At hæc ipſa *c* in *libro* poſteriore tribuuntur anno 149. *Græcorum*. Si anni *libri* ſecundi menſibus octodecim tardius incboantur, quam anni *libri* prioris, debuit annus 150. ineuns in primo *libro* putari 148. in ſecundo, non 149. Ad hæc, non poſſunt ambo illi anni 150. & 149. in eumdem Sabbaticum concurrare, ſi plus ſemeſtri ſpatio eorum initia diſtent. Cum enim anni *Græcorum* in priore *libro* peius incipiant, quam anni poſterioris; annus autem 150. prioris a *Niſan* cœptus, Sabbaticus fuerit, Sabbatiſmi exordium ex antecedente *Tiſri* repetendum eſt, quo annus 149. in curſu erat, ſecundum *libri* peioris epocham. Aut igitur, ratione annorum poſterioris *libri*, numeratus fuit annus idem 148. aut 149. Si prius, ergo *Niſan* inſequente debuit annus idem 148. pertexi, non autem 149. quoniam anni *libri* 2. *Machabæorum*, ut iiſdem Annalium Scriptoribus, contra quos diſputamus, placet, a *Tiſri* proficiſcuntur, utpote *Chaldæorum* proprii. Siquidem *Scaligerum* & *Serrarium* auctores citant ac ſequuntur; qui, ita ut dixi, ſentiunt. Sin autem initium anni Sabbatici ab autumno antecedente ductum incidit in annum 149. ex *libri* poſterioris epocha, igitur initium annorum *libri* ſecundi ſex duntaxat menſibus poſterius eſt initio *libri* 1. quoniam annus 149. *libri* hujus iniit ex *Niſan* ejuſdem anni *Juliani*; cujus ab *Tiſri* exorſus eſt annus 149. poſterioris *libri*. *Tornielius* annum primum *Græcorum*, ex iis, qui in *libro* 1. *Machabæorum* ponuntur, confert in annum mundi 3743. qui cadit in annum Periodi *Julianæ* 4705. ex iis quæ *libro* 2. *cap.* 7. contra illum diſputavimus. Ita triennio labitur.

a Lib. 1. Machab. cap. 6.20.
b Ibid. verſ. 49.
c Lib. 2. Machab. 13.

CAPUT XIV.

De anno primo Juliano, & *æra* Antiochenorum, *atque* Hiſpanienſi.

EX omnibus *Julii Cæſaris* actis nullum lauda dignius eſt, quam *Romani* anni caſtigatio, cujus modum rationemque deſcripſimus in *libris de Doctrina Temporum*; hoc vero, initium illius, ſive, ut loqui ſolemus, epocham argumentatione certa colligemus.

Vide lib. 4. de Doct. Temp. c. 5. & ſeq. & lib. 10. cap. 59.

Annus Julianus.

Anno itaque conditæ Urbis 708. *Romanum* annum jam pridem viciatum amendari inſtituit, menſibus aliquot intercalatis, uti *Januarius* in eum, quem deinceps tenuit, locum ordinemque cogeretur. *Januarius* enim *Pompilianus* in *Octobrem* inciderat ejus formæ, qua nunc utimur. Ita 708. annus iniit a die 13. *Octobris* anni mundi 3937. ſive Periodi *Julianæ* 4667. a quo die ad ultimum *Decembris* anni mundi 3938. dies putantur 445. Totidem enim habuit ultimus ille Confuſionis annus, ut auctor eſt *Cenſorinus cap.* 20. Quocirca anni primi *Juliani* Calendæ incurrerunt in annum Per. *Jul.* 4669. mundi 3939. quo quartum iniit Olympiadis 183. & Urbis 709. quando *Cæſar* Conſulatum quartum obtinuit, ut idem *Cenſorinus* aſſerit, adſtipulante *Dione lib.* 43. Atque hoc ipſum ſolares & lunares eclipſes adſtruunt, quas certis editionis illius annis, imperantibus *Auguſto*, *Claudio*, ac *Nerone*, poſtea conſignabimus. Deinde *Cenſorinus cap.* 21. anno illo, quo ſcribebat, *Ulpio*, & *Pontiano* Coſſ. cœpiſſe refert annum *Iphiti* 1014. ex diebus æſtivis, [qui eſt Olympiadis 254. annus ſecundus] Urbis vero conditæ, ſecundum *Varronem* 991. *Julianum* vero 283. ex Calendis *Januariis*. Aufer 283. de 1014. relinquuntur 731. qui per 4. diviſi conficiunt Olympiadas abſolutas 182. & tertium ſequentis 183. Proinde *Juliani* primi anni Calendæ in eum annum mundi ceciderunt, quo deſiit tertius Olympiadis 183. & quartus incepit. Similiter deductis 283. de 991. reſidui ſunt anni Urbis 708. Igitur annus Urbis 709. initium habuit *Juliano* primo. Ad ſummam, annus primus, *Julianus* ſextus & quadrageſimus retro numeratur ab anno primo æræ *Chriſtianæ*.

d Eſt apud *Græcos* Annalium Scriptores æræ cujuſdam ſive epochæ, mentio, quam *Antiochenorum* vocant, *Græce* χρηματισμὸς τῆς Ἀντιοχείας: quam appellationem, vel nomenclaturam, temporum illius urbis interpretari licet. Hujus exordium ab *Octobri* deductum eſt, quod populare apud illos anni fuit initium, & ab anno Per. *Jul.* 4665. paullo ante *Januarium* anni U. C. 706. qui tum in *Octobrem Julianæ* formæ cadebat, uti ſupra docuimus. Quod ex *Evagrio* Hiſtorico, qui ſæpius hac putatione temporum utitur, hoc pacto demonſtrabimus. *e* Scribit enim *Leonis* Imperatoris anno 2. χρηματισμοῦ vero 506. ingentem terræ motum eveniſſe Indictione 11. *Septemb.* 14. die, feria 1. Fuit hic annus *Chriſti* 458. quo littera Dominicalis erat E, & Indictio in curſu 11. mundi annus 4441. Periodi *Jul.* 5171. Igitur deſinebat annus χρηματισμοῦ 506. & proxime ab *Octobri* cœptus eſt 507. Subtractis annis 507. de annis mundi 4441. reſidui ſunt 3934. Igitur anno mundi 3935. primus annus occœpit χρηματισμοῦ τῆς Ἀντιοχείας. Rurſus idem *Evagrius libr.* 42. *cap.* 9. refert *Juſtinianum* Imperatorem ab *Juſtino* renuntiatum eſſe *Aprilis* Calendis anno χρηματισμοῦ 575. cui aſſentitur & *Chronicon Alexandrinum*; idque *Mavortio* Conſule factum eſſe narrat *Theophanes* Indict. 5. Hic eſt annus *Chriſti* 527. mundi 4510. Cujus in *Octobrem* incidit initium anni *Antiocheni* 576. quare deductis 576. de 4510. reſtant 3934. Igitur anno mundi 3935. cœpit *Antiochenorum* epocha. Porro ex utriuſque loci *Evagrii* comparatione certiſſime probatur, *Antiocheni* χρηματισμοῦ annos ab *Octobri* procedere, non autem a *Majo*, ut ex *Alexandrino Chronico* ſuaderi videtur. Etenim ſi a *Majo* deducerentur, anno illo mundi 458. quo *Antiochenus* putabatur 506. *Septembri* menſe, ab *Januario* ad *Majum* numerari debuit 505. Additis 69. annis, qui conſurgis *Chriſti* 527. fuiſſet 574. a *Januario* ad *Majum*. Atqui 575. *Evagrio* computatur. Non igitur mutatio fit anni menſe *Majo*.

d Vide lib. 10. de Doct. Temp. cap. 62. *Æra Antiochena.*

e Evagr. lib. 2. cap. 12.

Æræ vocabulum ab *Hiſpanis* præcipuo quodam uſu celebratum eſt, uti *libro* 1. hujus *Partis* monuimus. Hujus primordium *Hiſpani* Scriptores ab eo anno repetunt, qui eſt triceſimus nonus ab anno primo *Chriſti*, hoc eſt, 38. ſolidis annis hunc anteceſſit, nimirum ab anno *Juliano* 8. *Appio Claudio* & *Norbano Flacco* Coſſ. quibus annus Urbis conditæ 716. tribuitur. Hoc vero teſtatur *f Idatius*, ubi æra 447. qua *Alani*, *Vandali*, & *Suevi Hiſpanias* ingreſſi ſunt, 4. Calend. *Octobris* feriam ait fuiſſe 3. Coſs. *Honorio* 8. & *Theodoſio* 3. Eſt hic annus *Chriſti* 409. quo littera Dominicalis fuit C. Detractis 409. de 447. reſtant 38. Rurſus idem Scriptor ait æra 440. *Arcadio* 5. & *Honorio* 5. Coſſ. Solem defeciſſe 3. Eid. *Novembres*. Hic annus eſt *Chriſti* 402. quo revera Solis defectio contigit *Novembris* 11. hora circiter 9. matutina. Differentia anni *Chriſti* 402. & æræ *Hiſpanicæ* 440. ſunt 38. Docet hoc ipſum *S. Julianus Toletanus lib.* 2. *contr. Jud.*

Vide lib. 10. de Doct. Temp. cap. 68. & lib. 11. cap. 47. & Diſſert. Var. ad Uranolog. lib. 5. c. 3.

f Idat. in Chron. pag. 10. & Faſt. pag. 61.

Jam cur anno illo potiſſimum editionis *Julianæ* octavo *Hiſpanienſis* æra cœpta ſit, cum variæ ſint ſen-

Æra Hiſpanica unde cœpta.

Digitized by Google

ſententiæ, noſtra illa conjectura probabilis eſt, cum [ut ſcribit *Dio l.* 48.] anno *Juliano* 7. Trium virorum acta ab Senatu confirmata ſint, inter quæ fuit orbis partitio ab *Auguſto* & *Antonio* facta, a Calendis *Januariis* anni 8. *Juliani* cœpiſſe in *Hiſpaniis Auguſtei* imperii annos computari, quam æram poſteri deinde nuncuparunt. Non enim ſtatim ab origine putationis, illius æræ nomen inditum eſt; ſed inclinante puriori jam *Latinitate* & in barbariem degenerante, ut alibi notavimus.

CAPUT XV.

De variis exordiis Imperatoris Auguſti, *& annis* Actiacis.

Vide lib. 10. de Doct. Temp. cap. 64.
a Suet. in Aug. c. 5.
b Dio lib. 45. Ap. 2. Civ. Ep. 117.

NAtus eſt *Auguſtus* ut a ait *Suetonius*, *Cicerone* & *Antonio* Coſs. 9. Calendas *Octobris*, qui eſt annus Urbis 691. Ideo cum *Julius Cæſar* occiſus eſt, annos ille natus erat octodecim, menſeſque circiter ſex. b Atque hic, avunculi audita nece, *Apolloniæ* urbe *Macedoniæ*, quo in ſpem *Parthicæ* expeditionis a *Julio* præmiſſus erat, *Romam* adveniens privata auctoritate veteranorum copias conſcripſit. Anno vero ſequente, Urbis 711. *Septembris* 22. Conſulatum cœpit cum *Q. Pedio*, annos natus 21. Eodem anno, 5. Calend. *Decembris* Triumviratum iniit. Ab utrovis anno primordium *Auguſti* Scriptores repetunt: quorum alii ejus imperio annos imputant 57. vel 56. ſupra menſes aliquot. Mortuus eſt (ut poſtea dicetur) anno *Juliano* 59. *Auguſti* menſis 19. Intervallum ab anno *Juliano* 2. quo *Julius* occiſus eſt Idibus *Martiis* anni 57. menſes 5. dies 4. A ſequenti vero anno, & adito Conſulatu, anni intercedunt pleni 55. cum menſibus 10. diebus 28. A Triumviratu, anni 55. menſes 8. dies 22.

Anno Auguſti.

Tertium imperii primordium *Dio lib.* 51. commemorat ab *Actiaca* victoria, unde *Auguſti* monarchia procedit, ſive ab anno ſequente poſt *Antonii* & *Cleopatræ* necem.

Quadruplex eſt epocha, quæ appellationis ſimilitudine poteſt fallere. Nam alii ſunt anni ab *Actiaca* victoria, alii *Actiaci* ſimpliciter, alii *Auguſtorum Romani*, alii denique anni *Actiaci* fixi, & *Julianum* ad modum ab *Alexandrinis* redacti. Navalis ad *Actium* victoria contigit (ut *Dio* teſtatur) *Cæſare* tertium & *Meſſala* Coſſ. Urbis conditæ 723. *Julianæ* editionis 15. die 2. *Septembris*, immo 3. ſi ad emendatum annum *Julianum* ratiocinia dirigantur, ut c alias oſtendimus. Ab hoc tempore anni τῆς ἐν Ἀκτίῳ μάχης ſive monarchiæ *Auguſteæ* accurata putatio repetitur, auctore *Dione*.

c Lib. 10. de Doct. Temp. cap. 69.

Inſequente anno *Cæſar* ingreſſus *Ægyptum Alexandriam* occupavit; *Antonius* Calendis *Sextilibus*, ut ſcribit d *Oroſius*, defectione claſſis ad *Cæſarem* ſuæ territus, ſeſe ferro tranſverberavit. Poſtea *Cleopatra* ejuſdem menſis, ut eſt probabile, die 29. ſibi mortem attulit. Quo ex die refert e *Dio* Senatus decreto *Ægyptios* tempora dinumeraſſe. Hic annus Coſſ. habuit *Cæſarem* 4. & *Licinium Craſſum* ut *Dio* memorat: & eſt Urbis 729. *Julianus* 16. f *Cenſorinus* annum, quo ſcribebat, qui fuit *Chriſti* 238. numerat Urbis ex *Varrone* 991. *Julianum* 283. *Iphiti* 1014. *Actiacum Ægyptiorum* 267. Scribebat nimirum librum ſuum *Julio* menſe, vel *Auguſto*, ante 29. hujus diem, exeunte *Actiaco* 267. & imminente 268. Nam ſi anni *Juliani* inierunt anno U. C. *Varroniano* 709. & *Cleopatræ* nex anno 724. anno *Juliano* 16. detractis 15. de *Julianis* 283. reliquus eſt annus a *Cleopatræ* obitu, ſive *Actiacus Ægyptiorum* 268. qui cœpit anno *Chriſti* 238. *Auguſti* 29. paullo poſtquam ſcripſerat iſta *Cenſorinus*. Igitur anni *Ægyptiorum Actiaci* a morte *Cleopatræ* & anno *Juliano* 12. *Auguſti* menſis 29. ducuntur.

d Oroſ. lib. 6. c. 19.
e Dio lib. 51.
f Cenſ. cap. 21.

Anni *Auguſtorum Romani* ex Calendis *Januariis* proficiſcuntur ejus anni, quo *Cæſar* 7. & *Agrippa* 3. Coſſ. fuerunt. Hoc enim anno a d. 17. Calend. *Februarii* ſententia *Munatii Planci Octaviano Cæſari* tributum eſt *Auguſti* nomen, anno Urbis conditæ 727. *Juliano* 19. ut auctor *Cenſorinus*, qui annum *Julianum* 283. dicit *Auguſtorum Romanum* eſſe 265. Ab anno porro antecedente legitimum deinceps imperium penes *Cæſarem* extitit: tunc enim a S. P. Q. R. id illi eſt attributum ejuſque adminiſtrandi certa ratio ab eo conſtituta, partitis cum populo provinciis, ut ſcribit *Dio lib.* 53.

Anni Auguſtorum.

Denique cum *Ægyptii* anno hactenus vago uſi eſſent & mobili, cujus formam *lib.* 1. hujus *Partis* deſcripſimus, poſt *Ægyptum* in poteſtatem *Auguſti* redactam, annum fixum ad *Juliani* modum aſſumpſerunt, hujus initio, quæ ſunt Calendæ *Thoth*, eo die *Juliani* & *Romani* menſis adſtricto, in quem commodum incurrebat.

Atqui anno ipſo, quo *Alexandria* potitus eſt *Cæſar*, neomenia *Thoth* incurrit in *Auguſti* 31. nec ad 29. pervenit niſi anno *Juliano* 21. Urbis 729. Proinde annis quinque vertentibus, poſt *Cleopatræ* mortem *Ægyptii*, anno vago repudiato, fixum & ſtabilem adoptarunt, cujus neomenia in *Auguſti* 29. diem competit. Quod teſtatur *Theo* libro, qui nondum editus, εἰς τοὺς προχείρους κανόνας: ubi ab initio *Nabonaſſari* ad mortem *Alexandri*, ſive *Thoth* ejus, annos *Ægyptios* computat 424. inde vero ad Αὐγούστου (ita nominat epocham anni fixi) annos 299. Colliguntur a *Thoth Nabonaſſari*, ad *Thoth* anni fixi, anni 723. Porro annus 723. *Nabonaſſari* deſinit anno illo, quem diximus, *Juliano* 21. quo cœpit 724. Idem ex aliis Scriptoribus efficitur. De qua re plenius in *lib.* 10. *de Doct. Temp. cap.* 71. De *Actiaca* porro victoria, & annis *Actiacis*, conſule *capita* 69. & 70.

CAPUT XVI.

De Jacobi *Patriarchæ celebri illo vaticinio, quod eſt* Geneſ. c. 49. *de* Chriſto *Domino; cujus probabilis adducitur interpretatio.*

g Vide Hieron. in c. 6. Dan. Proſper. 2. de Prom. cap. 40.

QUidam g ex Antiquis, cum alienum eſſe ab *Jacobi*, ſive *Iſraelis* ſanguine *Herodem* animadverterant, peregrinæque ſtirpis & originis, in eo finem habere crediderunt vetus illud oraculum *Jacobi Gen.* 49. 10. *Non auferetur ſceptrum de Juda, & dux de femore ejus, donec veniat, qui mittendus eſt, & ipſe erit exſpectatio gentium.* Hinc *Herodiani*, quæ fuit Secta *Judæorum* ſub *Chriſti* tempus exorta, *Herodem* dicebant fuiſſe *Meſſiam*; quoniam ad eum uſque principatus penes *Judæ* tribum extiterat. *Græce* ita conceptum eſt *Jacobi* vaticinium: Οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα, ἕως ἂν ἔλθῃ ᾧ ἀπόκειται. *Non deficiet princeps e Juda, donec venerit, cui repoſitum eſt*, hoc eſt, *cui repoſitum eſt, ut ſit Chriſtus*, ait h *Epiphanius*. Ea quippe de cauſſa dictos *Herodianos*, quod *Herodem* profitebantur eſſe *Chriſtum*, magis probamus, quam quæ alii commenti ſunt.

h Epiph. in Herod.

Superioris autem illius de prophetia *Jacobi* ſententiæ falſitas ex ejuſdem veriori interpretatione pendet, quæ, ut breviſſime perſtringam, non enim longiori uti ſermone licet, mihi videtur iſtiuſmodi. Primum *Judæ* vocabulo tribum ipſam intelligo *Judæ* Patriarchæ cognominem, penes quam ſolam, i profligatis & exſtinctis in perpetuum ceteris, *Hebræo-*

Explicatur prophetia Jacobi de Chriſto.
i 4. Reg. cap. 17.

bræorum & populus, & religio, & appellatio ipſe reſederit, quibus notis ab aliis gentibus populus iſte diſcernebatur. In quo nobis cum Antiquorum pleriſque convenit; ut *a Euſebio*, *b Epiphanio*, *c Cyrillo*, *d Auguſtino*, aliiſque, ut Recentiores modo ſileantur. Siquidem *Iſraelis* omnes poſteri, ſola iſta tribu ſuperſtite, *Judæi* ab *Juda* nominati ſunt; quod ſubinde poſt reditum a *Babylonica* deportatione cœptum eſſe *e Joſephus* affirmat. *Sceptrum* ergo ſignificare illic arbitror multitudinem ipſam, ſive cœtum hominum, qui uno Reipublicæ, populi, & communitatis nomine continetur, ac ſuas habet leges, & magiſtratus ſuos, tam civiles profanoſque, quam ſacros. Etenim vox שבט pro *tribu* ſumitur, cujus ſymbolum virga, ſive *ſceptrum* fuit, *Num.* 17. 2. tum pro juriſdictione ac civili poteſtate ſolet accipi: qua utraque notione in illis *Jacobi* verbis uſurpari videtur. *Non auferetur*, inquit, vel, ut *Hebraice* legitur, *non recedet ſceptrum de Juda*: hoc eſt, non prius tribus ac populus inter populos eſſe deſinet, aut proprios habere magiſtratus, juriſdictionemque propriam, & principes, qui a peculiari iſta multitudine nomen accipiant, ut Reges, aut Principes, vel Sacerdotes, & Pontifices *Judæorum* appellentur, *quam Meſſias venerit*. Ut hoc ſignum certiſſimum habituri eſſent poſteri, jam adveniſſe *Chriſtum*, & impletam illius oraculi fidem, cum ſublata illa de populo *Judaico*, &, quæ ſola nomen illud ac Rempublicam ſuſtinebat, *Judæ* tribu cernerent. Ac neſcio, an non *ſceptri* nomen civilem & profanam juriſdictionem proprie ſignificet; *ducis* autem vox, pro qua in Hebræo מחוקק, *legiſlator* ponitur, Eccleſiaſticam poteſtatem, hoc eſt, Pontificatum & Sacerdotium. Quippe leges iſtius populi primariæ ſacræ erant & Eccleſiaſticæ, ut pro eo *ſacerdotale regnum* & *gens ſancta* dici meruerit *Exod*. 19. 6.

a De-monſtr. Evang. lib. 2.
b Hær. 20.
c 8. cont. Jul.
d 22. contr. Fauſt.
e Lib. 11. Orig. c. 5.

Paullulum obſcura ſunt illa, *& dux de femore ejus*: vel, ut *Hebraice* concipiuntur, & *Legiſlator de inter pedes ejus*, quibus honeſte putant adumbrari *αἰσχυντικὰ μέρη* quaſi de ſtirpe ac ſemine *Judæ* non ante ſint Princeps Legiſlatorque, id eſt legis interpres, defuturus, quam *Chriſtus* advenerit. Verum *Hebræi* aliter hanc locutionem explicent, *de inter pedes ejus*, nec ad generationem referunt. Mea porro hæc ratio eſt: ſignificationem illius ex iis, quæ paullo ante præcedunt, oportere peti: *Catulus leonis Juda: ad prædam, fili mi, aſcendiſti: requieſcens accubuiſti ut leo, & quaſi leæna: quis ſuſcitabit eum?* *Hebraice* autem ſic. *Incurvavit ſe, accubuit ſicut leo*. Quæ ſic *Aben Ezra* declarat. Exprimi dicit morem leonis & habitum, qui capta præda laniataque ſubſidere ſolet & incubare; neque vi ulla detrahi ſibi patitur, quidquid pedibus amplexus fuerit. Ad hunc modum *Jacob* ait *Judam*, hoc eſt, tribum ipſam, populumque de *Juda* ſtirpe venientem poſtquam ſemel principatum, vel Reipublicæ jus & magiſterium acceperit, non prius extorqueri paſſurum ſibi, quam *Chriſtus* advenerit. Quocirca *de femore ejus*, ſive *de inter pedes ejus*, valet idem ac de cruribus illius, amplexuque quo ſtringit. Sic *Iſaiæ* 5. 29. *Tenebit prædam, & amplexabitur, & non erit qui eruat*. Vide & *Numer*. 23. 24.

Poteſt etiam ſic illud exponi. Quoniam ad Judicis Præſidiſque pedes decubare Scriba ſolet, qui dictatam ab illo ſententiam excipit, docet Patriarcha, non defuturum ex *Juda* tribu Legiſlatorem & Magiſtratum, qui traditam ab ea tribu poteſtatem exerceat quique illius vice, ac de ejus voluntate, commiſſa ſibi juriſdictione fungatur: ut penes communitatem ipſam jus ac poteſtas omnis ſita ſit quam in Magiſtratus deinde ſuos conferat, qui *de inter pedes ejus*, hoc eſt de ſinu ipſius ac gremio producti fuerint: vel denique qui adminiſtrationem omnem propriam illius populi, & eidem inſcriptam & attributam, exerceant. Ita ne *Herodes* quidem ipſe, & ſi qui alii ſunt ejuſmodi, exitum oraculi iſtius interpellant, qui Reges Principeſque *Judæorum* & illius tribus peculiares exſtiterunt. Maxime cum ordinarii interim alii Magiſtratus eſſent, præſertim Eccleſiaſtici, legum, ut diximus, interpretes.

Quamobrem non uno tempore, ſed pedetentim vaticinium illud finem habuit. Paullatim enim ab *Romanis* Reipublicæ forma, juſque illis, & civilis ſacraque poteſtas eſt adempta: donec everſa urbe, atque templo, populus & communitas *Judæorum* eſſe deſiit, uno & loco & magiſtratu imperioque comprehenſa. Quod occiſo denique *Chriſto* in poſtrema illa vaſtitate fore *Daniel* 9. 26. his verbis demonſtrat: *Et non erit ejus populus, qui eum negaturus eſt*. Deinceps enim ſceptrum, ac civilis omnis & Eccleſiaſtica poteſtas, ac Magiſtratuum juriſdictio funditus iis eſt adempta; cum per orbem diſperſi ſub alieno dominatu miſerrimam ſervitutem tolerent, neque formam ullam habeant civilis communitatis, vel civitatis, ac Reipublicæ magiſtratuſque, penes quos vitæ ſit ac necis poteſtas.

At complures Antiquorum Recentiorumque, qui in illa *Jacobi* ſententia *Judam* peculiari de tribu intellexerunt, id ſibi Patriarcham voluiſſe credunt, ex ſtirpe ac progenie *Judæ* filii ipſius perpetuo *Judæis* præfuturum aliquem, eorumque fore Principem; donec *Chriſtus* adveniat. Sed in hujus reddenda dicti ratione multum æſtuant. Siquidem vetuſtatis omni teſte memoria refelluntur, quæ non ſolum ante *Davidem* unum alterumve dumtaxat ex illa tribu rexiſſe populum oſtendit, annis circiter 675. ab edita prophetia; ſed etiam poſt *Sedeciæ* necem, occaſumque Urbis & Templi, ad *Chriſtum* uſque, de alia quam *Judæ* ſtirpe duces exſtitiſſe anno 588. Etenim *Macbabæos f* conſtat ex *Levitica* & ſacerdotali progenie deſcendere. Quod vero ſic a nonnullis *g* occurritur, *Macbabæos* iſtos maternum genus ab *Juda* tribu duxiſſe, vel gratis dicitur, vel nihil ad rem pertinet. In primis de materna illis *Macbabæorum* origine nullus fidejuſſor idoneus eſt. Tum id certum eſt, maternum genus nullius apud *Judæos* momenti fuiſſe, ut ex eo tribu in aliqua cenſeretur quiſpiam. Poſtremo invictum adverſus illam ſententiam argumentum ſuppetit. Nam ſi materna ſtirpe *Juda* tribum contingere ad id ſatis eſt, ut regni jus ac principatus ſibi quiſpiam aſſumat, quod illi tribui divinitus eſt conceſſum, non minus hoc in tribu *Levitica* ſacerdotalique ſtirpe locum habebit, ut, qui maternam ex illa origenem acceperit ad eam tribum pertineat, & *Leviticas* ſacerdotaleſque functiones vendicare ſibi poſſit. At hoc ne illi quidem exiſtimant, qui de *Macbabæis* iſta diſputant. Etenim *Chriſti* matrem B. Virginem cum *Aaronis* genere implicatam fuiſſe confitentur; eo quod *Elizabeth*, *h* quæ *de filiabus Aaron* fuit, *i Mariæ* cognata dicitur. Atqui non ideo *Chriſtus Levita* vel Sacerdos ſecundum *Aaronis* ordinem erat: ſed ab eo prorſus alienus, ut *k Paullus* affirmat. Igitur neque *Macbabæi* in *Judæ* tribu reponendi ſunt, neque jus illius proprium ſibi poſſunt defendere, quamlibet maternum genus indidem traxerint.

f 1. Machab. 2. 1.
g Abul. Lyran. Burg.
h Luc. 1. 5.
i ibid. 36.
k Heb. c. 12.

DIONYSII PETAVII

E SOCIETATE JESU

RATIONARII TEMPORUM

PARTIS SECUNDÆ

LIBER QUARTUS.

CAPUT I.

De æra Dionyſiana, *cujuſmodi ab auctore inſtituta fuit: deque vulgari epocha annorum* Chriſti, *ac vero natali ejuſdem.*

UT ab Urbis conditu annos olim ſuos *Romani* putare conſueverant, ab Olympiadum exordio *Græci* veteres, ab initio *Seleuci Syri* & Orientales plerique, ab orbe condito *Conſtantinopolitani Græcique* hodie reliqui: ita nos ab Incarnatione vel Nativitate *Chriſti* tempora noſtra numeramus. Hujus inſtituti *Dionyſius* auctor fuiſſe traditur cognomento *Exiguus*, qui *Juſtiniano* Imperatore floruit, & cum *Caſſiodoro* familiariſſime vixit. Quamquam paullo aliter epocham iſtam conſtituiſſe *Dionyſium* a in *lib.* 12. *de Doct. Temp.* ex ipſomet ac *Bedæ* demonſtravimus. Nos enim primum annorum *Chriſti*, a quo hic ipſe, quo ſcribimus, 1632. putatur, proximum poſt illum facimus, quo incarnatus eſt natuſque Dominus & aureum illi numerum aſſignamus 2. Solis vero Cyclum 10. cum Indic. 4. *Dionyſius* vero ab antecedenti anno, aureoque numero 1. Cycli Solis 9. æram Incarnationis auſpicatus eſt. Siquidem primum annum Cycli decemnovenalis in epiſtolis ſuis, quas in *Appendice Operis de Doct. Temp.* edidimus attribuit aureo numero 19. eumdemque cœpiſſe dicit ab 15. Paſchalis menſis, quæ in *Aprilis* diem 17. incidit, & deſiiſſe in Nonas *Aprilis* anni ſequentis, in quas Luna 14. competebat. Qua ratione primus annus Cycli biennio præceſſit æram *Chriſti* communem. Atqui b *Beda* teſtatur, *Dionyſium* æram Incarnationis ab anno ſecundo Cycli decemnovenalis inchoaſſe. Exorſus eſt igitur ab anno illo, qui vulgarem æram proxime antecedit. Quod a nemine, quod ſciam, obſervatum hactenus, neque a *Beda*, immo ne ab ipſo quidem, æqualis qui fuit *Dionyſii*, *Caſſiodoro* intellectum, in *lib.* 12. *Operis* noſtri fuſe declaravimus. Nunc de æra noſtra communi, annisve *Chriſti* paucis eſt agendum, ut illud inveſtigemus, ecquid revera *Chriſtus Decembri* illo, cui proxime ſucceſſit annus primus epocha communis, in lucem ſit editus.

a Vide lib. 12. c. 2. & 3. & in Append. p. 890.

Unde Dionyſius æram ſuam cœperit.

b Beda de Rat. Temp. cap. 45.

Quam in rem certiſſime tenendum illud eſt, primum eorum annorum, quos *Chriſti* vulgo nuncupamus, incidiſſe in annum editionis *Julianæ* 46. & Olympiadis 194. annum quartum ante ſex menſes inchoatum: ſicut numerari cœpta ſit Olympias 195. æſtivis diebus illius anni primi *Chriſti*, ſive *Juliani* 46. Hoc enim *Romanorum Faſtorum* ſeries, atque *Auguſti* & aliorum Imperatorum initia, exitus, ac totius imperii intervalla perſuadent, quæ certis characteriſmis ac Solis Lunæque defectionibus ita ſunt notata, nullam uti dubitationem ac controverſiam admittant. Exempli cauſſa, mortuum eſſe conſtat *Julium Cæſarem* anno ſecundo *Juliano*, & quadrageſimo quarto ante eum annum, quo natus ponitur *Chriſtus*; *Auguſtum* vero exceſſiſſe anno *Julianæ* editionis 59. Atqui mortem *Auguſti* incurriſſe in annum 14. *Chriſti* paullo poſt adſtruemus. Ex quo conſequens eſt primum annum *Chriſti Julianum* eſſe 46. Urbis conditæ *Varronianum* 754. hoc eſt *Palilia* 754. illo anno putari cœpiſſe. Id ipſum & *Claudii* ac *Neronis* Imperatorum anni nos docent. Quippe anno *Chriſti* 45. Sol defecit Calend. *Auguſti*, *Claudii* anno quinto, *Juliano* 90. ut ſuo loco demonſtrabitur. Unde conſtat annum (uti dictum eſt) *Julianum* 46. *Chriſti* eſſe primum. Sic *Neronis* anno 5. Urbis conditæ 812. *Juliano* 104. Solis defectio pridie Calendas *Majas* accidit, anno *Chriſti* 59. ex quo eadem annorum *Chriſti* epocha conficitur.

Annus 1. Chriſti unde cœperit.

Quamobrem, ſi (ut perſuaſum eſt vulgo) natus eſt Dominus anno *Juliano* 45. Urbis ex *Varrone* 753. id evenit anno imperii *Auguſti* 43. ab Triumviratu, vel Conſulatu, de quo *libro* ſuperiore *cap.* 15. hujus *Partis*. At *Bedæ*, ceterorumque poſt illum computi Paſchalis artificum, hæc ſententia, incarnatum eſſe *Chriſtum* & in lucem editum anno ipſo primo æræ *Chriſtianæ*, *Juliano* 46. aureo numero 2. quod in *lib.* 12. *de Doct. Temp. cap.* 1. oſtendimus.

Jam *Auguſti* mors ſine ulla controverſia contigit anno *Juliano* 59. *Chriſtianæ* æræ 14. quod etiam poſtea invictis rationibus affirmabitur. Tum itaque *Chriſtus* anno 13. menſeſque circiter octo confecerat, ſi vera eſt communis putatio, uno minus anno, ſi *Bedæ*, computique Magiſtrorum placet opinio.

Vide lib. 12. de Doct. Temp. cap. 1.

Tiberii denique quintus decimus annus iniit *Juliano* 73. ab *Auguſti* menſis 17. & ad inſequentis anni diem eumdem perductus eſt: qui annus *Julianus* 74. numeratur, & Conſulatu notatur *Geminorum* duorum, ab U. C. 782 quo anno baptizatus vulgo Dominus creditur.

Hinc apparet, *Chriſtum*, ut anno *Tiberii* 15. a *Joanne* baptizatus fuerit, annos natum fuiſſe totidem quot a *Decembris* 25. anni *Juliani* 46. ad 6. *Januarii* anni 46. in-

64. intercurrunt. Sunt autem pleni 28. ac dies præterea 12. Atqui aut triceſimum jam egiſſe, aut proximum illi fuiſſe vulgo convenit. Non igitur cum communi de ætate *Chriſti* ſententia æra illa paria facere videtur.

Natalem Chriſti quidam uno anno vel duobus anteverterunt.

Ea res hoc & antecedente ſæculo complures eruditos homines adduxit, uti natalem *Chriſti* uno anno vel duobus anteverterent: vel alii Coſſ. *Auguſto* 13. & *Sylvano*, alii *Lentulo* & *Meſſalino* natum eſſe defenderent. Priorem *Onuphrius* opinionem [uti ceteros omittam] poſteriorem *Baronius* amplexus eſt. Iidem tamen natalem *Chriſti* vulgi opinione conſtitutum ab exactiori illo calculo minime ſeparant: quod alii poſtea fecerunt.

Hactenus igitur uno anno, vel biennio, anticipandum eſſe *Chriſti* ortum, pii ac docti homines arbitrati ſunt. Verum ante annos fere triginta nova quædam exorta ſententia eſt, quæ quattuor ſolidis annis prævertendam eſſe *Chriſti* nativitatem adſtruit, cujus auctor extitit R. P. *Dekerius*. Is natum eſſe

Alii 4. 5. vel 6.

Chriſtum docuit anno *Juliano* 41. *Auguſto* 12. & *L. Cornelio Sulla* Coſs. quattuor annis ante eum, qui vulgo ſtatuitur. Hic enim *Juliano* 45. congruit, ut paullo ante diximus. *Keplerus* vero annum inſuper adjecit ad *Dekeriana* ratiocinia, ac natum poſuit anno *Juliano* 40. *M. Antonius Capellus Franciſcanus*, biennio *Dekerium* ſupergreſſus ſex annis communem anticipavit epocham, adeo ut *Chriſti* natalis annus incurrat in *Julianum* 39. Sed hujus jam a nobis exploſa ratio eſt [a] in *lib.* 12. *de Doct. Temp.* Reliquæ

[a] Vide lib. 12. de Doct. Temp. cap. 6.

ſunt ergo duæ: immo vero *Kepleriana* prætermiſſa, quæ minime neceſſarium addit annum, unica *Dekeri* ſupereſt, de qua nos eodem in *libro* ita diſputamus. Si *Joſephi* ac *Dionis* auctoritatem ſequimur, eam probabilem maxime videri. Etenim ex amborum conſenſione ſuperiore *libro* illud effectum eſt, *Herodem* anno *Juliano* 42. circa Paſcha eſſe mortuum, cum paullo ante Luna defeciſſet. Quare neceſſe eſt, *Chriſtum* ſaltem anno *Juliano* 41. hoc eſt quadriennio ante communem epocham, in lucem exiſſe.

Quomodo vulgaris natalis defendi debeat.

Sin eſt, ut eo anno natum omnino velimus, a quo *Chriſtiana* æra procedit, [quem & ab ipſo *Dionyſio* præſtitutum eſſe Dominicæ Incarnationi, ac Natali ſupra docuimus] unica in promptu ratio eſt, qua illi patrocinari poſſumus; uti baptizatum dicamus eſſe *Chriſtum* anno ætatis ineunte 29. ſi quinto decimo *Tiberii* id aſſignare libeat. Quod ſi ſola *Joannis* prædicatio quinto decimo illi anno tribuenda ſit, *Chriſtus* vero ſequenti anno baptiſmum adierit, ineunte triceſimo ad *Joannem* acceſſiſſe dicetur, *Juliano* 75. Sane *Lucas* Evangeliſta *cap.* 3. *verſ.* 1. *Joannem* anno quinto decimo *Tiberii* ad prædicandum ac tingendum prodiiſſe narrat; utrum autem eodem anno *Chriſtum* baptizarit, haud expreſſis verbis indicat. De *Chriſto* vero eod. *cap. verſ.* 23. id unum refert, annorum quaſi triginta fuiſſe, cum ad *Joannem* venit: καὶ αὐτὸς ἦν ὁ Ἰησοῦς ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα ἀρχόμενος. *Et ipſe erat Jeſus quaſi annorum triginta incipiens.* Quæ verba ſuam quiſque hactenus ad ſententiam accommodare ſtuduit. Nos ea ſic interpretati ſumus, ut anno plus minuſve triginta natus fuerit, cum in publicum exire ac prædicare eſt aggreſſus. *Clemens Alexandrinus lib.* 1. *Strom. pag.* 147. ita locum illum concipit: ἦν δὲ Ἰησοῦς ἐρχόμενος ἐπὶ τὸ βάπτισμα ὡσεὶ ἐτῶν λ'. Vide *caput* V. *libri* XII. *de Doct. Temp.* ubi de hac tota controverſia accurate ſcripſimus. Quo circa non poteſt ex iſto Evangelii loco ſuper ætate *Chriſti* certa & exacta ſententia colligi, ex quo tanta illa ejus in natalem obſcuritas redundavit.

Neque vero prætermittendum eſt, quod ad Hiſtoriam & Chronologicam rationem magnopere pertinet, quocumque natus anno *Chriſtus* fuerit, nihilominus communem & uſu receptum Eccleſiæ calculum annorum *Chriſti* utilem eſſe, & ab omnibus adhibendum. Non enim eſt neceſſe ab vero natali proficiſci ſummam annorum *Chriſti*, dum fixo & immobili ex capite pendeat: hoc eſt, anno *Juliano* 46. illigata ſit, ſive ante annos 1631. cœperit. Nam hoc unum Chronologus inquirit, qui quidem æra illa utitur, quoto ante illud initium, vel poſt illud, anno quælibet res inciderit; ut, quanto ab noſtris temporibus intervallo diſtet, ſine errore pronunciet.

CAPUT II.

De his, quæ ad illuſtrandum Chriſti *ortum pertinent; ac primum de* Syriæ *Præſidibus: deque* Quirino, *& ejus duplici cenſu. Tum de* Bethleemo, *& diverſorio, ac ſtabulo, in quo poſitus eſt* Chriſtus, *deque die ipſo natali.* Vide duplicem Diſſertationem quam ad calcem hujus libri adjecimus.

JUvat illuſtrandæ Dominici natalis hiſtoriæ quaſdam ejus περιστάσεις expendere. Quarum præcipua & primo loco memoranda venit *Quirini* cenſio. Hoc enim & *Syriæ* Præſide, & cenſum agente, natus eſt *Chriſtus*: quod *Lucas cap.* 3. nos docet. Provinciam *Syriam* poſtquam *Pompeii* opera *Romani* in jus ſuum accepere, ad eam gubernandam, uti mos illis fuit, Magiſtratus ex Urbe miſerunt. [b] Diviſione ab *Auguſto* provinciarum facta, ut aliæ populo permitterentur, ad quas rectores ſuo ille ſuffragio deſtinaret, alias *Cæſar* ipſe per legatos ſuos adminiſtraret, inter *Cæſareas* locum habuit *Syria*. Itaque qui eam Magiſtratus obtinebant, ii Legati, vel Proprætores, vel etiam Præſides appellati ſunt, quacumque in Urbe dignitate functi eſſent, ac ſive Præturam, ſive etiam Conſulatum geſſiſſent: ut *Vitellius*, qui poſt Conſulatum Præſes *Syriæ* factus eſt, auctore [c] *Joſepho*, qui illum vocat ὑπατικὸν ἄνδρα τῆς Συρίας τὴν ἡγεμονίαν ἔχοντα *Conſularem virum, & Syriæ Præſidem.* Ubi *Conſularis* vox abſolute *Præſidem* non ſignificat: quod aliquando ſuſpicati fuimus. Interdum nullo geſto magiſtratu, tam in *Syriam*, quam in reliquas *Cæſaris* provincias cum poteſtate mittebantur. Græci ἐπιτρόπους vel ἡγεμόνας vel ἐπιστάτας nominant. Præter Præſidem, cui tota *Syriæ* provincia parebat, minores additi ſunt alii; velut Procuratores, qui nonnunquam & ipſi Præſides, & ἡγεμόνες latius acceptis nominibus, appellantur; ex equeſtri ordine, vel etiam libertinorum genere aſſumpti, ut ſcribit *Dio lib.* 53. Horum officium fuit tributa colligere in ea provinciæ parte, quæ mandata illis erat, ac ſumptus ſuppeditare. Paullatim vero jus illorum amplificatum eſt: ut merum etiam poteſtatem & gladii jus acceperint, præſertim in parvis provinciis, quibus nemo, præter Procuratorem, jus dicebat. Sed in iis etiam, quas *Cæſaris* Legati vel Præſides curabant, eadem functione præditi fuerunt. Sic in *Judæa*, quæ portio quædam erat provinciæ *Syriæ*, & a Præſide gubernabatur, ſumma Procuratoris poteſtas fuit. Itidem & in *Samaria*, *Galilæa*, ac reliquis *Syriæ* partibus evenit, quæ ſingulæ ſuos Procuratores habebant; quamdiu nullis Regibus aut Tetrarchis ſubeſſent, ſed contribuebantur *Syriæ*. Itaque ſub *Herode*, ac poſtea ſub *Agrippa* ſeniore, qui ambo provincias illas omnes cum titulo Regis acceperant, Procurator *Judææ* nullus exſtitit. Poſt *Herodis* I. obitum (ut notat *Joſephus lib.* 17. *Orig. cap.* 13.) *Archelaus* novem ſolidis annis *Judæam* hoc eſt *Paleſtinæ* partem illam, cujus caput erat *Hieroſolyma*, tenuit, cum *Idumæa* & *Samaria*; cetera in illius fratres *Auguſtus* partitus eſt. Poſt *Archelai* relegationem, ejus ditio *Romani* facta juris, *Syria* eſt adjuncta: in eamque deinceps Procuratores *Cæſaris* ſunt profecti. Quamobrem per id tempus, quo natus eſt paſſuſque *Chri-*

Vide lib. 15. de Doct. Temp. cap. 11.

[b] Strabo lib. 17. Dio lib. 17.

Provinciæ quomodo a Romanis geſtæ.

[c] Lib. 18. Antiquit. c. 5.

Præſides, & Procuratores.

Procurator nullus Judææ ſub Regibus fuit.

ſtus, ſuum *Judæa* Procuratorem habuit; non item *Galilæa*, quæ *Herodi* ac *Philippo* Tetrarchis parebat.

Quirini cenſus duplex.

Archelao in exſilium pulſo, miſſus eſt in *Syriam P. Sulpicius Quirinus*, vir per omnes honorum gradus ad Conſulatum uſque provectus, ait *Joſephus lib.* 18. *cap.* 1. [illegible], *ut jura populis redderet, ac bonorum cenſum inſtitueret*. Cum eo venit & *Coponius*, ut *Judæam* procuraret, quam nihilominus & *Quirinus* adiit, ut & *Judæorum* fortunas cenſeret, & *Archelai* bona venderet. Hæc cenſitio *Judæorum*, & *Archelai* fortunarum venditio anno *Juliana* 51. contigit, æræ communis circiter 6. Hoc enim anno *Archelaus* tetrarchia multatus abiit in exſilium, decimo ineunte poſt *Herodis* patris exceſſum, quod *Joſephus* indicat, qui decimo anno principatus relegatum eum eſſe ſcribit in *lib.* 17. *Orig. cap.* 15. nono vero anno, in *lib.* 2. *de Excid. Hieroſol. cap.* 6. Ex quo id efficitur, novem integris annis expletis, initio decimi id eveniſſe. Non poteſt hic cenſus eſſe, de quo *Lucas* meminit; quippe tamdiu poſt natum Dominum factus. In quo turpiter lapſus eſt *Euſebius lib.* 1. *Hiſt. Eccl. cap.* 5. qui eumdem fuiſſe credidit.

Primus cenſus Quirini.

Nos ab *Quirino* bis in *Judæa* cenſum actum eſſe conjicimus, & extraordinarium utrumque, hoc eſt, præter ordinarios Præſides *Syriæ*, miſſum eſſe cum extraordinaria curatione, ac poteſtate *Quirinum*. Primus ab illo cenſus inſtitutus eſt ſub ortum Domini, quo tempore *Cn. Sentius Saturninus Syriæ* præerat. Hic enim extremo *Herodis* tempore eam provinciam regebat, quod [a] ex *Joſepho* colligitur, ac ſucceſſorem, [b] eodem teſte, *Quintilium Varum* habuit anno *Herodis* ultimo: cum is ſcilicet *Antipatro* filio necem moliebatur. Quænam cauſſa cenſionis illius extraordinariæ fuerit, pro comperto nemini affirmare licet. Probabilis eſt tamen conjectura illa, quam [c] alibi fecimus: *Auguſtum*, qui [d] breviarium Imperii *Romani* moriens reliquit, in quo deſcriptæ omnes illius erant opes ac vires, ad id conficiendum, exactiorem toto orbe *Romano* cenſum inſtituiſſe ſtatere: cujus exſequendi munus per Orientem & *Syriam Quirino* commiſerit, qui proinde extra ordinem tum *Syriæ* præfuit. Cum vero *Sentius Saturninus* per idem tempus Præſes ordinarius eſſet, ejus quoque nomine cenſus idem inſcribi potuit. Hinc eſt quod *Tertullianus* per *Sentium Saturninum* cenſus iſtos per *Judæam* actos eſſe dicit: quod ſub ejus ordinaria præfectura inchoati ſint & affecti. Poſterior cenſio, poſt *Archelai* relegationem, ab eodem facta *Quirino* eſt, Ideo *S. Lucas* ſuperiorem illam deſcriptionem primam appellat, In qua tributi nihil, aut capitationis, exactum puto. Non enim id in *Herodis* regno, Rege adhuc ſuperſtite, *Auguſtus* uſurpavit. Neque vero [illegible] aliud eſt quam *cenſeri*, ac *nomen profiteri*, quod citra penſitationem poteſt fieri, Plerique tamen tributum exactum indicant.

[a] Lib. 16. Orig. c. 11.
[b] Lib. 17. cap. 7.
[c] Lib. 11. de Doct. Temp. cap. 8.
[d] Diod. lib. 56.

Secundus cenſus Quirini.

Indicta igitur ab *Romano* Præſide cenſione, *Joſephus* cum B. Virgine partui jam propinqua *Bethleemum* contendit. *Joannes Evangel. cap.* 7. *verſ.* 42. & *Juſtinus Martyr Apolog.* 2. [illegible], id eſt, *vicum*, *Bethleemum* vocant. *Lucas cap.* 2. *comm.* 4. [illegible] *oppidum Davidis*. [e] *Epiphanius* in quibuſdam codicibus *Evangeliorum* [illegible] in aliis [illegible], dici meminit. Apparet anguſtum oppidulum fuiſſe, ac ne muris quidem fortaſſe cinctum. Diſtabat *Hieroſolymis* ſtadia, ut *Juſtinus* habet, 35. ſive, [f] ut *Beda* ſcribit, millia paſſuum ſex.

[e] Hær. 51. num. 9.
[f] Lib. de locis ſanct. Nat. Dom. dat. Temp.

In id oppidum, ubi fides *Michææ* 5. 2. vaticinio conſtaret, cum *Joſepho* ſanctiſſima Virgo pervenit, ibidemque ſalutarem humano generi partum edidit. In ipſo, inquam, oppidulo, ac publico diverſorio, [illegible], ut *Lucas* loquitur, Ubi cum vacuus ad eos excipiendos locus eſſet alius nullus, ad ſtabulum diverterunt. Et quoniam [illegible] ac rupibus aſpera erat illa regio, credibile eſt, in rupe ſtabulum hoc impreſſum fuiſſe; atque ideo plerique Veterum, ut *Juſtinus* [illegible] *ſpelæum*, ſive *antrum* nominant. Intra vicum ipſum, oppidumve, natum eſſe *Chriſtum*, ex eo fit probabilius, quod *Michææ* verba id ipſum ſignificent, dum ex ipſa *Bethleemo* oriundum fore *Chriſtum* prædicant. Nam qui in ſuburbiis *Bethleemiticis* natum eſſe conjiciunt, haud ſatis recte vico perexiguo ſuburbiorum aliquid annectunt. Tum *Bedæ* ipſius teſtimonio refelluntur, qui intra oppidum hanc qualemcumque ſpeluncam collocat.

Dies Chriſti natalis.

De die quo natus eſt vetuſtiſſima & olim recepta traditio eſt, octavum Calend. *Januarii* ſive *Decembris* 25. *Chriſti* fuiſſe natalem. Hoc antiquitus Occidentis Eccleſiæ perſuaſum eſſe, teſtis eſt Homilia quædam, quæ inter [g] *Chryſoſtomi* opera legitur, [h] *Gregorius* item *Nyſſenus*, [i] *Auguſtinus*, [k] *Paulinus*, [l] *Chryſologus* ac vetera Martyrologia idem aſſerunt. Quocirca futilis eſt [m] *Scaligeri* aliorumque divinatio; qui ex Sacerdotum ephemeriis & hieraticis neſcio quibus circulis priſcam illam & [illegible] opinionem elevare ſtudent. Contra quos in *lib.* 12. *de Doct. Temp. cap.* 7. accurate diſputavi.

[g] Hom. 31. in Tom. de diverſ. novi Teſtam. locis edit. Front. Duc.
[h] Hom. in Nat. Do.
[i] 4. de Trin. c. 5.
[k] Nat. 1. S. Felic.
[l] Serm. 159.
[m] in Append. Operis de Emen. & in Iſag. Can.

CAPUT III.

De Magorum hiſtoria; hoc eſt, de eorum patria, conditione, profectionis tempore; & infantium cæde.

SUpereſt Magorum ad *Chriſtum* venerandum ex Oriente profectio, & infantium cædes. Magos iſtos non aliunde primum veniſſe ſuſpicio eſt, quam inde, ubi genus id hominum præcipue degebat. Ea eſt *Perſidis* regio. Hinc igitur adducere illos oportet: non ex *Arabia*, aut ex *Magodia* neſcio qua provincia, quæ nunquam in rerum natura fuit. Ita cenſet [n] *Alexandrinus Clemens*, [o] *Chryſoſtomus*, *Theophylactus*, aliique, quibus Evangeliſta ſuffragatur, qui illos ab Oriente veniſſe ſcribit; quod de *Arabia*, ut [p] *Epiphanius* exiſtimat, aut de *Damaſca*, quæ pars olim fuit *Arabiæ*, quod [q] *Tertulliano* placet, uſurpari non poteſt, ſoleve. *Chaldæos* aliqui faciunt, quod eo vocabulo [r] ab nonnullis vocentur, Verum *Chaldæorum* nomen plerumque non tam gentis eſt, quam artis & profeſſionis. Ita quippe Mathematicos & Genethliacos vulgo nominant.

[n] I Strom.
[o] In Matth.
[p] in Expoſ. fid. num. 8.
[q] Lib. contr. Jud. c. 9.
[r] Paulin. epiſt. 11. Remig.

Reges non fuerint Magi.

Tertullianus loco illo, quem attuli, Reges *Arabiæ* fuiſſe defendit. *Nam & Magos*, inquit, *Reges fere habuit Oriens*. Equidem Reges ſic illos fuiſſe conceſſerim, quomodo unius oppidi Reguli, vel Toparchæ, Reges interdum in ſacris Litteris appellantur. Quod vero paſſim per Orientem Reges fuiſſe Magos *Tertullianus* affirmat, id hiſtoria omni teſte refellitur. Nam ſi Magi fere in Oriente, adeoque *Perſide*, Reges fuerunt, cur ſemel in hiſtoria Magorum dominatus apud *Perſas*, ac ne is quidem annuus, notatur poſt *Cambyſis* obitum? Nam cæteri deinceps *Perſarum* Reges Magi utique non fuerunt; neque qui *Perſarum* delevit imperium, *Alexander*, ejuſque ſucceſſores *Seleuci* poſteri, Magi itidem erant. Tum *Tertulliani* ſæculo non *Perſæ*, ſed *Parthi* Oriente potiebantur. Hos vero Magos fuiſſe nemo dixerit. Ac tametſi *Perſarum* Reges olim Magorum diſciplinis imbuerentur, ut [s] auctor eſt *Cicero*, non idcirco profeſſione appellationeve Magi illi fuerunt, neque qui poſt *Perſas* dominati ſunt, *Parthi* eodem uſi ſunt inſtituto, vel *Seleucidæ*. Quocirca nihilo verius eſt Reges in Oriente Magos fuiſſe, quam in *Galliis Druidas*, aut *Romæ* Augures,

Tertullianus refellitur.

[s] Lib. 3. de Nat. Deor.

aut

aut in *Ægypto* Sacerdotes: quamvis illorum omnium inſtitutis ac diſciplinis, qui illic regnabant, arudirentur.

De tempore, quo in *Judæam Betbleemumque* venerunt, ambigua eſt quæſtio. Sunt qui biennio poſt ortum Domini adveniſſe cenſeant. Sic inter alios *a Epiphanius* putat, nec non *b Euſebius* poſt *Origenem*. *Epiphanius* porro S. *Joſephum* ac B. Virginem exiſtimat primo ac ſecondo anno vertentibus, e *Nazareth*, ubi domicilium habebant, *Betbleemum*, eorum, quæ ibi geſta fuerant, conſervandæ memoriæ cauſa, veniſſe; ac ſecundo demum anno, cum forte illic eſſent, Magos occurriſſe. Nec aliter *c Auguſtinus*. *d* Alii confeſtim poſt natum Dominum conſpectam eſſe ſtellam, & ſubinde profectos Magos aſſerunt; ſed infantium cædem in biennium aſſe dilatam, cujus rei varias ex conjectura cauſas ediſſerunt. *e* Nonnulli ſtatim poſt animadverſam ſtellam adventum Magorum & parvulorum necem contigiſſe malunt, ſed *Herodem* biennio prius, quam apparuerat ſtella, natos infantes juſſiſſe perimi. *f* Non deſunt qui hæc *Matthæi* verba, *a bimatu, & infra, ſecundum tempus quod exquiſierat a Magis*, ſic interpretantur: *Herodem* ajunt infantes occidi mandaſſe biennio natos ante tempus, quo ſtellam Magi viderant, aut *Hieroſolymam* acceſſerant; non vero ante tempus, quo de illis mactandis edixerat. Qui mihi videntur nimis anxiam ab ſatellitibus, in tam præcipiti calore cædis ac feſtinatione, curam exigere.

a Hær. 51. num. 9. b In catena Græca Manaſcr. c Hom. 7. in Epiph. d S. Tho. Liran. Abul. Cajet. e Maldon. f Janſ. Baron.

Apparitionis ſtellæ tempus.

Mea igitur hæc ratio eſt: Magos paucis poſt ortum *Chriſti* diebus in *Judæam* veniſſe; ſtellam autem duobus circiter ante id tempus annis apparere cœpiſſe. Quam ſic illi contemplabantur hactenus, ut quid ea portenderet nondum intelligerent; neque vero ſine divina ſignificatione aſſequi potuiſſent, quam illis Deus, ubi opportunum eſt viſum, edidit, nato ſcilicet jam *Chriſto*. Eam porro ſtellam in Oriente primum, hoc eſt in patria ſua, deinde *Hieroſolymis* egreſſi rurſus adſpexerunt: medio intervallo, & in itinere ipſo, non videtur apparuiſſe. Hoc enim *Matthæi* verba illa demonſtrant: *Et ſtella, quam viderant in Oriente, antecedebat eos*. Dixiſſet, *quam hucuſque viderant*, nec *Orientem* nominatim exprimeret, ſi deinceps illam perpetuo vidiſſent. Tum inuſitatum illud ex adſpectu ſtellæ gaudium id ipſum neſcio quo modo ſuadere videtur. At *Herodes* aliquanto poſt ſpatio, cum de iis, quæ in purgatione B. Virginis atque in templo contigerunt, fama percrebuiſſet, immanem illam carnificinam indixit, ſecundum quam altero menſe obiit, ex *Joſephi* ac *Dionis* rationibus, quas in *lib.* 3. diſſeruimus.

CAPUT IV.

De tempore Dominicæ Paſſionis, hoc eſt, anno, menſe, ac die.

Vide lib. 12. de Doct. Temp. cap. 17. & Animad. ad Epiph. Hær. 51.

ROmanam rem adminiſtrante *Tiberio*, *Chriſtus* pro hominum ſalute in crucem actus eſt, de quo in primis duo ſolent inquiri: alterum, quo anno paſſus ſit, alterum, quo menſe ac die. Prius inde biſariam ſpectatur; nam & quoto ætatis quæritur, & quo mundi vel æræ communis anno. Utrumque vero pendet ex annorum numero, quos ſecundum baptiſmum in Evangelii prædicatione poſuit. Eos plures, paucioreſve, docti Chronologi ſtatuunt. Nos anno prædicationis tertio paſſum eſſe *Chriſtum* aſſerimus, ac biennium integrum cum menſibus aliquot ſupervixiſſe baptiſmo, in quo auctores maxime ſequimur *g Irenæum*, *h Apollinarem Laodicenum*, *i Origenem*, *k Epiphanium*; etſi non eodem, quo illi, modo Paſchata priora duo percenſemus. Ut hoc ſpatio Dominicam κήρυξιν includamus, adducimur *Joannis Evangeliſtæ* teſtimonio; qui cum annos prædicationis, ac ſingula Paſchata, diſertius ceteris ſtuduerit exprimere, ut *Epiphanius* affirmat *l* duo tantum ante poſtremum & σωτήριον nominat. Tum quæ ex eodem, ac ceteris tribus, a *Chriſto* dicta factaque referuntur, eo, quod definimus, intervallo comprehendi nihil vetat, quod in *lib.* 12. *de Doct. Temp. cap.* 18. fecimus.

g Lib. 2. cap. 38. h Apud Hieron. in 9. Dan. i 2. contr. Celſ. k Hær. 51. l Cap. 2. 13 & c. 6.

Annus paſſionis Chriſti, ac menſis & dies.

His animadverſis, annum ipſum, quo *Chriſtus* mortem obiit, cum *Epiphanio* conſtituimus eum, qui Coſſ. dedit *Tiberium* 5. & *Sejanum*, tametſi alios adſcribit *m Epiphanius*; nempe *Vinicium*, ac *Longinum Caſſium*. Sed annum nihilominus eumdem ſignificat, qui *Julianus* fuit 76. æræ communis 31. ab U. C. *Varroniano* calculo 784. Olymp. 202. annus ſecundus exiens, Per. *Jul.* 4744. mundi 4014. Quem quidem annum *n Africanus*, *Euſebius*, *o Hieronymus*, aliique demonſtrant, qui eſt reliquæ omni conſentaneus hiſtoriæ. Nam *Paullus* Apoſtolus, exempli gratia, anno 25. poſt Paſſionem *Chriſti*, ac 2. *Neronis* anno, vinctus *Romam* veniſſe dicitur ab *p Hieronymo* ex *Euſebii Chronico*. Hic eſt *Julianus* annus 100. *Chriſti* 55. ut poſtea *c.* 3. conſtabit. Deductis 25. de 55. reſtant 30. Igitur anno ineunte 31. æræ *Dionyſianæ* paſſus eſt *Chriſtus*. Rurſus *Hieronymus Petrum* & *Paullum* poſt Paſſionem anno 37. interfectos eſſe prodidit, *Neronis* 14. Eſt is annus *Julianus* 112. *Chriſti* 67. quod *cap.* 4. declarabitur. Si ergo de 67. tollas 37. reliqui erunt 30. Ad hæc, *Paullum* affirmat *q Chryſoſtomus* annis 35. ſerviiſſe Domino. Quod ſi 35. de 67. auferas, fient anni 32. Ita anno 33. *Chriſto* nomen dedit Apoſtolus. Atqui anno a Paſſione tertio converſus eſt *Paullus* ad *Chriſtum*, uti *Parte* 1. *lib.* 6. *c.* 1. docuimus. Præterea annus excidii *Hieroſolymitani* a *r* pleriſque Veteribus a Paſſione numeratur quadrageſimus. Incidit autem clades illa in annum æræ vulgaris *s* 70. *Julianum* 115. Tolle 40. de 70. ſupererunt 30. Sed hæc, hiſque plura, *t* alibi ad idem argumentum attulimus. Ergo anno *Juliano* 76. *Tiberii* inſtante 18. ſed adhuc labente 17. in crucem actus eſt Dominus.

m Hær. 51. n. 23. Vide Animad. noſt. pag. 96. & l. 12. de Doct. Temp. cap. 12. n Apud Euſeb. in Collect. Græc. pag. 62 & 8 de Demonſtr. o Chron. p De Script. Eccl. q Homil. de Princ. Apoſt. Tom. 3.

r Euſeb. Chron. & 3. Hiſt. Hieron. s Cap. ſeq. t Lib. 12. de Doct. Temp. cap. 15.

u De menſe, ac die, quo paſſus eſt, cum *Epiphanio* & Antiquis aliis arbitramur, *Martii* 23. illum fuiſſe: quo novilunium medium accidit *Martii* 12. Luna 15. *Martii* 26. Sed propter Lunaris Cycli labem, triduo ante vertit; fuitque Luna 15. *Martii* 23. feria 6. littera Dominic. G. Quo die *Chriſtus* interemptus eſt, cum pridie cum Diſcipulis ſuis typicum pariter ac verum immolaſſet agnum. Neque enim auſcultandum eſt *Græcalis* quibuſdam, qui ultima in cœna *Chriſtum* negant *Judaicum* attigiſſe Paſcha. Quod inter ceteros fuiſſe diſputat *Joannes Philoponus* libello *de Paſchate* nuper edito. *Martii* 23. paſſum eſſe *Chriſtum*, indicat præter *Epiphanium*, Concilium *Cæſarienſe* habitum anno 197. *Chriſti*, ſub *Victore* Papa, cujus fragmentum apud *Bedam* legitur in libello *de Æquinoctio*: nec non *Hippolitus Thebanus Tom.* 3. *Var. Lect. Caniſii*.

u Vide Animad. ad Epiph. cit. & l. 12. de Doct. Temp. c. 11. & ſeq.

Porro non eodem die *Chriſtus*, quo *Judæi* complures, ipſique adeo Sacerdotes, a quibus damnatus eſt, Paſchali functus eſt epulo. Id enim ex *Joannis Evangelio* 18. 28. colligitur, qui *Judæos* refert ipſo die, quo paſſionem adiit *Chriſtus*, Prætorium ingredi religioni duxiſſe, *ne contaminarentur, ſed ut comederent Paſcha*. Nondum ergo Paſcha manducaverant. Item *cap.* 19. *verſ.* 14. *Evangelii* ejuſdem; *Erat autem Paraſceve Paſchæ, hora quaſi ſexta*. Non igitur primo die Azymorum, qualem *Judæi* plerique celebrabant, ſed in ejus Paraſceve, hoc eſt pridie, *Chriſtus* occiſus eſt. Nam *Paraſceve Paſchæ* pridie Paſchatis eſt; non utique Paſcha. Neque vero pro-

Vide Animad. ad Epiph. Hær. 51. pag. 184. & lib. 12. de Doct. Temp. c. 11. & ſeq.

ro propterea contra Legis interdictum commiſiſſe putandus eſt *Chriſtus*. Nam legitimo ipſe die celebravit, cum eoque nonnulli: ceteri præpoſtere & alieno die perſuncti ſunt. Quippe turbatum illo anno ſolemnis in hujus celebratione ab *Judæis* fuiſſe teſtatur [a] *Epiphanius*; cujus cauſam perturbationis in *Commentariis* ad eumdem nos Scriptorem ex conjectura reddimus. Etſi minime id neceſſe eſt, dum de facto ipſo eventuque conſtet, cur factum ſit, anxie quærere. Quamobrem illo die paſſus eſt, qui revera & ex lege primus eſſe debuit Azymorum; quod [b] reliqui Evangeliſtæ referunt: ſed non eo, quem *Judæi* complures primum Azymorum inſtituerant: ex quo contrariæ partis argumenta licet explicare propemodum omnia. Cetera, quæ ad *Chriſti* Domini vitam ac necem pertinet, copioſe pertractata ſunt in *lib.* 12. *de Doct. Temp. capitulo* 19. & ſeq.

[a] Hær. 51. n. 17. Vide Animad. noſtras ibid. & lib. 12. de Doct. Temp. c. 18. [b] Matth. 26. 17. Marc. 14. 12. Luc. 22. 7.

CAPUT V.

De Auguſti, Tiberii, *ac ceterorum ad* Domitianum *uſque Imperatorum temporibus*.

Demonſtratur annus mortis Auguſti & Tiberii.

TAm *Auguſti* mors, quam *Tiberii* primordium, & conſtanti Scriptorum fide & Aſtronomica obſervatione munitur. Scribunt [c] *Tacitus* & *Dio* paullo poſt *Auguſti* exitum Lunam defeciſſe, eaque re territas in *Pannonia* legiones, quæ tumultuari cœperant, ad obſequium rediiſſe. Accidit eclipſis iſta anno *Chriſti* 14. Cyclo Lunæ 15. Solis 23. *Septembris* 27. hora circiter 5. matutina in *Pannonia*, quadrageſimo die poſt *Auguſti* mortem. Quare non poteſt aliud in tempus, quam illum ipſum communis æræ 14 annum, conferri obitus Imperatoris *Auguſti*, Coſſ. *Sextis* duobus, *Juliano* 59. Urbis 767. *Dio* refert eumdem vixiſſe annis 75. menſibus 10. diebus 26. hoc eſt, anno 76. mortuum, ut ſcribit *Tranquillus*. Natus eſt enim *Cicerone* & *Antonio* Coſſ. anno U. C. 691. nono Calend. *Octobris*, a quo annus 76. deſiit in eum, qui eſt U. C. 767. Sic de initio quoque *Tiberii* conſtat. Cujus [d] mors a *Suetonio*, *Tacito*, *Dione*, aliiſque tribuitur anno U. C. 790. *Acerronio* & *Pontio* Coſſ. *Juliano* 82. *Chriſti* 37.

[c] Tac. Hiſt. lib. 1. Dio lib. 57. Vide lib. 12 de Doct. Temp. cap. 6.

[d] Tac. Hiſt. lib. 6. Dio lib. 58.

Demonſtrantur horum Imperatorum tempora.

[e] *Claudii* in primis, ac *Neronis*, ſed & ceterorum quoque primordiis & temporibus aſtimandis, præter Scriptorum conſenſionem, utiles ſunt Solis eclipſes duæ, quarum altera natali die *Claudii* incidit Calend. *Auguſti*, *Vinicio* & *Statilio* Coſſ. ut Dio *lib.* 60. teſtatur. Quare ne id in religionem verteret populus, illam *Claudius* edicto denunciavit. Par illud Conſulum quintum numeratur ab iis Coſſ. quibus *Caligula* interfectus eſt. Itaque quintus annus fuit *Claudii*. At idem æræ *Chriſtianæ* putatur 45. Hoc enim Sol *Romæ* defecit Calend. *Auguſti*, hora circiter nona matutina. Unde neceſſe eſt *Claudium* anno *Chriſti* 41. imperare cœpiſſe.

[e] Vide l. 12. de Doct. Temp. cap. 6.

Altera Solis defectio accidit *Vipſanio* & *Fonteio* Coſſ. pridie Calendas *Majas*, hora diei inter 7. & 8. in *Campania*, ut [f] ſcribit *Plinius*. Conſules iſti ſextum annum obſident ab *Aſinio* & *Aviola* Coſſ. quibus deceſſit *Claudius*, & in annum U. C. 812. *Julianum* 104. competunt, quo quintus deſiit *Neronis*, & ſextus iniit; atque idem annus eſt *Chriſti* 59. Ergo *Neronem* imperium adiiſſe conſequens eſt anno *Chriſti* 54. cumque annos 13. & menſes fere 8. imperarit, ut auctor [g] eſt *Dio*, hoc eſt annos paullo minus 14. ut ſcribit *Suetonius*, obiit anno *Chriſti* 68.

[f] Lib. 2. cap. 70.

[g] Lib. 63.

Sic reliquorum tempora Principum non ſola Faſtorum auctoritate ac nobilium Hiſtoricorum fide nituntur, ſed etiam Aſtronomicis obſervationibus.

Vide l. 12. de Doct. Temp. cap. 16. 18. 19.

Nam quo anno *Veſpaſiani* duces cum *Vitellianis* ad *Cremonam* cruento *Marte* pugnarunt, quod *Octobri* exeunte menſe contigit, paullo ante prœlium Luna defecit, ut auctor eſt [h] *Dio*. Eam nos ex Tabulis diſcimus in annum *Chriſti* convenire 69. *Julianum* 114. quo eclipſis lunaria incidit in *Octobris* 18. feria 4. hora poſt meridiem 9. 42. in horizonte *Romano*, fuitque digitorum pene 11.

[h] Lib. 65.

Ergo eodem illo anno tam *Otho* quam *Vitellius* exſtincti ſunt; & *Veſpaſianus* in *Ægypto* renunciatus Imperator Calendis *Juliis*, ut ſcribit *Tacitus*. Hæc enim omnia in eumdem annum competunt. Ac *Vitellius* quidem ſub exitum anni periit, hoc eſt ſub ipſos Saturnaliorum dies, uti *Tacitus* extremo *libro Hiſtor.* 3. ſignificat. Hunc porro teſtis eſt *Dio* poſt *Galbæ* necem (a qua ſtatim occupavit imperium, auctore [i] *Suetonio*) imperaſſe annum 1. minus dies 10. *Othonem* vero ſcribit uterque tres circiter menſes, hoc eſt dies 90. vel 95. præfuiſſe. *Galbam* menſibus ſeptem principatum geſſiſſe docet *Suetonius*. *Neronis* exordium cadit in annum *Julianum* 99. *Chriſti* 54. Coſſ. *Marcello* & *Aviola*, tertio Eid. *Octobris*, ut nos antea ex [k] *Suetonio* retulimus, & *Dione*: quorum hic annos 13. menſes 8. dies 20. *Neronem* imperaſſe ſcribit. Ab die *Octobris* 13. qui eſt tertius Eidus, anni *Chriſti* 54. explicati menſes 8. dies 20. ſupra annos 13. deſinunt in Calendas *Julias* anni *Juliani* 113. *Chriſti* 68. Exinde *Galbæ* menſes ſeptem in *Januario* terminantur anno *Chriſti* 69. Etſi novem menſes cum diebus 13. eidem aſſignat *Dio*; ſed *Suetonii* potior eſt fides. *Othonis* tertius menſis in *Aprilem* cadit; quod reliquum eſt anni, partim *Vitellio*, partim *Veſpaſiano* tribuitur. Verum, quod jam dictum eſt, a Calendis *Juliis Veſpaſiani* primus annus incepit.

[i] In Vitell. cap. 9.

[k] Suet. in Claud. 45. Dio lib. 60.

Vide lib. 10. de Doct. Temp. cap. 17.

Hujus ſecundo anno *Hieroſolyma* eſſe capta *Joſephus* aſſeverat, [l] *Gorpiæi* menſis 8. qui *Macedonicus* eſt menſis, & *Metagitnioni Attico* reſpondet, atque *Auguſto* fere *Juliano* cœpit, ut docuimus *lib.* 1. *de Doct. Temp. cap.* 29. Ita Calendis ipſis *Septembris*, urbs capta videtur. Quare anno *Chriſti* 70. inchoato jam *Veſpaſiani* ſecundo, illa clades incidit, poſt Paſſionem *Chriſti* 40. ut recte [m] cenſet *Euſebius*.

[l] Joſeph. de Excid. Hieroſol. cap. 47.

[m] Euſeb. l. 3. Hiſt. & in Chron.

Imperium *Domitiani* duplici charactere munitur. Primus a *Ptolemæo* memoratur *lib.* 7. *cap.* 3. ubi *Agrippam Bithynum* Mathematicum ait obſervaſſe Lunam cum Vergiliis conjunctam anno duodecimo *Domitiani*, *Metros* 12. hora noctis ineunte tertia, anno *Nabonaſſari* 840. *Tybi* 2. ſequente 3. Ex methodo annorum *Nabonaſſari* primo *libro* tradita, conſtat hunc annum *Chriſti* putari 92. & *Novembris* 29. illud accidiſſe. Unde colligitur, annum primum *Domitiani* in eum, qui eſt *Chriſti* 81. incurriſſe.

Vide lib. 11. de Doct. Temp. cap. 29.

Alterum argumentum. [n] Scribit *Suetonius*, *Domitianum* interfectum eſſe 14. Calend. *Octobris*, anno imperii 15. ac pridie ejus diei affirmaſſe, fore ut *ſequenti die Luna ſe in Aquario cruentaret*, hac ambage necem ſibi allatum iri ſignificantem. Quod ſi quis Aſtronomicas Tabulas conſulat, inveniet anno *Chriſti* 96. decimo quarto Calend. *Octobris*, id eſt 18. *Septembris* Lunam in gradu Aquarii 24. meridie conſtitiſſe. Quare occiſus eſt eo anno *Domitianus*: adeoque quindecim integros annos quinque diebus exceſſit. Sed & *Zoſimus* in *libro* 1. ſignificat, quindecim illum annos abſolviſſe.

[n] Suet. in Domit. capp. 16. & 17.

Agon denique *Capitolinus* ab *Domitiano* inſtitutus eſt duodecimo ejus & *Cornelii Dolabellæ* Conſulatu, [o] auctore *Cenſorino*: quo annus illius imperii quintus iniit: & *Chriſti* fuit 86. *Julianus* 131. Apparet autem tetraetericum fuiſſe, uti quarto quoque finito anno, & quinto ineunte commiſſus fuerit, ad modum *Olympicorum* certaminum. Quod *Cenſorinus* indicat, dum anno eo, quo ſcribebat, *Chriſti* 238. cœpiſſe

[o] Cenſor. cap. 18. Vide lib. 11. de Doct. Temp. cap. 20.

Digitized by Google

piſſe dicit agonem 39. hoc eſt, 38, completos fuiſſe. Agones 38. quater multiplicati conficiunt 152. qui detracti de annis 237. vertentibus, relinquunt annos *Chriſti* abſolutos 85. Ergo anno 86. primus agon celebratus eſt. Quæ omnia in *l.* 11. *de Doct. Temp.* a *cap.* 16. ad 20. habes explicata copioſius.

CAPUT VI.

Quibus argumentis Nervæ, Trajani, Hadriani, & *ceterorum ad* Alexandrum *uſque Imperatorum epochæ nitantur*,

Vide lib. 11. de Doct. Temp. cap. 21.

CUm *Domitiani* exitus Aſtronomica ratione, quæ ex Lunæ ſitu in Aquario 14. Calend. *Octobris* petitur, in annum *Chriſti* 96. conferri debeat, ac *Nerva* deceſſerit anno 98. ineunte, 6. Calend. *Februarii*, indidem *Trajani* ducendum eſt initium. Huic adverſari videtur obſervatio *Menelai* Mathematici apud *Ptolemæum lib.* 7. *pag.* 170. *Græc. edit.* qui Lunam cum Spica conjunctam animadvertit anno *Nabonaſſari* 845. ea nocte quæ inter 15. *Mechir* ac 16. interceſſit, anno *Trajani* primo. Congruit tempus anno *Chriſti* 98. *Januarii* 10. Ergo jam tum erat in imperio *Trajanus*. Unde conſequens videtur, *Nervam* obiiſſe *Chriſti* anno 97. atque exeunte primo *Trajani* obſervationem illam eſſe factam. Sed reclamant *Romani Faſti* omnes, qui *Domitiani* mortem *Valenti* ac *Veteri* Coſſ. aſſignant, *Septembris* 18. Tum *Nervæ* annum 1. menſes 4. ac dies 11. tribuunt: qui explicati deſinunt in *Januarii* finem anno *Chriſti* 98.

Vide lib. 11. de Doct. Temp. capp. 22. & 23.

Eadem de annis *Adriani* ex *Ptolemæo* quæſtio naſcitur. Si quidem anno *Chriſti* 117. *Auguſti* 10. mortuus eſt *Trajanus*, ut ſupra memoravi. *Nigro* & *Aproniano* Coſſ. auctoribus *Faſtis*, unde *Adriani* conſtat exordium. Proinde & anno *Chriſti* 125. deſiit octavus illius annus, nonus incepit: & anno *Chriſti* 133. cœpit ejuſdem 17. annus: atque ita deinceps ordine ceteri. At vero *Ptolemæus* in omnibus Lunæ & æquinoctiorum obſervationibus, quas *Adriani* annis obſignat, uno anno ejus anticipavit initium. Etenim *Lunam* [a] ſcribit defeciſſe anno *Nabonaſſari* 872. nocte quæ inter diem 17. ac 18. menſis *Pachon* interceſſit: quod tempus cadit in annum *Chriſti* 125 *Aprilis* 5. Jam ſi *Aprili* menſe labebatur annus 8. *Adriani*, cum imperare cœperit 4. Eid. *Auguſti*, eodem illo anno nonus occœpit; adeoque primus incidet in annum *Chriſti* 116. non 117. Sic anno *Adriani* 17. *Nabonaſſari* 880. *Payni* 20. [b] eclipſis altera notatur, qui eſt annus *Chriſti* 133. *Maii* 6. Proinde ab *Auguſta* menſe anni hujus putari cœpit annus 18. *Adriani*; unde primus incurrit in annum 116. Ejuſdem modi ſunt & aliarum ἐποχῶν exempla, quæ a *Ptolemæo* memorantur, ſive *Adriani* annis inſcripta, ſive *Antonini*; quæ omnia uno anno amborum epochas antevertunt.

[a] Ptol. lib. 4. c. 9.

[b] Ptol. l. 4. cap. 6.

Cum hic ſcrupulus pleroſque Chronologos exercuerit, nos certam illius rationem inveſtigavimus in *l.* 11. *de Doct. Temp. c.* 22. Obſervavimus enim Canonem quemdam Imperatorum ac Principum a *Ptolemæo* eſſe confectum, qui in fine *Partis* hujus editur, inſcribiturque Κανὼν Βασιλέων. In eo *Romanorum* Principum anni deinceps a *Cajo Caligula* mendoſe deſcripti ſunt; ſic ut anno uno minus putetur. Hunc ergo Canonem *Ptolemæus* ſecutus, in annis Imperatorum adnotandis unius anni errore lapſus eſt. Vide quæ illo *capite* diſputamus.

Ratio temporum ab obitu *Commodi* ab *Alexandri* necem partim certiſſimo charactere nititur, quo initium *Alexandri* notatur, partim annorum calculo, quos unicuique Imperatori Scriptorum conſenſus attribuit.

Ratio annorum Chronologica.

Exſtat *Hippolyti Portuenſis Canon Paſchalis* vetus inter antiquas Inſcriptiones e ſtatua quadam, quæ adhuc *Romæ* viſitur, excerptus, quem in *lib.* 2. *de Doct. Temp. cap.* 60. declaravimus. In hujus Inſcriptione, anno primo *Alexandri* Imperatoris, Paſchalis decimaquarta conveniſſe dicitur in Eidus *Apriles*, feriamque ſeptimam. Hoc vero neceſse eſt accidiſse anno *Chriſti* 22. Cyclo Solis 7. littera Dominic. F. Lunæ Cyclo 14. Quare hoc anno imperare eſt orſus *Alexander Mammææ* filius. Ex quo antecedentium Principum initia conſtituuntur; ſi annorum ſummas, quas unicuique idonei Auctores aſſignant, in anteriora promoveas, & cum iſto charactere reliquos conferas, qui e nobis ſupra commemorati ſunt.

Vide L. 11. de Doct. Temp. cap. 24.

CAPUT VII.

De inſtaurata in Oriente Perſarum *Imperio, ac de* Parthis *recuperato*.

ALexandro Mammææ filio *Romanis* imperante, novum imperii *Perſarum* exordium in Oriente factum eſt, cum *Parthi* rerum hactenus potiti eſſent, quorum primus regnavit *Arſaces*, poſtremus *Artabanus*, qui ab *Artaxerxe*, ut eum [c] vocat *Herodianus*, vel, [d] ut *Agathias*, *Artaxare* victus occiſuſque eſt. Ut hoc certum eſt *Alexandro* Imperatore contigiſſe, ſic annus in dubio eſt, [e] *Agathias*, qui hiſtoriam illam accurate deſcribit, ab initio *Artaxaris*, ad 28. annum *Juſtiniani*, & 25. *Choſrois* annos putat 319. Annus 28. *Juſtiniani* cœptus eſt *Chriſti* anno 554. de quibus deductis 319. reſtat annus *Chriſti* 235. quo *Alexander* obiit, cum jam antecedente anno cum *Perſis* bellum geſſiſſet. Itaque non convenit. Melius *Agathias* idem *lib.* 4. *pag.* 129. cœpiſſe eit *Artaxarem* anno 4. *Alexandri Severi*, qui eſt *Chriſti* 225. Sed annum 4. jam elapſum, & ineuntem 5. interpretor; ut anno 226. *Chriſti Artaxares* imperare ſit orſus. Idem *Agathias* ad annum illum *Alexandri Severi* quartum annos numerat 538. poſt *Alexandrum M.* Annus *Chriſti* 226. eſt Per. *Jul.* 4939. de quo detrahe annos 538. ſupererit annus Per. *Jul.* 4401. Proinde annos poſt *Alexandrum* uſurpavit de *Seleucidarum* æra, quæ ab anno 4402. procedit. Suſpicor *Agathiam* pro 319. anno ſcripſiſſe 329. qui ab anno *Chriſti* 226. inchoati deſinunt in 554. in quem *Juſtiniani* octavus & viceſimus incidit.

[c] Lib. 6.
[d] Lib. 2. pag. 61. Græcæ edit.
[e] Lib. 2. pag. 62.

Omnino *Artaxaris* & *Perſici* inſtaurati regni primordium anno *Chriſti* 226. convenit. Sed *Agathiæ* non uno loco perverſa Chronologia eſt: ut cum a primordio *Arſacis* ad *Artabani* exitum annos numerat 279. qui ſunt 475. [f] ſi *Juſtinum* ſequimur. Initium igitur imperii *Perſici* habet annus *Chriſti* 226. finem annus 632. a quo æra *Jeſdegirdis* incipit. Qui poſtremus in illa ſtirpe regnavit, & a *Saracenis* victus, cum vita regnum amiſiſſe dicitur anno illo 632. de quo vide quæ in *lib.* 11. *de Doct. Temp. cap.* 51. docuimus, necnon in *lib.* 3. *cap.* 11. Verum ex *Theophane* colligitur *Jeſdegirdem*, quem ille vocat *Hormiſdam*, ultra tempus illud vitam cum regno propagaſſe.

[f] Vide l. 4. Part. 2. cap. 3.

[g] *Agathias* ex *Archivis Perſicis* accuratam *Perſarum* ſe Regum ſeriem accepiſſe confirmat per *Sergium* interpretem; quem hic deſcribemus, adnotatis annis, quibus regnum inierunt. Deſinit autem *Agathias* in *Hormiſdam*, qui *Juſtiniano* imperante regnabat: reliquos ex *Theophanis* Annalibus petemus.

[g] Lib. 4. pag. 136.

La-

Laterculum Regum *Perſarum* ab initio *Artaxerxis*, ſive *Artaxaris*, ex *Agathiæ lib.* 2. & deinceps.

	Reges.	Anni regni.	Anni *Chriſti*, quibus cœperunt.
1	*Artaxares* ſive *Artaxerxes*	14. M. 10.	226
2	*Sapores* Hic *Valerianum* cepit, in *Cappadocum* excurrit. *Agath. lib.* 4. *pag*, 129.	31	241
3	*Hormiſdates*	A. 1. D. 10.	272
4	*Vararanes* I.	3	273
5	*Vararanes* II.	17	276
6	*Vararanes* III.	M. 4.	293
7	*Narſet*	7. M. 5.	294
8	*Hormiſdates* II.	7. M. 5.	302
9	*Sapores* II. Hic in matris utero Rex creatus eſt. *Agath. lib.* 4. *pag.* 130.	70	310
10	*Artaxerxes Saporis* frater.	4	380
11	*Sapor* III. filius *Artaxerxis*.	5	384
12	*Vararanes* IV. cognomento *Cermaſas*.	11	389
13	*Iſdigerdes Saporis* filius. Huic moriens *Arcadius* filium commiſit.	21	400
14	*Vararanes* V. *Iſdigerdæ* filius	20	421
15	*Iſdigerdes* II. *Vararanis* filius	17. M. 4.	441
16	*Perozes* Hic e *Nephthalitis Hunnis* oppreſſus eſt. *Procop.* 1. *Perſ.* & *Agath.*	24	459
17	*Hobalas Iſdigerdis* frater.	4	483
18	*Cabades* primo Hic violentus, & impotens, ob legem de promiſcuis uxoribus latam pulſus, ad *Nephthalitas* confugit. *Agath.*	11	487
19	*Zamaſphes Perozis* filius	4	498
0	*Cabades* iterum Obiit anno 5. *Juſtiniani*. *Agath. l.* 5. *pag.* 135.	30	502
20	*Choſroes*	48	532
21	*Hormiſda* I. Eo regnante ſcripſit *Agathias*, & ideo annos illius omiſit.	0	580

Sequuntur reliqui Reges ex *Theophane*.

	Reges.	Anni regni.	Anni quibus inierunt.
21	*Hormiſda* II.	15	580
22	*Choſroes*	39	595
23	*Siroes*	1	634
24	*Adeſer Sirois* filius	M. 7.	635
25	*Sarbarazas*	M. 2.	635
26	*Borane Choſrois* filia.	M. 7.	636
27	*Hormiſda* III. Hic e *Saracenis* vita regnoque eſt exutus. Obiit en. 647.	11	636

Si hæc vera eſt *Theophanis* Chronologia, *Perſicum* regnum non enno 632. ſed 647. e *Saracenis* occupatum eſt. *Petrus Biſarus* in calce *Hiſtoriæ Perſicæ*, *Hormiſdæ Choſrois* filio dat ennos 8. non 15. & poſtremo omnium *Hormiſdæ* annos 10. *Scaliger* priori annos itidem 8. poſteriori 3. qua ratione mortous hic erit anoo 634. Colliguntur ab initio *Artaxerxis* ad ennum 632. quæ eſt *Jeſdegirdis* æra, anni 307. Sed ut ad conditorem hujus regni *Artaxerxem* redeem, *Herodianus* euctor eſt, contra hunc anno imperii decimo quarto *Alexandrum* Imperatorem moviſſe. Id vero falſum eſt. Si quidem annos 13. paucis diebus *Alexander* exceſſit, ut *Lampridius* docet. Triumphavit autem de *Perſis* 7. Calend. *Octobris*, ut ex Actis Senatus idem refert: omnino anno 13. imperii ſui. Nam decimi quarti dies haud amplius novem attigit,

CAPUT VIII.

Demonſtratio Chronologica, qua Gordianorum *tempora probantur.*

SUperiorum Principum epochæ pendent ex antecedentium temporibus, quæ ſigillatim adſtruximus; præſertim *Alexandri Mammææ* filii, eujus annus primus ex *Hippolyti Canone* ſtatnitur *Chriſti* 222. reliquos Hiſtoricorum conſenſus affirmat. Imperavit enim ennos ſolidos 13. ac 14. inchnavit, ut ex *Herodiano*, *Eutropio* eliſque conſtat. Proinde ab enno *Chriſti* 222. cœpit aono 235. terminantur.

Vide lib. 11. de Doct. Temp. cap. 24.

De *Gordianis* duobus, qui in *Africa* contra *Maximinum* imperium & arma ſumpſerunt, non parva quæſtio eſt. Sunt enim aliqui, qui haud amplius uno manſe ac paucis diebus imperaſſe ſentiant; quod *Onuphrio* placuit. *Capitolinus* eutem annum imparat cum menſibus ſex. In quo ſibi ipſa contradicit. Etenim in *Maximinis* ait, 6. Calendas *Junias* litteras *Gordiani* ſenioris ex *Africa* miſſas a *Silano* Conſule io Senatu recitatas eſſe, quibus ſe ad imperium vocatum eſſe ſignificabat. Idem in *Maximo* & *Balbino* refert, 7. Calcodas *Junias* in Senatu de nece *Gordianorum*, ac *Maximini* edventu mentionem eſſe factam. Quæ ſi vera *Onuphrii* eſſet opinio, mendoſe ſcripta ſint oportet. Non enim eodem anno accidere iſta potuerunt. Itaque oos in *lib.* 11. *de Doct. Temp. cap.* 24. emendanda putavimus, quod tum communis illa, & *Onuphriana* ratio placebat. In *libro* vero 13. qui *Chronicon* continet, ennum 1. ec dies aliquot *Gordianis* attribuimus, non menſes ſex. Ita anno ſecundo *Maximini* ineunta, menſeque *Majo* aoni *Chriſti* 226. *Gordiani* Imperatores creati ſequenti anno 237. eodem circiter menſe interempti ſunt. Id nobis probabilius quoquo modo videtur.

Gordianorum duorum tempus.

Error Capitolini.

Maximus & *Balbinus* a Senatu contra *Maximinum* Ger-

Maximus & Balbinus.

Error Herodiani.

Gordianus ſubſtituti ſunt; iiſque *Gordianus* junior primum *Cæſaris* titulo, paullo poſt etiam *Auguſti* & Imperatoria adjunctus eſt. In quo falſus eſt *Herodianus*, qui *Gordianum* puerum poſt amborum cædem ex *Cæſare Auguſtum* eſſe factum aſſerit. Sed in Actis ipſis Senatus, quæ idem *Capitolinus* recitat, *Maximo* & *Balbino* Imperatoribus Imperator & *Auguſtus Gordianus* accenſetur, ut in eodem *capite lib.* 11. *de Doct. Temp.* oſtendimus.

Ad hæc *Eutropius l.* 9. *Poſtea*, inquit, *tres ſimul Auguſti fuerunt, Pupienus, Balbinus, & Gordianus*. Quocirca vel anno *Chriſti* 237. quo *Maximus* & *Balbinus* auſpicati ſunt, vel 238. quo ſunt interfecti, *Gordianus* junior iis aggregatus eſt *Auguſtus*. Scribit *Capitolinus* in omeo non diu imperaturi *Gordiani* tractam eſſe Solis eclipſin, quæ tum horrenda contigit. Duas nos reperimus; alteram anno 238. *Aprilis* 2. ſed hanc minorem, illam vero majorem. Itaque prior ad hiſtoriam *Capitolini* magis convenit: ut vel hoc argumento eſſe poſſit, jam tum anno 237. *Auguſtum* & Imperatorem fuiſſe *Gordianum*, quem in annum Solis defectio iſta ceciderit. Quanquam anni *Gordiani* ab eo, qui eſt *Chriſti* 238. procedere incipiunt, poſtquam, collegis ſublatis, ſolus imperare perſeveravit.

Cenſorini tempus.

Eodem ipſo anno *Chriſti* 238. ac *Gordiani* ſolius primo, *Cenſorinus* libellum ſuum *de natali die* commentabatur; cujus in *capite* 21. illum ipſum annum inſignibus notatum titulis temporum reliquit, quo *Ulpius* & *Pontianus* Conſules fuerunt. Hunc enim annum ab Olympiade prima milleſimum quartum decimum numerat ex diebus æſtivis, a *Roma* condita 991. *Julianum* 283. *Nabonaſſari* 986. quæ omnia in eumdem conſpirant limitem anni illius, quem poſui. Si quidem primus annus Olympiadicus cœpit anno mundi 3208. ante æram *Chriſtianam* 776. Adde annos 1014. ad 3207. mundi confectos, exiſtet annus mundi 4221. de quo ablatis 3983. annis, qui ab orbe condito ad natalem *Chriſti* communem evoluti ſunt, ſupereſt annus *Chriſti* 238. ut ratio poſtulat. Sic *Roma* conditus a nobis poſitus eſt anno mundi 3231. Adde 991. ad 3230. fiet annus ab orbis initio 4221. & *Chriſti* 238. *Julianus* itidem annus primus quadrageſimus quintus fuit ante natalem *Chriſti* vulgarem. Itaque detractis annis 45. de 283. ſuperſunt a *Chriſtiana* epocha anni 238. Non minus hoc *Nabonaſſareorum* annorum calculus efficiet; ſed ea ſervanda, quæ de horum annorum methodo *libro* primo hujus *Partis* præſcripſimus.

Hæc ſunt firmamenta temporum quibus Chronologia debet inniti. Addit Auctor idem, abhinc annos centum *Antoninum Pium* 2. & *Bruttium Præſentem* Conſules fuiſſe. Atqui Conſulatus horum incurrit in annum *Chriſti* 139. ab eoque centeſimus eſt annus *Chriſti* 238. Quare firma eſt temporum putatio, quam ex *Faſtis Romanis* conſtruximus, recteque a nobis Imperatorum *Romanorum* intervalla definita ſunt: præſertim cum cæleſtium obſervationum, quas ſupra retulimus, ad *Cenſorini* auctoritatem conſenſus accedat.

De annis *Philipporum*, ac ceterorum deinceps Imperatorum, vide omnino *cap.* 26. *lib.* 11. *de Doct. Temporum*. Nolo enim in tricis iſtis hærere diutius.

CAPUT IX.

Chronologica temporum ratio, qua Probi *Imperatoris anni*, Diocletiani, & Maximiani *exordia colliguntur*.

Vide lib. 11. de Doct. Temp. cap. 27.

DE *Probi* Imperatoris tempore invicem Auctores diſſentiunt. *Vopiſcus* dat annos 5. *Eutropius* annos 6. menſes 4. *Victor Schotti* annum ſextum periiſſe ſcribit. *Euſebii Chronicon* & *Caſſiodorus Eutropium* ſequuntur. Sed & *Julianus* in *Cæſaribus Probo* 7. aſſignat annos. Sane temporum illorum valde incerti ſunt diſcordeſque Faſti. Qua ex diſſenſione corrigendi ſui erroris anſam Chronologi quidam acceperunt, qui cum biennio hactenus, unove deerraſſent anno, & in *Chriſtianæ* æræ putandis annis alterutro ſpatio tardiorem calculum inſtituiſſent, verſuram facere coacti ſunt in *Probi* Imperatoris tempore, de quo annum unum alterumve detrexerunt. Nam cum fixa ſit *Diocletiani* Imperatoria epocha in eo, qui numeratur annus *Chriſti* 284. quique proxime Conſulatum *Diocletiani* 2. & *Ariſtobuli* præcedit, ac notatur Coſſ. *Carino* 2. & *Numeriano* in *Faſtis Caſſiodori* & *Idatii*; totidem Conſulum paria digeri neceſſe eſt a Coſſ. *Cajo Cæſare* & *Æmilio Paullo*, hoc eſt anno 1. æræ *Chriſti*, ad *Diocletianum* & *Ariſtobulum*, qui eſt ejuſdem æræ 285. Conſulatus, inquam, ſunt abſoluti 284. Atqui *Chriſtianam* æram exorſi ſunt aliqui ab Conſulatu *Auguſti* 13. & *Sylvani*, qui biennio vulgarem antecedit epocham; alii a ſequentibus Coſs. *Lentulo* & *Piſone*, ut *Onuphrius*. Utroſque igitur a primo anno *Chriſti* duobus unove plures Conſulatus neceſſe eſt ponere; quod ad *Probum* uſque fecerunt. Ubi detractis totidem, quos ſuperfluos habebant, rediere deinceps in viam. Quare *Probo* alii 5. alii 6. haud integros aſſignant: nos ſeptimum inchoaſſe pertendimus. Sed ea quæſtio diligentius a nobis eſt pertractata in *lib.* 11. *de Doct. Temp. cap.* 27.

Diocletiani initium.

Nunc de *Diocletiani* agamus initio, quod inſigne eſt, ac præcipuam a Chronologo curam exigit. Nos in *lib.* 11. *de Doct. Temp. cap.* 30. certiſſime, quantum in hac re conſequi licet, oſtendimus, anno *Chriſti* 284. poſt *Cari* & *Numeriani* obitum, ab exercitu *Diocletianum* ad imperium eſſe provectum. Sed cum *Carinus* adhuc ſuperſtes eſſet, atque Occidentales provincias obtineret, in his, anno demum 285. occiſo *Carino*, *Diocletiani* nomen receptum.

Quod igitur ab anno *Chriſti* 284. imperare *Diocletianus* cœperit, ex eo conficitur. Conſulatus *Diocletiani* 2. & *Ariſtobuli* eſt ſeptuageſimus nonus ante Conſulatum *Juliani* 4. & *Salluſtii*, quod docent *Faſti* omnes antiqui, ut *Idatii*, & *Caſſiodori*, & quos *Onuphrius* ac *Baronius* adhibuerunt: idemque quinquageſimus eſt ante Conſulatum *Optati* & *Paullini*. Atqui *Juliani* 4. & *Salluſtii* Conſulatus incurrit in annum *Chriſti* 363. quo, mortuo *Juliano*, *Jovianus* imperare cœpit; ut & [a] Faſti Conſulares, & [b] *Ammianus*, aliique omnes Hiſtorici tradunt, diſcrepante nullo. *Optatus* vero & *Paullinus* Conſules fuerunt anno 334. quod præterea demonſtret ſolaris illa defectio, quam his Conſulibus ſub meridiem accidiſſe teſtatur *Firmicus lib.* 1. *cap.* 2. quam nos deprehendimus *Julii* 17. hora circiter meridiana in horizonte *Romano*. Si igitur de annis 363. ſubducas annos 79. vel de 334. annos 50. utrobique reſidebunt anni 284. Quare ſequens annus, qui numeratur a *Chriſto* 285. Conſules habuit *Diocletianum* 2. & *Ariſtobulum*. At vero ante Calendas anni hujus Imperatorem jam fuiſſe *Diocletianum*, ex *Ammiano* colligitur: qui *Julianum* ait *Auguſtum* cum *Salluſtio* homine privato Conſulatum iniiſſe; *quod poſt Diocletianum & Ariſtobulum nullus meminerat geſtum*. Ergo Imperator tum erat *Diocletianus*, & *Auguſtus*, quando cum *Ariſtobulo* magiſtratum iniit. Hoc vero anno 285. factum eſt, ut oſtendimus. Quare ex anno 284. imperare cœpit. Id ipſum vetus quoque apud *Gruterum* [c] Inſcriptio declarat, quæ cum *Diocletiano* 2. Conſule Tribunitiam poteſtatem 2. copulat. Proinde Tribunitiam poteſtatem primo eſt indeptus ante Conſulatum ſecundum: qua cum poteſtate primum quoque Conſulatum accepiſſe videtur,

[a] Faſti Caſſiod. Siculi. Idatii.
[b] Amm.

Diocletianus Imperator ex anno 284.

[c] Inſcript. pag. 285.

tur, affecto jam anno, cum *Numerianus* Conſul eſſet occiſus. Hæc ἀποδεικτικῶς, quod ſtudemus, efficiunt, anno 284. *Diocletianum* Imperatorem fuiſſe. Quod vero illis ipſis Coſs. *Diocletiano* 2. & *Ariſtobulo* refert *Idatius* levatum eſſe *Diocletianum*, id ita par eſt intelligi, ut occiſo tum *Carino* ſolus ac ſine rivali dominari cœperit, & in Occidente, ibique, ubi *Carinus* hactenus imperarat, ſit appellatus *Auguſtus*. Vide *lib.* 11. *de Doct. Temp. cap.* 30. *Chronicon Alexandrinum* egregie quod docuimus aſſirmat. Ait enim *Diocletianum Carino* 2. & *Numeriano* Coſs. (is eſt annus *Chriſti* 284.) ante diem 15. Calend. *Octobris Chalcedone* renunciatum eſſe Imperatorem, & 5. Calend. *Octobris* cum purpura ingreſſum eſſe *Nicomediam*; ac demum Calendis *Januariis* ſequentibus Conſulem proceſſiſſe cum *Ariſtobulo* collega; qui locus eximius eſt. Nam ex eo diſcimus, falſo hactenus perſuaſum fuiſſe Chronologis, *Diocletianum Palilibus* ipſis, ſive 11. Calendas *Majas* imperium accepiſſe; quod longe poſt hoc tempus evenit. Quod autem ex *Mamertini Panegyrico* de *Palilibus* colligi *Onuphrius*, *Scaliger*, ac reliqui fere omnes exiſtimarunt, fugit illos ratio. Nihil enim ejuſmodi illius verba ſignificant, ut capite iſto 30. probavimus. [a] Quin etiam *Ambroſius* annum *Chriſti* 377. quo Luna 14. in quintum Eidus *Apriles* incurrit, quæ dies erat Dominica, Paſcha vero celebratum eſt 16. Calend. *Maii*, numerat tertium & nonageſimum a die imperii *Diocletiani*. Detractis 93. de 377. reſidui ſunt 284. Hoc igitur anno *Diocletianus* initit. Quippe initium annorum *Diocletiani* ab *Auguſti* 29. die capitur, ex *Alexandrinorum* inſtituto, adeoque ante Paſcha; ſicut anni 93. principium cadat in *Chriſti* 376.

Diocletianus non a Palilibus initit, sed Septembri menſe.

[a] Epiſt. ad Epiſc. Æmil.

[b] *Dionyſius* etiam *Exiguus Epiſt.* 1. ſcribit *Cyrillum* primum cyclum ſuum exorium eſſe ab anno 153. *Diocletiani*, & ultimum in 247. terminaſſe. *Nos a* 248. *anno ejuſdem*, ait, *Tyranni potius, quam Principis inchoantes, noluimus circulis noſtris memoriam impii & perſecutoris innectere*. Annus primus cycli *S. Cyrilli* cœpit a 29. die *Auguſti* anni *Chriſti* 436. anni vero ultimi Paſcha convenit in annum *Chriſti* 531. quo putabatur 247. annus *Diocletiani*, & 248. inchoatus eſt ab *Auguſto* menſe. Proinde ſi de annis 531. ſubducas 248. relinquentur anni 283. ut ſequenti anno *Chriſti* 284. *Diocletiani* primus exordium habuerit. Non ſunt igitur audiendi, qui *Diocletiani* exordium in anno *Chriſti* ſtatuunt 286. vel 287.

[b] Vide Append. Operis de Doct. Temp. pag. 874.

De *Maximiano Herculio Diocletiani* collega haud levis eſt dubitatio. Nam plerique Coſs. *Maximo* 2. & *Aquilino Maximianum* Imperatorem eſſe factum aſſeruot, ut *Idatius*, qui & Cal. *Aprilis* diem deſignat. Hic eſt annus *Chriſti* 286. *Caſſiodorus Baſſo* & *Quintiano* Coſſ. an. 289. Nos an. 285. *Diocletiano* 2. & *Ariſtobulo* Coſſ. *Cæſarem* eſſe ab *Diocletiano* creatum arbitramur: eodem vero, vel ſequenti, *Maximo* & *Aquilino* Coſſ. *Auguſtum*, & Imperatorem; quod ita demonſtramus. *Panegyricus Maximiano* & *Conſtantino Auguſtis* ab incerto Auctore dictus viginti annis *Maximianum* ait Imperatorem fuiſſe. *Aurelius* autem *Victor* a *Schotto* editus *Diocletianum* refert *viceſimo anno regni curam abjeciſſe Reipublicæ, & in ſententiam Herculium ægre traduxiſſe, cui anno minus potentia fuerit*. Ergo 19. annis ſolidis regnavit. Rurſus inſcriptiones veteres apud *Gruterum pag.* 280. teſtantur, *Diocletianum* Coſ. 2. fuiſſe cum *Maximiano Auguſto*. Ergo ſaltem anno 286. *Auguſtus* eſſe cœpit. Nam anno 287. *Diocletianus* Conſul tertium fuit; anno vero 285. Conſul ſecundum. *Eutropius Maximianum* ſcribit prius *Cæſarem* fuiſſe, poſtea *Auguſtum* ex *Cæſare*. Igitur anno 285. id eſt, altero poſt initium *Diocletiani*, primum *Cæſar* eſt creatus, deinde *Auguſtus*, vel eodem anno, ut Inſcriptio illa perſuadet, vel ſequenti, ut *Idatius* ſignificat. Id enim ambiguum eſt; de quo vide *cap.* 30. *lib.* 11. *de Doct. Temp.* Annus, quo purpuram ambo depoſuerunt, eſt *Chriſti* 304. qui *Diocletiano* 9. & *Maximiano* 8. Coſſ. notatur, ut refert *Idatius*, & *Alexandrinum Chronicon*; de quo mox agetur. Hac ratione 20. annos ſolidos *Diocletianus*, uno minus *Maximianus*, Rempublicam adminiſtrarunt.

Maximiani exordium.

Maximiani initium.

CAPUT X.

De initio perſecutionis Diocletianeæ, *& anno depoſiti ab ambobus imperii: quod utrumque firmiſſimis argumentis adſtruitur.*

EUſebius in *Hiſtoria Eccleſiaſtica* & in *Chronico* teſtatur, anno imperii 19. *Diocletianum* contra *Chriſtianos* horribilem perſecutionem excitaſſe, cujus initium edicto illo fecit, quo Eccleſias dirui, & libros ſacros tradi juſſit, & exuri menſe *Martio* cum Paſſionis feſtum appeteret. Ita [c] *Euſebius*. Subjicit Martyrum hiſtoriam, qui tum primum pro fide certarunt, & in nonnullis etiam dierum charecteres adſcribit, ſed plerumque mendoſos ac minime cohærentes. Et apparet, hanc octavi libri laciniam, vel aſſutam aliunde, vel additis & immutatis ab recentiore manu quibuſdam, interpolatam fuiſſe.

Vide lib. 12. de Doct. Temp. capp. 32. & 33.

[c] Euſeb. Hiſt. lib. 8. cap. 13.

Duo ſunt anni, qui perſecutionis exordio probabiliter adſcribi queant, nimirum 302. & 303. Nam priore cœptus eſt *Diocletiani* 19. annus circa autumnum, ut ſupra demonſtravimus, poſteriore deſiit 19. & inchoatus eſt 20. Verum potius anno 302. perſecutionem cœpiſſe nobis iſta perſuadent. Conciliabulum *Cirtheuſe* a *Donatiſtis* coactum eſt, præſidente *Secundo Tigiſitano* Epiſcopo, poſt annum, quam commota perſecutio eſt, [d] ut ſcribit *Auguſtinus*. At idem celebratum eſt 4. Nonas *Martii*, *Diocletiano* octies, & *Maximiano* ſepties Coſſ. ut Acta illius fidem faciunt, quæ idem refert [e] *Auguſtinus*. Conſules iſti cadunt in annum *Chriſti* 303. Ergo annus antecedens perſecutionis initium dedit. Contra hoc opponi poſſet, *Auguſtinum* in *Breviculo* ſcribere, Conciliabulum iſtud *Cirtheuſe* coactum eſſe anno proxime ſequenti ab eo, quo Coſſ. fuere *Diocletianus* 9. *Maximianus* 8. *Nam geſta Martyrum quibus oſtendebatur tempus perſecutionis, Conſulibus facta ſunt Diocletiano novies, & Maximiano octies, pridie Idus Februarias; geſta autem epiſcopalia decreti Cirthenſis poſt eorumdem Conſulatum, tertio Nonas Martias, ac per hoc tredecim menſes intereſſe inveniuntur, plures utique quam undecim, quos prius Catholici minus diligenter computando reſponderant*. Hic locus inſignis eſt, & a nobis illuſtrandus. Nam ex eo perſecutionis exordium inveſtigare poſſumus. Cum igitur in *Collatione* cum *Donatiſtis Catholici* ex Concilio *Cirthenſi* ab illorum majoribus habito eos revincerent, hi adverſus Concilium iſtud & ejus Acta falſum exceperunt, aſſerentes perſecutionis tempore non potuiſſe Concilium congregari. Contra, *Catholici* dicebant, poſt paſſionem illorum Martyrum, unde perſecutionis tempus probabatur, prope annum conſecutum fuiſſe uſque ad Conſulem & diem Concilii *Cirthenſis*: at Officiales menſem intercſuiſſe dixerunt, Nempe quod Martyrum geſta pridie Idus *Februarias*, Concilii vero *Cirthenſis* Acta tertio Nonas *Martias* erant inſcripta, annis utique diverſis. Sed Officiales menſtrui ſolius intervalli rationem duxere per imprudentiam. Quare ſequitur apud *Auguſtinum*: *Sed illud verius erat, quod Catholici dixerant. Nam geſta Martyrum Conſulibus facta ſunt Diocletiano novies, & Maximiano octies, pridie Idus Februarias; geſta autem epiſcopalia decreti Cirthenſis poſt eorumdem Conſulatum, tertio Nonas Martias; ac per hoc tredecim*

[d] Auguſt. in Brev. Collat. diei 3. cap. 17.

[e] Auguſt. 3. contr. Gaud. c. 27.

Explicatur Auguſtini locus.

me-

menſes intereſſe inveniuntur. Hæc *Auguſtinus* in *Breviculo.*

In *Diocletiani* perſecutione non uno anno paſſi ſunt Martyres in *Africa*; ac primi quidem ſub illius initium: poſteriores anno ſequente, amborum geſta ſunt confecta, & Conſulibus notata. *Diocletiano 9.* & *Maximiano* 8. Coſſ. pridie Idus *Februarias* paſſi erant aliqui, ſecundo perſecutionis anno labente. Cum ergo conſtaret, anno poſt inchoatam perſecutionem *Cirtbenſe* Concilium peractum fuiſſe, & Officiales ex Actis Martyrum, qui primi occurrerant, eos forte recitaſſent, adeoque 10 anni ſecundi Martyres incidiſſent, anno ſequenti, quo perſecutionis ſecundo deſito, tertius incepit annus, *Cirtbenſe* Concilium attribuit *Auguſtinus*, cujus geſta 3. Nonas *Martias* notata erant. Quare Officiales quidem illa ipſo anno, quo Coſſ. fuere *Diocletianus 9. Maximianus* 8. utrumque contigiſſe putarunt, Martyrum illorum paſſionem, & *Cirtbenſe* Concilium. *Auguſtinus* vero Concilium anno ſequente, qui fuit *Chriſti* 303. Nam Conſulatus iſte *Diocletiani 9.* annum occupat 304. Verum Acta ipſa *Cirtbenſis* Synodi, quæ totidem verbis exſcribit in *lib. 3. contra Creſcon. cap. 27. Cirtbenſe* Conſilium Coſſ. *Diocletiano* octies & *Maximiano* ſeptiea aſſignant, quarto Nonas *Martii*. Is eſt annus *Chriſti* 303. quo Epiſcopi *Donatiſtæ* convenerunt quarto Nonas *Martii*; geſta autem epiſcopalia confecta ſunt poſtridie, tertio Nonas. Ex quo neceſſario ſequitur, perſecutionis exordium anno antecedente, *Chriſti* 302. accidiſſe, Coſſ. *Conſtantio Chloro Cæſare 4.* & *Maximiano Armentario Cæſare* 4. Etenim perſecutionis claſſicum Imperatorum edicta cecinere ſub Paſchatis ſolemne, hoc eſt, exeunte *Martio*, vel *Aprili* ineunte, at *Cirtbenſe* Concilium *Martio* ineunte cogitur, utique jam inflammata perſecutione. Igitur antecedente anno cœpta perſecutio eſt. Hæc pro certiſſimis habenda ſunt. Pluris enim geſta ipſa Concilii *Cirtbenſis* Conſulumque notam iis appoſitam facimus, quam quod per hallucinationem Officiales reſponderunt. Ergo anno *Chriſti* 302. *Diocletiani* 18. exeunte, vel 19. ineunte, ſi a Paſchali menſe, ut *Chriſtianis* mos erat, annos illius auſpicemur, circa Paſſionis Dominicæ tempus perſecutionis edicta publicata ſunt. *Euſebius* in calce *libri 7.* annum illum 305. numerat a natali *Chriſti*; quod idem legitur in *Actis SS. Metrophanis & Alexandri* apud [a] *Photium*. Sed ſi de æra vulgari ſermo ſit, eum conſtat eſſe 302. quem *Euſebius* auxit triennio, quod antecedentium annos Imperatorum, qui nonnunquam invicem permiſti ſunt, diſtraxit, atque integros explicavit.

[a] Photius Cod. 256.

Idem porro de die ac menſe ſibi non conſtat. *Lib. 8. cap. 2.* edicta primum propoſita ſcribit anno 19. *Diocletiani*, menſe *Dyſtro*, qui eſt *Romanus Martius*, τῆς τῆς σωτηρίου πάθους ἑορτῆς ἐπελαυνούσης *appetente feſto ſalutiferæ paſſionis*; [b] at in *Appendice libri* ejuſdem anno eodem 19. *Diocletiani*, menſe *Xanthico*, qui eſt *Aprilis*, τῆς τοῦ σωτηρίου πάθους ἑορτῆς ἐπικαταλαβούσης, *ſubeunte feſto ſalutiferæ paſſionis*; idem, quod prius ſcripſerat, contigiſſe dicit. Utrumque verum eſſe poteſt, ut & *Martio* deſinente primum edictum promulgaverit, & *Aprili* ineunte poſterius & abſolutius. *Alexandrinum Chronicon* diem adjicit *Martii* 25. ἐν ἡμέρᾳ τῆς ἑορτῆς τοῦ Πάσχα, *ipſo Paſchatis feſto*: quod falſum eſt. Nam Paſcha non poteſt in illum cadere diem, niſi littera Dominicalis ſit G. Hoc vero contigit anno 305. Cyclo Lunæ 2. quarta decima Paſchalis *Nicæna Martii* 25. at *Diocletiani* tempore fortaſſe *Martii* 26. & ut *Nicænam* tunc obtinuerint, Paſcha non potuit conferri in 25. *Martii*, niſi in termino celebraretur. Denique *Diocletianus* anno illo imperator eſſe deſierat. Itaque non congruit tempus in iſto *Chronico* deſignatum.

[b] F. 91. pag. 2. Rob. Steph.

[c] *Euſebius* ait *Diocletianum* & *Maximianum* ab inchoata perſecutione duos annos haud integros in imperio permanſiſſe, οὐδ' ὅλων δυοῖν ἐτοῖν ἐπιγενομένων τῷ διωγμῷ μεθίστανται τῆς βασιλείας. Purpuram exuerunt eo anno, quo Coſſ. erant *Diocletianus 9. Maximianus* 8. Calendis *Aprilis* ut ſcribit *Idatius*. Quare ita componenda res videtur. Anno 302. Paſcha celebratum eſt, ut dixi, *Aprilis* 5. Feſtum Paſſionis, id eſt, Paraſceve ſancta, *Aprilis* 3. quo die edicta publicata ſunt. Biennio nondum plene vertente, ac biduo ante ſecundi anni terminum, Calendis *Aprilis* ambo Imperatores privatam ad vitam redierunt. *Chronicon Alexandrinum* Coſſ. *Diocletiano* 8. & *Maximiano* 7. commotam eſſe procellam perſecutionis affirmat, & ſequenti *Diocletiano 9.* & *Maximiano* 8. Coſſ. imperio ceſſiſſe. Hoc modo vix anno integro poſt initium illius imperaſſent. Si quidem anno 303. *Aprilis* 18. Paſcha contigit, aut *Aprilis* 25. ſi neomenia uno die tardius collocata ſit; Imperatores vero Calendis *Aprilis* in ordinem redacti ſunt.

[c] Euſeb. lib. 8 cap. 13. & in Append. l. 8. f. 91. p. 2. Rob. Steph.

Jam vero anno illo, quo Coſſ. erant *Diocletianus 9. Maximianus* 8. utrumque imperium abdicaſſe, *Faſti* omnes conſentiunt, *Idatii*, *Caſſiodori*, *Siculi*, *Zoſimus lib.* 2. qui etiam addit a Conſulatu *Chilonis* & *Libonis*, quo *Severus* ludos ſæculares edidit, ad *Diocletianum 9.* & *Maximianum* 8. Coſſ. annos putari tot. Atqui *Severus* ludos illos celebravit anno Urbis conditæ 957. ut teſtis eſt [d] *Cenſorinus*, qui & eoſdem Conſules illo anno fuiſſe ſcribit, qui annus Tribunitiæ poteſtatis duodecimus *Severo* fuit, ut vetus Inſcriptio teſtatur apud *Onuphrium*. Annus Urbis 957. eſt æræ *Chriſtianæ* 204. Per. Jul. 4917. a quo centeſimus primus annus eſt *Chriſti* 304. *Idatius* porro Coſſ. iſtos adſcribit æræ *Hiſpanicæ* 242. de qua detractis ex methodo annis 38. reſidui ſunt anni *Chriſti* 204.

[d] Cenſor. cap. 17. p. 55.

Aurelius Victor a *Schotto* vulgatus refert, *Diocletianum* anno imperii viceſimo ſe abdicaſſe; quem ſecundum perſecutionis annum numerat *Euſebius* in *Chronico*. Auctor vero *Panegyrici*, *Maximiano* & *Conſtantino* dicti, *Maximianum* imperii viceſimo, octavum jam Conſulem, potuiſſe purpuram ſignificat. Annus primus *Diocletiani* cœpit anno *Chriſti* 284. ut ſuperius oſtenſum eſt. Ergo annus viceſimus iniit anno 303. *Maximianus* vero *Cæſar* eſt factus anno 285. Proinde viceſimus illius inchoatus eſt anno 304. Vide quæ ſupra de initio utriuſque diſſeruimus.

Ex his intelligi poteſt, quantum aberrent eruditi quidam viri, qui annum primum *Diocletianæ* perſecutionis, quo edictum de Eccleſiis ſubvertendis propoſitum eſt, applicant ad annum *Chriſti* 305. quo *Diocletianum* 8. *Maximianum* 7. Coſs. fuiſſe volunt; anno vero 306. *Diocletianum 9. Maximianum* 8. quo iidem purpuram exuerunt. In quo ſua ipſos refellit ratio. Si quidem *Zoſimi* teſtimonium approbant *libro* 2. narrantis *a Conſulatu Chilonis & Libonis, per quem Severus ſæculares ludos exhibuit, uſque ad Conſules Diocletianum 9. Maximianum 8. annum fluxiſſe unum ſupra centenos; ac tunc Diocletianum privatum ex Imperatore factus eſt. Cum autem Conſtantinus & Licinius tertium ambo Conſules forent, centum ac decem annorum vertebat ſpatium, quo legitimos ſæculares ludos fieri oportebat.* Subjicit, *Diocletianum poſt tres inde annos exceſſiſſe.*

Refellitur quorundam opinio de anno 1. perſecutionis Diocletiani.

Hæc *Zoſimus*. *Chilonis* & *Libonis* Conſulatus in annum *Chriſti* 204. neceſſario competit, ut proxime ante collegimus, a quo anno centeſimus primus eſt 304. at vero 306. eſt centeſimus tertius. Sic *Conſtantinus* & *Licinius* 3. Conſules fuerunt anno *Chriſti* 313. qui eſt centeſimus decimus ab anno 204. Quare Conſulatus *9. Diocletiani*, & *Maximiani* 8. erit *Chriſti* 304. ex *Zoſimi* ſententia: aut ſaltem 305. ſi annos tot. excluſo *Chriſti* 204. computet. Non poteſt ve-

Digitized by Google

ro 306. numerari. Præterea *Diocletianus* anno 304. viceſimum anoum abſolvebat imperii, eodemqua imperium abdicavit; perſecutio vero cœpta eſt anno ejus 19. Atque hoc demonſtrent illa, quæ ſuper ejus exordio *capite ſuperiori* diximus; ubi ex anno *Chriſti* 284. iniiſſe *Diocletianum* oſtendimus, maxime *Ammiani* auctoritate freti, *Faſtorumque Conſularium*, quibus cæleſtes obſervationes fidem conciliant.

a Lib. 7. Hiſt. Eccleſiaſt in fine.

At enim *a* *Euſebius* anno 305. *Chriſti* perſecutionem cœpiſſe aſſerit, cum eoque nonnulli. Primum animadvertendum erat, eum annum, qui 305. a natali *Chriſti* putatur ab *Euſebio*, non eſſe communis æræ 305. Hic enim vulgarem *Chriſti* ortum antevertit, in *Chronico* quidem anno ſolido; ſic ut annus 303. æræ communis incidat in eum annum *Julianum*, qui trecenteſimus quintus eſt ab eo, quo *Chriſtum* natum poſuit. In eo porro *libri Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ſeptimi* loco unum emetiri annum potuit, ut eum qui communis eſt æræ 302. ab ortu *Chriſti* numeraret 305. Neque vero ex Hiſtoria Martyrum, quæ in 8. *libri Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ* fine legitur, explorati quippiam ac certi illius ad conjecturæ patrocinium efficitur. Quippe mendoſa illic omnia fere ſunt, & ſi quæ ſunt anni primi perſecutionis indices notæ, eæ non uni & eidem congruunt, ſed plures diverſoſque deſignant.

b Euſeb. Hiſt. Eccleſ. l. 8. f. 93. p. 2. edi. Rob. Steph.
c Ibid. f. 94. p. 2.

b Anno perſecutionis 3. *Apphianus* *c* menſis *Xanthici*, ſive *Aprilis* 2. feria 6. paſſus eſt. Igitur littera tum fuit Dominicalis C, proindeque annus *Chriſti* 303. vel 308. ut primus cœperit vel 301. vel 305. Utrumque vero falſiſſimum eſt, etiam ex illorum opiniona, qui anno 305. ab die *Martii* 25. inchoatam eſſe perſecutionem exiſtimant: cum *Aprilis* anni 308. hac ratione quarti aoni principium eſſe debuerit.

d Ibid. f. 94. p. 2.

d Eadem *Aprilis* 2. die, Dominica Paſchali, *Theodoſia* virgo pro *Chriſto* mortem obiit anno 5. perſecutionis. Convenit anno 310. Unde primus in annum cadet *Chriſti* 306. Reliqua, ne longior ſim, omitto quæ ſunt abſurdiora temporis veſtigia.

e Hiſtor. Eccleſ. l. 8. f. 90. p. 2.

Illud movere quampiam poteſt *e* quod *Euſebius* ait perſecutionem octavo anno nonnihil relaxatam, decimo tandem anno quieviſſe penitus. Atqui ſi in annum 302. *Chriſti* primus illius incurrit annus: decimus anno *Chriſti* congruet 311. quo ipſo nondum perſecutioni modus eſt adhibitus, nec ante 313. id evenit, paullo *f* ante *Maximini* obitum. Sed ſciendum eſt, in perſecutionis annis enumerandis *Euſebium* illud intervallum minime comprehendiſſe, *g* quod ab inſectatione *Chriſtianorum* vacuum interceſſit poſt annum illius octavum; quod ſpatium *h* ſex fuiſſe menſium ſignificat. Quocirca octavus annus perſecutionis finitus eſt anno *Chriſti* 310. quo ad tempus pace reſtituta, iterum anno ſequenti novis decretis a *Maximino* repetita eſt *Chriſtianorum* vexatio. Ita decimus annus in *Chriſti* 313. deſiit. Sane probabiliter hæc dicuntur a nobis. Qui antem annum perſecutionis primum 305. eſſe *Chriſti* volunt, eoſdem neceſſe eſt decimum illius inchoare anno 314. ſublato jam e vivis ex anno ſuperiore *Maximino*: ante cujus exitum finem illi adhibitum ſcribit *Euſebius*.

f Euſeb. l. 8. Hiſt. Eccl. cap. 17. & l. 9. cap. 9
g Euſeb. ibid. l. 9.
h Lib. 9. cap. 2.

CAPUT XI.

Epilogiſmus temporum Conſtantii, *&* Conſtantini, *Chronologica ratione confectus.*

i Socrat. l. 1. cap. 1. Euſebius in Chr.

CONſtantius Chlorus obiit anno *Chriſti* 306. ut in *Faſtis* ſcribit *Idatius*, ipſo & *Armentario* 6. Coſſ. æra 344. Calendis *Auguſti*; quo die functum eſſe vita *Conſtantium* auctor *i* eſt *Socrates*. Id anno quarto perſecutionis eſſe factum *Euſebius* docet. Cœpta vero perſecutio eſt (ut oſtendimus) anno 302. Quare annus quartus expletus debet intelligi, ut in 306. cadat initium *Conſtantini*.

De Conſtantii morte quæſitum.

Ceterum nos in *lib. 11. de Doct. Temp. c. 35.* merito dubitavimus, an *Chriſti* anno 305. mortuus ſit *Conſtantius*, potius quam ſequenti. Etenim *Euſebius lib. de Vita Conſtantini cap. 53.* *Conſtantinum* refert imperaſſe annos 32. paucis exceptis menſibus; hoc eſt, annos 31. menſes 10. ut ait *Theodorus Lector* in *Collectaneis*; at mortuus eſt anno *Chriſti* 337. die 11. Calend. *Junii*, ut mox dicetur. Proinde *Julio* exeunte illius anni triceſimus tertius inchoandus erat. Deductis 33. de 337. reſtant 304. Ergo anno 305. mors *Conſtantii*, & initium *Conſtantini* contigit. Hæc firmiſſima ratio videtur. Nam *Conſtantius* annos ignorare non potuit intimus ejus *Euſebius*. Aſſentitur *Euſebio Victor* in *Epitom.* qui 10. 12. ac 10. hoc eſt 32. annos illius numerat, & diſertius idem a *Schotto* editus triceſimo ac ſecundo obiiſſe dicit. *Eutropius* 31. anno mortuum refert, nempe abſoluto. Præterea *Victor Schotti* annuum *Chloro* imperium attribuit, ex quo *Auguſtus* eſſe cœpit: quod anno 304. contigiſſe ſupra demonſtravimus. Tum quartus ipſe perſecutionis annus, cujus paullo anta memini, id ipſum adſtruit. Nec abhorret *Socrates*, qui anno 1. Olympiadis 271. obiiſſe *Conſtantium* narrat 25. *Julii*. At hæc Olympias procedit a ſolſtitio anni 305. Quamobrem ſuſpicabamur, anno 305. poſt obitum patris, *Conſtantinum* militari ſuffragio *Cæſarem* eſſe renuntiatum, eumdemque anno ſequenti a *Maximiano* ſocero una cum *Fauſta* conjuge *Auguſti* titulum impetraſſe. Nam *Cæſarem* aliquandiu ante, quam *Auguſtus* a ſocero fieret, *Conſtantinum* fuiſſe, docet *Panegyricus Maxim. & Conſtant.* dictus. Porro anno altero ab morte *Conſtantii Fauſtam* duxit. Hoc modo ab obitu *Conſtantii* annos 32. ab *Auguſtæ* dignitatis initio, uno minus imperavit. Hæc ut veriſimilia ſunt, ſic non temere ab communi Chronologia diſceſſerim, quæ annum 305. *Conſtantii* morti præfinit; præſertim cum eumdem annum *Faſti Idatii* deſignent.

Annus mortis Conſtantini.
k Euſeb. lib. 4. de vita Conſtant. cap. 64.
l Socr. l. 1. c. 32.

Mors *Conſtantini* fixa eſt in anno *Chriſti* 337. *Feliciano & Titiano* Coſſ. ipſo die Pentecoſtes, ut narrat *k* *Euſebius*, & 22. *Maii*, quod *l* *Socrates* prodidit, nec de eo controverſia eſt ulla. Ex quo refelluntur ii, qui *Conſtantinum* anno 307. iniiſſe volunt: ſiquidem 32. annos fere in imperio tranſegit. Qui & validius ex *Maxentii* primordio ac nece confutantur. Hic enim, mox ut audiit *Conſtantinum* mortuo patri ſucceſſiſſe, ejuſque *Romam* imagines allatæ ſunt, imperium & ipſe ſumpſit, quod ſexennio toto tenuit, ſic ut ſexti anni poſtremo die in pugna ceciderit. Teſtatur hoc *Nazarius* in *Panegyrico Conſtantini*, ubi dominationem illius ſexennio toto definit: & alter *Panegyricus* eidem *Conſtantino* dictus, *Conſumpto*, inquit, *per deſidias ſexennio*, (ita leg. pro *ſenio*) *ipſum diem natalis ſui ultima ſua cæde ſignaret, ne ſeptenarium illum numerum ſacrum & religioſum vel inchoanda violaret.* Pridie natalis ſui, hoc eſt ejus diei, quo imperare cœpit, annique ſeptimi, occiſum eſſe *Maxentium* ait. Anni porro tempus indicat *Nazarius* hibernum, ac nondum ſatis aperto mari, quando caput illius in *Africam* miſſum eſt: *Et nondum ſatis tempeſtivo mari, affluerant tamen navigantibus felices auræ.* Jam certiſſimum eſt, annum hunc fuiſſe *Chriſti* 312. *Conſtantino* 2. & *Licinio* 2. Coſſ. ut eſt in *Idatii Faſtis*, æra 350. quod ex eo demonſtratur, quia ſequenti anno, ambobus illis tertium Coſſ. *Conſtantini* juſſu *Melchiades* de *Donatiſtarum* & *Cæciliani* cauſſa *Romæ* judicavit 6. Nonas *Octobres*, feria 6. ut ex *Actis Optatus* refert l. 1. & *Auguſti-*

De Maxentii obitu.

guſtinus Epiſt. 68. cum eodam anno, 17. Calend. *Maii*, libellus contra *Cæcilianum* a *Donatiſtis* directus eſſet *Conſtantino* Imperatori; quo accepto libello, cum litteris *Anulini* Proconſulis *Romam* illos evocavit Imperator. Hæc anno 313. neceſſario contigerunt. Ergo jam *Romam Conſtantinus* obtinebat, proindeque ſuperiore anno victus & occiſus eſt *Maxentius*; cujus ſi annus ſeptimus incboandus fuit anno 312. primus ab anno 306. procedit. Quod autem de anno 305. ſuſpicati ſumus, id non alia ratione conciliari poteſt, niſi ut *Conſtantinum* anno ipſo 305. ſuperſtite patre, *Cæſaris* dignitate auctum eſſe dicamus quamvis nondum imperaret. Solent autem nonnumquam eorum anni, qui *Cæſares* ante, quam imperarent, fuerunt, ab ipſo *Cæſarei* nominis auſpicio progredi. Velut in *Chronico Euſebii* ſcriptum eſt, *Conſtantium Chlorum anno ſexto decimo imperii diem obiiſſe in Britannia Eboraci*; cum imperarit *Auguſta* poteſtate non integrum biennium. Sunt & alia ejus rei apud Hiſtoricos exempla. Quo magis de *Conſtantino* licet uſurpare; etſi auctoritas Scriptorum expreſſa non eſt. Sed *Panegyricorum* loca, quæ adduximus ſuper *Maxentii* tempore, *Scaligeri* & aliorum Chronologorum licentiæ frænos iniiciunt, qui anno 307. *Conſtantii* obitum & initium *Conſtantini* alligant, errore haud mediocri.

Idem *Conſtantini* primordium ex *Nicæni* Concilii tempore confirmari poteſt. [a] *Euſebius* refert, poſt finem *Nicæni* Concilii, antequam Patres dimitteret, Vicennalia commodum abſoluta; ob quæ ſplendido convivo Epiſcopos excepit, κατὰ τὸ αὐτὸ δὲ καὶ τῆς βασιλείας ἐικοσαετοῦς ἐκπληρουμένου χρόνου. Idem & [b] *Socrates* & [c] *Sozomenus* teſtantur. Atqui *Nicena* Synodus anno *Chriſti* 325. *Paulino* & *Juliano* Coſſ. eſt habita, uti omnes conſentiunt. Is autem eſt annus *Chriſti* 325. Igitur anno 325. *Conſtantini* 20. ſaltem eſt inchoatus. Sane *Euſebius* in *Chron.* ad annum Olympiadis 276. ſecundum in editione *Scaligeri*, tertium in *Pontacena*, ita ſcribit, *Vicennalia Conſtantini Nicomediæ facta, & ſequenti anno Romæ edita*. *Idatius* in *Faſtis* Vicennalia *Conſtantini Romæ* ait edita *Conſtantino* 7. & *Conſtantio Cæſare* Coſſ. æra 364. Is eſt annus *Chriſti* 326. Ergo anno antecedenti 325. *Nicomediæ* celebrata ſunt. Si viceſimus *Conſtantini* cœpit anno 325. primus ſaltem anno 306. inchoatus eſt, non 307.

[a] Lib. 3. de Vita Conſtan.
[b] Lib. 1. cap. 16.
[c] Lib. 1. cap. 25.

CAPUT XII.

De Nicæno *Concilio, ejuſque tempore, ac rebus in eo geſtis; tum de initio* Conſtantii, *& inſequentium annorum ad uſque* Chriſti 416. *ratione Chronologica.*

Vide l. 3. de Doct. Temp. cap. 41.

FUit iſta quorumdam opinio, partim *Nicænum* Concilium anno *Chriſti* 322. celebratum fuiſſe partim ad annos propagatum, paullo plus tribus, aut ſex. Priorem, quæ anno ipſo 322. peractum aſſerit, *Paullus Foroſempronienſis* Epiſcopus amplexus eſt *Parte* 1. *libb.* 3. & 4. Itidemque computi Scriptores aliqui, *Joannes Stoflerus* in *Calendario Propoſ.* 34. & *Joannes Lucidus*. Quo illos induxiſſe videtur aurei numeri commoditas; ut ab eo anno, qui proxime Concilium illud ſecutus eſt, in quo & celebrandi diſciplina Paſchatis, & lunaris Cycli caſtigata ratio creditur, is ipſe lunaris Cyclus proceſſerit; quippe annus *Chriſti* 323. aureum numerum habuit 1. Hac methodi opportunitate in eam ſententiam illectos computi Magiſtros illos arbitror. Triennio ſexque menſibus Synodum hanc habitam referunt *Acta Metrophanis* & *Alexandri* apud *Photium Cod.* 256. *Scaliger* in *l.* 5. *de Emendatione Temporum*, triennium circiter tenuiſſe *Nicænum* Concilium exiſtimat, ab anno 325. ad 327. *Gelaſius* apud *Photium Cod.* 88. annos ſex ab decimo ſexto *Conſtantini* ad viceſimum ſextum.

Sed iſtos omnes falſos eſſe conſtat; neque quidquam exploratius eſt, quam eodem anno, qui Conſulibus notatur *Paulino* & *Juliano*, & inchoatam & abſolutam eſſe Synodum. De anno teſtatur *Socrates lib.* 1. *c.* 13. eum fuiſſe dicens 636. ab regno *Alexandri Magni*, quæ eſt æra *Græcorum Seleucidarum* ab anno cœpta ante *Chriſtianam* æram 312. de qua *Seleucidarum* epocha diximus in *l.* 3. *c.* 3. tum eoſdem Conſules adſcribit, quos retuli. Addit primum conſeſſum habitum *Maii* viceſimo die. *Euſebius* porro *lib.* 3. *de Vita Conſtantini c.* 21. & *l.* 4. *c.* 47. *Sozomenus l.* 1. *cap.* ult. ſcribunt in eum annum, viceſimum *Conſtantini* annum incidiſſe, ac Vicennalia poſt abſolutam Synodum dediſſe iis Imperatorem. Eſt autem viceſimus annus *Conſtantini* æræ *Chriſtianæ* 325.

In actis Synodi percenſendis mirus eſt Veterum conflictus. Nos hic ea paucis exſequemur. [d] Convenere Epiſcopi num. 318. omnes fere aut vitæ merito aut doctrina, aut utroque celebres. Quorum illecti fama Gentiles eodem venere Philoſophi, cum iiſque in certamen deſcenderunt. [e] Edita fidei formula, ſeptemdecim initio reclamarunt, *Ariana* infecti labe. Mox autem Imperatoris minas veriti undecim ex illis ſubſcripſere, ut ait *Ruffinus*, qui ſex reliquos cum *Ario* relegatos aſſerit.

[d] Socrat. lib. 1. Sozom. l. 1. Gelaſ. l. 2.
[e] Ruff. l. 1. cap. 5. Gelaſ. l. 2. c. 7. & 24. 25.

[f] *Hieronymus* octo ait *Arianos* Epiſcopos in *Nicæno* Concilio ſuſceptos, e quibus tres nominat, *Euſebium Nicomedienſem*, *Euſebium Cæſarienſem*, *Theognium Nicænum*: tum *Saram Lybiæ* Presbyterum, *Arium* Presbyterum, *Euzoium* Diaconum, & *Achillam* Lectorem.

[f] contra Lucif. p. 622.

Socrates lib. 13. & *Sozomenus lib.* 1. *c.* 21. quinque commemorant, qui inviti deinde τῷ ὁμουσίῳ ſubſcripſerunt, quibus ſi *Euſebium Cæſarienſem* addas, ſex illos reliquos efficies. Addunt poſt receptam ſubſcriptamque formulam, cum de *Arii* damnatione agi cœptum eſt, reſtitiſſe *Nicomedienſem Euſebium*, & *Theognium Nicænum*. Ideo juſſu *Conſtantini* una cum *Ario* deportatos, ac pro *Euſebio* ordinatum *Nicomediæ Amphionem*, pro altero *Chriſtum*; quod poſterius teſtatur [g] *Athanaſius*. [h] *Theodoretus* duos omnino, ſubſcribentibus ceteris, aſſentiri noluiſſe, *Theonam* & *Secundum*. Sane Epiſtola Synodica *Nicæni* Concilii apud *Socratem* docet, *Arium* damnatum, cum eoque duos iſtos. Verum *Hieronymus* tam Epiſcopos omnes, quam *Arium* ipſum, Synodo plene ſatisfeciſſe ſignificat, & ab ea eſſe ſuſceptos. Verum perſuaſum id habuerunt Hiſtorici veteres, *Arium* cum quibuſdam Epiſcopis, e quibus fuit *Nicomedienſis Euſebius*, ex ipſa Synodo Imperatoris edicto relegatos fuiſſe. Sed *Conſtantini* ipſius Reſcriptum poſt annos aliquot ad *Nicomedienſes* datum, cujus fragmentum legitur apud *Theodoretum lib.* 1. *cap.* 19. *fol.* 290. edit. *Græcæ*, fidem facit, *Euſebium* aliquanto poſt *Nicænum* Concilium tempore depoſitum eſſe: cum quidem ſub ipſum Concilium, pendente adhuc damnationis ſententia, infimis precibus veniam exoraſſet; cujus etiam *Sozomenus lib.* 2. *cap.* 21. *fol.* 29. meminit. Quocirca conciliari in hunc modum hiſtoria illa debet. Cum in *Nicæna* Synodo de *Ario* damnando actum eſſet a Patribus, ei primum interceſſiſſe Epiſcopos ſex: tum ceteris metu conſentientibus *Euſebium Nicomedienſem*, ac *Theognium*, pertinacius in ſententia cum *Ario* perſtitiſſe, atque in eos propterea depoſitionis primum ab Epiſcopis, tum ab Imperatore conſtitutam in illos exſilii pœnam. Sed eos omnes oblato ſupplici libello reconciliatos eſſe, ac pœnæ gratiam impetraſſe. Demum

[g] Apol. 1. p. 566.
[h] Lib. 1. pag. 266. Græc.

ambo

Digitized by Google

ambo illi Epiſcopi, cum eorum ſimulatio ab *Conſtantino* detecta eſſet, ex priſtino illo decreto in ordinem redacti, in exſilium abierunt, e quo ſubinde revocati ſunt, & in priorem gradum reſtituti. Vide *Annales Baronii* ad Ann. 327. & 329.

Conſtantii tempus ratione firmatur.

Conſtantii Imperatoris tempus primum Scriptorum auctoritate munitum eſt, qui ejus initium in Conſulatum referunt *Feliciani* & *Titiani*, quo mortuus eſt *Conſtantinus*, cum Pentecoſte in *Maii* 22. incidiſſet; mortem vero in Coſſ. *Taurum* & *Florentinum* anno 361. tum cæleſti obſervatione nititur. Quippe anno eo, qui proxime mortem illius anteceſſit, quo ipſe *Conſtantius* decimum, *Julianus Cæſar* tertium fuere Conſules, ſcribit *Ammianus* *lib.* 20. horrendam Solis defectionem ſub diluculum in Oriente conſpectam. Ea contigit anno 360. *Augusti* 28. Proinde *Conſtantius* anno 361. obiit. Ad hæc *Hieronymus* in *Chron.* & *Theophanes* afferunt anno 10. *Conſtantii* Solem defeciſſe hora diei tertia, *Junii* 9. fuit annus *Chriſti* 346. Ergo anno iſti decimus *Conſtantii* congruit: adeoque primus annus 337. Vide *lib.* 11. *de Doct. Temp. c.* 43.

Vide l. 8. de Doct. Temp. pag. 840.

Intervalli porro illius, quod ab anno *Chriſti* 378. ad 408. interjectum eſt, ac ſuperiorum iisdem annorum Chronologicum munimentum, præter Hiſtoricorum auctoritatem, cæleſtium quoque obſervationum fidem advocat. Suſpicatur *Scaliger lib.* 5. *de Emend. Temp.* Faſtos Conſulares circa illa tempora corruptos eſſe, atque inter Conſulatum *Auſonii*, qui in annum 378. incidit, & *Stiliconis* atque *Anthemii*, qui annum 405. obſidet, par unum deſiderari Conſulum; quod eſſe falſum in *lib.* 12. *de Doct. Temp. cap.* 46. demonſtravimus. Nunc idem triplici de cælo petito charactere ſic probamus. Non eſt dubium, quod *Ammianus* initio *libri* 20. prodidit, anno illo, qui *Conſtantii* præceſſit obitum, quo Coſſ. erant *Conſtantius* & *Julianus* 3. ſub ortum Solis, ingentem Solis eclipſin accidiſſe; Ea porro convenit in annum *Chriſti* 360. *Augusti* die 28. ut ex Aſtronomicis tabulis conſtat; quadriennio poſt biſſextilis annus fuit, quo, *Joviano* mortuo, *Valentinianus* rerum potitus eſt, eodem *Ammiano* teſtante *lib.* 25. fuit hic annus 364. Rurſus anno illo quo Coſſ. fuere *Theodoſius* 3. & *Abundantius*, atque *Honorius* ſalutatus eſt *Auguſtus*, hora diei tertio tenebræ factæ ſunt, Indictione 6. ut *Proſper* & *Marcellinus* in *Chronicis* referunt. Aſſignantur ii Conſules anno vulgaris æræ 393. quo Sol obſcuratus eſt *Novembris* 20. Indict. 6. Recte igitur iſti Conſules anno 393. attribuuntur. Demum *Arcadio* 5. & *Honorio* 5. Coſſ. ſcribit *Idatius* in *Faſtis* defectionem Solis accidiſſe 3. Idus *Novembris*. Hoc nullo alio contigit, quam qui vulgo *Chriſti* 402. putatur. Siquidem eo anno, atque illo ipſo die, Sol defecit circa horam 9. a nocte media. Quocirca ex anno 360. ad 393. & 402. plena ſunt Faſtorum Conſularium intervalla, quibus nec addi poteſt quicquam, nec detrahi. Nam eclipſes iſtæ velut limites ac termini ſunt, qui certis finibus ſpatia illa continet. Deinceps vero tria Conſulum paria totidem annis reſpondent; ac ſecundum, quo *Honorius* 6. & *Ariſtænetus* Conſulatum geſſerunt, non alium annum, quam 404. obtinere poteſt: ut ex hiſtoria S. *Joannis Chryſoſtomi* poſtea conſtabit, qui hoc anno in exſilium abiit.

Vide l. 11. de Doct. Temp. c. 40. & 47.

Mors *Arcadii Baſſo* & *Philippo* Coſſ. notatur ab *Zoſimo lib.* 6. & *Proſperi Chronico*, nec non *Socrate lib.* 7. *c.* 1. & *lib.* 6. *c.* 23. ubi ait, illum vixiſſe annos 31. imperaſſe poſt parentis mortem annos 14. & Calendis *Maiis* obiiſſe.

Vid. l. 11. de Doct. Temp. c. 47.

Alaricus Urbem expugnavit anno 410. *Varane* Conſule, ut *Proſper*, *Caſſiodorus*, & *Marcellinus* adſtruunt. At *Idatius* in *Chron.* & *Iſidorus* æra 447. hoc eſt, anno 409. id eveniſſe ſcribunt. Quibus non aſſentior.

CAPUT XIII.

De S. Martini, *&* Eudoxiæ Arcadii *conjugis obitu, deque Chronologicis quibuſdam notis, quibus* Marciani *Imperatoris & ſequentium Principum tempora demonſtrantur.*

De Martini obitu. Vid. l. 11. de Doct. Temp. c. 44.

DE *S. Martini* morte ſumma veterum Scriptorum diſſenſio eſt. *Gregorius Turon. lib.* 1. *c.* 46. *Cæſario* & *Attico* Coſſ. obiiſſe narrat; *media nocte, quæ Dominica habebatur*. Hic eſt ann. 397. Verum eo anno littera Dominicalis fuit D. proinde *Novembris* 11. erat 4. feria, non Dominica. *Sigebertus*, quem Annales Eccleſiaſtici ſequuntur, annum 402. addicit; at eo anno littera fuit E Novembris 11. feria 3. Aut ergo anno 400. obiit, quo littera Dominicalis erat A G, *Novembris* 11. feria 1. aut 401. quo fuit ſecunda feria. Si prius amplectimur, mortuus erit ea nocte, quæ Dominicam anteceſſit; ſi poſterius places, ea nocte, quæ Dominicam exceſſit. Annum 401. ſuadet *Severus Sulpicius*, qui *Dial.* 3. ſcribit, *Martinum* ſedecim annis vixiſſe poſt Conſulatum *Evodii*, qui incidit in annum 386. a quo ſextus decimus annus eſt *Chriſti* 401. *Gregorius* vero *Turonenſis lib.* 2. *cap.* 43. annum 400. deſignat, dum *Chlodoveum* ab obitu *Martini* anno 112. mortuum eſſe ſcribit, qui exceſſit anno *Chriſti* 511.

De tempore obitus Eudoxiæ.

Circa annum obitus *Eudoxiæ* Imperatricis obſervatione digna eſt Hiſtoricorum veterum conſenſio, & illorum adeo, qui eodem vixere tempore. Hi omnes anno ipſo, quo *Chryſoſtomus* exſulavit, *Chriſti* 404. tertio poſtquam ille *Conſtantinopoli* diſceſſit, mense, *Eudoxiam* periiſſe dicunt. Ita *Proſper* in *Chron.* *Eunapius* apud *Photium Cod.* 77. *Eudoxiam* obiiſſe prodidit eo anno, quo *Arſacius* pulſo *Joanne* ſubſtitutus eſt, qui eſt ille ipſe 404. Idem docent *Socrates lib.* 6. *cap.* 17. *Sozomenus lib.* 8. *c.* 27. & *Chronicon Alexandrinum*, in quo & anni ejuſdem characteres adhibentur. Ait enim, mortuam *Eudoxiam* prid. Non. *Octobris*, feria 5. & depoſitum ejus cadaver in Eccleſia ſanctorum Apoſtolorum, 4. Eid. *Octobris*, feriæ 4. quæ in annum 404. competunt, quo littera Dominicalis erat CB. Aſſentitur etiam *Theophanes*, ſed & *Marcellinus*, qui *Honorio* 6. & *Ariſtæneto* Coſſ. *Eudoxiam* obiiſſe refert, anno ſcilicet 404. Quod autem antecedente anno *Chryſoſtomi* exſilium atque mortem poſuit, non ideo accuſandus eſt. Id enim eo fecit, quod anno iſto 403. primum damnatus eſt *Chryſoſtomus* in ſuburbio *Calcedonenſi* ad *Quercum*, ſed ſubinde ob tumultum populi revocatus. Unde cum ſemel *Chryſoſtomi* mentionem attigiſſet, reliqua, quæ deinceps annis inſequentibus ei contigerunt, eodem filo pertexuit.

Apud *Idatium* quædam ſparſim defectionis Solis Lunæque memorantur, quibus velut notis *Marciani* & inſequentium Principum tempora deſignantur. Nam eo anno, qui *Theodoſii* mortem ſecutus eſt, & initium *Marciani*, quo *Attila*, populatis *Galliis*, ab *Aetio*, & *Theodorico Gothorum* Rege in *Catalaunicis* campis ſuperatus eſt, 5. Calend. *Octobris* Lunam ait eſſe ſulcatam. [a] Atqui hoc anno *Chriſti* 451. accidit. Hoc enim ipſo, *Septembris* 26. feria 4. Luna defecit, cujus deliquii extremum in *Hiſpania* videri potuit. Nam deliic hora 7. 25. fuitque digitorum 10. Eodem anno *Placidiam* mortuam refert. Quocirca *Theodoſii* mors, & initium *Marciani*, recte ab omnibus in annum antecedentem confertur, *Chriſti* 450. *Attilæ* vero clades, in 451. Sed apud *Idatium* pro *quinto Calend. Octobris*, ſcribendum eſt, *ſexto*,

[a] Vide l. 8. de Doct. Temp. pag. 845.

a Item

u Idat. pag. 40. b Lib. 8. de Doct. Temp. pag. 846.

a Item æra 500. ſexto *Nonas Martias* ſive *Martii* 2. feria 6. Lunam defeciſſe notat. Hic eſt annus 462. quo ineunte *feria 6.* hoc eſt b paullo poſt mediam noctem diei 2. *Martii*, obſcurata eſt Luna ad dodrantem diametri. Atque hunc annum proximum numerat ab eo, quo *Severus* poſt *Majorianum* ad Imperium eſt evectus, quem *Chriſti* 461. fuiſſe ſuperius adnotavimus.

c Idat. pag. 42.

c Ad hæc anno illo, qui proxime eum anteceſſit, quo mortuus eſt *Severus*, Solis defectionem obſervat *Idatius* 13. Calend. *Auguſti*, feria 2. qua die in ſpeciem Lunæ quintæ, Sol ab hora tertia in ſextam obſcuratus eſt. Id evenit anno 464. *Julii* 20. Recte ergo *Severi* nex anno ſequenti 465. tribuitur.

CAPUT XIV.

De Chlodovei *poſterorum temporibus, ac* S. Benedicti *obitu.*

Demonſtrantur anni Chlodovei poſterorum.

CHlodovei filiorum tempora ex *Gregorio Turonenſi*, *Aimoino*, & aliis Veteribus in hunc modum approbantur. Obiit *Chlodoveus* anno *Chriſti* 511. *Novembris* 27. quo die anniverſariæ pro illo preces *Lutetiæ* in Cœnobio *Sanctæ Genovefæ*, ubi is ſepultus eſt, hodieque celebrantur. Quippe *Secundino ac Felice* Coſſ. exceſſit, ut d ſuo loco docuimus. *Childebertus* e anno regni 49. periit; f cujus anno 38. Indictione 13. quinto Calend. *Novembris Aurelianenſis* 5. Synodus notatur: eſt hic annus *Chriſti* 549. Proinde cœpit anno exeunte 511. *Novembri* exeunte. Sic *Aurelianenſis* 3. celebrata dicitur anno *Childeberti* 27. quarto poſt Conſulatum *Paulini Junioris*, Nonis *Maii*. *Paulinus* iſte Conſul fuit anno *Chriſti* 534. Quare annus 4. poſt ejus Conſulatum eſt 538. Ergo *Childebertus* iniit anno 511. *Chriſti* vero annus 560. poſtremus illi fuit.

d Paral. 2. lib. 7. cap. 2. e Aimo. in l. 2. cap. 29. f Tom. 5. Concil. Gall. pag. 277.

Jam quod in 7. *libro prioris Partis c. 6.* quadriennio poſt *Chlodomiri* necem *Burgundiam* dixi ab illius fratribus *Childeberto* & *Chlotbario* domitam eſſe, id hac ratione nititur. Scribit *Gregorius Turonenſis lib. 3. cap.* 11. expeditionem *Burgundicam* amborum fratrum incidiſſe poſt obitum *Almarici Gothi Hiſpaniæ* Regis, quam antecedenti *capite* 10. poſuit. At *Almarico* ſucceſſiſſe *Theudes* dicitur in *Iſidori Chronico*, æræ 560. qui fuit annus *Chriſti* 522. Ergo hoc anno *Burgundia* a *Francis* eſt ſubacta quarto ſcilicet poſt *Chlodomiri* mortem.

g Greg. l. 3. c. 23. Aim. l. 2. cap. 14. h In fine lib. 13. i Lib. 2. cap. 25. k Greg. l. 4. c. 6. l Lib. 2. cap. 25. m Greg. l. 4. c. 21.

Theodericus anno g regni 23. *Chriſti*que adeo 534. obiit: *Theodebertum* anno 14. mortuum eſſe h ſcribit *Gregorius*: *Aimoinus* 13. aſſignat i. Videtur ineunte 14. mors illi contigiſſe, *Chriſti* 547. *Theodebaldus* anno k ſeptimo moritur: cui *Aimoinus* octavum l arrogat. Ergo vivere deſiit anno 554. Porro *Gregorius* a morte *Chlodovei*, ad exitum *Theodeberti*, annos numerat 37. qui ab anno *Chriſti* 511. putati incidunt in 547. *Chlotbarius* regni m an 51. *Chriſti* 561. deceſſit. Quæ omnia *Marcellini* Appendix præpoſtere collocavit.

De morte S. Benedicti. n Greg. 2. Dial. o Sigeb. A. 509. p Leo Hoſt. Chron. cap. 1.

Quod ad *S. Benedictum* attinet, n hunc extra controverſiam eſt imperantibus *Juſtino* & *Juſtiniano* floruiſſe. Mortis annus incertus eſt. Nam *Fauſtus* ejus diſcipulus, ut teſtis o eſt *Sigebertus*, ſcriptum reliquit, eum obiiſſe 12. Calend. *Aprilis*, *Martii* 21. pridie Paſchatis; idemque p *Leo Hoſtienſis* refert; ſed addit, anno 542. Indict. 2. obiiſſe *Benedictum*; quæ ſunt *ἀσύστατα*. Nam Indictio 5. fuit anno 542. Reliqui characteres inextricabiles ſunt. Ut enim Paſcha contigerit *Martii* 22. litteram oportet fuiſſe D. adeoque Cyclum Solis 3. vel 14. 20. 25. Lunæ porro Cyclus *Nicænus* fuerit 16. Quo cum Cyclo littera D. non concurrit, niſi annis *Chriſti* 72. 319. 414. 509. 604. Quod ſi quis *Latinorum* Paſchalem methodum adhibeat, quæ per id tempus uſurpata nonnunquam fuit, Cyclum Lunæ 19. fuiſſe neceſſe eſt, qui fuit *Latinorum* 16. vel 8. qui fuit *Latinorum* 5. Prior Cyclus cum littera D. non convenit, niſi *Chriſti* annis 151. 246. 341. 436. Poſterior, annis 235. 330. 425. 520. qui omnes ab vera mortis illius hiſtoria diſcrepant. Conſtat enim, quod q *S. Gregorius* Papa ſcribit, ad eum *Totilam Gothorum* Regem adiiſſe anno regni ſui ſecundo, eique prædixiſſe *Benedictum*, novem adhuc annis regnaturum ipſum, ac decimo moriturum. Atqui *Totila* regnum auſpicatus eſt anno belli *Gothici* 7. *Chriſti* 541. ut ex *Procopio* liquet r mortuum vero anno 11. regni nondum expleto, *Chriſti* 552. ineunte; quod ex ejuſdem *Procopii lib.* 4. colligitur. Itaque congreſſus ille *Totila* cum S. *Benedicto* anno *Chriſti* 542. convenit; a quo 10. poſt anno labente cæſus eſt a *Narſete*. Non potuit igitur ante hunc annum deceſſiſſe *Benedictus*: hoc vero ut exceſſerit, falſa eſt nota diei, & Paſchatis, a *Fauſto* prodita; ſiquidem Paſcha iſto anno cadit in *Aprilis* 20. Unde mortuus erit 13. Calend. *Maii*; s quod & *Sigonius* amplexus eſt.

q Greg. 2. Dial. cap. 15. r Lib. 3. Vide ſupra Part. 1. lib. 7. cap. 5. s Sigon. l. 19. de Occid. Imperio.

CAPUT XV.

Chronologica temporum, quibus Juſtinus, Tiberius, Mauricius, Heraclius *Imperatores vixerunt, demonſtratio: tum de anno primo* Hegiræ, *& eo quo* Trullana *Synodus eſt peracta.*

JUſtinum anno *Chriſti* iniiſſe 565. ex *Juſtiniani* obitu colligitur. Mortuus enim eſt *Novembris* 14. die, Indict. 14. jam inchoata, cum imperaſſet annos 38. menſes 8. ab *Aprilis* Calendis, ut ſcribit t *Evagrius*. *Chronicon Alexandrinum* menſes undecim numerat; non ſine mendo: quaſi ab *Januario* annos illius auſpicetur, cum tamen ab *Aprili* putet. Atqui imperare cœpit anno 527. *Mavortio* ſolo Conſule, Indict. 5. ut *Marcellinus*, *Chronicon Alexandrinum*, *Theophanes*, *Paulus Diaconus*, *Cedrenus* diſerte aſſerunt. Inde ergo numerati anni 38. menſeſque 8. deſinunt in *Novembrem* anni 565. Ind. 14. Quocirca mirum eſt valde, quod *Victor Tunnunenſis* & *Joannes Biclarienſis* Indict. 15. functum eſſe *Juſtinianum* referunt; quod etiam in *Alexandrini Chronici* contextu legitur; etſi anni titulus Indict. 14. præfert. Non eſt dubium, quin anno 565. *Novembris* 14. Indict. 14. *Juſtinus* 2. imperare cœperit. Idem porro deceſſit anni 578. Indict. 12. ineunte a *Septembri* menſe, ut *Chronicon Alexandrinum* & *Theophanes* fidem faciunt.

t Evagr. l. 4. cap. 41.

Quod *Tiberium* attinet, is anno 574. *Cæſar* factus *Decembris die* 7. feria 6. ut ſcribit u *Theophylactus Simocatta*. Sed perperam addit Indict. 9. Melius *Chronicon Alexandrinum* Indict. 8. cui & *Theophanes* aſſentitur. At idem *Chronicon Septembris* 7. non *Decembris* id aſſignat. Utraque dies feriam 6. habuit anno 574. littera Dominicali G. Magnopere autem fallitur x *Evagrius*, qui *Juſtinum* ait ſolum imperaſſe annos 12. menſes 10. dies 15. cum *Tiberio* annos 3. menſes 11. in totum annos 16. menſes 9. $\frac{1}{2}$ Verum ſolus annos haud amplius 8. ſuperque menſes novem fere, cum *Tiberio* annos 4. ac duos circiter menſes imperavit, ſiquidem *Septembri* menſe *Cæſaris* titulum ei conceſſit.

u Theoph. lib. 3. c. 11. x Evag. lib. 5. c. 13. *Evagrius error.*

Mauritius denique mortuo *Tiberio* imperare cœpit Indict. 15. *Auguſto* menſe: quod in *Alexandrino Chronico* & apud *Theophanem* legitur: eſtque annus iſte *Chriſti*

Mauritii initium demonſtratur.

Digitized by Google

a Beda l. 1. Hiſt. Angl. c. 23.

Chriſti 582. ut diſerte a *Beda* proditum eſt. a Atque hoc inſuper demonſtratur ex initio *libri* 2. *Epiſt. S. Gregorii* Papæ; ubi depoſitus legitur *Laurentius* Diaconus ſeptimo anno a Conſulatu *Mauritii*, Indict. 10. a *Septembri* menſe cœpta, anno 2. *Gregorii*. Porro *Theophanes* auctor eſt b *Mauritium* anno 2. imperii, Indict. 2. *Decembris* 20. Conſulatum cœpiſſe. Eſt hic annus *Chriſti* 583. Igitur anno 591. erat in curſu annus 7. a Conſulatu *Mauritii Septembri* menſe, quo Indictio 10. cœpit, & annus 2. *Gregorii*. Ad hæc, *Romanum* Concilium 2. ſub *Gregorio* I. notatur Indictione 13. anno 13. *Mauritii*, *Julio* menſe. Neceſſario annus hic eſt *Chriſti* 595. qui ſi 13. eſt *Mauritii*, primum incurrere neceſſe eſt in annum 582. Id ipſum docent & *Epiſtolæ* Pontificis ejuſdem, quas *Beda* recenſet loco jam citato. Unum illud obiici poteſt; c *Theophylactus Simocatta*, *Theophanes* & *Miſcella* referunt, anno 9. *Mauritii*, vere ineunte, cum Imperator in expeditionem proficiſceretur, Solem defeciſſe. Convenit iſta defectio anno *Chriſti* 592. *Martii* 19. hora 10. 12. poſt mediam noctem; & ſolaris diametri dodrans obſcuratus eſt. Ex quo efficitur, primum *Mauritii* in annum cadere 583. Sed ſciendum eſt, illos anno uno tardius *Mauritii* computare tempus. Nam ex antecedentibus liquet, *Mauritii* Imperatoris exordium duci ab anno 582. Itaque pro *ἐννάτῳ* apud *Simocattam* legendum *ὀγδόῳ*; quem errorem *Theophanes* expreſſit, ex eoque ceteri.

b Paullus Diac. lib. 17. cap. 8. Cedren.

c Lib. 5. cap. 16. Paullus Diac. in Miſcell. lib. 17. cap. 24.

Error Simocattæ, & aliorum.

Vide l. 11. de Doct. Temp. cap. 49.

Heraclii primordium, nec non obitus, haud dubiis notis in *Annalibus Græcis* exprimitur. *Alexandrinum Chronicon* anno illo, quo *Phocas* occiſus eſt, & *Heraclius* iniit, Indictionem ait fuiſſe 14. *Octobri* menſe, ejuſque tertia die feriam 7. Hic annus *Chriſti* 610. quo indictio 14. ab *Septembri* cœpta *Conſtantinopoli*, Cyclo Solis 3. littera D.

Maximus Martyr, qui paullo ante obitum *Heraclii* Computum ſcripſit, annum ejus 31. notat Indict. 14. aitque *Diocletiani* fuiſſe 357. quo Paſchalis terminus incidit in Calendas *Apriles* feria 1. Paſcha vero celebratum eſt *Aprilis* 8. *Theophanes* item obiiſſe ſcribit Indict. 14. *Martii* 11. die, cum imperaſſet annos 30. menſes 10. At *Nicephorus* in *Breviario* annos tribuit 30. menſes 4. dies 6. Proinde annus illius 31. cœpit ex anno *Chriſti* 640. adeoque primus ex anno 610.

Vide l. 2. de Doct. Temp. c. 50. & ſeq. & l. 9. c. 23 & l. 11. c. 50.

Heraclio rerum potiente *Muhammedes Arabum* princeps novæ æræ dedit initium, quam *Hegiræ* nominant, quæ vox *διωγμὸν* & *perſecutionem* ob fidem indicat. Hanc *Saraceni*, & *Arabes*, & eos ſecuti *Turcæ* inchoant ab illo die, quo ob novam inſtitutam religionem fugere coactus eſt; quod accidit anno *Chriſti* 622. *Julii* 16. feria 6. ut ex eorumdem populorum Hiſtoriis & Annalibus conſtat.

Trullana Synodus.

Poſt annos 85. *Conſtantinopoli* in *Trullo* Synodus habita eſt, velut ad ſupplendam quintam & ſextam, in qua nihil Canonum editum fuerat. Eam porro contigiſſe Indictione 5. anno mundi 6199. docet Canon tertius ejuſdem: quem annum *Theophanes* ait eſſe 27. poſt ſextam & œcumenicam Synodum, *Juſtiniani* ſecundo imperantie ſecundum. Eſt hic annus *Chriſti* 707. Indictione 5. a mundi conditu ſecundum æram *Alexandrinam*, qua *Theophanes*, & illa Synodus utitur, 6199. Itaque non dubitat idem ille *Theophanes*, errare nonnullos, qui poſt annos 4. ab Synodo ſexta legitima, ſpurios iſtos Canones exſtitiſſe putant. Hanc enim Synodum ait anno mundi 6172 celebratam fuiſſe, Canones vero anno 6199. inſtitutos. Apparet igitur, *Trullanos* Canones anno *Chriſti* 707. ſancitos eſſe. Annus æræ *Græcorum Alexandrinæ* 6172. eſt vulgaris computi 680. quo ſexta Synodus inchoata. Additis annis 27. fit *Chriſti* 707. At plerique anno 692. editionem illorum Canonum aſſignant, ſub *Sergio Romano* Pontifice: quibus *Anaſtaſius Bibliothecarius* favet in *Vita Sergii*; ſed Canon tertius *Trullanus* de 707. perſuadet; eum *Joannes* VII. *Romæ* ſederet, quem & de Canonibus iſtis approbandis interpellatum a *Juſtiniano*, in *Joanne* VII. ſcribit *Anaſtaſius*. *Taraſius* vero d nec non e *Auctor* illius *Tractatus contra Iconoclaſtas* qui in ſeptima Synodo lectus eſt, Canones iſtos in Synodo ipſa ſexta fuiſſe conſcriptos aſſerunt; quod minime procedit.

Anaſtaſ. in Sergio Beda de ſex ætatibus.

d In 7. Syn. Act. 4. pag. 481. edit. Rom.

e Act. 6. pag. 576.

CAPUT XVI.

De Clotharii I. *poſteris, quorum initia Chronologicis probationibus adſtruuntur.*

Vide l. 11. de Doct. Temp. c. 48.

Clotharii filiorum tempora non ſolum auctoritate priſcorum Annalium, ſed etiam cœleſtium obſervationum fide nituntur: ex quibus ad anteriorum quoque Regum epochas aſſeverandas argumenta ſuppetunt. In primis autem *Childeberti Auſtraſiorum* Regis anni accurate ab *Gregorio* deſignantur, quod in illius ditione *Turonum* erat civitas. Quare ex ejus regno reliquorum tempus affirmabimus.

f Greg. l. 3. cap. 1.

g Lib. 5. capp. 17. & 33.

f Initium illius natalem in ipſum Dominicum incidit, convenitque anno *Chriſti* 575. Anno quippe ejus 2. ut *Gregorio* liquet g ambigua Paſchatis obſervatio fuit. Nam in *Galliis* celebratum eſt 14. Calendas *Majas* in *Hiſpania* 12. Calendas *Apriles*. Quod factum oportuit anno *Chriſti* 577. Cyclo Solis 26. Lunæ 8. cum littera Dominicalis erat C, quando Paſcha ex *Latinorum* methodo peractum eſt 21. *Martii*, ab *Hiſpanis* vero *Aprilis* 18. h quod 25. menſis ejuſdem rite celebrari oportuit.

h Vide l. 2. de Doct. Temp. c. 63.

i Lib. 10. capp. 22. 23. ac 24.

Sic anno 15. *Childeberti*, *Guntchramni* 29. ait i *Gregorius*, dubium Paſcha fuit. Nam alii ex *Victorii* præſcripto Paſcha Luna 15. celebrarunt; alii, *Latinos* ſecuti, Luna 2. Deinde 18. Calend. menſis quinti, id eſt *Julii*, feria 4. notatur: & menſe octavo mediante Sol defecit. Quæ omnia in annum *Chriſti* 590. conveniunt, Cyclo Solis 11. Lunæ 2. quo Paſcha *Catholicum* incidit 26. *Martii*, & *Junii* 14. fuit 4. feria. Sol vero *Octobris* 4. hora 10. circiter defecit. Nam *mediante aliquo menſe*, ex uſu *Gregorii* & aliorum Scriptorum, idem eſt ac *labente*, k ut alibi docuimus.

k Lib. 11. de Doct. Temp. c. 48. & ad Hær. 70. Epiph. Num. 10. & 12.

l Greg. l. 6. c. 25.

Rurſus l anno 8. *Childeberti* pridie Calendas *Februarii* Dominicam fuiſſe ſcribit Auctor idem, qui eſt annus *Chriſti* 583. quo littera Dominicalis erat C.

Quamobrem cum annus 2. *Childeberti* anno *Chriſti* 577. in Paſchate numeretur, & anno 590. eodem tempore, *Childeberti* 15., initium ejus oritur a natali anni 575.

m Lib. 5. cap. 21.

n Cap. 27.

o Lib. 6. cap. 14.

Chilperici vero, & *Guntchramni* 17. cum anno ejuſdem *Childeberti* tertio concurrit, ut ait m *Gregorius*; n qui & 4. *Childeberti* cum illorum 18. componit, & o ſeptimum iſtius cum illorum 21. menſe Januario. Unde colligas, ambos illos anno cœpiſſe *Chriſti* 562. ineunte vel exeunte 561. quo *Clotharius* obiit. Proinde *Sigebertus* anno quarto decimo periit, quem 29. computat *Gregorius* in fine *lib.* 4. ab exitu *Theodeberti*, qui anno 547. accidit *Chilpericus*, anno 23. *Guntchramnus* 32. vel 33. *Childebertus* 21. ut ſuperiora demonſtrant.

p Append. ad Greg. c. 13. & 14.

q Lib. 3. cap. 80.

r Vide l. 8. de Doct. Temp. pag. 153.

De *Guntchramno* haud levis eſt dubitatio. Etenim p *Fredegarius* & q *Aimoinus* ſcribunt, anno 32. *Guntchramni* ita ſolem defeciſſe a mane uſque ad mediam diem, vix ut tertia pars illius appareret. r Cujuſmodi Solis defectio in annum cadit aut 592. *Martii* 19. aut 594. *Julii* 26. Nulla vero anno 593. in *Galliis* eſt conſpecta. Quocirca ſi haud falſo eclipſim iſtam litteris prodidere Scriptores *Francici*, neceſſe eſt vel anno 593. vel 595. deceſſiſſe *Guntchramnum*, 5. Calendas *Apriles*, ut iidem aſſerunt: neutra autem ratione mortuus erit anno 33. regni: ſed priori,

Google

ri, anno 32. ineunte; poſteriori, anno 34. Rurſus *a* *Fredegarius* & *b* *Aimoinus Childebertum* ajunt anno quarto, poſtquam *Guntchramni* regnum acceperat, e vita migraſſe, paterni regni 23. ætatis 25. Ex *Epiſtolis* vero *Gregorii M.* conſtat, Indictinne 14. anno 596. obiiſſe *Childebertum*. Siquidem *Epiſtola* 6. Indictionis illius ad *Childebertum* data eſt, & 18. ejuſdem Indictionis ad ſucceſſores ejus *Theodoricum* & *Theodebertum*. Prorſus igitur anno 596. *Childebertus* exſtinctus eſt, quo viceſimus primus erat in curſu, anno 575. *Decembris* 25. quo patre mortuo regnum adiit, vix uno ætatis luſtro peracto, ait *Gregorius lib.* 5. *cap.* 1. Quare natus eſt anno 570. vel 571. ineunte, ut anno 596. quintum & viceſimum abſolverit. Quod ſi annus 596. quartus erat a morte *Guntchramni*, neceſſe eſt hujus exitum anno 593. congruere.

a Cap. 16. *b* Lib. 3. cap. 84.

CAPUT XVII.

Chronologica ratio annorum Dagoberti, Chlodovei, Chlotharii, Childerici, Theodorici, Chlodovei & Childeberti Franciæ *Regum*, *nec non* Caroli M. & Ludovici Pii *Imperatorum*.

DAgobertus initium regni duplex habuit: alterum patre adhue ſuperſtite *Chlotario*, *c* anno ejus 29. qui eſt æræ *Chriſtianæ* 622. quando *Auſtraſiam* regere cœpit. Alterum poſt patris obitum anno 628. eum *d* ſextum ageret *Auſtraſiæ* regni. Obiit *e* anno 544. decimo ſexto videlicet ex quo ſceptra ſolus tenuit, *f* 14. Calendas *Februarii*.

Chlodoveus eodem illo anno 544. iniit. Quod in primis *g* Sanctus *Audoenus* in *Vita Sancti Eligii* teſtatur, qui anno 3. *Chlodovei*, pridie Idus *Maias* Dominica die ante Litanias, eadem, qua & S. *Eligius* factum ſe eſſe ſcribit Epiſcopum. Eſt hic annus 646. quo littera fuit A, Cyclo Solis 11. Lunæ 1 Paſcha 9. *Aprilis*, Adſcenſionis ſolemne *Maii* 18. quod Dominica anteceſſit *Maii* 14. Igitur primus *Chlodovei* eſt *Chriſti* 644. Hunc ipſum *Chlodoveum* anno *Dagoberti* 12. natum eſſe *h* *Fredegarius* & *i* *Aimoinus* affirmant, a quo anno ſeriatim ultimum *Dagoberti* computant 16. Ita anno 12. monarchiæ *Dagoberti* in lucem editus fuerit, hoc eſt *Chriſti* 639. & quinquennis, ut multum, fuerit, cum patre mortuo regnavit, vixeritque annos omniuo 21. ſolidos, quippe obiit ann. 660. Quomodo ergo tres ex *Bathilde* reliquit liberos, e quibus *Chlotharius* regnavit annos 4. *Childericus* vero 3. cum jam ante 9. in *Auſtraſia* regnaſſet; quod nonnulli aſſerunt? Sie enim anno ætatis 15. vel 16. *Chlodoveus Chlotharium* genuerit, *Childericum* ſequenti. Exiſtimo, duodecimum illum *Chlodovei* ab exordio regni *Auſtraſiæ* ſumendum eſſe, atque anno 633. natum eſſe *Chlodoveum*; ut annos natus 11. patri ſucceſſerit, vixeritque 27. Itaque Annalium Auctnres illi per imprudentiam duo iſta *Dagoberti* primordia confuderunt.

c Aimoin. l. 4. c. 8. Fredeg. c. 58. *d* Fredeg. cap. 79. *e* Aimon. lib. 4. *f* Aimoin. lib. 4. *g* Lib. 2. cap. 21. Apud Surium Dec. 1. & Vita S. Audoeni cap. 14. Aug. 24. *h* Cap. 76 *i* Lib. 4 cap. 27

Jam *Chlodoveus* annum *k* explicuit 16. attigitque 17. Deceſſit enim anno 660. Poſt hunc *Chlotharius* & *Childericus* regnarunt: quorum ex *Theodorici* exordio firmanda ſunt tempora. Hunc enim anno 667. cœpiſſe multa perſuadent. *Rothomagenſis* Synodus anno Incarnationis Dominicæ 682. Indictinne 10. celebrata *l* dicitur anno *Theodorici* 16. Sic annum 7. *Theodorici* eum 2. Indictinne componi anno 674. ſupra docuimus. Quocirca *Childericus* occiſus eſt anno 667. qun *Theodoricus* e Monaſterio ad regnum capeſſendum retractus eſt. Huic annos *m* alii 14. *n* alii 18. *o* alii 19. aſſignant. *p* *Chlodoveus* huic filius ſuffectus eſt, qui annos præfuit 4. quem *Childebertus* ejus frater excepit. *q* De hoc in fine *Chronici* veteris *Euſebiani*, quod penes *Bongarſium* fuit, ſcriptum erat; *anno* 5. *Childeberti Regis Francorum*, *Pipino jubente*, [id eſt regente] *fuiſſe Paſcha X. Cal. Aprilis*, *Aſcenſionem Cal. Maii*. Hic annus eſt 699. *Chriſti*, Cyclo Solis 8. littera E, Lunæ 8. quo Paſcha contigit *Martii* 23. Unde *Childeberti* initium cadit in annum 694. eodemque *Chlodoveus* vivere deſiit. Cujus proinde anno 690. convenit exordium, quem ad annum *Theodorici* regnum perducitur, annis ſolidis expletis 23. Alioquin inter regnum incidiſſet, quod nullum fuiſſe proditur.

k Ivo Carnot. Aimoin. l. 4. c. 41. *l* Aigrad. in Vita S. Ansberti Vide Tom. 1. Conc. Gall. pag. 500. c. 17. *m* Fredeg. cap. 101. *n* Ivo. *o* Geſta Franc. l. a. cap. 49. *p* Fredeg. cap. 101. *q* Scalig. in Anim. ad Euſ. p. 176.

Caroli Magni Imperatoris anni certiſſimis notis in Annalibus rerum ab eo geſtarum, aliiſque Chronicis, obſignantur: præſertim Solis Lunæque defectionibus. *r* Quarum una Solis anno ejus 20. contigit, *Septembris* 16. eujus & *Theophanes* meminit. *ſ* Item Luna anno ejus 39. imperii 6. *Chriſti* 806. defecit 4. Nonas *Septembres*. Pridie vero Calendas *Februarii* eodem labente 39. *Caroli Chriſti* 807. ſtella *Jovis* cum Luna viſa conjungi eſt, & tertio Eid. *Februarii* Sol defecit in Aquarii 25. Luna quoque 4. Calendas *Martias*: ac rurſus 11. Calendas *Septembris*. Sic anno *Caroli* 42. iidem Annales eclipſin Lunæ 7. Calendas *Januarii* aſſignant *Chriſti* 809. nec non aliis utriuſque ſideris anno 42. & 43. *Caroli Chriſti* 810. Anno item labente 44. Idibus *Maii*, Solem defeciſſe narrant *Chriſti* 811.

r Annal. Pith. *ſ* Annal. Caroli. & Adelmi Vita Caroli.

t Sic *Ludovici Pii* Imperatoris annos complures Lunæ Soliſque defectiones illuſtrant, quæ annis *Chriſti* 817. 818. 820. 828. 832. in Annalibus redduntur. Exitum maxima Solis obſcuratio anteceſſit pridie Adſcenſionis Dominicæ, qui fuit pridie Nonas *Majas*, hora diei nona, anno *Chriſti* 840. Ipſe vero paullo poſt 12. Calendas *Julias* exceſſit e vivis.

t Vita Lud. & Ann.

Ceterorum Regum & inſequentium temporum epochæ nihil fere accuratiori opera dignum continent; aut ſi quid eſt paullo difficilius, id cum hiſtorica narratione rerum priori in hujus Operis Parte retulimus.

AD LECTOREM.

*CUm Canonis cujuſdam Mathematici ſæpe mentionem fecerimus * hoc in Opere, quem* Ptolemæus *in computandis Regum & Imperatorum annis adhibuit, utile viſum eſt eum hoc loco deſcribere; cujuſmodi in veteribus Manuſcriptis legitur, & nos eumdem in* Theonis Commentariis *in τοὺς προχείρους Κανόνας deprehendimus: Hunc porro ex Græco codice vetuſto Bibliothecæ regiæ nonnihil hac editione caſtigavimus; variantes itidem aliquot Lectiones ad marginem adſcripſimus. In tertia ſerie Græcorum Regum editiones aliorum, & quæ hanc anteceſſit Rationarii noſtri ſecunda, iſtud lemma præfigunt* Ἑλλήνων Βασιλεῖς, *tum* Alexandrum *cum duobus reliquis ei ſubiciunt. At codex ille regius* Alexandrum Perſicis *Regibus adſcribit; quod hic amplexi ſumus, cum eo, quem ibidem reperimus, titulo.*

* Part. 1. l. 2. c. 6. & Part. 2. l. 3. c. 4. 5. 8. & l. 4. c. 6.

a Κίνζηρος καὶ Πῶρος. b Ἀρκεανοῦ. c Ἀπροναδίου. d Μεσησιμορδάκου. e Ἀσαραδίνου. f Σαοσδουχίνου. g Κινηλαδάνου. h Ναβοπολασσάρου. i Ναβοκολασσάρου. k Ἰλλοαρουδάμου.

Πτολεμαίου Κανὼν Βασιλέων.			Ptolemæi Canon Regum.		
Ἀσσυρίων καὶ Μήδων	Ἔτη	Συναγωγή	Aſſyriorum & Medorum.	Anni ſinguli lorum.	Anni collecti.
Ναβονασσάρου	ιδ	ιδ	Nabonaſſari	14	14
Ναδίου	β	ις	Nadii	2	16
a Χιζίρου, καὶ Πώρου	ε	κα	Chozgiri, & Pori	5	21
Ἰουγαίου	ε	κς	Jugai	5	26
Μαρδοκεμπάδου	ιβ	λη	Mardocempadi	12	38
b Ἀρκιανοῦ	ε	μγ	Arciani	5	43
Ἀβασιλεύτου πρώτου	β	με	Interregni primi	2	45
Βηλίβου	γ	μη	Belibi	3	48
c Ἀπροναδίου	ς	νδ	Apronadii	6	54
d Ῥηγεβήλου	α	νε	Rigebeli	1	55
Μεσεσσιμορδάκου	δ	νθ	Meſeſſimordaci	4	59
Ἀβασιλεύτου β	η	ξζ	Interregni ſecundi	8	67
e Ἀσαραδίνου	ιγ	π	Aſſaradini	13	80
f Σαοσδουχίνου	κ	ρ	Sauſduchei	20	100
g Χυνιλαδάνου	κβ	ρκβ	Chyniladani	22	122
h Ναβοπολασσάρου	κα	ρμγ	Nabopolaſſari	21	143
i Ναβοκολασσάρου	μγ	ρπς	Nabocolaſſari	43	186
k Ἰλλοαρουδάμου	β	ρπη	Iluarodami	2	188
Νηρικασσολασσάρου	δ	ρϟβ	Niricaſſolaſſari	4	292
Ναβοναδίου	ιζ	σθ	Nabonadii.	17	209

Περσῶν Βασιλεῖς.			Perſarum Reges.		
Κύρου	θ	σιη	Cyri	9	218
Καμβύσου	η	σκς	Cambyſis	8	226
Δαρείου α	λς	σξβ	Darii primi	36	262
Ξέρξου	κα	σπγ	Xerxis	21	283
Ἀρταξέρξου α	μα	τκδ	Artaxerxis primi	41	324
Δαρείου β	ιθ	τμγ	Darii ſecundi	19	343
Ἀρταξέρξου β	μς	τπθ	Artaxerxis ſecundi	46	389
Ὤχου	κα	υι	Ochi	21	410
Ἀρώγου	β	υιβ	Arogi	2	412
Δαρείου γ	δ	υις	Darii tertii	4	416
Ἀλεξάνδρου Μακεδόνος	η	υκδ	Alexandri Macedonis	8	424

a Φιλίππου τοῦ Ἀρριδαίου.

Ἔτη Βασιλέων τῶν μετὰ τὸν Ἀλεξάνδρου τοῦ βασιλέως τελευτήν.			Anni Regum, qui poſt Alexandri Regis obitum regnarunt.		
a Φιλίππου τοῦ μετ' Ἀλέξανδρον τὸν κτίστην	ζ	ζ	Philippi qui poſt Alexandrum conditorem regnavit.	7	7
Ἀλεξάνδρου Αἰγοῦ	ιβ	ιθ	Alexandri Ægi.	12	19

Ἑλλήνων βασιλεῖς ἐν Αἰγύπτῳ.			Græcorum Reges in Ægypto.		
Πτολεμαίου Λάγου	κ	λθ	Ptolemæi Lagi	20	39
Πτ. Φιλαδέλφου	λη	οζ	Pt. Philadelphi	38	77
Πτ. Εὐεργέτου α	κε	ρβ	Pt. Evergetæ primi	25	102
Πτ. Φιλοπάτορος	ιζ	ριθ	Pt. Philopatoris	17	119
Πτ. Ἐπιφανοῦς	κδ	ρμγ	Pt. Epiphanis	24	143
Πτ. Φιλομήτορος	λε	ροη	Pt. Philometoris	35	278
Πτ. Εὐεργέτου β	κθ	σζ	Pt. Evergetæ ſecundi	29	207
Πτ. Σωτῆρος	λς	σμγ	Pt. Soteris	36	243
Διονύσου	κθ	σοβ	Dionyſii	26	272
Κλεοπάτρας	κβ	σϟβ	Cleopatræ	22	292

Ῥωμαίων βασιλεῖς.			Romanorum Reges.		
Αὐγούστου	μγ	τλζ	Auguſti	43	337
Τιβερίου	κβ	τνθ	Tiberii	22	359
Γαΐου	δ	τξγ	Caii	4	363
Κλαυδίου	ιδ	τοζ	Claudii	14	377
Νέρωνος	ιδ	τϟα	Neronis	14	391
Οὐεσπασιανοῦ	ι	υα	Veſpaſiani	10	401
Τίτου	γ	υδ	Titi	3	404
Δομετιανοῦ	ιε	υιθ	Domitiani	15	419
Νέρουα	α	υκ	Nervæ	1	420
Τραϊανοῦ	ιθ	υλθ	Trajani	19	439
Ἀδριανοῦ	κα	υξ	Adriani	21	460
Ἀντωνίνου	κγ	υπγ	Antonini	23	483

Digitized by Google

DISSERTATIO PRIOR

AD CAP. II. LIB. IV. PART. II.

De vero Nativitatis CHRISTI *anno, nec non de Herodis Magni morte.*

„ QUoniam ad ætatem mundi ſeptimam, quam
„ ſupra vocabamus, devenium eſt; Chriſti-
„ que Natalem, nec uon Baptiſmum ejus ac
„ mortem certis annis illigavimus: hæc rationibus
„ adductis quantum fieri poteſt firmanda ſunt,
„ quandoquidem ea alii aliter plerumque ſolent
„ deſcribere.
„ Ac primum quoniam nativitatem Chriſti regit
„ mors Herodis, ſiquidem in diebus ejus natus eſt
„ ut teſtatur Scriptura Matth. 2. 1. de ipſius morte
„ prius inquirendum.
„ Mortuus eſt Herodes ait Joſephus, cum re-
„ gnaſſet (*βασιλεύσας*) poſtquam ſuſtulit Antigo-
„ oum, annos 34. poſtquam vero a Romanis regnum
„ obtinuit 37. Antiq. 17. cap. 10. & 11. Belli cap.
„ ult. at Herodes ſalutatus eſt Rex a Romanis cic-
„ ca autumnum anoi Juliani 6. Per. Jul. 4674. de
„ anno hoc inter omnes doctos convenit, tertio-
„ que poſt anno, hoc eſt Juliano 9. Antigono in-
„ terfecto, rerum eſt potitus, quod ipſemet Joſe-
„ phus teſtatur,
„ Numerandi ſuut itaque ab hoc auuo Juliano
„ 9. quattuor & triginta, vel ab illo 6. ſeptem &
„ triginta, quorum ultimus iniit anno Juliauo 42.
„ Per. Jul. 4710. ſi prior terminus in ſumma in-
„ cludatur; aut in annum ſequentem ſi excluda-
„ tur ſed Lunaris defectio, quam Inſephus notat
„ eveniſſe jam Herodis morbo ingraveſcente, an-
„ no ipſo Juliano 42. cum obiiſſe comprobat. *Mat-*
„ *thiam*, inquit ille, *ſeditionis autorem, ejuſque ſo-*
„ *cios vivos exuſſit, & luna hac ipſa nocte deliquium*
„ *paſſa eſt, Herodi vero morbus gravior factus eſt,*
„ *pœnam improbitatis exigente numine*, &c. Antiqu.
„ 17. cap. 8. ſive 9. defecit enim revera luna hoc
„ aono, Martii 13. tribus circiter horis ante or-
„ tum ſolis, ut ea calculo Aſtronomico clarum eſt
„ Pleniluoium verum tabulæ Pariſinæ conſerunt in
„ Martii 3. hora 2. 45. a media nocte. Hieroſoly-
„ mis verus locus ſolis in gradu piſcium 20. 23.
„ deficere cœpit luna hora prima 24. deſiit hora
„ 4. 9. duratio fuit horarum 2. 47. ac digitos fere
„ 6. defecit. Opportuniſſima igitur ad Joſephi nar-
„ rationem Lunaris iſta defectio convenit, ut re-
„ cte obſervat Petavius.
„ Idem ex biſtoria ipſius Herodis ſucceſſorum
„ adſtruitur. Archelaus etiam poſt obitum pa-
„ rentis Ethnarcha ab Auguſto factus eſt, qui cum
„ annos novem expleſſet, ac decimum inchoaſſet,
„ a primoribus Judæorum apud Cæſarem accuſatus
„ eſt, & Viennam Galliæ trans Alpes relegatus.
„ Joſeph. Antiq. 17. cap. ult. cum 2. Belli 6. idque
„ ſub finem aooi quo Romæ Conſules fuerunt M.
„ Æmilius Lepidus, & L. Aruntius, ut babet Diod.
„ lib. 55. qui Conſules in annum cadunt Julia-
„ num 51. ut patet ſupra cap. 26. Si igitur ab
„ annis 51. novem tollas (oam decimus incepit
„ quo Archelaus deportatus eſt) relinquetur an-
„ uus 42. Julianus, quo Herode mortuo, Arche-
„ lai primus iniit,
„ Firmatur id ex eo quod idem Joſephus teſta-
„ tur, Quiriuum tum ab Auguſto io Judæam miſ-
„ ſum, ut Archelai domum divenderet, id peregiſ-
„ ſe anno 37. poſt victum in Actiaca Victoria An-
„ tonium (18. Antiq. 3.) hæc enim victoria con-
„ tigit Cæſare 3. & Meſſala Corvino Coſſ. Septem-
„ bris die 2. hoc eſt vertente anno Per. Jul. 4683.
„ editionis Julianæ 15. Si igitur 37. ad 15. adiicias,
„ exurget annus Julianus 52. qui cum decimo Ar-
„ chelai concurrit. Decem igitur, ſi tollas ex 52.
„ adhuc relinquetur annus ille 42. Herodis morti
„ & initio Archelai aſſignandus.
„ Idem cognoſcere eſt ex annis Philippi Tetrar-
„ chæ, qui & ipſe, ut jam videbimus, paterni re-
„ gni partem habuit. Obiit enim ille Philippus an-
„ no Tiberii 20. cum annis præfuiſſet 37. Joſeph.
„ lib. 18. cap. 6. cœpit vero Tiberius regnare an-
„ no Jul. 59. 14. Kalend. Septemb. ergo ejus annus
„ 20. incidit in annum Jul. 79. atqui annos 37. re-
„ xiſſe Philippum dicebamus: hos ergo de 79. tol-
„ le, ſupererit annus 42. quo & mortuus eſt Hero-
„ des, & Philippus ejus teſtamento Tetrarcha con-
„ ſtitutus.
„ Alia ejuſmodi argumenta apud Deckerium,
„ Keplerum, Petavium in libris de Doct. Tem. &
„ alios videri poſſunt quæ nos de anno mortis
„ Herodis vix ſinunt dubitare, qui quidem tot cha-
„ racteriſmis tum Hiſtoricis, tum Aſtronomicis ſit
„ definitus.
„ Dies autem mortis ejus aſſignatur 7. menſis
„ Cisleu, id eſt circa Novembris noſtri diem 25.
„ qui ideo a Judæis feſtivus babetur, quod in eo
„ Herodes qui ſapientes odio proſecutus eſt, mor-
„ tem obierit; ut ex Judæorum jejuni volumine
„ annotaverunt viri doctiſſimi Linclejus atque Uſ-
„ ſerius.
„ Et ſane vix fidem faciunt qui eum circa Paſ-
„ chatis feſtum hujus anni 42. obiiſſe volunt.
„ Certe inter hanc Lunam quæ defecit, & alteram
„ quæ Paſchalis feſti propria fuit, unicus interfuit
„ menſis, quis autem tantulo ſpatio, tanta præſtari
„ potuerunt, quanta apud Joſephum legimus? Ete-
„ nim non ſtatim poſt hanc eclipſim mortuus eſt
„ Herodes, ſed ſpe morbi ſuperandi medicos advo-
„ cavit, & profectus ultra Jordanem calidis aquis
„ ſe fovebat apud Gallirhoen. Joſeph Antiq. 17.
„ Ibi cum viſum eſſet medicis corpus ejus con-
„ calefacere, demiſſus in refertum oleo dolium,
„ viſus eſt animam agere, ſed familiarium clamo-
„ re excitatus & ad ſe reverſus, Jerichunthem re-
„ petiit; ibid. quod circa æſtatis finem factum eſſe,
„ poſſumus arbitrari.
„ Huc nobiliſſimos Judæorum undique edicto mi-
„ naci accitos concluſit in hippodromo, datis man-
„ datis Salomæ ſorori & ejus viro Alexæ, ut ſe
„ extincto, per milites interficerentur, ut populo
„ luctus cauſa quæreretur, alioqui lusuro de re-
„ gis interitu. Ibid. id incipienti autumno da-
„ mus.
„ Interim Roma acceptis litteris, poteſtas illi
„ facta eſt in Antipatrum filium animadvertendi,
„ quo audito paullulum recreatus eſt; ſed mox re-
„ petitis doloribus cultro ſe ferire tentavit. Ibi cum
„ trepidatum eſſet, ſtrepitum perſenſit Antipater &
„ quaſi patre jam animam agente, de laxandis vin-
„ culis cum cuſtode egit. Quod cum renunciatum
„ eſſet Regi, ira ille percitus caput vulneravit,
„ erectuſque in cubitum, Antipatrum juſſit occidi.
„ Ibid.
„ Deinde mutata voluntate, mutavit etiam, te-
„ ſtamentum. Antipam enim quem prioribus ta-
„ bulis regni ſucceſſorem deſtinaverat, Galilææ
„ tantum ac Peræææ Tetrarcham conſtituit regnum
„ Archelao largitus: Philippo filio, Gauloniti-
„ cam, Trachouiticam, Batanæam & Panæadn
„ regiones, Tetrarchiæ nomine aſſignavit. Ibi-
„ dem.
„ His ita ordinatis quinta die poſtquam occi-
„ diſſet Antipatrum, moritur Herodes, & Salome

„ priuſquam regis mors innoteſceret, in hippodromo conciulos dimiſit, dicens ita ipſum juſſiſſe, ibid. quibus omnibus nemo ſuccenſebit, ſi duorum item menſium ſpatium tribuamus, atque ita ipſum vertente Novembri mortuum ſentiamus, ut ex dicto jejunii volumine ſupra referebamus.

„ Indicata regis morte, congregataque omni militia, regis teſtamentum militibus legitur, & Archelaus rex ſalutatur. Antiq. l. 17. c. 10.

„ Poſt hæc funus præparabatur Regi, Archelao procurante ut exequiæ patri fierent quam ſplendidiſſimæ: Ibid. Id autem quis non videt non paucorum eſſe dierum?

„ Ferebatur corpus per 200. ſtadia, Jerichunte in Herodium Caſtellum, octo ſtadiis diebus ſingulis confectis. 1. Belli cap. ult. cum 17. Antiq. 10. ferebatur autem in lectica aurea, diſtincta variis gemmis pretioſis, inſtrata purpura. Ibid. quibus rebus parandis & ordinandis inſumptam majorem byemis partem, credere par eſt.

„ Finita funebri pompa, Archelaus Hieroſolymam veniens, per ſeptem dies, de more, luctum patria celebravit. Quibus finitis epulum multitudini præbuit. Deinde in templum aſcendens, quacunque tranſibat, gratulationibus ac fauſtis acclamationibus excipiebatur. Ibid. Vides ergo pacatiſſimam urbem, necdum aliquid turbarum ortum, quarum tamen ſemina latebant.

„ Tum conſcenſo ſuggeſtu, plebem benigniſſime eſt allocutus, præclariſſima quæque promittens, & ſacrificio peracto, convivium cum amicis celebravit, Ibid.

„ Judæi, ſicut vulgus aſſolet, quo benignius eos Archelaus alloquebatur, eo majoribus eum ferebant laudibus, poſcebantque ſibi ab illo varia beneficia: quidam etiam eos dimitti, quos Herodes non paucos vinxerat, quorum ille nihil negabat. Ibid,

„ Interea quidam novarum rerum ſtudio convenientes deflebant Matthiam & ſocios ejus ab Herode occiſos, quos ſtatim ab eorum morte luctu honorare non potuerant metu ejus coerciti *οἳ παραχρῆμα τῶν ἐπὶ τῷ πενθεῖσθαι τιμῶν φόβῳ τῷ ἐκείνου ἀπεστέρηντο*, Ibid. cap. 11. Vides ergo ut illorum mors cum eclipſi, de qua ſupra agebamus, conjuncta, ab hoc Judæorum luctu ſecernatur; atque adeo ab eorum commotione dividenda ſit.

„ Tum convicia in defunctum regem jactabant, quoſdamque illius amicos ad pœnam depoſcebant. Ibid,

„ Hos cum diu fruſtra placare Archelaus conatus eſſet, res eo denique proceſſit, ut inſtante feſto Paſchatis, immiſſo ab Archelao toto exercitu, ad tria millia virorum, circa templum interfecti ſint, Ibid,

„ Patet ergo Paſcha de quo hic mentio ſit, non illud eſſe quod defectionem Lunæ ſupra memoratam proxime ſequebatur, ſed alterius anni, hoc eſt Juliani 43. Per. Jul. 4711. tum nec mortem Herodis Paſcha anni Juliani 42. præcedere potuiſſe, nec cum Paſchate anni 43. conjunctam, ſed mediam inter utrumque, ut fides omnino illis tribuenda ſit, qui eam menſi Ciſleu ſive Novembri adſcribunt.

„ Chriſtum vero menſe Decembri & die 25. hujus menſis natum, conſentiens fuit ſemper cum orientalis, tum occidentalis Eccleſiæ autoritas.

„ Cum igitur Chriſti natalis neceſſario mortem Herodis antevenerit, patet eam non poſteriori anno adſcribendam quam cadenti Juliano 41. Auguſti 40. a conducto ſuis ſumptibus exercitu, qui ſit in Per. Jul. 4707. & ab orbe condito ex noſtra ratione 4000. ab autumno præcedenti inchoatus, ita ut verus Chriſti natalis vulgaris æram quadriennio toto antevertat, qua in re conſentientes habemus ſummos Chronologoa Deckerium, Petavium, Bucherium, Uſſerium, immo & veterum annales apud Epiphanium hær. 51. ac pervetuſtum Chronologum qui ante annos 1400. floruit, ut refert Tyrinus, qui eamdem ſententiam pluribus fulſit in ſuo Chronico; eam optime quadrare cum omnibus ſacris & prophanis Hiſtoriis ac Chronologiis affirmans, quod nulli, inquit, alteri ſententiæ convenit. Quin addit fore ut in illam irent pene omnes, niſi difficultatem moveret annus 15. Tiberii, cui putat baptiſmum Chriſti aſſignandum, quod tamen minime dixit Evangeliſta qui id unum aſſerit, hoc anno Joannem prodiiſſe ad miniſterium; verum illud poſtea diligentius examinabimua.

„ Ex his autem promptum eſt colligere Chriſtum in Ægypto exulaſſe per anni fere circulum, quandoquidem ſtatim a purificatione, hoc eſt menſe Februario anni Juliani 42. aufugiſſe videtur, nec ante finem ejuſdem anni, vel initium ſequentis rediiſſe, *erat* enim *ibi uſque ad obitum Herodis*, inquit Evangeliſta, Matth. 2. 15. quo tandem defuncto Angelus Domini apparuit in ſomnis Joſeph, juſſitque accipere puerum & matrem ejus, & reverti in terram Iſrael, ut eſt ibidem verſ. 19. & 20. quod factum ſaltem videtur antequam Archelaus Romam properaret, ſiquidem dicitur Joſephus in Galilæam ſeceſſiſſe; quia audiſſet Archelaum in Judæa pro Herode patre ſuo regnare, nempe hoc initium regni ejus crudelitate & ſeditionibua repletum.

„ *De Baptiſmo Chriſti, & miniſterio Joannis nec non de initio imperii Tiberii.*

„ NAtalitii Chriſti die & anno poſito, ſupereſt ut de ejus baptiſmo quæramus, in quo nobis duo potiſſimum ſunt inveſtiganda. Primum de initio miniſterii Joannis Baptiſtæ: deinde de tempore quo ad eum Chriſtus acceſſit.

„ Initium miniſterii Joanna anno 15. imperii Tiberii Cæſaris adſcribitur ab Evangeliſta; prius itaque de ejus imperii initio pauca præmittenda, ut in quod tempus ille 15. annus incidat intelligatur.

„ Tiberium Auguſto mortuo imperium adeptum eſſe, hactenus ab omnibus receptum fuerat, mortuum autem eſſe Auguſtum die 19. menſis Aug. anni Juliani 59. qui ſit in Per. Jul. 4727. nemo ambigit, at hoc ſæculo novi quidam Chronologiæ Scriptores, interque hos Harvvartus, Antonius Capellus & Uſſerius, contra communem hiſtoriam Tiberii principatum aliquot annis antevertunt. Uſſerius puta biennio toto, hocque ipſis præſertim argumentis ille aſtruit.

„ Quod ante mortem Auguſti Tiberio Proconſulare imperium datum ſit; lege per Conſules data, ut provincias cum Auguſto communiter adminiſtraret, ſimulque cenſum ageret, ut ſcribunt Sveton. cap. 21. & Vellejus lib. 2. c. 121. quod Auguſtus ætate jam gravis Germanicum Senatui, Senatum ipſi Tiberio, utpote jam principi, ſcripto commendarit, ut narrat Dio lib. 59. Quod Tiberius urbis curam cum L. Piſoni commiſerit, eum apud ipſum jam principem, ut refert Plinius lib. 14. cap. ult. biduo ille perpotaſſet: qua præfectura viginti per annos probatum Piſonem Domitio Ænobarbo & A. Vitellio Coſſ. hoc eſt anno æræ Chriſtianæ 32. mortuum eſſe confirmat Tacitus Annal. 6. 11. ita ut principatus Tiberii

ab

„ ab anno ſaltem ejuſdem æræ 12. arceſſendus ſit biennio ante mortem Auguſti,

„ At quanquam fateamur jampridem pleraque ſummi imperii ornamenta in Tiberium collata, ejuſmodi tamen fuere, quæ citra ampliſſimum faſtigium aliis quoque conceſſa ſunt: nec αὐτοκρατορικὸν jus, aut abſolutam potentiam illum ante mortem Auguſti obtinuiſſe quiſquam probabit, ut ipſe quoque fatetur Uſſerius, unde illud conſequens eſt annos ejus imperii ab ea demum Auguſti morte eſſe dinumerandos.

„ Sane ſi vivente Auguſto imperium jam & ſummum principatum conſecutus eſſet Tiberius, quo illa tanta Liviæ ſollicitudo in Auguſti morte celanda donec Tiberius advenisset aut cur eo jam præſente ſimul exceſſiſſe Auguſtum, & rerum potiri Neronem fama eadem tulit, ut narrat Tacitus (Annal. l. 1. c. 5.) ſi duo hæc tempore ſint dividenda? Quin ab eodem cur novi principatus novum facinus mors Poſthumii Agrippæ dicitur, ſi non inde initium imperii Tiberii arceſſendum eſt. Cur tum primum Conſules in verba Tiberii juravere? ut ipſemet ait ibid. cap. 7. & de renovando per annos ſacramento in nomen Tiberii actum eſt? ut addit c. 8. Cur denique perplexa & obſcura ratione imperium a ſe rejecit Tiberius? ut eſt capite 11. Si jam adeptus erat, ſolamque divi Auguſti mentem tantæ molis capacem ait, ſi non Auguſtus ſolus, ſed ipſe cum Auguſto æque adminiſtraret imperium? de quo audiendus etiam Svetonius, poſt mortem Auguſti, inquit, *tandem quaſi coactus & querens miſeram, & oneroſam ſervitutem, recepit imperium*, nec non Velleius lib. 2. *una tamen veluti luctatio civitatis fuit pugnantis cum Cæſare, Senatus Populique Romani, ut ſtationi paternæ ſuccederet*, ex quibus omnibus ſatis apparet, quam falſum ſit Tiberium jam antea ſuſcepiſſe imperium.

„ Hoc ipſum confirmat Spartianus ubi de M. Aurelio Antonino Philoſopho, & L. Vero loquens: hos primos eſſe ait qui pariter & Rempublicam adminiſtrarent, & Auguſti appellati ſunt, id quoque nummorum & lapidum inſcriptiones loquuntur, qui ad decimam ſextam Tribunitiam Tiberii poteſtatem, qua mortuus e Auguſtus, Tiberium Auguſti filium, ac deinceps etiam Auguſtum appellant.

„ Quin ipſamet quæ inter eos eſt diſſenſio, qui Auguſto ſuperſtite Tiberium imperaſſe contendunt, ſatis arguit rem prorſus eſſe vanam ac ſine fundamento excogitatam, cum alii duos annos imperii, alii tres, alii quattuor ante mortem Auguſti ei tribuant, faſtoſque contra venerandæ antiquitatis fidem turbent ac mutilent ut ad ſuas rationes calculi dirigantur. Quæ commiſcendi libertas, ſi ſemel admiſſa ſit, nemo non videt quantum hiſtoriis luculentioribus, probatioribus autoribuſque periculum immineat cum vix tandem ſua veritati ratio interea conſtare poterit, ut taceam ridiculum prorſus eſſe, opinari Evangeliſtam, eam imperii Tiberii epocham iniiſſe quæ demum 17. poſt ſæculo, idque novo horum autorum favente lumine hominibus innoteſceret.

„ Patet itaque Tiberii principatum ab Auguſti morte omnium conſenſu recte numeratum ſemper fuiſſe, fruſtraque omnino fieri, ut ab alia epocha decimus quintus ejus annus a ſancto Luca memoratus, repetendus putetur.

„ Si ergo, ut diximus, mortuus eſt Auguſtus die 19. menſis Auguſti anni Jul. 59. æræ vulgaris 14. ſequitur annum 15. Tiberii præciſe ſumptum incipere item ab menſe Auguſto anni Jul. 73. æræ vulgaris 28. Neque ab hoc calculo recedunt qui volunt Evangeliſtam annos Tiberii more Judaico numerare, principio ſcilicet a præcedenti menſe Niſan facto; nam 15. ille annus etiam ſic a Niſan anni Jul. 73. ad eundem Niſan anni 74. extendetur,

„ Cœptum vero fuiſſe Joannis miniſterium maxime probabile eſt die illi convenientiſſimo menſis 7. die 10. (circa Octobris noſtri diem 19.) qui & pœnitentialis fuit, cum ſolemni jejunio conjunctus, in quo qui animam ſuam non affligeret exſcindendus erat e populo, & expiatorius, quo ſummus Sacerdos ſolus in Sancta Sanctorum ingrediebatur, oblato ſanguine populi peccata expiaturus: idemque ille dies eſt quo turba per totam terram perſonante, Jubilæus indicendus mandatur, Levitic. 25. 9.

„ Chriſtum vero baptizatum eſſe 6. Januarii, antiqua, & conſtans eſt ſanctorum Patrum ſententia, idque agnoſcit & canit Eccleſia ea ipſa die, quæ ob id maxime ab antiquis Θεοφάνεια dicta eſt, quod in baptiſmo Chriſti ſpecie quadam ſenſibili ſanctiſſima Trinitas innoteſcere voluerit.

„ Verum, utrum id Januario proxime initium miniſterii Joannis ſequenti factum ſit, an altero demum minime declarat Scriptura. In hanc alteram partem nos magis inclinamus; nam non modicum ſpatium, ſed plenum prædicationis circulum ante Chriſti adventum a Joanne fuiſſe confectum Pauli verba indicare videntur Actor. 13. 25. *cum impleret Joannes curſum ſuum dicebat, quem me arbitramini eſſe non is ſum ego; ſed ecce venit poſt me*, &c. quod ex verbis quoque Gabrielis Archangeli ad Zachariam de Joanne conjicere poſſis: eum nempe converſurum corda Patrum in filios, & rebelles ad prudentiam juſtorum, ut pararet Domino plebem perfectam (ſive inſtructam) Luc. c. 1. 17. Sane Joanni majuſculo opus erat ſpatio, ut ſic Chriſto Iſraelem præpararet, nam qui in deſertis ſemper fuerat abditus uſque ad diem oſtenſionis ſuæ, quique nullum fecerat ſignum tantæ tam ſubito authoritatis evadere vix poterat, ut ſicuti Lucas teſtatur, cogitarent omnes in cordibus ſuis ne forte ipſe eſſet Chriſtus cap. 3. 15. quin & ipſamet narratio Evangeliſtæ, inter vocationem Joannis & baptiſmum Chriſti, multa intercessiſſe ſatis aperte declarare videtur, immo nec Chriſtum prius ad eum acceſſiſſe quam omnis populus eſſet baptizatus Luc. 3. 21. ἐν τῷ βαπτισθῆναι ἅπαντα τὸν λαὸν καὶ Ἰησοῦ βαπτισθέντος inquit, deſcendit Spiritus ſanctus in ipſum, & vox Patris de cælo facta eſt, qua manifeſtavit eum.

„ Adde quod tempus mortis Chriſti de baptiſmi ejus anno ſatis aperte nos monere videatur, cum ut probabitur deinceps, neque prædicationem ejus ab hoc ipſo baptiſmo longius ſejungere, neque pluſquam quattuor Paſchata illi attribuere conſentaneum ſit, nec denique ejus mortem alio quam æræ vulgaris an. 33. aſſignari poſſe arbitremur, ut poſtea declarabitur.

„ Baptizatum ergo credimus Jeſum anno Jul. 75. imperii Tiberii 16. æræ vulgaris Chriſtianæ 30. cum ille jam triceſimum tertium ætatis impleſſet annum, & 34. inchoaſſet.

„ Neque eſt quod nobis quis locum illum obiiciat Luc. 3. 23. qui de Chriſti baptiſmo cum loqueretur ait, & ipſe Jeſus erat quaſi annorum triginta, incipiens καὶ αὐτὸς ἦν ὁ Ἰησοῦς ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα, ἀρχόμενος, nam primo illud ἀρχόμενος incipiens, non ad ætatis annum referendum eſſe,

„ ſed

ſed ad miniſterium Chriſti qui tunc incipiebat palam prodire & Meſſiam agere, jam olim notarunt Juſtinus dialogo cum Tryphone, Origenes, Euthymius, Beda & alii ac fere plerique omnes jam docti conſentiunt, & ſane vix feras qui dicat. καὶ ἀρχόμενος ἐτῶν τριάκοντα, pro ἀρχόμενος ὢν ἐτῶν τριάκοντα, ſive ἀρχόμενος τὸ ἔτος τριακοστὸν, quin & ipſe Lucas alibi ſatis ſuam mentem aperit, qui cum de vita publica & miniſterio Jeſu loqueretur, eodem verbo uſus dixit, *ἀρξάμενος ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος Ἰωάννου, incipiens a baptiſmate Joannis*, unde etiam illis reſpondere poſſis qui volunt Chriſtum poſtquam baptizatus eſt, adhuc per aliquot annos quaſi privatum vixiſſe: in quorum numero Uſſerius & Salianus a quibus hac in parte libenter diſcedimus.

Deinde ad trigeſimum annum ibi aſſignatum, quod ſpectat, rotundo numero utentibus aliquos annos omittere uſitatum eſſe nemo ambigit. Id autem præcipue ab Autoribus ſacris uſurpatum nos docet Auguſtinus, quæſt. 47. in Exod. Scriptura, inquit, ſolet tempora ita nuncupare, ut quod de ſumma paullatim aut excreſcit, aut infra eſt non computetur. Sic hodie quoque ſeptuaginta dicuntur Diſcipuli Chriſti, & ſeptuaginta Interpretes ſacrorum Codicum, quos revera 72. fuiſſe ſcimus. Sic etiam apud Romanos Collegium Centumvirum dicebatur, cum tamen conſtet in eo fuiſſe centum & quinque Judices: tres nempe ex ſingulis tribubus quæ erant 35. Sic denique in antiquis omnibus quos viderim breviariis, dicitur B. Auguſtinus baptizatus anno ætatis ſuæ triceſimo, vel ut in quibuſdam legitur, circiter triceſimo, cum re vera jam 33. adimpleſſet, ipſomet teſtante (lib. 19. Confeſſ. cap. 11. num. 3.) quem eumdem 30. numerum pari modo ab Evangeliſta hic uſurpatum, jure licet opinari; cum non ſimpliciter dixerit Chriſtum fuiſſe cum baptiſmum adiret, annorum triginta, ſed quaſi triginta. Immo quod magis mirere, vir acris ingenii Tertullianus, rerum Theologicarum peritiſſimus, tribus quoque annis, ſed aliter ſumptis, ab illa rotundi numeri ſumma, recedere ſibi licitum eſſe putavit; cum dixit Chriſtum anno Tiberii 12. baptizatum, quod cur putaverit aperiemus infra.

Certe illud ὡσεὶ, quaſi, aliquam ſemper ex ſeſe permittere libertatem nemo eſt qui negare poſſit; aliter enim fruſtra omnino apponeretur; ſic cum apud Matthæum cap. 17. & apud Marcum cap. 9. legas Chriſtum poſt ſex dies, ab inſtituto ſcilicet ſermone, eſſe transfiguratum: Lucas tamen hac ſua iterum uſus particula, refert id factum eſſe poſt hæc verba ὡσεὶ quaſi dies octo. Adeo manifeſtum eſt eam numeros præciſe ſumptos non indicare.

Cum itaque hæc ea ubique hujus particulæ vis ſit, procul dubio cum rotundis præfigitur numeris, id præcipue efficere & majorem adhuc latitudinem complecti fatendum eſt. Unde valde veriſimile fit non tam certum ætatis annum, hic præciſe definire voluiſſe Lucam, quam illam decadem a qua tum prius aberat Chriſtus indicare. Quod eo videtur feciſſe conſilio, ut triplici hoc annorum ordine, myſterium ſanctiſſimæ Trinitatis, quod hoc in ſacramento præcipue eminet, indicaret. Unde etiam forte factum eſt ut Chriſtus poſt tres non tantum decadas, ſed monadas etiam, hoc eſt poſt annos ætatis 33. baptizari voluerit.

Nam quod quidam dixere illud, *quaſi*, eſſe pro Caph veritatis Hebræorum, ut vocant, ſicut cum dicitur *gloriam quaſi unigeniti a Patre* Joan. 1. adeoque præciſe hic annum triceſimum denotare, vix eſt qui ſibi perſuadeat. Illud enim Caph Græci per ὡς exprimunt δόξαν ὡς μονογενοῦς cum contra hic non ſit ὡς ſed ὡσεὶ, quod numero & menſuræ additum, non modicam, ut vidimus, permittit libertatem.

Itaque nihil omnino certi ex hoc Lucæ loco videtur concludi poſſe quod ætatem Chriſti pertineat. Antiqui vero qui nulla ſcrupuloſitate triceſimum Chriſti annum cum 15. imperii Tiberii conjunxerunt, Herodis morte multum poſteriorem nativitatem ejus inde effici non animadvertebant: quem tamen in diebus Herodis natum omnino fateri neceſſe eſt, ſi credimus Evangeliſtæ.

Verum in eo nihil eſt admodum quod eis debeas imputari, nam cum deſcriptis primi ſæculi nihil certi habeamus quod pertineat (nempe qui Chriſtum vel ejus Apoſtolos viderant, non magnopere talium ſcriptione opus eſſe arbitrati: magis gerendis rebus quam ſcribendis ſeſe dabant.) Qui poſtea ad ſcribendum animum applicuerunt; deſtructo jam regno Judæorum Romanæ ditionis ipſi facti, minus de annis Herodis curioſi fuere: atque ideo ad Romanorum annos ſingula referre ſatis eſſe opinati ſunt: cum nemo de diſſenſu hiſtoriarum eos admoneret, ex quibus tamen, vel ea quæ ad annos vitæ Chriſti pertinent, nos quærere debere monet Auguſtinus lib. 2. de Doct. Chriſt. cap. 28.

De annis miniſterii ac mortis Chriſti.

CHriſtum tres integros prædicationis ac miniſterii ſui annos adimpleſſe atque adeo quatuor Paſchata celebraſſe jam ab antiquis temporibus recepta ſententia eſt. Nam Euſebius in Chronicis Græcis expreſſe ait Evangelium Joannis trium annorum tempus prædicationis Chriſti exiſtiſſe teſtari, quod etiam confirmat Chronicon Alexandrinum, ubi nota non ſolum triennium ipſos intellexiſſe, ſi Chriſtum voluerunt, ut antiqua fides obtinet, baptizatum ſexto Januarii die, unde aliquid quoque de anno quarto delibatum teſtatur idem Euſebius Hiſtor. lib. 1. cap. 10. Cum per ſucceſſiones Pontificum probare vult univerſum prædicationis Dominicæ tempus non totos quattuor annos complecti. Hinc eſt quod Beda lib. de Temp. Ratione cap. 45. ex vulgari fidelium & Eccleſiæ ſenſu aſſerit Chriſtum tres, & ſemi annos poſt baptiſma prædicaſſe, ſicut Joannes in Evangelio ſuo, commemorato redeuntis Paſchæ tempore, perdocet.

Et ſane nimium coarctare Chriſti geſta videntur qui anno, vel etiam duobus annis ea circumſcribunt, & longiori rurſus quam par eſt ſpatio diſtendere qui annis quattuor & quinque Paſchatibus contineri putant.

Primum enim Paſcha miniſterii Chriſti patet, illud eſſe quod Joannis 2. 12. deſcribitur, in quo vendentes ejecit de templo.

Secundum quod ejuſdem cap. 5. habetur, in quo languidum 38. annorum ſanavit, nam per diem feſtum, hic Paſcha intelligi antiquiſſimus autor eſt Irenæus lib. 2. adverſus hæreſ. cap. 29. Similiter Euſebius Demonſtr. Evangel. lib. 8. Hieron. Theodoret. in 9. Dan. & Rupertus ad memoratum Joannis cap. 2. Quam opinionem ſequuntur Toſtatus, Paullus Middelburgenſis, Salmeron, Toletus, Pererius, Mariana, Gagnæus, Baronius, Salianus, uterque Janſenius, ac tot alii, quod vel ex ipſo Evangelii textu patebit, ſi quis inter ſe locos Matth. 22. 1. Marc. 14. 2. & 15.

„ & 15. *6.* Luc. 23. 17. ac Joan. *6.* 4. conferat.

„ Tertium itaque Paſcha erit illud quod Joan. *6.* notatur, quando quinque panibus quinque millia hominum ſatiavit.

„ Et quartum in quo ipſe oblatus eſt Chriſtus Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22. Joan. 13.

„ Mors autem ejus vix alteri anno adſcribi poteſt quam Juliano 78. æræ vulgaris 33. qui ſit in Per. Jul. 4746. Etenim Chriſtus ad veſperam Lunæ 14. primi menſis Paſcha immolavit cum Diſcipulis ſuis, quod ſacrum teſtatur eloquium, idque feria 5. & ejus mors quæ in craſtinum ſecuta eſt, in ſextam feriam incidit, ut antiqua & conſtans totius Eccleſiæ fides obtinet. Nam quod Dominus Luna 15. feria 5. crucem aſcenderit, ut olim Beda teſtatus eſt, & una Sabbathorum, id eſt die Dominica, reſurrexerit a mortuis, nulli licet dubitare Catholico, Lib. de Temp. Ratione cap. 45.

„ At ex omnibus iis annis qui in controverſiam venire poſſunt, puta ab Juliano *76.* ad uſque 80. nullus reperitur alius, cujus prima, vel etiam ſecunda Luna (ne quis immaturas fruges aut aliud quippiam cauſetur) plena eſſe poſſit hac 5. vel *6.* feria. Id calculo aſtronomico uti ſcientibus clare demonſtratum eſt, & ſequens etiam indicat Tabula, in quo duo Novilunia habes annis ſingulis, de quibus unum neceſſario medium, ſive aſtronomicum initium ſit menſis Nisan (medium, inquam, nam quod inæquabili progreſſione ſigniferum orbem Luna peragret, modoque lentius, modo celerius agatur, ex diſparibus illis intervallis mediocrem quendam motum elegerunt Aſtronomi, quem medium appellarunt, uniformemque conſtituerunt) habes autem ferias annotatas Romano more a media nocte incipientes, quibus item adjunctæ ſunt feriæ juxta rationem Judaicam ordinatæ, hoc eſt a veſpera inchoatæ; unde fit ut Neomenia quæ in unam feriam Romanam incidit, in ſequentem interdum Judaicam cadat, quod ideo præſtitimus, ut dubitationi, aut errori nullus omnino relictus eſſet locus.

Anni Per. Jul.	Æræ Vul.	Julianæ correct.	Cycli Solis.		Dies	Hor.	Min.		Fer. Rom.	Fer. Jud.
4744	31	*76*	12	(Mart.	12	*6*	48'	51"	2	2
				(April.	10	19	32	35	3	4
4745	32	77	13	(Mart.	30	4	21	34	1	1
				(April.	18	17	5	38	2	2
4746	33	78	14	(Mart.	19	13	10	14	5	5
				(April.	18	1	54	18	7	7
4747	34	79	15	(Mart.	8	21	58	53	2	3
				(April.	7	10	42	53	4	4
4748	35	80	16	(Mart.	28	19	31	35	1	2
				(April.	16	8	15	39	3	3

„ Hoc ergo anno Juliano 78. æræ vulgaris 33. Neomenia vera contigit Hieroſolymis juxta Tabulas Pariſinas 19. Martii poſt meridiem feria hebdomadarum noſtratum 5. atque adeo plena non fuit Luna niſi ſecunda Aprilis feria item 5. ſub veſperam: ſi quidem Luna medium circulum, hoc eſt a conjunctione ad oppoſitionem perficit diebus 14. horis 18. 22,,, 2,. quod etiam rudiori rationi congruit, ſi quis malit Judæos non per verum calculum, ſed per φάσιν ſeu viſionem lunationes obſervaſſe. Nam cum ſaltem poſt 27. horam & dimidiam a Novilunio vero, neceſſaria quaſi φάσις Lunæ ſit ut ipſimet Judæi docent in ſuis commentariis: ſi primus dies Lunæ hujus numeratus eſt illis 20. Martii noſtri, 14. ejuſdem Lunæ dies ad veſperam 2. Aprilis pertinuit. Debuit autem agnus immolari inter duas veſperas, hoc eſt ſub noctem illam, diem 14. terminantem, & 15,,. aperientem, qua nocte poſt agnum primum in Ægypto mactatum primogeniti cæſi ſunt, & filii Iſrael egreſſi, ut Exodi cap. 12. & Numer. 3. legenti fiet manifeſtum.

„ Peregit itaque Paſchale Sacramentum ſervator noſter legitimo tempore, hoc eſt ad veſperam Lunæ 14. quippe legis obſervantiſſimus, quam non ſolvere venerat, ſed adimplere, an autem eodem quo ceteri Judæi die, magna quæſtio apud eruditos, quam ingredi nihil ad Chronologiam attinet. Mortuus eſt quidem certe Luna 15. feria noſtrarum *6.* die 3. Aprilis noſtri, eo quo diximus anno æræ Chriſtianæ 33. imperii Tiberii 19. Qua in re ut autoritatem rationi conjungamus, conſpiratores habemus Toſtatum, Burgenſem, Lucidum, Peretium, Harvillæum, Scaligerum, Temporarium, Calviſium, Uſſerium, Salianum, & alios prope innumeros. Immo & ex antiquis Euſebium, atque Hieronymum ut infra patebit.

„ Stabilito itaque nativitatis Chriſti anno nec non mortis ejuſdem iis argumentis, quæ ni fallor, non ita facile labefactari poſſunt: concludendum videtur eum vixiſſe non quidem annos 33. ut volunt plerique mediæ ætatis autores, & vulgaris æræ propugnatores (ut de aliis opinionibus taceam de quibus mox) ſed annos *36.* menſes 3. dies *9.* & horas 15. ab media ſcilicet nocte viceſimum quintum Decembris diem anni Juliani 41. aperiente ad tertii Aprilis anni Juliani 78. horam Judaico more *9.* noſtro 3. pomeridianam. Quod non aliquo carere ſacramento jure forſitan aliquis ſuſpicari poſſit, ut & in annis (tam vitæ Chriſti quam æræ vulgaris, nec non Julianis) & in menſibus, & in diebus, & in Luna & in feriis & in horis tam noſtro quam Judaico more acceptis, numeris vel ternariis, vel ex ternario factis ſanctiſſimæ Trinitati honor eſſet: quam Chriſtus omnibus fere actibus, & operibus ſignari ſemper voluit. Immo quod adhuc mirere, ex ternario factus reperitur annorum hebdomadarum Danielis numerus, qui morti Chriſti congruit, ſiquidem mortuus eſt Chriſtus tribus annis ultimæ hebdomadis præciſe abſolutis & 486. ex toto numero completis. In anno medio illius ultimæ hebdomadis, hinc inde tribus aliis circumſcripto, ut jam conſpicuum faciemus; cui etiam myſterio favet quod idem voluit die poſt mortem tertia reſurgere.

Annus

„ *Annus mortis Chriſti adhuc confirmatue LXX. Danielis hebdomadibus; nec non ſtupenda illa ſolis defectione, quæ tum cum affigeretur cruci, contigit.*

„ TOtius noſtri calculi veritas etiam iude patet, quod ſupernaturalibus quoque firmetur rationibus, nam & eximio illo ae prophetico Danielis de Meſſia teſtimonio apprime convenit, & cum illa ſolie defectione quæ moriente Chriſto contigit optime comparatur, ut vel ex ipſis tenebris lumen huic oboriatur. De Daniele primum dicam.

„ Hic propheta ſauctiſſimus cum ſub finem anni primi Darii Medi (ab everſa ſcilicet Babylonica Mouarchia) intellexiſſet ex libris Jeremiæ oumerum 70. anuorum captivitatie jamjam explendum, ardentiſſimis precibus confeſſioneque peccatorum & ſuorum, & populerium præmiſſa liberationem prope jam immiueutem a Deo efflagitavit. Erat is auuus mundi 3767. ante Chriſtum 537. ut ax Tabulie oostri Tomi 2. patet. Ecce ſibi, Danieli aſſiſtit Gabriel Angelus. Qui ei non de hoc ſolum reſponſum dedit, ſed etiam de ſpirituali Ecelesiæ liberate Meſſiæ morte demum procurauda, ae nobiliſſimum illud ſeptuaginta hebdomadarum veticinium edidit. *Tu ergo*, ioquit, *animadverte ſermonem, & intellige viſionem. Septuaginta hebdomades abbreviatæ ſunt ſuper populum tuum, & ſuper Urbem ſanctam tuam ut conſummetur prævaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatue iniquitas, & adducatue juſtitia ſempiterna, & impleatur viſio, & prophetia, & ungatur Sanctus Sanctorum: ſcito ergo, & animadverte ab exitu ſermonis ut iterum ædificetur Jeruſalem uſque ad Chriſtum ducem hebdomades ſeptem & hebdomades ſexaginta duæ erunt. Et rurſum ædificabitur platea, & muri in anguſtia temporum. Et poſt hebdomades ſexaginta duas, occidetur Chriſtus, & non erit ejus populus, qui eum negaturus eſt, & civitatem, & ſanctuarium diſſipabit populus cum duce ejus venturo, & finis ejus vaſtitas, & poſt finem belli ſtatuta deſolatio. Confirmabit autem pactum multis hebdomada una, & in medio hebdomadis deficiet hoſtia, & ſacrificium, & erit in templo abominatio deſolationis, & uſque ad conſummationem & finem, perſeverabit deſolatio.* Dan. 9.

„ His Gabrielie verbis fidem oe Judæi quidem abrogent. Manifeſtam vero de Meſſiæ adventu & Hieroſolymnrum excidio prophetiam continent, ut Angelus, qui Incarnatiooie Chriſti nuncius ad Virginem erat mittendus, idem ejuſdem myſtarii multie aota ſæculie præco exiſteret. Completa vero eſſe omnia quæ hic habentur de Chriſto aote Hieroſolymorum deſolationem maniſeſtum eſt. Si quidem hæc deſolatio ejus urbis, Chriſti excifiouem ſequitur in eadem hac Prophetia.

„ Per habdomadas autem snnorum ſeptimanee ſignificare, mos eſt Hebræis uſitetue, etiam ouuc apud Talmudicos non inſrequens. Ideo ubi de dierum hebdomada agitue, ſolet adjici dierum nomen. Hæ ergo ſeptuaginta hebdomades annos efficiunt 590. Varum eaſdem abbreviandas eſſe teſtatur Angelus, additque ab exitu ſermouis hebdomadas 7. & hebdomadas 62. futuras, hoc eſt 69. Quas io partes diſtribuit more Hebrans uſitato, qui perfectum uumerum ſcindere ſolent; ut eum Ezechiele 45. 12. dicitur, *porro viginti ſicli, & viginti quinque ſicli, & quindecim ſicli manam faciunt*.

„ Quod vero ait *ab exitu ſermonis*, idem eſt atque a promulgatione edicti: id enim exire eſt: ut cum iu eodem Propheta cap. 2. v. 13. dicitur, *& egreſſa ſententia ſapientes interficiebantue*, & cap. 6. 7. *Conſilium inierunt omnes Principes ut decretum Imperatorium exeat, & edictum*. Et Lucæ 2. v. 1. *exiit edictum a Cæſare Auguſto*, atquu adeo poſt finitæ 69. hebdomadas ab emiſſo edicto, tolli Chriſtus debebat, & quidem iu medio hebdomadis LXX. ita ut ab egreſſu edicti ad Chriſtum ducem, anni eſſe debeant ſolidi 483. ad ejus mortem 486. ut demum paſſus fuerit currente auno 487. qui medius eſt aunus hujus ultimæ ſive ſeptuageſimæ hebdomadis.

„ Quærendum igitur quodoam ſit illud edictum, quattuor enim omuino reperiuntur, primum Cyri, alterum Darii Hyſtaſpis. Tertium & quartum Artaxerxis. At Cyri & Darii edicta de reſteurando Templo ſunt, oon de reædificanda urbe. Et Artaxerxis primum quod Eſdræ datum eſt auno regni ejus 7. de Templo & ſacrificiis eſt, ut legitur 1. Eſdræ cap. 7. ergo de ultimo ejuſdem Artaxerxis edicto id iutelligi debet, quod de urbe, & muris ædificandie loquitur. Exivit autem illud Artaxerxis edictum anno imperii ejus 20. menſe Niſan, ut eſt Nehemiæ 2. 1.

„ Tres autem inter reges Perſidis Artaxerxes eſſe poſt Darium Hyſtaſpis reperiuntur, nempe Longimanue, Mnemon, & Ochus. At Mnemon regnum obtinuit anno Periodi Jul. 4310. ante Chriſtum 404. ideoque annus ejus 20. incidit in annum Per. Jul. 4329. quem non admittit vita Nehemiæ, qui unus eorum erat qui jam ſub Cyro cum Zorobabele aſcenderant (1. Eſdr. 2. 2.) anno Period. Jul. 4178. Immo ſi dicto anno 4310. (in quem 20. Mnemonis, ut diximus, cadit) addantur anni 486. quot ab edicto de quo agitur ad mortem Chriſti fluxiſſe diximue, exibit numerus 4814. qui eſt 31. poſt Jeroſolymitauum excidium, ante quod nemo negabit paſſum eſſe Chriſtum, niſi huie Prophetæ omnem fidem abrogare velit, de hoc ergo Artaxerxe nou loquitur Nehemias, multo minus de Ocho ejue filio. Ergo de Artaxerxe Longimano, Darii Hyſtaſpis nepote, ſermonem inſtitui manifeſtum eſt, qui, ut ſupra oſtendimus, regnum iniit auno Per. Jul. 4241. ita ut 20. ejus aouus incidat in annum Per. Jul. 4260. & mundi ex noſtro calculo 3550. Si ergo dictie numeris adjiciae 69. hebdomades auuorum, hoc eſt, annos 483. habebis annum muudi 4033. Per. Jul. 4743. quo ſupra demonſtravimus baptizatum eſſe Chriſtum, qui ſtatim ducie officio ſungi cœpit.

„ Quoniam itaque menſe Niſan exiit edictnm illud Artaxerxis Nehemiæ datum (2. Eſdr. 2.) ab eodem Niſan anni hujus, hoc eſt a primo Paſchata quod Chriſtus poſt baptiſma celebravit Joan. 2. primum aooum ſeptuageſimæ & ultimæ hebdomadis incipere par eſt, in que fœdus confirmatum eſt multis, cum adhuc a baptiſmo fere privatus, & perpaucis agnitue fuiſſet Jeſus. Paſcha autem noſtrum Chriſtus, legalibue omnibus ſacrificiis hoc unum præfiguraatibue finæ impoſito, immolatus eſt ineunte auuo 4. ſive medio poſtremæ ejuſdem ſeptimanæ, ut Angelus prædixerat, atque ita annue ille quartus cum Juliano 78. Per. Jul. 4746. æræ vulgarie 33. concurrit, quibus ſupra mortem Chriſti coovenire demooſtravimus.

„ Quantum ergo Danielis Prophetia cum noſtro calculo conveniat, puto me aperuiſſe ſatis. Quæ contra objici ſolent, ſolvam poſtea. Nuue ad defectionem ſolis quæ Chriſto patiente contigit,

„ venio,

venio. Nam cum tenebras illa die factas eſſe ſuper univerſam terram ab hora ſexta uſque ad horam nonam teſtentur Evangeliſtæ, hunc etiam annum gentium Scriptores, ut Chronici Alexandrini verbis utar, ſignarunt & conſtanter affirmarunt terræ motum extitiſſe, quos inter ſpeciatim eſt Phlegon qui Olympiadas concinnavit, hic in 13. volumine ita ſcribit 202. Olympiad. anno 4. eclipſis ſolis magna fuit quanta nunquam antea contigiſſe legitur, nox enim hora ſexta diei tanta fuit, ut etiam aſtra in cælo apparerent, ingentique tremore terra mota eſt circa Bythiniam. Hæc Phlegon qui notat, inuſitatam hanc & plane extraordinariam ſolis defectionem fuiſſe, &c. Erat autem Plegon Hadriani Libertus, cujus in hac re teſtimonium tanti ſe facere dicebat Onuphrius, quanti cujuſcumque alterius poſt Evangeliſtas, cujuſque etiam verba habes apud Euſeb. nec non Hieronym. in ſuo Chronico Euſebiano. Refert quidem Hieronymus ad annum Tiberii 18. At cum de anno Olympiadis conſentiat, mendum in numeros irrepſiſſe videri poteſt, & cum Chronico Alexandrino prorſus ille conſentire in quo hæc ad annum Tiberii 19. & dictæ Olympiadis 202. annum 4. referuntur. Quin & ad marginem horum Phlegontis verborum apud Euſebii Chronicum Latinum, ſe in quibuſdam MSS. annum Tiberii 19. reperiſſe monet Pontacus Vaſatenſis Epiſcopus in ſuo Euſebio, & Anaſtaſius Bibliothecarius in ſua Chronologia, ipſiſſima Euſebii verba referens de anno mortis Chriſti non 18. ſed 19. imperii Tiberii annum legit, ut notat idem Pontacus, atque ita quoque legendum in Euſebio notant Suares, Mariana, Scaliger, Calviſius, & alii. Et ſane Euſebius ipſe in Chronico Græco, ab anno 2. Olympiad. 198. initium Tiberii arceſſit, a quo atque finem Olympiad. 202. anni 19. reperiuntur, unde etiam in eodem Chronico Græco cum agit de morte Chriſti ita legas : *Ἐπὶ τῷ παθεῖν τοῦτο ἔτει ιθ'.* (id eſt 19.) *τῆς Τιβερίου βασιλείας καὶ ὄντος πολλοὶ μὲν ἑλληνικοὶ ὑπομνήματα ... ταῦτα ...* &c. ut omnia prorſus in hunc annum collimare videantur.

Neque vero ſolus Phlegon de hac inſolenti ſolis eclypſi locutus eſt, ut ſatis hic innuunt tam Euſebius quam Chronicon Alexandrinum, qui Gentium Scriptores pluraliter nominant. Nam Thallus quoque a Julio Africano laudatus de ea memineret, & alii ut videtur plures. Phlegontem quidem Celſo oppoſuit Origenes lib. 2. at Gentium Annales generatim etiam teſtes advocavit Lucianus Martyr in Actibus ſuis, Rufino narrante: Requirite, inquit, in Annalibus veſtris, & invenietis temporibus Pilati, Chriſto patiente, fugato ſole interruptum tenebris diem. Et ante eum Tertullianus in Apolog. cap. 21. *eodem momento*, inquit, *dies, medium orbem ſignante ſole, ſubducta eſt. Deliquium putaverunt, qui id quoque ſuper Chriſto prædicatum utique non ſcierunt : & tamen eum mundi caſum relatum in archivis veſtris habetis.*

Solvuntur objecta quædam ab iis qui contendunt edictum de quo Daniel loquitur, ad Artaxerxem Mnemonem referendum.

Quidam edictum illud quod ſupra memoravimus ad Artaxerxem Mnemonem referendum, ſic efficere ſe putant. Nehemias, inquiunt, qui hoc obtinuit, non venit Jeroſolymam niſi poſt abſolutum templum; templum vero demum abſolutum eſt ſub Dario, patet quidem id ex Scripturis. Eum autem Darium eſſe quem Nothum appellarunt prophani, ex eo fit manifeſtum quod ante ipſum Perſarum Rex Artaxerxes nameretur ab Eſdre cap. 4. eum tamen nullus hoc nomine ante Darium Hyſtaſpis reperiatur. Sunt enim hi Reges Perſarum, & hoc ordine numerati.

Cyrus,
Cambyſes,
Magus,
Darius Hyſtaſpis,
Xerxes,
Artaxerxes Longimanus,
Xerxes II.
Sogdianus,
Darius Nothus,
Artaxerxes Mnemon, ſive Memor.

Verum hoc argumento parum admodum proficiunt, nam cum Aſſueri & Artaxerxis nomen multis commune fuiſſe nemo ambigat, qui paulliſper in ſcripturis verſatus ſit, vel ipſa lectione hujus cap. 4. Eſdræ manifeſtum ſit, ibi Artaxerxis nomine non ipſum Longimanum deſignari.

Dicit enim Eſdras 1. hoſtes populi Dei, omnibus diebus Cyri, dum ipſe ſcilicet aliis intentus erat, ac Maſſagetarum bello implicitus, opus urgere non poſſet, illius conſiliarios largitionibus corrupiſſe, & Judæis impedimento fuiſſe uſque ad regnum Darii Regis Perſarum. Quis itaque non videt ibi Darium deſignari nomine primum, nam ſi plures jam Darii fuiſſent, certo aliquo nomine Scriptura poſteriorem a prioribus ſecerneret. Deinde id per partes explicans Eſdras, quod ſummatim primo dixerat, ait in principio regni Aſſueri hoſtes illos qui ſub Cyro clanculum tantum egerant ut impedirent opus ab ipſo juſſum, jam apertis accuſationibus Judæos petiiſſe, ac demum, eo ſcilicet mortuo, ad Artaxerxem ſcripſiſſe. Patet ergo tres Perſarum Reges immediate ſibi ſuccedentes ibi numerari, & eum Aſſuerum quomodo hic vocatur eſſe Cambyſen Cyri ſucceſſorem & filium, Artaxerxem vero illum, eſſe Oropaſten Magum; ſive ut Cteſias loquitur Tanyoxarcen qui paullulum immutato nomine facile Artoxarxem, vel Artaxerxem obtinuit nominari, ille enim cum nihil niſi de regno ſuo ſtabiliendo cogitaret, benigne reſcripſit præfectis illis provinciarum, eis concedens quidquid poſtulaſſent. Quippe ut novi ſolent Tyranni, omnium captabat benevolentiam, quod etiam ſatis declarat Herodot. lib. 3. cap. 67. Sed hoc brevi ſublato, Aggæi & Zachariæ Prophetarum hortationibus confirmati Judæi, iterum ædificare incipiunt. Ac cum denuo apud novos regios præfectos accuſarentur, quos Darius ſibi vicarios miſerat, ſic cauſam tuentur ſuam, ut omni re ad Darium Hyſtaſpis delata, novo tandem edicto prioris edicti confirmationem obtinerent.

Quatuor itaque reges hic habentur, Cyrus, Cambyſes qui & Aſſuerus, Tanyoxarces, ſive Artaxerxes & Darius Hyſtaſpis. Quod ſi de Dario Notho & Artaxerxe Longimano hic ſermonem habuit Eſdres, cur rerum Judaicarum ſtatum ſub Xerxe, & aliis tribus qui inter hunc & Cyrum intercedunt, breviter non ſaltem perſtrinxit? Nam ſi illi æque rem impedierunt, cur non æque nominantur, quod ſi faverint operi, multo magis erant nominandi.

Ac ne quis negativis argumentis parum tribuat, quæro ſi ſub Dario Notho templum ædificatum eſt, qui anno primo Olymp. 89. hoc eſt anno mundi 3581. regnum iniit, ergo centum & quindecim annis poſt Cyri edictum in ruinis jacuit.

Tot enim ab anno 1. Cyri qui eſt mundi 3468. ad 2. Darii Nothi fluxerunt. Ac qui fieri poſſet ut Eſdras qui inter Seniores ſub Cyro aſcendentes nominatur, quique hujus templi dedicationem & vidit, & deſcripſit uſque ad hanc ætatem vitam producere potuerit? Quod magis etiam de Nehemia urgeri poteſt, ipſe enim inter eos quoque annumeratus eſt, qui ſub Cyro cum Zorobabele aſcenderunt, & ipſemet deinde novæ ſub Artaxerxe Coloniæ dux fuit; acceptis anno regni ejus 20. diplomatibus, Nam ſi Darius ſub quo abſolutum eſt templum, is eſt qui Nothus dicitur, ille Artaxerxes cujus anno 20. Jeruſalem venit Nehemias, filius ejus erit Memor dictus, qui regnum eſt auſpicatus anno 4. Olympiad. 93. hoc eſt mundi 3600. ita ut viceſimus regni ejus annus incidat in annum mundi 3620. quis credat vero Nehemiam ad hanc diem vitam duxiſſe? Immo ſi quis Nehemiæ cap. 10. cum cap. 12. conferat, reperiet homines pluſquam viginti qui fœderi ab Iſraelitis, procurante Nehemia, inito ſubſcripſerunt, ex eorum numero qui una cum Zorobabele ex captivitate aſcenderant. Eſt ne vero credibile tot viros ſimul eodem ſæculo, & loco tot annos hoc eſt pluſquam ducentos vixiſſe? Siquidem ab anno 1. Cyri quem mundi eſſe diximus 3468. ad hunc annum 3620. fluxerunt anni 172. quibus addendi præterea ſunt anni, quos jam vixerant illi homines, cum ſub Zorobabele aſcenderant & principes familiarum meruerant appellari,

Maneat igitur inconcuſſum Darium illum, cujus autoritate templum perfectum eſt, eſſe filium Hyſtaſpis: & Artaxerxem cujus anno 20. edictum emiſſum eſt de reædificanda urbe, Darii ipſius eſſe nepotem, Longimanum dictum. Atque ab ejus regni anno 20. dinumerandas ſeptuaginta Danielis hebdomades ad Chriſtum uſque ducem: cujus adeo nativitatem, baptiſmum, prædicationem & mortem iis characteriſmis, cum hiſtoricis, tum aſtronomicis, cum humanis, tum divinis deſignaſſe videmur, qui facile fortaſſis ut velit non poſſint,

Expendantur nonnullorum præterea ſcrupuli adverſus noſtram de annis vitæ & mortis Chriſti ſententiam,

AC PRIMUM,

Excutitur quorumdam opinio, qui Chriſto annos vitæ 33. completos ex ſacra Traditione aſſignandos putant.

HÆc quæ haſtenus de annis vitæ & mortis Chriſti diſputavi, ratus abunde ſufficere, aliquam putatam plura in eam ſcriptionem congerere, in qua vel maxime ſemper ſtudui brevitati; cum ecce allatum eſt quoſdam ſuper ea re nonnihil adhuc commoveri. Horum itaque ſcrupulis ex religione profectis occurrere religio jubet. Si ſuſius paullo & latius, non tam id propoſitum quam materiæ conditio faciet, quæ brevius expediri forte non poterit. Res quidem erunt, opinor, ipſæ non inutiles, nec quamquam forſan antiquitatis Eccleſiaſticæ amatoribus injucundæ,

At enim, inquiunt, vetus eſt opinio, jam ab antiquis tradita Patribus, paſſimque vulgata, Chriſtum Dominum triginta & tres annos dumtaxat impleviſſe cum aditet paſſionem; unde pronunciare non eſt veritus Beda lib. de Rat. Temp. cap. 45. *habet ni fallor Eccleſiæ fides Dominum in carne paullo pluſquam 33. annis uſque ad ſua tempora paſſionis vixiſſe,*

Videndum itaque quam antiqua ſit illa quam vocant, Traditio; eoque præcipuorum Patrum & antiquorum Autorum ordine referam ſententias, quos quidem hac de re noverim aliquid conſignaſſe, ex quibus elucebit, opinor, quam immerito hæc, veluti fides Eccleſiæ opinio jactetur.

Et de primi quidem ſæculi Scriptoribus, nihil eſt quod multum nos moretur. Nam illis cum ſatis eſſet Chriſtum aut vidiſſe, aut eos qui ipſum viderant, audiiſſe, ab iiſque de ejus ætate retuliſſe, quam nobis Traditionem, ut mox videbimus, ſervavit Irenæus, reliqua parum ſibi neceſſaria ducebant: & præſentibus atque urgentibus rebus intenti, cum vix prædicationi verbi ſufficerent, parum de ſcribendis hujuſmodi quæſtionibus erant ſolliciti,

Itaque, illa Evodii Petri Diſcipuli, & in Antiochena Sede ſucceſſoris Epiſtola, quæ a Nicephoro refertur, in qua Chriſtum 33. annos vixiſſe ait, a nemine docto fere quod ſciam recipitur. Nec multum plus autoritatis meretur quod de Ignatii Martyris ejuſdemque Evodii ſucceſſoris Epiſtola ad Trallianos allegatur: Chriſtum nempe expletis tribus annorum decadibus eſſe baptizatum: ac deinde, cum triennium prædicaſſet, cruci affixum, nam interpolatas in multis Ignatii Epiſtolas, nemo neſcit. Hunc autem non eſſe genuinum autoris locum, vel inde patet quod nec ab ſubſequentibus Patribus eſt agnitus, qui prorſus in alia omnia abierunt, & in antiquis codicibus deſideretur, ut in Græco codice Florentino quem edidit Iſaacus Voſſius & in vetuſtiſſimis exemplaribus Latinis duobus in Anglia repertis, quæ publici juris fecit Uſſerius; quare ad alia pergendum.

B. Irenæus vir Apoſtolorum temporum, ut eum Hieronymus appellat, Polycarpi ſiquidem Diſcipulus, ut Polycarpus Joannis Apoſtoli: quem etiam Epiphanius, Priſcum Theologum & Apoſtolorum ſucceſſorem vocat, Tertullianus vero omnium doctrinarum curioſiſſimum exploratorem, ille inquam, lib. 2. contra hæreſes cap. 39. de Chriſti ætate agens, ita loquitur: (*Triginta annorum ætas primæ indolis eſt juvenis & extenditur uſque ad quadrageſimum annum. Omnis quis et confitebitur a quadrageſimo aut quinquageſimo anno, declinat jam in ætatem ſeniorem, quam habens docebat Chriſtus, ſicut Evangelium, & omnes Seniores teſtantur qui in Aſia apud Joannem Diſcipulum Domini convenerunt, idipſum tradidiſſe eis Joannem ...... Quidam autem non ſolum Joannem, ſed & alios Apoſtolos viderunt, & hæc ab iis audierunt, & teſtantur de hujuſmodi relatione.* Et iterum cap. 40. ſic ait, *quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidiſti? Hoc dicitur ei qui jam quadraginta annos exceſſit, 50. autem nondum attigit, non tamen multum a quinquageſimo abſiſtit, &c.*)

Iſta piiſſimus æque ac ſapientiſſimus Antiſtes, Gallicanæ Eccleſiæ lumen ac Princeps Irenæus. Quo ejus nævo, ut quidam appellant, quoniam valde ſe jactant, antiquitatis, ne quid gravius dicam, parum amantes, qui capta inde occaſione, quidquid ab veteri traditur Eccleſia elevant ac retinent, duo ſunt quæ mihi præcipue huc veniunt admonenda.

Alterum, beatum Irenæum non dicere priores illos Diſcipulos ſimpliciter affirmaſſe quod Chriſtus ad 40. vel 50. annum pervenerit, ſed quod in ætatem ſeniorem jam declinaret cum doceret, quam habens, inquit, docebat, ſicut omnes Seniores teſtantur, &c. Hanc autem ſeniorem ætatem

„ tem vel a quadrageſimo, vel a quinquageſimo, anno incipere, pro ſuo arbitrio opinatus eſt Irenæus, ex quo proinde manifeſtum ſit non hunc potius quam illum annum, atque adeo nullum præciſe definiviſſe Diſcipulos; ſed tantum indicaſſe Chriſtum maturioris ætatis fuiſſe, deque eo autores allegaſſe Apoſtolos. In quo quid tantopere adverſus venerendam illam antiquitatem, & eorum qui Apoſtolos viderant & audierant, aut etiam Apoſtolorum ipſorum autoritatem, jactari poſſit, plane ego non video, præſertim cum nullus adbuc fere ſit ætatis amicorum aut præpoſitorum ſuorum quibus cum vivit, tam curioſus indagator, ut non eam ex perſona potius ſpecieque conjiciat.

„ Alterum quod hic animadverti velim, eſt, Irenæum, ut quæ de Chriſti annis ipſe ſtatuit, ſentiret, hac præcipue Judæorum inductione impulſum. Joan. 9. *quinquaginta annos nondum habes;* in quo nec ille iniquius traducendus mihi videtur vir ſanctitate & doctrina eximius, ſi antiquorum illorum jam fide motus qui de ætate paullo provectiore ac ſeniore vix arbitrabantur fas eſſe dubitandum, hoc tamen loco abreptus eſt ut paullo longius abiret, quod & Judæos iſtos diſcipulis illis concinere & inde nobis lumen aliquod oboriri poſſe arbitrabatur, ad veram Chriſti ætatem propius diſpiciendam quam nulla autoritate certo ſciret definitam. Sane ipſe quoque Chryſoſtomus, qui quadraginta annos apud Joannem, non quinquaginta legit, ut infra ſuo ordine referetur, eadem ratione voluit procedere argumentum, ut ne Chriſtus ab ea ætate longius abeſſe videretur, quam apud Evangeliſtam crederet expreſſam. Et vero quamvis non inficier hominem ætatis etiam junioris, ſic quoque aliquando argui poſſe: aut Judæos etiam qui hæc Chriſto regererent, ejus oris dignitate aut maturitate adductos ut eum paullo ſeniorem quam vere eſſet arbitrarentur: Unum quidem certe ex tota Irenæi diſputatione debet colligi, vel ipſi, vel prioribus diſcipulis fuiſſe perſuaſum, Chriſtum Dominum ætate jam maturiore progreſſum, cum in cruce pateretur.

„ Verum his duobus monitis, tertium inſuper addere viſum: minus nempe vel Joan. Gerer. Voſſium vel Fevardentium Irenæo æquos fuiſſe dum quod ille habet de Senioribus qui Joannem & alios Apoſtolos viderant, & audierant, ipſi ad unum Papiam, pertenuis hominem ingenii referri volunt. Sane enim Papias, ut ex ipſiuſmet verbis refert & probat Euſebius, Hiſtor. lib. 3. cap. 39. neminem Apoſtolorum viderat aut audierat, ſed tantum ab eorum diſcipulis normam fidei accepiſſe ſe gloriabatur: auditor ipſe alterius Joannis Epheſini Presbyteri, Joannis Evangeliſtæ Diſcipuli. Quare ſi quæ hic de pluribus, immo de omnibus qui apud eumdem Joannem in Aſia convenerant, & alios Apoſtolos audierant, dicit Irenæus, ad unum quempiam præcipue referri debent, ea nos ad Polycarpum magiſtrum ſuum potius referenda dicemus, qui & neceſſitudinem, & vitæ uſum cum Joanne habuerat, & ab Apoſtolis edoctus erat, & cum multis qui Dominum viderant, fuerat converſatus, ut de eo ipſe narrat Irenæus lib. 3. cap. 3. & in Epiſtola ad Florin. quique eorum ſermones & quæ ab illis de Domino audiviſſet narrabat jugiter, quæ ſtudioſe & attente audiebat Irenæus, ac interiori mentis cogitationi mandabat, & perpetuo Dei juvante gratia, ingenue & exquiſite recordatione renovabat, ut ipſemet iterum teſtatur, in eadem Epiſtola.

„ Atque hinc fit ut non leviter in ea opinione firmemur de ſuppoſititio illo Ignatii ſupra memorato teſtimonio prorſus repudiando. Erat enim Ignatius Polycarpo inter amicos præcipuus, nec minus quam ipſe Joannis Apoſtoli Diſcipulus, ut ipſius acta teſtantur, cum Apoſtolis etiam nutritus ac familiariter verſatus, & omnium tam dicendorum, quam tacendorum particeps, ut de eo Chryſoſtomus loquitur (in Ignatii encom.) qui ergo credemus aut Irenæum, eorum quæ ſcripſit ſaltem ſemina non ab magiſtro, cui tam ſtudioſe inhærebat collegiſſe, aut Ignatium aliud ab iiſdem Apoſtolis quam inſignem amicum & condiſcipulum ſuum haurire potuiſſe?

„ Verum quid alii quoque Patres, qui Chriſti diſcipulos minus noverant, de ejus ætate dixerint, quoniam id munus ſuſcepimus etiam referendum.

„ Clemens Presbyter Alexandrinus ſancti Pantæni ex Stoico Philoſopho Chriſtiani Diſcipulus & Origenis Præceptor, vir omnibus litteris apprime excultus, & inter primos Eccleſiæ Doctores eximius, qui cadente ſecundo floruit ſæculo, libro 1. Stromaton de Chriſto ita loquitur: *Erat autem Jeſus cum ad baptiſmum venit quaſi annorum 30. quod autem uno dumtaxat anno prædicaturus eſſet, & hoc ita ſcriptum eſt, annum acceptum Domino prædicare miſit me, hoc & Propheta dicit & Evangelium, quinto decimo itaque anno Tiberii & 15. Auguſti, hoc modo triginta complentur anni donec paſſus eſt.*)

„ Tertullianus inter Scriptores Chriſtianos admodum clarus, qui ſub Severo Imperatore ejuſque filio Antonino Caracalla maxime floruit, & ad annum æræ noſtræ circiter 215. vitam perduxit, eodem fere modo de Chriſto loquitur lib. contra Judæos cap. 8. ait enim Auguſtum poſt Chriſti nativitatem ſupervixiſſe annos 15. eique Tiberium ſucceſſiſſe, & addit, *hujus decimo quinto anno imperii paſſus eſt Chriſtus, annos habens quaſi triginta cum pateretur.* (Poſteaque ſubdit, id duobus Geminis Coſſ. eſſe factum,) quod a pluribus deinceps Patribus eſt amplexatum. Refert autem illud ex eodem Tertulliano Hieronymus ad cap. 9. Danielis & eandem illi opinionem tribuit Euſebius Cæſarienſis; ut plane ferendus non ſit autor gloſſæ ordinariæ qui Tertulliani verba refert truncatis illis, *cum pateretur*, & pro paſſus eſt, reponit, baptizatus eſt.

„ Scio poſteriores Hieronymi editiones, dum hunc Tertulliani locum referunt, habere *annos quaſi triginta tres*, ſed errore manifeſto, cum ſemel atque iterum ibidem dicatur Auguſtum poſt Chriſti nativitatem annos vixiſſe tantum 15. adaturque hujus ſucceſſoris Tiberii, anno item 15. Chriſtum paſſum; quod evincit quoque Geminorum notatus Conſulatus qui in hunc annum Tiberii cadit, ut omittam antiquiores Hieronymi editiones (ut Frobeniana anni 1537. & Pariſienſis anni 1546.) habere liquido annos triginta, quod fruſtra eſſet monere, ni Rigaltius ipſe in ſuis ad Tertullianum notis, ſcripſiſſet, Hieronymum legiſſe annos triginta tres, nimirum homini erudito impoſuerent, vel illotæ Typographi manus, vel incauta ſciolorum providentia qui nihil penſi habent dum libros antiquorum ad ſuum ſenſum accommodent, non ſatis attendentes quam facile ſit eorum levitatem refellere.

„ Certe eodem modo factum eſt ut in loco Bedæ hujus initio capitis allegato, ubi ait Chriſtum *paullo plusquam triginta tres annis vixiſſe*, quidam in poſteriori editione *paullo plus minus* reponerent, videbant illi forſan quid adverſus hanc

„ Bedæ ſententiam poſſet obiici, quam ex fida Eccleſia aſſerit, & huic quadamtenus hoc verbo *manus* mederi poſſe arbitrabantur, nec animadvertebant, quam facile eſſet illud aſſumentum quaſi ſpurium reiicere, quod nec in antiquioribus libris, aut in editione Baſileenſi anni MDLXIII. habetur; nec a Scholiaſte Brideferto agnoſcitur, nec a Paullo Foroiamproienſi, aut aliis paullo antiquioribus ita citatur, & Bedæ ipſius rationibus prorſus adverſatur; ut totum locum, & ſcholion legenti fiet manifeſtum: verum id jam monuiſſe ſatis.

„ Origenes qui qua ætate floruit Tertullianus, florere & ipſe cœpit, Severi nempe temporibus, & ultra Decii tempora pertigit, mortuus circa annum 255. Tractatu 35. in Matthæum, de proditione Judæ ita loquitur: At illi, inquit, ſtatuerunt ei triginta ſtateres, tantam ei damnationem conſtituentes, quantos annos Salvator peregrinatus fuerat in hoc mundo, poſt quæ ſubdit; triginta enim annorum baptizatus cœpit Evangelium prædicare, (& libro 4. *περὶ ἀρχῶν*, ſeu de principiis cap. 1. ait, Chriſtum, uno anno & aliquot menſibus docuiſſe) cui etiam congruit quod initio ejuſdem Tractatus in Matth. dicit, oportebat enim menſem eſſe definitum Paſchæ, ego autem puto etiam annum, de quo & Propheta dicebat, prædicare annum Domini acceptum & diem ſalutis.

„ Julius Africanus qui primus Chriſtianorum ad Chronologica ſcribenda animum appulit, Origeni æqualis, eique notus, Chriſtum paſſum ait anno Tiberii 15. atque adeo anno ætatis ejus circiter triceſimo. Locum habes apud Hieronymum in 9. Dan. ejus vero ſupputationem ita digerit Georgius Syncellus, ut dicat eum voluiſſe Chriſtum natum anno mundi 5501. & anno 5531. cruci affixum. Tolle ergo primum numerum de ſecundo, & eum quem dixi triceſimum reſiduum reperies.

„ Hippolytus Portuenſis Epiſcopus & Martyr, Clementis Alexandrini diſcipulus, & Origenis coævus, ſub Alexandro Severo floruit & anno 222. Cyclum ſuum 16. annorum compoſuit. In eo autem teſtatum reliquit primum hujus Alexandri in primum ejus Cycli annum & paſſionem Chriſti in annum ultimum ejuſdem incurrere.) At ſi a primo Alexandri anno Cyclus in anteriora revolvatur, annus ſignatus characteribus paſſionis, incurret in Coſſ. Geminos: atque adeo in annum 15, imperii Tiberii, quo Chriſtum fuiſſe volunt annorum quaſi triginta.

„ Antiquus Autor anonymus apud Henr. Caniſium, Antiq. Lection. Tom. 2. qui breve Chronicum ſub eodem Severo Alexandro ſcripſit capite 17. ſic ait: *A generatione Chriſti uſque ad paſſionem ejus anni* 30. & rurſus cap. 18. *a generatione Chriſti poſt* 30. *annum cum paſſus eſt Dominus, Paſcha celebratur.*

„ Lactantius qui Diocletiani temporibus Rhetoricen docuit Nicomediæ, ac ſenectute extrema inſtituit Criſpum Conſtantini Magni filium, in eadem eſt ſententia. Sic enim ait l. 4. Inſtitut. c. 10. *Tiberii Cæſaris anno XV. id eſt duobus Geminis Coſſ. ante diem* 10. *Calend. Apr. Judæi Chriſtum cruci affixerunt*; (& rurſus cap. 14. *ad annum* 15. *Tiberii Cæſaris, quo Chriſtus crucifixus eſt.*)

„ Euſebius Cæſarienſis Epiſcopus qui ſuum Chronicum ad Conſtantini Magni vicenalia, hoc eſt ad annum Chriſti 326. perducit, & ſub Conſtantio anno 340. obiit, ita ætatem Chriſti componit, ut eum ad paſſionem veniſſe velit, anno Tiberii (ut multi legunt) 18. vel ut reponendum cenſet Scaliger aliique anno 19. Si primum numerum admittas, ſequetur Dominum juxta Euſebii ſententiam vixiſſe annos duntaxat 31. cum tribus menſibus, aut annos 32. ſi Scaligeri opinionem ſequare, ſiquidem ex Euſebii mente natus eſt Dominus, Auguſti anno 42. cui annos omnino 56. tribuit, quam multorum deinceps Eccleſiaſticorum Scriptorum fuiſſe ſententiam, ex ſequentibus patebit, itaque annos 14. ſub Auguſto vixerit Chriſtus, & 17. vel 18. ſub Tiberio cum tribus menſibus juxta Euſebium.

„ Catalogus Epiſcoporum Romanorum Conſtantii Auguſti ætate confectus, quem ex ſchedis pervetuſtis D. de Peireſc doctiſſimi Senatoris Aquenſis citat Ant. Capellus: quemque deinceps edi curavit Bucherius cum ſuo Comm. in Victoris Canonem, ſic habet. Imperante Tiberio Cæſare paſſus eſt Dominus noſter Jeſus Chriſtus duobus Geminis Coſſ. atque adeo quod idem eſſe volunt, ut jam diximus, anno ejus circiter 30.

„ Apollinaris Laodicenus qui ſub Theodoſio obiit, ita de Chriſto, apud Hieron. in 9. c. Danielis pronuntiavit. *Triceſimo enim juxta Evangeliſtam Lucam, anno ætatis ſuæ, cœpit Dominus prædicare: & juxta Joannem Evangeliſtam per tria Paſchata, duos poſtea implevit annos.*

„ Phylaſtrius Brixienſis Epiſcopus, quem ſe apud Ambroſium Mediolani vidiſſe teſtatur Auguſtinus, initio lib. de Hæreſ. ad Quod vult Deus, & ad annum 387. vixiſſe ferunt, libro ſuo de Hæreſibus art. 58. qui eſt de Hæreſibus circa annos Chriſti, aſſerit Chriſtum ad Baptiſmum veniſſe anno ætatis 30. atque addit poſtea, uno anno docuit uſque ad Paſſionem & Reſurrectionem, ſicuti beatiſſimi tradiderunt.

„ Sanctus Epiphanius qui ad annum 403. ſub Arcadio floruit, hæreſi 51. quæ eſt Alogorum num. 28. ubi Dominum ſtatuit natum die 6. Januarii; ſic tandem concludit, ut totum ejus vitæ tempus ab ortu ad Paſſionem, uſque ad annos 32. & dies 74. colligat.

„ Chryſoſtomus qui anno 404. vivere deſiit Homil. 34. in caput 9. Joan. ubi legimus: *quinquaginta annos nondum habes*, legit *quadraginta*: quam lectionem maxime ſe probare profitetur Euthymius qui ineunte 12. floruit ſæculo, & addit *ὁ ἐγγὺς τεσσαράκοντα ἐτῶν, λεγόντων, τὸν Χριστόν*, *ut intelligi detur prope jam Chriſtum quadraginta annorum fuiſſe.*

„ Panodorus unus ex Ægypti Monachis, Hiſtoricus non ignarus accuratioris Chronologiæ, qui Archadii Imperatoris & Theophili Alexandrini Archiep. tempore floruit, ut de eo ſcripſit Georgius Syncellus, ſic rationes ſuas inſtituit, ut Chriſtum ab Incarnatione ſua annos 41. adimplere appareat, eum nempe natum vult anno mundi, ex ſuo calculo, 5493. mortuum vero anno 5533. deſinente vel 5534. ineunte, quod recte obſervat Petavius, variarum Lection. lib. 8. a vigeſimo quinto Martii facto ſcilicet anni exordio, more apud antiquos ſæpius uſurpato, & apud nonnullas nationes adhuc uſitato.

„ Severus Sulpitius qui ad annum circiter 420. floruit, lib. 2. Hiſtoriæ ſacræ, ſcribit Dominum crucifixum Fuſio Gemino, & Rubellio Gemino Coſſ. hoc eſt anno 74. Juliano & 15. imperii Tiberii, at ex eodem Sulpitio natus eſt Chriſtus Sabino & Rufino Coſſ. hoc eſt anno Juliano 42. tolle ergo 42. de 74. reliqui erunt 32. Ita ut hunc

„ conci-

„ annorum numerum iniret Chriſtus ex mente
„ Sulpitii, cum ad Paſſionam venit; adeoque ex
„ ejus ſententia vixit tantum annis 31. & menſi-
„ bus 3.
„ Ex Hymno perantiquo quem alii Ambroſio,
„ alii Sedulio tribuunt adhuc canit Eccleſia:
„ Luſtria ſex qui jam peractis,
„ Tempus implens, corporia,
„ Se volente, natus ad hoc,
„ Paſſioni deditus;
„ Agnus in crucis levatur
„ Immolandus ſtipite.
„ Luſtris autem ſex annos 30. compleri nemo
„ naſcit, quibus peractia Chriſtum immolatum ſi-
„ gnificara vult auctor hujus Hymni.
„ Neque ab hac ſentantia longius abire videtur
„ D. Hieronymua, qui anno 420. mortuus eſt,
„ cum in Epiſt. 22. quæ eſt ad Euſtochium ſic ait;
„ *Dei Filius pro noſtra ſalute hominis factus eſt Fi-*
„ *lius.... uſque ad 30. annos ignobilis, parentum*
„ *paupertate contentus eſt, verberatur & tacet,*
„ *crucifigitur & pro crucifigentibus deprecatur*; (hinc
„ eſt quod in Epiſt. 127. quæ eſt de 42. manſio-
„ nibus, cum ad manſionem 30. pervenit ita lo-
„ quitur: *Triceſima manſia* (quæ eſt in Jatbatha)
„ *bonitas interpretatur, ut cum pervenerimus ad per-*
„ *fectum virum, in Sacerdotalem gradum, & in æta-*
„ *tem plenitudinis Chriſti, in qua & Ezechiel erat*
„ *juxta fluvium Chobar, poſſimus cum David in tri-*
„ *ceſima Pſalma canere; In te Domine ſperavi, non*
„ *confundar in æternum, bonus enim Paſtor ponit ani-*
„ *mam ſuam pro ovibus ſuis.*)
„ Ac ipſe quidem Auguſtinus qui ad annum 430.
„ floruit lib. 18. de Civ. Dei cap. ult. ſic ſcribit:
„ *mortuus eſt Chriſtus duobus Geminis Coſſ.* quod
„ idem affirmat lib. 4. da Trinitat. cap. 5. verum
„ Epiſtola 80. ad Heſychium ſic ſe explicat: *A*
„ *Nativitate Domini hodie computantur anni ferme*
„ 420. *a Reſurrectione autem vel Aſcenſione ejuſdem,*
„ *anni* 390. Tolle argo 390. de 420. reliquos vi-
„ debis 30. (quos annos non præciſe, ſed circiter
„ vixiſſe Chriſtum concludendum nobis relinquit
„ Auguſtinus, unde & in lib. 22. de Civit. Dei
„ cap. 15. magis adhuc ſe aperit: *quod commemo-*
„ *ravit Apoſtolus de menſura ætatis plenitudinis Chri-*
„ *ſti.... Si de Reſurrectione corporum dictum eſt,*
„ *ſic accipiamus dictum, ut nec ultra, nec infra ju-*
„ *venilem formam reſurgant corpora mortuorum, ſed*
„ *in ætata ac robore, uſque ad quam Chriſtum hic*
„ *perveniſſe cognovimus. Circa 30. quippe annos de-*
„ *finierunt eſſe etiam ſeculi hujus doctiſſimi homines,*
„ *juventutem, quæ cum fuerit ſpatia proprio termi-*
„ *nata, inde jam hominem in detrimenta vergere*
„ *gravioris ac ſenilis ætatis, ideo non eſſe dictum in*
„ *menſuram corporis, vel in menſuram ſtaturæ, ſed*
„ *in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti.*) Ubi no-
„ ta Auguſtinum non ætatem præciſe definitam
„ Chriſto aſſignare, ſed tantum ex placito ſui ævi
„ doctiſſimorum referre, juventutem, hoc eſt æ-
„ tatem robuſtam eſſe circa 30. ut paullo plu-
„ res annos. (Sic enim legit Bungus) eamque
„ aliquo ſpatio extendi (puta ad annum 45.) ut
„ ex Varrone definit Cujacius, uſque dum homo
„ in detrimenta declinet gravioris ætatis, quam
„ graviorem ætatem ſolam a menſura ætatis ple-
„ nitudinis Chriſti excludit, ut nihil contra Augu-
„ ſtinum faciat, qui Chriſtum plures quam 30. an-
„ nos vixiſſe dicat, dummodo eum non ad uſque
„ ſenilem hanc perducat ætatem.
„ Atque adeo quid Doctor prudens & providus
„ lib. 2. de Doctr. Chriſt. cap. 28. dicat, præcipue
„ attendendum eſt; ut cum nihil certi ea de re
„ ſtatuere velit, quippe quam majori diligentia ac
„ labore indigere videbat, illud tamen per eum
„ Conſulatum quo natus eſt Dominus, & quo paſ-
„ ſus diſquirendum ſtatuit: ac quorumdam impro-
„ bans mentem qui putarent quadraginta & ſex
„ annorum ætate paſſum Dominum, quia per tot
„ annos ædificatum eſſe Templum dictum eſſet a
„ Judæis, quod imaginem Dominici Corporis ha-
„ bebat. hanc tandem nobis in hanc indaganda
„ quæſtione regulam ſequendam tradit, ut de Hi-
„ ſtoria Gentium collata cum Evangelio liquidius,
„ certiuſque putet id colligendum; videmus itaque
„ rem nondum ſatis exquiſitam tempora Auguſti-
„ ni. Immo nec pro hujus ætatis ratione, accu-
„ ratius forſan exquiri facilem, minus adhuc ex-
„ cuſſa vel Gentium, vel Judæorum Hiſtoria in iis
„ præſertim quæ ad regum mortemque Herodis
„ pertinebant.
„ Paulus Oroſius natione Hiſpanus, magni Au-
„ guſtini diſcipulus, & dignus ab eo judicatus, qui
„ ad hiſtoriam adverſus querulos & infamatores
„ nominis Chriſtiani ſcribendam animum appelle-
„ ret: quam ab exordio mundi ad annum Chriſti
„ 416. deductam, ipſi dicavit Auguſtino, Chriſtum
„ vult natum anno urbis conditæ 752. (lib. *6*. cap.
„ 22. & lib. 7. c. 3.) Auguſtum vero mortuum
„ anno U. C. *677*. anni duntaxat 15. poſt Chriſti
„ ortum. Subdit vero hoc eodem anno, poſt mor-
„ tem Auguſti Tiberium adeptum eſſe imperium,
„ ejuſque anno 15. ut antiquiores habent libri, ut-
„ que citant Paulus Middelburgenſis & Mariana,
„ vel 17. ut legunt poſteriores, Chriſtum Domi-
„ num voluntarie obtuliſſe ſe paſſioni, ibid. cap. *6*.
„ junge ergo annos dictos Auguſti ac Tiberii & 30.
„ efficies, ſi primum Tiberio aſſignatum numerum
„ ſequare, quæ his temporibus maxime vigebat
„ ſententia, vel ad ſummum 32. ſi ſecundum nu-
„ merum aſſumas. Ut hac vel illa ſaltem ætate,
„ mortuum eſſe Chriſtum promptum ſit concludere
„ ex Oroſio.
„ Petrus ob eloquentiam Chryſologus dictus, qui
„ medio quinto floruit ſæculo, ſermone 151. qui
„ eſt de Chriſti fuga ſic ait: *Chriſtus crucem ſupra*
„ 30. *annum vitæ corporalis aſcendit.*
„ Cyrillus Alexandrinus Patriarcha qui circa an-
„ num 444. paullo ante Chryſologum vivere de-
„ ſiit, in eadem fuiſſe ſententia videtur, dum il-
„ lud Iſaiæ cap. 32. explanans *diei anni mentionem*
„ *facite*, Chriſtum uno dumtaxat anno prædicatio-
„ ne functum vult, ſic enim ipſe; *mentionem faci-*
„ *te*, inquit, *dierum anni qua apparuit Chriſtus &*
„ *diſerte prædicavit civitatibus, & pagis per uni-*
„ *verſam Judæam* (& poſt, *exurgite igitur, id eſt,*
„ *evigilate, & bona ſpe animo concepta, commemo-*
„ *rate dies anni, quo, ut dicebam, facta eſt a Chri-*
„ *ſto omnium noſtrum Servatore prædicatio.*)
„ Proſperi Aquitanici viri religioſiſſimi, ut Ge-
„ laſii Papæ verbo utar, variaſſe videtur ſenten-
„ tia, ni corrupti codices, nam in Chronico ſuo
„ majore, ſive integro, quod ab Adamo ad Ro-
„ mam per Genſericum Wandalorum Regem ca-
„ ptam deducitur, cujus meminit Honorius Augu-
„ ſtodunenſis qui 12. floruit ſæculo, & ante eum
„ Scriptores temporibus Proſperi viciniores, Gen-
„ nadius & Caſſiodorus, nec non Victorius, &
„ ipſe Aquitanicus Proſperi æqualis & amicus: in
„ hoc, inquam Chronico, quod cum multi jam
„ habuiſſent & promiſiſſent, edidit tandem Philip-
„ pus Labbæus, in ſua nova Bibliotheca, ſic pag.
„ 25. legitur: Quidam putant Dominum noſtrum
„ Jeſum Chriſtum 15. anno regni Tiberii Cæſa-
„ ris, id eſt duobus Geminis Coſſ. crucifixum,
„ quo anno ſecundum indubitabilem Lucæ Evan-
„ geliſtæ auctoritatem, baptizatum eum eſſe mani-
„ feſtum

„ feſtum aſt, & Evangelium regni cælorum prædicare eœpiſſe. Secundum vero Joannis Evangelium feſtivitati Paſchæ Judæorum ter Dominum interfuiſſe agnoſcimus, ut apparaat tertium fuiſſe illud Paſcha, quod verus agnus ſuo ſanguine conſecravit, proinde Conſules quidem a manifeſtatione Domini, id eſt Rufino Gemino & Rubellio Gemino Coſſ. inchoamus: ſed tertios ab tis Conſules, Dominicæ Paſſioni adſeribimus, ſequantes, quod autoritas tradit & ratio.)

„ At in ejuſdem Chronici Codica quem habuit Bacherius, eui ſimilem fuiſſe ait Pontaco Valatenſi Epiſcopo, & P. Chiffletio Socio ſuo, longe aliter legebatur, Sic anim hunc locum refert ipſe Bacherius Commentarii ſui in Victorii Canonem Paſchalem e. 6. quam lectionem agnoſcit quoque Labbeus in additione ſua variarum Lectionum. Quidam referunt anno 18. Tiberii Jeſum Chriſtum paſſum, & argumentum hujus rei ex Evangelio aſſumunt Joannis in quo poſt 15. Tiberii Cæſaris annum, triennio Dominum prædicaſſe intelligatur, ſed quia uſitatior traditio babet Dominum 15. anno Tiberii Cæſaris &c. duobus Geminis Coſſ. eruciſixum: nos ſina præjudieio alterius opinionis ſucceſſionem ſequentium ordiemur Coſs. a ſupradictis juxta hanc traditionem.) Harum lectionum quæ verior aut poſterior fuerit, quaque genuinam Scriptoris mentem magis referat, judicet prudens Lector. Utraque certe hanc illis ſæculis traditionem viguiſſe teſtatur, ut ſuo Geminis Conſulibus Chriſtus crederetur paſſus, hoc eſt anno ætatis bujus circiter triceſimo.

„ Idem Proſper vel quivis alins autor libri de Prædictionibus, ſic quoque ſententiam ſuam expreſſit Part. 1. c. 1. propter quod & ipſum caput noſtrum 30. annorum dignatus eſt crucifigi.)

„ Victorinus Aquitanicus calculator ſcrupuloſus, ut eum Gennadius appellat in Canone ſuo Paſchali, quem ſcripſit anno 457. ſic habet; Crucifixio Chriſti Conſulibus duobus Geminis Ruſfino & Rubellio.

„ Tabula annorum Chriſti axpanſorum, quam ad frontem ejuſdem Victorii Canonis, in Codice pervetuſto reperiit Bucherius, & in ſuo Commentario edidit, annos Chriſto tribuit tantum 32. hoc eſt 31. cum menſibus tribus. Idemque ex eodem Codice qui tum P. Sirmundi erat refert Petavius l. 2. de Doct. Temp. e. 67.

„ Idacius Lemicenſis Aquiſluvlanſis in Gallecia Epiſcopus, qui labente quinto vixit ſæculo in Chronico ſuo quod axſeribere ſe profitetur collector ehronologus, Caroli Magni æqualis, apud Henr. Canif. Tom. 2. Antiqu. Lect. ſic habet eapite 34. *Ipſe Jeſus Filius Dei, ſecundum Prophetas, qui de eo fuerant prælocuti ad Paſſionem venit anno Tiberii decimoquinto.*) Qui annus apud hos autores eum anno Chriſti 30. ſemper comparatur.

„ Faſti Conſulares, ſiva quos ex Codice Fuxenſi olim dedit Pontacus, ad calcem ſui Euſebii, ſive quos ex MS. Collegii Claromontani Pariſienſis nuper edidit Labbeus, in ſua Nova Bibliotheca, Geminis Coſſ. ſic habent; His Coſſ. paſſus eſt Chriſtus, die 10. Calend. April. & reſurrexit 8. Calend. eaſdem; idque anno ejus 30. ineunte ex menta Scriptoris horum faſtorum, ſi quidem nativitatem Chriſti ponit Coſſ. Octaviano 13. & Sylvano, boc aſt anno Juliano 44. cum Gemini Coſſ. in annum Julianum 74. incurrant.

„ Caſſiodorus qui medio ſexto floruit ſæculo in ſuo Chronico Chriſtum ponit natum Lentulo & Meſſala Coſſ. hoc eſt anno Juliano 43. labente: ajus vero mortem aſſignat Coſſ. Tiberio Cæſare V**. hoc eſt imperii ejuſdem Tiberii 18. ſive anno Juliano 76. ineunte. Tolle ergo 43. de 76. reperies 33. ita ut triceſimum tertium annum tantum iniret Chriſtus ex menta Caſſiodori, cum crucis aſcendit patibulum.

„ Jornandes ſive Jordanus, ut eum Sigebertus appellat, ax Gothorum notario factus Ravennæ Epiſcopus qui circa annum 550. maxime floruit: libro de regnorum ſucceſſionibus c. 66. & ſeq. Auguſtum ait regnaſſe annos 56. ejuſque imperii anno 42. Chriſtum natum; quattuordecimque poſtea Auguſtum annos regnaſſe, ac tandem anno Tiberii ſucceſſoris ejus 18. Chriſtum ſub Pontio Pilato carna paſſum. Junge ergo 14. ad 18. efficies 32. quos inibat Chriſtus ex mente Jornandis cum paſſus eſt.

„ Atqua idem fere calculus Iſidori Hiſpalenſis Epiſcopi (qui ad annum 636. vixit) in Chronici ſui ætate 6. nec non Adonis Viennenſis Epiſcopi, qui ad annum 879. Chronicon ſuum perduxit: Reginonis Abbatis Prumienſis, cujus Chronicon ad annum 967. perducitur: Lamberti Schafnaburgenſis qui Hiſtoriam ab orbe condito ad annum 1077. ſcripſit.

„ Chronicon Alexandrinum, quod ſeptimo ſæculo exaratum eſſe ex eo apparet quod ad 26. Heraclii annum pervenit, hoc eſt iſtius ſæculi circiter 36. ſic ab antiquorum omnium mente receſſit, ut primum, quod ſciam, annorum Chriſti 33. & menſium 3. diſerte meminerit, ſic enim ait: Verſatus eſt nobiſcum in terris, & morborum languorumque omnis generis mala euravit, annos 33. & menſes 3. quarto vero anno comprehenſus, & in crucem ſublatus 23. Martii die Lunæ 14. cum eſſet paraſceve.)

„ Sanctus Maximus Martyr qui computum Ecclesiaſticum, eodem fere tempore, Heraclii nempe anno 31. inſtituebat, in eadem cum Chronico Alexandrino ſententia fuit, cum Parte 1. cap. 34. ſcripſit Chriſtum in carne vixiſſe annos 33. & dies 89. quot ſcilicet dies fluxerunt ab 25. Decembris ad 23. Martii, utroqua tarmino in ſumma comprehenſo.

„ Hiſtoria Miſcella ſive a Paullo Aquilejenſi Diacono, octavo labente ſæculo, Caroli Magni tempore, ſive a Joanne Romanæ Sedis Archidiacono, ſub ejus filio Ludovieo Pio, ac nepote Carolo Calvo ſeripta, lib. 7. eap. 19. & ſequ. ſic calculos ſuos inſtituit, ut velit Auguſtum regnaſſe annos 56. ejuſque anno 42. Chriſtum natum, ac eumdem Tiberii anno 17. cruci affixum, ita ut ex ejus rationihus annum tantum 31. iniret Chriſtus, eum voluntarie ſe obtulit paſſioni.

„ D. Bernardus qui ad annum 1153. floruit ſermon. 2. in hæc Apoſtoli verba, *Non eſt regnum Dei eſca & potus;* de Chriſto ita loquitur: *Triginta annis operatus eſt ſalutem in medio terræ, affixus cruci, addictus morti, ludibriis deputatus;* & ſermon. 1. de circumciſ. *Salvator noſter, & circumcidi octavo die, & poſt annum 30. dignatus eſt crucifigi.*) Ar ſerm. in feria 4. Hebdomadæ ſanctæ, nac non ſerm. 2. in Pentec. ſic ait: *Triginta & tribus annis ſuper terram viſus, & cum hominibus converſatus;*) ni ſotta illud vocabulum (*tribus*) putes additum, eum nihil tale in locis ex eodem antea adductis habeatur.

„ Godefridus Viterbienſis Presbyter, & a ſacris ſeriniis Imp. Conradi III. & Friderici I. ejuſque filii Henrici IV. Capellanus, qui duodecimo cadente ſæculo floruit; Chronici ſui Parta 15.

„ ſic

„ ſic annos digerit, ut dicat Auguſtum aono ab In-
„ carnatione 15. murtuum, & Chriſtum annn Ti-
„ berii tertin & duodecimo, hoc eſt 15. crucifi-
„ xum, ita ut annos Chriſtn tantum 30. tribuere
„ videatur.
„ Petrus natione Lombardus, Pariſienſis Epiſco-
„ pus, vulgn Magiſter Sententiarum dictus, qui an-
„ nn 1164. vitam finiit, lib. 4. d. 44. c. 1. ſic ait:
„ *Trigima duorum annorum & trium menſium erat*
„ *ætas Chriſti in qua mortuus eſt ac reſurrexit*. Qua
„ in ſententia fuit quoque Petrus Comeſtor Eccleſiæ
„ Pariſienſis Cancellarius, ac poſtea Cannnicus Re-
„ gularis apud ſanctum Victor. ubi nbiit circa an-
„ num 1198.
„ Nec etiam nmitteodum ioter Judæos traditinnem
„ fuiſſe, quæ ut refert enrum Cabala, doceret Chri-
„ ſtum oatum annos 36. cruci affixum.
„ Verum ſuperſedeo plura referre, cui enim hæc
„ non ſufficieot, ut videat quam parum cum Beda
„ coolpiret antiquitas, quid ſufficere pnſſit ignoro;
„ unde etiam Petavius (lib. 12. de Doctr. Temp.)
„ Bedam non veretur carpere, quod decretum illud
„ Ecclaſiæ perperam affixerit, quæ, ut ejuſdem ver-
„ bis ntar, ad illas tricas & minutias judicium non
„ interponit ſuum; certe oec ullum alicujus Conci-
„ lii Decretum habuit Beda, oec ſanctnrum Patrum
„ conſenſionem, ut quaſi autoritate Eccleſiæ hanc
„ urgeret ſententiam.
„ Cum ergn hoc liberum oobis relinquat Eccleſia,
„ & antiqunrum alios alin prorſus abiiſſe videamus,
„ ut quidam 40. vel 50. alii 46. plurimi 30. vel 31.
„ alii 32. alii 33. alii 34. alii prnpe 40. alii 41. alii
„ 36. annos Chriſtum vixiſſe npinati ſint: quid ſu-
„ pereſt niſi ut in re perobſcura quidem, at adbuc
„ integra idem oobis, atqua illis rimari ſas eſſe coo-
„ cedatur?
„ Et vero ſi ab antiquitate ſtandum ſit, vel cum
„ primis illis quos memorabat Irenæus, diſcipulis
„ ſentiendum eſt, vel iis potiſſimum Dnctoribus ad-
„ hærendum qui & Chriſtum annos 30. vixiſſe, &
„ eum uno dumtaxat anno prædicaſſe opinati ſunt,
„ quorum multo major oumerus, ac omnium fere
„ qui nmnigena doctrina, temporumque etiam oo-
„ titia præ aliis celebrantur, at ſi hujus ſententiæ
„ merito oulla a poſterinribus ſæculis habita eſt ra-
„ tin, quod plus uno annn prædicaſſe Chriſtum tam
„ certum ſit quam Evangeliſtas vera ſcripſiſſe, ex
„ quibus tria ſaltem Paſchata colliguntur, ut dixit
„ Petavius, unnm nobis reliquum eſſe videtur, ut
„ ad aotiquinrum illnrum qui Apoſtnlos viderant &
„ audierant, placitum potius accedamus, qui non
„ leviter aut aliud agentes, ſed conſtanter teſtati
„ ſunt quod Chriſtus ad ætatem vergeret maturio-
„ rem cum doceret, ac ne liberior adhuc nobis ſnr-
„ te detur aberrandi occaſio, quaodn quidem illi
„ nihil certo definieruot, enrum autoritati ratio-
„ nem adjungamus, ut aliunde etiam quæſitis argu-
„ mentis, tnta res liquidius diligentiuſque calliga-
„ tur. Id autem qui melius aut certius effici poſ-
„ ſit, quam hiſtnrica autoritate, cui tantopere in-
„ hærendum cenſebat Auguſtinus, & Lunari ratio-
„ ne ac prophetica veritate quibus antea uſus ſum,
„ nec dum ego video.

„ *Refellitur eorum perſuaſio qui nihil ex Aſtronomi-*
„ *ca ratione in annis Chriſti inveſtigandis erui*
„ *poſſe contendunt.*

„ *An & quando Judæi menſibus Lunaribus uſi ſint.*

„ VErum, inquiunt, valde decepti ſunt illi qui
„ ex Aſtronnmia Paſcha Judæorum, ex eo-
„ que aonum Paſſionis Chriſti pntant poſſe determi-
„ nare: Cum, ut demus Judæos menſibus Luna-
„ ribus uſos, Lunæ mntus, præ reliquorum Plaoe-
„ tarum mntibus ſit iotricatus, nec ipſi Aſtrono-
„ mi inter ſe ennſentiant, aut illæ quas ſuæ artis
„ cnnficiunt Tabulæ, prorſus cnngruentes ſint.
„ Hujus rationis vis quanta ſit, vel ex eo licet
„ animadvertere, quod ii ipſi qui Aſtronomiam
„ criminantur Aſtronomicis tamen ratinoibus utan-
„ tur ſæpius, io annis vel mortis ac Nativitatia
„ Chriſti, vel aliis etiam inveſtigandis. Sane quæ
„ hic adhibentur Tabulæ Mathematicæ; duplicis
„ tantum ſunt generis, aut enim illæ feriis inda-
„ gandis idoneæ ſunt aut Lunæ ratincinia demon-
„ ſtrant. At illas quibus annnrum feriæ iovesti-
„ gaotur, eſſe omnes inter ſe pares ac certas, ne-
„ mo eſt qui ambigat, aden ut æqua facili nego-
„ tin ſciri poſſit utrum æræ Chriſtianæ 33. aut 34.
„ dies 25. Mártii, puta in feriam ſaxtam incide-
„ rit, quam idem de annis 1663. & 1664. reperire.
„ Ad Lunares numeros quod ſpectat, de Novi-
„ Luniis, Pleni-Luniiſque perexigua eſt Tabular.
„ Mathematicarum inter ſe varietas, eaque fere io
„ tertiis & ſequentibus minutiis: quæ tanti non
„ eſt, etiam ubi major apparet, ut ſpatio anno-
„ rum mille, unius horæ differentiam pariat, quod
„ ut nculis ſubiiciatur, præcipuorum Aſtronomo-
„ rum ſententias colligam, qui medias congreſſio-
„ nes luminarium, quibus menſes civiles Lunares
„ definiuntur, ita conſtituerunt.

	Dies	Hor.	Min.	Sec.	Tar.	Quart.	Quint.	Sextæ.
Hipparchus	29	12	44	3	20	0	0	0
Ptolemæus	29	12	44	3	20	0	0	0
Alphnnlus	29	12	44	3	2	58	51	22
Coperoicus	29	12	44	3	10	38	9	20
Tabulæ Prutenicæ	29	12	44	3	10	38	9	20
Tycho Brabe	29	12	44	3	8	39	46	48
Tabulæ Pariſienſes	29	12	44	3	11	0	0	0
Hevelius	29	12	44	3	11		0	0

„ Pergunt illi, hæc equidem receptiſſima eſt me-
„ dii motus communis meoſura: at io ſubtilinri Aſtro-
„ nomia longe aliter ſe res habet, cum ex Apo-
„ gæis & Perigæis, ſive majori, mioorique ambo-
„ rum lumioarium a terra diſtantia, magna inter
„ lunares menſes differentia ſæpius oriatur.

„ So-

„ Solem equidem in Apogæo ſuo cum ad Tro-
„ picum Cancri accedit, tardius quodammodo,
„ reſpectu ooſtri, moveri, quod majorem arcum
„ habeat deſcribendum, ut cum vulgo loquar; ne-
„ mo eſt qui ambigere poſſit, unde conſequens eſt
„ ut Luna eum citius aſſequatur, præſertim ſi ipſa
„ in ſuo Perigæo, & in minori a nobis diſtantia
„ ſit: atque adeo menſes Syoodici neceſſario ſint
„ breviores, quod contra omnino fieri neceſſe eſt
„ cum Sol ad Capricornum accedit, inque Perigæo
„ ſuo propius terras abeſt, hinc eſt, ut ex Sele-
„ nographia Hevelii colligere poſſis, quod
„

		Dier.	Horar.	Min.
„ Sol Perigæus & Luna Apogæa	Menſem dant.	29	19	37
„ Sol Apogæua & Luna Perigæa		29	6	42
„ Ambo luminaria Apogæa		29	15	7
„ Ambo Perigæa		29	10	24

„
„ At primo obſervandum eſt, quod præſentem
„ ad quæſtionem ſpectat nos de Solis Apogæo ac
„ Perigæo valde ſecuros eſſe, ſiquidem de menſe
„ Paſchali, ſive de eo cujus Pleni-Lunium primum
„ ab ingreſſu Solis in Arietem, præcipue agimus,
„ ut Luna tum cum Sole idem fere ſemper ſignum
„ percorrente ſit comparanda. Atque adeo, quæ-
„ cumque tandem differentia in illo Paſchali men-
„ ſe Lunari dari poſſit, ea fere ex ipſius Lunæ mo-
„ tu proprio, Apogæiſque & Perigæia ejuſdem ſo-
„ lummodo debet deprehendi.
„ Secundo obſervandum eſt differentiam illam
„ quæ reperitur inter longiorem menſem quem
„ Luna in Apogæo ſuo deſcribit, & breviorem
„ quem in Perigæo, reſpectu ejuſdem ſitus Solis,
„ vix horas 9. ſuperare, ut ex Hevelii calculo in-
„ telligi datur. Ita ut dimidiatus menſis, quem
„ Luna a conjunctione ad oppoſitionem percurrit,
„ mediam partem ſimilis alicujus menſis, in dicta
„ hypotheſi non totis quinque horis ſuperare va-
„ leat, quæ diſcrepantia tanti non eſt, ut Pleni-Lu-
„ nium vel uno die ſerius, ab ipſa nempe conjun-
„ ctione luminum in aliquo menſe Paſchali, quam
„ in alio numerari accidat: Immo nec uno etiam
„ die tardius in medio menſe communi, quam in
„ vero Aſtronomico, atque adeo in diſquirenda Paſ-
„ chatis ratione, hæc differentia vix ullius mo-
„ menti reputanda eſt.
„ Verum ne cuiquam adhuc aliquis in hoc ge-
„ nere ſuperſit ſcrupulus, laterculum Novi-Lunio-
„ rum ac Pleni-Luniorum, non ſolum mediorum,
„ ſed etiam verorum primi menſis horum quinque
„ annorum quos in controverſiam cadere poſſe
„ jam diximus, ſubiiciam, ex Paulo Middelbur-
„ genſi Foroſemprontenſi Epiſcopo depromptum, &
„ ab eodem ad meridianum Hieroſolymitanum ac-
„ commodatum, in quo nos horas & ſcrupula poſt
„ mediam noctem ſumemus.

Anni Æræ Chriſtianæ.	Novi-Lunia.	Die.	Hora.	Fer.
Anno 31. Cyclo Solis 11. Lunæ 13. Littera Dom. G.	Medium Martii.	12	7 51' 12"	2
	Verum Martii.	12	3 23	2
Anno 32. Cyclo Solis 13 Lunæ 14. Littera F. E.	Medium Martii.	30	5 23 51	1
	Verum Martii.	30	0	1
Anno 33. Cyclo Solis 14. Lunæ 15. Littera D.	Medium Martii.	19	14 12 28	5
	Verum Martii.	19	14 31 0	5
Anno 34. Cyclo Solis 15. Lunæ 16. Littera C.	Medium Martii.	8	23 1 5	2
	Verum Martii.	9	7 21 0	2
Anno 35. Cyclo Solis 16. Lunæ 17. Littera B.	Medium Martii.	28	20 23 0	1
	Verum Martii.	28	7 57 0	2
Anno 31. Cyclo Solis 12. Lunæ 13. Littera Dom. G.	Medium Martii.	27	2 13' 14"	3
	Verum Martii.	27	1 5 0	3
Anoo 32. Cyclo Solis 13. Lunæ 14. Littera F. E.	Medium Aprilis.	13	23 45 53	1
	Verum Aprilis.	14	0 0 51	1
Anno 33. Cyclo Solis 14. Lunæ 15. Littera D.	Medium Aprilis.	3	8 34 30	6
	Verum Aprilis.	3	18 59	6
Anno 34. Cyclo Solis 15. Lunæ 16. Littera C.	Medium Martii.	23	17 23 7	3
	Verum Martii.	23	16 59 0	3
Anno 35. Cyclo Solis 15. Lunæ 16. Littera B.	Medium Aprilis.	11	14 55 0	[illegible]
	Verum Aprilis.	12	0 11 0	

„ Quam parum ergo verus motus, io uno eodemque menſe a medio diſcrepet, quivis ex hoc iotelligere poteſt.

„ Quod autem in dubium revocant, utrum Judæi menſibus Lunaribus uſi ſint: id quidem locum habere poſſet, ſi de priſcis illis Judæia quis anta captivitatem ſuere, diſputaremus. Ar cum de poſterioribus illis ſermo ſit, qui Chriſti ſæculo vixeruur, de eo qui dubitari poſſit noo video. Habemus enim graviſſima Joſephi, Philoniſque hac de re teſtimonia. Nam Joſeph. lib. 3. Antiquit. cap. 10. de Paſchæ inſtitutione agens ita loquitur. *Menſe Xanticho, qui apud nos eſt Niſan, & anni caput eſt, Luna 14. Sole in Arietem ingreſſo, Paſcha quotannis inſtaurare lege jubemur.* (Et Philo de vita Moſis lib. 3. ſub finem: *hoc ipſo menſe circa 14. diem, cum plenus jam orbis Lunæ futurus eſſet, celebratur migrationis publica feſtivitas, Paſcha Chaldaice dicta.*)

„ Quam conſuetudinem etſi Joſephus ad Legem, hoc eſt ad Moſem ipſum revocare videatur, de hoc tamen meliori jure apud Doctos dubitatur, cum in Lege nihil omnino de Luna dictum ſit: ait enim Exodi 12. 2. *Menſis iſte principium menſium, primus erit in menſibus anni.* (Et mox verſu 6. *Servabitis eum* (agnum) *ad 14. diem menſis hujus.*) ubi nihil prorſus exprimitur de Luna. Unde Keplerus in Eclogia Chronolog. vero ſimillimum putat Judæos ante captivitatem, annum menſeſque ſecundum Lunam minime ſupputaſſe, ſe, ſed tantum poſt Perſarum Monarchiam ſub Macedonibus, cum Alexander capta Babylone, eclipſes a 400. annis aonotatas invenit; unda Calippus & poſtea Hipparchus Lunaris aoni rationem, eo uſque etiam apud Græcos confuſam, correxerunt,

„ *Antiquitus receptum Chriſtum vigeſima quinta Martii paſſum. Toſtatum quod aliter ſentiret, judicio poſtulatum ac damnatum, unde tandem illa perantiqua perſuaſio nata eſſe videatur.*

„ Atque ut ingenue fatear ad diem illum 25. Martii Paſſioni adſcribendum, quod ſpectar, non ſolius Bedæ ſed multorum antiquorum opinio conſenſit. Sic enim Tertullianus libro contra Judæos: *Paſſio perfecta eſt Tiberio Cæſare, Coſſ. Rubellio Gemino, & Ruffio Gemino, menſe Martio temporibus Paſchæ, die 8. Calend. Aprilis.* Sic alii paſſim & ipſemet Auguſtinus multis locis, ut lib. 10. de Civitate cap. ult. Mortuus eſt ergo Chriſtus Geminis Coſs. 8. Calend. Aprilis,) & libro 4. de Trinitate cap. 5. Octavo Calend. Aprilis conceptus creditur quo & paſſus..... natus autem traditur 8. Calend. Januarii;) ubi animadvertendum eſt, id quod de Traditione & Eccleſiæ authoritate ibidem præmiſerat ſanctus Doctor, ad conceptionem & nativitatem pertinere, non ad Paſſionem. Id enim ſolum hoc in loco ſibi ſumit probandum perfectionem corporis Domini *9.* menſibus & *6.* diebus ad partum perductam, ſicut a majoribus traditum, inquit, ſuſcipiens Eccleſiæ cuſtodit autoritas, quod ut ſtet ſufficit Chriſtum 25. Martii conceptum, & 25. Decembris natum; ſiquidem menſes quos hic intelligit, triceni dies complent, qualem veteres obſervarunt, ut ibidem ait cap. 4. & nos ſupra docuimus. Ergo quod addit *quo & paſſus*, quaſi ex occaſione dixit; ut receptam opinionem tueretur, non ut autoritatem Eccleſiæ in hoc quoque apponeret, & certe quamvis hæc opinio paſſim fuerit recepta, non defuere tamen antiqui qui ab hac recederent ut poſtea declarabitur, & vel ex Cypriani Opuſculo cui titulus, de Paſcha computus, quod inveorum Rhemis, Sirmondus olim ad Bucherium miſerat, apparet: ex quo id legas, apud Vendelinum: Dominus Jeſus manducavit paſcha 7. Idus Aprilis 5. feria, & paſſus eſt altera die, 6. feria, &c.

„ Verum tamen doctiſſimi Toſtati Abulenſis Epiſcopi tempore, in hominum ingeniis adeo infixa permanſerat hæc opinio de Chriſti morte 25. Martii aſſignanda & de annis ejus triginta & tribus completis, ut etiam ipſe cum Senis in Etruria, ubi Romani Pontificis Eugenii IV. curia tum erat, inter capita quæ adhuc juvenis diſputanda de more propoſuerat, edidiſſet, Chriſtum 25. die Martii non eſſe mortuum, ſed 3. Aprilis, idque anno ætatis ſuæ 33. non completo, ſed ineunte, vulgaris nempe rationem æræ inibat Toſtatus, multorum animos, quaſi veterum autoritatem contemneret, commoverit, a quibus de religione vehementer cœpit agitari. Inſtabat potiſſimum Joannes Turrecremata, ex Dominicano Ordine Cardinalis, qui prius non deſtitit quam datis judicibus, Toſtatus poſtulatus ſit atque damnatus.

„ Accuſatus ipſe ſtatim ſchedulam, ut vocat, obtulerat ſummo Pontifici, quæ adhuc extat in fine primæ Partis defenſorii ſui, qua quidem ſe correptioni Pontificis, & ſanctæ Eccleſiæ humiliter ſubmittit; neque ſe veritati, neque melius ſentientium autoritati præjudicare velle aſſeverans, ſed optare ut omnia ſalva pace fidei, & veritatis dicta ſint. Anno poſtea 1443. jubente Cardinale a ſancto Angelo, qui ſanctæ Sedis Apoſtolicæ in Ungaria legatus, fortiter pugnans contra Turcas occubuit, longiſſimam hac de re ſcripſit Apologiam Defenſorii nomine, cujus in ſecunda Parte ſententiam hanc ſuam ab adverſariorum calumnia copioſiſſime tuetur. Narrat vero cap. 10. diebus ſuis & prius in curiis duorum ſummorum Pontificum quæſtionem hanc fuiſſe agitatam, introductoſque Aſtronomos necnon Judæos qui affirmavere, fieri non potuiſſe ut tali die 25. Martii, Chriſtus moreretur, tum quod viæ aſtrologiæ repugnaret, hac die in illis annis, Lunam dari 15. tum quod Judaicarum ſolemnitatum terminis non minus adverſaretur.

„ Quod autem ante ſua tempora quæſtionem hanc coram ſummo Pontifice jam dicit agitatam; nondum, ut ingenue fatear, ad quem Pontificem id referri velit, mihi compertum eſt. Sane in media etiam antiquitate repertos plures, qui Bedæ opinioni contradicerent nemo neſcit. Sic Rogerius Baccon Franciſcanus, S. Bonaventuræ æqualis, in Epiſtola ad Clementem IV. Papam ſcripſit, Dominus paſſus eſt anno triceſimo tertio ab ejus Incarnatione, hoc eſt anno 32. juxta veram ejus ætatem. Sic Paulus Burgenſis Epiſcopus, ac olim profeſſione Judæus, qui ſub annum 1400. floruit, in ea opinione fuit, ut Chriſtum mortuum crederet anno ætatis 32. completo, & 33. inchoato: nempe ejus mortem anno æræ noſtræ vulgaris 33. ut jam ſupra notavi, aſſignans: idque ex Lunari calculo quem dixit ſe perfeciſſe cum Hebræorum peritis. Sic Joannes de Muris, ut refert Epiſcopus Foroſempronienſis, ſcriptum reliquit: Fuerunt dies vitæ Chriſti anni 31. & dies centum) Quibus & alios addere poſſis ex iis quos ſupra retuli, ſed nunc ad Toſtatum. Ille in proœmio ſui operis de adverſariis ſic conqueritur:

„ *Cum ergo multorum dierum ſuper iis* (propoſitionibus) *laborioſas operas perdidiſſent, quod ſatis ſibi ipſis ad ignominiam cedere arbitrabantur, ac nihil omnino feciſſe putarentur, eas præſumptioſas & ſuperbas vocaverunt. Falſas tamen dicere eas nequaquam auſi ſunt; cum per multos dies ante, plurimi æmulorum eas erroneas & hæreticas apertiſſime teſtarentur.* Nimirum adverſus veritatem, nec vim nec locum habet ulla aut temporis præſcriptio, aut hominum præjudicia. Cunctandi tamen adhuc poſtea, hujus ſæculi doctis hominibus, tam atrox de doctiſſimo Juvene judicium cauſa fuit, qui difficulter & timide ab hoc opinionis commento avulſi ſunt, donec efferentibus ſeſe hominum ingeniis, ait Petavius, ac majori doctrinarum omnium luce perfuſis, vetus illa ſic tandem exolevit perſuaſio, paucos ut hac ætate patronos ac defenſores habeat.

„ Unde autem fieri potuerit ut hæc perſuaſio quod Chriſtus 25. Martii mortuus ſit, tamdiu hominum mentibus hæſerit, difficile prorſus eſt inveſtigare, cum qui hanc rationem inire voluerunt, ut & Lunam 15. & feriam *6.* illi diei adaptarent, in portentum illud opinionis quod ſupra notavimus abierint, ut Dionyſium totis annis 22. natalem Chriſti tardius poſuiſſe dicerent. Quare res aliter indaganda.

„ At mihi quidem in mentem venit (in obſcuris enim, conjecturæ locus) id non tam ab vero mortis tempore, quam a primo Paſchate quod Chriſtiani celebrarunt, anno ſequenti hoc eſt, Juliano *79.* æræ noſtræ 34. eſſe revocandum. Nam cum diſcipuli his primis annis nullam habere potuerint aliam temporum rationem, quam quæ apud Judæos erat uſurpata, ut ex jam dictis ſatis intelligi datur: promptum eſt ſuſpicari eos hoc anno primam mortis Chriſti memoriam peregiſſe quo die Judæi ſuum Paſcha celebravere; nempe 14. Luna quæ eo anno in 23. Martii noſtri & feriam 3. incidebat, ut ſupra demonſtravimus; ſicut etiam die poſt tertio, hoc eſt 25. Martii, Reſurrectionis Chriſti anniverſaria recordatione lætati ſint, quæ eo altius eorum infixa eſt mentibus, quod eodem die quo illa, hoc anno incurrebat, ipſum recolerent in Virginis utero incarnatum. Idque ut mihi perſuadeam facit etiam mos antiquus, qui adhuc in quibuſdam viget Eccleſiis, ut Annotinum Paſchæ, quod vocant ſingulis annis celebrent; hoc eſt ejus memoriam agant, quo die anno præcedente ipſa feſtivitas acciderat.

„ Hoc ergo primum ſanctæ Reſurrectionis Paſcha, quod quanto minori apparatu, tanto majori certe devotione ab Eccleſia naſcente Hieroſolymis eſt celebratum. Hinc illa, ut videtur, percrebuit hujus diei celebritas apud poſteros, qui tandem ſucceſſu temporis, poſt rerum Judaicarum ſubverſionem novam temporum, annorum, regnorum, inſtitutam rationem, rebus omnibus turbatis, deletis atque mutatis, cum quo preciſe anno Chriſtus paſſus eſſet jam ignorarent, tenuis tamen adhuc alluceret hujus diei 25. Martii memoria, hunc ad ipſummet Paſſionis tempus referendum opinati ſunt, cum potius ad primum Chriſtianorum Paſcha referendum fuiſſe videatur, & alii Chriſti mortis diem, alii reſurrectionis eum eſſe minus ſcrupuloſe dixere. Nempe ut una fuit oblatio quæ die paraſceves eſt incœpta, & die reſurrectionis completa, ita illud omne ſpatium quaſi unus dies eſt reputatum, ſicut unum eſt peractum ſacrificium. Hinc Tertullianus eorum qui hac die Chriſti mortem ſignarunt, certe princeps, ſi non etiam primus, non dixit, loco ſupra laudato; actam, ſed perfectam 8. Calend. Aprilis Paſſionem, hoc eſt oblationem hac die abſolutam, unde etiam lib. de Baptiſmo cap. 19. ita loquitur. *Diem Baptiſmo ſolemniorem Paſcha præſtat, cum & Paſſio Domini in qua tingimur adimpleta eſt.* Hinc ipſemet Auguſtinus, qui, ut ſupra diximus Paſſionem aliquando 8. Cal. April. illigat, ſermone tamen 18. de tempore dixit qua die conceptus in utero Virginis, in ipſa reſurrexit a mortuis, cum gloria Paſſionis, nempe 25. Martis, huic diei jam reſurrectionem accommodans, cum qua alias componit Paſſionem. Quin idem Doctor dies 50. quæ Paſcha & Pentecoſten interſunt, ab ipſamet Paſſione æque ac Reſurrectione interdum dinumerat, ut cum lib. de Spiritu & Litt. cap. 16. ait: Ab occiſione & reſurrectione illius quinquaginta diebus completis, congregatos in unum fideles, Spiritus ſanctus implevit: diem occiſionis & reſurrectionis manifeſte pro uno reputans. Quod idem innuit Autor Hiſtoriæ Scholaſticæ his verſibus, qui multis aliter iſta accipientibus negotium faceſſunt.

„ *Salve ſancta dies quæ vulnera noſtra coerces,*
„ *Angelus eſt miſſus, eſt paſſus in Cruce Chriſtus.*
„ *Eſt Adam factus, & eodem tempore lapſus.*
„ *Corpora Sanctorum cum Chriſto multa reſurgunt.*

„ Nec parum huic noſtræ conjecturæ fidem adſtruit, quod Græci computiſtæ, ut Maximus Martyr Chronicon Alexandrinum, Georgius Syncellus, Cedrenus, & alii complures, Chriſtum non jam 25. ſed 23. Martii paſſum conſtanter aſſeruerunt. Verum ex illis multi cum hæc tria in eumdem concurriſſe diem arbitrati ſunt 23. Martii feriam *6.* & lunam 15. in aliud commentum longe diverſum ab eo quo quorumdam Latinorum ſupra referebamus abierunt, ut mortem Chriſti cum anno communis æræ 42. illigarent, ac Nativitatem ei anno qui cum ejuſdem æræ 8. vel *9.* comparatur, inepte prorſus attribuerent; adeo certum eſt unam ineundæ veritatis eſſe viam, a qua ſi ſemel receſſeris, hinc inde longius aberres neceſſe eſt.

„ Atque hæc ego cum jam ſcripſiſſem, incidi ſorte in gnomonem orthodoxam temporum ſacrorum Gottifredi Vendelini, autoritate Tornacenſis Epiſcopi anno *1659.* Tornaci editam, in qua conjecturam hanc noſtram non leviter fulciri gaviſus ſum, hujus verba non pigebit adſcribere, ut hanc quam ſequor opinionem, non mei ſolius eſſe magis appareat: Neque tamen, inquit, extra lineam aberrarunt Eccleſiæ ſancti Patres qui vel paſſionem, vel reſurrectionem in octavum Calend. Aprilis, hoc eſt diem 25. Martii retulerunt. Apoſtoli enim cum Paſſionis memoriam anniverſario cultu vellent repræſentari a fidelibus, primum Paſcha nacti ſunt, quod Hieroſolymis celebratum fuit die 25. Martii feria 5. quem diem Chronicon Alexandrinum vocat primum Paſcha Apoſtolicum, quod quia primum fuit, jamque infinita multitudo Gentilium etiam Romanorum Chriſto nomen dederat, quibus Calendarium ſolare fixum, non illud Lunare Judaicum ac vagum, toto ferme orbe Chriſtiano uſurpabatur; retentus eſt Paſchalis Apoſtolici primus ſtatus dies, ad Octavum Calendas Martias; unde ultro etiam agnoſcimus, quoniam illud Paſcha fuit Apoſtolicum primum, neceſſario ſuperioris anni Paſcha Judaicum incidiſſe in tertiam diem Aprilis, diemque quartum Aprilis fuiſſe 15. Niſan, & Chriſtum re-

„ ſurre-

„ ſurrexiſſe die 5. Aprilis, quod omnino noſtræ congruit rationi.

„ *Unde factum ut antiquorum plurimi Chriſtum anno vitæ circiter 30 paſſum opinati ſint. Qua via vera Chriſti ætas indaganda. Quatenus æra vulgari inhærendum.*

„ QUin ex eodem quoque fonte partim manaſſe arbitror, ut illa de anno Chriſti mortis apud antiquos invaluerit opinio, quæ eam anno 15. Tiberii & Geminis Coſſ. aſſignaret, hoc eſt, anno æræ qua jam utimur 29. ut ex Tabula ſupea exhibita perſpici poteſt. Circumſerebantur enim, ut refert Epiphanius, Hær. 50. §. 1. quædam etiam acta Pilati in quibus arat ſcriptum, Chriſtum 8. Calend. April. paſſum.) Quare illi Patres antiquiores cum Solis, Lunæque ratiocinia minus comperta baberent, atque adeo feriarum potius quam Lunarum rationes inirent, ſatis eſſe arbitrati ſunt ſi ſuo litterarum Dominicalium Cyclo retrorſum acto in annum inquirerent, quo feria 6. die Martii 25. accideret, quem non alium repererunt quam Julianum 74. boc eſt dictum æræ noſtræ 29. imperii Tiberii 15. quo duo Gamini Conſulatum geſſere, fuitque littera Dominicalis B. quæ feriam 6. in littera G. atque in 25. Martii indicaret in noſtro Calendario.

„ Sed accedebat præterea, quod cum Propheta Chriſtum eſſe miſſum dixerit ut prædicaret annum acceptabilem Domino, illi concludendum inde arbitrarentur, non plures ajus miniſterio adſcribendos, atque adeo cum Lucas innuat Chriſtum quaſi 30. annorum ſuiſſe cum ad ſacrum Lavacrum acceſſit, ſic illi hæc componebant, ut eodem circiter anno & baptizatum dicerent & caucifixum, quod quam a veritate alienum ſit, jam ſupra demonſtravimus.

„ At ſaltem (nam id dicet aliquis) Lucæ epocham accurate Patres tenuerunt de baptiſmo Chriſti ætatis anno 30. aſſignando, quæ minus a nobis ſervata videri poteſt, dum illud ἐτῶν, quaſi ad tres annos axtendimus.

„ At ſi hoc abhorret a Lucæ epocha, non minus certe abhorrebat Tertullianus, & ſi aliter libro 1. contra Marcionem cap. 13. quod opus vere Catholicus ſcripſit, cum enim Chriſtum iis quos dixi Conſulibus & anno Tiberii 15., mortuum crederet, ut ſupra vidimus, cumque tamen per tres annos in Evangelio prædicaſſe cerneret, hoc in libro clarificatum ipſum ſiva baptizarum dixit anno Tiberii 12. ſane apud antiquos lavacrum hoc illuminatio dicebatur, ut nos docet Juſtinus Martyr Apolog. 2. quod eorum qui id ſuſciperent mentes illuminarentur. Putavit ergo Tertullianus triannii libertatem permittere illud ἐτῶν : quo ſemel admiſſo, tam licebit nobis hunc numerum triceſimo addere quam Tertulliano eumdam detrahere. Quod multis etiam exemplis ac rationibus ſupra firmavimus.

„ Inſtant illi extare hac de re Concilii Neocæſarienſis in Palæſtina anno 314. habiti decretum in hæc verba, Can. 11. *Presbyter ante annos 30. non ordinetur, etiam ſi fuerit homo valde dignus, ſed reſervetur. Dominus enim Jeſus Chriſtus in anno trigeſimo & baptizatus eſt, & cœpit docere.*

„ Verum ex eo jure cuiquam invidia moveri poſſet, ſi quis ad Tertulliani, puta, aut ſimilem ſententiam delaberetur ut de illis annis 30. aliquid tolli vellet, at cum hujus Concilii Decreti via in eo ſit, ut nolit Presbyterum ante annos 30. ordinari, quod citius Chriſtum docuiſſe probari non poſſit : injuriam certe non faciet Concilio, qui dicet probabile aſſe, ne eum quidam ante triceſimum & tertium annum miniſterio ſuo functum. Quamquam ſi quis eum velit citius baptizatum, non valde repugnem : dummodo videat, qui triceſimus Chriſti annus cum 15. Tiberii congruat, aut plura quam 4. Paſchata in Evangelio poſſint reperiri.

„ Unum certe aſt quod præcipue hic inculcari velim; nos non ex annis baptiſmi totum Chriſti vitæ ſpatium erui poſſe, arbitrari, ſed potius ex characteriſmis anni cum Nativitatis, tum Paſſionis, nempe hanc ipſam regulam nobis ipſemet jam olim preſcripſit Auguſtinus, ignorantia, inquit, Conſulatus quo natus eſt Dominus, & quo paſſus eſt, nonnullos circa ajus ætatem cogit errare (de Doctr. Chriſt. lib. 2. cap. 28.) quod quamdiu alitar factum fuerit, vereor ne materies æternis diſceptationibus miniſtretur, & doctiſſimi quique in veri deſperationem injiciantur.

„ Hos ergo characteres anno Juliano 41. quod ad Nativitatem ſpectat, & anno Juliano 78. quod ad paſſionem, poſt graviſſimos quos in utraque parte laudavi autores, diligenti atiam adhibito examine, aſſignandos ſum arbitratus : rationibus etiam quæ afferri contra vidari potuiſſent excuſſis, & rejectis, baptiſmum vero Chriſti non pluſquam tribus annis, & aliquot menſibus ab ejus morte putavi disjungendum, quod & Chriſtum ſtatim atque baptizatus eſt, miniſterio functum ſatis innuat Scriptura, nec pluſquam Paſchata quattuor putem dari in Evangeliſtis.

„ Quod ſi quis alitar res ordinare malius noverit aut putaverit, ubi de eo conſtiterit, ego libenter ſequar : quæro anim, nec pigebit me, ut olim ſapientiſſimus idem ac moderatiſſimus dicebat Auguſtinus, ſicubi hæſito quærere, nec pudebit ſicubi erro diſcere. Lib. 1. de Trinit. cap. 2. Caveant tamen illi qui cum vera videant, hac una religione teneri videntur, ne ætatem Chriſti ſupra vulgo receptam aunc opinionem extendant; ne magis honorabilem ætatis ajus partem auferant, illam inquam provectiorem (Irenæi verbis utor) lib. 2. c. 39. in qua edocens præerat univerſis.

„ Si quis vero, maxime æra vulgari delectetur nemo fere aliorum aſt qui facilius quam nos in gratiam cum ea redire poſſit, qui anno ejus triceſimo baptizatum Chriſtum ac ejuſdam 33. mortuum diximus : ut ſi plures præterea vitæ Chriſti annos attribuerimus, non nobis, ſed illis imputandum ſit, qui hanc æram juſto breviorem dixerunt, & verum Nativitatis Chriſti annum ex Herodis mortis tempore, jure ſanxerunt eruendum.

„ Sane ipſemet Baronius hanc vulgarem æram quam ſequi ſe profitetur, biennio tamen integro antevartit, cum Chriſtum vult natum Lentulo & Meſſalino Coſſ. hincque in multis Hiſtoriam tam Eccleſiaſticam quam profanam turbavit : donec a faſtis duobus paribus Conſulum eraſis a Diocletiani temporibus, recta tandem Chronologia progreſſus aſt, ſimiliterque Onuphrius Panvinius, Mercator, & alii ut in eamdem æram devolvantur quam imprudentes uno anno antaverterant, eradunt Probum & Paullinum Coſſ. anni 277. & ſic alii alios, cum contra longe æquius fuiſſet Dionyſianam æram illam juſto breviorem ſicuti eſt, fateri, quam privata licentia faſtos ad mentem ſuam componere, & in multis Chronologiam vexare.

„ Quam porro immerito fiat ab iis qui hanc æram contendunt ex omni parta admittendam, quaſi

„ ab Eccleſia approbatam & receptam, nemo eſt jam qui non videat, certe enim Eccleſia more receptis utitur, nec ſolet Chriſti ſponſa ad hujuſmodi minutias tam diligenter diſquirendas, majeſtatem ac dignitatem ſuam demittere. Sic enim olim in Conciliis ſuis ex ſeptuaginta Interpretum calculo, annos ab orbe condito dinumerabat, quod plurimorum uſu probaretur. Sicque nunc adhuc in Martyrologio eoſdem annos enunciat, cum Hebraicam tamen veritatem longe anteponendam non ignoret, unde Auguſtinus (lib. 14. de Civitate Dei cap. 10. & ſeq.) qui Septuaginta multum extollit, eorumque Verſione ut plurimum utebatur, hanc tamen in annorum calculo corruptam eſſe docet, atque adeo ad Hebræorum fontes tuos recurrendum.

„ Sic ad Gregorii XIII. tempora, uſa eſt Eccleſia Calendario non ſatis accurato, quanquam ejus vitia nec ignoraret ipſa, nec approbaret. Sic denique etiamnum ex antiquo Hymno canit Chriſtum in Cruce paſſum, Luſtris ſex peractis, hoc eſt annis 30. adimpletis, quæ tum maxime vigebat opinio, cum ille Hymnus concinnatus eſt, ut ſupra vidimus, quanquam nemo jam ſit qui ab hac opinione non longe recedat. Unde eodem modo factum eſt ut æra vulgari jam in Jubilæis aſſignandis, ſuiſque diplomatibus dandis utatur, quod ea vulgo recepta ſit: quanquam nemo fere ſit paullo inſtructior, qui eam, ut dixi, non fateatur juſto breviorem. Neque vero ea numerandi conſuetudo perpetua fuit, ſed a duobus circiter ſæculis in Eccleſiam introducta, Eugenio IV. Pontifice, ut notat Blondus Foroliviensis qui Pontificii Collegii a Secretis Notarius erat, cum hactenus ſoli Pontificum anni in litteris adſcriberentur.

DISSERTATIO POSTERIOR.

DE ANNIS NATIVITATIS ET MORTIS CHRISTI.

I.

Quo anno & qua tempeſtate anni, Rex ſalutatus & mortuus ſit Herodes.

„ JEſum Chriſtum natum eſſe non multo ante mortem Herodis Magni, totius Judææ Regis, dubitare nemo poteſt, qui fidem Evangelio Matthæi habeat. Hæc igitur duo tantum quærenda ſibi propoſita eſſe exiſtimarunt viri docti, qui de hiſce rebus agere aggreſſi ſunt; quonam, nimirum, anno, quave anni tempeſtate, de vita deceſſerit Herodes; tum etiam quot menſibus eam mortem anteceſſerit Chriſti natalis dies. Diverſas hominum eruditorum, hiſce de capitibus ſacræ Chronologiæ ſententias quærent ſtudioſi apud eos qui data opera de Chronologia ſacra egerunt, nam nos quidem hic eam ſolam, quæ nobis veriſimillima viſa eſt, exponemus.

„ Exiſtimamus autem eos certiſſima omnium ſentire qui putant, (ut hinc initium faciamus) Herodem mortuum eſſe regni anno 37. ſi initium ducamus a die quo Romæ a Senatu Rex Judææ ſalutatus eſt, at 34. ſi ab expugnatione Hieroſolymæ, quam poſteriorem notationem temporis, ob rationem poſtea dicendam, ſequuti ſumus, in ſumma pagine, in qua anni primi Chriſti geſta narravimus. Hic autem annus Herodis fuit ab urbe condita 750. Auguſti 41. ante æram vulgarem 4.

„ Potiſſima hujus ſententiæ ratio eſt ex Joſepho petita, qui cum haberet vitam Herodis conſcriptam ab ejus familiari Nicolao Damaſceno, accuratus eſſe, in Chronologia vitæ ejus Regis, potuit. Is autem ita loquitur de anno, quo eſt Romæ Rex ſalutatus, Antiquit. Jud. lib. 14. c. 29. Οὕτως τὴν βασιλείαν παραλαβεῖν τυχὼν ἐπὶ τῆς ρ', καὶ π' καὶ δ' Ὀλυμπιάδος, ὑπατεύοντος Γαΐου Δομετίου Καλβίνου τὸ δεύτερον, καὶ Γαΐου Ἀσινίου Πολλίωνος: *Sic accepit regnum, quod conſecutus eſt Olympiade 184. C. Domitio Calvino ſecundum, & C. Aſinio Pollione Coſſ.* Qui Conſules magiſtratu functi ſunt, anno ab urbe condita 714. Ejuſdem vero libri c. 27. narrat ille obſediſſe Hieroſolymam, anno tertio, ex quo Romæ rex ſalutatus erat: τρίτον τὸ αὐτὸ τοῦτο ἦν ἔτος ἐξ οὗ βασιλεὺς ἐν Ῥώμῃ ἀπεδέδεικτο: *tertius is ipſe erat annus, ex quo Romæ rex renunciatus fuerat.* Deinde, capite ſequente, de tempore captæ urbis: ταῦτα τὸ πάθος συνέβη τῇ Ἱεροσολυμιτῶν πόλει ὑπατεύοντος ἐν Ῥώμῃ Μάρκου Ἀγρίππα καὶ Κανιδίου Γάλλου ἐπὶ τῆς ρπε' Ὀλυμπιάδος, *hæc calamitas contigit Hieroſolymitarum urbi, Coſſ. Romæ M. Agrippa, & Canidio Gallo, Olympiade* 185. Ac ſane inter Conſules, quibus Magiſtratum obtinentibus, Herodes rex eſt ſalutatus, & eos, quos hic memorat, ſunt tantum duo paria Conſulum; ita ut ſi æſtate anni ab urbe condita, ut poſtea oſtendemus, 714. regnare cœperit Herodes, nondum exacto tertio anno, aut eo certe vertente, Hieroſolymam ceperit. Ea enim potitus eſt, menſe tertio, hoc eſt, ineunte æſtate, ut poſtea Joſephus, cujus proxime ſequuntur hæc verba, τῷ γ' μηνί, τῇ ἑορτῇ νηστείας, ὥσπερ ἐκ περιτροπῆς τῆς γενομένης ἐπὶ Πομπηίου τοῖς Ἰουδαίοις συμφορᾶς, καὶ γὰρ ὑπ' ἐκείνου τῇ αὐτῇ ἑάλωσαν ἡμέρᾳ, μετὰ ἔτη κζ': *tertio menſe* (ab æquinoctio verno) *feſto jejunii, quaſi in orbe redeunte in Judæos calamitate, quam olim a Pompejo paſſi erant; nam ab eo, eodem die capti fuerant, ante viginti ſeptem annos:* hoc eſt ab urbe condita 691. quo erant Coſſ. C. Antonius & M. Tullius, ut habet Joſephus ejuſdem libri c. 8. conſentientibus Romanis Faſtis. Jejunium autem exiſtimo intelligi quod celebrabatur 22. menſis Sivan, qui tertius eſt, ob idololatriam a Jeroboamo inſtitutam. Vide Calendarium Judaicum editum a Joanne Seldeno, in libro de anno civili Judæorum, cap. 7.

„ Ita conſtituto initio regni Herodis, ut nulla ſupereſſe nunc poſſit dubitatio, videndum quo anno regni ſit mortuus, quod idem docuit Hiſtoricus Antiq. Jud. l. 17. cap. 10. hiſce verbis: τελευτᾷ βασιλεύσας μεθ' ὃ μὲν ἀνεῖλεν Ἀντίγονον, ἔτη τέσσαρα καὶ τριάκοντα, μεθ' ὃ δὲ ὑπὸ Ῥωμαίων ἀποδέδεικτο ἑπτὰ καὶ τριάκοντα: *moritur cum regnaſſet, poſt ſublatum quidem Antigonum, triginta quattuor annos: poſtquam vero renunciatus fuerat a Romanis, triginta ſeptem.* Idem repetit ne quis poſſit ſuſpicari errorem eſſe in numeris, lib. 1. de Bello Judaico, cap. 21.

„ Jam ſi anno ab urbe condita 713. addas annos 37. numerato anno 714. quo Herodes regnare cœpit, incides in annum 750. qui etiam oritur ex additione 34. annorum anno 716. quo elapſo, Antigonus e medio ſublatus eſt, in gratiam Herodis, qui ab eo tempore ſolus rex Judæorum dici potuit.

„ Sed & alia certiſſima ratione, emortualis annus Herodis ab Joſepho eſt deſignatus. Nimirum, eo anno, quo Herodes mortuus eſt, Lu-

„ na

,, na defecit, ut teſtatur Antiq. Jud. lib. 17. c. 8. quod deliquium contigit Hieroſolymæ, ex Aſtronomorum calculo, Martii menſis die 16. hora tertia, poſt mediam noctem, anno ab urbe condita 750.

,, Poſſunt & alia proferri argumenta, quibus conſtet Herodem ultra hunc annum non vixiſſe, neque citius fato functum, quæ etiam a viris doctis, nuper in Gallia, ſtudioſe ſunt propoſita. Verum hæc ſatis ſunt, ut ait ille, aut nihil erit ſatis; & nos argumentorum vim ex ſingulorum pondere, non ex numero, æſtimare ſolemus. Jam quærendum, qua anni tempeſtate regnare cœperit Herodes.

,, Hoc autem ſic confici poſſe nobis videtur. Joſephus antea nos docuit primum ejus regni annum, initio facto a tempore quo Romæ rex ſalutatus eſt, incidiſſe in 184. Olympiadem; ex quo intelligere licet Herodem ſalutatum fuiſſe regem Romæ, ante ſolſtitium æſtivum anni ab U. C. 714. nam a ſolſtitio ejus anni incipit Olympias 185. quæ celebrata fuit, ex calculo Sethi Calviſii, die 17. Auguſti. Hinc obiter colligere licet eos errare, qui differunt in autumnum memorati, anni regiam Herodis dignitatem: quorum tamen rationes confutare non aggrediar.

,, Certe nihil habet Joſephus, quod perſuadere poſſit Herodem ſerius ſalutatum fuiſſe regem Judææ. Narrat enim Antiquit. Jud. lib. 14. cap. 26 eum hyeme Alexandria ſolviſſe, *χειμῶνι ὄντι*, & Belli Jud. lib. 1. cap. 11. eum minime veritum *τὴν ἀκμὴν τοῦ χειμῶνος*, hoc eſt *vim maximam hyemis*, quæ aſperrima eſt menſe Januario; periclitatum vero eum eſſe circa Pamphiliam, & ægre Rhodum perveniſſe, ac ibi inſtructa triremi in Italiam navigaſſe, Quo pervenire potuit menſe Aprili, dein media æſtate, aut circiter, regiam dignitatem conſequi.

,, Hinc jam ſatis liquet, ſi ſtatuamus Herodem mortem obiiſſe ſub finem ætatis anni ab U. C. 750. mortuum eſſe inchoato trigeſimo ſeptimo regni anno, ſi cœperimus ab anni U. C. 714. æſtate. Nec minus certe regnare eum oportuit, ut poſſet dici regnaſſe triginta ſeptem annos; ultimus enim annus non potuit numerari, niſi eſſet inchoatus. Inchoatos autem annos pro integris paſſim ſumi, apud omnis generis Scriptores, nemo ignorat. Quare nec opus eſt ejus rei exempla ulla a nobis proferri.

II.

Jeſum eſſe natum penultimo ejus regni anno.

,, INdicato & certis argumentis firmato anno emortuali Herodis, quærendum quot menſibus ante ejus mortem natus videri poſſit Jeſus Chriſtus. Exiſtimamus nos de numero menſium nihil poſſe certum conſtitui, at natum Chriſtum anno U. C. 749. vel Juliano 41. cujus partem dimidiam poſteriorem ſibi vindicat 33. Herodis, ab expugnata Hieroſolyma.

,, Conſtat quidem ex Luca, Jeſum ſex menſibus poſt Joannem Baptiſtam natum eſſe; ſed cum incertus ſit menſis conceptionis, ac natalium Joannis, nihil hinc explorati colligi poteſt. Scio quidem quæ viri doctiſſimi conjecerint de hebdomade, qua claſſis Abiæ, quæ erat Zachariæ patris Joannis, ſacris in Templo operaretur; verum & illa ſunt leviſſimis fulcris ſubnixa, & præterea parum conſtat an ſtatim, poſtquam Zacharias domum rediit, gravida facta fuerit ejus uxor Elizabetha. Igitur ne conjecturas conjecturis cumulemus, in re tam ſeria, a conjiciendo prorſus abſtinere maluimus.

,, Norunt omnes Occidentales Eccleſias exiſtimaſſe Chriſtum eſſe natum 8. Calendas Januarias; qui dies propterea etiamnum, quaſi natalis Chriſti, celebratur per totum Occidentem. At Orientales contendebant natum eſſe 8. Idus Januarias, remque ſibi magis exploratam dictitabant, quam Occidentalibus remotioribus a loco, in quo Chriſtus natus erat. Congeſſit hanc in rem multa veterum loca Joan. Ger. Voſſius, in Diſſertatione *de tempore Nativitatis Chriſti*. Sed neutris rem exploratam fuiſſe facile ſibi perſuadebit quiſquis eam expenderit, ſciveritque antiquiſſimis temporibus minime conſecratum fuiſſe hunc diem a Chriſtianis. Quæ res cum nemini erudito dubia ſit, a me pluribus non commemorabitur.

,, Nolim negare aut affirmare natum eſſe Chriſtum hoc, aut illo menſe anni Juliani 41. quia res minime conſtat. Hoc unum conſtare poſſe mihi videtur, natum eum eſſe hoc anno, quamquam ignotus eſt menſis. Quamobrem anno ſequenti, ſeu Juliano 42. natalis anni Chriſti titulum præſcripſimus, neglectis menſibus aut diebus anni ſuperioris; quemadmodum ſolet vulgo, etiam in æra Dionyſiana, fieri.

,, Referendi autem anni natalis Chriſti ad 41. Julianum, has potiſſimum rationes habemus, quas paucis exponemus, quia jam ſunt ab aliis copioſe propoſitæ, atque illuſtratæ. Docet Lucas Evangelii cap. 3. v. *decimo quinto imperii Tiberii* cœpiſſe baptizare Joannem, cumque ad eum permulti confluerent, ad hominem iviſſe Jeſum, ut ab eo etiam ablueretur, verſ. 21. Tum ſubdit: *Καὶ αὐτὸς ἦν ὁ Ἰησοῦς ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα ἀρχόμενος: Et ipſe erat Jeſus circiter triginta annorum incipiens;* nimirum, munere ſuo defungi. Nam illis verbis nullam ineſſe obſcuritatem putamus, nec ullam quiſquam in iis reperiſſet, niſi ob rationes nihil huc facientes, iis vis inferenda fuiſſet. Hoc unum dubium eſt, quo menſe anni decimiquinti Principatus Tiberii a Joanne baptizari Chriſtus voluerit. Incipit autem annus quindecimus Tiberii a die 28. Sextilis menſis, anni ab urbe condita *779*. At eum baptiſmum ſeu ad poſtremos menſes hujus anni, ſeu ad primum ſequentis referamus non multum intereſt; nec certe quidquam, ea de re, minime dubium ſtatui poteſt. Itaque nos ad initium anni ſequentis retulimus, potius ut morem Occidentalium Eccleſiarum ſequeremur, quam quod quidquam ea de re compertum haberemus.

,, Verum cum Jeſus natus non ſit ſerius ultimo Herodis anno, qui incidit, ut diximus, in annum ab urbe condita 750. neceſſe eſt Jeſum anno *779*. circiter triginta annos natum fuiſſe, ſeu trigeſimum annum egiſſe, ſi ſtatuamus natum anno ab urbe condita *749*. quemadmodum antea diximus. Nos quidem non fugit voculam *ὡσεὶ circiter*, poſſe paullo latius extendi; at nemo negari commodius eam adhiberi ab Evangeliſta, ſi Jeſus trigeſimum ætatis ſuæ annum decurreret. Quod cum ita ſit, nulla ratio eſt cur eam ita non intelligamus; nam objectionem petitam ab anno Principatus Tiberii 15. nullam eſſe poſtea oſtendemus. Igitur recte a nobis, & convenienter Hiſtoriæ ſacræ, annus natalis Chriſti eſt antea conſtitutus.

,, Eſt & alterum indicium temporis, petitum ex Joannis c. 2. 20. ubi primo præconii Chriſti anno Judæi ajunt *quadraginta ſex annis ædificatum fuiſſe Templum* Jeroſolymitanum: quibus verbis volunt

,, Tem-

„ Templum ædificari cœptum a *46.* annis, atque
„ ab eo tempore perpetuo exornatum; nam ipſum
„ ædificii corpus, ut ita loquar, ab Herode Ma-
„ gno perfectum, intra novem annos, & dimidi-
„ um, conſtat ex Joſepho l. 15. c. 14. Antiquita-
„ tum Judaicarum. Sic intellexerim etiam quod ha-
„ bet Plinius de Templo Dianæ Epheſiæ, l. 36.
„ c. 14. *ducentis viginti annis factum a tota Aſia*.
„ Docet autem Joſephus decimo octavo regni anno
„ id operis cœpiſſe Herodem, quod intelligendum
„ de regno ab expugnata Jeroſolyma inchoato; ut
„ liquet ex Annalibus Petavianis. Ac ſane ab eo
„ tempore, Herodes fuit ſine controverſia rex Ju-
„ dææ; quo factum ut ea ratione numerandi uta-
„ tur Joſephus, quam & nos ſequuti ſumus. An-
„ nus autem 18. Herodis incidit partim in 26. par-
„ tim in 27. Julianum; ac proinde deſumpto ini-
„ tio ædificationis Templi a 26. anno Juliano, ad
„ 71. ſeu æræ vulgaris 26. qui primus eſt præco-
„ nii Chriſti, erunt anni *46.* numeratis, ut paſſim
„ fieri ſolet in calculis minus accuratis, primo &
„ ultimo anno, quaſi integris.

„ Hic autem calculus ejuſmodi eſt, ut ſtare ne-
„ queat, ſi citius, aut ſerius ſtatuamus Jeſum Chri-
„ ſtum munus ſuum nuntiandi Evangelii iniviſſe.
„ Si enim citius cœpiſſet eo munere fungi, non-
„ dum potuiſſent dicere Judæi ſextum & quadra-
„ geſimum eſſe annum, ex quo ædificabatur Tem-
„ plum. Si vero ſerius hi ſermones eſſent habiti,
„ plures elapſi fuiſſent anni. Non diffiteor tamen,
„ anno ſequente, ſeu æræ vulgaris 27. ſimile quid
„ potuiſſe dici, neglectis in eo calculo paucis men-
„ ſibus: at certe non ſerius, & præterea ea ſen-
„ tentia conſiſtere nequit cum numero quattuor Paſ-
„ chatum, de quo poſtea agemus.

„ Ex hiſce colligere licet Chriſtum natum eſſe
„ penultimo Herodis anno, eum quadraginta ſex
„ annis poſt inchoatum Templi ædificium, trigin-
„ ta circiter annos natus eſſet. Atque hinc vice
„ verſa confirmatur quod docet Joſephus, de du-
„ plici initio regni Herodis deque anno ejus emor-
„ tuali. Quo enim plura in hoc rerum genere con-
„ ſentiunt, eo veriſimiliora fiunt quæ ex eo con-
„ ſenſu eliciuntur.

„ III.

„ *Duplex fuiſſe initium principatus Tiberii, ad quo-*
„ *rum prius referendam deſignationem temporis,*
„ *quæ extat Lucæ 3. verſ. 1.*

„ VErum hic quærunt eruditi, qui fieri poſſit
„ ut *quindecimo Tiberii anno*, quo ſtatuimus,
„ auctore Luca, Chriſtum cœpiſſe munere ſuo fun-
„ gi, poſſet eſſe tantum triginta annos natus, cum
„ hic Tiberii annus incidat in annum Julianum 73.
„ a cujus Auguſto menſe & die quidem 20. inci-
„ pit, annus vero natalis Chriſti fuerit Julianus
„ 41? Huic quæſtioni commodiſſime omnium vi-
„ dentur reſpondere, qui duplex initium principa-
„ tui Tiberii fuiſſe ſtatuunt: alterum cum eſt col-
„ lega imperii ab Auguſto creatus, alterum eum,
„ mortuo Auguſto, rerum habenas ſolus modera-
„ tus eſt: & de priori quidem, apud Lucam,
„ ſermonem eſſe volunt. Renunciatus eſt autem
„ Tiberius collega imperii, anno æræ vulgaris
„ 11. & quidem 5. Calend. Septembres, unde ſe-
„ quitur anno ejuſdem æræ 25. eodem die, ſeu
„ 28. Auguſti, cœpiſſe 15. Tiberii annum, quo
„ tempore munus ſuum iniiſſe videtur Joannes Ba-
„ ptiſta. Quod tamen ita intelligi nolim, quaſi
„ pro comperto ſtatuerem Joannem Baptiſtam non-
„ niſi ſub finem anni æræ vulgaris 26. cœpiſſe
„ baptizare; nihil enim obſtat quo minus aliquot
„ antea menſibus cœperit, qui a Luca neglecti
„ fuerint, quemadmodum frequentiſſime fieri ſo-
„ let.

„ Poſſem Lectorem amandare ad virum erudi-
„ tum, qui Annales Cæſaris Baronii emendare
„ aggreſſus eſt, & qui ad annum Chriſti 11. mul-
„ tis oſtendit eo anno Tiberium factum eſſe col-
„ legam imperii, ac objectionibus omnibus ſatiſ-
„ fecit. Is enim ita rem videtur exhauſiſſe, ut
„ aliis omnibus, quibus de ea agendum eſſet, oti-
„ um fecerit. Attamen paucis indicabimus ratio-
„ nem, qua hoc tempus Proconſularis imperii Ti-
„ berii eruatur.

„ Dio Hiſtoriarum Romanarum lib. 56. deſcri-
„ ptis iis quæ contigerant P. Sulpicio Camerino
„ & C. Poppæo Sabino Coſſ. æræ vulgaris anno 9.
„ ſubiicit pag. 400. edit. Rob. Stephani: Τῷ δὲ
„ ἐξῆς ἔτει τό, τε Ὁμονόειον ὑπὸ τοῦ Τιβερίου καθιερώθη:
„ *Sequente anno, Concordiæ Templum conſecratum*
„ *eſt a Tiberio*. Deinde illico ſequuntur geſta an-
„ ni æræ vulgaris 11. M. Æmilio Lepido & T.
„ Statilio Tauro Coſſ. Μάρκου δὲ Αἰμιλίου καὶ Στα-
„ τιλίου Ταύρου ὑπατευσάντων Τιβέριος μὲν καὶ Γερμανικὸς
„ ἀντὶ ὑπάτου ἄρχων, ἐς τὴν Κελτικὴν ἐσέβαλον: *Cum*
„ *M. Æmilius & Statilius Taurus Magiſtratum iniiſ-*
„ *ſent, Tiberius & Germanicus Proconſul in Gal-*
„ *liam irrerunt*. Tum ſequitur deſcriptio rerum in
„ Germania geſtarum. Dum autem in hac expedi-
„ tione abeſſet Tiberius, *Collega imperii & conſors*
„ *Tribunitiæ poteſtatis adſumptus* eſt ab Auguſto,
„ ut loquitur Tacitus Annal. lib. 1. cap. 1. Sic ve-
„ ro rem exprimit Vellejus Patereulus lib. 11. cap.
„ 120. *Concuſſis*, inquit, *hoſtium viribus, claſſicis*
„ *peditumque expeditionibus, cum res Galliarum ma-*
„ *ximæ molis, accenſaſque plebis Viennenſium diſſen-*
„ *ſiones, coercitione, magis quam pœna, molliſſet, &*
„ *Senatus Populuſque Romanus, poſtulante patre ejus,*
„ (Auguſto) *ut æquum ei jus in omnibus provinciis,*
„ *exercitibuſque eſſet, quam erat ipſi, decreto comple-*
„ *xus eſſet; .... in urbem reverſus jam pridem debi-*
„ *tum, ſed continuatione bellorum dilatum, ex Panno-*
„ *niis, Dalmatiſque egit triumphum*. Qui triumphus
„ incidit in annum æræ vulgaris 12.

„ Collegit autem vir doctiſſimus duplex initium
„ Tiberii ex loco Clementis Alexandrini Stromat.
„ lib. 1. pag. 339. ubi tradit Chronologiam Impp.
„ Romanorum, uſque ad Commodum, & in qua,
„ poſtquam dixit ex vulgari ſententia Tiberium
„ regnaſſe 22. annos, eamdem habet Chronolo-
„ giam, ex aliorum ſententia, atque hæc de Ti-
„ berio: ἔπειτα Τιβέριος ἔτη κϛʹ· μῆνας ϛʹ· ἡμέρας ιθʹ·
„ *deinde Tiberius annos 26. menſes 6. dies 19.* Ex
„ quibus verbis hic calculus initur. Deceſſit ex vi-
„ ta Tiberius 17. Calendas Apriles anni æræ vul-
„ garis 37. a cujus anni die 5. Calendas Septem-
„ bres, ad eumdem diem anni æræ vulgaris 11.
„ ſunt viginti ſex integri anni. Ab eo die ad 5. Ca-
„ lendas Martias ſunt ſex menſes; a 5. vero Calen-
„ das Martias ad diem 17. Calendas Apriles, quo
„ obiit Tiberius, ſunt 19. dies. Unde liquet ini-
„ tium primi anni Tiberii a nonnullis Scriptoribus
„ relatum fuiſſe ad 11. æræ vulgaris, ac proinde
„ initium 15. anni Tiberii referri, ex illorum ſen-
„ tentia debuiſſe ad annum æræ vulgaris 25. quod
„ cum calculo noſtro conſentit. Sunt & alia argu-
„ menta, quæ ſuadeant diem 5. Calendas Septem-
„ bres ab Auguſto electum, ut ſibi collegam adſu-
„ meret, quæ apud virum eruditiſſimum legi pote-
„ runt, ut & alia multa huc facientia.

„ Duplex autem initium tribui Tiberio, non
„ magis mirum videri debet, quam triplex Au-
„ guſto. Sunt enim qui ejus principatum ordian-
„ tur

„ tur ab anno, quo Julius Cæſar eſt occiſus; alii ab ejus primo Conſulatu, quem anno ſequente iniit; alii deniqua a victoria Actiaca, ut intelliget non ſalſo quattuor Paſchata a nobis, multis docet Dionyſius Petavius de Doctrina Temporum lib. 10. cap. 64. quem non exſcribemus.

„ Nulla igitur cauſa peoferri poteſt, cur Lucæ ooo licucrit eorum ſententiam ſequi, qui initium principatus Tiberii rapetebant ab eo tempore, quo collega imperii factus eſt; cum præſertim, in provinciis, pari dignitate haberetur ac Auguſtus. In Urbe quidem ſe quaſi minoram eo gerabat, videbaturque potius ejus legatus aut adminiſter, quam collega; adeo ut poſt mortem demum Auguſti ſummæ rerum præeſſe viſus ſit. Verum ſi rem probe introſpiciamus, illa erant Tiberianæ diſſimulationis mera ludibria, quæ accurate a Tacito lib. 1. Annalium deſcribuntur. At provinciales ſimpliciores, ſtatim ac Proconſulara imperium adeptum eum intellexerunt, participem ſummæ poteſtatis factum, & principatum iniiſſe, nec falſo, intellexerunt. Eadem ſimplicitate reges vocabant eos, qui Romæ Priocipes aut Imperatores, ficta modeſtia dicebantur. Hinc quod in nummia Druſo Tiberii filio Tribunitia poteſtaa tribuitur, id vocavit Euſebius in Chronico *τῆς ἀρχῆς κοινωνὸν ἀναδείκνυσθαι*, & Hieronymus *Conſortes regni fieri*.

IV.

Paſchata quattuor eſſe in tempore miniſterii Chriſti innumeranda, ex Joannis Evangelio.

„ NUoc deveniendum nobis eſt ad Paſchata, quibus diſtinguitur Chriſti miniſterium, & de quibus quid ſentiant alii non dicemus; cum & Ger. Joannis Voſſii & aliorum collectanea hac de ra omnium manibus terantur. Quiſquis Hiſtoriam Evangelicam leget, facile poſt multos eruditiſſimos viros in Evangeliis inventa; ſed rem in pauciora verba hic contrahemus, ut eam quaſi in brevi Tabella, Lectori ob oculos ponamus.

„ Primum ergo Paſcha eſt id, cujus meminit Joannes, cap. 2. 13. quo primum Jeſus mercatores ejecit e Templo. Inde Jeroſolyma Jeſus, cum paucis Diſcipulis, inter quos erat Philippus, ſe in alium Judææ tractum contulit, in quo commoratus eſt donec Joannes Baptiſta in carcerem conjiceretur. Poſtea in Galilæam abiit, per Samariam, in qua ſatis aperte Evangelium nunciavit. Cum vero Nazarethæ fruſtra id nuntiaſſet, profectus eſt Capernaumum; ubi habitare, aut diutius commorari, quam uſpiam alibi, cœpit. Illic ſibi adſcivit Diſcipulos plures, & præſertim quidem Petrum, Andream, Joannem & Jacobum. Tum peragravit urbes Galilææ, in quibus, diebus Sabbathi, in Synagogis regnum cæleſte nuntiabat. Hiſce omnibus faciendis, non oimium eſt anni ſpatium; nam ut homines per agros ac villas diſſitos, negotiiſque aliis occupatos doceret Jeſus, neceſſe habebat dies Sabbathi exſpectare, quibus conveniebant in Synagogas.

„ Secundum igitur Paſcha fuit *ἑορτὴ τῶν Ἰουδαίων feſtum Judæorum*, cujus mentio occurrit apud Joannem cap. 5. 1. quo nomine *κατ' ἐξοχὴν* non modo præfixo articulo, deſignari ſolet Paſcha, primum & potiſſimum omnium feſtorum Judaicorum, ut ad eum locum oſtendit H. Grotius. Per Paſchale feſtum Jeſus commoratus eſt Jeroſolymæ, deinde rediit in Galilæam, ubi e numero omnium Diſcipulorum, duodecim Apoſtolos elegit, qui ſibi in poſterum perpetuo adeſſent, & quos mitterat quo vellet. Ab eo tempore, clarius ac copioſius cœpit doctrinam Evangelicam proloqui, ut liquet ex ipſa Evangelicæ Hiſtoriæ lectione. Miracula multa edidit, & diu ad ſe confluentem undequaque multitudinem docuit Capernaumi, & circa lacum Geneſarethicum; deinde ſe contulit Nazaretham, unde profectus per Galilæam dimiſit Apoſtolos, Evangelium nuntiaturos dum ipſe alia loca peragraret. Apoſtoli vero munere defuncti ad eum redierunt, Capernaumi, aut in alio oppido Geneſarethico lacui vicino agentem. Nemini mirum videbitur annum, aut circiter, in hiſce abſumptum.

„ Tertium Paſcha, id eſt cujus meminit Joannes cap. 6. 4. & quo inſtante, quinque millia virorum, præter mulieres & pueros, quinque panibus & duobus piſcibus excepit ac ſatiavit. Tum perrexit ſuo more Capernaumi & alibi docere eos, quibus cordi erat audire quæ ad ſalutem ſuam pertinebant. Jeroſolymam ad feſtum Paſchale ivit, ſi de hoc anno ex aliis judicemus. Deinde redux profectus eſt in eum Galilææ tractum, qui proximus erat Tyriorum ac Sidoniorum finibus, in quo tractu minus erat notus. Inde rediit ad Geneſarethicum lacum, atque in Decapolitana regione diu verſatus eſt. Tum navigabat per lacum, ſubinde mutatis locis, ad vitandos, ut videtur, nimios hominum concurſus; ex quibus ſeditio forte aliqua naſci potuiſſet, quam ab eo concitatam dixiſſent ejus adverſarii, qui eum majeſtatis reum, apud Pilatum, facere poſtea multo minori de cauſa conati ſunt. Quamobrem vetabat ſe dici Meſſiam, & varia ſua miracula promulgari, ne homines rerum novarum cupidi ad ſe confluerent. Se contulit poſtea Paneadem, ad fontes Jordanis. Aliquot abhinc diebus in monte Galilææ transfiguratus eſt, & per Galilæam huc, illuc, varia itinera fecit. Deinde initio Octobris, medio Tabernaculorum feſto, Jeroſolymæ ſe ſtitit; miſſis quaquaverſum LXX. Diſcipulis, qui ad illum poſt feſtum, ut videtur, redierunt, cum in Galilæam jam profectus eſſet. Inde ad feſtum Dedicationis, Jeroſolymam rediit, lentis itineribus, oppidatim & vicatim docens, eoque pervenit initio Decembris. Iterum reverſus eſt in Galilæam, unde tranſiit in Judæam, brevi in Galilæam rediturus; unde rediit in Judæam, ut excitaret e mortuis Lazarum, quo excitato in Jericuntinam ſolitudinem ſeceſſit, ad tempus uſque Paſchatis; nimirum quarti, quod *ἐγκαίνια*, dicitur.

„ Ex brevi hac narratione itinerum Chriſti, facile intelligere eſt, intercapedine temporis quæ interceſſit inter tertium & quartum ſeu ultimum Paſcha, Jeſum plura itinera feciſſe, quam ſuperioribus annis. Quod duabus, iiſque graviſſimis de cauſis, fieri potuit. Altera quidem erat, quod inſtante tempore diſceſſus ſui ex hiſce terris, vellet quam latiſſime per Palæſtinam Evangelium ipſe ſuum ſpargere; ut firma fundamenta jaceret ædificii, poſtea ab Apoſtolis abſolvendi. Altera vero, quod, frequenti mutatione locorum, impediret ne ad ſe concurſus fierent hominum jugum Romanorum iniquo animo ferentium, quales erant permulti in Judæa, aut potius plerique omnes Judæi. Cum enim fama ejus miraculorum longe lateque ſparſa eſſet, non pauci ſuſpicabantur eum eſſe Meſſiam, & nonnulli etiam omnino credebant. Meſſias autem exiſtimabatur ab omnibus dux fore Judaicæ Gentis, qui non modo priſtinam libertatem popularibus ſuis redditu-

„ rus

„ rus eſſet, ſed etiam reliquum humanum genus ſubditurus. Igitur ſi ſedes uno in loco fixiſſet, ſemper magna hominum multitudine cinctus fuiſſet, quæ ſequi eum ſubinde loca mutantem non poterat. Ad eum, quaſi in præſtitutum ac conditum locum, omnes ſeditioſi confluxiſſent, ſeditionemque, eo invito concitaſſent. Quod quam futurum fuiſſet noxium naſcenti Chriſtianæ Eccleſiæ, nihil attinet dicere.

„ Hæc cum ita ſint, nonnulla nobis diluenda ſunt, quæ forte obiici poſſent, aut reipſa obiiciuntur recenſioni noſtræ Paſchatum, quibus præconium Chriſti diſtingui diximus. Sunt ergo qui velint, Joan. 4. 35. Chriſtum ita loquentem, *nonne vos dicitis, adhuc quattuor menſes ſunt, & meſſis veniet*, ſignificare, hiſce verbis, eo tempore quo tranſiit per Samariam, ſuperfuiſſe quattuor menſes ad ſecundum ejus Paſcha. Verum in Evangelica hiſtoria proverbium eſſe a meſſe hordeacea ductum conſtare debet; qua de re conſulendus eſt & Joannes Lightfontius, in horis Hebraicis ad Joannem; quamvis aliter ſentiat.

„ Nos quidem ſecundum Paſcha id feſtum eſſe cenſemus, cujus meminit Joannes c. 5. 1. At viri eruditi aliter ſentientes, noſtræ ſententiæ obiiciunt primo, hunc Evangeliſtam, quotieſcumque alibi de Paſchate loquitur, id proprio nomine appellare, ut c. 2. 11. 55. Sed quamvis hoc verum eſſet, non ſequeretur, Joannem uno loco aliter non eſſe locutum, cum præſertim locutio ſit commoda & facilis. Deinde falluntur, nam c. 4. 45. ἑορτὴ bis dicitur Paſcha. At certe, inquiunt, addetur articulus. Non nego, ſed omittitur etiam ubi ſermo eſt de hoc feſto, ut animadvertit H. Grotius, Marc. 15. 6. Luc. 23. 17. quemadmodum loquutum eſſe Joannem ſi dixerimus, nemo poterit mirari.

„ Secundo, Chryſoſtomus, Cyrillus Alexandrinus, aliique Interpretes exiſtimant de alio quopiam Judæorum feſto agi. Verum eorum, aliorumque Interpretum auctoritas, rationibus deſtituta, leviſſimum eſt argumentum veritatis; cum nemo neget eos nulla alia monumenta habuiſſe, quibus hanc in rem uterentur, præter ea quæ etiamnum habemus, hoc eſt, Evangelia; ne jam dicam eos aliquando erraſſe interpretatione Scripturæ.

„ Tertio, obiiciunt quinquaginta verſibus inferius, hoc eſt cap. 6. 4. fieri denuo mentionem Paſchatis. Verum quid vetat Paſcha anni ſequentis, poſteriore hoc loco, memorari? At nimis pauca inquiunt, Joannes inter duo hæc Paſchata narraret. Quod ego ſumma ratione ab eo factum puto, cum ea ferme commemorare vellet, quæ erant ab aliis Evangeliſtis omiſſa. Ac ſane, quamvis ſtatueremus cap. 6. 4. memorari a Joanne ſecundum tantum Paſcha; fateri eos oporteret paucos ex ſermonibus Chriſti, habitis inter duo Paſchata, a Joanne commemorari, cum incipiat, ex illorum ſententia, de iis agere cap. 2. verſ. 14. & deſinat cap. 6. ab initio; præſertim ſi eos conferamus cum iis quos habent alii Evangeliſtæ.

„ Quarto, obiiciunt alii, ſi Joannes cap. 2. 13. locutus eſt de feſto Paſchali, eum devenire cap. 5. 1. ad feſtum Pentecoſtes, deque eo ſine dubio loqui, ſerie temporis hoc comprobante. Verum hoc poſſet forte perſuaderi iis, qui ſolum Joannem legiſſent; verum quicumque itinera Chriſti in aliis legerint, ac compararint inter ſe, intelligent nonniſi abſurde coarctari poſſe ejus miniſterium inter duo Paſchata; quemadmodum volunt ii, qui hæc obiiciunt, & quorum partes tuetur vir doctiſſimus Ger. Jo. Voſſius, in libro de Tempore Dominicæ Paſſionis.

„ Quinto, iidem negant Joannem locutum eſſe cap. 6. 4. de medio aliquo Paſchate, inter primum, cap. 2. memoratum, & ultimum de quo cap. 11. & 12. quia non contentus fuiſſet dicere Paſcha inſtare, ſed aliqua ſubdidiſſet de iis, quæ paſchali eo feſto eveniſſent. At ſi nihil evenerit memorabile, per id tempus? Certe neceſſe non eſt Jeſum quidquam tempore Jeroſolymæ feciſſe, quod litteris mandari oporteret.

„ Sexto, negant, ex ordine Joannis, ullum conſectarium deduci poſſe; quaſi minime ſequatur, ex eo quod mentio poſtea fit Scenopegiæ & Enceniorum, hic aliud memorari Paſcha, præter ἐνιαύσιον; quia poteſt eſſe ὕστερον πρότερον, qualia alibi ſunt in Evangeliſtis. Fateor non raro in Matthæo tales eſſe inverſiones ordinis, in recenſione ſermonum Chriſti; ſed nuſpiam ejuſmodi inverſio occurrit, in deſignatione temporis, qualem hic eſſe oporteret. Ratio ejus rei eſt, quia plane inutilis eſſet ejuſmodi ambigua deſignatio temporis, ex qua nulla ratione intelligere liceret quinam annus deſignetur. Præterea narratio Joannis multo magis ordinem temporum ſequitur, quam narrationes Matthæi, videturque hiſtoria ab feſtorum temporibus data opera diſtincta, ut ſuppleret quod deeſt ceteris Evangeliis.

„ Verum hic, inquiunt, ſermonem eſſe de inſtante Paſchate ἐγγίζοντι elucebit Joannem cum Luca conferenti. Joannes ait enim cap. 6. appropinquante Paſchate Chriſtum paviſſe quinque millia hominum, quinque panibus & duobus piſcibus. Lucas vero cap. 9. idem narrat miraculum, & alia quædam hujuſce temporis, ac deinde eodem cap. verſ. 51. ſubjungit *factum eſt autem, dum complerentur dies adſumptionis ejus*; quod quid aliud eſt, quam in propinquo fuiſſe ultimum Paſcha? Sic illi ratiocinantur, quaſi neceſſe eſſet quæ eo loco habet Lucas ea ad proxime antecedentia referri, quod nullo argumento probant. Sed ea referuntur ad ſequentia quæ geſta ſunt a Jeſu, non ſex integris menſibus, antequam in crucem tolleretur; cum jam, per triginta menſes, Evangelium nunciaſſet.

„ Hæc reſpondenda habuimus viris eruditis, qui duo, aut tria tantum Paſchata, intra tempus miniſterii Chriſti, celebrata volunt. Sed nihil melius confutat eorum objectiones, quam ordo ipſe hiſtoriæ atque itinerum Chriſti, qualem Chriſti fuiſſe intelligent quicumque integram Hiſtoriam attente legent.

V.

„ *Ultimum incidiſſe in annum æræ vulgaris vigeſimum nonum, quo mortuum Chriſtum antiquiſſimi Scriptores Chriſtiani prodiderunt.*

„ SUpereſt nunc ut videamus cur ad annum æræ vulgaris 29. retulerimus ultimum Chriſti Paſcha; quod quamvis ex antea dictis liquere poſſit, attamen veterum teſtimoniis probatum dabimus. Ab iis quidem minime ignoramus graviſſima peccata eſſe admiſſa in rebus Chronologicis, nec iis temere credendum; immo in hoc ipſo negotio, de anno emortuali Chriſti, manifeſto, ut mox dicam hallucinatos eſſe; attamen duo mihi videntur, in iis, quæ hac de re habent, diſtinguenda. Sunt enim nonnulla, quæ nullo modo ex Evangeliis, ratiocinando colligere potuerunt, ſed ex ſola dumtaxat antiqua fama accipere; alia vero ex Evangeliis exſculpere ratiocinatione conati ſunt. Poſterioribus non poteſt eſſe majus apud nos pondus, quam rationibus ipſis quibus ea ni-

„ tun-

tuntur, quæ ſi ſint parum firmæ, infirma etiam erunt quæcumque earum vi colliguntur; ſi vero graves, conſectaria pro levibus repudiari non potuerunt. Cum enim aliæ olim non fuerint recte ratiocinandi leges hominibus latæ, quam hodie, nec magis errandi periculo exempti fuerint veteres, quam recentiores; de iis, ex iiſdem legibus ac de nobis, eſt judicandum, laudandique cum recte ratione ſua uſi ſunt, deſerendi cum ſecus, ut recentiores Scripturæ Interpretes ſolemus. Sed ſunt præterea, apud Veteres, eventus quidam, aut ſignati articuli temporum, quos a majoribus acceperant, vel ex libris, qui nunc interciderunt, hauſerant. Hos, ſi nihil abſurdi complectantur, conſentiantque cum ceteris hiſtoriis, quarum eſt, explorata veritas & præſertim a pleriſque ſummo conſenſu traditi ſint, cur repudiemus quaſi dubios nulla ratio eſt. A quibus enim ſuperiorum temporum res geſtas certius accipiemus, quam ab iis qui non multo poſt vixerunt, ſi æquales rebus ipſis teſtes nobis deſint? Quod de iis præſertim rebus intelligendum, quæ nec in ſe ullam mendacii ſpeciem præferunt, nec ſunt ejuſmodi ut cujuſquam interfuerint, eas mendacio interpolatas credulæ plebi proponi. Ut autem hæc duo diſtinguere poſſimus in locis veterum, de anno emortuali Chriſti, ſunt hic eorum verba proferenda. Sed antiquiſſimos tantum teſtes adducemus, quia recentiorum antiquiores ſine examine paſſim exſcribentium minor multo eſt auctoritas, & Græcorum quidem prius, deinde Latinorum teſtimonia recitabimus.

Ante omnes, audiamus Clementem Alexandrinum, qui tradita Imperatorum Romanorum ad ſuam uſque ætatem Chronologia, ita pergit: ἐγεννήθη δὲ ὁ Κύριος ἡμῶν τῷ ὀγδόῳ καὶ εἰκοστῷ ἔτει (Auguſti, nempe, a capta Alexandria, ut ſolebant in Ægypto anni Auguſti numerari,) ὅτε πρῶτον ἐκέλευσαν ἀπογραφὰς γενέσθαι ἐπ' Αὐγούστου. Ὅτι δὲ τοῦτ' ἀληθές ἐστιν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ κατὰ Λουκᾶν γέγραπται οὕτως: ἔτει δὲ πεντεκαιδεκάτῳ ἐπὶ Τιβερίου Καίσαρος ἐγένετο ῥῆμα Κυρίου πρὸς Ἰωάννην τὸν Ζαχαρίου υἱόν· καὶ πάλιν ἐν τῷ αὐτῷ· ἦν δὲ Ἰησοῦς ἐρχόμενος ἐπὶ τὸ βάπτισμα, ὡς ἐτῶν λ΄. καὶ ὅτι ἐνιαυτὸν μόνον ἔδει αὐτὸν κηρύξαι, καὶ τοῦτο γέγραπται οὕτως· Ἐνιαυτὸν δεκτὸν Κυρίου κηρύξαι ἀπέστειλέ με. Τοῦτο καὶ ὁ προφήτης εἶπε, καὶ τὸ Εὐαγγέλιον. πεντεκαιδεκάτῳ οὖν ἔτει Τιβερίου καὶ πεντεκαιδεκάτῳ (Legendum πεντεκαιδεκάτοις ἔτεσι, niſi plane memoria lapſus Clemens, qui intra paucas lineas tam longe a ſe diſſentit) Αὐγούστου οὕτω πληροῦνται τὰ τριάκοντα ἔτη ἕως οὗ ἔπαθεν· ἀφ' οὗ δὲ ἔπαθεν, ἕως τῆς καταστροφῆς Ἱερουσαλήμ, γίνονται ἔτη μβ΄, μῆνες γ΄. *Natus eſt autem Dominus noſter* 28. *anno* (Actiaco Ægyptiorum) *cum primum juſſerunt deſcriptiones fieri, tempore Auguſti. Quod autem verum ſit, ſcriptum eſt in Evangelio ſecundum Lucam*: anno quintodecimo Tiberii Cæſaris fuit verbum Domini ad Joannem Zachariæ filium; *& rurſus in eodem*: erat Jeſus veniens ad baptiſma, quaſi triginta annorum. *Et quod oportebat eum per annum tantum prædicare, hoc quoque ſic ſcriptum eſt*: annum acceptum Domini prædicatum miſit. *Hoc & Propheta dixit & Evangelium. Quindecimo ergo anno Tiberii, & quindecimo ſub Auguſto, ſic implentur triginta an. donec paſſus eſt. Ex quo vero paſſus eſt ad excidium Jeroſolymæ, ſunt anni* 42. *menſes* 3. Quem ad locum varia ſunt obſervanda I. Acceperat Clemens, aut is a quo Chronologiam hancce hauſit, Chriſtum natum eſſe circa annum 28. a victoria Actiaca, quod verum eſt ſi numeres ipſum annum ejus victoriæ, cui additi anni 27. incidunt in annum ab urbe condita 750. ſeu Julianum 42. paucis ante quem menſibus natum eſſe Chriſtum, oſtendimus. At Actiacos annos more Alexandrino perperam numerans, a capta Alexandria, natalem Jeſu Chriſti diſtulit in annum ſequentem, ad quem Herodes vitam non produxit, cum conſtet Chriſtum ante mortem ejus eſſe natum. II Pro ἀρχόμενος, quod eſt apud Lucam, in omnibus exemplaribus quæ nobis ſuperſunt, fuitque in veterum interpretum codicibus, legit Clemens ἐρχόμενος, cui voci ſubjungit interpretationis cauſa, ἐπὶ τὸ βάπτισμα. Quod ab eo ex conjectura emendatum videtur, ne ſi *incipiens* Chriſtus diceretur *circiter triginta* annos fuiſſe natus, neceſſe eſſet *deſinentem* dici minimum 31. annum egiſſe, quod Chronologiam Clementis evertiſſet. Sed ſi ponas Jeſum nondum 29. annum exegiſſe, circa primum Paſcha, neceſſe erit eum morientem altero Paſchate 30. annum egiſſe. III. Quam inane ſit argumentum, a loco Eſajæ deductum, nemo non videt, & videtur a Clemente exſcriptum ex aliquo Valentiniano; nam ita Valentiniani ratiocinabantur, ut docet Irenæus lib. II. cap. 38. ubi eos recte confutat, hiſce verbis. *Duodecimo autem menſe, dicunt eum paſſum, ut ſit anno uno poſt baptiſmum prædicans, & ex propheta tentant hoc ipſum confirmare, ſcriptum eſt enim*: vocatum annum Domini acceptum & diem retributionis: *vere cæcutientes* ——— *Neque enim de die, quæ duodecim horarum habet ſpatium, dictum eſt in Propheta, nec de anno duodecim menſium habente menſuram. Quia enim prophetæ in parabolis & allegoriis, & non ſecundum ſonum ipſarum dictionum, plurima dixerunt, & ipſi confitentur. Dies ergo retributionis dicta eſt, in qua retribuet Deus unicuique ſecundum opera ſua, hoc eſt, judicium. Annus autem Domini acceptabilis tempus hoc, in quo vocantur ab eo qui credunt ei, & acceptabiles fiunt Deo; hoc eſt, omne ab adventu ejus tempus, uſque ad conſummationem, &c.* Poſtea ſequente capite, oſtendit in Evangelio Joannis mentionem fieri trium Paſchatum, tum ſubjicit: *Quoniam autem tria hæc Paſchatis tempora non ſunt annus omnis quilibet confitebitur*. Quo fit ut mirer virum doctiſſimum Ger. Joan. Voſſium numerare Irenæum inter eos, qui quattuor Paſchata in miniſterii Chriſti tempore reperiunt. Vide librum ejus *De Tempore Dominicæ Paſſionis* §. 19. Verum hoc obiter. IV. Igitur nemo dubitet quin abſurde contraxerit Clemens tempus prædicationis & mortis Chriſti, in annum Tiberii 15. At acceperat a majoribus eo an. Chriſtum eſſe mortuum; quod veriſſimum erat, ſed non eo *quindecimo anno*, cujus meminit Lucas, & quem fuiſſe antea oſtendimus quindecimum annum Proconſularis imperii, non ejus quod iniit poſt mortem demum Auguſti. Cujus rei in mentem venire debuiſſet Clementi, cui duplex initium Tiberii non erat prorſus ignotum, ut antea oſtendimus. Itaque vere a majoribus acceperat Chriſtum natum eſſe circa 28. annum Auguſti, ab Actiaca victoria, & mortuum 15. Tiberii; ſed quinam eſſent hi anni non ſatis intellexit, & veritatem, quam acceperat, prava ratiocinatione interpolavit. V. Attamen eum non puto uſque adeo ineptum Chronologum fuiſſe, ut potuerit ſcribere πεντεκαιδεκάτῳ Αὐγούστου, poſtquam paullo antea dixit Jeſum natum eſſe anno *vigeſimo octavo* ejus Imperatoris; & manifeſtum eſt hoc eum velle, ex quindecim annis, quos Jeſus ſub Auguſto vixit, & quindecim aliis, quibus ei fuit in terris ſuperſtes, ſub principatu Tiberii, conflari 30. annos. Itaque omnino legendum πεντεκαίδεκα τοῖς ὑπὸ Αὐγούστῳ, niſi quis velit Clementem numerare hic annos Auguſti ab

ejus morte, retrogrediendo ad annum ejus 28. quæ eſſet mira numerandi ratio, & niſi fallor, ſine exemplo. VI. Veriſſimum tamen eſt, ab anno mortis Chriſti ad excidium Jeroſolymæ eſſe 43. annos; atque hoc etiam crediderim derivatum ex priſca fama, orta ex obſervatione Chriſtianorum iis temporibus æqualium, qui diligenter animadverterant tempus implementi inſignis prædictionis Chriſti, quæ exſtat Matth. 24. Subdit Clemens varias opiniones de die, quo mortuus eſt Chriſtus, ſed videntur eſſe meræ conjecturæ, quas hic non moramur.

Alter teſtis erit Julius Africanus, qui in quinto Temporum volumine, ubi agebat de lxx. hebdomadibus, hæc habebat, quæ ex eo profert Hieronymus, ad cap. 9. Danielis. *Ipſi Macedones regnaverunt annis trecentis, atque exinde, uſque ad annum quintum decimum Tiberii Cæſaris, quando paſſus eſt Chriſtus numerantur anni 60.*

Tertius erit Origenes, qui lib. 4. contra Celſum, pag. 174. Ed Cantab. ita loquitur. *τεσσαράκοντα γὰρ ἔτη καὶ δύο, οἶμαι, ἀφ' οὗ ἐσταύρωσαν τὸν Ἰησοῦν, γεγονέναι ἐπὶ τὴν Ἱεροσολύμων καθαίρεσιν: quadraginta enim duos annos, puto, ex quo crucifixerunt Jeſum, fuiſſe ad Jeroſolymæ everſionem.* Qui annus, ante excidium Jeroſolymitanum 42. eſt, ut vidimus, 15. Imperii Tiberii a morte Auguſti.

Ut nunc ad Latinos veniamus, ita loquitur Irenæus, quem numeramus inter Latinos, quia in Gallia vixit, quamvis Græce ſcripſerit, lib. 3. cap. 25. *Natus eſt Dominus noſter, circa primum & quadrageſimum annum Auguſti imperii;* nempe, quadrageſimo a nece Julii Cæſaris, ut antea oſtendimus. At idem graviter lapſus eſt, cum lib. 2. cap. 39. inter quadrageſimum & quinquageſimum ætatis annum in crucem quidem ſublatum eſſe vult Chriſtum, & tamen anno 30. fuiſſe baptizatum: quod ſi verum eſſet, oporteret, quod longe abſurdiſſimum eſt, Chriſtum mortuum eſſe neque Pontio Pilato Procuratore Judææ, neque Tiberio imperante, ut dudum eruditi animadverterunt. Nec ſane hoc notarem, niſi utile eſſet hic in memoriam revocari inſigne exemplum falſi imprudentia vero miſti; ex quo liquet neque admittenda quæcunque habent veteres, neque omnia reiicienda, ſed delectum eorum eſſe habendum. Quod ſi Chriſtus natus ſit anno Auguſti 40. a nece Julii Cæſaris, ex iis quæ diximus de Paſchatibus ab eo celebratis, liquet eum eſſe mortuum anno ætatis 33.

Irenæum ſequetur Tertullianus, cujus hæc ſunt verba contra Judæos cap. 8. *Poſt Auguſtum qui ſupervixit poſt nativitatem Chriſti, anni 15. efficiuntur; cui ſucceſſit Tiberius Cæſar ---- Hujus quinto decimo an. imperii paſſus eſt Chriſtus, annos habens quaſi 30. cum pateretur.* Paullo poſt: *quæ paſſio,* inquit, *hujus exterminii, intra tempora* lxx. *hebdomadum, perfecta eſt ſub Tiberio Cæſare, Coſſ. Rubellio Gemino & Fuſio Gemino.* Antea dixerat: *Videmus autem quoniam quadrageſimo & primo anno imperii Auguſti, quo poſt mortem Cleopatræ imperavit, naſcitur Chriſtus.* Scio apud Hieronymum haberi *qui poſt*, &c. Sed videtur eſſe emendatio, nam illa *qui poſt*, &c. abſurde hic inſeruntur, ſi Tertullianus ſcivit annum hunc eſſe numerandum a cæde Julii Cæſaris. Hinc intelligimus Tertullianum haud aliter peccare, ac Clementem cum vult unum eumdemque annum fuiſſe Chriſti *ἀρχομένου, incipientis* munere fungi, ac morientis, & præterea quo anno Auguſti natus eſſet Chriſtus non ſatis intellexiſſe, cum miſcuerit Actiacos annos cum annis imperii. Sed ab antiquis temporibus habuit quod ait de morte Chriſti 15. Tiberii, duobus Geminis Coſſ. quamquam ea neſcivit cum Lucæ narratione ſatis apte componere, ut nec quod dixit de anno natali Chriſti. Subdit, *menſe Martio, temporibus Paſchæ, die 8. Calendarum Aprilium.* Quod addimus, propter ſequens Lactantii teſtimonium.

Eum enim ſubiiciemus Tertulliano, cum quo conſentit quidem de anno, diſſentit vero de die, ex quo intelligere licet Tertullianum ab eo non fuiſſe conſcriptum. Verba igitur faciens Lactantius de Judæis, ita loquitur, Inſt. Divin. lib. 4. cap. 10. *Exinde Tetrarchas habuerunt, uſque ad Herodem, qui fuit ſub imperio Tiberii Cæſaris, cujus anno quinto decimo, id eſt, duobus Geminis Conſulibus, ante diem ſeptimum* (alii Cod. habent *decimam*, alii *decimam ſeptimam*) *Calendarum Aprilium, Judæi Chriſtum cruci affixerunt*, Libro vero de Mortibus Perſecutorum, cap. 2. *Extremis temporibus Tiberii Cæſaris, ut ſcriptum legimus, Dominus noſter Jeſus Chriſtus a Judæis cruciatus eſt, poſt diem decimum Calendarum Aprilis.*

Ultimum teſtem adducemus Sulpicium Severum, qui Hiſt. Eccleſ. lib. 2. *Dominus*, inquit, *crucifixus eſt Fuſio Gemino, & Rubellio Gemino Conſulibus.* Alios non moramur, qui ex hiſce, aut ſimilibus fontibus, quæ habent, hauſerunt.

Ex quibus ſatis liquet, ni fallor, ſuperfuiſſe antiquam famam, ſecundo & tertio ſæculo poſt Chriſtum, ex qua vulgo perſuaſum erat eum natum eſſe circa 41. Auguſti, mortuum duobus Geminis Coſſ. ſeu quindecimo Tiberii anno, quamvis tempora Chriſti, ſatis apte vulgo non digererentur. Nec video cur ea de re dubitemus, cum optime conſentiat cum eo quod de ætate Chriſti antea ex Evangeliis collegimus. Si enim ponas Jeſum mortuum eſſe 33. ætatis anno, qui inciderit in Conſulatum duorum Geminorum, ſeu annum urbis conditæ 782. & retrogrediaris in anteriora tempora; incides in annum urbis conditæ 749. quo Coſſ. fuerunt Cæſar 12. & L. Cornelius Sulla, ſeu 40. Auguſti, initio facto a morte Julii Cæſaris, quo anno natum Jeſum antea oſtendimus. At fatendum menſem natalem inveniri non poſſe, ob rationes antea allatas.

Hiſce nihil obiici poſſe videtur, quod ſit alicujus ponderis aut quod jam non diluerimus, præter hoc unum, ex Lunæ motibus demonſtrari poſſe, anno æræ vulgaris 29. Lunam 15. poſt Novilunium quod proxime ſequutum eſt æquinoctium vernum, non incidiſſe in diem Jovis, neque in eum menſem, quem in Hiſtoria Evangelica prodidimus. Nam anno æræ vulgaris 29. Novilunium vernum, ex Protenicis Tabulis, fuit Aprilis 2. feria 7. hora undecima & aliquot minutis poſt mediam noctem. Plenilunium vero Aprilis 17. feria 1. hora propemodum ſexta. Nos vero diximus Paſcha incidiſſe in diem 8. Calend. Aprilis ſeu Martii 25. feria 5. Verum paucis huic objectioni ſatis fieri poteſt; nimirum, nos omnibus expenſis, amplexos profitemur ſententiam celeberrimi atque accuratiſſimi Chronologi Dionyſii Petavii, de tempore obſervationis Paſchatis, apud Judæos. Hic autem cum in animadverſionibus in hæreſin Alogorum, quæ eſt apud Epiphanium 52. tum etiam lib. 12. de Doctrina Temporum, oſtendit varia, quæ hic ab eruditis adſumebantur quaſi explorata, falſa eſſe.

Primum eſt primam Azymorum diem Luna 15. perpetua lege, celebratam fuiſſe, cum Moſes nuſpiam 14. Lunam, ſeu Plenilunium obſervari juſſerit, ſed tantum 14. diem menſis primi. Hoc unum obſervari neceſſe fuit primum menſem circa

ca æquinoctium varnum conſtitui, ut primitiæ frugum, altero die poſt Paſcha, poſſent offerri; ſecundum Legem quæ exſtat Levit. 23. 10. nam eo tantum tempore, hordea matureſcunt in Judæa. Alterum quod temere ſtatuitur eſt, ſemper a Neomenia, quæ proxime ſequebatur æquinoctium verum, primum menſem inchoatum fuiſſe. Atqui, ut obſervavit Petavius p. 169. Animadverſ. in Epiphanium, 14. Niſan in æquinoctii diem ipſum olim incidiſſe, docent vetuſtiſſimi Judæorum magiſtri, atque in primis Agathobuli duo, & Ariſtobulus, horum diſcipulus qui unus ex 72. Senibus ſuit, in fragmento Anatolii, quod habet Euſebius Hiſtor. Eccleſiaſt. lib. 7. cap. 32. Agathobuli ergo, dum ſolutiones afferrent quæſtionum in Exodum, ajebant δεῖν τὰ διαβατήρια θύειν ἐπίσης ἅπαντας μετὰ ἰσημερίαν ἐαρινὴν, μεσοῦντος τοῦ πρώτου μηνὸς, *oportere Paſcha mactari pariter ab omnibus, poſt æquinoctium vernum, medio menſe primo*. Quod clarius fit verbis ſequentibus Ariſtobuli, ὡς ἐν ἐξάρξωσι τῆς τῶν διαβατηρίων ἑορτῆς μὴ μόνον τὸν ἥλιον τὸ ἰσημερινὸν διαπορεύεσθαι τμῆμα, καὶ τὴν σελήνην δέ: *neceſſe eſſe Paſchali feſto, non tantum ſolem ſegmentum æquinoctiale percurrere, ſed etiam Lunam*. Sic & Philo, de vita Moſis: Τὴν ἀρχὴν τῆς ἐαρινῆς ἰσημερίας πρῶτον ἀναγράφει μῆνα Μωυσῆς, *initium veris æquinoctii primum menſem ſtatuit Moſes*. Adſtipulatur & Joſephus lib. 3. Antiquit. Jud. cap. 10. de Paſchate: Τῷ δὲ μηνὶ τῷ Ξανθικῷ, ὃς Νισὰν παρ' ἡμῖν καλεῖται, καὶ τοῦ ἔτους ἐστὶν ἀρχὴ, τεσσαρεσκαιδεκάτῃ κατὰ σελήνην, ἐν Κριῷ τοῦ ἡλίου καθεστῶτος θύειν ἐνόμισεν: *menſe Xanthico, qui Niſan a nobis vocatur, & anni eſt initium decima quarta ſecundum Lunam, in ariete ſole conſtituto, ſingulis annis, juſſit ſacra facere*.

Hæc cum ita ſint, oſtendit præterea vir doctiſſimus, Judæos nequaquam animadvertiſſe regreſſiones æquinoctiorum, uſoſque, ut docet Epiphanius, non accuratis tabulis Aſtronomicis, ſed Cyclo vitioſo, & qui minime conſentiret cum motibus corporum cæleſtium. Quin & profert ejuſmodi Cyclum partim a Joan. Keplero, partim a ſe ad mentem Epiphanii confectum. Quæ omnia & alia huc pertinentia apud eum legentur, neque enim paucis poſſent ſatis dilucide explicari.

Cum vero hæc expendiſſemus, conjiceremuſque oculos in Cyclum illum 84. annorum, ex eo deſumpſimus deſignationem Paſchalium dierum per 4. annos miniſterii Chriſti; & invenimus quidem Neomeniam Niſan ejus anni, quo mortuum diximus Chriſtum, incidiſſe in 11. Martii, feriamque 5. unde ſequebatur 15. Lunam eſſe 25. diem ejuſdem menſis, & quidem feriam 5. qua Paſcha a Chriſto eſt celebratum. Qua in re tria ſunt obſervatu digna. Primum eſt, Petavium nequaquam cogitare potuiſſe, de ita conſtituendo Cyclo illo vitioſo, ut hoc anno Plenilunium Niſan incideret in 25. Martii, & quidem feriam 5. quia non credidit hunc fuiſſe annum σωτηρίου Chriſti. Itaque caſu non leve nobis præbuit argumentum, quo perſuadeamur, Cyclum illum vere ad mentem Judæorum confectum fuiſſe; cum nobis ſuppeditet veram feriam hebdomadis, in quam incidit ultimum Chriſti Paſcha. Alterum eſt, ſi Judæi eo ævo exiſtimabant ſibi celebrandum Paſcha, proxime poſt æquinoctium, eos non male elegiſſe veſperam diei 25. Martii; cum a tempore Julii Cæſaris, ex Soſigenis ſententia, is dies eſſet attributus æquinoctio verno. Tertium, a vero non aberraſſe veteres, qui, ut ex Lactantio vidimus, Chriſtum in crucem ſublatum cenſuerunt ante diem 7. Calendarum Aprilium. Nec multum ab hoc calculo abierunt, qui 8. aut 10. Calendas Apriles rem contigiſſe volunt. Immo minime eſt incredibile, priores, qui diem illum prodiderunt, aut ab Apoſtolis accepiſſe, aut collegiſſe ex Cyclo Judaico qui æque potuit antea innotuiſſe nonnullis Chriſtianis, ac poſtea Epiphanio. Forte & qui dixerunt, Chriſtum paſſum eſſe 8. Calendas Apriles, ut Tertullianus & poſt eum multi, non alia de cauſa male deſignarunt diem mortis Chriſti, quam quia diem Paſchalem, quem ſciebant eo anno incidiſſe in 8. Calendas Aprilis volebant fuiſſe emortualem Chriſti, decepti male intellectis Joannis locis.

Una hic agitanda ſupereſſet quæſtio; utrum, nimirum, Chriſtus ultimum hoc Paſcha celebrarit eodem die ac ceteri Judæi, an vero legitimum tempus anticiparit, quia notat, ſe poſtridie in crucem eſſe tollendum. Verum a tot eruditis viris ita res pertractata eſt, ut neceſſe non ſit quidquam adjicere. Satis erit dixiſſe, id quod ex Hiſtoria noſtra Evangelica liquet, nos eſſe in eorum ſententia, qui a Chriſto Paſcha ſuo tempore celebratum cenſent, una cum Judæis: quod, ut nobis quidem videtur, Matthæi, Marci & Lucæ narrationes ſatis perſpicue oſtendunt. Nec quidquam ei ſententiæ objectum eſt hactenus, quod non etiam facile ſolutum eſſe ab ejus patronis videatur. Unus inſtar omnium, conſuli poterit Sam. Bochartus Hierozoici P. I. l. 2. capite 50. ubi de Paſchali agno agit, & ubi ita explicuit loca Joannis, quæ huic ſententiæ objici ſolent, nulla ut amplius difficultas ſuperſit.

DIONYSII PETAVII

E SOCIETATE JESU

RATIONARII TEMPORUM

PARS TERTIA

Continens

SUCCESSIONES PONTIFICUM, IMPERATORUM, ac REGUM Veteris & Novi Teſtamenti.

CANONIUM EPOCHARUM CELEBRIORUM.

	An. Per. *Julian.*	Anno mundi	Ante *Chriſt.*
ORbis univerſus educitur ex nihilo,	730	1	3983
Aquis *diluvii* obruuntur homines,	2367	1656	2329
In *Ægypto* regnare cœptum eſt an. Period. *Julian.*	2371	1661	2343
Fundatur *Memphitarum* & *Thinitarum* imperium,	2492	1782	2222
Ex *Thare* in *Chaldæa* naſcitur *Abrahamus*,	2678	1948	2036
Regni *Argivorum* initium.	2822	2112	1892
Reges Paſtores occupant *Ægyptum*.	3071	2361	1743
Cecrops incipit *Athenis* regnare,	3132	2422	1682
Ab *Ægyptiaca* tyrannide liberantur *Iſraelitæ* poſtquam ibi morati ſuerant 430. an.	3183	2453	1531
Lacedæmonici Regni initium.	3199	2489	1515
Trojæ regnare cœptum eſt.	3209	2499	1505
In *Latio* primus regnat *Picus*.	2417	2707	1297
Initia Regni *Corinthiaci*,	3423	2613	1291
A *Nino Aſſyriorum* fundatur Imperium.	3447	2637	1267
Lydiæ regnant *Heraclidæ*,	3491	2681	1223
Troja capta,	3505	2659	1209
Salomon anno ſui Regni quarto templum *Hieroſolymis* aggreditur, quod *Judaicæ* Religionis Sacrarium foret, Id anno abſolutum eſt octavo,	3702	2972	1012
Dividitur Regnum *Hebræorum* in Regnum *Juda* & Regnum Iſrael.	3739	3029	975
Macedonici Regni initium.	3900	3190	814
Archontes decennales *Athenis* inſtituuntur.	3960	3250	754
Primus agon *Iphiti*, ſive Olympiadum initium. Hac Epocha *Græci* authores & Eccleſiaſtici plerique Scriptores utuntur.	3938	3208	776
Annus primus Urbis qui in annum primum olimpiadis ſeptimæ confertur, congruit in ann. Period, *Jul.* 3960. ante *Chriſtum*, 755.	3960	3250	754
Imperium *Aſſyriorum* dividitur in Regnum *Medorum*, Regnum *Babylonicum*, & Regnum *Aſſyriorum*.	3967	3257	747
Athenis Archontes annui creautur.	4030	3320	684
Æra *Nabonaſſari* qua *Ptolemeus*, *Cenſorinus* aliique utuntur, iniit *Februarii* 26.	3967	3237	747
Medorum imperium translatum eſt in *Perſas*, iiſque primum regnavit *Cyrus*.	4178	3468	536
Conſules *Romæ* primo creantur.	4205	3495	509
Natus eſt *Alexander* magnus.	4358	3628	356
Alexandri mag. victoria ad *Arbellas* & Imperii *Perſici* occaſus.	4383	3653	331
Mortuus eſt *Alexander*. M.	4390	3660	324
Seleucidarum æra qua Macedones in Oriente ſunt uſi, quique anni *Græcorum* appellantur in libris *Machabæorum*, cœpit anno ante *Chriſtum* 312. ſed in lib. 1. *Machab.* ejus initium a vere, in 2. libro ah autumno ſequente ducitur,	4402	3671	312

Perga-

	A. Per. Jul.	An. mundi	Ante æram Chriſt.
Pergami Regni initium.	4430	3720	284
Antiochus Epiphanes Templum profanavit *Hieroſolymis* anno *Seleucidarum* 45.	4546	3816	168
Annus primus *Julianus* cœptus eſt.	4669	3939	45
Æra *Hiſpanienſis* incipit.	4676	3946	38
Natus eſt *Chriſtus*.	4710	3980	4
Æra *Chriſtiana* vulgaris incipit a Kalend. *Janu.* anni Juliani 46. olimpiadis 194. aono quartn dimidiatn. Hæc excogitata fuit ſexto Eccleſiæ ſæculo a *Dionyſio Exiguo*. Etſi enim æra *Dionyſiana* in primum *Chriſti* annum non enngruit ut exiſtimaverat *Dionyſius Exiguus*; ea tamen utuntur eruditi, quia in uſu maxime fuit a nono ſæculo.	4714	398	poſt Chr.
Mortuus eſt *Chriſtus* anno æræ vulgaris 33. ab ea ſæpe numerarunt annos *Chriſti* plerique patrum.	4744	4014	33
Expugnata Urbs *Hieroſolyma* everſum Templum.	4784	4054	71
Perſarum Reges ætatis mediæ regnare incipiunt.			226
Æra *Diocletiani* innit an. *Chr.*			284
Conſtantinus mortun patre *Conſtantio* ſuſcepit imperium.			306
Nicena Synodus celebrata eſt.			325
Obiit S. *Martinus* anno *Chriſti*. Hac æra utuntur veteres *Galliarum* ſcriptores.			400
Scotorum Reges incipiunt.			411
			poſt Chriſt.
Initiom *Hiſpanici* Regni.			414
Nobiliſſimi toto orbe *Francorum* Regni jacta ſunt primordia a *Faramundo* anno. 418.			418
Wandali in *Africam* traiiciunt.			427
Chlodoveus Regni ſui initium fecit.			482
Obiit anno			511
Anni *Hegiræ* quibus *Arabes* utuntur, ex anno *Chriſti* 622. Julii 16. die procedunt.			622
Veneti Duces habere incipiunt.			697
Hungariæ Regnum inchoatur.			744
Carolus magnus Occidentis Imperator electus eſt anno.			800
Egbertus totius *Angliæ* Rex primus.			801
Navarræ Regno initium ponit Eneco.			815
Poloniæ Rex primus *Piaſtus*			842
Moſcovitici Regni ititium.			861
Daniæ regnare cœptum eſt.			930
Lotharingiæ Dux primus *Carolus*.			981
In *Bohemia* regnare incipiunt.			1061
Luſitaniæ Regni initia.			1089
Suedici Regni primordia.			1150
Henricus magnus *Francorum* Rex Regnum iniit.			1589

	Poſt Chriſt.
Ludovicus Magnus natus die dominica quinta *Septembris* anni	1638
Regnum iniit 4. *Maii* anni	1643
E *Borboniorum* ſanguine deſignatur *Hiſpaniarum* Rex *Philippus* quintus.	1700

SUCCESSIO PRIMA.

Patriarchæ.	Nat. an. Per. Jul.	Obii. an. Per. Jul.	Vixit
Adam	730	1660	930
Seth.	840	1752	912
Enos.	945	1850	905
Cainan.	1035	1945	910
Malaleel.	1105	2200	895
Jared.	1170	2132	962
Enoch. *tranſlatus eſt an. Per. Jul.* 1697.	1332	1697	365
Mathuſſala.	1397	2366	969
Lamech.	1584	1361	777
Noe.	1756	2710	950
Sem.	2268	2868	600
Arphaxad.	2368	2706	438
Hic inſeritur a 70. & a B. Luca Cainanus.			
Sale.	2403	2836	433
Heber.	2443	2907	464
Phaleg.	2407	2706	239
Reu.	2497	2736	239
Sarug.	2529	2759	230
Nachor.	2559	2707	148
Thare.	2588	2793	205
Abraham.	2718	2893	175
Iſaac.	2818	2997	180
Jacob.	2878	3025	147
Levi.	2955	3102	137
Caath.	2997	3120	133
Amram.	3065	3202	137
Moiſes.	3143	3263	120

SUCCESSIO SECUNDA.

Judices Hebræorum.	Cæp. an. Per. *Jul.*	Deſiit. an. Per. *Jul.*	Reg. an.
Joſue.	3263	3269	6
Othoniel.	3269	3309	40
Aod.	3309	3389	80
Barac & Debora.	3389	3429	40
Gedeon.	3429	3469	40
Anarchia 9. annorum.	3469	3478	9
Amimelech.	3478	3481	3
Thola.	3481	3504	23
Jair.	3504	3526	22
Jephte.	3526	3532	6
Abeſan.	3532	3539	7
Ajalon.	3539	3549	10
Abdon.	3549	3557	8
Heli.	3557	3597	40
Samuel.	3597	3619	22

SUCCESSIO TERTIA.

Reges Hebræorum.

Regnum iſtud ex duodecim tribubus confluebat. Situm erat in *Aſia* ad oram mediterranei maris; vix ab *Auſtro* ad *Septentrionem*

var-

versus octoginta leucis, & ab *Occidente* ad *Orientem* quadraginta leucis contiſnebatur; adeo tamen ferax erat ut ſola tribus *Juda* ſexcenta bellantium millia ſubminiſtraret.

	Cæp. ao. *Per. Jul.*	Deſi. ao. *Per. Jul.*	Reg.
Saul.	3619	3659	40
David.	3659	3699	40
Salomon.	1699	3739	40

Poſt Salomonis *mortem* Hebræorum *Regnum in duas partes ſciſſum eſt. Inde promanarunt Regnum* Juda *&* *Regnum* Iſraël.

SUCCESSIO QUARTA.

Reges Juda.

Roboam.	3737	3756	17
Abia.	3756	3759	3
Aſa.	3759	3800	41
Joſaphat.	3800	3822	25
Joram *cum patre*.	3822	3826	4
Joram ſolus.	3826	3829	4
Ochoſias.	3829	3830	1
Athalia *mulier*.	3830	3836	6
Joas.	3836	3876	40
Amaſias.	3876	3900	29
Ozias.	3900	3957	52
Joathan.	3957	3973	16
Achas.	3973	3987	16
Ezechias.	3987	4016	20
Manaſſes.	4016	4071	55
Amon.	4071	4073	2
Joſias.	4073	4104	31
Joachas.	4104	4104	3. m.
Joachim.	4104	4115	11
Joacim *qui &* Iechonias.	4115	4115	3.m.10
Sedecias.	4115	4126	11

SUCCESSIO QUINTA.

Reges Iſrael.

Jeroboam.	3739	3760	11
Nadab.	3700	3761	1
Baaſa.	3761	3784	23
Ela.	3784	3785	1
Zamri.	3785	3785	8. d.
Amri.	3785	3797	11
Achab.	3797	3817	21
Ochoſias, cum patre Achab.	3807	3818	11
Joram.	3818	3830	12
Jehu.	3830	3858	28
Joachas.	3858	3874	16
Joas.	3874	3890	16
Jeroboam II. cum Patre.	3890	3931	41
Interregnum XI. ann.	3931	3942	11
Zacharias.	3942	3942	6. m.
Sellum.	3942	3942	1. m.
Manahem.	3943	3953	10
Phaleia.	3953	3955	2
Phacee.	3955	3976	20
Ozea.	3976	3993	18

Samaria *expugnatur anno Periodi Julianæ* 3993. *ante* Chriſtum 721. *deſiitque tunc Temporis Regnum* Iſraeliticum.

SUCCESSIO SEXTA.

Pontifices Hebræorum.

	Cæp. ao. *Per. Jul.*	Def. an. *Per. Jul.*	Regn.
Aaron *in deſerto*.	2454	2493	39

Eleazar
Phinees
Abiine
Bocce
Ozi — Sub judic. ab an. 3263. per. jul. ad ao. 3558.
Zoraias
Meraioth
Amarias
Heli
Achitob. — Sub Samuele, Saule, Davide ab ao. per. julianæ 2889. ad 2969. 80.
Achias *qui &* Achimelech
Abiatar

Cæc. P. J. Deſ. P. J. Sedis

Sadoch	Sub Salomone.
Achimaas	Sub Roboam.
Azarias	Sub Abia.
Iohannan	Sub Ioſaphat.
Azarias.	Sub Ioramo.
Amarias *qui &* Axioramus	Sub Ochoſia.
Ioiadas *&* Pedaias	Sub Ioazo.
Sedecias *qui &* Sudeas	Sub Amazia.
Azarias *qui &* Iulus *&* Ioel	Sub Ozia.
Ioatban	Sub Ioathamo.
Achitob *qui &* Uſias	Sub Achazo.
Merajoth *qui &* Nereia	Sub Ezechia.
Sadoc *qui &* Olaias	Sub Manaſſe.
Sellum *qui &* Saldunus	Sub Amon.
Helcias	Sub Ioſia.
Azarias	Sub Ioackim.
Saraias *&* Ioſedech	Sub Sedecia.
Ioſue Ieſu	
Ioacim	
Eliaſib	Sub Perſis.
Ioiadas	
Ionathan	
Ieddoa *qui &* Iaddus	Sub Alexandro M.
Onias	Sub Ptol. Lagi filio.
Simon	Sub Seleuco.
Eleazarus	Sub Ptolom. Philad.
Manaſſes	Sub Antiocho.
Onias II.	Sub Callinico.
Simon II.	Sub Antiocho Mag.
Onias III.	Sub Seleuco.
Iaſon Ieſus	
Menelaus	
Liſimachus	Sub Epiphane.
Menelaus *iterum*	
Alcimus *ſchiſmaticus*	

Iudas Machab.	4550	4553	3
Ionathas	4553	4571	17
Simon	4571	4579	8

Ioa

	Cœp. P. j.	Deſ. P. j.	Sed.
Joanoes Hircaous	4579	4610	31
Ariſtobulus	4610	4610	1
Alexaoder Jenneus	4610	4636	27
Hircanus II.	4636	4648	11
Ariſtobulus	4648	4651	3
Hircanus *iterum*	4651	4674	24
Antigonus.	4674	4677	3
Ananelus			
Ariſtobulus			
Ananelus *iterum*.	Sub Heroda		
Jeſus *Phabetis filius*			
Simon *Boethi filius*			
Matthias			
Joazarus.			
Eleazar.			
Jeſus *Sea filius*.	Sub Archelao.		
Joazarus *iterum*.			
	Cœp. an.	Deſiit.	Sedit.
Ananus.	Chriſti 6.		
Iſmael.	22		
Eleazarus.	17	18	1
Simon.	18	19	1
Joſ. Caiaphas.	19	36	17
Jonathas.	36	41	5
	Cœp. an.	Deſ. Chr.	Sed.
Simon.	41	42	1
Matthias.	42	43	
Ebioneus.	43	44	1
Simon *iterum*.	44	45	1
Joſephus canæi.	45	54	9
Iſmael.	54	60	6
Joſephus chabæi.	60	61	1
Ananus.	61	61	
Jeſus Dannæi.	61		
Jeſus Gamalielis.			
Matthias.			
Phanaſus, *eo ſummo Pontifice Jeroſolyma everſa eſt anno Chriſti* 70.			

SUCCESSIO SEPTIMA.

Reges Ægypti.

Paulo poſt diluvium in Ægypto regnare cœptum eſt, Menes imperii ſumpſit exordium; hic eſt quem veteres plurimi & quidam recentiores Chamum eſſe exiſtimant; primo equidem Menes toto Ægypto imperabat; ſed poſt ipſius obitum Regnum quadripartito diviſum eſt, in Regnum Thebanum, Thinitanum, Memphitanum, & inferioris Ægypti. Primi Regni urbs Regia erat Thebæ caput Thebaidis, ad Arabicam Nili ripam ſita, quam Homero Ecamtompolis, poſterioribus ſæculis Dioſpolis appellata fuit. Hujus Reges recenſebimus, poſtea aliorum Regnorum ſucceſſionem expoſituri.

Reges Thebani.

	Cœp.	Regn.
Menes.	2371	62
Athothes.	2433	59
Athothes II.	2492	32
Diabies.	2524	19
Pemphos.	2543	18
Toegar Amachus Momachiri.	2561	79
Stoechus.	2640	6
Goſormies.	2646	30

	Cœp.	Regn.	menſ.
Mares.	2676	26	
Anoiphes.	2702	20	
Sirius.	2722	18	
Chnubus Gneurus.	2740	22	
Ravoſis.	2762	13	
Biyris.	2775	10	
Saophis.	2785	29	
Senſaophis.	2814	27	
Moſcheris.	2841	31	
Muſthis.	2872	33	
Pammus Archondes.	2905	35	
Apappus Maximus.	2940	100	
Aghe'eus Ocaras.	3040	1	
Nitocris.	3041	6	
Myrthæus.	3047	22	
Thioſimareſis.	3069	12	
Thinillus.	3081	8	
Sempbucrates.	3089	18	
Chuter Taurus.	3107	7	
Meuros.	3114	12	
Choma Ephtha.	3126	11	
Anchunius Ochy.	3137	60	
Penthe Athyris.	3597	16	
Stamenemes.	3213	23	
Siſtoſicbermes.	3236	55	
Maris.	3291	43	
Siphoas.	3334	5	
Phruron.	3339	5	
Amuthantæus.	3344	63	
Amoſis.	3407	25	
Chebron.	3433	13	
Amenophis.	3446	27	7
Ameſſes.	3474	21	9
Mephres.	3495	12	9
Myſphragmuthoſis.	3508	25	10
Thummoſis.	3534	9	8
Amenophis.	3545	30	10
Orus.	3576	6	5
Achenchres.	3582	12	1
Rathothis	3594	9	
Achencheres.	3603	12	5
Achencheres II.	3616	12	3
Armais	3628	4	1
Rameſſes.	3633	1	4
Rameſſes Miamun.	3635	66	2
Amenophis.	3702	19	6

Serboſis *qui &*
Seſoſtris *&* Seſae
Rhamſes
Amenophis *qui &*
Memnon.
Rameſſes.
Ammenemes.
Thuoris.

Horum incerta tempora & Regna quāvis certa nomina & ſucceſſio.

Poſt Thuoris obitum id eſt circa ann. Periodi Julianæ 3940. deſiit imperium Ægyptiorum in Aſia, Ægypto inter Regulos diviſa, horum tantum abeſt ut nota ſint tempora; quin immo ne quidem eorum ad nos niſi paucorum pervenerunt nomina.

SUCCESSIO OCTAVA.

Reges Thinitæ.

Regnum hoc ad Lybicam Nili ripam poſitum, per fluvium a Thebano diremptum eſſe videtur; ejus metropolis fuit *This* urbs antiqua prope Abydum poſita, inde Reges iſti Thinitæ dicti ſunt. Regnum hoc non ab ipſo Mene ſed ab ejus nepotibus

bus inſtitutum eſſe colligimus ex comparata laterculi utriuſque ſerie, ipſe *Menes* & Thinites fuit & Thebanus ejus filius *Athothes* pariter in utraque cenſetur dynaſtia; ſequitur inter Thebanos *Athothes* alter, inter Thinitas *Cencemes*, quaſi tum demum inter nepotes pactum eſſet, ut diviſa Thebaide alter ad Nili Orientem imperaret, alter ad Occidentem initium igitur Regni Thinitani a *Cencene* faciemus,

	Cœpit	Regnavit
Cencemes,	2492	31
Venepher,	2523	23
Uſaphædus	2546	20
Miebidus	2566	26
Semempſis	2592	18
Bienaches	2600	26
Bocbus	2626	38
Cabachos	2654	39
Binothris	2693	47
Tlas	2740	17
Sethenes	2757	41
Chæres	2798	17
Nepherchætes	2815	25
Seſochris	2840	48
Cheneres	2888	30
Necherophes	2918	44

Poſt ipſius mortem deſiit Regnum Thinitarum an. Periodi Julianæ 1963. ita ut duplex Regnum Thebanum & Thinitanum in unum coaluerit,

SUCCESSIO NONA,

Reges Memphitæ.

Memphitarum Regnum ſequitur quod a Mene etiam ducimus, quia ex Herodoto Memphim condidit. Succeſſio tamen Regum Memphitarum paullulum diſturbata eſt, ea tamen quoquo fieri poterit modo reſtituenda.

Fuit autem Memphis hujus Regni & ſuperioris Ægypti metropolis ſupra Delta poſita in occidentali Nili ripa, floruitque multis poſt Regnum ſæculis. Hujus Regni Imperatorum ſucceſſionem accipe.

	Cœpit.	Regnavit.
Menes *qui regnavit Thebis & Thini.*	2371	62
Toſortus *qui videtur idem eſſe cum* Athote *Thebano & Memphitano.*	2433	59
Tyris.	2492	7
Meiochris.	2499	17
Soiphis.	2516	16
Toſertaſis,	2532	19
Achis.	2551	42
Siphuris.	2593	30
Cerpheres,	2623	26
Soris.	2649	29
Suphis I.	2678	63
Alexander 4. mœrore contabeſcens ex infelici ſacrorum bellorum exitu extinctus eſt.	1254	6
Urbanus 4. Epiſcopus Virdunenſis Jeroſolymitanus Patriarcha Anoiverſarium corporis Dominici inſtituit diem, Manfredum filium ſpurium Frederici a Chriſtianorum ſocietate ſubmovit.	1262	3
Clemens 4. Archiepiſcopus Narbonenſis Carolum ſancti Ludovici fratrem Siciliæ & Neapoleos Regem coronavit, Interregnum fuit trium annorum.	1265	4
Gregorius 10. eſt electus cum in Palæſtina degeret, in Franciam profectus generalem Lugduni Synodum celebravit.	1270	4
Inoocentius 5. ex Dominicanorum familia Lugdunenſis Archiepiſcopus ſex menſes regnavit.	1276	6 m.
Adrianus 5. Innocentii 4. Nepos ad quadrageſimum ſaoium diem Petri ſedem obtinuit.	1276	40 dies
Joaones 20. Pontificatus octavo menſe Conclavis in ſe concidentis ruinis oppreſſus ioteriit.	1276	8 m.
Nicolaus 3. ex Urſinorum ſanguine annos tres ſedit.	1277	3
Martinus 4. Eccleſiæ ſancti Martini Turonenſis antea Theſaurarius annis 4. Pontificatum geſſit.	1281	4
Honorius 4. Franciæ ſemper utilitatibus ſtuduit. Rodulphus Imperator de quibuſdam Italiæ civitatibus quæ ſibi parebant cum eo pretio pactus eſt.	1285	2
Nicolaus 4. primus ex ſancti Fraociſci familia Pontifex tribus annis regnavit.	1288	3
Sacra Sedes oltra biennium vacua fuit.		
S. Cæleſtinus V. ex Eremo abductus ad Pontificiam dignitatem acceſſit quam poſtea abdicavit.	1294	6 m.
Booifacius 8. inſtituit Jubilæum, Sacram militiam indixit, quam detrectantem Philippum aoathemate perculit.	1295	9
Beoedictus 10. Philippum Pulchrum ſolvit ab excommunicatione. Obiit nono inaugurationis ſuæ meoſe, Interregnum unius aoni fuit.	1303	9. m.
Clemens V. dictus Bertrandus de Gout Burdigalenſis Archiepiſcopus Lugduoi cooſecratus,	1305	9

Phi-

	Cœperunt.	Sederunt.
Philippi Pulchri vota omnia aſſenſu ſuo comptobavit. Templariorum Ordinem delevit, Pontificiam Sedem Avenionem tranſtulit, ubi annis hæſit 70. ad Gregorium uodecimum.		
Joannes 21. *aut* 22. Diœceſim Tolosanam in ſex alias diſtraxit. Pſeudo-franciſcanos plures compreſſit, quod acrius de paupertate Evangelica adverſum ſe contenderent.	1316	18
Benedictus 11. aut 12. Facultatis Pariſienſis Doctor, Apamearum Epiſcopus Anathema latum in Ludovicum Bavarum & Guillelmum Okamum redintegravit.	1334	7
Clemens 6. Attebatenſis Epiſcopus, Signatorii Annuli cuſtos, Rothomagenſis Archiepiſcopus Comitatum Avenionenſem emit. Jubilæum intra annos 50. coercuit.	1342	11
Innocentius VI. Epiſcopus Claromontanus Magnates Italiæ ſanctæ Sedis ditioni inhiantes in ordinem reduxit.	1353	10
Urbanus V. e S. Benedicti familia, Legatum agens Innocentii apud Siciliæ Reginam Avenione in Pontificem inunctus Romam adiit, ibique annos tres commoratus, ut Eccleſiam Græcam cum Latina conciliaret, Avenione mortuus eſt.	1363	10
Gregorius XI. Clementis 6. Nepos Romam rediit anno poſt translatam inde Sedem Avenionem 71.	1371	7
Urbanus 6. Clementem ſeptimum habuit Pontificatus æmulum a quo ingens Schiſma exortum eſt.	1378	12
Bonifacius 9. Pontifex legitimus creatus eſt. Illi ſe Petrus Lunenſis Antipapa objecit. Reditus quos *annatas* vocamus, conſtituit vindicato ſibi Archiepiſcopatuum, Epiſcopatuum & Abbatiatum unius anni proventu, quo diplomate Pontificio muniti, Sacerdotia ſuſciperent.	1390	15
Innocentius VII. armis rebellantes Romanos compreſſit.	1404	2
Gregorius XII. vocatus Angelus Corarius pertinax fovit diſſidium cum Antipapa Petro Lunenſi.	1406	3
Alexander V. e Fratrum Minorum grege Mediolanenſis Archiepiſcopus ad Schiſmatis incendia reſtinguenda incubuit, ſed præmatura morte correptus rem infectam reliquit.	1409	10 m.
Joannes XXII, aut XXIII. cui ad Schiſma reſcindendum Pontificatus abrogatus eſt in Concilio Conſtantienſi.	1410	5

	Cœperunt.	Sederunt.
Martinus V. loco illius delectus eſt a Concilio Conſtantienſi, & Schiſma ſopitum eſt. Synodum Baſileenſem indixit.	1417	13
Eugenius IV. Baſileenſi Concilio præfuit, a quo Pontificiæ dignitatis æmulus Felix creatus eſt. Eugenius omne ſtudium & operam poſuit in componenda Eccleſia Græca cum Latina.	1431	16
Nicolaus V. in ejus gratiam Felix Antipapa ſponte abdicavit.	1447	12
Calixtus III. ad bellum Turcis inferendum principes Chriſtianos permovit, atque ut in iſtud bellum Tartarorum ducem & Regem Perſarum pertraheret, fœdus eum eis pepigerat.	1455	3
Pius II. Æneas Sylvius Picolominius Senenſis.	1458	6
Paulus II. Eugenii IV. Nepos	1464	7
Sixtus IV. intra 25. annos Jubilæum coercuit & Bibliothecam Vaticanam ædificandam curavit.	1471	13
Innocentius VIII. Evangelii Concionatores in regnum quod vocant Congo miſit, quaſdam Pici Mirandulani propoſitiones damnavit.	1484	8
Alexander VI. Calixti III. Nepos Pontifex non adeo ſanctus.	1492	11
Pius III. Pii II. Nepos ad 26. diem vixit.	1503	1 m.
Julius II. Sixti IV. Nepos adverſus Francos bella geſſit, ut illos Italia amandaret.	1503	9
Leo X. e gente Medicea natus annos 37. Pontifex ſalutatus cum Franciſco primo de Concordato recipiendo & abolenda pragmatica ſanctione ſtipulatus eſt.	1513	8
Adrianus VI. Caroli V. Imperatoris præceptor.	1522	18 m.
Clemens VII. Juliani Medicei ſpurius filius, Florentinus Archiepiſcopus primum a Cardinali Columna, tum a Borbonio Comite Stabuli in pugna ad Ticinum captus, in cuſtodiam truſus eſt.	1523	11
Paullus III. e gente Farneſiana principes Chriſtianos inter ipſos conciliavit, congregavit Synodum Tridentinam.	1534	13
Julius III. qui Legatum egit pro Paullo tertio in Synodo Tridentina.	1550	5
Marcellus II. 22. dies regnavit.	1555	22 d.
Paullus IV. e gente Caraffarum plurimos Evangelii Concionatores ad Indos miſit.	1555	4
Pius IV. Pauli IV. Nepotes qui in Eccleſiaſtica ditione exactis vi pecuniis repetundarum tenebantur, morte mulctavit. Hoc Pontifice Tridentina Synodus finem accepit.	1559	5

Pius

	Cœperunt.	Sederunt.
Pios V. a S. Dominici familia inſignem contra Turcas in Lepantina pugna victoriam reportavit.	1566	6
Gregorius XIII. plurima Noſocomia Romæ inſtituit. Calendarium Eccleſiaſticum emendavit. Legatorum Japoniæ accepit obſequium.	1572	13
Sixtus V. Romam latronibus liberam eximiis ædificiis amplificavit.	1585	5
Urbanus VII. Sedem tenuit dies 12.	1590	12 dies
Gregorius XIV. menſibus 11. regnavit.	1590	1
Innocentius IX. ſedit 2 menſibus.	1591	2 m.
Clemens VIII. a quo Henricus 4. hæreſeos crimine ſolutus eſt, eruditis pluribus viris vulgatæ Bibliorum editionis emendationem commiſit.	1592	13
Leo II. e gente Medicea Archiepiſcopus Florentinus 27. dies regnavit.	1605	1 m.
Paullus V. a Borghesiis originem repetens, Ludovicum XIII. adminiſtrante Cardinali Joyoſæo, de ſacro fonte levavit.	1605	16
Gregorius XV. bienninm & menſes 6. ſanctam Sedem obtinuit.	1621	2
Urbanus VIII. e ſtemmate Barberino poeta inſignis principatum Urbinatem a Sixto IV. diſtractum, ad patrimonium S. Petri revocavit.	1623	21
Innocentius X. quinque propoſitiones, e Janſenio deductas, damnavit.	1644	5
Alexander VII. ad pacem promovendam Monaſterii legatum egit. Subſidia Venetis adverſus Turcas miſit.	1653	12
Clemens IX. anno 1668. Aquiſgrani pace facta Franciam cum Hiſpania compoſuit.	1668	3
Clemens X. ad pacem inter Chriſtianos Principes conciliandam intentus morte raptus infectam reliquit.	1670	6
Innocentius XI. Pontifex creatus eſt. Annos 13. ſedit, hujus vitæ rationis cauſa informatur ut referatur in Sanctorum Tabulas.	1676	13
Alexander VIII. fere ad biennium regnavit.	1689	2
Innocentius XII. antea Archiepiſcopus Neapolitanus.	1691	9
Clemens XI. Urbinas ex Albanorum familia, Orator inſignis, Pontificiam dignitatem annis 20. menſibus tribus obtinuit.	1700	20
Innocentius XIII. Romanus ad triennium ſedit.	1721	3
Benedictus XIII. Romanus ex Urſinorum gente, Ord. Prædicat.	1724	6
Clemens XII. Florentinus e Corſinorum ſtemmate a die 12. Julii 1730. feliciter regnat.	1730	

TABULA CHRONOLOGICA.

Schiſmatum & Antipaparum.

	An. Chriſti		
Novatianus Romanus Presbyter a Novato Carthaginenſi ſacerdote deceptus, adverſus Cornelium Papam Schiſma conflavit, atque haud multo poſt a Schiſmate ad hæreſim delapſus eſt.	251	1	Schiſma,
Urſicinus in Damaſum ſummum Pontificem invectus totam urbem turbis permiſcuit, ſed ex ea pulſus ab Imperatore in Gallias amandatus eſt,	366	2	Schiſma,
Eulalius a Presbyteris & Diaconis inſtigatus cum Bonifacio primo de Petri Sede contendit. Imperatoris Honorii juſſu Roma ejectus eſt.	418	3	Schiſma,
Laurentius eodem die quo Papa Symmachus, Pontifex creatus eſt. Excommunicationis Stigmate inuſtus eſt Anaſtaſius Imperator, quod iſtud Schiſma foviſſet.	498	4	Schiſma.
Dioſcorus Diaconus in Bonifacium Schiſmate invectus, non multo poſt in augurationem ſuam mortuus eſt,	530	5	Schiſma,
Petrus & Theodorus, alterum Clerus Romanus, Juſtiniani exercitus alterum tutabatur. Uterque dies aliquot Pontificia dignitate potitus, a populo, Clero, & exercitu communi conſenſu, renunciato Canone Pontifice, detruſus eſt,	686	6	Schiſma,
Theodorus & Paſchalis, aſſumpto Sergio Pontifice, dignitate ſua ſpoliati ſunt.	686	7	Schiſma,
Theophilactus per menſes aliquot adverſus Paullum Primum rebellavit,	757	8	Schiſma,
Conſtantinus Totonis frater, unius e Magnatibus Romanis, mortuo Paullo primo, aperta vi Pontificatum invaſit, & menſibus 13. raptus eſt,	768	9	Schiſma,
Philippus Monachus fretus Valdiperti Presbyteri Romani factione, Pontifex ſalutatus eſt.	768	10	Schiſma,
Zinzinus Eugenium II. Schiſmate vexavit,	824	11	Schiſma,
Anaſtaſius in Bonifacium Tertium electum a Clero & populo Schiſma conflavit,	855	12	Schiſma,
Sergius Petri ſedem invaſit, licet Formoſus Canonice Pontifex fuiſſet creatus,	891	13	Schiſma,
Bonifacius qui ſacerdotii gradu motus fuerat in locum mortui Formoſi irrupit, ſed nec a populo nec a Clero ſuſceptus, a Stephano 15. die pulſus eſt.	897	14	Schiſma,
Leo Joannis XII. Papæ æmulus, &	964	15	Schiſma.

Be-

	Ao. Chriſti.	
Benedictus V. a pſeudo-Synodo, contra Canonum morem congregata, electus eſt.		
Joannes Epiſcopus Placentinus Creſcentis unius e proceribus Romanis gratia fretus Gregorium V. deturbavit.	997	16 Schiſma.
Gregorius Cardinalis Benedictum octavum expulit & in Germaniam ad Imperatorem conſugere coegit.	1012	17 Schiſma.
Sylveſter & Joannes. Sylveſter Benedictum IX. dejecerat, ſed paullo poſt loco motus eſt. Benedictus IX. hunc ſibi Joannem ſuſſicere voluit, ſed fruſtra, neque enim receptus eſt. Tres iſti Pontifices, ſcilicet Benedictus qui legitimus erat, Sylveſter & Joannes Antipapa Gratianum Presbyterum, dictum poſtea Gregorium VI. depoſitis dignitatis inſignibus ſibi ſubrogarunt.	1044	18 Schiſma.
Mincius, aſſumpto Benedicti nomine, æmulum ſe Nicolao II. ſubjecit.	1059	19 Schiſma.
Cadalous adſciſcens ſibi Honorii nomen, Imperatoris Henrici & Agnetis matris ejus favore ſubnixus, Pontifex factus quinquennio cum Alexandro II. de Petri Sede contendit.	1061	20 Schiſma.
Guibertus ſumpto Clementis nomine a Concilio Brixiæ habito ſublectus adverſus Gregorium VII. Henrici Imperatoris uſus autoritate pro dignitate ſua certavit.	1075	21 Schiſma.
Albertus & Theodoricus ab Imperatore Henrico in Paſchalem Secundum excitati ſunt.	1099	22 Schiſma.
Gregorius Antipapa antea vocatus Burdinus fretus Henrici V. Imperatoris autoritate cum Gelaſio de Pontificatu decertavit.	1118	23 Schiſma.
Theobaldus vocatus Cæleſtinus II. a quibuſdam Cardinalibus creatus, Honorio II. locum ceſſit.	1124	24 Schiſma.
Petrus Leonis Romani filius ſolo Guillelmi Aquitaniæ Ducis, qui poſtea S. Bernardi monitis ad meliorem vitam ſe recepit, patrocinio confiſus Anacleti II. nomen uſurpavit.	1130	25 Schiſma.
Octavianus Victoris ſibi vindicato nomine adverſus Alexandrum Tertium auxilio Frederici ſtetit, Mortuo Octaviano Calixtum Schiſmatici ſuffecere, tum Paſchalem qui ſtatim ab inauguratione mortem obiit,	1159	26 Schiſma.
Petrus Corbario e S. Franciſci familia Nicolai 5. nomen gerens, ex adverſo Joannis XXII. ſtans, ab eo Pontifice comprehenſus in carcerem conjectus obiit.	1325	27 Schiſma.
Robertus Clemens dictus, ab eo magnum exortum eſt Schiſma. Avenione adverſus Urbanum Sextum & Bonifacium ſucceſſorem ejus, ſedem fixit.	1378	28 Schiſma.

	An. Chriſti.	
Benedictus XIII. a Schiſmaticis Clementi ſubrogatus antea vocatus Petrus Lunenſis, hæſit Paniſcolæ in Catalaunia adverſus Bonifacium & Succeſſores ejus. Tentavit Piſana Synodus huic malo medicas afferre manus, & illud exturbavit, creavit enim Alexandrum Quintum, quo factum eſt ut tres ſimul Pontifices nempe Gregorius XII. legitimus, Benedictus XIII. & Alexander V. de Pontificatu contenderent.	1394	29 Schiſma.
Clemens XII. dictus antea Ægidius Munon Canonicus Barcinonenſis in Benedicti XIII. locum venit; & Martini V. ſtetit æmulus, utebatur gratia Regis Arragonum, quo cum Martino in gratiam redeunte Schiſma exſtinctum eſt.	1424	30 Schiſma,
Amedeus Sabaudiæ Dux a Concilio Baſileenſi pontifex factus, Felicis V. ſibi nomen arrogavit. Stetit adverſus Eugenium IV. ſed in Nicolaum V. abdicatam dignitatem contulit.	1439	31 Schiſma,

SUCCESSIO LII.

Romanorum Imperatores,

	Ante Chriſtum. Cœper.	Regn.
Julius Cæſar occupata ſuprema autoritate immutat Reipublicæ Romanæ adminiſtrationis formam.	47	33
Auguſtus adoptatus a Julio Cæſare ſolus imperium non tenuit, niſi poſt Actiacam pugnam.	14	57
Tiberius Liviæ & Neronis filius, adoptatus ab Auguſto in Inſula Caprea moritur in quam ſeceſſerat ut facilius per omnia ſe libidinum genera volutaret.	14	23
Caligula Agrippinæ & Germanici filius dicitur Tiberio jam animam agenti ſuapte manu fauces eliſiſſe. Pro Deo coli ſe voluit. A Caſſio & Chærea interfectus eſt.	37	4
Claudius Caligulæ Patruus Druſi filius, Roma Judæos, Mathematicos Italia pepulit. Homo natura minime malus, ſed vecors ac ſtolidus.	41	13
Nero Agrippinæ & Germanici filius a Claudio adoptatus inter optimos Principes per quinque priores annos regni ſui eſt habendus. Poſt a nullo vitiorum genere ſibi temperavit.	54	14
Galbam Julius vindex ad imperium capeſcendum impulit. Interfectus eſt ab eo quem adoptarat Piſone.	68	7 m.
Otho Imperator acclamatus eſt, victus a Vitellio ſeipſum interemit.	68	3 m.
Vitellius, arrogato ſibi Imperatoris nomine octo tantum menſes ab Othone devicto imperavit.	69	8 m.
Veſpaſianus exercitui præfectus a Nerone miſſus in Judæam invaſit Imperium, favit viris litteratis. Urbem Hieroſolymam cepit.	69	10
Titus Veſpaſiani filius facilis & benefi-	79	2

cus

	Cœper.	Regn.
cus erat. Creditur a fratra Domitiano veneoo fuiſſe peremptus.		
Domitianus Neronis æmulus erat, ee Deus appellari voluit.	81	15
Nerva Domitiani acta reſcidit, & quæ per injuſtitiam ademerat reſtituit,	96	2
Trajanus a Nerva io filium adoptatus, fines Imperii promovit. Rebellantes Judæos compreſſit.	98	19
Adrianus Trajani Conſobrinus Hieroſolymam a ſe inſtauratam Æliam vocavit, Judæos, Duce Barcocheba tumultuantes interneciona delevit.	117	21
Antoninus Pius adoptatus ab Adrieno cum Nume propter prudentiam comparatus, quia imperium ut pater filios ſola autoritate regebat.	138	23
Marcus Aurelius, & Ælius Verus communiter impererunt, de Parthis triumpharunt, bellum Marcomanicum ſuſceperunt. Verus hoc ineunte bello periit, cui ſuperſtes Aurelius undecim adhuc annis vixit.	161	19
Commodus cum Marco Aurelio patre ſuo quattuor annis regnavit, in Imperii ſocietatem ab ipſo vocatus. Duplex annos regni ejus computandi ratio eſt. Imperavit 17. ennos ſi ſubducatur annorum ſumma quos cum Aurelio regnavit, & 13. ab ejus morte.	176 180	17 13
Pertinax ab iis qui Commodum oppreſſerant Imperator eſt ſactus. Romæ Præfectus erat, & tribus poſt menſibus e medio ſublatus eſt.	193	3 m.
Didius Julianus poſt Pertinacis obitum Imperium licitatus eſt, ſed juſſu Severi necatus aſt quod integrom donativum repræſentare non potuiſſet.	193	2 m.
Septimius Severus Africa oriundus, Byzantium poſtea Conſtantinopolim dictum expugnavit. Parthos, Adiabenos, Arebas devicit, & Anglia bello parta Eboraci mortuus eſt.	193	18
Caracalla & Geta. Prior a Severo Patre anno 198. poſterior anno 208. io ſocietatem Imperii aſcitus eſt. Ille cum Severo annis 13. hic 3. regnavit, Caracalla Getam fratrem occidit enno 212. Caracalla ab obitu patris tenuit Imperium annos 6.	211	6
Macrinus præfectus Prætorio cum Diadumeno filio aliquanto plus anno imperavit.	217	1
Heliogabalus ex Jovis & Solis ſacerdote Caracallæ filius creditus annis tribus & menſibus novem regnavit.	218	4
Alexander Severus in juris corruptelas enimedvertit. Chriſtum magna reverentia proſequutus eſt, imaginem ejus in larario coluit.	222	13
Maximini pater & filius qui Alexandrom Sevarum interfecerant bellum Germanicum confecere; dum Aquilejam obſident interimuntur.	235	4
Gordiani in Africa Imperium uſurparant, dum Maximinus cum Germania bellum gerebat, ac non multo poſt perempti ſunt.	237	
Balbinus & Pupienus eum Gordiano juniore annum unum Imperium tenuere ambo. Illi a militibus trucidati ſunt anno 238. in locum Gordiano-	237	1

	Cœper.	Regn.
rum ſuffecti erant viventibus Maximinis, & brevi poſt illos tempore mortui ſunt.		
Gordianus filius *vel* Nepos Gordiani in Africa occiſi plures victorias adverſus Perſas reportavit, & juſſu Philippi qui io ejus locū ſucceſſit oppreſſus eſt.	238	6
Philippi pater & filius Gordiano ſuffecti cum Sapore Rege Perſarum pace conſtituta Romam redierunt. Veronæ pater, Romæ filius jugulatus eſt.	244	5
Decius contra Scythas pugnans, paludis hauſtus gurgite periit.	249	3
Gallus creatus Imperator, Voluſium filium in conſortium aſſumpſit, a militibus trucidati ſunt. Gallus *Hoſtilianum* quoque Imperii participem fecerat, qui peſte ſæviente mortuus eſt.	252	2
Æmilianus Mæſiæ Præfectus in eorum locum ſucceſſit; & tribus tantum menſibus Rempublicam rexit.	253	3 m.
Valerianus & Gallienus ejus filius Imperium invadunt. Scythas prælio infringunt. Valerianus miſere interiit regni 7. anno. Gallienus ei ſuperſtes, Odeoatem Palmyrænorum Regem, Imperatorem reountiat. Gallienus ad Mediolanum occiditur anno 269.	253	15
Claudius Areolum tyrannum ſuſtulit, Gothos pugna fregit, & annos duos regnavit.	268	2
Quintilius ſreter ejus Imperator ſalutatus poſt dies 15. obtruncatus eſt.	270	15 d.
Aurelianus vicit Alemanos & Mercomanos. Muros urbis amplificavit. Zenobiam vicit. Longinum Rhetorem interfecit, & ipſe occiſus eſt anno 275. Interregnum fuit menſium ſeptem, quod de eligendo Imperatore eſſet oria conteorio.	270	5
Tacitus qui ad Hiſtoricum Tacitum genus ſuum referebat Scythas debellavit, mortuuſque eſt octo menſibus poſtquam Imperator renunciatus eſt.	275	8 m.
Florianus ejus frater illi ſucceſſit in Occidente, & *Probus* in Oriente. Intra menſes tres Florianus inciſis ſponte venis obiit.	276	3 m.
Probus eodem temporis intervallo in Oriente ſactus Imperator quo Florienus in Occidente, ſolus principatu potitus eſt: Gallias pacavit, recepit Illyricum, Getas & Perſas ſubegit, & ann. 282. occiſus eſt.	276	6
Carus Narbonæ ortus Probo ſuffectus eſt, qui Carinum & Numerienum Imperii ſocios renuntiavit, Perſes fregit. Meſopotamiam ſubegit. Carinus exanimatus eſt exeunte enoo 283. & Numerianus ab Apro oppreſſus anno 284. Carus obiit anno 285.	282	2
Diocletianus ſubjectus eſt anno 284. Gallorum quorumdam proterviam opera Maximiani Herculii protrivit. Hic Cæſar eſt factus anno 286. Duos Cæſares crearunt, Conſtantium Chlorum, & Galerium Maximianum anno 291. Anno vero 304. uterque Imperator depoſite purpura ſummam rerum Conſtantio & Galerio poſuerunt.	284	21
Conſtantius Chlorus Claudii ſecundi Imperatoris nepos & Galerius Maxi-	305	8

	Cœper.	Regn.
mianus mortui ſunt, ille anon 306. & duos ferme annos regnavit, hic anno 312. & per aliquot annos eum Conſtantino rexit Imperium.		
Conſtantinus Magnus Conſtantii Chlori filius imperio potitus eſt anno 306. *Severus* Auguſtus *vel* Imperator eodem anno creatus eſt, at non mulro poſt obiit. *Maximino* eadem eſt anno 306. conceſſa dignitas, necnon & *Maxentio* Herculii, tum & *Licinio*. Conſtantinus omnes hoſtes ſuos vicit. Anno 324. Chriſtianam fidem amplexus eſt. Anno 337. obiit.	306	31
Conſtantinus, Conſtantius, & Conſtans, Conſtantini filii in ejus locum ſucceſſere. Mortuus eſt Conſtantinus anno 340. Conſtans occiſus eſt anno 350. & Conſtantius obiit an. 361. regni an. 24	337	24
Julianus dictus Apoſtata fratris Conſtantini magni filius, Chriſtianam fidem ejuravit. Idolorum ſana reſeravit, & in bello Perſico periit.	361	3
Jovinianus *ſeu* Jovianus Chriſtianæ Religionis ſtudioſus idolorum delubra claudi & aboleri ſacrificia edixit. Mortuus eſt regni menſe 8.	364	8 m.

SUCCESSIO LIII.

Imperatores Occidentis.

„ Mortuo Joviano ſciſſum eſt bifariam
„ Imperium in Orientale & Occidentale. Imperatorum Occidentis, poſtmo-
„ dum Orientis ſeriem texemus.

	Cœper.	Regn.
Valentinianus apud Nicæam in Bithynia Imperator electus eſt, Valentem fratrem Auguſtum appellavit, & Orientis Præfecturam ei permiſit. Alemanos, Saxones, & Quados bello ſuperavit. Ira vehementiore correptus interiit.	364	11
Gratianus ejus filius anno 383. Lugduni occiſus eſt. Ex quo a patre Auguſtus anno 367. eſt factus 16. annos, ſed a patris obitu octo annos regnavit.	375	8
Valentinianus ſecundus Valentiniani primi filius particeps Imperii factus eſt anno 375. ſancto Ambroſio ſemper indivulſus adhæſit, nequidquam matre Juſtina repugnante, a qua indigna ſanctus ille vir perpeſſus eſt. In ſumma annos 17. & a Gratiani morte octo regnavit. *Eugenius invaſit Imperium, & eo devicto a Theodoſio magno, Honorius Occidentis Imperator anno 393. renunciatus eſt.*	383	8
Honorius magni Theodoſii filius inteſtinis bellis ardens Imperium ſuccepit. Stilíconem Imperium ad ſe transferre molientem ſuſtulit.	393	30
Valentinianus tertius Joannem Imperium affectantem debellavit. Plurimæ Imperii Provinciæ ab eo dilapſæ a Gothis, Vandalis, & Hunnis occupatæ ſunt.	424	31
Maximus qui in Valentiniani mortem conſpiraverat, Eudoxiam ejus conjugem duxit, & interemptus eſt regni 2.	455	2
Avitus in Galliis ab exercitu eo ipſo tempore quo Maximus, renunciatur Imperator, tribus annis regnavit, & Maximo ſuperſtes uno tantum anno fuit.	455	3
Majorianus poſt Avitum ſumpſit Imperium. Ad Genſericum profectus Regem Vandalorum, interfectus eſt.	457	4
Severus conſtitutus Imperator, quarto poſt anno veneno ſublatus eſt.	461	4
Poſt interregnum annus anni fuit		
Anthemius Imperator Occidentis appellatus eſt a Leone Orientis Imperatore Romæ peremptus eſt anno 472.	467	5
Olybrius Anthemio a Recimere hujus Socero ſuffectus eſt, & vita functus ſexto poſtquam creatus erat menſe.	472	6 m.
Glycerus cepit Imperium an. 473. quod ſupra annum menſibus quattuor adminiſtravit, inauguratuſque eſt Oſtieoſis *vel* Salonentis Epiſcopus.	473	1
Julius Nepos in illius ſucceſſit locum, atque ab Oreſte ex Imperio deturbatus, mortuus eſt anno 480. regnavit unum tantum annum.	474	1
Auguſtus ab Oreſte patre ſubſtitutus eſt *vel* ab ipſis teneris unguiculis. Cæſo patre Odovacer Herulorum Rex filium ex Imperio dejecit.	475	1

„ Occidentale Imperium deſitum eſt
„ in Auguſtulo & deletum jacuit ad
„ Carolum Magnum ineunte nono
„ Sæculo. Stabat nihilominus Orien-
„ tis Imperium, ut videre eſt in Impe-
„ ratorum Orientalium ſerie quæ pro-
„ xime ſequitur.

	Cœper.	Regn.
Carolus Magnus ipſo natalis Dominici die Corona capiti impoſita renunciatur Imperator, anno Chriſti 800. Eccleſiam tutatus eſt, & totus in Officia Religionis ac pietatis intentus diem clauſit, 14. annis tenuit Imperium.	800	14
Ludovicus Pius, filius ei ſuffectus eſt, patris veſtigia premens Eccleſiæ vindex extitit. Stephanum Quintum excepit ab eoque apud Rhemos an. 816. Imperatoria Corona decoratus eſt.	814	17
Lotharius Ludovici natu maximus, pluribus in præliis adverſus fratres commiſſis rem infeliciter geſſit. Annis 15. Imperium tenuit, deinde in Prumienſi Cœnobio Monachus eſt factus.	841	15
Ludovicus ſecundus Lotharii filius contra Sarracenos Africanos bellum geſſit. Beneventanorum Ducem compeſcuit, a quo poſtea & ipſe victus eſt, nec minus tamen Italia fugere compulit. Ludovicus cum alio Ludovico II. Balbo dicto Rege Francorum promiſcue non eſt habendus; is enim anno tantum 877. regnare incœpit, neque unquam fuit Imperator.	856	20
Carolus cognomento Calvus Romam advolans a Joanne 8. in Auguſtum coronatus eſt ipſo natalis Dominici die anni 875. Imperii 2. veneno a Medico ſuo ſublatus eſt.	876	2
Carolus Craſſus in locum ejus ſucceſſit, imperavit annis decem, & prælio adverſus Normannos commiſſo victus diſceſſit. Regnum non ultra 887. *vel* 888. obtinuit.	878	10
Arnulphus Roma expugnata, a Formoſo Papa Corona Imperiali decoratus eſt.	888	12

Lu-

	Cœperunt.	Regn.
Ludovicus III. ſubſtituitur Arnulpho patri. Ab Hungaris victus eſt, cumque Caroli M. poſteritas defecit.	900	6
Conradus primus e Teutonicis Germaniæ Imperium obtinuit, obvias primum difficultates paſſus ſolerter exſolvit.	906	7
Henricus auceps dictus de Hungaris memorabiles retulit victorias.	912	20
Otho Magnus, Henrici filius, Sclavos & Boemos perdomuit, Giſibertum Lotharingiæ Ducem & Ludovicum Traſmarinum vicit; Italia armis occupata, a Romano Pontifice unctus coronatuſque eſt Imperator.	936	38
„ Mortuo Carolo Craſſo dira in Imperio rerum perturbatio ſecuta eſt, Plurimi Italiæ Principes nomine & inſignibus Imperii ſeipſos decorabant; ſeriem eorum contexemus qui a Caroli Craſſi morte nomen Imperatoris in Italia uſurparunt ad Othonem Magnum, qui Berengarium ſecundum ea dignitate ſpoliavit. Deinde ſeriem filiorum & ſucceſſorum Othonis Magni perſequemur. “		
„ Vido Dux Spoletanus Imperatoris nomine potitur, eumdem ſibi titulum Berengarius ſumpſerat, coronatus Imperator a Papa Formoſo, ſed victus eſt. Lambertus Vidonis filius Imperatoris nomen a patre conſequutus fuerat. Vido mortuus eſt anno 894.	888	6
„ Lambertus patri ſuffectus, Arnulphum Germanum Imperatorem & Berengarium foro julienſem fregit.	894	5
„ Berengarius ſummam rerum in ſe tranſtulit. Sed Ludovicus Boſonis filius a Lothario Imperatore per matrem repetens originem, ab Adelberto Tuſciæ marchione in illum excitus eſt.	899	1
„ Ludovicus Boſonis filius in Italiam advolans, victo Berengario, a Papa Imperii donatus eſt inſignibus anno 901. ſed a Berengario deinde Imperio privatus eſt.	901	3
„ Berengarius igitur rurſus tenuit Imperium anno 904. & anno 915. Imperator eſt inunctus, verum a Rodulpho Burgundiæ Rege Imperio & vita privatur anno 924.	904	20
„ Rodulphus Imperium non diu retinuit. Coactus illud abdicare duobus poſt annis in Burgundiam ſe recepit vocato ab Italiæ proceribus Hugone Rege Arelatarum ad Imperium capeſcendum.	924	2
„ Hugo Rex Arelatenſis ſive Provinciæ Comes regnare incipit anno 926. Maroſiam uxorem duxit. Anno 947. Hugo relicta filio ſuo rerum ſumma, in Provinciam rediit.	926	21
„ Lotharius rexit Imperium cujus particeps jamdudum fuerat factus ab Hugone. Mortuus eſt anno 949.	947	2
„ Berengarius 2. ab 945. anno rerum potiebatur, ſed mortuo Lothario Imperatoris nomine decoratus eſt. Otho enim magnus in Italiam invitatus, Berengarium Imperium abdicare coegit anno 962. Berengarius in Germania 966. fato functus eſt, & ſolus Otho Magnus Imperatoris nomen geſſit.	949	13
Otho ſecundus in patris Othonis Magni locum ſucceſſit ab anno 967. coronatus fuerat Imperator a Græcis in Calabria, fuſus fugatuſque Romæ obiit anno 983.	973	10
Otho tertius anno 990. Imperatoris titulo coronaque donatus patri ſuffectus eſt. Uxorem ſuam, Aragonum Regis filiam, adulterii manifeſtam ignibus addixit.	983	22
S. Henricus II. Claudus dictus anno tantum 1014. inſignia ſumpſit Imperii. Sarrecenos in Apulia debellavit. Servata vel in matrimonio virginitate anno 1024. mortuus eſt.	1001	23
Conradus II, a Papa Joanne XIX. coronam ſuſcepit. Rodulphus Burgundionum Rex anno 1032. in illum regnum ſuum tranſtulit. Odonem Comitem Campanienſem debellavit, & anno 1039. obiit.	1024	15
Henricus III. Conradi filius Boemos & Hungaros bello ſubegit, & Beneventina civitate auxit ſummum Pontificem, morienti adfuit Victor Secundus Papa.	1039	27
Henricus IV. Romanam Eccleſiam afflixit. Fovit Antipapam Guibertum, & excommunicationis telo confixus eſt, quod Epiſcopos & Abbates conſtituendi jus ſibi arrogaret. A Saxonibus prælio peſſime exceptus eſt. Anno 1082. *Hermanno* Lotharingio Imperium delatum eſt, qui obiit anno 1088. a filio deturbatus Henricus mortuus eſt 1106.	1056	35
Henricus V. patri haud abſimilis Eccleſiæ moleſtiſſimus fuit, Antipapam Burdinum tutatus, pace ab eo reddita Eccleſiæ anno 1122. obiit Trajecti anno 1125.	1106	19
Lotharius II. Saxonum Dux tranſlatum in ſe repugnantem & invitum Imperium ſuſcepit. Romam adiens, ſummum Pontificem reſtituit, atque armis parta Calabria occubuit anno 1138.	1125	13
Conradus III. Frederici Sueviæ Ducis filius, hortante ſancto Bernardo ad ſacram expeditionem ſumpto Crucis inſigni profectus, rem infeliciter tractavit. Obiit anno 1152.	1139	13
Fredericus Ænobarbus Conradi tertii patruus, Imperatoris nomen ab Adriano IV. eſt adeptus anno 1155. Octavianum Antipapam tutatus eſt Adverſus Alexandrum III. cum ſummo Pontifice pacem ſancivit anno 1177. ſub inſigne Crucis coactum exercitum Jeroſolymam deduxit. Tarſi in Cilicia diem obiit ſupremum anno 1190.	1152	38
Henricus VI. Friderici filius patri ſubrogatus Imperii coronam cepit anno 1191. Apuliam & Calabriam bello conſequutus eſt, atque ab uxore veneno ſublatus eſt anno 1198.	1190	7
Philippus Imperium auſpicatus eſt anno 1198. & Aquiſgrani, nomen Imperatoris	1198	10

	Cœperunt.	Regn.
ſoris ſibi tribuiſ, ab uno e ſuis proceribus anno 1208. interfectus eſt.		
Otho quartus Imperatoris nomen ſibi ſumpſerat aliquanto tempore poſt Philippum, at juxta conſtitutam inter ſe pactionem eo, quamdiu ſuperſtes Philippus erat, ſe abſtinuit. Excommunicatione perculſus eſt anno 1210. a Philippo Auguſto ad Bovinaſ anno 1214. victus eſt.	1208	9
Fredericus ſecundus Henrici ſexti filius eodem tempore atque Otho IV. regnavit. Imperator anno 1212. electus eſt. Ter ſacris interdictus, in Syriam profectus rem Chriſtianam infide geſſit, atque Italiam bellis & perturbationibus replevit.	1217	32
Henricus Haſſiæ Lantgravius ſtatim a Frederico in Concilio Lugdunenſi anno 1245. anathemate perculſus, ſibi purpuram aſſumpſit, duobus tantum annis Imperium tenuit, & moriens Fredericum ſecundum ſuperſtitem reliquit.	1245	2
„ Guillelmus Hollandiæ Comes Frederico ſecundo adhuc in vivis degenta, Henrico ſuffectus eſt. Obiit anno 1256, ſeptem annis poſt Fredericum.	1247	9
„ Richardus Cornubiæ Princeps a nonnullis Electoribus Imperator renunciatus, in Angliam, re male confecta, ſe recipere coactus eſt.	1257	1
„ Alphonſus Arragonum Rex ab aliis electus contentus Imperii titulo, onus illius ſubire recuſavit.		
„ Per aliquot annos interregnum fuit, donec hortante Gregorio X. indicta fuere Electorum Comitia.		
Rodulphus anno 1273. delectus eſt ob ſingularem pietatem & fortitudinem. Bohemos prælio delevit occiſo eorum Rege Ottocare.	1273	19
Adolphus Naſſauvius Imperator ſalutatus eſt, crudelitate & rapacitate infamis, cique inbrogatus Albertus Rodolphi filius. Adolphus commiſſa acie occidit anno 1298.	1292	6
Albertus Dux Auſtriæ Adolphi locum obtinuit anno regni 10. a fratris filio trucidatus eſt.	1298	10
Henricus Luxemburgenſis Dux in Italiam profectus plurimis civitatibus potitus Romæ anno 1312. coronatus eſt. Regnum Neapolitanum invaſit, & anno 1313. non ſine veneni a Dominicano Monacho dati ſuſpicione eſt extinctus. *Poſt mortem ejus menſium 14. interregnum fuit.*	1308	3
Ludovicus Bavarus deſignatur Imperator a nonnullis Electoribus; ab aliis Fredericus Dux Auſtriacus. Ludovicus, capto Frederico, diris devovetur a Joanne XXII. & Antipapam Petrum Corbarienſem defendit.	1314	33
Carolus quartus Luxemburgenſis Romanorum Rex inauguratus eſt anno 1346. Romæ Coronam Imperialem accepit anno 1355. regnavit 31. annos.	1347	31
Vinceslaus poſt Caroli patris obitum locum ejus ſuſcepit. Hic pro filio eligendo Electorum ſuffragia pretio ſuſtulerat, a quibus anno 1400. 22. Regni, dignitate ſua motus eſt.	1378	22
Robertus Bavariæ Dux Vinceslao ſuffectus eſt, Per decem annos regni nullum operæ pretium fecit.	1400	10
Sigiſmundus Caroli quarti filius Vinceslai frater, in conciliandа Eccleſiæ pace ſchiſmate conturbatæ totus fuit. Mortuus eſt anno 1437.	1410	27
Albertus ſecundus Dux Auſtriacus Sigiſmundo ſucceſſit ſocero ſuo. Maximas res adverſus Moravos, Boemos, & Turcas confecit.	1438	2
Fredericus tertius cujus regnum in Germania quietiſſimum fuit. Huſſitæ tamen Pragam & Bohemiam vi cœperunt, & Matthias plurima oppida Frederico eripuit.	1449	53
Maximilianus Frederici filius patri ſucceſſit. Bellis quibuſdam Carolum octavum laceſſivit, quæ brevi ſopita ſunt, Carolo Comitatum Atrebatenſem ultro ei permittente.	1493	26
Carolus quintus Avo ſuo Maximiliano vita functo Imperium accepit, cum Franciſco primo perpetuum fere bellum habuit. Urbem opera Caroli Borbonii ſtabuli comitis qui ſub Carolo merebat, vi cepit. Clementem ſeptimum in cuſtodia conjectum detinuit, fines Imperii plurimum in Africa promovit. Percelebrem in Germanos Lutheranos, dictos Proteſtantes, victoriam reportavit anno 1342. nonnullis Henricum ſecundum Franciæ Regem bellis pulſavit; adminiſtrationem Imperii in Ferdinandum fratrem tranſtulit, & obiit anno 1558.	1519	36
Ferdinandus Caroli quinti Imperatoris frater Imperator renunciatus eſt nonnihil ægre ferente Paulo quarto ſummo Pontifice, ſed Pius IV., ratam habuit ejus inaugurationem.	1555	9
Maximilianus II. Ferdinandi filius rem geſſit minus feliciter in Hungaria adverſus Turcas. Rex Polonorum ſublectus eſt, ſed nunquam jus ſuum in illud regnum vindicavit, obiit anno 1576.	1564	12
Rodolphus ſecundus Maximiliani filius plurima a Turcis capta oppida deſideravit, recepit tamen Franciæ auxiliis fretus.	1576	36
Matthias Rodolphi frater per tres annos cum Turcis bellum geſſit. Adoptatum a ſe Ferdinandum ſecundum in Regem Hungariæ & Bohemiæ eligi curavit.	1612	7
Ferdinandus ſecundus Bohemos debellavit adverſum ſe rebellantes, & Danis ſuperatis mortuus eſt anno 1637.	1619	18
Ferdinandus tertius filius ejus ei ſuffectus Svecos ſuperavit, atque ab iis ſuperatus eſt anno 1638. coactus eſt ad pacis conditiones cum Danis & Francis deſcendere.	1637	20
Leopoldus Ferdinandi III. filius Viennam Auſtriæ immani a Turcis apparatu obſeſſam liberavit, ipſoſque Hungariæ finibus expulit. Obiit anno 1705.	1658	47

Jo-

	Cœperunt.	Regn.
Joſephus Leopoldi filius natu major ad ſex annos Imperium tenuit. Italia, Brabantia, ac magna Flandriæ Gallicæ parte potitur. In Hungaria, & Tranſilvania rebelles frangit.	1705	6
Carolus VI. Joſephi frater ab ann. 1711. Imperii habenas feliciter moderatur. Pacem cum Gallo ſancit an. 1714. cum Hiſpano 1725. Turcas illuſtri victoria an. 1716. in Hungaria fregit, pluresque ab ipſis urbes recepit. Hungariæ ac Bohemiæ Rex eſt coronatus, horumque Regnorum, ac totius hæreditariæ ditionis ſucceſſio Archiduci Mariæ Thereſiæ primogenitæ ano, 1725. ab ipſo decreta eſt,	1711	

SUCCESSIO LIV.

Imperatores Orientis.

	Cœperunt.	Regn.
Valens a Valentiniano fratre Orientis Imperator creatus eſt, Procopium Juliani Apoſtatæ propinquum oppreſſit. Gothis pacem tribuit. Hunnos humaniter exceptos intra fines Imperii collocavit. Fovit Arianos: occiſus eſt anno 378.	464	1
Theodoſius magnus annos natus 33. Orientis Imperator eſt factus. Gothos vaſtantes Imperium debellavit. Gratiani mortis pœnas repetiit. Valentinianum juniorem in Imperio confirmavit. Ambroſii pœnitentiæ præſcripto ſatisfecit. Eugenium mortis Valentiniani junioris reum ſuſtulit. Mediolani obiit anno 395.	379	16
Arcadius M. Theodoſii filius nihil memoria dignum geſſit per annos tredecim regni.	395	13
Theodoſius junior Arcadii filius Iſdegerdis tutelæ a patre ſuo commiſſus eſt, quam ille cum fide peregit. Quietum ſatis ejus regnum fuit. Obiit anno 450.	408	42
Marcianus obſcuro loco natus Pulcheriam ea lege duxit ut virginitatem illibatam ipſa ſervaret. Mortuus eſt anno 457.	450	7
Leo primus opera promotus Aſparis, ipſum Aſpare cum nonnullis ex filiis ejus obtruncavit. Tenuit Imperium annis 17. menſibus 6.	457	38
Leo junior Zenonis filius Cæſar factus eſt ab avo materno Leone primo. Vixit tantum menſibus decem, Zenonem patrem paullo poſt Leonis primi mortem Auguſtum conſtituerat.	474	10 m.
Zeno Leonis junioris pater matrimonium inierat cum Ariadna Leonis primi filia, a Baſiliſco & Verina ſocru Regioa pulſus viginti poſt menſibus Imperium recuperavit. Iterum e ſolio exturbatus a Marciano Sororio ſuo; haud multo poſt reſtitutus eſt, Interiit anno 491.	474	17
Anaſtaſius ex ordine Silentiariorum Ariadnam Leonis uxorem ſibi adjunxit. Populos nimis tributis Capitatim impoſitis oppreſſos ſublevavit. Perſas prælio delevit, fregit Vitalianum, Catholicos oppugnavit. Petri Fullonis hæreſim ſuſcipiendam euravit. Fulmine percuſſus periit feria quinta ſacra anni 518.	491	27
Juſtinus pietate præſtans Anaſtaſio ſucceſſit, illo imperante Antiochia terræ motu pæne omnis eſt everſa. Tam rudis litterarum fuiſſe dicitur ut vix potuiſſet nomen exarare ſuum,	518	9
Juſtinianus ſororis Juſtini filius prioribus annis Imperii Eccleſiæ conſuluit; ſed ab Eutychianis circumventus eſt. Seditionem in ſe coortam Conſtantinopoli repreſſit, vicit Vandalos, Italiam armis ex Gothis recepit.	527	39
Juſtinus ſecundus ſororis Juſtiniani filius, juſtitiæ amans quam in Imperio ſuo reſtituit, male rem geſſit adverſus Perſas, Obiit anno 578.	565	13
Tiberius ſecundus Cæſar a Juſtino anno 574. & Auguſtus anno 578. creatus erat. Perſas cecidit. Imperavit poſt Juſtinum annos tantum quattuor,	578	4
Mauricius Dux erat fortiſſimus ſed avaritiæ labe infamis. Celebres in Perſas victorias reportavit. Deum oravit ut vivus avaritiæ pœnas perſolveret. A Phoca e ſolio dejectus eſt. Tribus filiis in conſpectu ejus trucidatis, hanc calamitatem miro pietatis exemplo perpeſſus capite plexus eſt.	582	20
Phocas antea Centurio, Imperator ſalutatus eſt, In omne flagitiorum genus volutabatur. Imperii Magnates interficiebat dum Perſæ fines ejus populabantur.	602	8
Heraclius, capta Conſtantinopoli, Phocam deturbavit, a Perſis victus, poſtea eorumdem victor fuit. Quoſdam terrarum tractus Muhamedi conceſſit. Fovit Monothelitas,	610	30
Conſtantinus Heraclii filius poſt hunc imperavit, & quarto menſe a Martina matre ſua veneno ſublatus eſt,	641	4 m.
Heracleonas ſenis haud amplius menſibus regnavit, nares illi ſenatus decreto, matri lingua præciditur.	641	6 m.
Conſtans Conſtantini filius ei ſubrogatus eſt. Fovit Monothelitis, infelici prælio contra Sarracenos certavit, a Longobardis victus Syracuſis peremptus eſt.	642	27
Conſtantinus ejus filius Imperium geſſit. Catholicam fidem reſtituit. Fregit Sarracenos, & ſexto Concilio adverſus Monothelitas coogregato pacem Eccleſiæ fecit.	668	17
Juſtinianus ſecundus in locum patris Conſtantini inauguratus eſt Imperator. Sæpiſſime adverſa fortuna	685	10

con-

	Cœperunt.	Regn.
contra Sarraceoos eſt uſus. Regno pulſus nalo truncato, in exilium actus eſt.		
Leontius locum ejus invaſit. Re nonnullis in prælis adverſus Sarracenos male geſta, oppida quædam ſibi ab illis eripi paſſus eſt. Naſi elade deformis in Monaſterium detruſus eſt.	695	3
Tiberius Apſimarus variis in occaſinnibus ducenta Sarracenorum millia concidit. Regnavit annis 7.	698	7
Juſtinianus tertius regnum denuo adeptus morte damnavit Leontium & Tiberium, is cum Tiberio filio capite imminutus eſt, Cherſonitas omnes mactari fecit.	705	6
Philippus Bardanes renunciatus eſt Imperator. Monothelitarum hæreſim redintegravit. Sextam Synodum abrogavit, oculis privatus eſt, atque Arthemius in ejus locum ſuffectus.	711	2
Anaſtaſius, Arthemius antea dictus, qui Bardani a ſecretis erat, imperavit biennium. Imperii poſitis inſignibus Monachum ſe fecit.	713	2
Theodoſius invitus creatus Imperator, annos duos regnavit, & Leoni Iſaurico ſponte ceſſit Imperium.	715	2
Leo Iſauricus prius Conon appellatus primus Iconoclaſtarum hæreſim in orbem invexit ingentibus præliis.	717	24
Conſtantinus Copronymus Leonis filius Catholicis infeſtiſſimus ab *Artabaſdo* ſororis viro regno pulſus, ſed anno 743. reſtitutus, variis in præliis a Sarracenis, Sclavis & Bulgaris maximo ſuo damno appetitus eſt. Deſperatam vocem emittens efflavit animam anno 775.	741	34
Leo tertius paternæ impietatis hæres munera quæ olim Mauricius Eccleſiæ Conſtantinopoleos dedicaret inde detraxit. Obiit anno 780.	775	5
Conſtantinus Irenes filius cum matre annis 16. imperavit. Adverſus Iconoclaſtas Eccleſiæ tutelam ſuſcepera & eorum cura coactum eſt ſeptimum Concilium, anno 790. Conſtantinus matrem in exilium pepulit.	780	10
Conſtantinua, relegata matre, ſolus imperavit, voluptatibus diffluens in omnea flagitiorum ſordes ſeſe dedit præcipitem anno 797. matris juſſu oculis orbatus haud multo poſt interiit.	790	8
Irenes effoſſis filii oculis, ſola ſex annos tenuit Imperium.	797	6
Nicephorus, ejecta Irene, imperavit. Manichæorum diſciplinis deditus fuiſſe creditur. A Sarracenis variis præliis male mulctatus, Bello Bulgarico periit anno 811.	802	9
Michael Curopalates Bulgaris oppreſſis, Leoni Armeno principatu ceſſit.	811	2
Leo Armenus a partibus Iconoclaſtarum adverſus Catholicos ſtetit, in Eccleſia trucidatus eſt.	818	7
Michael Balbus invaſit Imperium, Catholicos inſectatus eſt. Thomam tyrannidem ſibi parantem in ordinem reduxit. Fato functus eſt anno 829.	820	9
Theophilus in locum patris Michaelis ſucceſſit, infeſtum ſe vel illis præbuit qui eandem ſecum fidem profitebantur. Annos 12. adjectis tribus menſibus regnavit.	829	12
Michael III. Theophili filius cum Theodora matre rexit Imperium. Imaginum cultum inſtauravit, Michael in exilium pulſa matre in libidinibus totus fuit. Jugulatus eſt anno 867. cum matre annis 14. & uodecim ſolus regnavit, qui conjuncti excurrunt in annos 25.	841	25
Baſilius Macedo uno anno ante Michaelis obitum Imperator renuntiatus eſt, corruens Imperium recreavit. Juſtitiam exulem revocavit, vicit Sarracenos. Sanctus Ignatius ejus juſſu ab exilio reductus ſedi ſuæ reſtituitur, pellitur ab illa Photius qui eam iterum poſtmodum a Baſilio recuperavit. Imperavit cum Michaele anoum 1. & ſolus 19.	867	19
Leo Philoſophus Baſilii vel Michaelis filius Photium ſede ſua deturbavit, adverſus Bulgaros pugnavit infeliciter, ſed eos ſubinde devicit.	886	25
Alexander Leonis frater Cooſtantino cujus tutor erat, eripuit Imperium, regnavit annum 1.	911	1
Cooſtantinus Porphyrogenitus Leonis filius Conſtantinum Ducacem tyrannum oppreſſit. Bulgaros ſuperavit: *Romanus* ſocer ejus Auguſtus ab eo conſtituitur, ſed is ante ipſum e vivis exceſſit. Conſtantinus a Romano filio ſublatus eſt anno 909.	912	48
Romanus Conſtantini filius haud multo ultra triennium Imperium moderatus eſt.	959	9
Nicephorus Phocas imperavit, contra Sarracenos ſecunda prælia fecit, oppidaque quam plurima ab iis recuperavit.	963	6
Joannes Zimiſces imperator ſalutatus eſt, Sarracenos ab Antiochia repulit. Bulgaros devicit, fuit pietate erga B. Virginem inſignis 6. annos & menſes 6. imperavit.	969	6
Baſilius & Conſtantinus Romani junioris filii in locum Zimiſcia ſucceſſere. Complures tyranoos adverſum ſe rebellantes compreſſerunt, Bulgariamque ditionis ſuæ fecere. Baſilius anno 1025. regni 50. mortuus eſt, & Conſtantious anno 1028. regni 53.	975	53
Romanus Conſtantini viduam duxit, amiſſa Syria obiit. Imperavit an. 5. menſibus 6.	2028	6
Michael Paphlago Romanum interfecit. Male a dæmone vexatus totos tranſegit vitæ dies, & regni 8. Monaſticæ diſciplinæ ſe mancipavit.	1034	8

Mi-

	Cœperunt.	Regn.
Michael Calæphatus a Zoe Romani vidua Imperium recepit, is ab eadem quarto poſt menſe dejectus eſt.	1042	4 m.
Conſtantinus Monomachus tum a Servis, tum a Northmannis male mulctatus eſt, periit anno 1054.	1042	12
Theodora Zoe ſoror per annum unum imperavit.	1054	1
Michael Stratioticus annum haud amplius Imperium retinuit.	1055	1
Iſaacius Comnenus Imperator eſt factus, vivente Michaele, cui ſtatim detracta purpura eſt. Biennio & amplius regnavit, Imperatoremque Ducam deſignavit, & in Monaſterium conceſſit.	1057	2
Conſtantinus Ducas commodis eſſe moribus dicebatur, ſed multas Imperii Provincias a ſe delabi paſſus eſt.	1059	7
Romanus Diogenes fortis ac belliccoſus vir, cum Eudoxia Conſtantini uxore iniit matrimonium. Secundis prœliis Turcas contrivit, ac proditione victus in Sultani poteſtatem venit. Dimiſſus a Barbaris oculis orbatus eſt.	1068	3
Michael Ducas Conſtantini filius ſublectus eſt eo tempore Imperator, quo Diogenes apud Barbaros erat in cuſtodia, plurima illi Turcæ oppida eripuere, in Monachum detonſus eſt anno 1078.	1071	7
Nicephorus Botoniates Turcarum ope principatum obtinuit. Nicephorum Briennium Imperium invadentem fregit. Botoniates in Monaſterium detonſus eſt anno 1081.	1078	3
Alexius Comnenus imperii inſignia in domum ſuam intulit, male acceptus eſt a Roberto Viſcardo & Godefrido Bullionio.	1081	37
Joannes Comnenus qui & Calojoannes Alexii filius Scythas & Hungaros profligavit, tum Perſamenios in Aſia, curru triumphali impoſitam Beatæ Virginis effigiem ſolemni pompa revexit.	1118	25
Manuel Comnenus Imperator a patre renunciatus, Conradi & Ludovici Regis Francorum exercitui exitium creavit anno 1147. tantum non abfuit ut ſe Mahumetis diſciplinis traderet.	1143	38
Alexius Comnenus Emanuelis filius ab Andronico trucidatus eſt tertio regni anno.	1180	3
Andronicus imperare cœpit. Poſt biennium, manu abſciſſa & oculo effoſſo deturbatus eſt. Hic finis Comnenorum fuit.	1183	2
Iſaacus Angelus Auguſtus eſt factus. Parum ſecunda bella geſſit. Ab Alexio Angelo regno pulſus eſt,	1185	10
Alexius Angelus Comneni nomen ſibi adſcivit, a Balduino Flandrenſi Comite fuſus fugatuſque eſt.	1195	9
Iſaacus Angelus in regnum reſtitutus cum Alexio fratre regnavit, nec tamen diu.	1203	1
Alexius Murſiphilus expulit utrumque fratrem, atque invaſit Imperium, a quo excidit eodem anno.	1204	3 m.
Quo tempore a Latinis tenebatur Imperium, Græci nihilominus Imperatores ſibi delegerant.		
Theodorus Laſcaris a Græcis Imperator creatus Nicææ in Bithynia ſedem habuit. Turcas delevit & mortuus eſt. anno 1222.	1204	18
Joannes Ducas Theodori filius plurima de Latinis oppida recepit. Obiit anno 1255.	1222	33
Theodorus Junior Joannis filius, quatuor tantum annis imperavit.	1255	4
Joannes filius ejus illum excepit annos 6. natus, tradituſque eſt Michaelis Palæologi tutelæ qui pupillo oculos effodi juſſit.	1259	4
Michael Palæologus Imperium uſurpavit, in gratiam cum Eccleſia rediit, legatis ad Concilium Lugdunenſe miſſis. Mortuus eſt regni 23.	1262	23
Andronicus Michaelis filius mortuo patre tenuit Imperium, ab Andronico abnepote ſuo abdicare coactus eſt.	1283	50
Andronicus tertius imperavit annis 8. ſemper a concordia Eccleſiæ Græcæ cum Latina abhorruit.	1332	8
Joannes Palæologus ſeu Calojoannes Andronici filius poſt aliquot annos regni a tutore ſuo Joanne Cantacuzeno pulſus eſt,	1341	6
Joannes Cantacuzenus invaſit Imperium. Tutor filiis Andronici datus fuerat. Primus erat adminiſter & Imperii Rector. A Joanne Palæologo expulſus eſt.	1347	10
Joannes Palæologus recuperato Imperio regnavit 27. annos.	1357	27
Manuel ſeu Emmanuel patrem Imperium abdicare coegit. A Bajazeto Conſtantinopoli circumſeptus eſt, at Tamberlanes, in Bajazeti Imperium facta impreſſione, obſidionem ſolvere compulit.	1384	34
Joannes Palæologus Concilio Florentino interfuit. Regnavit 27. annos.	1418	27
Conſtantinus Græcorum Imperatorum ultimus fuit, capta a Turcis Conſtantinopoli, Regni octavo anno 1453.	1444	8

SUCCESSIO LV.

Imperatores Franci in Oriente.

	Anno Chr.	
Balduinus Comes Flandrenſis expugnata Conſtantinopoli Imperator electus eſt. Captus a Bulgaris interemptus eſt.	1204	1
Henricus Balduini frater imperavit annis 10.	1206	10
Petrus Antiſiodorenſis Romæ ab Honorio Tertio coronatus eſt. A Theodoro Laſcari trucidatus eſt.	1216	6 m.
Robertus Petri filius regnavit annis 11.	1216	11
Balduinus ſecundus Roberti frater imperavit annos 24. is fuit Latinorum Imperatorum ultimus.	1227	24

SUCCESSIO LVI.

Turcæ Imperatores.

	Cœperunt.	Regn.
Ottomanus a quo toti Imperio Ottomani nomen derivatum, regnare incæpit anno 1300. ac Pruſæ ſedem Regni conſtituit.	1300	26
Urchanus filius ejus in locum ſucceſſit, regnavit annos 32. promovitque fines Imperii.	2326	32
Amurathes Urchani filius in Europam copias traduxit.	1357	31
Bajaſetes Amurathis filius plurima in Europa ditionis ſuæ fecit, at captus eſt a Tamberlano.	1388	14
Joſue Bajaſetis filius ſe Imperatorem fecit, ſed a Solimano fratre peremptus eſt.	1401	2
Solimanus ſeptem annos tantum imperavit.	1403	7
Moyſes Solimanum fratrem occidit, & regnavit annis 4.	1409	4
Mahumetes primus regnavit ad annum 1421.	1413	8
Amurathes ſecundus, ejus filius ei ſucceſſit, Christianos prælio profligavit anno 1444.	1421	31
Mahumetes ſecundus Amurathi filius Conſtantinopolim cepit anno 1453. & Imperium Græcum delevit. Regna 12. Urbes 200. expugnavit.	1451	30
Bajaſetes ſecundus Mahumetis filius, plures Venetis urbes ademit; Imperium abdicare coactus eſt.	1481	31
Selimus Bajaſetis filius ei ſuffectus, ſuæ ditionis Ægyptum fecit.	1512	9
Solimanus Bajaſetis filius, vir prudens & bellicoſus, Belgradum expugnavit, Rhodum Inſulam, Budam, Albam Regiam, Strigonium & Tunetum occupavit.	1520	46
Selimus ſecundus ejus filius, regnare cepit anno 1566. Cyprum inſulam in poteſtatem ſuam redegit. Obiit anno 1574.	1566	8
Amurathes III. moritur an. 1595.	1574	21
Mahumetes tertius, iners Imperator mortuus eſt anno 1604.	1595	9
Achmetes paternæ ignaviæ hæres, regnavit annis 14.	1604	14
Muſtapha Achmetis frater duobus menſibus imperavit.	1618	2 m.
Oſmannus ejus filius Legatos in Franciam miſit, a Chriſtianis victus eſt.	1618	4
Muſtapha Oſmanni patruus ejus in locum ſuffectus eſt, atque iterum regni inſignibus decoratus, elapſo regni anno uno in cuſtodiam retractus eſt.	1622	1
Amurathes Oſmanni frater Bagdetum expugnavit. Ictu ſanguinis periit, anno 1640.	1623	17
Ibrahimus eductus e carcere, in locum fratris factus eſt Imperator. Laqueo præfocatus Mahumeti 4. reliquit Imperium.	1640	8
Mahumetes quartus Ibrahimi filius ſeptennis ſublectus eſt, matre ejus tutelam gerente. Diuturno acriqua bello poſt 25. tandem annos Creta potitus eſt. Anno 1687. in ordinem eſt redactus, in ejuſque locum Solimanus frater ſuffectus eſt.	1648	39
Solimanus II. ad 1691. pervenit, cujus menſe Junio hydropiſi confectus obiit. Albam Græcam in Hungaria recepit	1687	4
Achmetes II. Solimani, ac Mahumeti frater imperium poſt illos cepit, ac annos quattuor regnavit. A Petrovaradino non ſine clade rejectus Juliam Cæſareis cedit.	1691	4
[e] Georg. Syncellus Chr. p. 80.

vero

vero ſimul Computorum, io annis ante Diluvium, collationem idem Georgius ita inſtituit. [a] Μέχρι τοίνυν τοῦ κατακλυσμοῦ, καθὼς πρόκειται, διαφωνεῖ τὰ Ἑβραϊκὰ ἀντίγραφα πρὸς τὸ Σαμαρειτῶν ἀρχαιότατον καὶ τοῖς χαρακτῆρσι διαλλάττον (ὃ καὶ ἀληθὲς εἶναι καὶ πρῶτον Ἑβραῖοι καθομολογοῦσι) ἔτεσι τμθ. πρὸς δὲ τὴν τῶν ο' ἔκδοσιν, τὸ μὲν Ἑβραϊκὸν ἔτεσι φπϛ. τὸ δὲ Σαμαρειτῶν ϡλε. Ἀφρικανὸς δὲ πρὸς Εὐσέβιον, ἀπὸ Ἀδὰμ ἕως κατακλυσμοῦ διαφωνεῖ ἔτεσιν εἴκοσι. *Uſque ad Diluvium igitur, ſicut eſt prepoſitum, Hebraica exemplaria a Samaritarum codice vetuſtiſſimo & longe diverſis characteribus exarato (quem & verum & primum eſſe Hebræi confitentur) annis 349. diſcrepant. A* LXX. *Interpretum editione, Hebraicum exemplar annis* 586. *Samaritarum vero* 935. *Africanus demum ab Euſebio diſſonat annis* 20. cum enim ab Adamo ad Diluvium, juxta rationes Judæorum anni ſint 1656. juxta textum Samaritanorum 1307. juxta Euſebii calculum 2242. juxta Africani autem 2262. conſequens eſt, Computum Samaritanum minorem eſſe, Judaico quidem annis 349. Euſebiano vero, ex LXX. deducto, 935. Euſebianum autem majorem eſſe, Judaico annis 586. minorem altero illo Africani, annis 20. Ut *hallucinatio*, quam hic in *Georgio* notavit [b] *Scaliger*, in ipſius Scaligeri deprehendatur ratiociniis.

Reliquis vero omnino præferendam eam eſſe Chronologiam concludit [c] Georgius, quam Græca LXX. interpretum nobis exhibet editio. Πεπεισμένοι τοιγαροῦν διὰ τῆς ο' ἑρμηνείας ἐκ παλαιᾶς, ὡς ἴσμεν, τῆς ἀσφαλεστάτης Ἑβραϊκῆς γραφῆς μεταβεβλῆσθαι συντεταγμένης, εἰκότως ταύτῃ καὶ ἡμεῖς κεχρήμεθα κατὰ τὴν παροῦσαν χρονογραφίαν· ὅτι μάλιστα καὶ ἡ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἐκτεταμένη Χριστοῦ ἐκκλησία ταύτῃ μόνῃ προσέχει, ὡς ὑπὸ τῶν σωτήρος ἡμῶν Ἀποστόλων τε καὶ μαθητῶν ἀρχῆθεν αὐτῇ χρῆσθαι παραδεδομένη. *Antiqua igitur* LXX. *Interpretum editione, ceu ex incorrupto, ut videtur, Hebraico fonte quondam traducta, per totam hanc Chronographiam paſſim merito ſumus uſi: cum maxime quaqua patet univerſus terrarum orbis dilatata Chriſti Eccleſia receptam eam habeat, & Salvatoris noſtri, Apoſtolorum ac Diſcipulorum ejus auctoritate uſibus noſtris a principio fuerit commendata.* Quo ſpectat & illa ſimilis Juliani Archiepiſcopi Toletani, in 3. libro contra Judæos, concluſio. *Hic jam dicat unuſquiſque quod ſentit. Numquid brevitas iſta annorum ex codicibus Hebrais oſtenſa, contemptis annis pluribus qui in editione* LXX. *Interpretum continentur, præferenda ullo modo judicabitur? qui prophetandi potius munere quam transferendi officio, divinas Scripturas (revelante ſibi Domino) tranſtulerunt; apud quos etiam hæc ſupputatio reperitur annorum. Ergo illa nobis & ſola pro his annis eſt obſervanda* LXX. *Interpretum, quæ merito omnibus editionibus & tranſlationibus anteſertur; quam etiam hucuſque omnes Doctores Eccleſiaſtici tenuerunt, & in hac præcipue annorum ſupputatione ſecuti ſunt.* Et Antonii Contii Juriſconſulti, in Notis ad Nicephori Conſtantinopolitani Chronologiam, altera. *Quare ſatis mirari non poſſum hominum noſtri temporis, & eorum qui Chronologias ſcripſerunt, vanitatem ac novandi ſtudium; qui omnem* LXX. *editionis auctoritatem longiſſime rejiciunt, & nihil, niſi quod in Hebræis codicibus hodie legatur, rectum putant.*

Atque hinc inter Latinos recentiores, in annorum mundi ſupputatione, Hebraicis fontibus poſthabitis, τῶν LXX. numeros ſunt ſecuti, Onuphrius in Chronico Eccleſiaſtico, Hieronymus Vielmius de ſex diebus conditi orbis lect. 5. * Chriſtoph. Lauretus, & alii, ſic perſtricti a Scaligero. [d] *Neque deſunt hodie capitones, qui Helleniſtarum Alexandrinorum editionem Moſaicæ veritati præferant, & eos Novatores, qui aliter ſentiunt, vocent. Ita ſane audivit Hieronymus etiam apud virum omni exceptione majorem Auguſtinum: qui tamen aliter poſtea ſenſit.*

Et [e] Hieronymus quidem, in annis Patriarcharum aſſignandis Græcam editionem *erraviſſe*, ſine ulla circuitione, aſſerit. Modeſtiſſime vero [f] Auguſtinus: *Illa*, inquit, *numerorum varietas, quæ inter codices Hebræos invenitur & noſtros, ſi quid habet ita diverſum, ut utrumque verum eſſe non poſſit; rerum geſtarum fides ab ea lingua repetenda eſt, ex qua interpretatum eſt quod habemus.* Venerabilis Beda, quum in libro de temporibus, relicto LXX. Interpretum calculo, ad Hebraicæ veritatis normam rationes ſuas conformaſſet; indeque *a laſcivientibus ruſticis inter pocula hæreticus denotaretur, quod rogitaret in ſexta ætate ſæculi* (currente nimirum *ſexto*, hoc enim illi volebant annorum Mundi *millenario*) *Dominum Salvatorem in carne veniſſe:* ad Plegvvinum *de ſex ætatibus ſæculi* Apologeticam (adhuc ineditam) ſcripſit Epiſtolam; oſtendens *qua ipſe auctoritate aſſertionem ſuæ computationis aſtrueret, Hebraica videlicet veritate, per Origenem prodita, per Hieronymum edita, per Auguſtinum laudata, & per Joſephum confirmata, quibus ego* (inquit) *in rebus talibus nullos invenio doctiores.* Idemque in majoris, de Temporum ratione, operis Præfatione, ab Euſebiana Chronologia in Eccleſia Occidentali tunc paſſim recepta, ipſe diſceſſerit, rationem reddens: *Ego* (inquit) *confidenter profiteor, quia non reprehendo veteres Chronographos, qui tranſlationem* LXX. *Interpretum modo ſecuti ſunt, modo (prout libuit) probantur habuiſſe contemptui; ſicut etiam in proceſſu hujuſce opuſculi noſtri monſtrabitur. Sed omnibus his Hebraicæ veritatis integram præfero puritatem; quam præeminentiſſimus Doctorum Hieronymus, in libris Hebraicarum quæſtionum, Auguſtinus in libris de Civitate Dei, Euſebius ipſe Chronographus in tertio hiſtoriæ Eccleſiaſticæ libro, ex verbis Joſephi Hiſtorici adverſus Apionem Grammaticum ſcribentis, breviorem temporum ſeriem quam in* LXX. *editione vulgo fertur contineri comprobant.*

Atque ut hos Juliano Toletano, & Georgio Syncello, ita Latinis illis recentioribus (præter innumeram hujus & ſuperioris ſæculi Cronologorum, a pauculis illis diſſentientem turbam) Johannis Pici Mirandulani, in diſputatione contra divinatricem Aſtrologiam, (edit. Baſil. pag. 565.) judicium ſpeciatim opponimus: una cum [g] Johannis Mariæ Braſichellenſis Pontificii Palatii Magiſtri, in loca illa ex Juliano Toletano, & Antonio Contio producta a Thoma Malvenda mutuata, cenſura. Sic enim ille, ad locum Juliani annotat. *Caute lege; nam certum eſt eccleſiam Catholicam in editione vulgata approbare eam annorum rationem, quæ eſt in codicibus Hebraicis Geneſ.* V. *&* 11. *cum vulgata egregie Hebraico fonti conſentiat in ætatum enumeratione, atque ſupputatione temporum.* Et ad Contii illum alterum. *Contius, dum nimio ſtudio* LXX. *Interpretum tranſlationis Chronologiam tuetur, non videt ſe incaute Hebraici fontis & vulgatæ editionis Chronologiam labefactare, quæ cum illa* LXX. *Interpretum perſpicue pugnat. Et patres corruptelam* LXX. *Interpretum exemplarium ingenue profitentur.*

Contexit quidem hic [h] Baronius catalogum antiquorum patrum, qui ſecundum LXX. interpretes, annos ab origine Mundi uſque ad ortum Chriſti numerare conſueverunt: additque *profiteri & Romanam Eccleſiam in ſuo Martyrologio, ſe annos ſupputare ſecundum eoſdem Interpretes.* Sed ad horum prius Benedictus Pererius, & Jacobus Bonfrerius, ad poſterius, Thomas Malvenda & Johannes Deſpieres, reſponſum pro nobis dabunt. *Non me fugit*, inquit [i] *Pererius*, *pleroſque veterum tam Græcorum quam Latinorum, Chronologiam, quæ eſt in tranſlatione* LXX. *Interpretum ſequi maluiſſe: quod eam tranſlationem illi cernerent multis ſæculis eſſe in Eccleſia Dei reverenter uſurpatam, religioſeque cultam: atque ob eam cauſſam aliqua in parte eam mutare, aut non ſequi, religioni haberent. Sed apud me (quantum ad Chronologiam, de qua nunc agitur) auctoritas Scripturæ Hebraicæ ac Latinæ verſionis vulgatæ, nec non & duorum principum Eccleſiæ Doctorum, Hierony-*

* A 2 mi

[a] Id. pag. 83.
[b] Scalig. not. in Euſeb. Chronic. Gr. p. 243.
[c] G. Sync. Chr. p. 89.
* vid. Laur. & Zohar.
[d] Scalig. not. in Euſ. Chr. Græc. p. 252. a.
[e] Hieron. Tradit. Hebr. in Geneſin.
[f] Auguſt. de Civit. Dei lib. 15. c. 14.
[g] Tom. 1. Indicis libr. expurgand. edit. Romæ anno 607.
[h] Baron. Appar. ad Annal. nu. 215. & Not. in Martyrolo. Rom. Decem. 25. a.
[i] Perer. in Gen. lib. 7. num. 130.

mi atque Auguſtini judicium & ſententia præponderat. Et [a] Bonfrerius. *Certum eſt, verſionem Septuaginta in in hiſce annis paſſim eſſe mendoſam, & in hac annorum ſupputatione Latinum noſtrum, & Hebræum textum eſſe ſequendum, ut Auguſtinus lib. 15. de Civit. Dei cap. 13. oſtendit; etſi ipſius tempore ſola editio Septuaginta in Eccleſia, tam Græca quam Latina eſſet recepta.*

[a] Bonfr. Præloq. in Scriptur. cap. 16. ſect. 6.

De Romano vero Martyrologio, [b] Malvenda reſpondet. *Quod Eccleſia Romana in publicis Tabulis eam annorum rationem laudare videatur, quam LXX. dederunt, id quidem non facit quod veram & incorruptam eamdem exiſtimet; cum huic e diametro adverſantem ut veram & genuinam, eam ſummam quæ in editione Vulgata eſt conſignata, omnibus recipiendam proponat: ſed id tantum ſalubri temperamento cavit, ut vetus aliquod venerandæ vetuſtatis monumentum, tametſi lacerum ac deforme & pannis anniſque obſitum exhiberet; omnibuſque palam faceret, quam rationem ſequuti fuerint antiqui Patres in enumerandis ex ſacra Scriptura annis ab orbe procreato ad Chriſtum naſcentem, cum ſoleant vetera antiquitatis monumenta, quantumvis corroſa & attrita, gratum aſpectantibus intuitum præſtare. Quocirca nihil opus eſt nunc Eccleſiæ Græcæ vulgatam numerandi rationem commendare, aut Græcorum exemplarium patrocinium contra Hebraicam Veritatem ſuſcipere.* Et Johannes Deſpieres [c]: *Nec nos,* (inquit) *movere debet quod Eccleſia ſupputationem LXX. interpretum ab omni tempore in communem uſum receperit. Neque enim ea mens fuit eccleſiæ, ut nemini liceret ab ea deflectere; ſed ſolum uſum probavit, non autem ſupputationis errores, quos corrigit quando commodum fuerit. Et forte uſa eſt hac ſupputatione corrupta, eo quod religioni duceret Verſionem illam contemnere, cujus* auctoritatem, *inquit, Auguſtinus,* celebriorem ſuſcepit Eccleſia, *& quam ut divinam omnes venerati ſunt; vel forte quod meliora tunc non ſuppeterent. Sic Eccleſia & univerſus orbis Chriſtianus utitur Æra vulgari & calculo Dionyſiano: cum tamen Chronologi non ignobiles doceant, eum non parum abludere a vero & germano calculo.*

[b] Malven. de Antichriſto l. 2. c. 16.

[c] Deſpier. de verſione 70. interpr. diſputat. 2. dub. 3. fine.

Nempe, ut Chronicon ita etiam & Martyrologium Euſebii in Latinam linguam tranſtulit Hieronymus: quod in Romano, Bedæ, Uſuardi, Adonis & aliorum Martyrologiis variis acceſſionibus auctum, in 25. die Decembria ab ipſo Euſebio poſitum annorum Mundi uſque ad Natalem Chriſti numerum retinuit: unde in univerſam Occidentalem Eccleſiam Chronologiæ Euſebianæ uſus eſt propagatus, abſque ullo tamen Hebraicæ veritatis præjudicio. Nam & ipſo in Chronico Euſebius codicum Hebraicorum calculum, ſimul cum ſuo diligenter annotaverat, ac ſeriem annorum Mundi ab Hebræis per 50. annorum Jubilæos dimenſam propoſuerat, initio Jubilæi XL. (ſive ann. Mundi 2000.) in anni LI. ætatis Abrahami (a 70. patris Terachi deductæ) fine collocato. Ad annum vero Imper. Tiberii Cæſaris XVIII. *Principium LXX. Jobelæi* (ſive ann. mund. 4000.) *ſecundum Hebræos* eſt appoſitum. Unde colligitur, inter annum LI. Abrahami & illud tempus, Hebræorum illorum ſententia, 2000. annos interceſſiſſe.

Hoc igitur poſito; ex Hebraicis codicibus veram ætatis primorum Patriarcharum ſupputationem eſſe petendam: quomodo inde recta annorum Mundi ſeries ſit eruenda, jam oſtendendum eſt.

CAP. III.

De ætatis Mundi per annos Patriarcharum ſupputandæ ratione: ubi de παιδογονίαι*, utrum ad conceptionem an nativitatem liberorum ſint referendæ? Et de annis, quibus patres filios genuiſſe dicuntur; num ineuntes vel completi ſint accipiendi? De tempore incepti & finiti Diluvii; in quem annum Mundi & ætatis Noachi inciderit.*

PRimorum novem Patriarcharum anni, priuſquam liberos gignerent, in V. Geneſeos capite commemorati, ſummam 1056. annorum conficiunt. Annorum enim non integræ vitæ, ſed generationis Patrum rationem hic eſſe habendam, Joſephus etiam hoc in loco ſic admonuit. [d] Ἐξεταζέτω μηδεὶς τὰς τελευτὰς τῶν ἀνδρῶν, ἀλλὰ τὰς γενέσεις αὐτῶν μόνον ὁράτω. *Obitus virorum illorum nemo exquirat, ſed natales eorum tantum conſideret.* Quandoquidem vero nova deinceps erat aſſumenda epocha, a qua ſecunda mundi Periodus eſſet inchoanda; ne per Noachi decimi Patris παιδογονίαν Chronologia continuanda exiſtimaretur, tempus tantum, quo liberis gignendis operam ille dare cœpit, eſt notatum, non ex unius (ut antea) ſed trium filiorum nominibus promiſcue appoſitis: ſed 600. ipſe annorum fuiſſe dicitur, quum Diluvium terras occuparet; (Geneſ. VII. 6.) quibus ad priores Patrum illos 1056. annos additis, ann. mund. exſurgit 1656. in quem incidit *Diluvium*. Et quum eodem quo Mundus cœpit, areſactæ dicantur aquæ a ſuperficie terræ, anno Noæ 601. (Geneſ. VIII. 13.) inde annos 1656. ſolidos numerandos eſſe colligimus, a Mundi initio ad exitum Diluvii, finis primæ & initii ſecundæ mundi Periodi, communem terminum.

[d] Joſeph. Antiquit. lib. 1. c. 4.

Ad ſecundæ deinde illius Periodi ſpatium definiendum, Geneſ. cap. XI. Arphaxadi nativitas facta fuiſſe narratur, *biennio* poſt *Diluvium*. Cui additi anni, quos Arphaxadus ipſe & ſex ſequentes ante genitos filios exegiſſe ibidem memorantur, annorum 222. ſummam efficiunt. Ne vero per proxime ſubſequentis Patriarchæ Tharæ, ſive Terachi παιδογονίαν, Chronologia continuanda putaretur; hic ut in priore Periodo, annus ſolummodo, quo & ille liberis operam dare cœpit, eſt deſignatus, trium item filiorum nominibus confuſo ordine ſubjectis. Et quum in toto reliquo capite quot ceteri omnes Patriarchæ poſt ſuſceptos filios exegerint annos, Moſes exponat; ſed integræ ſimul vitæ annorum ſummam, cum mortis ipſorum mentione conjunctam, (quod in cap. V. fecerat) ſtudioſe prætermittat in ſolo Thara, annorum numero poſt generationem filiorum prætermiſſo, integram ipſius ætatem annorum 205. ſimul cum morte commemorat; ut ad mortis potius ipſius, quam ad παιδογονίας tempus in annorum hujus periodi ſumma colligenda attendi oportere innueret. Cujus mentem minime aſſecutus *Doſitheus* Samaritanus, quaſi imperfectus hic eſſet textus Moſaicus, ad capitis V. normam eum conformare eſt auſus; integræ vitæ cujuſque Patriarchæ annorum numero, una cum mortis mentione, adjecto, quod conſulto a Moſe eſt omiſſum, ut Tharæ annos ſingulariter hac in parte obſervandos eſſe oſtenderetur. Additis igitur totius vitæ ipſius annis 205. ad 222. illos, qui a diluvio ad ejus nativitatem effluxerunt, emergit annus a Diluvio 427. in quem & mors ipſius, & eam ſtatim inſecuta Abrahami a Charane profectio, & in terra Chanaanis *Peregrinatio* occurrit. Secundæ Periodo finem, & tertiæ præbens exordium (Geneſ. XVI. 3.) Quia vero cœpta eſt hæc peregrinatio eodem die, quo poſt annos 430. eſt finita, (Exod. XII. 41.) decimo quinto videlicet die menſis *primi*, (Numer. XXXIII. 3.) qui ante exitum ex Ægypto (ut in capite 1. eſt oſtenſum) *ſeptimus* numerabatur: a menſis 1. die 1. quo diluvium deſiit, uſque ad menſis 7. diem 15. quo Peregrina-

grinatio hæc cœpit, non annos 427. integros numerare poſſumus, ſed (terminorum ratione ita poſtulante) 426. tantum, cum menſibus 6. & diebus 14.

His ita præmiſſis, de annis quibus *genuiſſe*, vel *generaſſe* dicuntur Patres, primo in loco, eſt inquirendum; utrum ad filiorum conceptionem, an ad nativitatem ſint referendi? Quia enim *gignendi* vocabulum, actum generationis paternum proprie denotat, atque inter generationem & nativitatem filiorum novem menſium ſpatium ordinarie intercedit: pro XVII. generationibus hic commemoratis, anni 12. & menſes fere 9. ad Chronologiam videri poſſent adjiciendi. Quod commentum Jacobus Auzoleus in Chronologia quadam Gallica parturire dicitur, referente [a] Henrico Harvillæo, qui ſententiam hanc tum aliis argumentis compluribus refellit, tum hoc etiam ad extremum, quod ea admiſſa, incerta plane hic nobis relinquatur temporis ratio. *Nam alias*, inquit, *quis poterit aſſignare niſi divinando, quot menſes, & dies quilibet partus fuerit in utero? cum multi geſtentur in eo non ſolum per 9. menſes, ſed per* 10. 11. 12. *ac* 13. *præterquam quod nonnulli quandoque geſtantur per pauciores.*

[a] Harvil. Iſagog. Chronol. Parag. 15. col. 165. & 173.

Ad ejus vero fundamentum reſpondetur: illud ילד Hebræorum, atque illi reſpondens *τὸ γεννᾷν* Græcorum, & *gignere* Latinorum, patri & matri eſſe commune, & ad nativitatem, magis quam ad conceptionem referri ſolere. Apud Latinos enim *genitus* & *natus* idem ſonat: ut ex Plinii illo loco lib. 7. hiſtor. natural. cap. 8. manifeſtum eſt. *In pedes procedere naſcentem, contra naturam eſt: quo argumento appellavere Agrippas ut ægre partos; qualiter M. Agrippam ferunt genitum, unico prope felicitatis exemplo in omnibus ad hunc modum genitis.* Hinc *genituræ & nativitatis* apud Genethliacos ſchema idem eſt; & apud Theologos *regenerati* iidem ſunt, qui & *renati*. Ita 1. Petr. II. 2. *ἀρτιγέννητα βρέφη, modo geniti infantes*, qui lac concupiſcunt, jam *nati* innuuntur, non *concepti* tantum: & Matth. II. 1. *Τοῦ γεννηθέντος* mentione facta, non *conceptum*, ſed *natum* in Bethlehem Servatorem fuiſſe quiſque intelligit. Similiter & apud Hebræos; Gen. XL. 20. יום הלדת *dies natalitius* eſt. Ezech. XVI. 4. ומולדותיך ביום הולדת אתך *Nam ad genituras tuas, in qua genita vel nata es tu, non eſt præciſus umbilicus tuus, & aquis non es lota.* Et Hoſeæ II. 3. *Ne denudem eam plane, & ſtatuam eam* כיום הולדה *ut die quo genita*, vel *nata fuit*. Commune vero (hoc ſenſu) utrique ſexui eſſe vocabulum, ex illo Matthæi I. 16. liquet: *Ἰακὼβ ἐγέννησε τὸν Ἰωσὴφ, τὸν ἄνδρα Μαρίας ἐξ ἧς ἐγεννήθη Ἰησοῦς ὁ λεγόμενος Χριστός. Jacob genuit Joſeph, virum Mariæ, ex qua genitus eſt Jeſus, qui dicitur Chriſtus.* Atque ita de muliere pariente vox gignendi uſurpatur, Luc. I. 57. *Τῇ δὲ Ἐλισάβετ ἐπλήσθη ὁ χρόνος τοῦ τεκεῖν αὐτὴν, καὶ ἐγέννησεν υἱόν. Eliſabethæ vero completum eſt tempus ad pariendum; & genuit* (id eſt, *peperit*) *filium*. Et apud Latinos: in 1. Æneidos;

Tune ille Æneas, quem Dardanio Anchiſæ
Alma Venus Phrygii genuit Simoentis ad undam?

Similiterque apud Hebræos, genitura a conceptione & geſtatione in utero diſtincta, fœminis paſſim tribuitur: ut in Geneſ. XVI. 11. & XXIX. 34. & Eſa. VII. 14. videre licet. Qua quidem acceptione, in illis verbum hoc, *peperit* vel *enixa eſt*; in viris, *procreavit, ſuſcepit, ſuſtulit* aut *pater effectus eſt*, ſignificat. Quia enim mulier quum prolem in lucem edit, *viro* gignit; idcirco, quum illa parit, & ipſe vir generare dicitur. Vide Geneſ. IV. 20. cum V. 3. XVI. 15, 16. XXI. 3, 5. XXIX. 34. Numer. XXVI. 59. Luc. I. 13. &c.

Verum altera etiam hic de annis qui Patribus ante ſuſceptos filios tribuuntur, movetur quæſtio: utrum incuntes illi intelligendi ſint, an completi? an partim ineuntes, partim completi? Reſpondet [b] Dionyſius Petavius nullo ex argumento certo poſſe colligi, utrum qui anni Patriarcharum in Scriptura numerantur, completi ſint ac vertentes, an inchoati: ac credibile eſſe, non omnium ſaltem Patriarcharum annos integros fuiſſe cum genuerunt. Quoniam vero ex genealogiarum ſubductione, quæ in Moſis hiſtoria continentur, annorum ſumma petitur; incertum eſt autem, utrum anni omnes iſti ſolidi completique fuerint, qui pro completis nihilominus habentur: propterea tempus epocharum Diluvii & natalis Abrahami certo, ac ſine dubitatione, minime poſſe conſtitui. Contra vero, longe rectius monet [c] Harvillæus, omnino credibile eſſe, Scripturam ſacram voluiſſe, in aſſignandis annorum numeris, tradere Chronologiam: ſaltem quantum ad annos quos ipſa recenſet. *At niſi voluerit*, inquit ille, *tradere Chronologiam per annos completos: nihil certi tradiderit. Quis enim poterit divinare, quot dies, hebdomadas, aut menſes importent anni fracti, aut incepti?* Cum igitur Spiritui ſancto fuerit propoſitum, numerum annorum primævi Mundi (qui aliunde ſciri non poterat) hic colligere: a primario illius ſcopo aberraverimus, ſi non annos Patrum, quibus genuerunt filios, plus minus completos intelligamus.

[b] Petav. de Doctr. temp. lib. 9. cap. 17.

[c] Harvil. Iſag. Chr. parag. 14. col. 164.

Dixi, *plus minus*; ne quis putet nos velle, uno eodemque vel die vel menſe, omnes Patriarchas genitos: quamquam Hebræorum Doctores nonnulli (Davide Kimchio referente) primum veteris anni menſem ex eo nomen *Ethanim* conſecutum fuiſſe exiſtimaverint, quod in eo præſtantes illi Patres nati ſint; quos, phraſi ex Mic. 6. 2. mutuata האתנים מוסדי ארץ *fortia fundamenta terræ* appellant. Sed nihil neceſſe eſt ut eo recurramus. Nam ut poſtremus annus *παιδογονίας* unius Patriarchæ menſibus aliquot deficiat; alterius vero ultra unum aut alterum menſem protenſus fuerit, ad ſummam rei nihil intereſt: cum utrobique compenſatione facta, in annorum totius intervalli aggregatione fiat exæquatio, quæ ad Mundi ætatem & ſeriem patefaciendam abunde ſufficiat.

Vid. Kimchi rad. אתן & in 1. Reg. 8. 2. & Buxtorf. lexic.

Operam igitur Jacobus Cappellus hic perdidit, [d] qui, ut anni Mundi per 7. & 49. diviſi, dent hebdomadum & Jubilæorum annos, quadriennium primæ Periodo detrahit: quatuor primarum Sethi, Enoſi, Kainanis, Mahalaleelis generationum annos in numeros rotundos (denarios videlicet vel quinarios) deſinentes, pro inchoatis vel decurtatis accipiens. Atqui annorum Sabbaticorum & Jubilæorum legem tum demum obſervandam præſcripſit Deus, quum Iſraelitæ *ingreſſi fuiſſent terram* promiſſam: (Levit. XXV. 2.) eſſe vero eos ab Orbis initio numerandos, opinio eſt quæ nullo nititur fundamento. Et ad rotundos numeros quod attinet, ſi de integris annis verteretur quæſtio, aliquem hic locum habere fortaſſe poſſit iſtorum conſideratio; ut quum Kainan verbi gratia, 70. annos vixiſſe dicitur, quæri potuiſſet an 69. vel etiam 71. is vixerit: at ubi de parte tantum anni quæritur, non magis ad rotundum, quam ad alium quemvis numerum ſpectat dubitatio, pro abſoluto ne ſumendus ſit an inchoato. Quod ſi numeri in quinarium deſinentes habendi ſint pro rotundis: quum Jared etiam & Mathuſala dicuntur nati Patribus annos ætatis 65. agentibus, cur non in horum æque generatione annus decurtabitur, atque in Enoſhi, quem pater Sethus annos 105. natus, genuiſſe memoratur? nam quinarii profecto ratio hic una eſt & eadem. Mitto quærere, cur in annis Patrum qui ante diluvium genuerunt, iſta ſpectetur annorum rotundatio, in eorum qui poſt diluvium vixerunt, negligatur. Illud dictum ſufficiat, ſi a recepto calculo diſcedamus, neque filiorum nativitate claudamus annos, quibus patres dicuntur a Moſe filios genuiſſe; incerta hic omnia, neque in fundamento aliquo vero (ut ab Harvillæo probe eſt animadverſum) ſed in volentis arbitrio fore conſtituta.

[d] Ja. Cappel. hiſtor. p. 3. & 10

Ad Petavium iterum redeo; qui ad ſacri calculi

certi-

certitudinem infirmandam porro adjicit: neque illud conſtare, cum rotundo numero uſus Moyſes, *ſexcenteſimum* (exempli cauſſa) Noe, aut *centeſimum* Sem uſurparet. Nam conſuetudinem ipſam *τὸ ἀκριβὲς* hic excludere; neque quicquam e ſcripturis explorari poſſe, quod miror homini docto & induſtrio venire in mentem potuiſſe. Nam *Sem* quidem Gen. X. 10. fuiſſe dicitur *centum annorum, quando genuit Arphaxad biennio poſt diluvium*. Verum non e Semi *centenario* textura annorum Mundi dependet, ſed a *biennio poſt diluvium:* ut ſive centeſimo præciſe acto natus fuerit Arphaxad, ſive uno, alterove plus vel minus, ad Mundi ætatem nulla inde accedet ſiva accretio, ſive diminutio. Ad Noæ vero *ſexcenteſimum* quod attinet: aliquam fortaſſe ſcrupuli ſpeciem injicere potuiſſet, ſi in illo ſolo textu Geneſ. VII. 7. facta fuiſſet ejuſdem mentio. *Erat ſexcentorum annorum, quando diluvii aquæ inundaverunt ſuper terram*. Verum quum verſiculo ejuſdem capitis 11. *anno ſexcenteſimo vitæ Noæ, menſe ſecundo, ſeptimo decima die menſis*, Diluvium cœpiſſe legamus, & capite ſequente verſu 13. *ſexcenteſimo primo anno, primo menſe, prima die menſis*, ſiccatas fuiſſe aquas e ſuperficie terræ: Stuporis cujuſdam fuarit negare e Scripturis explorari poſſe, utrum præciſum tempus annus ille *ſexcenteſimus* denotet, an vero unius, aut alterius anni vel additionem, vel diminutionem admittat.

Neque ullo modo audiendus eſt Joſephus Scaliger, qui contra expreſſa hæc Scripturæ teſtimonia, in Elencho Orationis Chronologico D. Parei, (*pag.* 53.) ex Geneſ. IX. 28, 29. hanc nectet concluſionem. *Noa vixit annos 950. de quibus 350. vixit poſt diluvium. Deductis 350. de 950. remanet annus Noæ 600. poſt diluvium. Ergo diluvium inivit anno Noæ 599. non autem 600. ut hactenus omnes putarunt*. Atqui deductis 350. de 950. relinquitur annus Noæ 600. non poſt diluvium, ſed quo diluvium operiebat terram. Quum igitur Scaliger anno Noæ 599. diluvium iniiſſe hinc concludit, & anno ſexcenteſimo Noæ currente finem accepiſſe, id (enim argumento hoc a ſe demonſtratum eſſe, pag. 82. jactitat:) non modo contra clariſſima, quæ nos produximus, Scripturæ teſtimonia, ſed etiam contra textum, quem pro cauſſæ ſuæ firmamento adduxit ipſe, aperte militat. Ea enim ratione 350. anni ab initio diluvii deducti 948. a fine vero 949. tantum annos integræ vitæ Noæ conſtituerent: quum annos 950. cum vixiſſe, & Scriptura aperte affirmet, & ipſe Scaliger agnoſcat.

Illud igitur immotum maneat, quod a Spiritu ſancto tam luculenter habemus expreſſum: anno 600. vitæ Noæ, menſe 2. die 17. diluvium cepiſſe; anno 601. menſe 1. die 1. ſuperficiem terræ aquis liberatam, & menſe 2. die 27. tellurem plene areſactam eſſe: & conſequenter integrum annum (ut de excurrentibus diebus nihil dicamus) Noam in arca exegiſſe. De annis tamen illis 600. & 601. ulterior adhuc, diſcutienda manet quæſtio: utrum ineuntes illi, an vero completi ſint hic accipiendi? Recentiorum enim Chronographorum nonnulli pro completis eos accipientes, a rerum initio ad initium Diluvii, annos 1656. abſolutos numerant: quum nos, cum fine Diluvii, annum & Noæ 600. & Mundi 1656. terminandum exiſtimemus. De quo ut rectius judicemus: textus ille Geneſ. IX. (ubi *poſt diluvium* CCCL. in univerſum autem DCCCCL. annos Noa vixiſſe dicitur) cum altero Geneſ. XI. 10. (ubi Arphaxad natus fuiſſe memoratur, biennio *poſt diluvium*) conferendus eſt. Johannes Funccius cum ſequacibus ſuis, unius anni interjectione ætatem mundi augens, ab initio anni 600. Noæ, uſque ad initium Diluvii, annum unum, ab initio Diluvii ad finem ejuſdem annum alium, & a fine diluvii ad nativitatem Arphaxadi, biennium numerat. Ergo cum Arphaxad biennio *poſt Diluvium* natus dicitur, de diluvio finito hoc accipit, & recte accipit. Quum igitur Noa ſimiliter *poſt diluvium* CCCL. annis vixiſſe dicitur: pari omnino ratione poſt finem diluvii tot annos exegiſſe putandus eſt. Jam ſi (ut Funcciana ſtatuit hypotheſis) ab ortu Noachi uſque ad diluvii exitum, 601. anni tranſacti fuerint: additis 350. qui poſt decurrerunt, fierent omnes dies Noachi 951. annorum non 950. ut habet ſcriptura, Geneſ. IX. 29. Sethus Calviſius & diſcipulus ipſius Johannes Bohemus, ab initio quidem anni 600. Noæ uſque ad initium diluvii, annum unum cum Funccianis numerat: ſed biennium *poſt diluvium*, quo natus Arphaxadus, non (ut illi) a fine, ſed ab initio diluvii deducit. Admiſſa enim hypotheſi, quæ ſub finem anni 600. diluvium cœptum eſſe ſupponit: epocham annorum poſt diluvium numerandorum, non in exitu (ut viſum illis, qui inter initium 600. anni Noachi & nativitatem Arphaxadi, quadriennii interſtitium conſtituunt) ſed in exordio diluvii eſſe collocandum; epilogiſmus ille annorum Noachi, quem ex Geneſ. IX. 28. 29. propoſuimus, evidenter oſtendit. Ea vero ratione, in ſerie annorum Mundi conſtituenda, nulla omnino inter nos orietur differentia. Sive enim ponamus, ſub initium anni 600. Noachi cœpiſſe Diluvium, & a diluvii fine uſque ad natum Arphaxadum effluxiſſe biennium; ſive ſub finem anni 600. cœpiſſe Diluvium, & a diluvii initio uſque ad natum Arphaxadum decurriſſe biennium: non niſi tres annos inter initium 600. anni Noachi, & nativitatem Arphaxadi interjectos deprehendemus.

Quamquam vero ad ſummam rei nihil interſit; utra hypotheſis admittatur: priorem tamen præferendam eſſe, his de cauſis exiſtimamus. I. Geneſ. X. 1. ubi Moſes ſcribit; *Hæ ſunt generationes filiorum Noe, Sem, Cham, & Japheth, natique ſunt ei filii poſt diluvium*: nemo eſt qui finem diluvii non intelligat. Quidni ergo, eodem modo intelligatur, in loco parallelo? Geneſ. XI. 10. *Hæ ſunt generationes Sem: Sem erat centum annorum quando genuit Arphaxad, biennio poſt diluvium*. II. In poſteriore iſto loco Moſes, Orbis renovati Chronologiam pertexere exorſus, ab Arphaxadi (ut vides) nativitatem eam deducit, facta *biennio poſt diluvium*. Quod ſi a diluvio incepto epocham ſuam repetiiſſet; ſequeretur ipſum diluvii annum in novi Orbis temporibus ab eo fuiſſe comprehenſum. Atqui diluvii annus ad [a] *Priſcum* Mundum (ut eum B. Petrus appellat) omnino pertinebat, non ad eum qui [b] *nunc* eſt: cujus idcirco annos ipſe Annianus Beroſus [c] *a ſalute humani generis ab aquis* (tamquam mundo tum denuo reviviſcente) denumerat; ſicut & *ſecundæ ætatis primam diem* appellant Beda & Marianus, 27. illam menſis ſecundi, qua de Arca egreſſus eſt Noachus. (Geneſ. VIII. 14. 15.) III. in hiſtoria Diluvii poſtquam in VII. capite dixiſſet Moſes, cœpiſſe illud *anno ſexcenteſimo vitæ Noachi, menſe 2. die 17.* in capite ſequente ſubjicit, menſe 7. die 17. requieviſſe Arcam in montibus Ararati, (v. 4.) 10 menſe, 1°. die menſis apparuiſſe cacumina montium, (v. 5.) ac demum addit, *ſexcenteſimo primo anno, primo menſe, prima die menſis* ſiccatas fuiſſe aquas e ſuperficie terræ (v. 13.) Si menſis 2. die 17. quo Diluvium cœpit, ad finem vergeret annus vitæ Noachi 600. tum proximo menſe ſeptimo, annus 601. fuiſſet numeratus. At neque 17. die menſis 7. neque etiam 1. die menſis 10. annotatus eſt a Moſe annus 601. ſed primo, primi menſis die, numerus Epochæ primum eſt immutatus. Unde colligere liceat, 600. vitæ Noachi annum ſi non totum, ſaltem maxima ſui parte, anno inundantis diluvii reſpondiſſe. Ut recte obſervaverit Quintus Julius Hilario, *ſexcenteſimo anno Noe, & factum & conſummatum eſſe diluvium*.

Contra vero, abſoluto ſexcenteſimo Noachi anno, & ſex-

[a] 2. Petr. 2. 5.
[b] 2. Petr. 3. 6. 7.
[c] Pſeudo-Beroſ. l. 3. 4. & 5.

& ſexcenteſimo primo ineunte, incepiſſe diluvium, completis a Mundi origine 1656. annis & 1657. currente; tribus quoque rationibus pugnat Leonhartus Krentzhemius. [a] Ait primum, *annos generationis & ætatis Patrum.* Geneſ. V. & 11. *pro completis numerari. Semper enim* (inquit) *ex annis ætatis Patrum, qui anteceſſerunt generationem liberorum, & illorum numero qui ſecuti ſunt a generatione ad vitæ exitum, colligitur ſumma quam producunt numeri annorum utrinque completi.* Unde *ſequitur ſummam illam annorum 1656. ex annis iſtis ab Adam ad diluvium collectam, etiam pro completis accipi oportere.* Nos vero ſequi hoc omnino pernegamus. Annos quidem Patrum, quibus genuerunt filios, intelligendos eſſe plus minus completos, atque ex iis ſimul collectis integros 1056. confici, facile Krentshemio concedimus: ut longiſſime opinione ſua fallatur ille, quum aliud ex noſtra ſententia ſequi, denuo etiam hunc in modum repetit. [b] *Falluntur ſua opinione, qui diluvium referunt ad annum Mundi labentem 1656. hac enim ratione ſequeretur, annos generationis patrum non pro completis, ſed pro labentibus, quibus ſemper filiorum natorum annus primus includeretur, accipiendos eſſe: quod ſacra hiſtoria manifeſte refutat.* Verum, quum non παιδογονία Noachi, ſed tempus irruentis Diluvii, alia plane locutionis formula, a Moſe factum notetur, *anno ſexcenteſimo vitæ Noachi, menſe ſecundo, ſeptimo decimo die menſis.* (Geneſ. VII. 11.) annum ſexcenteſimum 1056. completis additum 1656. labentem exhibere affirmamus. Nec obſtat, quod nobis hic a Funccio eſt objectum. [c] *Certiſſimum* (inquit) *eſt in ſacris litteris, & Regula infallibilis; quod ubicumque annorum numerus ponitur, eique menſes & dies menſis adjiciuntur, ibi ſermonem eſſe de annis completis. Quod diligens lector facile animadvertet. Itaque cum Scriptura dicat;* Anno ſexcenteſimo vitæ Noah, menſe ſecundo, ſeptimo decimo die menſis, rupti ſunt in ipſa die omnes fontes, &c. *manifeſte indicat, Diluvium veniſſe anno ſexcenteſimo primo Noah currente; qui fuit annus Mundi 1657. currens, ut loqui ſolent.* Secundum hanc igitur Regulam, quum Moſes Deuteronomium populo propoſuiſſe legitur, anno poſt exitum ex Ægypto 40. menſe 11. die menſis 1. (Deut. I. 3.) factum hoc intelligeretur, completis poſt exitum 40. annis & 10. menſibus. At neque ipſius Funccii Chronologia hoc admittit, neque rei veritas. Nam ante exitum, 80. annorum fuiſſe Moſem conſtat; (Exod. VII. 7.) & mortis tempore, 120. (Deut. XXXIV. 7.) ut inter exitum ex Ægypto & mortem ipſius non niſi 40. anni interjici potuerint. Nec fallax modo eſt illa infallibilis Funccii regula, ſed plane & omnino falſa. Nam quotieſcumque littera Hebræa ב, Latinæ præpoſitioni IN reſpondens, certo annorum, menſium & dierum numero præfigitur; diem ad menſem, & menſem ad annum, cujus proxime facta eſt mentio, pertinere ſemper indicat. Unicam hic ἔνστασιν contra profert [d] Calviſius ex libro 1. (aliis 3.) Regum cap. 6. verſ. 1. ſed in ea fallitur. Quum enim ibi templum ædificari cœptum fuiſſe dicitur, anno poſt exitum ex Ægypto 480. menſe 2. annus ille non *exactus*, ſed *inceptus* fuiſſe intelligitur. Quod præter recentiores Chronographos animadvertit inter veteres etiam Euſebius. Sic enim ille, in Chronici ſui Prooemio: *A Moyſe uſque ad Salomonem, & primam ædificationem Templi, anni* CCCCLXXIX. *ſecundum minorem tamen numerum, quem tertius liber Regum continet:* & in Græcis Excerptis, (pag. 32.) Ἀπὸ τῆς ἐξόδου, ἐπὶ τὴν τοῦ ναοῦ κατασκευὴν, ἔτη. υοθ.

[a] Krentzhemius obſervat. Chr. lib. 1. c. 3. parag. 2.

[b] Id. ibid. Parag. 1.

[c] Func. l. 1. Comment. in Chron. ad ann. 1657.

[d] Calviſ. Iſagog. Chron. c. 23.

Secundum argumentum petit Krentzhemius ab *obitu Methuſalah avi Noah; quem mortuum eſſe conſtat ipſo anno irruentis Diluvii. Affirmat autem Judæorum quædam antiqua Traditio a Patribus accepta, obitum hujus Patriarchæ præceſſiſſe diluvium diebus tantum ſeptem. Incidit igitur in diem decimum menſis ſecundi. Sed Methuſalah natus eſt anno patris Henoc 65. plus minus completo, qui fuit annus ætatis Adami 687. completus: & vixit annis 969. iisdem completis. Summa igitur ex duobus proximis numeris collecta, producit annos completos 1656. Obiit igitur Methuſalah die 10. menſis 2. anni inchoati 1657. qui eſt annus labens diluvii irruentis.* Hæc ille. nos vero non multis diebus ante cœptum diluvium Mathuſalam defunctum fuiſſe, ultro agnoſcimus: ut ad Judæorum Traditiunculas hic recurrere nihil ſit neceſſe. *Septem* diebus poſtquam in Arcam ingredi juſſus eſt Noachus, Deum diluvium diſtuliſſe legimus, Geneſ. VII. 4. 10. Tot dies luctui Mathuſalæ datos fuiſſe, Hebræi inde colligunt. *Docet Deum ſuſpendiſſe illis ſeptem dies luctus Mathuſalæ juſti, quo agerent pœnitentiam, & non egerunt:* inquit vetuſtiſſimus auctor Bereshith Rabb. & R. Salomo Jarchi in locum eumdem.

At Hebræi iidem, qui ſeptem diebus ante, quam inciperet diluvium, Mathuſalam obiiſſe ſtatuunt, anno Mundi 1656. hoc contigiſſe agnoſcunt; & quidem poſt mortem Lamechi quinquennio: quemadmodum in R. Abrahami Zakuti libro Johaſin videre licet. Quod idem affirmamus & nos: cum B. Hieronymo tenente, [e] *nongenteſimo ſexageſimo nono anno vitæ ſuæ Mathuſal. mortuum eſſe eo anno, quo cœpit diluvium.* In eo vero fallit iſta Krentzhemii argumentatio, quod pro conceſſo ſumit, Mathuſalam *vixiſſe annis 969. completis.* Nam annos quidem vitæ 969. tribuit illi Moſes: ſed ita quoque in regum Iſraeliticorum Chronologia, Jeroboamo regni annos 22. Nadabo 2. Baaſæ 24. Elæ 2. Achabo 22. ſacra tribuit Hiſtoria. Ut igitur illic, horum collatione cum temporibus Regum Judæ inſtituta, deprehendimus, poſtremum quemque dictorum Regum annum inchoatum fuiſſe tantum, nequaquam vero abſolutum: (quod ſuo loco, Deoque volente videbimus: [*]) ita & hic, Mathuſalæ & Noachi temporibus inter ſe comparatis, extremum longævi illius Patriarchæ annum ſimiliter inchoatum, non completum fuiſſe, intelligimus. Non enim eadem ἀκρίβεια in annis παιδογονίας, & integræ vitæ Patrum eſt quærenda. Ut annos παιδογονίας mutilemus nulla ratio nos ſuadet, & ne mutilemus perſuadet illa, quod ita incerta redderetur integra annorum mundi ſeries. Ut poſtremum vitæ Patriarcharum μακροβιωτάτων decurtemus annum, evidens non cogit ratio: & ne id faciamus, nullum eſt incommodum quod deterreat, quum ab annis generationis, non integræ vitæ Patrum, Chronologia Mundi dependeat: quemadmodum in hujus capitis initio ex Joſepho eſt annotatum.

[e] Hieron. Tradit. Hebr. in Geneſin.

[*] Vide P. 2. cap. 1.

Tertiam rationem ex Geneſ. VII. 6. petit Krentzhemius. *Cum Moſes ſcribit;* Noah erat filius *ſexcentorum* annorum, quando aquæ Diluvii inundaverunt ſuper terram: *manifeſte docet, Noah ante diluvium complevisse annos ætatis 600. Sequentes igitur annotationes Chronologicæ, de diluvio inundante anno ætatis Noah 601. menſis 2. die 17.* (Geneſ. VII. *& de exſiccatis aquis anno ejuſdem 601. die primo, menſis primi,* (Geneſ. VIII.) *intelligendæ ſunt de completis annis.* Atqui certiſſimum eſt, ex Hebræorum idiotiſmo, per *filium ſexcentorum annorum* deſignari eum qui *ſexcenteſimum annum* quoquomodo eſt ingreſſus, utcumque eum non exegerit: fallique omnino Johannem Funccium, [f] qui hic *neceſſario integros annos eſſe intelligendos* aſſerit. Nam pari ratione, Geneſ. XVII. 12. *filius octo dierum* jubetur circumcidi, qui *octavum* a partu diem attigit: Et Exod. XII. 5. בן־שנה *primi anni* agnus appellatur; qui *die octavo & deinceps* offerri poterat Domino. Nam in agno quoque Paſchali legem illam Levit. XXII. 27. ab Hebræis fuiſſe obſervatam, oſtendit [g] Maimonides. Porro Funccianam illam ſententiam, quod ingruente diluvio ſexcenteſimus Noachi annus non tantum fuerit inchoatus, ſed plane completus, exactis præterea 47. diebus anni ſexcenteſimi

[f] Func. l. 1. Comment. ad ann. 1657.

[g] Of offering Sacrifice ch. 1. ſect. 12. 13. vide de phraſi eadem Paſchali Exod. 29. 38. Num. 28. 3. Confer. Levit. 22. 27. & 9. 3. & 23. 18, 19. Num. 7. 87, 88. cum Numer. 28. 3. 9. 19.

primi

primi; tribus novis argumentis firmare conatus eſt [a] Benedictus Pererius; ſed fundamento, ita extra modum ridiculo, ſubnixis, ut ea referre pudeat. Omnino enim aliud agebat vir doctus quum iſta ſcriberet, nec ipſum ea ſine mora deleturum fuiſſe dubitamus, ſi quis monitor opportunus interveniſſet.

[a] In Gen. lib. 12. ſect. 3.

CAP. IV.

De biennio poſt Diluvium, quo Semo natus eſt Arphaxad: ubi etiam de ordine trium filiorum Noachi, & cui eorum primogenitura debeatur.

DE *biennio* Diluvium proxime inſequente locus habetur, Geneſ. XI. 10. *Sem erat centum annorum, quando genuit Arphaxad, biennio poſt diluvium.* Pro quo Græca verſio habet; *δευτέρου ἔτους μετὰ τὸν κατακλυσμόν, ſecundo anno poſt diluvium.* Eum annum pro *completo* acceperunt, qui LXX. interpretum numeros ſecuti, a diluvio ad ortum Abrahami annos vel 942. (ut Euſebius, & ejus ſequaces) vel, admiſſo in Patrum numerum Cainane, 1072. (ut Auguſtinus de Civitate Dei lib. 16. cap. 10. & Julianus Toletanus libro tertio contra Judæos) ſupputaverunt. Alii vero, in quibus & Paullus Cruſius & Jacobus Cappellus, pro *inchoato* capientes, ſacrum calculum ea ratione unius anni detractione mutilarunt. Atqui Spiritus Sanctus in textu originali non dicit בשנה השנית vel בשנת שתים quomodo loqui [b] ſolet, quum annum ſecundum currentem denotare vult: ſed ſimpliciter voce Dualis numeri שנתים utitur, ut in hoc eodem libro, Geneſ. XLV. 6. זה שנתים *Biennium eſt quod cœpit fames eſſe in terra, & adhuc quinque anni reſtant* (de ſeptem ſc.) *quibus nec arari poterit nec meti.* Unde recte & in Syra, & in Chaldaica (tum Onkeloſii, tum ea quæ Jonathani tribuitur) Paraphraſi, Arphaxad natus ponitur תרתין שנין *duobus annis*, & in Hieronymiana translatione, *biennio* poſt diluvium: nec non in Ruffiniana Joſephi verſione. *Sem filius Arphaxad natus eſt poſt annos duos facti diluvii*, licet in Græca editione hodie corrupte legatur (ιβ pro β poſito:) Σήμῳ δὲ υἱὸς Ἀρφαξάδης ἦν μετὰ δυοκαίδεκα τῆς ἐπομβρίας γενόμενος. Ut admodum ridicule Staniſlaus Grepſius in futili libello de multiplici ſiclo & talento Hebraico, ex corrupto hoc Joſephi loco abſurdiſſimum hoc pronuntiatum deduxerit. *Sicut ſex talenta dicuntur talentum, ita & ſex anni dicuntur annus apud Hebræos.* Neque vero commentitii Beroſi auctoritate moveri debebat Cruſius, ut ineunte a diluvio anno altero natum Arphaxadum concluderet: quum apud homines cordatos nullius omnino ea ſit momenti, neque ratio ulla reddi poſſit, quare, cum in reliqua tota per Patrum γενεαλογίαν a Moſe contexta Chronologia, anni vel *completi*, vel quaſi completi accipiantur, in hoc ſolo articulo *inchoati* ſint intelligendi.

[b] Exod. XL. 17. III. Reg. XV. 25. IV. Reg. I. 17. XIV. 1. XV. 32. Eſai. XX-XVII. 30. Daniel II. 1. Hagg. I. 1. 15. II. 10. Zachar. I. 1. 7.

At alii non ſolum annum ſecundum *ineuntem* hic accipiunt, ſed ab ineunte etiam Diluvio epocham ejus deducunt; atque ita *biennium* hoc, inter exitum diluvii & ortum Arphaxadi interpoſitum, in annorum mundi ſupputatione prorſus negligunt. Hi enim, ex Geneſ. V. 32. colligentes Noachum, cum 500. eſſet annorum, genuiſſe Semum; & ex Geneſ. XI. 10. Semum, cum 100. eſſet annorum, genuiſſe Arphaxadum, anno poſt diluvium altero: ineunte anno Noachi 601. & deſiiſſe diluvium & natum fuiſſe Arphaxadum, inde concluſerunt: cumque inter initium anni 600. Noachi, & Nativitatem Arphaxadi, juxta Johannis Funccii ſectatores (de quibus in 3. cap. diximus) *quadriennium*, juxta alios (ad quos & nos accredimus) *triennium*, juxta illos de quibus proxime jam egimus *biennium* ſolidum interjectum ſupponatur; ex horum rationibus *unus* tantum annus, iſque ille idem quo terras diluvium occuparit, relinquetur.

Atque hæc fuit Theophili Antiocheni cap. 1. Chronographi illius, qui ad annum XIII. Alexandri Severi tempora perduxit (tomo 2. Antiquæ lectionis Henr. Caniſii, pag. 581.) Julii Africani, Severi Sulpitii, Joſephi Chriſtiani Scriptoris, (in Hypomneſtico, nondum edito) Conſtantinopolitani Chronici, Auctoris Faſtorum Siculorum, (ſive quod Alexandrini nomine a M. Radero eſt editum) Maximi monachi (in Computo) Syri mei Chronographi, & aliorum aliquot ſententia: a qua etiam non abſcedunt multum, Nicolaus Vignerius in Bibliotheca ſua hiſtoriali, ad ann. Mundi 1657. & Joſephus Scaliger, in Elencho Orationis Cronologicæ D. Parei, ubi de primogenitura Semi diſſerens, quum generalem theſin ſtatuiſſet, *hunc ordinem filios in Scriptura habere quem illis natura dedit:* particularem hanc hypotheſin iſta (quam vocat) *demonſtratione* ſtabilire nititur. *Anno Noæ 601. ineunte, Sem genuit Arphaxad, annos natus centum; centeſimo anno abſoluto poſtquam pater ejus cœpit generare. Quare ſi Noa annorum 500. erat quum cœpit generare, & filius ejus annorum 100. cœpit generare, anno patris ſui 601. ineunte, nullus ergo filius Noæ natus eſt ante Sem. Propterea errant, qui Natalem Arphaxad ſtatuunt anno Mundi 1658. Noæ ætatis 602.* Ita Scaliger.

Nos vero cum longe majore, & meliore Chronologorum parte, Scripturæ ductum ſecuti, quæ biennio poſt terras ab aquarum eluvione liberatas, Arphaxadum ortum non obſcure ſignificat, ineunte anno Mundi 1659. & ætatis Noæ 603. natum illum fuiſſe defendimus: & Scaligerum, ad ineuntem annum Noæ 601. natalem ejus referentem, & a veritate, & a fundamentis propriis hic diſceſſiſſe affirmamus. Si enim ineunte anno Noachi 601. natus fuiſſet Arphaxadus, ut Scaliger & Veteres illi putarunt, ſtatim poſt finitum diluvium in lucem eum editum fuiſſe oporteret: Nam *ſexcenteſimo primo anno*, primo menſe, prima die menſis amoviſſe Noachum operculum Arcæ; & menſe ſecundo, die menſis 27. ſiccata terra, egreſſum ex ea fuiſſe Scriptura ſacra teſtatur, Geneſ. VIII. 13. 14. Si continuo poſt egreſſum ortus fuiſſet Arphaxadus; non dixiſſet Scriptura, Geneſ. XI. 10. *Sem erat centum annorum quando genuit Arphaxad, biennio poſt diluvium:* ſed potius, [c] *Statim poſt diluvium Sem centum annorum exiſtens, genuit Arphaxad*, quemadmodum antiquiſſimus alterius ſententiæ aſſertor loquitur Theophil. Antiochenus.

[c] Μετὰ δὲ τὸν κατακλυσμὸν ἑκατὸν ὁ Σὴμ ἐτῶν ὢν γεννᾷ τὸν Ἀρφαξάδ. Theoph. ad Autolycum lib. 3.

Quis autem credat, invaleſcentibus ſuper univerſam terram aquis diluvii, Semum in Arca (quaſi in ſepulcro) conditum, liberis operam dediſſe? Uxoremque ejus eodem carcere concluſam, fœtum animatum atque adeo partui jam maturum, in utero geſtaſſe? quod vix, aut ne vix quidem, cum illo Apoſtoli pronuntiato poterit conſiſtere: *in arca paucas, id eſt, octo animas ſervatas fuiſſe in aqua.* (1. Petr. III. 20.) Adde, cum [d] Torniello, eos qui in Arca erant, nimio terrore correptos, pœnitentiæ potius opera exercuiſſe, lugentes communem illam humani generis cladem; nec ad mulieres accedendum eſſe exiſtimaſſe, uſque quo intelligerent Deum humano generi eſſe placatum, ac de ipſo reparando deliberaſſe: alioqui videri poſſe, fruſtra Dominum, expleto diluvio, iterum protuliſſe verba illa de generatione liberorum; *Creſcite, & multiplicamini, &c.* (Geneſ. IX. 1. 7.) redintegrato naturæ ordine, ſicut erat in principio. (Geneſ. I. 28.)

[d] Torniel. ann. Mundi, 1657. parag. 19.

Nec illud prætereundum, quod Geneſ. X. 22. & 1. Paralip. I. 17. filii *Semi* recenſeantur, *Elam*, & *Aſſur*, & *Arphaxad*. Quod ſi, (ut hic contendit Scaliger) *eum ordinem filii in Scriptura habeant, quem illis natura dedit;* neceſſe eſt ut Elam & Aſſur ante Arphaxadum geniti fuerint, neque ineunte Noachi 601. ſive primo poſt diluvium anno, omnino naſci potuit

Ar-

Arphaxadus. Ex certe dignatione gratiæ Arphaxad utroque fratre prior fuerit; non alia videtur afferri poſſe ratio, cur tertio nominatus ille ſit loco, quam ob nativitatis ordinem. Nam quod potiſſimum pro Arphaxadi primogenitura a Jacobo Cappello contra Auguſtinum Torniellum urgetur argumentum, a tempore priorum filiorum alimoniæ aſſignando petitum; quod *tum neque uxorix ulla, nec lactis pecunii copia, ſuppeteret*: ab ipſo Torniello ad annum Mundi 2. num. 1. prolixe eſt ſolutum. Neque illud etiam a Scaligero eſt animadverſum, labefactari hic ab eo illam epocham quam prius igooratam & a ſe conſtitutam eſſe jactitat, [a] *omnium aut ſacræ hiſtoriæ aut exotica certiſſimam, unde omnes rationes temporum Biblicæ hiſtoriæ pendeant*; [b] *ut vere poſſis illam vocare matrem ceterarum Epocharum*. Epocham nimirum Exodi, quando migratum eſt ex finibus Ægypti: quam & alibi ſemper, & in hoc quoque Elencho, in annum Mundi 2453. conjicit, atque in annum tertium annalis Hebdomadis currentis. Si enim ineunte anno Noachi 601. Arphaxadum natum admiſerimus; nec in annum 2453. incurret Exodus (poſito etiam Natali Abrahæ in anno Tharæ 70.) nec anni Mundi per ſeptenarium diviſi, Hebdomadem annalem exhibebunt: indeque Johannes Bohemus, hoc obſervato, ab effatis Magiſtri ſui hoc quidem in loco neceſſario ſibi diſcedendum eſſe putavit.

Erroris vero fundamentum in eo eſt poſitum, quod Noachus tum præciſe 500. annorum fuiſſe exiſtimatur, quando Semum genuit: idque ex textu illo colligi putatur. Geneſ. V. 31. *Et fuit Noah filius quingentorum annorum*, (id eſt, quingenteſimum agebat annum) *& genuit Noah Semum, Chamum & Japhetum.* Cum autem uno & eodem anno, omnes iſtos tres nequaquam ſuſceperit; non aliud voluiſſe Moſem conſentaneum eſt, quam Noachum anno ætatis 500. liberis operam dare cœpiſſe, adeoque primogenitum procreaſſe: ſed cui eorum primogenitura danda, res eſt non adeo perſpicua, ac prima facie poſſet videri. Illam enim Scaligeri rationem, quæ *hunc ordinem filios in ſcriptura habere* ſtatuit, *quem illis natura dedit*, admodum infirmam eſſe oſtendit Benedictus Pererius. *Quamvis enim*, inquit, *illud videatur arguere*, [c] *Sem fuiſſe primum natu filiorum Noe, quod ſemper in Scriptura cum nominantur filii Noe, primus omnium cenſetur Sem* (ut Geneſ. cap. V. VI. IX. X. *& initio prioris libri Paralipom.*) *idque pro magno argumento ad id ipſum probandum afferunt nonnulli: attamen id non magnam vim habere videtur. Namque etiam Cham inter filios Noe ſecundus memoratur, quem tamen minimum fuiſſe omnium*, [d] *planum eſt. Similiter* [e] *Iſaac nominatur ante Iſhmaelem, &* [f] *Jacob ante Eſau, non propter priorem ortum, ſed propter prærogativam electionis & benedictionis divinæ, majoremque eorum dignitatem. Quamquam non ſatis liquet cur ſemper Cham nominetur ante Japhet; cum & ortu & dignitate poſterior eo fuerit.* De quo poſtremo tamen illa B. Ambroſii obſervatio non eſt prætermittenda: [g] *ubi generantur, hunc ordinem eſſe; ubi autem generant, Japhet primo loco ſcribi, tertio Sem*, non *Cham*, ut habetur in impreſſis omnibus Ambroſii exemplaribus. Nam & in Geneſ. cap. X. & in 1. Paralipom. I. ubi filiorum Noæ poſteritas explicatur, Japheti progenies primo loco proponitur, Semi tertio: ſemper autem in medio Cham relinquitur, quaſi & hic locum haberet, quod ab eodem Ambroſio ex [h] Homero ibidem eſt productum: κακὰς δ᾽ ἐς μέσσον ἔλασσε, *Malos autem in medium inferunt*, quomodo etiam ab [i] aliis eſt notatum, ſemper medium poni Cham improbum inter duos probos; quod ita ſit Eccleſia comparata utrinque, ut inter improbos ut hoſtes verſari cogatur.

[a] Scalig. in Animadverſ. Euſeb. p. 91. col. 2.
[b] Id. in Canon. Iſagog. l. 3. p. 282.
[c] Perer. in Gen. l. 15. ſect. 132.
[d] Geneſ. 9. 24.
[e] 1. Paralip. 1. 28. Gen. 25. 9.
[f] Gen. 28. 5. Joſu. 24. 4.
[g] Ambroſ. de Noe & Arca c. 2.
[h] Iliad. 4.
[i] Mercer. in Geneſ. 10. 2.

Cum autem in utroque illo Scripturæ loco, duplici modo recenſeantur filii Noæ; ubi *generati* commemorantur, (Sem, Cham & Japhet) ubi *generantes*, ordine retrogrado (Japhet, Cham & Sem:) poſteriorem hunc, ut genituræ ordini reſpondentem, amplectuntur quidam, inter quos R. Levi ben Gerſom, in Geneſ. IX. 24. Nicolaus Lyranus, & Alphonſus Toſtatus Abulenſis; in quorum ſententiam & nos libentiſſime concederemus; ſi perſuaderi nobis poſſet Semo juniorem fuiſſe Chamum: quod illa retrograda ordinis inverſio ſic reſponderet aptiſſime ejuſdem generis loco illi alteri, Geneſ. XI. 26. ubi Thara genuiſſe dicitur *Abrahamum, Nachorem, & Haranem*; cum naturalis generationis ordo, *Haranem, Nachorem, & Abrahamum* ponendos requirit. Priorem vero modum ſequuntur alii, in quibus Pſeudo-Clemens libro Recognitionem 1. Ambroſius (in lib. de Noe & Arca) Epiphanius (hæreſ. *) Jo. Chryſoſtomus (in Geneſ. ſerm. 29.) Auguſtinus (de Civitate Dei, lib. 16. c. 3.) R. David Kimchi (in 1. Paralipom. I.) & alii plurimi. Benedictus Pererius, cum Fl. Joſepho (lib. 1. Antiquit. cap. 5.) Semum primo, Japhetum ſecundo, Chamum tertio loco; Thomas Lidyatus Chamum primo, Semum ſecundo, Japhetum tertio natum loco exiſtimat: Tremellius vero, cum Hebræorum & noſtrorum aliquot, Chamum ultimo, medio Semum, Japhetum primo loco collocat. Quam ſententiam & nos ceteris omnibus præferendam eſſe judicamus; ſi clare ex Scripturis oſtendi poſſit, Chamum Semo majorem natu non fuiſſe.

Et quidem *Sem fuiſſe priorem natu quam ipſum Cham, ex* Geneſ. IX. 24. *manifeſtum* eſſe docet Pererius [k] *appellari enim illic Cham filium Noe minorem præciſe: quod apud Hebræos idem ſignificat atque filius parvus vel minimus. Totam igitur contentionem eſſe inter Sem & Japhet de principatu ortus.* Ita Joſephum quoque ſenſiſſe videmus, notiſſimam illam hiſtoriam Geneſ. IX. de retecta Noachi nuditate, ita enarrantem. [l] Θεασάμενος δ᾽ αὐτὸν ὁ νεώτατος τῶν παίδων μετὰ γέλωτος ἔδειξε τοῖς ἀδελφοῖς· οἱ δὲ περιστέλλουσι τὸν πατέρα. καὶ Νῶχος αἰσθόμενος, τοῖς μὲν ἄλλοις παισὶν εὐδαιμονίαν εὔχεται· τῷ δὲ Χαμῇ διὰ τὴν συγγένειαν αὐτοῦ μὲν οὐ κατηρᾶτο, τοῖς δ᾽ ἐκγόνοις αὐτοῦ. καὶ τῶν ἄλλων διαφυγόντων τὴν ἀρὰν, τοὺς Χαναναίου παῖδας μέτεισιν ὁ θεός. *Id conſpicatus filiorum natu minimus, per ludibrium fratribus indicavit: illi vero parentem operuerunt. Senſit hoc Noachus, & precatus aliis filiis felicitatem, ne Chamum quidem diris devovit, reſpectu ſui ſanguinis, ſed tantum ejus poſteros: quas cum ceteri evaſiſſent, Chananæi liberos ultio divina eſt conſecuta.*

Verum quum nepotes dicantur filii avi, non minus quam filii ipſi, (quod, ne a proxima Semi ipſius progenie diſcedamus, ex I. Chronic. I. 17. cum Geneſ. X. 23. collato liquet:) non deſunt qui *parvum filium* in ea hiſtoria nequaquam Chamum ipſum, ſed filium ipſius Chananem, intelligendum eſſe exiſtiment. Ita ex Hebræis, R. Levi ben Gerſhom, & R. Abraham Aben Ezra in 9. cap. Geneſ. e noſtris Theodoretus quæſt. 57. in Geneſ. (ſi non Origenes potius; cujus expoſitio, ab Hebræo magiſtro ſuo accepta, ex Catena Græca a collectore fragmentorum Theodoreti hic inſerta fuerit) & Procopius Gazæus in Geneſ. c. 9. Quam ſententiam licet in Elencho Orationis Chronologicæ D. Parei ſummopere propugnatus fuerit Joſephus Scaliger; nihil ille tamen attulit, quod a ſimplici & recepta hiſtoriæ intelligentia cogat nos abſcedere.

Quid fecit Cham patri ſuo? inquit ille, *Nihil; Tantum fratribus de patris probro nuntius fuit. Atqui Scriptura diſerte dicit neſcio quid Noæ a minore filio factum, propter quod Noa in maledictionem eruperit.* Reſpondeo; *nihil* illud Scaligeri, aliquid profecto fuiſſe factum filio indigniſſimum. *Oculum qui ſubſannat patrem, aut ſpernit obedientiam matris, hunc effodient corvi vallis, aut comedent eum juvenes aquilæ:* dicit Sapiens, Proverb. XXX. 17. & ipſe Plutarchus, in libro περὶ φιλαδελφίας,

* Lib. 1. cap. iv.
[k] Perer. in Geneſ. l. 15. ſect. 132.
[l] Joſeph. Antiquit. lib. 1. c. 9.
Vide Græc. Caten.

δελφίας, ſive de amore fraterno. Οὐδ' ἂν πάλιν μείζων ἐπίδειξις αὐτῷ γένοιτο τῆς περὶ γονεῖς ὀλιγωρίας καὶ πλημμελείας. διὸ τὸν μετ' ἄλλων κακῶς τινὰς ἀπολιπόντα, μητρὶ δ' αὐτοῦ καὶ πατρὶ τὸ μὴ παρέχειν ἑαυτὸν θρέψαντας αὐτὸν λέγοντας ἀφ' ὧν ἐκθρεψάντων, πλὴν μὴ φορᾷ τὸ λυπεῖν, ἀνόσιον ἡγοῦνται καὶ ἄθεσμον. Quomodo vero Chamus erga patrem ſuum ſe geſſerit, ex Theodoreto, quem ſuæ *ſententiæ vindicem* laudavit, intelligere hic poterat Scaliger. [a] Ὁ Χὰμ τὴν τοῦ πατρῴου κατηγορίαν ἐδέξατο, ὡς παραβὰς τὸν τῆς φύσεως νόμον. ὅτι γὰρ καὶ τὸ γεραίρειν τοὺς γεγεννηκότας ἡ φύσις ἐδίδαξε, μαρτυροῦσιν οἱ τοῦ Χὰμ ἀδελφοί· οἳ παρ' ἐκείνου τὸ πάθος μεμαθηκότες τοῦ πατρὸς, μετὰ πολλῆς αἰδοῦς εἰς τοὐπίσω βαδίζοντες συνεκάλυψαν τὸν πατέρα, ὡς ἂν ἥκιστα ἴδοιεν ὅθεν ἐβλάστησαν· τοιγάρτοι καὶ μάλα εἰκότως καὶ τοῦ πατρὸς τὴν εὐλογίαν ἐδρέψαντο. *Cham parricidii reus habitus eſt, tamquam tranſgreſſus legem naturæ. Nam quod natura ipſa doceret venerari & colere parentes oportere, teſtificantur fratres ipſius* Cham: *a quo cum intellexiſſent quod patri acciderat, multo cum pudore retro gradientes Patrem operuerunt, ut minime viderent, unde erant progenati. Itaque merito benedictionem a patre acceperunt.* Et ſi illi ob tectem patris ignominiam benedictionem fuerint conſecuti; ob contrarium certe factum Chemus maledictioem meruerit: quippe qui patris ouditatem non modo non texerit, ſed etiam publicaverit, & lumine faciens hic noxia, & linguam quoque.

Atqui Scriptura diſerte dicit, neſcio quid Noe a Minore filio factum, propter quod Noa in maledictionem eruperit. Experrectus enim vidit quod ſibi minor filius fecerat, quod quidem Scriptura non exprimit, ſed tamen conſtat factum eſſe; ut eleganter monet doctiſſimus Aben-Ezra. Propter aliquod enim factum maledictio emiſſa eſt, non quod Cham pudenda patris viderat. Id enim experrectus ipſe neſcire non potuit. Ite Scaliger. Reſp. Factum illud quod experrectus reſcivit Noe, & maledictionem eb eo expreſſit, ut extra Scripturam quæramus non eſt opus: ſufficit abunde illud, quod Chamus [b] nuditatem & turpitudinem patris ſciens & libens aſpexit, eum contemptu irriſit, divulgevit, & fratres ſuos ed ejus irriſionem provocavit. Tanta in uno hoc facto crimina recte notavit Pererius: qui de ratiooe etiam que pater iſta reſcire potuerit, conjecturem effert admodum probabilem. [c] Noe expergiſcens, cum vidiſſet pudende ſua propria veſte oudata, & alieno pallio contecte, cauſſam ejus rei quæſiviſſe ex filiis: eque ita eos ed narrandum quod eeciderat eſſe compulſos: de qua & Chryſoſtomus. [d] Πόθεν ἔγνω; ἴσως οἱ ἀδελφοὶ ἐγνώρισαν, οὐχὶ τὸν ἀδελφὸν διαβαλεῖν βουλόμενοι, ἀλλὰ τὸ πρᾶγμα ὡς ἐγένετο διδάσκοντες, ἵνα κατάλληλον ἐκεῖνος τῷ τραύματι τὴν θεραπείαν δέξηται. *Unde cognovit? forte fratres ſignificaverunt: non accuſationis quidem gratia, ſed rem ut facta erat docentes; ut convenieus ille ſuo vulneri remedium acciperet.* Ne quis opus eſſe exiſtimet, cum Faſtorum Siculorum, & Gloſſæ interlinearis auctore, ac R. Levi ben Gershom ad ſpiritum propheticum & divinam revelationem hic confugere.

Sed pergit Scaliger. *Si Cham aliquid feciſſet, in eum competebat maledictio. Sed in Chanaan deſtricta eſt illa. Chanaan igitur fecit: atque adeo ipſe eſt qui dicitur minor frater.* Verum in filio punitum hic fuiſſe ipſum patrem, ſi non ex [e] Chryſoſtomo vel [f] Auguſtino, certe ex ipſo (quem ut ſententiæ ſuæ vindicem hic protulit) Theod. diſcere potuiſſet Scalig. de Chamo ita ſcribente. [g] Ἐπειδὴ οὖν υἱὸς ὢν εἰς τὸν πατέρα ἐξήμαρτε, διὰ τοῦτο ἐν τῷ παιδὶ ἀντὶ τῶν ἔδρασε δέχεται τὴν τιμωρίαν. *Quia, cum filius eſſet, in patrem deliquit, ob id per filii maledictionem pœnas luit.* Additque, Noachi verba non tam imprecationem in ſe continere, quam futurorum prædictionem. Ἐπειδὴ γὰρ ἔμελλεν ὁ Ἰσραὴλ ἐκ τοῦ Σὴμ κατάγων τὸ γένος τὴν Παλαιστίνην παραλαμβάνειν τὴν δεσποτείαν, ταύτην δὲ πάλαι ᾤκουν οἱ ἐκ τοῦ Χαναὰν βεβλαστηκότες· ἐν ἀρᾶς σχήματι τὴν πρόρρησιν, προαγορεύων μὲν τὰ ἐσόμενα, δεδιττόμενος δὲ τοὺς ὕστερον ἐσομένους μὴ πλημμελεῖν εἰς γονέας. *Nam cum Iſrael ex Sem genus ducens, Palæſtinam occupaturus eſſet, quam olim incoluerant qui ex Chanaan deſcenderant; in maledictionis formam prophetiam effert: prædicens quidem futura, deterrens autem poſteros ne peccent in parentes.* Similia habet & Diodorus Tarſenſis [h] in hujus loci explicatione: & Auguſtinus quæſt. 17. in Geneſ. rem totam breviter ita expediens. *Quæritur quare cum peccans Cham in patris offenſa, non in ſeipſo ſed in filio ſuo Chanaan maledicitur? niſi Prophetatum eſt terram Chanaan ejectis Chananæis inde & debellatis, accepturos fuiſſe filios Iſrael; Qui venirent de ſemine Sem.*

Quum vero ſubjungit Scaliger, in Sermone Hebræo avos vocere nepotes ſuos בנים הקטנים *filios minores*: proleto aliquo Scripturæ teſtimonio probare hoc potius ille debuerat, quam id quod huc omnino noo facit; e filiis familias *filios fratrum fratres vocari.* In ſacris litteris certe, ejuſdem parentis immediatos filios ad ſeniorem fratrum ætatem reſpectu habito *filios minores* appellari, vel ex loco illo Geneſ. XXVII. 15. conſtat: ubi Rebecca dicitur accepiſſe veſtes Eſaii בנה הגדל *filii ſui majoris*, iiſque induiſſe Jacob בנה הקטן *filium ſuum minorem*. Licet illi, qui ex præjudicata opinione Chamum ætate medium filiorum Noæ fuiſſe exiſtimaverunt, relicta propria & ſimplici vocis intelligentia, qua filius illius *minor* ſive νεώτερος (ut Græci interpretes reddiderunt) fuiſſe is ſignificabatur, vel ob corporis [i] *Staturam parvam*, vel ob enimi *ruditatem, quaſi in quadam intellectus infantia conſtitutum*, (ut loquitur [k] Ambroſius:) vel ob fortunæ etiam ſui *conditionem* הפסול והבזוי *abominabilem & contemptibilem*, quemadmodum ex verſu 2. prophetiæ Obadiæ R. Salomo Iarchi id explicandum cenſuit. Νεώτερον δὲ ὅταν φῇ υἱὸν, οὐχ ἡλικίας ὄνομα ἀναγράφει, νεωτεροποιὸν δ' ἐμφαίνει τρόπον ἤθους. *Cum juniorem filium appellat, non tempus ætatis deſcribit, ſed morum diſpoſitionem novis rebus ſtudentem*: ioquit Philo, in libro de reſipiſcentie Noæ; & Chryſoſtom. ſerm. 29. in Geneſ. Chamum Japheto majorem natu fuiſſe exiſtimens, cur Chamus tamen *junioris* (Geneſ. IX. 24.) & Japhetus ſenioris (Geneſ. X. 21.) appellationem adeptus fuerit, tropologicam hanc ſimiliter reddit rationem. ὥσπερ ὁ Χὰμ ὅπερ εἶχεν ἀπὸ τῆς φύσεως, ἀπώλεσε τῇ μοχθηρίᾳ τῆς προαιρέσεως, οὕτως ὁ Ἰάφεθ, ὅπερ οὐκ εἶχεν ἀπὸ τῆς φύσεως, τοῦτο προσεκτήσατο ἀπὸ τῆς ὀρθῆς γνώμης. *Sicut* Cham, *id quod natura habuit, nequitia voluntatis amiſit; ita Japhet quod natura non habuit, ſaniorem ob mentem accepit.*

Ut e Chamo igitur ad Japhetum jam tranſeamus, & hujus cum Semo de principatu ortus contentionem expendamus: eam Semo deberi dignitatem confirmat [l] Salianus, non ee ſolum conjectura, quod primo ſemper loco nominatur, & quod Noe in benedicendis filiis, Semum Japheto prætulit; ſed ea potius ratione, quod Scriptura Semum vocat *fratrem Japheti majorem* (Geneſ. X. 21.) Sed conjecturarum illarum duarum infirmitetem ſatis aperuit Pererius, licet & ipſe non minus quam ille acer primogenituræ Semi patronus: elias ceuſſas efferri poſſe docens, Quare Semus & primo loco nominatus & a patre aote Japhetum benedictus fuerit, præter illam unam ab ætatis ratione deſumptam. De imbecillitate argumenti ab ordine recenſionis fratrum ducti, verba illius ſupra produximus: quam & ipſi poſtea, (Deo volente) in loci conſimilis Geneſ. XI. 26. tractatione, pluribus ſumus pateſacturi. Varias autem ceuſſas, ob quas Noe Semo benedixiſſe dici poſſet ante Japhetum, problemetice hunc in modum propoſuit [m] Pererius, *Cur prius benedixit Sem quam Japhet? An quia ille primogenitus erat? An quod ſanctimonia & prudentia morumque gravitate præſtaret; & idcirco patri Deoque cariſſimus eſſet? An quod ipſe vehementius objurgaſſet Cham, auctorque fuiſſet Japheto id erga patrem faciendi quod factum ab illis eſſe legimus? An potius*

[a] Theod. in Geneſ. quæſt. 57.

[b] Perer. in Geneſ. lib. 14. ſect. 140.

[c] Perer. in Gen. l. 14. ſect. 154.

[d] Chryſ. in Geneſ. ſerm. 29.

[e] Chryſoſt. ut ſupr.

[f] Auguſt. de Civit. Dei lib. 16 cap. 2.

[g] Theodoret. in Geneſ. quæſt. 58.

[h] Catena Gr. in Geneſ. cap. 9.

[i] Joan. Behm. Chron. l. 1. tit. 2. c. 6.

[k] Ambroſ. lib. de Noe & Arca, cap. 30.

[l] Salian. ad ann. Mundi 1559. parag. 2.

[m] Perer. in Geneſ. lib. 14. ſect. 185.

tius

Digitized by Google

tus propter excellentiam poſteritatis ejus in qua futuri erant Patriarchæ, Reges, Prophetæ & quod ſuper omnia eſt, Meſſias ipſe? Adde in benedictione Semi fundatam fuiſſe benedictionem Japheti; nec niſi illa prius propoſita, hanc omnino iotelligi potuiſſe. *Dilatet* (vel potius *alliciat*) *Deus Japhet; & habitet in tabernaculis Sem*. (Geneſ. IX. 27.

De textu igitur illo, Geneſ. X. 21. tota eſt controverſia *Sem quoque nati ſunt, patri omnium filiorum Heber, fratri Japheth majori*. Sed utrum Sem an Japheth fuerit natu major inter filios Noe, noo facile hinc poſſe determinari agnoſcit [a] Torniellus, propter Hebraici textus ambiguitatem; in quo legitur, אחי יפת הגדול. Cum enim caſibus Hebræi careant; illud הגדול vel dativi caſus eſſe poterit & referri ad Sem, vel genitivi & referri ad Japheth. Et ut uno modo reddidit editio vulgata Latina; *fratre Japheth majore*: ita altero, editio vulgata Græca; ἀδελφοῦ Ἰάφεθ τοῦ μείζονος, *fratri Japheth majoris*. Licet enim Auguſtinus, libro 16. de Civitate Dei, cap. 3. *majore* in Latino ſuo codice hic vel legerit, vel legendum eſſe putaverit: in Græco tamen, eodem quo hodie modo, τοῦ μείζονος, lectum fuiſſe, ex eo quod poſtremum ex Chryſoſtomo citavimus teſtimonio manifeſtum eſt.

[a] Torniel. an. Mundi 1659.

Salomoni Geſnero, in Geneſ. cap. 10. quæſt. 8. *textus Hebræus id potius innuere videtur, Semum eſſe fratrem Japheti grandiorem*: quia ה *præfixum voci* גדול *non Genitivum, ſed Nominativum caſum innuit*; quum, ſi ad Semum hoc loco referatur, non *Nominativi*, ſed *Dativi* caſus eſſe oporteat: & articulum ה omnium caſuum nominibus promiſcue præfigi ſolere conſtet; & *Genitivi* ſpeciatim, in loco huic ſimili a nobis producto ex Geneſ. XXVII. 15. ubi Rebecca accepiſſe dicitur בנה הגדל את בגדי עשו *veſtimenta Eſau filii ſui majoris*. Eamdem ſententiam hac ratione perſuadere conatur, *Pererius* [b] *Omnino, quæ hic narrat Moſes de Sem, ad commendandam ejus excellentiam dignitatis pertinent: ut, quod ipſe pater fuerit omnium filiorum Heber, id eſt, populi Hebræi, & tot tantorumque virorum qui in eo populo claruerunt. Ergo quod ſubdit, ipſum fuiſſe fratrem Japheth majorem, ad ejuſdem ſpectat commendationem. Quorſum enim hoc loco Moſes dignitatem Sem ſignificans, dixiſſet illum fuiſſe fratrem Japheth majoris ipſo?* Sed hanc rationem *probabilem* tantum eſſe, fatetur ipſe Pererius: & quidquid in ea probabilitatis eſt, ex eo totum dependet, quod nondum nobis liquet, quæ de Semo hic narrantur, encomiaſtico, & non mere hiſtorico modo a Moſe fuiſſe propoſita; aut ſi commendationis aliquid hic ille ſpectaverit, Semi potius dignitatem a populi Hebræi præſtantia, an populi ſui Hebræi dignitatem a patris Semi præſtantia æſtimandam, illum voluiſſe, ex quorum neutro erit conſequens, in altero membro, quod ætatis Semi & Japheti collationem cootinet, aliud fuiſſe ſpectatum, quam ſimplicem hiſtoricæ veritatis enarrationem. Nam quod, velut a Pererio prætermiſſum, Harvillæus hic addendum cenſuit; ſecundum hoc membrum, non minus quam prius illud, eſſe (ut ille loquitur) *declarativum ſeu confirmativum qualitatum Sem*: nihil omnino rem promovet. Utrumque enim membrum declarationem, non *qualitatum* quidem, ſed *relationum* Semi complectitur: paternæ, ubi dicitur fuiſſe *pater omnium filiorum Eberi*; fraternæ deinde, quum dicitur fuiſſe *frater Japheti* non *major* (quod ille hoc argumento confectum fruſtra putabat) ſed natu *maximus*, ut Tremellius & Junius ſunt interpretati: hac etiam interpretationis ſuæ ratione & explicatione addita.

[b] Peter. in Geneſ. lib. 15. ſect. 134.

Hæc, rationem accentuum, fidemque hiſtoriæ ſequuti, ſic expoſuimus. Nam quum Noach quingenteſimo demum ætatis anno gignere cœperit, (cap. V. 32.) ſexcenteſimo ſit diluvium expertus; (cap. VII. 6.) ſexcenteſimo ſecundo, id eſt altero poſt diluvium anno Schem Arpacſchadum agens centeſimum annum genuerit (cap. XI. 10.) omnino hunc conſtat non fuiſſe natu maximum. Cham autem diſerte minimus natu fuiſſe dicitur. (cap. IX. 24.) Neceſſario itaque de Japhetho locum hunc ſic oportuit accipere: ut natus 500. annos Japhethum, natus 502. annos Schemum, natus eo plures annos Chamum genuerit. Cur autem hic frater Japhethi appelletur excluſo Chamo, id ex illa Noachi hiſtoria cognoſcendum eſt, quæ habetur ſupra, (cap. IX. 23.) & ſequ. Hæc illi.

Huic argumento, a Nicolao Lyrano & Alphonſo Toſtato ad probandam Japheti primogenituram ex Hebræorum ſcriniis producto, Pererius probabiliter reſponderi poſſe judicat: [c] *vel Noe non cœpiſſe generare quingenteſimo ætatis ſuæ anno præciſe, ſed quingenteſimo ſecundo, eoque ipſo anno generatum eſſe Sem, ob idque biennio poſt diluvium eum fuiſſe centum annorum; vel Sem ſecundo anno poſt diluvium cum generavit Arphaxad, non fuiſſe centum annorum præciſe, ſed fuiſſe centum & duorum annorum*. Cum divinæ ſcripturæ mos ſit, parvis & minutis numeris tacitis ac prætermiſſis, maximum & integrum numerum dumtaxat commemorare. Addit Cornelius a Lapide in Geneſ. cap. XI. 10. *quia hic numerus minutus exprimitur, ſcilicet quod biennio poſt diluvium, Sem fuerit centum annorum, qui non exprimitur. cap. V. 32. hinc Moyſem hic potius, quam capite V. præciſe videri conſignare annos Sem*. Itaque de altero loco, Geneſ. V. reſpondet [d] Salianus, *anno quingenteſimo Noe nullum ipſi filium natum eſſe, ſed velle tantum Moyſem docere hoſce tres filios natos eſſe poſt annum quingenteſimum patris, & non ante. Cui locutioni*, (inquit) *quæ non paucos induxit in fraudem, Cajetanus affert aliam longe ſimillimam ex Geneſ. XI. 26. ubi de Thare dicitur, cum vixiſſe 70. annis & genuiſſe Abram, Nachor, & Aram, qui tamen diverſis valde annis geniti ſunt*. ubi tamen explicationem iſtam negativam, quod Thare noo aote 70. annos, incepit generare, iſta, ita ipſe Salianus accipit, ut anno illo 70. expleto, aliquem illorum trium naſci oportuiſſe agnoſcat. [e] *Alioqui*, inquit, *falſum eſſet, Thara genuiſſe Abram, & Nachor, & Aram cum vixiſſet 70. annis, ſi neque de omnibus neque de ullo eorum id verum eſſet*. Qui idipſum procul dubio de altera illa *locutione longe ſimillima*, Geneſ. V. 32. fuiſſet proounriaturus, ſi de Semi primogenitura præjudicium mentem illius oon occupaſſet.

[c] Peter. ut ſupra ſect. 132.

[d] Salian. an. Mundi 1559. num. 3.

[e] Id. ann. Mundi 1079. num. 4.

Sed condonato illi hoc errore, [f] accipiamus quod ipſe ultro dat, & ex Scriptura Geneſ. XI. 10. *perſpicue confirmari* agnoſcit; natum fuiſſe Semum anno Noæ 502. exacto, & annis 98. ante finitum diluvium. Hoc enim ad firmandam veritatem Chronologicam quam in hoc capite defendendam ſuſcepimus, abunde ſufficit; & ad eorum errorem refellendum, qui integro *biennio* annorum mundi ſeriem mutilarunt: quem ipſum jamdudum animadverſum, & hoc eodem argumento refutatum a Quinto Julio Hilarione videmus; in libello de Mundi duratione ita hac de re dicente: *Quia anni Sem XCVIII. in conſummatione Diluvii completi ſunt; duo ſcilicet anni ad rationem ſummæ, quam poſt Diluvium deſignavimus, neceſſarii ſunt. Ipſe enim Sem biennio poſt Diluvium fuit annorum centum, & ſic genuit Arfaxat: quos annos duos deſcriptores hujus rationis in numerum annorum non poſuerunt, quomodo eos minime prævideruut*.

[f] Id. ann. Mundi 1559. n. 2.

CAP. V.

De multiplicatione generis humani poſt Diluvium, & Gentium diſperſione ad argumenta ab hiſtoria petita, quibus Johannes Morinus Hebraicæ Chronologiæ veritatem infirmare conatus eſt.

SEd in biennio poſt Diluvium nimis din hæſimus. De temporibus illud inſecutis, uſque ad 70. annum Tharæ, jam diſpiciendum eſt, quorum (cum illo coojuncto) ſummam ex Græcis codicibus, in lib. 16. de Civitate Dei, cap. 10. ita Auguſtinus colligit. *Fiunt anni a diluvio uſque ad Abraham* 1072. *ſecundum Vulgatam editionem, hoc eſt Interpretum LXX.* de Hebræis deinde ſubjiciens. *In Hebræis autem codicibus longe pauciores annos perhibent inveniri: de quibus rationem aut nullam, aut difficillimam reddunt.* In bis enim a diluvii exitu ad finem anni 70. Tharæ, quo Abrahami ortum ille retulit, 292. tantum numerantur anni, ex quibus ſolum 101. a finito diluvio ad nativitatem Phalegi (quo confuſionem linguarum & diſperſionem gentium eſſe referendam idem cenſuit) decurriſſe ſtatuuntur; atque in his anni Cainanis, quos ille in ſumma ſua expoſuerat, omnino prætermittuntur. Ut autem tam brevi annorum ſpatio, tanta ex tribus Noachi filiis oriri poſſet hnminum multitudo, quæ coloniis quaquaverſum per nrbem deducendis ſufficeret, atque ut ex Patriarcharum ſerie Cainan ille expungeretur, quem non in Vulgata tantum Moyſis editione ſed etiam in Evangelio (Luc. III. 36.) locum obtinuerat, res Auguſtino expeditu difficillima videbatur.

Confuſionem vero linguarum, & cum ea coojunctam migratinnem gentium, in ortum Phalegi incidiſſe, ex verbis illis Scripturæ, Geneſ. 10. 25. & 1. Paralipomen. I. 19. cnlligunt. *Namque ſunt Heber filii duo: nomen uni Phaleg, eo quod in diebus ejus diviſa ſit terra; & nomen fratris ejus Jectan, vel* Jnktan: de quibus Auguſtinus, in libri citati capite II. *Intelligendum eſt ipſum Heber propterea tale nomen impoſuiſſe filio ſuo, ut vocaretur Phalech, quod interpretatur diviſio; quia tunc ei natus eſt, quando per linguas terra diviſa eſt.* Quamquam alii poſt nativitatem Phalegi diviſionem hanc factam fuiſſe malunt: tum quod Scriptura non in *ortu* ſed in *diebus* ejus diviſam terram fuiſſe dicat; tum quod inter coloniarum duces, filii XIII. Joktanis, fratris Phalegi, recenſeantur. (*Geneſ.* X. 26.) Cum autem, juxta veritatem Hebraicam, 34. tantum annorum fuerit Heberus, qnum natus ei fuit Phalegus: etiamſi 17. tantum annnrum illum fuiſſe concederemus quum natus eſt ipſi Joktan, & totidem Joctanem quum ſuſceptus ab en fuiſſet filiorum illnrum XIII. natu maximus; reliquos XII. tempore nativitatis patrui ſui Phalegi in lucem nondum fuiſſe editos, neceſſarin conſequetur. Quod ſi eo tempore natus fuiſſet ipſe Phalegus, quo conſpirantes turbæ Turris Babylonicæ inſanam ſtructuram primum moliri cœperunt *ne diſpergerentur in ſuperficiem totius terræ* (Gen. 11. 4.) ſtultiſſimo huic conatui (nominis hujuſmodi impoſitione) opportune Heberus occurrere potuiſſet; recens nati pueruli diebus gentium diſperſionem, quam illi fruſtra impedire conabantur, eventuram, prædicendo. Nam & a futuro eventu nomina interdum imponi fuiſſe ſolita, ex Geneſ. V. 29. & Hoſ. I. 6. apparet: & Heberum vaticinin quodam filio ſuo *Phaleg* nnmen hoc impoſuiſſe, Chryſoſtomus ſermone 30. in Geneſim, Hieronymus libro quæſtionum Hebraicarum in Geneſim, R. Joſe, in Seder olam Rabba. cap. 1. R. Salomon Jarchi in Geneſ. X. & alii affirmant.

Verum hæc licet ſatis veriſimilia, certitudinis tamen non ſunt tantæ, ut a ſimpliciore & magis recepta Joſephi atque Auguſtini ſententia cogant nos recedere. Neque enim Moſi (quod primn hic loco conſiderandum venit) in decimo hoc Geneſeos capitulo fuit prnpoſitum, omnes omnium Coloniarum, quæ ante ipſius tempora fuerunt, ductores memoriæ tradere, ſed earum tantum quæ Abrahami ortum præceſſerunt. Aliarum enim quæ poſtea acceſſerunt, ut *Iſraelitarum, Midianitarum, Ammonitarum, Moabitarum, Idumæorum, Amalekitarum*, origines, ſuo poſtea loco commemoratas fuiſſe videmus. Et ipſarum illarum antiquiorum coloniarum deductin (quod ſecundo loco eſt perpendendum) quo tempore in lucem editus eſt Phalegus, cœpta tantummodo fuit, non autem ad exitum perducta. Terra enim per centum totos annos inculta indeque partim putreſcentibus graminibus paluſtris effecta, partim etiam ſenticetis & dumetis nbſita tam cnlonos quouſque vellent, cito currere non ſinebat: ut proinde viciniora primum loca occupare, procedenteque tempore & creſcente populi multitudine ulterius progredi, atque in remotioribus regionibus longn poſt tempore ſedes figere cogerentur. Qun fortaſſe reſpiciens Moſes in *diebus* potius quam in ipſo *ortu* Phalegi, diviſas fuiſſe terras dicere maluit.

Adde quod non nmnes Noachi poſteri, Turris, & urbis babylonicæ ſtructuram ſuot aggreſſi, ſed ii quos *filios hominum* [a] Moſes nominat; cujuſmodi & idem paullo ante [b] *filiis Dei* oppoſuerat, & quorum *ejuſdem nationis conſenſum iniquitatis*, [c] auctnr libri Sapientiæ hic incuſat. Iſti enim a ceteris, (numero quidem paucioribus, ſed quorum poſteros multitudine auctos, in varias ſedes urgente neceſſitate diſpergendos, neſcire non poterant,) ſegregati, ut potentiores & aliis magis formidabiles ſeſe redderent, unitis viribus intra unius munitiſſimæ civitatis ſepta continere ſe, quamdiu poterant cnnabantur. Etſi vero ſtructuræ illius per confuſionem linguarum facta interruptio, Gentium diſperſioni primum dederit initium: Moſes tamen Colnniarum deductionem (capite X.) ante linguarum illam σύγχυσιν (capite XI.) enarrans, non ab iis tantum qui turris Babylonicæ edificationi interfuerant, ſed & uoiverſim ab omnibus Noachi filiis ante ortum Abrahami deductas colonias traditas a ſe fuiſſe ſignificare voluit: quod & in Catalogi totius generali illo epilogo declaravit apertiſſime. *Hæ familiæ filiorum Noe juxta populos & nationes ſuas. Ab bis diviſæ ſunt gentes in terra poſt diluvium.* Quo minus mirum videri cuiquam debeat, poſt natum Phalegum, XIII. ipſius ex fratre Jnktane nepotes inter harum coloniarum duces recenſeri.

[a] Geneſ. 10. 5.
[b] Geneſ. 6. 2.
[c] Sapien. 10. 5.
Geneſ. 10. 32.

Ut numerum poſterorum Noachi, qui circa tempos nati Phalegi exiſtere potuerit, conjectura aliqua Johannes Temporarius aſſequeretur; in 2. Demnnſtrationum ſuarum Chronologicarum libro, tres Noachi filios, ſimiliterque poſterorum eorumdem unumquemque 20. ætatis annos aſſecutum, ſingulis annis gemellos ex conjugibus ſuis ſuſcepiſſe cenſet: indeque per Progreſſionem Arithmeticam anno poſt diluvium 102, mares ſimul & fœminas 1554420. ex illa ſtirpe prognatos fuiſſe colligit. Nos dimidia illius ſummæ parte dempta, (quod illa de natis unoquoque anno gemellis aliquanto durior videatur eſſe hypotheſis) 388605. marium, totidemque fœminarum, numerum aſſumimus: ex quo tantam * Babylonicæ turris exſtructoribus deduci poſſe arbitramur, quæ primarum coloniarum deductioni (de propagatione enim res eſt alia) pro ratione temporis eſſet ſuffectura. Nam ſi ſtatim cum pubertate (quam ab exacto 14. ætatis anno ordiebantur Romani) novos illos Orbis inſtauratores, (viribus ad hoc peragendum a Deo ſuppeditatis,) liberis operam dediſſe, geminoſque ſæpius & quandoque tergeminos ſuſcepiſſe, liberet admittere: de numero hominum, anno poſt finitum diluvium 102. in colonias deducendorum non eſt quod magnopere futuri eſſemus ſnlliciti; præſertim ſi conſideraverimus, Noacho & tribus filiis ejus bis a Deo prolatam fuiſſe benedictinnem illam: [d] *Creſcite & multiplicamini & replete*

* turbam vel multitudinem.
[d] Gen. 9. 1. 7.

[a Perer. in Geneſ. l. 14. n. 4.] *replete terram*. a ad certitudinem promiſſæ fœcunditatis fidem faciendam (ut notat hic Pererius) & ut nullo modo dubitarent fore, ut tanta illorum paucitas in ampliſſimam poſteritatis multitudinem breviſſimo tempore multiplicanda eſſet.

Ex tanta tamen in tam brevi tempore poſteritatis ipſorum multiplicatione, Hebraici calculi fidem Johannes Morinus ita elevare nititur. [b Morin. Exercit. Bib. 7. c. 2.] b *Eſt admodum mirabile, quomodo tam potentes reges, adeoque multi, regnaverint vivente Abrahamo; cum ad Abrahæ nativitatem a diluvio, quo Noa ſolus cum tribus filiis ſuperſtes fuit, anni trecenti juxta Judæos non effluxerint: tum ad Indos uſque ex omnium calculo imperabat Ninus Aſſyriorum rex potentiſſimus: Ægyptum tenebat rex magnus, apud quem aliquandiu vixit Abraham tribus menſibus, ut ſcribit Seder Olam. Reges alii plurimi, quorum mentio fit in ſacris litteris, Abrahæ coætanei erant; ut novem illi de quibus* Geneſ. XIV. *quorum uni, ſcilicet Chodorlahomor, quinque reges annis duodecim ſervierant, annoque decimo quarto redintegratum eſt bellum, quo Loth captus eſt, & ab Abrahamo ſervatus. Ecce Abrahamo juvene quam multi Reges, quam multa bella, quam variæ & a ſe invicem diſſitæ nationes. Trecentorum tamen annorum ſpatio (juxta Judaicum calculum) hæc omnia ex quatuor hominibus pullularunt. Quantum inde multiplicationis Iſraelitarum in Ægypto ex 75. animabus ducentorum & aliquot annorum ſpatio factæ miraculum elevatur? Immo ſi tantum non fuiſſet Iſraelitarum incrementum, ſterilitatis a Deo damnati tum temporis credi potuiſſent.*

Verum non ſatis hic æqua inter incrementum Iſraelitarum & primorum, edito in lucem Phalego, novi Orbis colonorum inſtituta ab eo eſt comparatio. Cum enim multo diutius quam Iſraelitæ, patres illi primi vixerint; æqualem ab his & ab illis liberorum numerum exſpectari, haudquaquam rationi conſentaneum eſt. [c Exod. 17. 12.] Et verum quidem illud eſt c *filios Iſraelis fœtificaviſſe, progenuiſſe, atque adauctas & corroboratas fuiſſe quamplurimum; adeo ut terra Ægypti impleretur ipſis*, & juxta Dei promiſſionem [d Gen. 46. 1.] d efficerentur ibi *gens magna*: ſed hoc pro *miraculo* nuſquam in Scripturis habetur traditum. Ut enim a viris 75. vel 70. vel etiam paucioribus, intra 215. annorum ſpatium, [e Exod. 12. 37. & 38. 26. & Num. 1. 46.] ultra e ſexcenta virorum millia (præter fœminas & parvulos) propagarentur; [f Vid. infra c. 11.] f nihil ab ordinariis naturæ viribus alienum requirebatur, quum non minus fortaſſe mirandum fuerit, ab uno Amaleko, Eſavi ex filio Eliphaſo nepote, (Gen. XXXVI. 12.) gentem adeo numeroſam proceſſiſſe; ut tantæ Iſraelitarum multitudini ipſo poſt egreſſum eorum ex Ægypto menſe altero, opponere ſe auderet, & prælium cum ipſis conſerere (Exod. VII. 8.) Ut autem minore quam dimidio annorum illorum 215. ſpatio, a tribus ſolummodo Noachi filiis tanta hominum exoriretur multitudo, quæ Babylonicæ Turris exſtructione relicta, tempore nati Phalegi diſperſa in ſuperficiem totius terræ, diviſioni illius primariæ daret exordium; peculiaris aliquis repetitæ illius benedictionis, de qua eſt dictum, fructus requirebatur. Ut non ſine cauſſa monuerit hic D. Petavius, [g Petav. doctrina tem. lib. 9. cap. 14.] g *ſingulari Dei providentia factum, ut ad incrementum ſobolis humanæ, ad orbis vaſtitatem inſtaurandam, præcipua quædam in illis fœcunditas ineſſet, quæ juſtam alioquin ætatem anteverteret; ut vel a pueris ipſis, quod nonnulli ſuſpicantur, probabile eſſet generandi vim illis & uſum potuiſſe ſuppetere.*

A nativitate vero Phalegi uſque ad Abrahami adventum in Chanaanis, quando novem illi Reges (quorum Morinus meminit) vixerunt, juxta noſtras rationes ex Scriptura Hebraica deductas, non minus quam 324. anni decurrerunt: quæ temporis diuturnitas tanta fuit, ut intra eam ex tot hominum myriadibus qui urbi & turri Babylonicæ exſtruendæ operam dederunt (ut de ceteris nihil dicam) eam procreari potuiſſe multitudinem quæ ampliſſimis regnis complendis poſſit ſufficere, nemo qui logiſticæ aliquem uſum habuerit dubitare poterit. Nam ex novem illis Geneſeos XIV. commemoratis regibus, quinque non regionum, ſed urbium fuerunt reguli, & quattuor reliquorum tantæ non fuerunt copiæ, ut Abrahamum cum 318. ſervis ſuis eos perſequentem, a præda ablata recuperanda potuerint cohibere. Quam magnus fuerit rex ille Ægypti, apud quem aliquandiu vixit Abraham, Scriptura non indicat, ejuſdem autem Abrahami tempore vel antea, *ad Indos uſque ex omnium calculo imperaviſſe Ninum Aſſyriorum regem potentiſſimum* nimis audax eſt aſſertio; quum præter alios patrem hiſtoriæ Herodotum omnium quos habemus exoticorum, rerum Aſſyriacarum tractatorem antiquiſſimum, ad longe poſteriora tempora Nini imperium retuliſſe conſtet. De quo videndi annales noſtri ad annum Mundi 2737. Thomas Lydiatus in Defenſione ſua adverſus Scaligerum, lib. 1. & Nicolaus Abramus in Phari Veteris Teſtamenti libro 6. qui eſt *de regno Aſſyriorum*.

Exagitata deinde inepta illa Judæorum opinione, qui confuſionem linguarum & primam gentium diſperſionem ad poſtremum vitæ Phalegi annum referunt, altero hoc argumento Hebraicæ Chronologiæ numeros ſuſpectos reddere conatur. *Conciliare difficile eſt quæ ait ſacra Scriptura de partu Saræ in ſenectute, cum illis numeris. Se parituram diffidebat Sara propter ſenectutem, dicens:* [h Gen. 18. 12. 13.] h poſtquam conſenui, & dominus meus vetulus eſt, voluptati operam dabo? Num vere paritura ſum anus? *rurſumque ait* [i Gen. 21. 7.] i Quis auditurum crederet Abraham, quod Sara lactaret filium, quem peperit ei jam ſeni? *Cum hæc dicebat Sara, annos natus erat Abraham 99. Sara vero aliquot junior*, toto videlicet decennio; ut ipſius Abrahami verba illa, (ne cum Morino ad Judaicas fabulas recurrere hic ſit neceſſe) Geneſ. XVIII. 17. clare oſtendunt. *An nato centum annos naſcetur* proles? *an etiam Sara nata nonaginta annos pariet?* Sed pergit ulterius quærere Morinus. *Quæ cauſſa tum admirationis, quæ ſtuporis, ſi nonagenaria mulier pareret? cum ſi numeros Judaicos ſequamur, hoc eſſet omnibus mulieribus vulgare. Viderant oculis ſuis Abraham & Sara avos, proavos, abavos, atavos, tritavos, & tritavorum avos & abavos, annis ducentis, trecentis, quadringentis, filios generantes. Cum hæc diceret, vivebant Pater, avus & proavus Abrahæ, atque etiamnum Saræ abavus. Vegetus tum temporis adhuc erat Abrahæ tritavus Heber, utpote qui Iſaaco genito, 139. annis ſupervixit. Vivebat Heberi tritavi Abrahæ, pater Sala, avus Arphaxad, proavus Sem. Sala enim poſt natalem Iſaaci 74. annis vixit, Arphaxad 48. Sem 110. Quid ipſe totius orbis pater Noe? ad annum uſque quinquageſimum octavum Abrahæ vitam protraxit. Nemini dubium eſſe poteſt quin idem de mulieribus dicendum ſit. Quæ ergo in Sara tanti cauſſa ſtuporis, cum tot Avias, poſt ducentos vitæ annos, filios generare quotidie videret.*

Atqui ut ſtuporis illius cauſſa, & Moriniani illius effati veritas, nonagenariæ partum tum temporis *omnibus mulieribus fuiſſe vulgarem*, recta ratione pateſieret; non cum proavis, abavis, atavis, tritavis, & tritavorum avis atque abavis, ſed cum Abrahami & Saræ æqualibus, inſtituenda fuiſſet comparatio. Quum enim poſt Phalegi ortum dimidio quam ante breviores vitæ Patrum fuerint effectæ, mirum nemini videri debet, Abrahamum & Saram, licet non ipſum Phalegum, neque etiam pronepotem ejus Nachorem, jam vita functos, (vitioſam enim Morini Chronologiam examinare hic non libet) Noachi tamen poſteros Phalego natu majores, poſt trecenteſimum ætatis annum filios generantes, oculis ſuis videre potuiſſe. Conſiderandum deinde & illud eſt; inter ipſos etiam qui eodem ſæculo nati ſunt, eam vivacitatis eſſe diſparitatem, ut alii aliis citius ſeneſcant, & qui

plures

plures ætatis annos numerant minus effœto ſint corpore quam qus multo pauciores: Et ut Sara quidem nonagenaria appareret, illius quoqua ætatis hominibus rarioris res exempli videri potuiſſet; etiamſi aliud impedimentum nullum interveniſſet; (Geneſ. XI. 30. XVIII. 11. cum Hebr. XI. 11.) ſed miranda plane, ut ex aa nonagenaria, maritus centenarius prolem ſuſciperet, quam ſeptuaganarius ax aadem ſexagenaria ſuſcipere non poterat. Ut autem ipſe Abrahamus, qus 175. annos vivendo axegit, juxta naturæ vires eo tempore ordinarias, ex alia uxore, niſi maturior ſenectus & virium debilitas acceſſiſſet, procrearet filium; non magis mirum videri debet, quam ut ii qui noſtro ævo moriuntur ſeptuagenarii, liberos progignaot quadragenarii. Certe Abrahami nepos Jacobus, qui 147. annos vixit, quum annorum plurium quam 97. (immo & 110. ut in capite X. poſtea videbimus) Benjamin ſuſcepit; pater autem Terachus, qui 205. vixit annos, quum 130. eſſet annorum, ipſum Abrahamum progenuit: quemadmodum ſuo loco declarabitur. Verum ut Dei potentia in dando, & patris Credentium fides in ſuſcipiendo promiſſo ſemine magis eluceret; inter aonum 86. quo Iſmaelem & 100. quo Iſaacum genuit, ut prius conjugis Saræ, ita jam ipſius quoque Abrahami *Corpus* ad generationem quaſi *mortuum* evaſiſſe, confirmat Apoſtolus, Rom. IV. 19. & Hebr. XI. 11. qua *νεκρώσιν* per Dei beneficium hoc demum ſublata ita vegetum habuit corpus, ut poſt 37. deinde annos, Sara mortua, ſex filios ex Ketura generaverit. (Geneſ. XXIII. 2. XXV. 1, 2.

In Primaſii commeotariis ad Rom. IV. 19. *queritur quomodo Abraham poſtea de Cethura filios generaverit, qui de Sara non potuit.* & reſpondetur. *Idcirco de Sara non genuit, quia anus erat, & ſterilis: de illa vero, quæ in ætatis juventute poſita erat, facile valuit procreare.* Io Sedulii ad aumdem locum Collectaneis, aadem habetur reſponſio, ſed adita & iſta alia: *Quod de Cethura poſtea genuit Abraham filios; quia donum gignendi quod a Domino accepit, etiam poſt obitum Saræ uxoris manſit.*

Tertium argumentum, quo calculi Hebraici fidem imminui poſſe putat Morinus, eſt hujuſmodi. *Quomodo tam multi reges, tanta tamque ſæva bella geſſerunt, Abrahamo juvene; cum adhuc non modo viveret, ſed etiam robuſtus & vegetus eſſet Sem? vixit enim poſt Abrahæ natalem ducentis & aliquot annis. Nullamne filii, nepotes, pronepotes, venerandi ſenis rationem ducebant? Nullamne Noachi? Num regibus ceſſerant Noe, Sem, Arphaxad, ceterique majores, jus imperii Babyloniorum, Ægyptiorum, Sicyoniorum, aliorumque populorum; cum ætate, viribus & animo, maxime vigerent? Num ſiccis oculis filios ſuos barbare ſeſe trucidantes conſpiciebant? Nullane patria poteſtate aut interceſſione ſua pacem conciliare ſatagebant? Eſau boni patris peſſimus filius, extrema fratri minitans, in ipſo iracundiæ fervore patrem lecto decumbentem reverebatur.* Venient [a] (*inquit*) dies luctus patris mei; & occidam Jacob fretrem meum. *Credibile non eſt Noachi tot poſteros hominem ita penitus exuiſſe, ut parentes ſuos ætate vigentes, filioſque alios generantes nullo loco habuerint.*

> [a] Geneſ. 24. 41.

Hæc incommoda ſane difficillime cum recta ratione in gratiam redire poſſe, Morinus ſibi perſuadet: quæ tameo leviſſimis hypotheſibus, & frigidiſſimis conjecturis nituntur omoia. A Noacho enim, Semo, Arphaxado, eos, qui cootra ipſorum voluntatem ſeceſſione a piis facta, & conjuratione contra Deum inita, urbis & turris Babylonicæ exſtructioni incumbentes, a Deo in ſuperficiem totius terræ ſunt diſperſi, ceſſionis jus aliquod exſpectaturos quis niſi Morinus crediderit? quis aliud jus a ductoribus coloniarum & urbium conditoribus, quam populorum quibus præfuerunt conſenſum, quæſitum fuiſſe exiſtimaverit? Nam jure belli finibus imperii ſui propagandis toto hoc tempore ſtuduiſſe Nimrodum tantum & Cedorlaomerum regem Elami invenimus: quicquid de *tantis tamque ſævis bellis*, *Abrahamo juvene* geſtis, Morinus nobis hic occinat. Nam quæ de patrum in filios affectu & filiorum erga patres reverentia ille rhetoricatur, nugatoria plane ſunt atque ridicula. Quaſi vero bellatoribus illis patres defuiſſent, ſi Græcum magis quam Hebraicum libeat nobis ſequi calculum: & quaſi Eſavi (da morte fratris ob patris reverentiam,) conſilium plus adverſus bella illa faceret, quam pro illis fratricidium a [b] Caino & [c] Abſolamo, (nihil obſtante patribus honore debito,) re ipſa perpetratum. A proximis quoque parentibus ad remotiores illos, Noachum, Semum, Arphaxadum aſcendenti, conſiderandum primum illi fuerat poſterorum aos bellis, per tot orbis provincias longe lateque diſperſorum, præſentes non adfuiſſe; ut vel pro deponendis inimicitiis intercedere, vel filios ſuos ſeſe trucidantes ſive ſiccis ſive madidis oculis poſſent conſpicere: deinde & abſentiam & diſtantiam iſtam, ex poſterorum pectoribus, tum erga majores tum erga æquales, quantumvis cognatione propinquiſſimus, [illegible] illam & naturalem conſanguinitatis affectum plurimum imminuiſſe & debilitaviſſe. Cujus poſterioris io Joſepho, [d] mercatoribus Midianitis & Iſmaelitis ab invidis fratribus vendito, exemplum habemus avidentiſſimum. Cum enim Abrahamus ex Hagara Iſmaelem, ex Sara Iſaacum, & ex Ketura Midianem ſuſtulerit; Joſephum, ut Iſaaco ex filio Jacobo nepotem, ita Iſmaeli & Midiani ex fratre Iſaaco prooepotem aſſe oportuit. Et tamen oeceſſitudinis adeo propinquæ, tam exigua (inter cognatos habitatione diſſitos) habita eo tempore eſt ratio; ut Joſephum a Midianitis & Iſmaelitis, perinde ac e noſtris aliquem a Turcis, ut mancipium coemptum eſſe videamus.

> [b] Geneſ. 4. 8.
> [c] 2. Sam. 13. 28. 29.
> [d] Geneſ. 37. 28.

Sequitur difficultas longa gravior, & vindice dignus nodus, da inſitione Cainanis inter Arphaxadum & Salam: ubi *S. Lucas*, (uti [e] Morinus objectat,) LXX. *Interpretes amplectitur, Hebræis codicibus præferens; ſi modo Hebræi codices aliter tunc conſtanter legebant quam Græci.* Sed quia operoſiorem quæſtio hæc requirit diſquiſitionem, proprium illi caput dicare ſtatuimus.

> [e] Morin. Exercit. Biblic. lib. 7. c. 2.

CAP. VI.

De Cainano Arphaxadi filio, in Vulgata editione Græca memorato, & commentitiis illius annis in ſacram Chronologiam non admittendis.

PRæter Cainanem illum, *Enoshi* filium inter Veteris Mundi Patriarchas celebrem; (*Geneſ.* V. 9.) duo ejuſdem nominis alii poſt Diluvium in editione Græca adiecti leguntur, quos Moſes omnino non agnoſcit: *Semi* dictus filius unus; (*Geneſ.* X. 22.) *Arphaxadi* vero alter, (*Geneſ.* XI. 12.) in Chriſti genealogia Lucæ III. 36. pariter commemoratus. Quæ apparens inter Lucam & Moſem diſſonantia perplexam illam quæſtionem excitavit, cui ſolvendæ imparem ſe fuiſſe Beda profitetur; in præfatione commentariorum ſuorum in Acta Apoſtolorum, difficultatis rationem ſic exponens. *Lucas teſtimoniis Græcis utitur potius quam Hebræis. Ex quo accidit, quod maxime miror, & propter ingenii tarditatem vehementiſſimo ſtupore perculſus neſcio perſcrutari, qua ratione cum in Hebraica veritate a diluvio uſque ad Abraham decem tantum generationes inveniantur; ipſe Lucas, qui Spiritu ſancto calamum regente nullatenus falſum ſcribere potuit, undecim generationes, juxta* LXX. *Interpretes adjecto Cainan, in Evangelio ponere maluit:* & in narratione Evangelii ſecundum Lucam. *Scito ergo beatum Lucam generationem* (Cainan) *de* LXX. *Interpretum editione ſumpſiſſe; ubi ſcri-*

ptum

Digitized by Google

ptum eſt, quod Arphaxad centum triginta quinque annorum genuerit Cainan, & Cainan cum centum triginta fuerat annorum genuerit Sela. Sed quid horum ſit verius, aut utrumque verum eſſe poſſit, Deus noverit.

Quæ tanti viri modeſtia inconſideratam Antonii Contii temeritatem ſatis redarguit: qui hinc occaſione arrepta, in Notis ad 2. cap. Chronologiæ Nicephori CP. contra Hebraicæ veritatis defenſores ita debaccatur. *Cum computationi LXX. Interpretum ſuffragetur divini Lucæ Evangeliſtæ genealogia a Chriſto ad Adamum replicata; nefas duxit tam Græca quam Latina Eccleſia Hebraicam ſequi numerationem, ac non potius eam amplecti quæ ex Evangelio auctoritatem accipit. Erant nunc novi Pſeudo-Chriſtiani & Hebraiſantes moleſtiſſimi, qui Judaica obſtinatione & nuda litterarum atque apicum auctoritate freti, adverſus divinam LXX. Interpretum translationem, & cum translatione conjunctam prophetiam, & Hebraicorum mendorum emendationem, quotidie blaſphemant.*

Latinæ vero Eccleſiæ uſum in notis ad præcedens Nicephori capitulum, ita ille confirmaverat. *Eccleſiæ Occidentales Chronologiam ex vetere* LXX. *Interpretum editione mordicus retinuerunt: ut teſtantur, Beda, Iſidorus, auctor Faſciculi temporum, Hugo & alii paſſim auctores. Sed & argumentum hujus rei evidentiſſimum prabent tabulæ, quæ quotannis in Eccleſiis cathedralibus Franciæ cum cereo Paſchali publice proponuntur.* Neque interim animadvertit, & Bedam in Martyrologio (nam extra illud, ubi de temporum ratione ex profeſſo agit, Hebraicam illum veritatem ſecutum eſſe conſtat) Iſidorum & minorum illos gentium ab eo nominatos auctores, ipſaſque illas ab eo productas Tabulas Eccleſiaſticas, ejuſmodi ex LXX. editione petitam Chronographiam retinuiſſe, quæ Cainanem tamen (in quo tantopere Contius ſeſe jactitat) ejuſque annos prorſus e medio ſuſtulerit. Talem enim, (ab Euſebio acceptam,) numerandi annos Mundi rationem, non Martyrologia ſolum, Romanum, Uſuardi, Rabani, Adonis & aliorum (ad diem 25. Decembris) uſurparunt; ſed Latini etiam Chronologi & Hiſtorici, Hieronymus in Chronico, Oroſius, (lib. 1. cap. 1.) Idacius, Victorius in Paſchali computo, Proſper, Victor Tunnuneoſis, Marcellinus Comes, Caſſiodorus, Iſidorus, Gregorius Turoneoſis, (lib. 1. hiſtor. Francorum cap. 7.) auctor appendicis ad Aimoio. hiſtoriam adiectæ (lib. 4. cap. 54.) Nennius in hiſtor. Britonum: quibus & ille addatur qui de Mirabilibus ſacræ Scripturæ ſcripſit, (lib. 2. cap. 4. in 3. tomo operum Auguſtini) & quotquot alii vel a diluvio ad Abrahamum, annos 942. vel ab Adamo ad Chriſtum annos 5199. numeraverunt. Ita enim Hermannus Contractus in Chronico ſuo, Dominum noſtrum natum ſcribit, *tranſactis ab initio Mundi ſecundum Hebraicam veritatem annis 3952. ſecundum* LXX. *Interpretes* vero 5199. & 250. poſt eum annis, Bartholomæus Cottomius Noiwiceoſis monachus, in Angliæ hiſtoria. *Ab origine mundi*, inquit, *uſque ad annos gratiæ*, 5199, *quicquid alii dicant; quorum redarguitur contradictio & varietas.*

Unde, quum hi qui in aliis LXX. Interpretum ſupputationem ſunt ſecuti, in annorum Cainanis adiectione illos dereliquerint; eos ſatis mirari non poſſumus, qui in aliis textus Hebraici calculum amplexati, in Cainanis ſolius annis ſequendos ſibi LXX. cenſuerunt. Itaque argumenta, quibus ad id faciendum ſunt inducti, jam expendenda veniunt: quorum primum, & omnibus commune, eſt ejuſmodi. Si generatio Cainanis inter Arphaxadum & Salam ſit interponenda: annorum illorum numerus, quibus ante genitum Salam vixit Cainan, ad Hebraicam Chronologiam neceſſario eſt adjiciendus. Sed generatio Cainanis inter Arphaxadum & Salam eſt interponenda. Ergo annorum illorum numerus, quibus ante genitum Salam vixit Cainan, ad Hebraicam Chronologiam neceſſario eſt adjiciendus.

Propoſitionem vero illam hypotheticam docti quidam negant; &, admiſſa Cainanis interpoſitione, numerum tamen annorum Hebraicæ Chronologiæ idcirco neceſſario eſſe augendum minime concedunt. Ut enim in Chriſti genealogia, Matthæi capite I. 8. Joram dicitur genuiſſe Oziam; quamvis proxime Ochoziam ille genuerit, Oziæ proavum: ita & dici potuiſſe, ab Arphaxado genitum fuiſſe Salam, (*Geneſ.* XI. 12.) ut ab avo nepotem; intercedente proximo Arphaxadi filio Cainane, (*Luc.* III. 36.) [a] *Quod ſi vere Arphaxad*, ait Genebrardus, *genuit Cainan, deinde Cainan Selam: genuit Cainan anno 18. & Cainan Selam anno 17. Qua ratione Sela natus eſt ipſi Arphaxad, cum Arphaxad ageret 35. ann.* ſicut in textu habetur Hebraico. [a Genebrard. Chronol. ann. mundi 1639.] Ubi ſi quis cum doctiſſimo [b] Spanhemio nobis objiciat, non agi hic περὶ τῶν δυνατῶν, ſed περὶ τῶν ὄντων, non de poſſibilibus, ſed de geſtis: meminiſſe illum oportebit, non opponentium partes nunc a nobis ſuſcipi, (quibus a *poſſe* ad *eſſe* argumentari non eſt licitum) ſed reſpondentium, & quidem ad conditionatam propoſitionem reſpondentium; cujus negandæ ſufficiens redditur ratio, quum fieri poſſe oſtenditur ut illud non contingat, quod hypotheſi ſua admiſſa, diſputator neceſſario inde conſequi affirmaverat. [b Spanh. Dub. Evang. par. 1. dub. 23. ſect. 29.] Atque ita negatæ propoſitionis probabili (& a Fr. Gomaro, in libelli de Genealogia Chriſti cap. 2. probata) ratione reddita; Aſſumptionis refutationem a Petro Poſſino hiſce verbis propoſitam, ſubjicere pergimus.

[c] *Magnis viris aſſentior, Abulenſi, Eugubino, Cajetano, Cornelio Janſenio Epiſcopo Gandavenſi, Sixto Senenſi, Genebrardo, Benedicto Pererio, Cornelio a Lapide, Dionyſio Petavio, aliiſque antiquioribus & recentioribus multis: Nullum umquam fuiſſe inter homines Cainanum qui Arphaxad quidem filius, Salæ vero pater extiterit. Id invicto argumento conficere mihi videor affirmatione diſerta Moſis, genitum ab Arphaxado Salam narrantis. Quod teſtimonium quin prout ſonat, ac prout jacet accipiendum ſit, cauſſa nulla idonea poteſt afferri. Si ergo cum idem Moſes, eodem loco, genitum aut a Semo Arphaxadum, aut a Sala Heberem, (divina quæ valuit auctoritate) revelaſſe nobis creditur, proprie & ипісе Heberem Salæ fuiſſe patrem, Semo Arphaxadum Filium; adeo ut qui proferre auderet alios quoſdam, quorum generatio media inter iſtos fuerit, convitio repellendus videretur, tamquam temerarius & lumini rebellis, divinæ (inquam) revelationis, per Moyſen ſancti Spiritus interpretem, nobis oblatæ contemptor contumax: non video qui ſupereſſe locus poſſit iſti de inſititio Cainano ſententiæ.* [c Poſſin. Dialectic. Theogenealogic. cap. 2.]

Adjiciantur his & Benedicti Pererii illa, [d] *Sic cum animo meo reputare ſoleo. Aut hæc generatio Cainan ignota fuit Moſi, aut nota. Ignotam fuiſſe Moſi, quæ perſpecta fuerit & cognita* LXX. *Interpretibus, quis audeat dicere? cum Moſes tanto propior quam illi, fuerit illi ætati, ſoluſque illorum temporum Hiſtoriam tanta cum diligentia & cura conſcripſerit. Sin autem ea generatio nota fuit Moſi; cur igitur eam prætermiſit? præſertim autem cum ejus generationis vel adjectio vel detractio non parum variet Chronologiam quæ inter Diluvium & Abraham a Moſe deſcribitur: quam quidem Chronologiam voluiſſe Moſem integre, exacto ac perfecte tradere, illud eſt clariſſimum indicium, quod ſeriem generationum, quæ fuerunt inter Diluvium & Abraham diſtincte & accurate percenſet, & ſuos cuique generationi annos ſubtiliter computatos proprie aſſignet. Qui fit igitur credibile Moſen, generatione Cainan prætermiſſa, vitioſam nobis Chronologiam aut voluiſſe tradere, aut, (cum minime vellet) inſcienter tamen tradidiſſe? Equidem diu multumque cogitans, nullam rationem (quæ mihi animum expleret) reperire potui, cur Moſes generationem Cai-* [d Perer. in Geneſ. lib. 16. ſect. 174. 175.]

nan

Digitized by Google

nan, ſiquidem ea inter Arphaxad & Sale interceſſit, præterire debuerit aut potuerit. Nam quod ajunt quidam, voluiſſe Moſen generationes, quæ fuerunt ante & poſt diluvium, ad duas tantum decades redigere: id nec probari ab iſtis poteſt, & leve ac futile eſt, nec tale ut propter id debuerit Moſes Chronologiam (cujus exacta cognitio magni erat momenti) perturbare atque confundere. His adde, quod ſaltem in libris Paralipomenon, in quibus ſupplentur quæ alibi in ſacris litteris derelicta fuerant, (unde nomen etiam illi habent) commemorata fuiſſet generatio hæc Cainan, ſi quidem in exordio prioris libri Paralipomenon, ſeries generationum, quæ fuerunt ante & poſt diluvium, ſimiliter atque hic recenſentur; nec ullum tamen verbum fit de generatione Cainan.

Huc accedit, quod Cainanem iſtum nec Onkeloſus Paraphraſtes Chaldæus agnoſcat, nec Flavius Joſephus in 1. libro Originum cap. 7. neque Beroſus Chaldæus, in ſequente capite ab eodem citatus. μετὰ κατακλυσμὸν δεκάτῃ γενεᾷ, *poſt diluvium decima generatione,* Abrahamum fuiſſe ſignificans; uti & cum eo Eupolemus ἐν τῷ περὶ Ἰουδαίων, ab Alexandro Polyhiſtore (apud Euſebium libro 9. Præparationis Evangelicæ) productus. Quem denarium, (ſecluſo Cainane,) generationum numerum, *Beroſum & Eupolemum ab Hebræis, qui a clade decem tribuum toto terrarum orbe ſparſi fuerint, haud dubie didiciſſe,* [a] Salianus affirmat. Quibus tamen omnibus primo auctoritas LXX. Interpretum, deinde Lucæ Evangeliſtæ, ab ipſo Saliano & aliis hic opponitur.

[a] Salian. Præfat. in 1. tomo Annal.

In vulgata enim editione Græca, quæ LXX. Interpretum nomen præfert, locus ille XI. capitis Geneſeos ita legitur. Καὶ ἔζησεν Ἀρφαξὰδ ἑκατὸν τριακονταπέντε ἔτη, καὶ ἐγέννησε τὸν Καϊνᾶν. Καὶ ἔζησεν Ἀρφαξὰδ, μετὰ τὸ γεννῆσαι αὐτὸν τὸν Καϊνᾶν, ἔτη τετρακόσια, καὶ ἐγέννησεν υἱοὺς καὶ θυγατέρας, καὶ ἀπέθανε. Καὶ ἔζησε Καϊνᾶν ἑκατὸν καὶ τριάκοντα ἔτη, καὶ ἐγέννησε τὸν Σαλά. Καὶ ἔζησε Καϊνᾶν, μετὰ τὸ γεννῆσαι αὐτὸν τὸν Σαλὰ, ἔτη τριακόσια καὶ τριάκοντα, καὶ ἐγέννησεν υἱοὺς καὶ θυγατέρας καὶ ἀπέθανε. *Et vixit Arphaxad 135. annos, & genuit Cainan. Et vixit Arphaxad, poſtquam genuit Cainan, annos 400. & genuit filios & filias, & mortuus eſt. Et vixit Cainan 130. annos, & genuit Sala. Et vixit Cainan, poſtquam genuit Sala, annos 330. & genuit filios & filias, & mortuus eſt.* licet in annis Arphaxadi poſt genitum Cainanem, pro 400. quos ex Græca editione Romana poſuimus, Latina Flaminii Nobilii verſio habeat 300. Aldina & Germanicæ editiones cum omnium antiquiſſimo exemplari Cottoniano, Syro meo Chronographo & Faſtis Siculis, 330. Georgius Syncellus 355. Arabicus meus Geneſeos interpres 363. Complutenſis cum Alexandrino quem in Anglia habemus codice, 430. Tanta Græcæ lectionis hic eſt inconſtantia. Sed & in annis qui Cainani tribuuntur poſt natum Salam, licet in nonnullis exemplaribus 330. legi notet [b] Georgius Syncellus, ipſe tamen ea ſequitur quæ 430. legunt: quod & a Syro meo Chronographo (cui Georgio quoque nomen fuit) eſt factum. nam Arabicus meus Geneſeos interpres hic etiam (ut in Arphaxado & Sala) 363. habet.

[b] Georg. Syncellus Chronol. pag. 115.

Ad argumentum hinc deductum jam reſpondendum eſt: quod eſt hujuſmodi. Si in LXX. Interpretum editione Cainan inter Arphaxadum & Salam reperiatur interpoſitus; repudiari ille omnino non debet. Sed verum eſt antecedens. Ergo & conſequens.

Propoſitionem iſtam connexam nos ſimpliciter negamus. Fruſtra enim Salianus nobis hic occinit, [c] *potuiſſe illos Septuaginta viros, qui non meros agebant interpretes, ſed prophetas, quique Spiritum illum Scripturarum auctorem inhabitantem habebant ut plerique ſanctorum Patrum ſcripto prodiderunt, non ſolum ea in Græcum ſermonem convertere quæ in Moſe reperiſſent, ſed ſupplere etiam, quæ ab illo juſta quidem, parum tamen nobis explorata ratione fuiſſent prætermiſſa: nec magis dubitandum eſſe eos Cainan in vertendo Moſe ſupplere potuiſſe, quam Spiritum ipſum ſanctum, qui per eorum ora loquebatur.* Qui ſi attentius conſideraſſet, divina Græcæ illius editionis auctoritate ſemel admiſſa, [d] vulgatam editionem Latinam, a Concilio Tridentino authenticam declaratam, totam eſſe corruptam cogi ſuos fateri: eum ſocio ſuo Bellarmino pronuntiaturus potius fuiſſet, Patres illos qui ſcripſerunt LXX. Seniores dictante Spiritu ſancto feciſſe quod fecerant, *pie quæſiviſſe rationes excuſandi & defendendi eam Verſionem, qua tunc Eccleſia utebatur.* & cum Martino Martini Hiſpano Theologo, [e] *Hieronymus in Prophetis crebro illorum LXX. negligentiam carpit. interdum aſſirmans litterarum ſimilitudine fuiſſe deceptos, interdum non ſatis intellexiſſe quod transferebant. Denique nullibi non adimit iis Spiritum ſanctum; nec immerito profecto. Quare, ſi me judice translatio Græca cum noſtra* (vulgata Latina) *de primatu contenderet; non dubitarem primas noſtræ translationi deferre, & fateri longo intervallo illam a noſtra fuiſſe ſuperatam. Nec adduci poſſum ut credam ullum tam ſtupidum, dummodo illas inter ſe & cum Hebraico contulerit, qui de hac re dubitare poſſit & nobis refragari.*

[c] Salian. ut ſupr.

[d] Bellarmin. de verbo Dei lib. 2. c. 6.

[e] Martin. Hypotypoſeon Theologicar. lib. 2. cap. 4.

Atque in his etiam inſititii Cainanis patronis verum eſſe illud deprehenditur, quod a [f] Beda olim eſt obſervatum: *hos qui LXX. magnis divinisque laudibus ad cælos tollunt,* breviorem tamen annorum Mundi ſummam in textu Hebraico & editione vulgata Latina traditam ſequi non dubitare. quod & a Dionyſio Petavio ſic illis videmus eſſe objectum. *Illi ipſi, ſicubi commodum eſt, Septuaginta ſuos faceſſere jubent, aut eorum codices depravatos eſſe defendunt. In duplici genealogiarum ordine, quem ab Adam ad diluvium, & a diluvio ab Abrahamum Moyſes perduxit, ſcimus quam diverſi ſint Græcorum calculi ab Hebraicis & noſtris. Neque vero recens eſt diſcrimen iſtud, ſed ab antiquiſſimis notatum Scriptoribus ut proinde mendi non niſi levis poſſit eſſe ſuſpicio. Hic illi qui Græcos interpretes tanti faciunt & Prophetas appellant, ab eorum rationibus diſcedunt nihilominus, eaſque falſas & conturbatas eſſe non dubitant. Quare cur non idem & in Cainani nomine uſurpare nobis liceat, & Græcis illis codicibus Hebræorum, ac vulgatæ noſtræ editionis auctoritatem præferre?* Ita Petavius, lib. 9. de doctrina Temporum, capite 17.

[f] Beda in Præf. lib. de ratione Temp.

Quin & in Cainanis ipſius Temporibus conſignandis, LXX. ſuos deſerere iſti deprehenduntur. Cum enim Marianus Scotus, qui omnium primus, Hebræorum in ceteris retento calculo, Cainani in Mundi Chronologia contexenda locum dedit, editionem Græcam ſimpliciter ſecutus Arphaxado ante genitum Cainanem 135. Cainani ante genitum Salam 130. annos tribuiſſet: 200. totos eo ex numero annos ſubducendos novi noſtri cenſuerunt temporum arbitri, Bellarminus, Gordonus, Torniellus, Salianus, Samerius, Harvillæus, Henr. Philippi, & alii, cum Pererio ſcilicet ſtatuentes [g] *additionem illam centum annorum ad annos, quos habent Hebræi & Latini codices, mendoſam eſſe, nec a LXX. Interpretibus profectam, ſed vitioſe in translationem eorum aliunde infuſam.* Atqui centum annorum illa additio in omnibus conſtanter non eſt obſervata: ut in Jaredo, Mathuſala, Lamecho, & Nachore videre licet. (Complutenſis enim, & eam hic ſecuta Romana editio, quæ Nachori ante genitum Tharam 179. annos pro 79. adſcribit, plane vitioſa eſt.) Deinde & minoris numeri in annis Cainanis inconſtans reperitur lectio. Jornandes enim in libro de regnorum ſucceſſionibus, & Georgius Syrus in Chronologicis ſuis tabulis Cainani ante natum Salam annos 135. tribuunt. Et licet vulgatum 130. annorum numerum Georgius Syncellus præferat; in aliis tamen codicibus 139. fuiſſe lectum ſimul agnoſcit, ita hac

[g] Perer. lib. 16. in Gen. c. 11 ſect. 183.

de

a Georg. Syncell. Chronol. pag. 186.

de re ſcribens. ^a Ἡ δὲ τῶν Γενέσεως πρώτη Μωσέως βίβλος τῷ ρλ' ἔτει αὐτοῦ φησὶ τὸν αὐτὸν Καϊνᾶν γεγεννηκέναι τὸν Σαλὰ ἐν τοῖς ἠκριβωμένοις τῶν ἀντιγράφων, ὡς καὶ ἡμεῖς ἐσυνχωνίσαμεν. ἔν τισι γὰρ μετὰ φέρεται αὐτὸ Καϊνᾶν. *Primus autem Geneſeos a Moſe conſcriptus liber, in accuratioribus, Caïnanem ætatis anno* 130. *Salam genuiſſe refert, quemadmodum & nos ſupputavimus. In quibuſdam enim, anno* 139. *Cainanis natus ille fuiſſe fertur.* Quam poſteriorem lectionem auctores Conſtaotinopolitani Computi, a Græcis & Moſcovitis hodie recepti, qui ad aonum Mundi 5509. Chriſti natalem retulerunt, ſecutos fuiſſe confirmat ^b Scaliger. Ut nullo certo argumeoto conſtare nobis poſſit, utrum ad Chronologiam Mundi conſtituendam aſſumendus hic a nobis fuerit anoorum 30. 35. aut 39. vel etiam 130. 135. aut 139. numerus. Cum enim centenariorum annorum illa additio noo io noſtris ſolum, ſed in antiquiſſimorum etiam Chriſtianorum Patrum codicibus, iiſque etiam qui ante Chriſti tempora ſunt exarati, (ut ex Demetrii Chronologia poſtea oſtendetur) locum obtinuerit: eur eam magis, quam hanc de Cainane totam laciniam, *vitioſe in tranſlationem* τῶν LXX. *aliunde infuſam*, fuiſſe dicamus, nullam poſſumus rationem reddere idoneam.

b Scalig. Canon. Jſagog. lib. 3. part. 2. cap. 3. epoch. 2.

c Salian. Præfat. in 3. tomo Annal.

At negat ^c Salianus *fuiſſe quempiam aliquando mortalium tam effuſe temerarium, aut audaciæ tam projectæ, qui non unam aliquam commutare vocem in ſacroſanctis codicibus, ſed integram hoc loco periodum inſerere atque infercire auſus fuerit*, multumque hic ille rhetoricatur: pluribus ea urgeos, quæ a ſocio ipſius ^d Henrico hiſce interrogatiunculis ſunt comprehenſa. *Quæ vel* LXX. *Interpretum, vel aliorum audacia tanta eſſe potuit, quæ non modo nomen Cainan, ſed & annos, quos ante, quos poſt genitum filium vixiſſe memoratur, in Sacrum textum intruderet; ſi Cainan numquam exſtitit? Quæ malitia, quæ ſpes utilitatis aut* LXX. *Seniores, aut eorum amanuenſes potuit ad hoc mendacium impellere, tam diſertis verbis, toties nomine repetito, tam accuratis annorum numeris concinnandum?* Sed quid verba audiam, eum facta videam? & tot aliarum periodorum & capitolorum aliquando pluribus periodis conſtantium, tum additiones tum detractiones in Græca iſta editione alibi occurrant, quarum cauſa nulla reddi poteſt, præter merum ipſius ſcriptoris arbitrium. Cum prætermiſſorum taotum eſſe numerum confirmet Hieronymus ^e, ut *ſi ea vellet cuncta digerere, non libro, ſed libris opus futurum* dicat; atque additamenta, vel in uno Eſtheræ volumine, tanta & talia ab Origene (in epiſtola ad Julium Africanum) ſint notata; ut propter ea ^f *liber hic quamvis Hebraicus & Hebræis receptus, ſero admodum apud Chriſtianos Canonicam auctoritatem receperit*.

d Henric. Philip. quæſt. Chron. 3. in Geneſ. cap. 10.

e Hieron. lib. 3. comment. in Jerem. cap. 17.

f Sixt. Senen. Bibl. Sanct. lib. 1. ſect. 2.

Ad Aſſumptionem jam veniendum eſt; & videndum, an in germana LXX. Interpretum editione Cainan inter Arphaxadum & Salam fuerit interpoſitus. Ubi primitiva primum Moſaicæ Pentateuchi verſio, quæ Hebraico textui exactiſſime reſpondebat, (ut in oostro de LXX. Interpretum editione Sintagmate eſt oſteoſum) & conſequenter Cainanem iſtum inſititium (neque ab Hebræis, neque ab eorum ſequace Beroſo Chaldæo, illis temporibus agnitum) habere non poterat, a liberiore illa totius Veteris inſtrumenti interpretatione eſt ſecernenda, quæ poſt 4um. Ptolemæi Philometoris annum (ut ex fine libri Eſtheræ liquet) concionata, procedente tempore LXX. Seniorum locum & nomen obtinuit. De poſteriore deinde illa ex ^g Hieronymo eſt ſcieodum: *aliam eſſe editionem, quam Origenes, & Cæſarienſis Euſebius, omneſque Græci tractatores* Κοινὴν, *id eſt, Communem appellant atque Vulgatam, & pleriſque* Λουκιανὸς (vel Λουκιανεῖος) *dicebatur; aliam* LXX. *interpretum, quæ in* ἐξαπλοῖς *codicibus reperiebatur*. & quidem Κοινὴν *iſtam hoc eſt, Communem editionem, ipſam eſſe quæ &* LXX. *ſed hoc intereſſe inter utramque: quod* Κοινὴ *pro locis & temporibus, & pro voluntate ſcriptorum veterum corrupta editio eſt; ea autem quæ habebatur in* ἐξαπλοῖς, *ipſam eſſe quæ in eruditorum libris incorrupta & immaculata* LXX. *Interpretum tranſlatio reſervari* credebatur. In communi illa tum vetere, quæ ante Origenis tempora erat in uſu, tum nova a Luciano martyre interpolata, Cainanem interjectum fuiſſe agnoſcimus; eo quo ſupra ex vulgatis libris propoſuimus modo. In altera vero, quæ incorrupta & immaculata LXX. editio a doctis cenſebatur, quamque in Alexandrina Cleopatræ bibliotheca repoſitam, & in Ægypto, Palæſtina & Syria tum receptam, Hexaplis ſuis Origenes inſerendam curavit, Cainanem locum habuiſſe negamus; atque ita textum Moſaicum repræſentatum fuiſſe defendimus.

g Hieron. epiſt. 135. ad Sun. & Fretal.

Καὶ ἔζησεν Ἀρφαξὰδ ἑκατὸν τριακονταπέντε ἔτη, καὶ ἐγέννησε τὸν Σαλά· Καὶ ἔζησεν Ἀρφαξὰδ, μετὰ γεννῆσαι αὐτὸν τὸν Σαλὰ ἔτη τρία καὶ τετρακόσια (al. τριακόσια) καὶ ἐγέννησεν υἱοὺς καὶ θυγατέρας, καὶ ἀπέθανε. *Et vixit Arphaxad* 135. *annos & genuit Sala. Et vixit Arphaxad, poſtquam genuit Sala, annos* 403. (al. 303.) *& genuit filios & filias, & mortuus eſt.*

In Communi editione τῶν LXX. Origenes *Theodotionis editionem miſcuit, aſteriſcis deſignans quæ minus fuerant, & virgulis quæ ex ſuperfluo videbantur oppoſita:* ut in epiſtola 107. ad Chromatium habet Hieronymus: nbi & codices iſtos ab Origene elaboratos, Palæſtinis ſuis Euſebium & ſodalem ejus Pamphilum tradidiſſe ſignificat. Hic vero Origenes ea quæ ad Cainan ſpectant uti invenit, ita & reliquit; ſed virgula ſive obeliſco prænotata: quod ex illis Procopii Gazæi in Geneſ. cap. 11. intelligimus. *Hebraica veritas habet, Selam genitum eſſe ab Arphaxad. Quæ deinde in medio ponuntur obeliſco ſignata viſuntur.* Ipſe vero Euſebius, in priore Chronici ſui libro anoos Patrum ex triplici textu, Hebræo, Græco & Samaritano, recenſens, io oullo eorum Cainanem poſuit; ſed in eo etiam qui eſt κατὰ τοὺς ο' ἑρμηνευτὰς (*juxta LXX. Interpretationem*) Arphaxadum, annos 135. natum, geouiſſe Salam commemorat. Quod magnopere ſe mirari Georgius Syncellus dicit: ^h *lectos per omnes Chriſti Eccleſias ſacros Geneſeos libros* Cainanem habere affirmans; & ob illum prætermiſſum, tum Euſebium, tum alium quemdam ætate ſua vetuſtiorem erroris coarguens. Ignorabat enim ille quod Euſebio probe erat cognitum, diſcrimen inter Communem & ſinceriorem illam τῶν LXX. editionem, quæ in Hexaplis fuerat ex quibus io Cæſarienſi Bibliotheca a Pamphilo ſuo repoſitis, illam annorum Mundi ſeriem ſeligendam putavit quam germanæ LXX. interpretum ſententiæ magis congruentem eſſe judicavit.

h Georg. Syncell. pag. 86. & 169.

Neque alicujus eſt momenti quod ab Henrico Philippæo opponitur. Euſebium quidem *aliquando diſſimulare Cainan:* ſed quum eum *alibi exprimat, negaſſe non eſſe cenſendum*. Fefellit enim hic eum ſocius ipſius Jacobus Salianus: qui in tertii Annalis Prooemio, hoc ex Latina Euſebii Chronici verſione, in præfatione, cujus eſt initium, *Incipiunt tempora*, confirmat; atque locis aliquot pro Cainane facientibus ex putido illo excerptorum Barbarolatinorum libello, a Scaligero edito, deſcriptis, ex illis videre nos poſſe concludit, *pro qua ſententia Euſebius ſtare cenſendus ſit*; quaſi qui aliquid omnino videt, Excerpta illa non ex Euſebio ſolo, ſed ex aliis etiam ab Euſebii Chronographia ſumme diſſentientibus, deſumpta fuiſſe ignorare potuerit: & alteram illam præfationem (ut eam Saliano appellare libuit) *aut alius auctoris eſſe, aut pauca Euſebiana intermixta* habere, ipſe ^i Scaliger non monuerit; & illud ad præſentem cauſſam attinere ſatis non evicerit, quod in ea *ab anno diluvii uſque ad nativitatem Abrahæ anni* 1072. numerentur: quum Euſebius, ^k tam juxta Septuaginta interpretationem

i Scalig. Animadverſion. Euſebian. pag. 10 a.

k G. Syncel. Chr. pag. 86. 87. & 88.

(κτ' τοὺς ό ἑρμηνείαν) quam juxta textum Samaritanum, a Diluvio uſque ad primum annum Abrahæ annos 942. ſupputaverit. Cumque in omnibus ſuis epilogiſmis hunc numerandi modum Euſebius conſtanter retineat, & per eum Cainanis annos a ſua Chronologia penitus excludat, atque ob hoc ipſum non a Georgio Syncello, ſed etiam ab illo longe antiquioribus Chronographis Alexandrinis, [a] Aniano & Panodoro, reprehenſum eum fuiſſe conſtet: temeritatis certe notam illi effugere non poſſunt, qui vel Euſebium Cainanem agnoviſſe affirmaverint, vel ab editione τῶν LXX. quam ille ſequendam propoſuerat, Cainanis generationem abfuiſſe negaverint.

[a] Ibid. p. 35, 36.

Sed & ante Euſebium Origenis æqualis Julius Africanus, cui ad Bibliothecam Alexandrinam, (in qua authenticum erat editionis illius, quæ tum germanam LXX. Seniorum interpretationem continere credebatur, exemplar) continuus patebat acceſſus, prætermiſſo Cainane, [b] Arphaxadum annos 135. natum genuiſſe Salam, & ab Adamo uſque ad mortem Phalec annos 3000. fluxiſſe memorat. A Mundi enim initio annos 2262. uſque ad nativitatem Arphaxad (neglecto, ut alibi eſt dictum, biennio poſt diluvium) ille numerat. Quibus additi anni 130. Salæ ante natum Eberum, & Eberi 134. ante natum Phalegum, cum integræ vitæ Phalegi annis 339. (tot enim in Græcis codicibus illi tributos invenimus) ſimul annos 3000. conficiunt. [c] Καὶ ὁ ὑπονοούμενος δὲ τῶν ἐτῶν τοῦ κόσμου ἀριθμὸς εἰς δύο διῃρέθη ἰσότητα. τρισχίλια γὰρ ἔτη τῇ γενέσει αὐτοῦ τοῦ κόσμου ὑπάρξαντα ἦν ἐπερχόμενα. *Et qui mundi durationis annorum numerus eſſe exiſtimatur, hinc in duas partes æquales eſt diviſus. Ex quo enim ille eſt natus, anni mundi conditi ter mille elapſi ſunt:* ut apud Euſtathium Patriarcham Antiochenum legitur: γενέσει procul dubio pro τελευτῇ. *nativitate* pro *morte*, librarii vitio, ſubſtituta: ſicut ſequentia illa clare oſtendunt. Γίνεται δὲ ἀπὸ Ἀδὰμ ἕως τῆς τελευτῆς τοῦ Φαλὲκ ἔτη τρισχίλια. *Ab Adam itaque uſque ad mortem Phalec anni ter mille numerantur.* Quæ etiam annorum Mundi medietas ab Heſychio in Chriſti natalem (apud Anaſtaſ. Nicæn. in Scriptur. quæſtion. 93.) Suida in Φαλέκ, Johanne Malela Antiocheno & Georgio Cedreno in Chronicis ſuis eſt conſtituta: loco Geneſ. X. 15. & I. Chronic. I. 19. ita accepto ac ſi diebus Phalegi in duas æquales partes dividenda fuiſſent Mundi tempora. Ejuſmodi enim diviſionem Hebraico nomine *Phaleg* ſignificatam putabant, ſicut Danielis VII. 25. in originali Chaldaico פלג עדן *dimidium temporis*; & IX. 27. in Syriaca interpretatione פלגות שבועא *dimidiatam* vel mediam *Septimanam* denotat: & 6000. annis integrum præſentis ſæculi ſpatium definiebant: quæ recepta fuerat apud Hebræos, Græcos & Latinos opinio; ut in Barnabæ tributa epiſtola, dicto illo domus Eliæ apud Talmudicos celebri, Cabaliſtico auctore libri טורים in primum Geneſeos verſiculum, Lactantio lib. 7. cap. 14. Tichonio in Regula 5. & aliis videre licet.

[b] Ibid. pag. 85.

[c] Euſtath. in Hexaemer. p. 55.

Sed & Julio Africano auctor antiquior Theophilus Antiochenus, in libro 3. ad Autolycum, temporum epilogiſmum juxta LXX. inſtituens, omiſſo Cainane Arphaxadum Salæ patrem facit. Immo & ipſorum Apoſtolorum temporibus Doſitheus, in textu (quem interpolatum Samaritanis ſuis dedit) Hebraico, Patrum poſt diluvium annis ante παιδογονίαν ex LXX. editione deſumptis, Cainanem cum ſuis annis prorſus prætermiſit: [d] numeratis hoc modo a Diluvio uſque ad primum Abrahami (vel 70. Tharæ potius) annis 942. ὅσα ἦν κτ' τοὺς ό. *quot erant & juxta* LXX. ut ex Euſebio refert Georgius Syncellus. Qui numerorum in Euſebianis & noſtris Samaritanis exemplaribus conſenſus in primis eſt obſervandus: ne quis Grotianum illud commentum in errorem inducat; [e] quod *Samaritani quos nunc habemus codices facti fuerint ad Græca exemplaria, ex quo Samaritani ab Juſtiniano coacti ſunt ſuſcipere Chriſtianiſmum.*

[d] Georg. Syncell. Chron. pag. 88.

[e] H Grot. annotat. in Levit. 17. 4.

Addi his poterant, præter Euſebii ſequaces, etiam Joſephus in Hypomneſtico ſuo adhuc inedito, & Quintus Julius Hilarion in libello de Mundi duratione, anno æræ Chriſtianæ 397. conſcripto: qui annorum calculo juxta LXX. inſtituto, Cainanis tempora præterierunt. Ab argumento enim a LXX. ad gravius illud alterum, a Lucæ Evangeliſtæ auctoritate deductum, libet jam accedere; quod ita ſeſe habet. Si B. Lucas Spiritus ſancti amanuenſis, in Chriſti genealogia Cainanem inter Salam & Arphaxadum interponendum eſſe cenſuit; ea de re dubitandi nullus amplius relinquitur locus. At verum eſt prius: ut ex Luc. III. 35. 36. liquet. Ergo & poſterius. Ubi ad hypotheticam illam propoſitionem diſtinguendo primum reſpondetur: ſi quidem ex propria ſententia, hic locutus Evangeliſta fuerit, veram eam eſſe; ſin ex aliorum, non item. Non magis certe, quam Melchiſedechum re ipſa *ſine patre, ſine matre, ſine genealogia, neque initium dierum neque finem vitæ habuiſſe*, oportere credi; quia ex vulgo recepta ſententia id Apoſtolus pronuntiaverit, (Heb. VII. 3.) *Conſuetudinis* enim *Scripturarum eſt, ut opinionem multorum ſic narret hiſtoricus, quomodo illo tempore ab omnibus credebatur. Sicut Joſeph ab ipſa quoque* [f] *Maria appellabatur pater Jeſu; ita & Herodes dicitur contriſtatus, quia hoc diſcumbentes putabant:* inquit Hieronymus Commentar. in Matthæi cap. IV. 9. & in Jeremiæ cap. XXVIII. 10. *Septuaginta prophetam non dixere Ananiam: ne ſcilicet Prophetam viderentur dicere, qui propheta non erat. Quaſi non multa in Scripturis ſanctis dicantur juxta opinionem illius temporis quo geſta referuntur, & non juxta quod rei veritas continebat.* atque in libro ſecundo adverſus Helvidium: *Evangeliſtæ opinionem vulgi exprimentes, quæ vera hiſtoriæ lex eſt, patrem dixerunt Joſeph Salvatoris.*

[f] Luc. 2. 48.

Ita igitur Evangeliſta Lucas, patres Salvatoris omnes, tam vulgo ita habitos quam veros, recenſendos ſibi proponens; genealogiam ipſius ita exorſus, ὢν, ὡς ἐνομίζετο, υἱὸς Ἰωσὴφ, τοῦ Ἡλὶ, τοῦ Ματθὰτ, *exiſtens (ut putabatur,) filius Joſeph*, filius *Eli*, (patris Mariæ Deiparæ) filius *Matthat*, (nominativo illo υἱὸς in ſequentibus omnibus ἀπὸ κοινοῦ repetito:) in progreſſu quoque ejuſdem inter Chriſti patres & *Cainanem* nominare poterat; non quod talis revera ipſe eſſet, ſed quod a Judæis Helleniſtis & Chriſtianis non alia (quam Græca teſtamenti veteris interpretatione uſis, quorum maximus erat numerus) inter Abrahami majores numeraretur. Etſi enim in ea editione, quæ Alexandriæ in Cleopatrina Bibliotheca repoſita pro genuina LXX. Seniorum poſtea eſt habita, Cainanis iſtius nullam exſtitiſſe mentionem oſtenſum fuerit: in Κοινῇ tamen ſive vulgata, quæ in communiori uſu fuerat, Cainanem locum etiam ante Chriſti tempora obtinuiſſe, Demetrii in libro de his qui in Judæa regnaverunt Chronologia, apud Euſebium (in Evangelicæ Præparationis libro 9.) ab Alexandro Polyhiſtore propoſita, demonſtrat. Ea enim, uſque ad Jacobi & filiorum deſcenſum in Ægyptum, ab Adamo annos 3624. a diluvio, 1360. (vel potius 1362.) ab Abrahami ex Charane in Chananæam adventu 215. dinumerans, 130. annorum Cainanis interpoſitionem neceſſario requirit. Quod ſi a Grotio fuiſſet animadverſum, in eam opinionem numquam conceſſiſſet; in Luc. III. 36. primum *Cainanis* nomen errore quodam fuiſſe repoſitum: *deinde cum late ſpargi ea lectio per Lucæ exemplaria cœpiſſet, Græcos Chriſtianos etiam in verſione Geneſeos ſecundum Septuaginta, inter Arphaxadum & Salam interpoſuiſſe nomen Cainanis, annis etiam additis,*

quo

quo magis Lucæ, quem ſic ſcripſiſſe arbitrabantur, ſua auctoritas conſtaret.

Longe igitur probabilior (ut ad Aſſumptionis examen jam veniamus) altera eſt ſententia, *Cainanis* nomen ex Κοινῇ, ſive vulgata Geneſeos editione, ut in primum, libri prioris Paralipomenon capitulum, (ubi neque in Græco codice Vaticano, neque in Bibliorum Jayanorum verſione Arabica, neque in Ruthenica ſive Illyrica translatione vetere, adhuc inſertum illud reperitur) ita in Chriſti apud Lucam genealogiam fuiſſe transfuſum. De eo, in 2. Chronicorum ſuorum libro, Chriſtianus Maſſæus. *In primis dubium videri poteſt, utrum beatus Lucas ita ſcripſerit. Quis enim audeat aſſeverare, quod probari non poteſt? Quis autem non videat potuiſſe contingere, ut non ab ipſo, ſed ab aliis Græcis poſt mortem ejus inſertum ſit, ſi viderint Evangelium a ſuis Bibliis diſcrepare, (quod fieri non debuiſſe conſtabat:) in eo maxime loco ubi generationum ſeries ſcribebatur; ubi facillime putari potuiſſet, non voluntatem, ſed inadvertentiam affuiſſe Scriptoris?* Et, in Commentariis ad 11. cap. Geneſeos, Benedictus Pererius. [a] *Ex his recte concluditur generationem Cainan non fuiſſe in omnibus libris ſeptuaginta Interpretum. Unde probabiliter etiam conjicitur eam non fuiſſe traditam a ſeptuaginta Interpretibus: atque eos libros qui ea generatione carebant, ut qui cum Hebræis codicibus congruerent, veros & integros eſſe judicandos; eos autem qui generationem Cainan habebant, ut corruptos atque mendoſos eſſe abjudicandos, ac rejiciendos. Facile autem fuit, aliquem nactum libros ſeptuaginta Interpretum in quibus erat generatio Cainan, inde eam transtuliſſe in Evangelium Lucæ: quod a principio non animadverſum non ſolum inhæſiſſe in uno eo libro, ſed in eos poſtea qui uſque ad hanc diem exſcripti ſunt, eſſe derivatum. At enim vero, ſi quod de veritate librorum ſeptuaginta Interpretum circa generationem Cainan ſatis bene probatum eſt, idem quoque de libro Evangelico B. Lucæ probaretur; equidem ſententiam hanc toto aſſenſu complecterer. Verum neque hac ætate ullus eſt liber B. Lucæ qui in genealogia Salvatoris non habeat generationem Cainan; nec legi fuiſſe unquam aliquem, qui diceret, vel a ſe, vel ab aliis viſum eſſe codicem ullum B. Lucæ qui tali generatione careret.* Ita ille.

a Perer. in Geneſ. lib. 16. ſect. 178. 179.

Atqui librum B. Lucæ Græcolatinum, in antiquiſſimis membranis, litteris majuſculis, ſine ſpiritibus & accentibus, deſcriptum ipſi vidimus: ubi in Græco, του Φαλεκ, του Εβερ, του Σαλα, του Αρφαξαδ, του Σημ, in Latino; *Qui fuit Phalec, qui fuit Eber, qui fuit Sala, qui fuit Arphaxad, qui fuit Sem*, exerte legebatur; *Cainanis* hujus mentione prorſus prætermiſſa. Codex ille, quatuor Evangeliorum & Actorum Apoſtolorum hiſtorias complectens, ex Græcia olim in Galliam perductus, in monaſterio S. Irenæi in ſuburbio Lugdunenſi eſt repoſitus; ibique oriente civili bello anno 1562. repertus, a Theodoro Beza anno demum 1581. publicæ Cantabrigienſis academiæ Bibliothecæ eſt donatus. Neque hujus generis Græcus ullus MS. eſt alius, vel a Beza commemoratus, vel in Angliam e Græcia nuper miſſus: quicquid in notationibus ſuis ad hunc Lucæ locum dicat Hugo Grotius.

Quærit hic igitur Salianus; [b] quæ ſit *vis in manuſcripto uno, ſive Gallico, ſive Anglicano, in quo Cainan in Evangelio Lucæ omiſſus fuerit, ut omnibus omnium Bibliothecarum id genus libris opponi poſſit?* Negatque omnino Gomarus, [c] unum illum codicem tantæ videri eſſe vel *antiquitatis, ut reliquis omnibus priſcis patribus ſit conferendus, nedum præferendus;* vel *ſinceritatis, ut fidem præ ceteris mereatur.* Quaſi aliam huic codici vim a cauſſæ hujus patronis adſcribi fuiſſet neceſſe, quam quanta ad objectum univerſalem exemplarium Lucæ in Cainane retinendo conſenſum refellendum ſufficeret; quæ cui lectio eſſet præferenda, non ex hujus codicis vel antiquitate vel ſinceritate, ſed ex Moſis & Ezræ auctoritate, æſtimandum relinquentibus.

b Salian. Præfat. in Annal. tom. 3.

c Gomar. de geneal. Chriſti cap. 2.

In profundioris autem antiquitatis exemplaribus varietates occurrere plurimas, quæ in poſteriorum temporum Manuſcriptis nullibi apparent, vel hic ipſe de quo agimus codex fidem facit: qui unus in Evangeliis plures a vulgatis libris diſcrepantes lectiones nobis exhibet, quam aliarum fortaſſe Bibliothecarum exemplaria conjuncta ſimul omnia. De cujuſmodi in libris Novi Teſtamenti ſuo tempore reperta varietate, ita & Origenes nos monuit. [d] *Multam differentiam inter exemplaria invenimus, ſive per negligentiam ſcribentium, ſive ex temeritate quorumdam, ſive propter eos qui negligunt emendare ſcripturas; vel propter eos qui quod ipſis videtur in emendationibus vel abjiciunt, vel ſubducunt.*

d Origen. in Matth. tract. 8.

Itaque quemadmodum in Rom. I. 17. recte nos hodie legimus, *Juſtus ex fide vivet;* ubi libri qui Hieronymi tempore exſtabant (quemadmodum libro 1. Commentariorum ipſius in Habakuk cap. 2. liquet) primæ perſonæ pronomine ex LXX. addito, *Juſtus ex fide mea vivet*, legerunt: ita vice verſa, ubi hodie apud Lucam ex Κοινῇ, ſive vulgata Græca editione *Cainanem* videmus repoſitum; in illa quæ Origenis tempore ferebatur codicum varietate eumdem pari conſenſu non fuiſse adjectum, tum ex noſtro hoc venerandæ antiquitatis exemplari argumentum capere poſſumus, tum ex ipſius Origenis verbis illis, tractatu 20. in Johannem. Ἀβραὰμ εἰκοστὸς γεγένηται ἀπὸ τοῦ πρωτοπλάστου. δέκα γὰρ γενεαὶ ἀπὸ Ἀδὰμ ἐπὶ Νῶε, καὶ δέκα ἀπὸ Νῶε ἐπὶ Ἀβραάμ. *Abraham a primo homine viceſimus natus eſt. Decem enim generationes ab Adamo ſunt ad Noe, & decem a Noe ad Abraham.* Ut Noe enim, ſeniore Cainane connumerato, ab Adamo decimus; ita Abrahamus ab eodem, niſi ſecluſo Cainane juniore, numerari nullo modo poterit viceſimus; Quibus addendum quoque quod Joſephus, vetus ſcriptor Chriſtianus, in Græco ſuo Hypomneſtico, recenſens generationes ab Adamo ad Chriſtum, poſt Arphaxad ponit Sala; inſititio iſto Cainane prorſus omiſſo.

Sed & ex Romanenſium caſtris Johannes Cordeſius, in Gallico de genealogia Chriſti libello, *Cainanis* nomen in primitivis Lucæ codicibus non exſtitiſſe confirmat. Hic enim eſt *anonymus* ille cujus contra Cainanem argumenta recenſuit in [e] Dubiis ſuis Evangelicis noſter Spanhemius: *ut homo non leviter eruditus*, cujus rationibus hac in parte reſpondere conatus eſt, in tertii ſui Annalis præfatione, Jacobus Salianus. Cui & comites adjicere liceat, ex eadem e qua Salianus fuit Societate Jeſu, Theologos tres: quorum primus (ab ipſo Cordeſio productus) Cornelius a Lapide, in commentariis ſuis ad Geneſeos, cap. XI. 12. docet Cainan in Lucam irrepſiſſe *errore librariorum, vel ſcioli alicujus, qui Hebraice neſciens, cum in verſione* LXX. *quæ olim vulgata fuit, in Geneſi inveniret additum Cainan, eumdem ex* LXX. *in Lucam tranſtulit, illumque ei inſerendum putavit.* Alter Dionyſius Petavius, in libro 9. de doctrina Temporum cap. 17. non debere *mirum aut incredibile videri ſi Cainanis nomen ex* LXX. *corruptis libris in Evangelium Lucæ redundaſſe ſuſpicemur.* Tertius denique Petrus Poſſinus, in Diallactico genealogiæ Chriſti cap. 9. confidenter concludit; *ex corrupta jam editione* LXX. *longe demum intervallo libris Lucæ inditum a ſciolis exſcriptoribus fuiſſe nomen Cainanis. Nam quis neſcit*, inquit ille, *Teſtamentum Novum librorum omnium frequentiſſime fuiſſe deſcriptum? Quod ergo aſſueti editioni* LXX. *jam mendoſæ, ſemidocti Græculi deſcriptionem Evangeliorum accederent; reſtituere, ut ipſis quidem videbatur, omiſſum apud Lucam nomen non dubitaverunt: quæ hallucinatio emendationis eruditæ auctoritatem habuit; ut in omnes brevi codices vulgaretur, ſi tamen in omnes.* Et

e Part. 2. dub. 23.

de teſtimoniis, pro retinendo Cainane, a LXX. Interpretum & Lucæ Evangeliſtæ auctoritate deductis, iſta dicta ſufficiant.

a Harvil. Iſagog. Chron. §. 37.

Aliud enim illud argumentum ab a Harvillæo, (*a Nationibus, ortis ab ipſo Cainan*) petitum pondus in ſe habet omnino perexiguum. *Euſebius* (inquit ille, lib. 1.) *Chron. S. Epiphanius in Ancorato, & Chronicon Alexandrinum, dicunt ab ipſo Cainan ortos fuiſſe Gaſphenos*. At vero Epiphanius *Cajanos* (neſcio quos) hic nominat. Chronic. Alexandrinum (vel Conſtantinopolitanum potius) *Sarmatas*, b Euſtathius Antiochenus *Soggodianos*; de Cainane hoc præterea addito, Ἀπὸ τούτου δὲ ἡ ἀστρονομία καὶ οἰωνισμοὶ ἐπενοήθησαν. *Ab iſto aſtronomia & auguria excogitata ſunt*, Ortos autem ab eo fuiſſe *Gaſphenos*, non Euſebius (quem Cainanem illum omnino non agnoviſſe oſtendimus) ſed Georgius Syncellus memorat: eadem qua & alterum illud narrat fide c Τῷ βφπε' ἔτει Καϊνᾶν ὁδεύων ἐν τῷ πεδίῳ εὗρε γραφὴν τῶν γιγάντων, καὶ ἔκρυψε παρ' ἑαυτῷ. Mundi anno 2585. *Cainan deambulans in agro, ſcriptum Gigantium reperit, & penes ſe recondidit*. Eutychius filius Patricii Alexandrinus Patriarcha, in Arabico ſuo Chronico, anno Phalecki, 36. menſe *Ab*, Cainanem mortem obiiſſe notat. Catenæ autem in Pentateuchum Arabicæ (quæ in Bodleiana Bibliotheca habetur) collector, eumdem 13. die menſis Elul, feria 6. vita exceſſiſſe ſcribit: filios ejus eum pollinxiſſe, ſepeliiſſe, & per 40. dies luxiſſe, adjiciens. Nempe, qui filium Arphaxadi eum revera fuiſſe exiſtimarunt, ne nudum nomen videretur, quicquid vel de eo commenti ſunt ipſi, vel ab aliis acceptum nimis ſecure poſteritati commendandum putaverunt.

b Epiph. b Hexaemer. pag. 34.

c Georg. Syncell. Chronol. pag. 46.

CAP. VII.

De ſecundæ, & tertiæ Mundi ætatis connexione legitima: ubi Abrahamum ante mortem patris in Chananæam veniſſe, ex Moſe, Stephano, & aliis oſtenditur; & ante annum patris 130. in lucem non fuiſſe editum defenditur.

IN ſecunda annorum Mundi Periodo, de connexione mortis Tharæ cum filii ipſius Abrahami in Chananæam profectione, (quæ tertiæ periodo dat initium,) quæſtio adhuc diſcutienda reſtat. A qua, quia tertiæ quoque Mundi ætatis exordii determinatio dependet: utramque, ſyllogiſmo ita expoſitorio comprehenſam, exhibere viſum fuit.

Tempus quo Charane profectus eſt Abramus in Chananæam, initium eſt peregrinationis Hebræorum in terra non ſua.

Dies XV. menſis VII. (primi poſtea dicti) mortem Tharæ proxime ſubſecutus, tempus illud eſt quo Charane profectus eſt Abramus in Chananæam.

Ergo dies XV. menſis VII. mortem Tharæ proxime ſubſecutus, initium eſt peregrinationis Hebræorum in terra non ſua.

Majoris propoſitionis confirmationem, quia tertiæ Periodi explicationem magis ſpectat, ad proximum differemus: Minoris, in hoc capite aggrediemur. Et quia menſis & diei ratio in capite III. ſupra eſt reddita; hic de connexione mortis Tharæ cum Abrahami in Chananæam profectione tantum agemus: quam a Moſe, in fine XI. & initio XII. Geneſeos capituli, ita habemus declaratam.

Et fuerunt dies Tharæ ducentorum quinque annorum; & mortuus eſt Thara Charane.

Et dixit Dominus ad Abram: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & e domo patris tui, in terram quam oſtendam tibi.

Et faciam te in gentem magnam, & benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum; & eſto benedictio.

Et benedicam benedicentibus tibi, & maledicentibus tibi maledicam: & benedicentur in te omnes familiæ terræ.

Et profectus eſt quemadmodum eſt locutus ad eum Dominus, & profectus eſt cum eo Lot, & ſeptuaginta quinque annorum erat Abram, cum egrederetur Charane.

Ubi in primis perpendendum eſt quod ſub capitis III. initium, ſupra a nobis eſt explicatum, Patriarcharum omnium qui poſt diluvium nati ſunt, integræ vitæ annorum ſumma conſulto prætermiſſa, ſolius Tharæ univerſos quos vixit annos eſſe hic commemoratos; & cum mentione mortis ejus, profectionis Abrami in Chananæam narrationem deinde eſſe conjunctam, ut inde intelligeretur, ubinam conſtituendum eſſet ſecundæ Mundi periodi finis, & tertiæ exordium. Quod Moſis conſilium non animadvertentes hic alii, per prolepſin & anticipationem mortem Tharæ ante Abrami e Charane profectionem ab eo poſitam fuiſſe dixerunt: & Scripturam alias *incertum relinquere, quanto tempore poſt mortem Tharæ venerit Abraham in regionem Chanaan; utrum illo anno quo Thara mortuus eſt, an aliquot poſt annis quam mortuus fuerat*; Ita Pererius. Cui, reponimus, (quod ab ipſo agnoſcitur:) d *Chronologiam voluiſſe Moſem integre, exacte ac perfecte tradere*: addimuſque in hunc ipſum finem mortem Tharæ & profectionem Abrahæ, ut eodem anno factam, ſimul conjunxiſſe; ut annorum primæ mundi periodi cum annis ſecundæ connexionem patefaceret. Nulla enim ratio erat cur Abram, ex Ur Chaldæorum a Deo vocatus, (Geneſ. XV. 7. Nehem. IX. 7. Act. VII. 2.) & vocationi ejus obſecundans, ſimul cum Patre Chananæam verſus iter inſtituens, & cum illo Charanæ aliquandiu ſubſiſtens, (Geneſ. XI. 31.) patre demum mortuo, Charanæ diutius moraretur, & injunctum a Deo iter amplius protraheret, etiamſi nulla iterata Dei vocatio interceſſiſſet. Poſt mortem vero patris, Abramum Charane in terram Chananæam migraviſſe, diſertis etiam verbis protomartyr Stephanus confirmat, in Act. VII. 4. ſic de eo narrans. Τότε ἐξελθὼν ἐκ γῆς Χαλδαίων κατῴκησεν ἐν Χαῤῥάν· κἀκεῖθεν, μετὰ τὸ ἀποθανεῖν τὸν πατέρα αὐτοῦ, μετῴκισεν αὐτὸν εἰς τὴν γῆν ταύτην, εἰς ἣν ὑμεῖς νῦν κατοικεῖτε. *Tunc exiens e terra Chaldæorum, habitavit in Charran: & illinc, poſtquam mortuus eſt pater ejus, tranſtulit eum Deus in terram hanc, in qua nunc vos habitatis*. Cui tam claræ luci, mirandum profecto eſt, quantas offundere conentur tenebras illi, qui anno 70. Tharæ Abramum natum fuiſſe opinantur; & in quam varias (ut hoc efficiant) ſe convertant formas. Hieronymus, in Quæſtionibus Hebraicis in Geneſim, *indiſſolubilem quæſtionem* hanc appellat. *Joſephus Scaliger*, in Elencho poſterioris orationis Chronologicæ *D. Parei*, *Eliam exſpectandum* eſſe ait, *qui nodum ſolvat*. Melchior Canus, & memoriæ lapſum ex concinnis æſtu in Stephano admittit. Abramus Bucholcerus, in Iſagoge ſua Chronologica, dicit eſſe *examinanda Acta ad Geneſin, non Geneſin ad Acta; lignum ad Normam exigendum, non normam ad lignum*: additque *eſſe in Stephani narratione plura, quæ cum grano ſalis* (*ut loquuntur*) *accipienda, & commoda interpretatione lenienda ſunt*. Quaſi hic aliqua inter Geneſin & Acta intercederet differentia; & quaſi ut primarius hiſtoriæ hujus auctor citatus hic fuiſſet Stephanus, & non ut Moſis fidiſſimus interpres, qui nos doceret locationem Abrahami initio cap. XII. Geneſ. propoſitam, recto & naturali ordine, ſine recapitulatione aut ὑστέρῳ πρώτῳ, ullo mortis Tharæ fuiſſe ſubnectendam, cujus mentio immediate præceſſerat: aut quaſi grano ſalis condiri illius dicta neceſſe haberent, quem Angelo magis quam homini ſimilem orationem hanc exorſum & Sp. Sancto *plenum* eamdem finiiſſe, Spiritus ipſe ſanctus confirmat. (Act. VI. 15. & VII. 55.)

d Perer. in Geneſ. lib. 16. num. 195. Id. ibid. num. 174.

Addit his Sethus Calviſius e *Quod affirmatur ex Stephano*

e Calviſ. Iſagog. Cron. c. 35

phano Abrahamum poſt defunctum Tharam in terram Chanaan profectum eſſe, id ex verſione Septuaginta interpretum mutuatum eſſe. Sed paraphraſes Septuaginta interpretum, ſi pugnent cum fontibus & textu, cum grano ſalis accipiendas. quum tamen in verſione Græca, quæ LXX. interpretibus tribuitur, nihil nmnino inveniatur quod pro hac ſententia magis faciat, quam quod in ipſis fontibus & in textu legitur Hebraico.

a Georg. Syncell. Chr. p. 49. b Maſ. in Joſ. c. ult. c Abram in Pharo Vet. Teſt. lib. 7. cap. 22. & 37.

[a] Georgius Syncellus, [b] Andreas Maſius, & [c] Nicolaus Abramus, verba Stephani non de morte Tharæ naturali, ſed de ſpirituali idolnlatriæ morte interpretantur: quod apud Deos ſuos, (quorum vaniſſimo cultui erat deditus,) Charane manere ſtatuiſſet, & filium inde a Den vocatum in Chananæam ſequi nhſtinatiſſime renuiſſet. Sed præterquam quod a ſenſu litterali quem in hiſtorica ſua narratione B. Stephanum ſpectaſſe non eſt dubium, ad myſticum & tropologicum verba Protomartyris (præter omnem rationem) illi detorqueant: cum ipſius etiam Hiſtoriæ veritate nobis certe videtur, eam expoſitionem, nmninn non poſſe exiſtere. Et ſi enim Tharam Diis alienis aliquaodn ſerviviſſe, a [d] Jnſua edoceamur: tamen cum filium Abramum ex Ure, idolnlatrica Chaldæorum urbe, miſeratinne divina vocatum, ultro Thara ſecutus fuerit, [e] in Chananæam quoque (ſi in itinere morbo Charanæ detentus & morte ſublatus non fuiſſet) comitaturus; in Charane ſubſiſtentem ad vomitum ſuum fuiſſe reverſom, & Servatnris progenitnrem in tam fœda idolnlatria fuiſſe mortuum, ut credamus, animum inducere non poſſumus.

d Joſ. 24. 2.

e Geneſ. 11. 31.

Daniel Angelocrator, in ſuæ Chronologiæ Prodromo, quæſtionis ſolutionem in voce (μετὰ) conſiſtere arbitratur, quæ in locn Actorum non *poſt*, ſed *circa*, vel *ſub* ſignificet: *ut ſit ſenſus, quod ſub mortem patris vel circa mortem, hoc eſt ingraveſcente ætate ejus profectus ſit.* Verum neque exemplo ullo probatur, eam eſſe vocis μετὰ latitudinem, ut *circa* vel *ſub* ſignificare poſſit: (illud enim μετὰ τὴν μετοικεσίαν. ex *Matth.* I. 12. productum, nihil aliud nmnino denotat, quem revere poſt *exſilium Babylonicum* inchoatum, a Jechonia genitum fuiſſe Salathielem:) & ſi maxime probaretur, hic certe ea ſignificatio locum habere non poteſt. Quis enim diceret, *circa* vel *ſub* mortem Tharæ profectum fuiſſe Abramum; ſi inter eam filii profectinnem & mortem patris, 60. ipſi anni, ut Angelocratoris (in ſeptuageſimum annum Tharæ natalem Abrahami conjicientis) neceſſario requirit hypotheſis, interceſſiſſent.

f Perer. in Gen. lib. 16. a num. 199. ad 204.

[f] Pererius, cum Abulenſi, duas Abrehami profectiones ex Charane in Chananæam diſtinguendas eſſe aſſerit. Priorem, quum 75. eſſet ille annorum, patre adhuc vivente; poſteriorem, quum eſſet annorum 135. patre jam mortuo, factam: de quarum priore Moſes, de poſteriore Stephanus meminerit. Per 60. vero poſtremos patris ſui annos, non tam habitaſſe in terra Chanaan eum dici poſſe putat, quam peregrinatum eſſe; quod, per intervalla, patrem & fratres reviſeret. Sed renuntiata patris morte, reverſum in Charen, ut vel patris funus curaret, vel ne bona quæ paterna hæreditate ſibi nbvenerant perderet, egreſſum inde poſtea eum fuiſſe ait, firmiſſimo animn certiſſimoque propoſito nnnquam eo in poſterum revertendi; ut perpetuus deinceps terræ Chananææ colonus & habitator eſſet: ita enim μετῴκισεν αὐτόν. Act. VII. 4. ille interpretatur: *colonum & habitatorem fecit, eique quaſi numquam amplius reverſuro domicilium in terra Chanaam ſtatuit; ſiquidem vox μετοικία, non ſimplicem tranſlationem, ſed quaſi coloniam denotat.*

Verum hoc de duplice Abrami in Chananæam tranſlatinne firmamentum abunde refutarunt Tnrniellus, D. Gualterus Ralegh, (*Hiſtor. Mundi, lib. 2. cap. 1. §. 3.*) Salianus, Bonfrerius, Henricus Philippi; & fuſiſſime, Harvillæus, in Iſagog. Chronol. ſect. 33. (a Col. 323. ad 340.) Illa enim verba Apoſtoli, Hebr. XI. 15. Si Patriæ *illius memores fuiſſent ex qua exierant, habebant opportunitatem ad revertendum*; in Abrahamo præcipue locum habuerunt qui urgente fame, ad Ægyptios, non ſine præſente vitæ periculo, proficiſci maluit, quam ad ſuos reverti; (Gen. XII. 10, 12.) & tantopere cavit, ne filius ſuus Iſaacus in eam terram reduceretur, ex qua ipſe eſt egreſſus. (Gen. XXIV. 5, 6, 8.) Illud autem μετοικίζειν nihil aliud denotare certum eſt, quam facere ut quis migret, vel ſedes mutet: ſive peregrinatin ea tranſmigratin dicenda fuerit, ſive quid aliud; ſive is qui migrat, fixe & conſtanter in termino quem petit, ſive ad tempus ſit permanſurus. Unde & de μετοικεσίᾳ, ſive tranſmigratinne Babylonica, hoc ipſum vocabulum in hac ipſa Stephani concione uſurpatum fuiſſe videmus. Act. VII. 43. Μετοικιῶ ὑμᾶς ἐπέκεινα Βαβυλῶνος. *Transferam vos* trens Babylnnem. & *Threnor.* I. 3. Μετῳκίσθη Ἰουδαία ἀπὸ ταπεινώσεως αὐτῆς καὶ ἀπὸ πλήθους δουλείας αὐτῆς: *Migravit Judæa præ humiliatione ſua, & præ multitudine ſervitutis ſuæ.* Atque ut Abrami migretinni, [g] e Charene anno ætatis ſuæ 75. cum familia, re familiari tnta & Dei juſſu ſeſe transferentis, μετοικίας appellatio maxime proprie convenit, ita & univerſam tam ipſius, quam poſterorum ejus in Chananæa habitationem & commnrationem, pro *peregrinatione* eſſe habendam, tum ex Apoſtnli verbis illis liquet Hebr. XI. 9. *Per fidem* Abraham *commoratus eſt in terra promiſſionis, tamquam in aliena, commoratus in tabernaculis cum Iſaac & Jacob, cohæredibus ejuſdem promiſſionis*, tum ex ipſo Moſe, Chananæam ut *terram peregrinationum* Abrehami, Iſaaci & Jacobi ſubinde nobis exhibente (*Geneſ.* XXXVI. 7. XXXVII. 1. *Exod.* VI. 4. Unde & Delrii, Petkinſii, aliorumque opinio quoque concidit) qui, ſepoſitn etiam illn de duplici Abrami ex Charene in Chananæam tranſlationc commento, cum B. Auguſtinn, (librn 16. de Civitate Dei, cap. 15.) difficultatem omnem per expoſitionem verbi μετῴκισεν tolli poſſe exiſtimant, quod *collocavit*, ſeu *firmiter habitare fecit* illi interpretantur: Abrahamum dicentes, 60. quidem annos in terra [h] Chananæa (vivn adhuc patre) tranſegiſſe, ſed nihil in ea poſſediſſe; poſt patris vero mortem ex emptinne poſſidere agrum & ſpeluncam, atque hac ratione firmius domicilium ibi habere cœpiſſe, nulla interius proprietatis vel Latinæ vocis *tranſtulit* quæ motum quemdam, vel Græcæ μετῴκισεν quæ tranſmigretinnem denotat habita ratione, quemadmodum recte hic a Bonfrerio eſt obſervatum: ut non addam, fixum hoc Abrahami juxta Hebronem dnmicilium, non minus *peregrinationis* ipſius locum fuiſſe habitum (*Geneſ.* XXXV. 27.) quam reliquam Chananæam, in qua liberius antea oberrebat.

g Geneſ. 12. 4. 5.

h Geneſ. XXIII. 17. 18. XXV. 9. 10. & L. 13.

Ludovicus de Dieu, vir doctiſſimus, & mihi quum vixit amiciſſimus, in Animadverſionibus ad Act. VII. 4. hanc etiam cnnjecturam ſuam eruditis conſiderandam proponit. Verbis illis Stephani, de tranſlato Abrahamo εἰς τὴν γῆν ταύτην εἰς ἣν ὑμεῖς νῦν κατοικεῖτε (in terram hanc in qua vos nunc habitatis) *non videri innui terram Canaan univerſim, ſed ſpeciatim determinari eam partem quæ tribui Judæ ceſſerat, in qua Judæi quos Hieroſolymis alloquebatur Stephanus tunc habitabant, adeoque reſpici habitationem ejus in Mamre, & quidem poſtquam emto ibi (prope Hebron in meditullia tribus Judæ) agro firmam ſedem ibi fixit.* Cum autem Sarah, in cujus ſepulturam ager iſte emptus fuerat, decennin maritn junior, (Gen. XVIII. 17.) annos 127. nata, ex hac vita deceſſerit: (Gen. XXIII. 1.) & Abrahamum annos 137. natum tum fuiſſe oportuit, & altero jam anno vivere deſiiſſe Tharem etiamſi ab ipſn Septuagenario Abrahamum ſuſceptum fuiſſe admiſerimus.

Sed neque iſta explicatio cum ſerie orationis Protomar-

Digitized by Google

tomartyris ſatis quadrat: in qua mentioni commorationis Abrahami in *Charane* hæc ſtatim ſubjiciuntur. *Et illuc poſtquam mortuus eſt pater ejus, tranſtulit eum Deus in terram hanc in qua vos nunc habitatis. Et non dedit ei hereditatem in ea ne veſtigium quidem pedis: & promiſit, ſe illam daturum ei poſſidendam, & ſemini ejus poſt eum; quum non eſſet ei filius.* Ubi ex *Charane* immediate (id enim vox *ἐκεῖθεν illinc* indicat) in aliam terram tranſlationem eam, (de qua Stephanus loquitur,) factam fuiſſe clarum eſt; non ex una Chananææ parte in aliam, poſt plures quam 60. a relicta Charane annos demum factam, migrationem alteram: quæ ſive cum fixa domicilii ſede conjuncta fuerit, ſive ſecus ad rationem *μετοικεσίας* (ut dictum eſt,) nihil omnino attinet. Deinde tranſlationem hanc circa illud tempus contigiſſe Stephanus ſignificat, quo pollicitus eſt Deus Abrahamo, ſe daturum terram illam ſemini ipſius; quum nondum haberet filium (Act. VII. 5.) At fixam illam, quæ non a noſtro ſolum Ludovico, ſed etiam Delrio, Perkinſio, Pererio, & aliis hic obtenditur, Abrahami habitationem longe poſt natum Abrahamo filium multoque longius poſt hereditariam terræ promiſſionem, contigiſſe nemo dubitat.

Neque huic objectioni plane ſatisfacit reſponſio
,, illa * Petavii, non tranſlatum eſſe Abraham ait
,, Stephanus, antequam haberet filium: neque enim
,, illud prius, *Et inde poſtquam mortuus eſt pater ejus*
,, *tranſtulit illum*, neque quæ deinceps dicuntur omnia
,, neceſſe eſt, & ad idem pertinere tempus. *Repro-*
,, *miſit*, inquit, *dari illi enim in poſſeſſionem, & ſe-*
,, *mini ejus poſt ipſum, quum non haberet filium.* Sola
,, ergo repromiſſio facta dicitur antequam haberet
,, filium; non autem tranſlatio, & ſecunda in Cha-
,, nanæam migratio: quaſi diceret; Repromiſit illi
,, *jam tum quum non haberet filium.* Porro iſta pro-
,, miſſio jampridem edita eſt, cum primum e Chal-
,, dæa proficiſceretur; ut indicat Stephanus. Ita
enim ſcribit Petavius: quum promiſſionis vel illius vel ullius Abrahamo e Chaldæa proficiſcenti factæ; ne uno quidem verbo Stephanus meminerit. At vero quam primum e Charane in Chananæam Deus illum tranſtulit, (ut in Act. VII. 4. Stephanus loquitur:) editam eſſe promiſſionem illam oſtendit Moſes; (Gen. XII. 7.) *Semini tuo dabo terram hanc;* jam tum quum non haberet filium. Indeque non unam a Moſe Abrahami migrationem anno ipſius LXXV. aliam a Stephano, anno ejuſdem CXXVII. factam; ſed unam & eamdem ab utroque intellectam fuiſſe concludimus. Nec aliud quidem voluiſſe Moſem, quam poſt patris demum exceſſum, primam Abrahami in terram Chananitidem profectionem eſſe ſuſceptam (recapitulatione vel anticipatione nulla interpoſita) ex Charane primum deceſſiſſe apud Judæos, qui Stephani tempore vixerunt, communiter recepta fuit ſententia; quod vel illa Philonis Judæi in libro *περὶ ἀποικίας*, verba ſatis oſtendunt. *οὐδένα δ᾽ ἐντετυχηκότα τοῖς νόμοις ἀγνοεῖν αὐτόν, ὅτι πρότερον μὲν ἐκ τῆς Χαλδαϊκῆς ἀναστὰς γῆς Ἀβραὰμ ᾤκησεν εἰς Χαῤῥὰν, τελευτήσαντος δ᾽ αὐτῷ τοῦ πατρὸς ἐκεῖθι, καὶ ταύτης μετανίσταται.* *Neminem latere poteſt, qui legibus* (ſive libris Moſaicis) *ſtudium adhibuerit, quod Abraham primum quidem e Chaldæorum terra veniens habitavit in Charan; ibi vero defuncto ipſius patre ex ea quoque profectus eſt.* Itaque Doſitheo, qui paullo poſt Samaritanis ſuis Moſaicum Pentatheucum a ſe interpolatum dedit, ita fuit perſuaſum, ut quum falſa opinione ductus, anno Tharæ ſeptuageſimo natum fuiſſe Abrahamum exiſtimaret, ſimulque Tharam 205. ætatis anno vita functum, ne deinde Abrahamum anno vitæ 75. Charane diſceſſiſſe legeret; iſta aliter inter ſe conciliare neſciens, pro 205. annis Tharæ, non in Hebræo ſolum, ſed etiam in Græco & Chaldaico textu repertis, 145. (numerum ex 70. Tharæ & 75. Abrahæ conflatum.) inaudita audacia ſubſtituere non dubitavit. Ex quo apparet tamen, quam alte animis illius temporis ea inſederit ſententia quæ Abrahami ex Charane in terram Chananis profectionem cum patris morte fuiſſe conjunctam, indeque 430. peregrinationis Hebræorum annos, Exod. XII. 40. memoratos, deducendos eſſe conſtituit, quæ Samaritanorum omnium Chronologorum ad hunc diem uſque, communis eſt opinio: quam inter Chriſtianos quoque Faſtorum Siculorum auctorem fuiſſe ſecutum, non difficile fuerit animadvertere.

* Petav. Rationar. tempor. lib. 2. cap. 2.

Pro nobis quoque facit Chryſoſtomus, homilia 31. in Geneſin, de Abrahami ex Charane diſceſſu ita ſcribens. *Non antea eum Deus inde evocavit, donec mortuus Thara. Tunc enim, illo defuncto, inquit;* Et dixit Dominus Abræ: Egredere de terra tua, &c. (Geneſ. XII. 1.) & in homilia 36. *Occupata Charan, poſtquam illic tabernaculum fixerunt, & morte functus eſt Thara, iterum præceptum eſt ei a Deo, ut exiret inde;* Egredere, (*inquit*,) de terra tua, &c.

Neque aliud quid ſentirent ulli alii; niſi Doſitheano illo præjudicio, Abrahami a patre ſeptuagenario ſuſcepti, in tranſverſum acti, hoc uno ariete, (cum Abulenſi,) quæ a nobis dicta ſunt concuti, & proſterni poſſe omnia ſibi perſuaſerint. Si deceſſit Abraham Charane poſt mortem patris ſui; natus fuiſſet ille, quum Thara eſſet annorum 130. Thara enim vixit 205. annos. (Geneſ. XI. 32.) Abram vero erat 75. annorum quum egrederetur Charane. (Geneſ. XII. 22.) Atqui a Thara genitum fuiſſe Abrahamum, quum eſſet 70. annorum, verba illa Moſis, (Geneſ. XI. 26.) clare oſtendunt. *Vixitque Thara ſeptuaginta annos, & genuit Abrahamum, Nachorem, & Haranem.*

Et quidem ſi unius tantum filii hic, uti in antecedentibus a Moſe facta fuiſset mentio; nulla de nativitatis illius tempore ſuboriri poterat dubitatio. Verum quum tres ſimul ille nominet, quos omnes uno & eodem anno haudquaquam genitos fuiſse conſtat; nihil aliud quam Tharam anno ætatis ſuæ ſeptuageſimo, liberis operam primum dare cœpiſse, & tres filios, ſuo quemque ordine, deinceps ſuſcepiſse, ſignificare voluit: ordine eorum, dedita opera, confuſo, ut non a tempore ſuſceptæ primum ab eo prolis, ſed a morte ipſius, & cum ea conjuncta Abrahami in Chananæam profectione, annorum Mundi ſeries continuanda fuiſse intelligeretur; quemadmodum ſub III. capituli initium ſupra declaravimus.

Ita Procopius Gazæus, in hunc Geneſeos locum ſcribens. *Quæritur*, (inquit) *quomodo Thara annos natus 70. procreaverit Abrahamum, & deinde conceſſerit fato, natus annos 205. Fuit autem eo tempore Abrahamus non 135. annorum, ſed attigit annum 70.* (vel 75. potius) *juxta Scripturæ ſacræ teſtimonium. Verum enim vero mihi eluceſcere videtur, Tharam genuiſſe Abrahamum* (lego *Arran vel Haranem*) *non inſtante anno ſeptuageſimo, ſed eo perfecte completo. Nec etiam continuo, ubi ille annus finem accepit, natus eſt Abraham: ſed demum 130. Tharæ. Nec Moſes recordatur Abrahami, ut inter primogenitos eum connumerari velit, ſed ejus meminit ut primi, & præcipui, & filiorum celeberrimi qui vel in primis neceſſarius ſit ad præſentis hiſtoriæ relationem.* Et poſt. *Hinc quis intelligat, Arran annorum numero antevisſe Abrahamum & Nahor? licet in narrationis ſerie priore loco Abraham ſit poſitus, Non tamen id accidit, ut ſenior ceteris ſit habendus: ſed id tributum eſt honori Patriarchæ.*

Similia habet & Theodoretus, ex Catena Græca ab Aloyſio Lipomano productus, docens Abrahamum noviſſimum trium filiorum in ſenecta patris

fuiſse

fuiſſe genitum. Quin & ipſe Auguſtinus, licet opinioni quæ a Thara Septuagenario Abrahamum ſuſceptum ſtatuit ſit addictior, in apparente tamen inter Moſem & Stephanum differentia enodanda, explicationem hanc non eſſe negligendam ultro agnoſcit: Quæſtione 25. in Geneſin, de difficultate iſta hunc in modum ſcribens. *Poteſt & ſic ſolvi quoniam ſcriptura quæ dixit*, (Cum eſſet Thare annorum LXX. genuit Abraham & Nachor & Aran,) *non utique hoc intelligi voluit, quia eodem anno ætatis ſuæ omnes tres genuit; ſed ex quo anno generare cœpit, eum annum commemoravit Scriptura. Fieri autem poteſt, ut poſterior generatus ſit Abraham, ſed merito excellentiæ, quæ in ſcripturis valde commendatur, prior fuerit nominatus: ſicut Propheta priorem nominavit minorem*, (Jacob dilexi, Eſau autem odio habui;) *& in Paralipomenon cum ſit quartus ordine naſcendi Judas, prior eſt nominatus, a quo Judaicæ genti nomen eſt datum, propter tribum regiam. Commodius autem plures exitus inveniuntur, quibus quæſtiones difficiles diſſolvuntur*, Ita ille.

Malach. I. 2. 3. I. Chron. II. 3.

Joſephus Scaliger in Elencho 2. Orationis Chronologicæ D. Parei, magna verborum pompa, ſed nullo rationum pondere, ſolutionem hanc deprimere conatur: quam a Matthæo Beroaldo primum fuiſſe excogitatam ille opinatus eſt; quum non ab antiquis ſolum, ſed etiam a recentioribus, Nicolao Lyrano, Cardinali Cajetano, Aloyſio Lipomano, Jacobo Naclanto, & Johanne Calvino diſcere potuiſſet, ante Beroaldum eam fuiſſe traditam. Verum ſi hunc audire volumus, *illud omnem pervicaciam expugnaverit; quod Deus præcepit Abrahamo diſcedere ex Ur Chaldæorum, ut ſtatim in terram Chananæorum contenderet, non ut in Charran reſideret.* Deinde ex B. Stephano hoc probato, ſic ille infert. *Si præceptum datum eſt Abrahamo, non Tharæ; nihil antiquius Abrahamo eſſe debuit, quam in illam terram concedere, quam illi Deus indicaverat, Aliter non paruiſſet mandato Dei. Relicto igitur patre in Charran & aſſumpto Lot, juxta mandatum Dei, nulla interpoſita mora, in Chananæorum fines abiit.* Atqui, præcepto iſto nihil obſtante, *Abrahamum aliquod tempus in Charran moratum eſſe*, non Stephanus ſolum in Act. VII. 2, 4. (quod & ipſe agnoſcit Scaliger) ſed etiam Moſes in Geneſ. XI. 31. XII. 5. Cujus utriuſque narrationi, niſi prius fides penitus derogetur, Scaligeri argumentum hoc nemini facturum eſt fidem; Abrahamum, *relicto patre in Charran, nulla interpoſita mora, in Chananæorum fines abiiſſe.*

Neque multo majoris momenti eſt argumentatio illius altera. *Abraham primo loco genitus eſt, ut qui primus fratrum nominetur, Itaque natus eſt* LXX. *patris ſui anno.* Cui cum opponeretur a Pareo; *nominari Abraham primo loco, non genituræ, ſed dignitatis ratione:* negat ille confidenter, *vel in ſacris vel in exoticis ſcriptis filios aliter recenſeri quam genituræ ordine.* Ille ait, *Scripturam numquam aliter filios numerare quam ut quemque natura in lucem dedit.* Sectator ejus [a] Johannes Bohemus propoſitionem illam hac reſtrictione addita proferendam fuiſſe cenſuit; *Scripturam eo quo generati ſunt ordine liberos, ex legitimo matrimonio natos, numerare ſolere.* ut præoccuparet ſcilicet locum illum ex I. Chronic. I. 28. objiciendum: *Filii Abraham, Iſaac, & Iſmael.* ubi Iſaac anno centeſimo Abrahami natus, (Geneſ. XXI. 5.) præponitur Iſmaeli, anno ejuſdem 86. in lucem edito (Gen. XVI. 16.) neque animadvertit ille tamen, quem ex Geneſeos XLVI. cum Scaligero ad confirmandam propoſitionem ſuam producit, eamdem plane everti.

[a] Johann. Boh. Chr. lib. 1. titul. 2. c. 1.

Omnes filii Jacob, inquit Scaliger (& cum fide implicita hic ſecutus Bohemus,) *Secundum genituræ tempus recenſentur: primo, quatuor ex Lea, ſecundo, duo ex Bala: tertio, duo ex Zelpha: quarto, duo ex Lea: quinto, duo ex Rachel, prout natura ordo eos protulit.* At ſi quis locum ipſum Geneſ. XLVI. conſulere voluerit, inveniet primo loco ſuſceptos ex Lea filios ſex, & Dinam filiam; ſecundo ex Zelpha duos; tertio ex Rachel duos; quarto ex Bala duos; quinto ex nulla nullos; neque eo ordine omnes Jacobi filios ibi eſſe recenſitos, quo natura eos in lucem protulit. Quod manifeſtius etiam in alia eorumdem recenſione, I. Chronic. II. 1, 2. obſervari poterit. Addit deinde Scaliger, Scripturam alibi non ſolum primogenitum primo loco ponere, ut in I. Chronic. VI. Rubenem; (licet jus primogeniti ille amiſiſſet) ſed etiam quis ſit primus, quis ſecundus, quis tertius, deſignare. (I. Sam. III. 2, 3, 15. I. Chronic. VI. 28. & VIII. 1, 2, 3, 30, 39. & XXIII. 19, 20.) quod etiam contra ipſum facere (in Comm. ad Gen. c. XI.) recte notavit D. Pareus. quid enim alicubi diſerta deſignatione opus fuiſſet, ſiquidem ubique naturalis ordo ſervatus fuiſſet. Dignitatis vero ratione, non Iſaacum ſolum Iſmaeli, (Geneſ. XXV. 9.) ſed etiam Jacobum Eſavo, (Geneſ. XXVIII. 5. Joſ. XXIV. 4.) Ephraimum Manaſſe (Geneſ. XLVIII. 20.) atque ob principatus prærogativam, Judam reliquis fratribus, (I. Chronic. II. 3. *cum* V. 2.) & Moſem Aaroni fratri ſeniori (Exod. VII. 7.) præpoſitum fuiſſe invenimus.

Porro ex tribus Tharæ filiis, Haran natu fuiſſe maximum, non Abrahamum (licet ob dignitatem primo loco is ponatur) non inde ſolum a [b] Cardinale Bellarmino confirmatur, quia obiit ante ceteros, & quia fratrum alter Nachor, filiam ejus Melcham accepit in uxorem; ſed etiam quia alteram Haranis filiam Jeſcam, ipſe Abraham uxorem duxit. Ita enim in Geneſ. XI. 28, 29. legimus. *Et mortuus eſt Haran in conſpectu Tharæ patris ſui, in ſolo natali ſuo, Ure Chaldæorum. Et duxerunt Abram & Nachor uxores: nomen uxoris Abram Sarai; & nomen uxoris Nachoris, Melcha filia Haranis patris Melchæ, & patris Jeſchæ.* Quo loco, (inquit Bellarminus,) *per Jeſcham non poteſt intelligi niſi Sarai; quæ, teſte Joſepho in Hieronymo, binominis erat. Neque enim ullo modo credibile, Scripturam prodere voluiſſe patrem Melchæ & non patrem Sarai, perſonæ longe dignioris: & deinde quorſum mentio fieret Jeſchæ, ſi diverſa eſſet a Sarai?* Et hæc certe non Joſephi tantum, (*lib.* 1. *Antiquit. cap.* 7. *&* 8.) ſed etiam omnium veterum Hebræorum communis eſt ſententia: a B. Auguſtino quoque (*lib.* 16. *de Civitate Dei cap.* 12. 19.) & majore Chriſtianorum parte recepta. Unde argumentum hoc nectit Nicolaus Lyranus in Geneſ. XI. *Secundum Hebræos & omnes alios expoſitores, Sara uxor Abram, fuit filia Aran. De ipſa vero ſcribitur infra* (Geneſ. XVII. 17.) Puteſne Centenario naſcetur filius, & Sara nonagenaria pariet? *Ex quo patet, quod Sara erat junior Abram decem annis tantum. Si igitur Aran fuit junior ipſo Abram, ſequitur, quod non habebat decem annos quando genuit Saram, immo nec octo; quia inter nativitatem Abræ & Aran fuerunt plus quam decem anni.* Quod ipſum etiam concedunt Hebræi, in *Sanhedrin* cap. 8. & *Seder Olam Rabba:* capite ſecundo in quo ita legimus הרן האריל הרזי שנים ונשא אשה ח׳ שנה אחת ללוט שבח אחת ליסכה שהיא שרה *Quum ad annorum ſex ætatem Haran excrevisset, accepit uxorem: quæ peperit ei annorum octo exiſtenti, uno anno Lotum, altero anno Jeſcham, quæ & Sarah eſt.* Neque ut hoc fieret, abſurdum eſſe, inter Chriſtianos [c] Genebrardus quoque ſomniavit. Verum ſapientior Cardinalis, nova expoſitione verborum illorum Geneſ. XI. 26. (*Vixit Thare ſeptuaginta annis, & genuit Abram, Nachor & Aran*) difficultatem totam ſolvi poſſe. *Ex quo loco ille colligit ann. 70. Tharæ, jam natos fuiſſe tres illos filios. Non enim*, (ait ille) *Scriptura ſignificat*,

[b] Bellarmin. Controverſ. de Sacram Matrim. cap. 28.

[c] Genebr. Chronograph. in fin. ætat. 2.

ficat, eodem anno omnes tres genitos fuiſſe; ſed illo anno jam habere cœpiſſe ipſum Thara tres filios: unum videlicet illo anno genitum, & alios antea. Illo autem anno natus eſt Abraham. Scriptura enim in Geneſi, ſemper indicat tempus nativitatis eorum, quorum texit genealogiam, ut ſciamus ætatem totius Mundi; aliis prætermiſſis, quæ ad iſtam Chronologiam non pertinent. Ita videmus Sciptuiram Geneſ. IV. *prodidiſſe, quoto anno ætatis Adæ natus ſit Seth, per quem texitur Chronologia; non autem quoto anno ejuſdem Adæ natus ſit Abel vel Cain.* Et Gen. V. *dicitur Noe, cum quingentorum eſſet annorum, genuiſſe Sem, Cham & Japhet; ubi notatur præciſe annus quo natus eſt Sem, quia per illum deducitur Chronologia: & in reliquis idem obſervare licet. Cum ergo ſolus Abraham ex filiis Tharæ ſit is, cujus explicatur genealogia, & per quem texitur Chronologia: neceſſe eſt dicere, illo anno ipſum natum eſſe, alios autem antea.*

Atqui ut conceſſum Bellarminus hic ſumit, quod a nobis pernegatur: per annos ætatis vel Abrahami, vel Semi, annorum totius Mundi ſeriem ſcripturam texere voluiſſe. Ut enim in omnibus illis locis in quibus unius cujuſque Patriarchæ ortus ſingulariter & diſtincte eſt memoratus, fieri hoc libenter concedimus: ita ubi tres ſimul mixtim & confuſe nominantur, aliter longe rem ſe habere dicimus; & abrumpi ibi per annos alicujus illorum Patrum, ætatis Mundi continuationem, atque a nova epocha deinceps eam deduci aſſerimus, a Diluvio videlicet, ubi Sem, Cham, & Japhet; (Geneſ. V. 32. *cum* XI. 10.) ab initio varo peregrinationis Hebræorum, ſive Abrahami ex Charane in Chananæam profectione cum obitu Tharæ patris conjuncta, ubi Abram, Nachor, & Haran ſimul enumerati reperiuntur. (Geneſ. XI. 26. *cum* XVI. 3.) Ex collatione vero prioris illius ternarii, ex Genaſeos V. a Bellarmino hic producti; nova hæc ipſius expoſitio commentitia eſſe deprehenditur. Ut enim in Geneſ. IX. ut rarum quid & maxime obſervandum nobis proponitur, quod ante annum quingenteſimum Noe liberos gignere non cœpiſſet; cum ceteri omnes in eodem capitulo, inter annum 65. & 187. genuiſſe memorentur: ita & in XI. eum reliqui omnes poſt diluvium nati, inter annum 29. & 35. genniſſe legantur; quod Thare ante ſeptuageſimum vitæ ſuæ annum liberis operam dare non cœpiſſet, ut res notatu non indigna, ſimiliter nobis exhiberetur, par & eadem requirebat ratio. Et quum eodem uterque locus explicandus ſit modo, in priore exponendo deceptum Bellarminum eſſe apparet, ibi *notari præciſe annum, quo natus eſt Sem*, exiſtimantem. Quum enim 502. eſſet annorum Noe, ſuſceptum ab eo fuiſſe Semum, in fine capitis IV. ſupra a nobis eſt oſtenſum: ideoque verum non eſſe, eum quum 500. præciſe eſſet annorum, jam habere cœpiſſe tres natos, Sem, Cham, Japhet. de quo etiam iterum Nicolaum Lyranum audire liceat, in Geneſ. V. 32. ita ſcribentem. *Dicunt Hebræi quod Sem non fuit primogenitus Noe. quod probant, quia hic dicitur quod quingenteſimo anno vitæ ſuæ cœpit generare: & ſic primogenitus ejus erat centum annorum tempore diluvii; quia tunc fuit Noe ſexcentorum annorum? Sem vero non habuit centum annos uſque poſt Diluvium per duos annos; ut dicitur infra*, XI. capite.

At ſi anno 70. Tharæ natum Abrahamum fuiſſe non admitteremus; incertum futurum ſummi Patriarchæ annum natalitium, objectant alii. *Quinquies vero exprimit Moſes diverſos annos ætatis Abrahæ; ſcilicet* 75. 86. 99. 100. & 175. *Cur igitur annum, quo natus eſt, reticeret? immo quorſum attinebat, majores iſtos ætatis Abrahæ annos nominatim exprimere; ſi primus Abrahæ, unde pendebat reliquorum numeratio, ignoraretur?* (inquit Abrahamus Bucholcerus.) Verum nos primum annum Abrahami ignorari nullo modo concedimus. Subducto enim ab integræ vitæ Tharæ annis 205. numero annorum 75. quos Abrahamum egiſſe Scriptura confirmat quum cœptæ in Chananæam profectionis, impedimento per mortem patris penitus ſublato, Charane eſt egreſſus: inter nativitatem Tharæ & filii ejus Abrahami 130. annorum ſpatium interceſſiſſe intelligitur. Neque officiunt quæ contra hoc a Bucholcero poſtea objecta eſſe videmus. *I. Abraham ipſum miraculi loco duxiſſe, ſi ex ſe centenario, & Sara nonagenaria naſcatur filius Iſaac.* (Gen. XVII. 17.) *II. Ne quidem annum* 130. *Tharæ certo aſſignari poſſe nativitati Abrahæ: obſtante eo, quod migrare potuiſſet Abraham annis aliquot a morte Tharæ decurſis*. Sed ad poſterius hoc, in capitis hujus initio, contra Pererium; ad prius illud, in V. capitulo, contra Morinum, jam reſpondimus. Ut concludere tandem liceat; Abrahamum ſtatim poſt mortem patris, ex Charane in Chananæam primum eſſe profectum: a qua profectione, & peregrinatio Hebræorum in tarra non ſua, & eum ea Mundi Ætas tertia (de qua deinceps acturi ſumus) ſuum capit exordium.

CAP. VIII.

Peregrinationis Hebræorum annos 430. [*qui tertiæ Ætatis Mundi ſpatium conſtituunt*] *a prima Abrahami ex Charane in Chananæam profectione, non a Jacobi & filiorum in terram Ægypti deſcenſu, arceſcendos eſſe oſtenditur.*

Dionyſius Petavius, ſuo more, ſacri calculi certitudinem infirmaturus, de præciſo tempore, & initii, & exitus tertiæ hujus periodi, ſive Ætatis Mundi, quæſtionem moveri poſſe exiſtimat. *Nam ſi quis*, [ᵃ inquit] *pertinacius obſiſtere voluerit, urgeri poteſt, non conſtare, utrum anni illi* CCCCXXX. *poſt quos legem datam eſſe Paulus teſtatur*, (Galat. III. 17.) *præciſe ſic accipiendi ſint; ut annus Abrahami* LXXVI. *ſit illorum primus, an* LXXVII. *ita ut exeunte* LXXVI. *promiſſa ſit Abrahamo ſoboles. Tum utrum ſubinde* CCCCXXX. *annis expletis, & in ipſo* CCCCXXXI. *lex in monte lata ſit, an poſt unum alterumve annum ab illis expletis: an labente* CCCCXXX. *Pro hac enim varietate putandi, uno, aut duobus, aut tribus, aut eo amplius minuſve, ſi Moſen rotundum numerum expreſſiſſe quis dicat, minuenda vel augenda erit annorum ſumma.* [ᵃ Petav. Doctr. Tempor. lib. 9. cap. 24.]

Atqui de utroque horum Moſes nos certos reddidit. De initio quidem: Abrahamum docens, accepta promiſſione de ſemine, in quo benedicendæ eſſent omnes tribus terræ, (ad quam reſpexit B. Paulus Gal. III. 14. 16. 17.) ex Charane egreſſum fuiſſe, quum LXXV. eſſet annorum, & in terram Chananæam perveniſſe (Geneſ. XII. 1. 5.) poſteaque ingreſſum eum eſſe ad Hagaram ancillam, exacto *decennio*, ex quo in terra Chananæa ille habitaverat; quæ filium Iſmaelem ipſi pepererit, quum eſſet ille annorum LXXXVI. (Geneſ. XVI. 3. 16.) Ex quibus inter ſe collatis, luce clarius eſt, ab ineunte anno Abrahami LXXVI. & ipſius peregrinationis, & promiſſionis benedicti ſeminis epocham, a nobis, (cum Euſebio,) eſſe deducendam. De exitu, non minus claram explicationem, per verba illa Exodi XII. 41. idem nobis exhibet. *Et factum eſt poſt* FINEM *quadringentorum triginta annorum, ut eodem ipſo die egrederentur omnes exercitus Domini de terra Ægypti*. Et quum menſe ab inde tertio Legem in monte Sinai datam fuiſſe, ex Exod. XII. 1. 16. conſtet: legiſlationem illam ad annum CCCCXXXI. labentem eſſe referendam in dubio non relinquitur; adeoque totius tertiæ hujus Periodi ſpatium CCCCXXX. præciſe annorum eſſe ſtatuendum.

Sed hic in primis locus ille primarius, Exod.

XII. 40.

XII. 40. paullo diligentius a nobis eſt expendendus.

ומושב בני ישראל אשר ישבו במצרים *peregrinatio autem filiorum Iſrael, qui commorati ſunt in Ægypto, fuit quadringentorum triginta annorum*. Ad quorum verborum rectam intelligentiam notandum eſt.

Primo vocem Hebræam מושב, uti Chaldaicam hic ei reſpondentem מותב, ut generatim quamvis habitationem, ita ad externos & advenas relatam, peregrinationem non migrationem e patria denotare: quemadmodum ex ejuſdem originis in utraque lingua vocabulis apparet. Ita apud Hebræos paſſim, תושב non incolam modo, ſed etiam inquilinum & peregrinum deſignat. Unde Abraham, Geneſ. XXIII. 4. ſe in terra Chananæa גר־ותושב fuiſse dicit: quod in Græca interpretatione πάροικος καὶ παρεπίδημος, in vulgata Latina, *advena & peregrinus*, eſt redditum. Similiter apud Chaldæos; Geneſ. XXI. 34. pro ויגר *& peregrinatus eſt*, *in Chaldæo* ואתותב habetur: & cap. XXVIII. 4. את־ארץ מגריך *terram peregrinationis tuæ*, Chaldæus Paraphraſtes ית־ארעא תותבותך reddidit. In Græca denique interpretatione, hoc ipſo de quo jam agimus loco, ubi Romanus codex legit, Ἡ κατοίκησις τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ἣν κατῴκησαν, *Habitatio autem filiorum Iſrael qua habitaverunt*; alii cum vetuſtiſſimo noſtro Alexandrino habent. Ἡ δὲ παροίκησις τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ἣν παρῴκησαν, *Peregrinatio autem filiorum Iſrael qua peregrinati ſunt*.

Secundo: Chananæam *terram peregrinationis*, ut Abraham, Iſaaci & Jacobi; (Exod. VI. 4. *cum* Gen. XXVIII. 4. XXXVI. 7. XXXVII. 1.) ita & Iſraelitarum ab eis deſcendentium fuiſse habitam; propter arctiſſimum videlicet illud quod inter majores & poſteros neceſſitudinis intercedit vinculum. Et tribus certe illis Patriarchis terram hanc peregrinationis ipſorum hæreditario poſſidendam eis ſe daturum Deus promiſerat: (Pſal. CV. 11.) quod in poſteris tamen eorum completum tantum fuiſſe novimus. Ut poſteriorum *poſſeſſio* patribus; ita & patrum *peregrinatio* hic tribuitur poſteris, eadem plane ratione, qua horum ipſorum poſterorum poſteri tranſitum maris rubri & Jordanis ſibi cum patribus communem faciunt, in Pſalmo LXVI. 6. *convertit mare in aridam; per flumen tranſiverunt pede: illic lætati ſumus in eo*. Ita, quum in Bethele cum Jacobo locutus eſt Angelus, in eo etiam cum poſteris ejus locutus fuiſse dicitur. Hoſe. XII. 4. *Bethel invenit eum, & ibi locutus eſt nobiſcum*, & a patribus ad filios illa traducta eſt criminatio; Amos V. 25. Act. VII. 42. *Numquid hoſtias & ſacrificium obtuliſtis mihi in deſerto quadraginta annis domus Iſrael?* In ſolemni illa denique Confeſſionis forma, quam Deus primitias ſibi in feſto Pentecoſtes offerentibus præſcripſit, poſteris ea omnia videmus attributa, quæ patribus ipſorum in Ægyptiaca hac peregrinatione contigerunt. *Syrus periens erat pater meus, qui deſcendit in Ægyptum hominibus paucis, ut peregrinaretur illic; evaſit autem illic in gentem magnam, robuſtam, & amplam. Quumque malo nos afficientes Ægyptii, & affligentes nos, imponerent nobis ſervitutem duram; inclamavimus Dominum Deum majorum noſtrorum: exaudienſque Dominus vocem noſtram, reſpexit afflictionem noſtram, moleſtiamque noſtram, & oppreſſionem noſtram. Nam educens Dominus nos ex Ægypto manu forti, & Brachio extento & terrore magno, ſignis etiam & prodigiis; introduxit nos in locum hunc, deditque nobis terram hanc, affluentem lacte & melle*. (Deuteron. XXVI. 5, 9.) Quibus addantur & illa ad filios Iſraelis Dei verba. Judic. X. 11. 12. *An non ex Ægyptiis, & ex Amoræis, & ex Ammonitis, & ex Philiſtæis, Sidoniis quoque & Amalakitis, & Moabitis opprimentibus vos; quum clamaretis ad me, tum ſervavi vos e manu eorum?* & Samuelis, in I. Sam. XII. 11. *Miſit Dominus Jerubbaalem, & Bedanem, & Jophtham, & Samuelem; eripuitque vos e manu hoſtium veſtrorum circumquaque, ita ut habitaretis ſecure*. ubi manifeſte & ipſi, & patres eorum ſimul comprehenduntur, ut in præſente loco, Exod. XII. 40. In quo ſi *filiorum Iſraelis* nominatione, patres hic excluderentur: nec ipſe quidem Iſrael in horum peregrinantium numero fuiſſet comprehenſus; quem tamen hujus in Ægyptum profectionis principem fuiſſe nemo dubitat.

Tertio, cum Hebræi caſibus careant pronomen אשר ambiguæ hic eſſe relationis. Unde & in ipſa editione vulgata Latina, Biblia polyglotta Antwerpiana Regia, & Jayana Pariſienſia hic legunt, *Habitatio autem filiorum Iſrael*, QUI *manſerunt in Ægypto, fuit 430. annorum*: ubi alia ejuſdem editionis exemplaria habent; *Habitatio filiorum Iſrael*, QUA *manſerunt in Ægypto*. Quæ poſterior relativi pronominis acceptio, χωρογραφίαν determinans, manſioni Iſraelitarum in Ægypto, ipſorum 430. annorum moram aſſignat; quæ tota parte dimidia brevior fuiſſe oſtendetur. Quod incommodum prior illa explicatio (quam ut aptiorem textus originalis interpretationem, non ut veriorem vulgatæ editionis Latinæ lectionem proponimus) ſecum non adſert; χρονογραφίαν tantum nobis exhibens ſive deſcriptionem eorum quorum univerſa παροίκησις, ſive peregrinatio, ab anno 76. patris Abrahami cœpta, inde ad egreſſum ex Ægypto uſque, 430. annorum ſpatio eſt continuata.

Eam autem Iſraelitarum deſcriptionem ab Ægypti tantum incolatu petendam, Moſes cenſuit: quod illa patrum in Chananæa peregrinatio & paucorum hominum extiterit, & interrupta fuerit aliquoties, & minus in oculos hominum incurrerit; *cum eſſent ipſi numero modici, pauciſſimi & inquilini in ea, & pertranſirent de gente in gentem, & de regno ad populum alterum*; (Pſ. CV. 12, 13.) hæc vero filiorum, in Ægypto ingentem hominum multitudinem complexa, ſtabilis fuerit & apud omnes gentes celebratiſſima. Nam habitatio Hebræorum in Ægypto, tribus rebus fuit valde inſignita & nobilitata: ut a [a] Pererio hic eſt annotatum. Primum enim Joſeph eo tempore ſummo cum imperio univerſam Ægyptum per octoginta annos gubernavit, & eo tempore magna in proſperitate fuerunt Hebræi. Deinde, poſt mortem Joſephi, perinſignis & admiranda fuit multiplicatio Hebræorum, licet laborioſiſſima ſervitute affligerentur ab Ægyptiis. Denique, liberationem eorum, atque exitum ex Ægypto, tot & tanta tunc facta prodigia, valde memorabilem & admirabilem reddiderunt.

[a] Perer. in Exod. c. 12. diſput. 9. num. 116.

Thomas Stapletonus in Antidotis ſuis Apoſtolicis, ad Act. VII. 6. quiritatur, *omnes horum temporum hæreticos, Rabbinorum potius calculo, quam apertæ Scripturæ ſubſcribere, circa annorum numerum quibus filii Iſrael in Ægypto verſabantur*; quos per totos 430. annos ibi verſatos fuiſſe, ille aſſerit.

In cujus ſententiæ rejectione, cum *omnibus horum temporum Hæreticis*, omnes propemodum omnium temporum Scriptores *Catholicos* conſentire conveniſſet: ſi vel veritatis inquiſitioni ipſe ſtuduiſſet, vel Lyranum ſaltem ſuum, in præſentem Exodi locum ſic ſcribentem, conſuluiſſet. *Manifeſtum eſt, non manſiſſe in Ægypto Hebræos quadringentis triginta annis. Sed iſte numerus annorum incepit, ſecundum Doctores* CATHOLICOS, *ab eo tempore, quo Abram ex Meſopotamia primum venit in terram Chanaan; in qua ipſe & filii ejus habitaverunt tamquam peregrini uſque ad deſcenſum in Ægyptum*. Sed Stapletonus Genebrardum magiſtrum hic ſequi maluit: quem abſque ullo vel magiſtro vel ſuffragatore, opinionem initio evulgare fuiſſe auſum, ipſummet hiſce verbis profitentem potuiſſet animadvertere.

 Cum

a Genebrard. Chrono. lib. 1.

a Cum iſta in primis editionibus annotabam, carebam quidem Latino, aut Græco ſuffragatore: at poſtea reperi Auguſtinum Eugubinum in cap. 12. Exhodi, in ea verſari ſententia, Quam tamen tum aliorum veterum, (ex Auguſtini quæſtione 47. in Exhodum); tum antiquiſſimi Theophili Antiocheni, in libro tertio ad Autolycum, & Clementis etiam Alexandrini (ut videtur) in libro 1. Stromatum fuiſſe ſententiam comperimus.

Verum ab Abrahami in Chananæm & non a Jacobi in Ægyptum migratione, 430. annorum exordium eſſe capiendum oſtendunt argumenta: quorum

Primum, (non ab Hebræis ſolum, in Seder Olam Rabba cap. 3. & in commentariis ad Gen. xv. & Exhod. XII. ſed etiam a noſtris, Auguſtino quæſt. 47. in Exhod. Seduſio in Galat. III. Beda in libro de 6. ætatibus Mundi, & aliis productum) eſt hujuſmodi. kohath ſive Caath, filius Levi, cum avo ſuo Jacobo deſcendit in Ægyptum. (Geneſ. XLVI. 11.) Hujus vitæ anni fuerunt, 133. filii vero ejus Amrami, anni 137. (Exhod. VI. 18. 20.) Filius Amrami Moſes 80. fuit annorum, quum liberandi eſſent Iſraelitæ a ſervitute Ægyptiaca. (Exhod. VII. 7.) Hi omnes anni ſimul juncti, 350. tantum ſummam conficiunt, ex qua detrahendi etiam anni ſunt, tum quos Caath poſt natum Amramum, tum quos Amramus egit poſt natum Moſem; ſimul cum iis etiam quos ante deſcenſum in Ægyptum exegit ipſe Caath: ne iidem anni bis numerentur. Ex quibus manifeſte colligitur, commorationem Iſraelitarum in Ægypto annorum 430. eſſe non potuiſſe. Duo quidem contra opponit Genebrardus:

b Dun. de peregrinat. hiſtor. Iſrael. in Ægypto, grad. 14.

ſed quæ Thadæo b Duno ſectatori ſuo adeo non ſatisfecerunt, ut agnoverit reſtare hic *difficultatem longe maximam & forte inſuperabilem*. Oppoſitiones tamen illas, quales ſunt, non tacebimus; ſed Benedicti Pererii reſponſionibus comitatas, hic ſubjiciemus.

c Perer. in Exhod. c. 12. diſp. 10. num. 108.

Ait primo, cum dicitur, annos vitæ Amram fuiſſe, 137. non eſſe intelligendum hoc de omnibus annis totius vitæ ejus; ſed de annis vitæ, quam agebat c cum amiſit patrem, aut cum genuit filios. „ At quis non
„ videt, (inquit Pererius) iſtud interpretamentum vio-
„ lentum eſſe & contrarium conſuetudini loquendi
„ Scripturæ? Cum enim ea recenſet annos vitæ ali-
„ cujus ſimpliciter & præciſe, ut facit in commemo-
„ rando annos vitæ Caath & Amram, haud dubie lo-
„ quitur de totius vitæ annis: cujus rei tot ſunt e-
„ xempla in ſacris libris, & ita paſſim obvia, ut le-
„ genti ea perſpicuum & indubitatum futurum ſit
„ quod dixi. Sic Pererius. Duo vero d Torniellus hic opponit: primo, non eſſe ſufficientem ejus reſponſionem.

d Torniell. ann. Mundi 2329. num. 12.

Ait ſecundo Genebrardus, inter Caath & Amram, & inter Amram & Moſem, interveniſſe alias perſonas prætermiſſas in libro Exhodi: ſicut Matthæus, in deſcribendo genealogiam Salvatoris, dicens quod Joram genuit Oziam, intermiſit tres reges intermedios, Ochoziam, & Joas, & Amaſiam. Sed id profecto gratis ab eo eſſe dictum, recte reſpondet Pererius, „ Nulla e-
„ nim (inquit) ratione oſtendi poteſt, fuiſſe inter-
„ medios aliquos homines inter Caath & Amram, vel
„ inter Amram & Moſem. Ubicumque enim Scriptu-
„ ra iſtam progeniem Levi recenſet, ſemper facit ip-
„ ſum Amram proxime ſuccedere ipſi Caath, & Mo-
„ ſem & Aaron ipſi Amram. Tres autem illos reges
„ prætermiſſos fuiſſe a Matthæo, propterea vere di-
„ citur, quia liquido id conſtat ex libris Regum, &
„ ex libris Paralypomenon; in quibus libris regum
„ illorum ſcripta eſt hiſtoria. Ita Pererius. Et vero (ut de Joſepho, in libro 2. Antiq. cap. 5. Moſem ab Abrahamo *ſeptimum* numerante nihil dicamus) ipſum Moſem, aut quis avus ſuus fuiſſet ignorare potuiſſe, aut ſi ſciret in Genealogia ſua præterire nomen ejus voluiſſe, quis animum ut credat poterit inducere? Quos ſcopulos Abrahamus Friſius, Jacobus Auzolæus, & Nicolaus Abramus ut devitarent, Cahathum in Ægypto fuiſſe natum, dicere maluerunt; in eorum decedendo ſententiam qui contra expreſſa Moſis verba contendunt, *non omnes, qui Geneſ.* XLVI. *recenſentur, jam natos fuiſſe, cum Jacob in Ægyptum deſcenderet*; de qua in cap. X. pluribus a nobis erit agendum.

Secundum argumentum a generatione Jochebedæ matris Moſis deducitur, quæ ipſius Patriarchæ Levi fuit filia. Unde in Exhod. VI. 2. Amram uxorem accepiſſe dicitur Jochebedam דדתו *amitam ſuam*: R. Salomo Jarchi, Abulenſis, Cajetanus, Pagninus, Steuchius, Lipomanus, Driedo, Oleaſter, recte ſunt interpretati. Licet enim editio vulgata Latina *patruelem*, & Græca θυγατέρα τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, *filiam fratris ſui*, hic reddat: priorem tamen explicationem præferendam eſſe, ipſius Moſis verba illa oſtendunt, Num. XXVI. 59. *Nomen uxoris Amrami Jochebeda filia Levi, quum ipſam Levi in Ægypto peperit* mater illius: hoc enim ſubaudiendum fœmininum illud verbum indicat, אשר ילדה אתה ללוי ſimulque evincit, fruſtra vim loci hujus eludere e Salianum & Bonfrerium fuiſſe conatos, dicendo eodem modo Jochebedam dictam fuiſſe filiam Levi, quo f Ephraim & Manaſſes dicuntur filii Jacob, Chriſtus Dominus filius David, omnes Levitæ filii Levi, & Eliſabeth (Luc. I. 17.) una de filiabus Aaron. Porro ex annis 137. quos vixit Levi, (Exhod. VI. 16.) juxta noſtras rationes in Ægypto acti ſunt 87. juxta aliorum 93. circiter. Anni 93. juncti annis 80. quos tempore Exhodi agebat Moſes, (Exhod. VII. 7.) efficiunt 173. qui a 430. ſubducti, 257. relinquunt: quot ſaltem annorum, admiſſa Genebrardi ſententia, Jochebedam eſſe oporteret, quo tempore Moſem peperit; etiamſi ipſo 137. Levi patris anno genitum fuiſſe poneremus: quum juxta noſtram Chronologiam, Jochebedam annos centum natus gignere potuiſſet Levi, (ætate minor quam Jacobus pater, quum ſuſcepit Benjaminem;) Jochebeda 85. annorum, quum Moſem peperit.

e Salian. an. Mund. 2452. n. 3.
f Bonfrer. in Exhod. 6. 20.

Tertium argumentum ſuppeditat ætatis Heſronis conſideratio, quem infantem cum Jacobo in Ægyptum fuiſſe deductum in capite X. oſtendemus: ille ſexagenarius duxit filiam Machiris filii Manaſſis, quæ Segubum illi peperit. (1. Chr. II. 21.) cujus filium Jairem, anno 40. poſt. exhodum, villas Baſhanis, & regionem occupaviſſe ex Moſe conſtat (Num XXXII. 41. Deuter. III. 14.) Unde conſequitur, ex noſtra etiam hypotheſi, quæ moram Iſraelitarum in Ægypto conſtituit, plures quam 404. eſſent illi adſcribendi.

Quartum argumentum ex genealogia ſeditioſorum, Coræ, Dathanis & Abirami eſt deſumptum: quorum avos cum Jacobo in Ægyptum deſcendiſſe, ex Geneſ. XLVI. 9. 11. liquet. Ut enim Cahath Levi filius de Amrano Moſem; ita & ex Izhare nepotem habuit contradictorem illius Coram; ſimilique modo, Rubenis filius Pallu ex Eliabo nepotes ſuſcepit Coræ ſatellites, Dathanem & Abiramum (Numer. XVI. 1. & XXVI. 8. 9.) Quæ unius tantum progeniei, inter deſcendentes in Ægyptum, & a terra in deſerto abſorptos, interpoſitio, manifeſtum facit moræ in Ægypto annos 430. tribui omnino non poſſe.

Quintum argumentum, a paraphraſtica verborum Moſis explicatione eſt petitum, quæ in Græcis Bibliis, Exhod. XII. 40. Ita ſeſe habet. Ἡ δὲ παροίκησις τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, ἣν παρῴκησαν ἐν γῇ Αἰγύπτῳ, καὶ ἐν γῇ Χαναὰν, αὐτοὶ καὶ οἱ πατέρες αὐτῶν, ἔτη τετρακόσια τριάκοντα. *Peregrinatio filiorum Iſrael, qua peregrinati ſunt in terra Ægypti, & in terra Chanaan, ipſi & patres eorum, anno* CCCCXXX. ubi illud, αὐτοὶ καὶ οἱ πατέρες αὐτῶν, *ipſi & patres eorum*, in Romano τῶν LXX. codice, (librarii vitio) deſideratur: quod tamen in Alexandrino noſtro (non minoris antiquitatis exemplare)

ut &

Digitized by Google

ut & in editione Complutenſi & Aldinâ, atque aliis omnibus (ex Romana non expreſſis) eodem hic modo legitur, quo ab Euſebio in Chronico, Quinto Julio Hilarione in libello de Mundi duratione, Auguſtino quæſt. 47. in Exodum, Sedulio in Galat. 3. & veterum aliis habetur etiam citatum. Sed & ipſis Apoſtolorum temporibus Doſitheus, alia Pentateuchi loca quam plurima, ſic & præſens hoc ex Græca editione ſimiliter interpolatum Samaritis ſuis tradidit. ומושב בני ישראל ואבות אשר ישבו בארץ כנען ובארץ מצרים שלשים שנה וארבע מאות שנה. *Peregrinatio autem filiorum Iſrael & patrum eorum, qua commorati ſunt in terra Chanaan & in terra Ægypti, fuit quadringentorum & triginta annorum.*

Ex his liquet, quantum [a] Nicolaus Abramus operam hic luſerit, dum ex illa unius Romani codicis ab aliis diſcrepantia *conjecturam propemodum certam duci poſſe* exiſtimat, non modo, αὐτοὶ καὶ οἱ πατέρες αὐτῶν, (quod ſolum, properantis librarii vitio, a Romano exemplari abeſſet) ſed etiam, καὶ ἐν τῇ Χαναὰν *aliud eſſe nihil quam gloſſema, quod initio margini adſcriptum, lapſu temporis in contextum irrepſerit; aut certe plagulam quamdam ex tranſlationibus aſſutam:* quod poſterius, non minus inani opera, ex Hieronymi in librum Paralypomenon præfatione adſtruere ille nititur: in qua, *Origenes* dicitur *in editione LXX. Interpretum Theodotionis editionem miſcuiſſe, aſteriſcis videlicet deſignans quæ minus fuerant, virgulis quæ ex ſuperfluo videbantur appoſita;* indeque, *in Eccleſiis legi quod* LXX. *neſcierunt:* quum ea, quæ ex Theodotione ſub aſteriſcis ab Origene fuerunt addita, in Hebræo textu reperta fuiſſe conſtet: ideoque ad illa, καὶ ἐν τῇ Χαναὰν, αὐτοὶ καὶ οἱ πατέρες αὐτῶν, ut in LXX. non in Hebræo exſtantia, obelum ſive virgulam ab eo fuiſſe appoſitam, dubitare non liceat. Neque quicquam nos lædit, quod ab eodem Abramo adjicitur; *illos ipſos, qui* LXX. *ſeniorum auctoritatem plenis buccis hic opponunt: antequam ad duodecimum Exodi caput pervenirent, jam vicies a Græcorum interpretum auctoritate diſceſſiſſe.* Non enim, ſi Græci interpretes, (quicumque illi fuerint,) quum textui originali aperte contradicunt, deſerendi ſunt; idcirco in Exodi XII. audiendi non ſunt, ubi eamdem fere Moſis ſententiam paraphraſi ſua exhibent, quam ceteri Hebræi (qui eorum interpretationem a textu originali diſſidentem nihili faciunt) ſunt amplexi.

[a] Ibid. cap. 7.

Sextum argumentum ab inſigni illo teſtimonio Beati Paulli, Galat. III. 17. eſt deſumptum. Τοῦτο δὲ λέγω, διαθήκην προκεκυρωμένην ὑπὸ τοῦ Θεοῦ εἰς Χριστὸν, ὁ μετὰ ἔτη τετρακόσια καὶ τριάκοντα γεγονὼς νόμος οὐκ ἀκυροῖ, εἰς τὸ καταργῆσαι τὴν ἐπαγγελίαν. *Hoc autem dico Pactionem a Deo prius ſancitam*, reſpicientem in *Chriſtum*, *quæ poſt quadringentos & triginta annos exſtitit, irritam non facit, ut evacuandam reddat illam promiſſionem.* ubi a promiſſione facta Abrahamo, de *benedicendis* in ipſo omnibus tribubus terræ, (Gen. XII. 3. *cum* Galat. III. 8, 14.) uſque ad legem datam poſt egreſſionem Iſraelitarum ex Ægypto menſe tertio, (Exod. XIX. 1. 16.) annos 430. Apoſtolus dinumerat. Unde ad anni Abrahami LXXVI. exordium, annotat Euſebius in Chronico. *Primus annus repromiſſionis Dei ad Abraham: a quo, uſque ad Moyſen, & egreſſum gentis Hebræorum ex Ægypto, ſupputantur anni* CCCCXXX. *quorum meminit Paulus.* Et cum eo Auguſtinus lib. 19. de Civitate Dei cap. 24. *Computantur ab anno ſeptuageſimo & quinto Abrahæ quando ad eum facta eſt prima promiſſio, uſque ad exitum Iſrael ex Ægypto, 430. anni; quorum Apoſtolus meminit*, & quæſt. 47. in Exod. *Ex illa vocatione qua vocatus eſt Abraham & credidit Deo, poſt 430. an. factam legem dicit Apoſtolus; non ex eo tempore, quo Jacob intravit in Ægyptum.*

Atqui, ſi Genebrard. hic audire volumus, nos in Paulli verbis illud (poſt) *non refertur ad promiſſionem Abrahæ, ſed ad legem quæ data eſt poſt 430. annos quam Hebræi venerant in Ægyptum, quaſi dicat Paullus: Lex quæ poſt 430. annos facta legitur, Exodi capite 12. Teſtamentum Dei, prius Abrahæ factum, non poteſt irritum facere.* Cui bene reſpondet, [b] Pererius, robur argumentationis Paullinæ pendere a tempore promiſſionis Abrahæ, non autem a tempore habitationis Hebræorum in Ægypto, cujus nempe nec ullam ibi ſignificationem facit Paullus; nec ea juvat conſilium & propoſitum Paulli. Sic enim illum argumentari. *Deus Abrahæ promiſit fore, ut in ſemine ejus, hoc eſt, in Chriſto benedicerentur omnes gentes; quæ promiſſio facta eſt 430. annis priuſquam daretur lex: nec lex tanto poſt data infirmare atque irritam facere potuit promiſſionem illam Dei. Ergo benedictio, & ſalus omnium gentium, non a lege, ſed a Chriſto ſperanda & petenda eſt.* Vide & Torniellum, ad annum Mundi 2329. num. 15.

[b] Perer. ut ſupr. num. 114.

At nihil prohibere hic objectat. [c] Nicolaus Abramus, *ut Paullum dicamus argumentari ad hominem, ut loquuntur, & ſcribentem ad Galatas, non ex ſua, ſed ex eorum ſententia, & ex* LXX. *Seniorum codicibus, prout uſu publico viritim terebantur, hunc annorum numerum protuliſſe.* Sed ſi revera credidit Nicol. gloſſema illud, de quo dixerat, Apoſtolorum tempore in editione LXX. Seniorum fuiſſe receptum: qua rationis ſpecie ſuſpicari potuit, ex Theodotionis interpretatione illud ab Origene ipſorum editioni fuiſſe aſſutum, quum eorum utrumque poſt Apoſtolorum tempora vixiſſe nemo neſciat. Et ſi Paullus crediderit cum Nicolao, inter Promiſſionem & legem, 645. annorum ſpatium interceſſiſſe; nulla ſecundum hominem argumentandi ratio requirebat, ut minorem ille numerum exprimeret: quum vi argumenti ipſius nihil decederet, ſi *multis annis* ante legem promulgatam, Abrahamo promiſſionem fuiſſe factam, indefinite pronuntiaſſet.

[c] Abram. ut ſupr. cap. 15.

Itaque huic refugio non ſatis confiſus Jeſuita, ad alterum hoc recurrendum ſibi putavit [d] *Non ait Apoſtolus annis 430. poſt promiſſiones dictas Abrahamo, latam eſſe legem, ſed poſt teſtamentum confirmatum a Deo. Confirmari porro dicitur non cum primis veluti lineis informatur, promittitur, aut etiam primo conditur; ſed cum informatum & conditum antea fuerat, iterata teſtatoris voluntate renovatur.* Poſtremam vero teſtamenti confirmationem, quæ, priuſquam Deus Moſi loqueretur, narratur facta Patriarchis, eam promiſſionem fuiſſe affirmat, quæ Jacobo in Ægyptum profecturo, Geneſ. XLVI. 4. hiſce verbis facta fuiſſe legitur. *Ego deſcendam tecum, & inde adducam te huc revertentem.* Quum, ſimul cum illa quæ immediate præceſſerat, *In gentem magnam ponam te.* Ibi Regnerus Barelius, vel quicumque fuit auctor Problematum Harmoniæ Chronologicæ in Geneſim, Diſſertatione 4. num. 21. & 25. affirmat eſſe *omnium Promiſſionum tribus Patriarchis factarum complementum: & quicquid priores omnes ſigillatim, id hanc ſimul uno complexu conjunctim comprehendiſſe.* Cui aliud nihil opponere hic fuerit opus, quam quod ab ipſo Nicolao Abramo poſtea habetur objectum. [e] Loquitur enim Apoſtolus (ut ille bene obſervat) non de qualibet promiſſione, ſed de promiſſione quæ in omnes gentes redundarit: *ut in Gentibus benedictio Abrahæ fieret in Chriſto Jeſu; ut pollicitationem Spiritus accipiamus per fidem.* (Galat. III. 14.) quum in pollicitationibus Jacobo in Ægyptum cum tota familia migranti factis, ne verbum quidem appareat, quod ſecundum litteram videri poſſit ad vocationem & benedictionem omnium gentium pertinere.

[d] Ibid. cap. 16.

[e] Ibid. cap. 16.

Recte igitur omnino ſtatuit Dionyſius Petavius; [f] *Paullum manifeſte de prima illa ἐπαγγελίᾳ loqui, quæ anno Abrahami LXXV. facta eſt: quæ & apud Patres, &*

[f] Petav. de Doctr. temp. lib. 9. cap. 20.

Chronologos celeberrima eſt; uti ex Euſebii Chronico li-quet, qui ab ea ſæpius titulum ducit annorum. Cujus ſententiam ita hic oppugnat [a] Nicolaus noſter, ut falſa nixus hypotheſi, in ipſum Apoſtolum cudat hanc fabam. quem, argumenti ſui vim, in longinquitate temporis inter confirmatum a Deo teſtamentum legemque latam intercepti ponentem, *loqui debuiſſe ait, non de prima illa promiſſione, ſed de poſtrema & noviſſima, conditione ſive confirmatione teſtamenti. Alioquin,* [inquit] *parum ſolide & ſophiſtice procederet, peſſime ratiocinaretur, & ne ſecundum hominem quidem, id eſt humano more loqueretur. Teſtamentum enim ab ea teſtatoria voluntate vim habet, quæ poſtrema innotuit, unde & ſuprema voluntas dicitur: & quidem inter homines, ut notat Apoſtolus, ad Hebr. IX. 16. teſtamentum in mortuis confirmatum eſt. alioquin non valet dum vivit qui teſtatus eſt.* Quaſi vero διαθήκης vocabulum, quod a vulgato Latino interprete *Teſtamentum* reddi ſolet, ſupremam teſtatoris voluntatem ſemper denotaret; & non frequentiori uſu ברית Hebraico reſponderet, quod LXX. (quorum loquendi genere uti ſolent Apoſtoli) διαθήκην, Aquila vero & Symmachus συνθήκην, id eſt, *pactum* interpretati ſunt. Et in loco quidem ad Hebræos, ubi de Chriſto, ſua morte novum fœdus nobis ſanciente, agitur, reſtrictior illa vocis ſignificatio locum habet: ſed Generalior illa altera in præſenti ad Galatas loco, ubi de Dei Patris promiſſione agitur, in quo primæ & ſupremæ voluntatis nullum admitti poteſt diſcrimen. Per διαθήκην igitur προκεκυρωμένην ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, nihil aliud intellexit Apoſtolus, quam pactum illud gratuitum quod cum Abrahamo Deus primum iniit, atque ineundo ſancivit, ratumque & authenticum effecit; ſubſequentibus ejuſdem repetitionibus nihil amplioris auctoritatis primævæ promiſſioni adjicientibus.

[a] Abram. ut ſupra cap. 16.

Sed objicit rurſum Nicolaus, Apoſtolum *aperte teſtamenti confirmationem ab illa prima promiſſione diſcriminare: nam ſi idem eſt confirmatum teſtamentum quod promiſſio, ridicula erit,* [inquit ille] *inepta, & putide redundans oratio. Quis enim niſi plane balbutiens ita loqueretur? Lex non irritum facit teſtamentum confirmatum a Deo, ad irritandum teſtamentum a Deo confirmatum; vel, Lex non evacuat promiſſionem, ad evacuandam promiſſionem.* Et iſtas ſane Nicolai locutiones, eadem iiſdem verbis pluſquam putide iterantes, plane nugatorias eſſe facile concedimus: cum in eo quo utitur Apoſtolus loquendi modo, poſterius membrum prioris explicationem contineat; & ſimplicem Dei promiſſionem, pro pactione ſatis in ſe Authentica habendam eſſe, nos edoceat.

Loco Exodi, cujus genuinam explicationem hactenus tutati ſumus, affinis eſt prædictio illa Abrahamo a Deo facta, Geneſ. XV. 13. Act. VII. 6. *Scito prænoſcens quod peregrinum futurum ſit ſemen tuum in terra non ſua, & ſubjicient eos ſervituti & affligent eos quadringentis annis.* Ubi per *terram non ſuam* Genebrardus *Ægyptum* intelligit, in qua Abrahami poſteros peregrinatos fuiſſe per annos 430. exiſtimat; rotunda 400. annorum ſumma, (fractis numeris prætermiſſis,) hic expreſſos. Senſit idem & Stapletonus: de quo, in commentariis ad dictum Actorum locum, Johannes Lorinus. *Gravius hallucinatur quam ceteri Stapletonus, in Antidotis ad hunc locum Actuum, volens totos quadringentos annos conſumptos eſſe in Ægyptiaca habitatione, atque etiam afflictione. Non fuit opus valentibus antidoto, aut ſi quo modo hac in re male Heretici valerent, non laborarent morbo hæreſis: cum citra Fidei periculum hujuſmodi res varie a Catholicis diſcutiantur.* [b] Alphonſus Cumiranus (ab eodem Lorino ibidem productus) adhuc ineptius, annos quidem 430. a promiſſione Abrahamo facta accepit, 400. vero ab ingreſſu Jacobi in Ægyptum; quem tamen 115. annis ipſa morte Abrahami poſteriorem fuiſſe conſtat. Auctor Problematum Harmoniæ Chronologicæ, in Diſſertatione illa 4. num. 3. Iſraelitarum commorationi in terra Ægypti annos 430. cum Genebrardo & Stapletono tribuens, 400. duriſſimæ ſervitutis & afflictionis eorum annos a morte Levi, (Exod. VI. 16.) inchoat, & ad tempus quo deletis ſeptem Gentibus plenarie terram Chananis hæreditate illi poſſederunt, extendit.

[b] Cumiran. tom. 2. conſil. 22.

Sed longe major & ſanior Chronologorum pars, per *terram non ſuam* tum Chananæam tum Ægyptum hic deſignari aſſerit: & 400. hoſce annos a primis Iſaaci annis incipit, in quo benedictum Abrahami *ſemen* vocari cœptum eſt. Geneſ. XXI. 12. Rom. IX. 7. Hebr. XI. 20.) ita ut intra illud ſpatium totius etiam peregrinationis, non ſervitutis tantum & afflictionis (quæ in extremis illius annis contigit) tempus complectatur. In his enim verbis, ut tum „ ab aliis, tum a Pererio eſt obſervatum, tria [c] „ continentur, quorum unum eſt *peregrinatio* ſeminis Abrahæ in terra non ſua, alterum *ſervitus*, „ tertium *afflictio*. Tempus itaque illorum 400. annorum non competit in quodlibet illorum trium „ disjuncte ac ſeparatim, ſed in tria illa conjuncte; „ quod illa tria eventura eſſent & complenda intra „ ſpatium 400. annorum. Ergo ſenſus illorum verborum Domini ad Abraham, hic eſt. Semen tuum, „ priuſquam veniat ad poſſidendum terram Chanaam, „ tibi & illi promiſſam, tranſiget 400. annos: in „ quo temporis ſpatio, & peregrinabitur in terra „ aliena; & aliquandiu etiam dura ſervitute affligetur.

[c] Perer. in Exod. cap. 1. diſput. 6. num. 29.

Quod vero hic Abrahami ſemen peregrinaturum fuiſſe dicitur בארץ לא להם *in terra non ſibi* vel *ſua*, (ut in editione vulgata Latina rectiſſime eſt expreſſum) id de *terra non ipſis debita, non promiſſa, non deſtinata*, accipi dum vult Nicolaus Abrahamus; ne *Chananæa* ſub ea comprehendi poſſe putetur, quum ſimpliciſſimo ac maxime germano ſenſu in vulgata Græca Moſis verſione, *in terra non propria*; ἐν γῇ οὐκ ἰδίᾳ, in novo Teſtam. Act. VII. 6. ἐν γῇ ἀλλοτρίᾳ *in terra aliena*, illud habeatur expoſitum. Ubi in primis obſervandum recte notavit Euſtathius, ὅτι οὐκ εἶπεν ἐν Αἰγύπτῳ ἀλλ' ἐν γῇ ἀλλοτρίᾳ πάροικον ἔσται τὸ σπέρμα τοῦ Ἀβραάμ, *quod non dixerit in Ægypto, ſed in terra aliena peregrinum erit ſemen Abrahæ.* Ἀλλοτρία δὲ ὑπῆρχε ἡ Χαναναία γῆ, ἣν παρῴκησεν ὁ Ἰσαὰκ σπέρμα τοῦ Ἀβραάμ. *Aliena autem fuit terra Chanaan; quam incolebat Iſaac ſemen Abrahæ.*

ut ſupr. cap. 12.

V. Oecomen. in Act. 7. 6. & Caten. Græc. in Geneſ. 15.

At Nicolaus contra hic objicit: *cum Deus poſteris Abrahami terram Chanaan promiſiſſet, jamque illi, ſi nondum jus in re, ut loquuntur, ſaltem jus ad rem ſuo tempore poſſidendam haberent; terram Chanaan magis eorum dici potuiſſe, quam non eorum*, verbiſque illis Dei ad Jacobum, *Geneſ. XXXI. 3. Revertere in terram patrum tuorum*, rem totam confectam putat: concluſione hac inde deducta Chronologis inſultans. *Igitur Dei Judicio terra Chanaan Abrahæ & ſeminis ejus fuit; Chronologorum interpretatione non fuit.* Verum mentem ſuam ſatis explicavit idem ipſe Deus quum patribus illis daturum ſe dixit *terram Chanaanis, terram peregrinationum ipſorum, in qua peregrinabantur.* (Exod. VI. 4.) Quomodo & Iſaac filio Jacobo optavit, *ut hæreditario jure poſſideret terram peregrinationum ſuarum quam Deus dedit Abrahamo.* (Geneſ. XXVIII. 4.) Similiterque de Jacobo & Eſavo legimus, quum utrumque ob armentorum multitudinem *terra peregrinationum ipſorum*, capere non poſſet, Eſavum quidem (ſive Edomum) cum tota ſua familia in monte Seir habitaviſſe, quæ regio deinceps *terra poſſeſſionis* Edomæorum fuerit habita; Jacobum

cobum vero habitaviſſe *in terra peregrinationis patris ſui, in terra Chanaan*. [Gen. XXXVI. 7, 8, 43. & XXXVII. 1.] quæ in Chananæorum reſpectu poſſeſſionis & κλήρου, ita & Jacobi [Geneſ. XXX. 25.] & reliquorum *Hebræorum* terra fuit, [Geneſ. XL. 15.] reſpectu incolatus & παροικίας. Quamobrem & Apoſtolus in Hebr. XI. 8. ſcribens. Πίστει καλούμενος Ἀβραὰμ ὑπήκουσεν ἐξελθεῖν εἰς τὸν τόπον ὃν ἤμελλε λαμβάνειν εἰς κληρονομίαν. *Per fidem vocatus Abraham auſcultavit, ut exiret ad locum illum quem accepturus erat in hæreditatem:* cum illo tamen *jure ad rem ſuo tempore poſſidendam*, conſiſtere potuiſſe præſentem *peregrinationem in terra aliena*, ſtatim oſtendit; in verſu proxime ſequente de eodem ſubjiciens. πίστει παρῴκησεν εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας ὡς ἀλλοτρίαν, ἐν σκηναῖς κατοικήσας μετὰ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ τῶν συγκληρονόμων τῆς ἐπαγγελίας τῆς αὐτῆς. *Per fidem peregrinatus eſt in terra promiſſionis ut aliena, in tabernaculis habitans cum Iſaac & Jacob coheredibus ejuſdem promiſſionis*. Ut dubitare nemini jam liceat, Iſaac, & ejus poſteris in Chananæa commorantibus, divini illa verba oraculi Abrahamo facti, cnnvenire poſſe: ὅτι ἔσται τὸ σπέρμα αὐτοῦ πάροικον ἐν γῇ ἀλλοτρίᾳ. *Quod ſemen illius peregrinum futurum eſſet in terra aliena*.

Sed & hoc præterea a Nicolao objicitur. *De illa terra loquitur dumtaxat Deus, de qua poſt ſervitutem egreſſi ſunt cum magna ſubſtantia*. Nos vero ut ex Ægypto, nnn e Chananæa, ita eos fuiſſe egreſſos, facile concedimus: ita quod pro confeſſo hic ab eo ſumitur, de illa terra *dumtaxat* loqui Deum, unde illi ita ſunt egreſſi, plane pernegamus. Quod in Chananæam deinde illi tendebant, ex illis oraculi verbis probat. *Generatione autem quarta revertentur* HUC: concluditque, *ut egreſſum ab ingreſſu, profectionem a reditu, ſic Ægyptum* [*non eorum terram*] *a Chananæa* [*eorum terra*] *diſtingui*. Atqui ſtatus *peregrinationis* ſeminis Abrahæ hic prædictus, a ſtatu *ſervitutis & afflictionis* diſtinguendus primum fuerat, & prior ad Chananæam æque ac Ægyptum, poſterior ad ſolam Ægypti terram referendus. Licet enim in poſterinre hoc ſtatu, *egreſſum ab ingreſſu, profectionem a reditu, Ægyptum a Chananæa*, diſtinguendam eſſe libenter agnoſcamus: nihil tamen id obſtat quo minus in priore, ſeminis *peregrinationi in terra non ſua* Chananæam & Ægyptum conjunctim aſſignare valeamus.

Ad Achioris denique Ammonitæ verba, de Hebræis in Ægypto per annos 400. tantopere multiplicatis, quæ ex libri Judithæ capite V. 9. tam multis
a Ibid. cap. 20. ab a eo urgentur, breviter reſpondemus: in Græco non haberi, & a Chaldaico editore, ex loco Geneſ. XV. minus attente conſiderato, fuiſſe adjecta; eodem modo quo a Joſepho, libro ſecundo Antiquit. cap. 5. iidem 400. annorum ſpatio vexati fuiſſe dicuntur, quos tamen in proxime inſequente capitulo 215. tantum annorum moram ibi feciſſe, idem ipſe comperit. Vide apud Torniellum plura, ad annum Mundi 2329. num. 17.

Et hactenus quidem Nicolaus pro Genebrardo ſuo
b Ibid. c. 24. & 3. ſequent. ſtrenue depugnavit: ſed tandem illum b deſerens, ad Thaddæi Duni caſtra tranſit, qui 400. annorum initium non a deſcenſu Jacobi, ſed a venditione & ab-
Deinde Peregrinat. Iſrael. in Ægypto, grad. 21. ductione Joſephi in Ægyptum, deducit: quo tempore promiſſionem illam Geneſ. XXXV. 11, 12. uterque, Jacobo factam fuiſſe affirmat; & conſummatam fuiſſe promiſſionis confirmationem, a Paulo commemoratam exiſtimat. *Ego ſum Deus omnipotens: Creſce & multiplicare? Gens & cœtus gentium erit ex te: & reges e lumbis tuis egredientur. Et terram quam dedi Abrahamo & Iſaaco, tibi dabo eam: & ſemini tuo poſt te dabo terram hanc*. Verum hanc promiſſionem ante nativitatem Benjaminis dictam fuiſſe conſtat: quam ipſam aliquot annis venditione Joſephi fuiſſe priorem, in capite X. poſtea videbimus. Et ſi eo quo illi volunt tempore dicta ei fuiſſet; ad locum tamen Apoſtoli nihil omnino facerent, quæ de promiſſione, non Jacobo, ſed *Abrahamo* edita, locutum fuiſſe conſtat. Tichonius Donatiſta, in Regula quinta, annorum illorum 430. exordium a *regno* (ut ille appellat) ſive proregia dignitate Joſephi arceſſit: cujus annis 80. exactis, ſervitutem & afflictionem Iſraalitarum cœpiſſe putat, & per 350. annos duraviſſe; quos Deus (Geneſ. XV. 13.) ſynecdochice 400. dixerit. Sed quia tam hæc quam Thaddæi Duni opinio, iiſdem quibus illa Genebrardi refellitur argumentis; ulteriore utriuſque examine Lectorem fatigare noluimus.

CAP. IX.

De duplice Abrahami vocatione, ex Ure Chaldæorum & Charane, & temporis ſpatio inter utramque interpoſito. A poſteriore incipiendos eſſe annos 430. peregrinationis Hebræorum, quum, 75. fuiſſet ille annorum; non quum aut 70. aut etiam 76. 85. 99. vel 100.

NON ab Iſraelis & totius familiæ ſuæ deſcenſione in Ægyptum, multoque minus a Joſephi vel venditione vel ſublimatione, ſed a patris Abrahami & ſuorum peregrinatione in terra Chanaanitide, 430. Iſraeliticæ peregrinationis annos fuiſſe deducendos, in præcedente capite eſt oſtenſum. Cum iis nobis nunc agendum eſt, qui ſub Abrahamo quidem epocham hanc conſtituendam eſſe agnoſcunt; ſed vel ante ejus e Charane in Chanaan profectionem, vel poſt eam alio quam nobis conſtitutum eſt tempore, figendam eam eſſe ſtatuerunt.

Priorem ſententiam amplexus eſt quintus Julius Hilarion: in libello de Mundi duratione, ita hac de re ſcribens. *Abraham annorum LXX. de terra ſua profectus eſt in Charam. A peregrinatione Abrahæ uſque ad profectionem Iſrael ex Ægypto ad eremum, anni ſunt* CCCCXXX. quos & in ipſa Ægypto annos CCX. egiſſe, poſtea adjicit. Eadem eſt & Hebræorum ſententia, in Seder Olam Rabba, cap. 1. & 3. Mechilta Rabbah, *El Pharao*, Schemoth Rabbah, & Tanchuma, Schemoth, Chaldaica paraphraſi Jonathanis in Exod. XII. 40. (quemadmodum a R. Azaria in *Meor enajim* habetur annotatum:) ut & in Cabbala hiſtorica R. Abrahæ, & vulgari Judæorum Computo. Eamdemque ex recentioribus ſecuti ſimul Cajetanus, Naclantus, Genebrardus, Arias Montanus, Bonfrerius, Bibliander, Beza, Tremellius, Vignerius, Temporarius, Cappellus, Lydiatus, Lansbergius, Pavvellus & alii. In ea vero aſſerenda præcipuam poſuerunt operam, Thomas Pius in *Clepſydra* ſua Anglice conſcripta, & Henricus Harvillæus ſub finem ſect. 43. tertiæ temporis Periodi; quorum prior, probationes a ſe productas, & *matutino Solis jubare clariores, & quam ut ab hominum vel auctoritate vel argumentis infringi poſſint validiores* eſſe opinatur: poſterior, multo modeſtius, *ceteris ſententiis probabiliorem* hanc eſſe concludit.

Ad iſta diſcernenda, primo, cum c Chryſoſtomo, c Chryſoſt. in Geneſ. homil. 30.
d Abulenſi, & aliis, notandum eſt, Abrahami in d Toſtat. in Geneſ. 12. quæſt. 9. 12. & 18.
Scriptura vocationem haberi geminam: unam Ure Chaldæorum, patre adhuc vivente; (Geneſ. XV. 7. Joſu. XXIV. 2. 3. Nehem. IX. 7. Act. VII. 2. 3. 4.) alteram Charane, poſt Tharæ patris exceſſum, factam. (Geneſ. XII. 1, 4. Act. VII. 4.) Priori vocationi obtemperaviſſe Abrahamum, illis verbis Act. VII. 4. docet protomartyr Stephanus: *Tunc egreſſus ille eſt ex terra Chaldæorum*. Poſteriori, Geneſ. XII. 4. Moſes. *Egreſſus eſt itaque Abram ſicut præceperat illi Dominus, & fuit cum eo Lot: & ſeptuaginta quinque annorum erat Abram quum egrederetur Charane*. Conrado enim Pawello neminem hic aſſenſurum exiſtimo: qui in quarto ſuo Scopulo, (in quem, cum aliis

nautis

nautis Tremellium etiam & Junium impegiſſe ſcribit; quos cum ipſo tamen conſtat, primam Evangelii promiſſionem Abrahamo factam, non 75. ſed 70. ejus ætatis anno attribuiſſe.) duo hujus verſiculi membra ita a ſe invicem divellit, ut prius ad primam Abrahami ex Ure Chaldæorum, poſterius ad ſecundam ejuſdem ex Charane profectionem referat; quam diverſam profectionem a priore eſſe, particula adverſativa *Autem* [quæ in textu tamen originali completivam, *Et*, ſibi habet reſpondentem] deſignare autumat. In priore vocatione Thara, qui a Chaldæis ſeductus idolorum cultui ſe ſe mancipaverat, (Joſu. XXIV. 2.) intellecta (ex filio) Dei voluntate,

a V Torniel. anno Mundi 2113. n. 2. a ab idololatria reſipiſcens, itineris ducem ſe ſe præbuit: aſſumptoque ſecum filio Abrahamo, Loto, & nuru Sara, Ure Chaldæorum eum iis egreſſus eſt, ad proficiſcendum in terrem Chanaanis. (Geneſ. XI. 31.) nam, *quia ipſe erat paterfamilia, ideo migrationis negotium illi adſcribitur, non filiosfamilias:* ut recte in Elencho Pareano ſcripſit Scaliger. In poſterieore vero, patrefamilias Charane jam mortuo, ipſe Abrahamus Saram & Lotum aſſumpſiſſe, & cum iis recta in terram Chanaanis abiiſſe, dicitur, Gen. XXII. 5.

Obſervandum ſecundo eſt: in utraque vocatione, indefinite a Deo iter ſuſcipiendum præcipi: ad terram quam ipſe eſſet oſtenſurus: (Act. VII. 3. & Geneſ. XII. 1.) & tamen tum in prioris executione a Thara, (Geneſ. XI. 31.) tum in poſterioris ab Abrahamo, Geneſ. XII. 5.) in *Chananæam* profectionem memorari inſtitutam: quod varii interpretes varie cum verbis illis Apoſtoli conciliare nituntur, Hebr. XI. 8. *Per fidem vocatus Abraham auſcultavit, ut abiret in locum quem accepturus erat in hæreditatem & exivit, neſciens quo eſſet venturus.* Nam ut præteream quæ hac de re habet Laurentius Codomannus, in Chronologiæ ſuæ

b Abram. in Pharo veter. Teſtam. lib. 7. cap. 21. lib. 1. capite 3. b Nicolaus Abramus in verbis illis Geneſ. XI. 31. *Tulit itaque Thara filium ſuum, & Lot filium Haran filium filii ſui, & Sarai nurum ſuam; & eduxit eos de Ur Chaldæorum*, ut irent in *terram Chanaan: veneruntque uſque Charan, & habitaverunt ibi.*: Particulam (*ut*) non cauſſam &
„ intentionem, ſed dumtaxat eventum rei denota-
„ re affirmat, perinde atque ſi diceret; *Eduxit eos*
„ *de Ur Chaldæorum*, quo factum eſt *ut in terram*
„ *Chanaan pervenirent*. In Charane vero Abraha-
„ mum, qui jam ante (quamvis neſciens quo iret,
„ ſed Deo ſimpliciter obtemperans) a Chaldæa di-
„ ſceſſerat, iterato divinæ vocis oraculo, monſtra-
„ taque ſibi terra Chanaan, in eam profectum fu-
„ iſſe dicit, divinis ſibi promiſſionibus deſtinatam.

Ita ille: non obſervans, in ſecunda quoque illa vocatione indefinite dixiſſe Deum, *Veni in terram quam monſtrabo tibi;* (Gen. XII. 1.) neque uſpiam ſignificaviſſe Moſem, magis in Charane monſtratam Abrahamo fuiſſe terram *Chanaan*, quam in Ure Chaldæorum. Ideoque, quum de Abrahamo Charane exeunte dicitur, Geneſ. XII. 5. (*Tulitque Sarai uxorem ſuam, & Lot filium fratris ſui, univerſamque ſubſtantiam quam poſſederant, & animas quas fecerant in Charan: & egreſſi ſunt, ut irent in terram Chanaan*) in hoc quoque loco, particula [*ut*] non intentionem, ſed rei eventum denotatum dicere potuiſſet: & eo quidem in hoc, quam in altero illo rectius, quod in hoc intentioni eventus plane reſponderit, in illo non item; quum ductor itineris Thara, Charane mortuus, in Chananæam numquam pervenerit. Itaque multo

c Torniel. an Mund. 2113. n. 3. rectior eſt illa c Tornielli explicatio, ad utramque vocationem ſe extendens; *bene fieri potuiſſe, quod Abram quando exivit, ſciret Deum velle ut ipſe iret in terram Chanaan; ſed neſciret num vellet ipſum ibi requieſcere, an etiam ultra ad remotiorem aliquam regionem progredi, ac propterea veniſſe illum in Charan, non animo ibidem ſiſtendi, ſed tranſeundi verſus terram Chanaan, certo credentem, quod ibi Dominus monſtraturus eſſet terram, ad quam pergeret, & in qua morari deberet: quemadmodum mox revera factum fuit; quum enim Sichemum in terra Chananæa veniſſet, audivit a Domino: Semini tuo dabo terram hanc.* Gen. XII. 7.

Tertio deinde loco eſt obſervandum; in poſteriore iſta migratione ſpeciatim Moſem ſignificaſſe, fuiſſe *Abrahamum* LXXV. *annorum* quum proficiſceretur Charane: (Geneſ. XII. 4.) addidiſſe poſtea, traditam fuiſſe Abrahamo Hagaram ancillam, exactis *decem annis ex quo habitabat in terra Chanaanis.* (Geneſ. XVI. 3.) Quod non ob alium finem ab eo factum credere par eſt, quam ut a migratione Abrahami in Chananæam, initium 430. annorum peregrinationis Iſraelitarum, qui habitaverunt in Ægypto, arceſſendum indicaret: quam & Græci idcirco (loci illius Exod. XII. 40.) paraphraſtæ, ἐν γῇ Αἰγύπτῳ καὶ ἐν γῇ Χαναάν, *in terra Ægypti, & in terra Chanaan*, peractam fuiſſe memorant: quum migrationi ex Ure Chaldæorum nulla temporis nota habeatur appoſita. *De ætate enim Abrahæ tempore iſtius vocationis*, (inquit Abulenſis) *nihil ponit ſacra Scriptura, neque ex aliquo loco determinate colligere poſſumus.*

Conſiderandum quoque *quarto* & illud eſt; quum eo animo Urem Chaldæorum reliquerit Thara, ut in terram Chananæam progrederetur, (Gen. XI. 31.) & Charane ſubſiſtens morte ſublatus fuerit, poſt quam Abrahamus iterum a Deo monitus recta inde in Chananæam perrexerit: an non ipſa hujus hiſtoriæ ſeries poſtulet, ut ſtatuamus ſenem 205. ætatis annum jam agentem, morbo detentum in Charane moram feciſſe, indeque vita illius ibidem finita, filium Abrahamum iter in Chananæam cœptum abſolviſſe; ita ut in unum & eumdem annum Abrahami 75. & gemina ipſius vocatio, & inter utramque interjecta mors patris incideret, atque ab ineunte demum anno illius 76. tempus peregrinationis ipſius in terra Chanaanis initium ceperit. Quid enim, præter morbum & corporis infirmitatem, Tharam (quem erga Deum pietas, patrium ſolum & proprios lares relinquere coegerat) ab incepto itinere peragendo detinere poterat? aut quid præter pietatem erga moribundum parentem (qui religionis cauſſa, peregrinationis hujus & comitem & ducem illi ſe adjunxerat) Abrahamum, cujus tam prompta in divina vocatione ſequenda tantopere laudatur obedientia, impedire poterat, quo minus recta in Chananæam pergeret? Nam de *Thara*, quod vel loci amœnitate captus, (ut Aben Ezra,) vel in veterem idololatriam relapſus (ut alii ſentiunt) in Charane ille manſerit, *Vide ſupra cap. 7.* neque filium ſequi voluerit, quis perſuaderi ſibi patiatur? Neque omnino ſatisfacit, quod de *Abrahamo* ab Harvillæo hic obtenditur: *ſi prompta* illius *obedientia non obſtitit, quin patri ſuo & aliis parentibus comes eſſet, nec in Chanaan recta prorſus iret; ita neque obſtare debuiſſe, quin jam extra Chaldæam egreſſus, cum eodem patre moribundo aliquot annis habitaret.* Quaſi eodem hic recideret, patrem habere comitem, vel morbo in itinere implicitum per unam hyemem (quæ ipſa quoque anni tempeſtas grandævo ſeni, etiamſi ſanus fuiſſet, ad iter faciendum per ſe fuiſſet incommoda) non deſerere; & per aliquot annorum ſpatium moram cum eo facere: aut quaſi perinde eſſet, utrum per aliquot menſes, an per integrum quinquennium, Tharam *moribundum* fuiſſe exiſtimaremus.

Sed monet ille hic *advertendum primo, præceptum Dei fuiſſe magis de exeundo ex Chaldæa, quam de recta eundo in aliquam promiſſam terram;* atque ad id probandum, Paulli illum locum producit, Hebr. XI. 8.

xi. 8. *Fide qui vocatur Abraham obedivit in locum exire, quem accepturus erat in hæreditatem; & exiit neſciens quo iret.* Deinde & illud *advertendum* eſse ait; *ex Judith. V. 9. haberi præceptum æque, ut habitaret in Charan, ac ut exiret de Chaldæa Reſp.* Ad 1. Præceptum Dei non magis fuit de exeundo ex Ure Chaldæorum, quam de eundo *in terram quam ipſe ei eſſet monſtraturus* [Act. vii. 3.] non illam utique per quam eſset ille tranſiturus, ſed in qua ex Dei voluntate eſſet permanſurus, & quam ſuo tempore poſteri ipſius jure hæreditario eſsent poſseſsuri. Quam *Chananæam* fuiſse [licet profectionem eo dirigeret, (Geneſ. xi. 31.) dum eſset in itinere,] plane neſcivit: quemadmodum in Obſervatione 2. ex Torniello jam eſt dictum. Ad 2. in libro Judithæ recenſentur tantum verba Achjoris ducis Ammonitarum: qui, quid Abrahamo Deus de habitando in Charan præceperit, non magis cognovit, quam ipſe Harvillæus, quem hic potiſſimum verborum Apoſtoli, [Hebr. xi. 8. de Abrahamo, quum *exiret, neſciente quo iret,*] meminiſse oportebat; eorumque cum Achjoris effatis illis, de migratione ex Chaldæa in Charanem, atque inde in Chananæam expreſse a Deo mandata, conciliationem aliquam excogitare. In cujus oratione & illud notari poteſt; Dei *præceptum* de habitatione in Charan, in editione tantum vulgata Latina haberi, quam ex Chaldæo convertit Hieronymus; [ubi etiam aliqua poteſt eſse ſuſpicio, ut poſtea indicabitur, *Charan* pro *Chanaan* eſse ſuppoſitam] in Græco vero legi, Καὶ ἔφυγον εἰς Μεσοποταμίαν, καὶ παρῴκησαν ἐκεῖ ἡμέρας πολλάς. *Et fugerunt in Meſopotamiam & habitaverunt,* vel peregrinati ſunt *ibi dies multos.* Quæ ipſa etiam verba a [a] Petavio, Harvillæo, & Bonfrerio (in Geneſ. xv. 13.) ad diuturniorem Abrahami in Charane moram confirmandam, adducuntur: quam & aliis argumentis illi fruſtra adſtruere nituntur; quorum iſta ſunt præcipua.

[a] Petav. de Doctr. Tempor. lib. 9. cap. 18.

I. Stephanus dicit Abrahamum κατῴκησεν ἐν Χαῤῥάν, *habitaviſſe in Charan.* (Act. vii. 4.) *quod vocabulum, haud adeo breve fuiſſe intervallum, arguit:* (inquit Petavius & Harvillæus.) *Sane improbabile eſt, per verbum* habitandi, *non denotari niſi aliquam & modicam partem anni:* probabile *potius denotari plures annos.* Similiter & Bonfrerius, ex Geneſ. cap. xi. verſu penultimo, Abrahamum cum patre aliquot annis manſiſse colligit; quod dicti illi fuerint *ibi habitaſſe, hoc eſt firmum ibi domicilium collocaſſe. quod de eo dici non poteſt, qui paullo poſt ulterius progreſſus eſt, animumque retinet mox obeundi. Reſp.* Ponamus, Tharam & Abrahamum Ure Chaldæorum diſceſſiſſe, ſequente hyeme Tharam infirmitate Charane detentum fuiſse, eoque demum ibidem vita functo, ſub initium veris Abrahamum Charanem reliquiſse: ſatis Abrahamo relinquitur ſpatii, ut in Charane *habitaviſſe* dici poſſit. Qui enim ad ſex tantum menſes domum conduxit, licet minori tempore, *non minus* tamen *habitaviſſe* dicitur, quam qui per ſex annos habitationem in ea continuaverit. cujuſmodi brevior illa fuit Jacobi in Bethele habitatio: (Geneſ. XXV. 1. 16.) (quam ſex menſium fuiſse ſtatuunt Hebræi in Seder Olam Rabba, cap. 2.) & Thamaræ viduæ in *domo patris ſui.* (Geneſ. XXXVIII. 11.) Ipſeque demum in *Numerorum* cap. XIV. 25. ſcribens Bonfrerius, ultro agnoſcit, *etiam apud Latinos eſſe in uſu, ut habitare dicatur quis, qui in aliquo loco eſt, & ad aliquod tempus ibi ſtatuit commorari; multo vero magis vocem Hebræam* ישב *& Chaldæam* יתיב, *quæ non tantum ſignificat habitare & commorari, ſed etiam ſedere: ut breviſſimi temporis commoratio, abſque animo etiam moræ longioris, ſufficiat ut quis dicatur* יושב *habitans, vel locum aliquem inſidens.*

II. Geneſ. XII. 5. Abrahamus in digreſſu cum fortunis omnibus ſuis, etiam *animas, quas fecerat in Charan,* tranſtuliſſe dicitur in Chananæam: quibus verbis mancipia ſignificantur, & pecora vel jumenta, quibus dum Charris habitaret, aucta ipſius bona fuerant. Proinde *ibidem aliquandiu conſediſſe:* Neque potuiſſe dici, *ibi ad pauculos dies, vel etiam menſes conſtitiſſe,* concludit hinc Bonfrerius. Direre enim animas illas, vel conceptas fuiſſe in Ur Chaldæorum, & enatas in Charan, ac tandem translatas in Chanaan; vel conceptas & enatas fuiſſe in Charan, & deinde translatas in Chanaan, hæcque intra unum eumdemque annum, omnino eſt improbabile: inquit Harvillæus. qui & reliquas illas facultates, אשר רכשו quas Abrahamus & Lotus, aut eorum etiam domeſtici ſibi compararunt, ad opes ab eis in Charane congeſtas trahit. In his autem congerendis, neceſſe eſſe ait conſumptos fuiſſe multos annos. *Reſp.* At vero ut de congeſtis opibus, & animabus vel animalibus domi enatis, ut iſta comminiſceretur Harvillæus, nihil erat neceſſe. Abrahamum certe & Lotum ad domeſticam Tharæ familiam pertinuiſſe, ex *Geneſ.* XI. colligitur. Qua per mortem patrisfamilias ſoluta, Abrahamum cum Loto, & reliqua ſua familia in Chananæam perrecturum, priuſquam Charane diſcederet, patrimonium ſibi relictum, & facultates ſuas veteres, novorum aliquot mancipiorum, & jumentorum, & rerum aliarum ad vitæ uſum neceſſariarum acquiſitione, augere eum voluiſſe, maxime eſt credibile. Quæ ut perſoluto pretio compararentur omnia, quantulum (quæſo) temporis ſpatium ſufficiebat.

III. Abraham vocat Charan terram ſuam; Geneſ. XXIV. 4. *Ad terram & cognationem meam proficiſcaris, & inde accipias uxorem filio meo Iſaac.* Atqui, inquit Harvillæus, *Abraham non vocaſſet Charan terram ſuam, niſi aliquot annis in ea habitaſſet: quis enim ſuam vocet terram, per quam ſolummodo tranſeat, & in ea nullam veram habitationem annorum faciat.* Unius Harvillæi hoc argumentum eſt; minime conſiderantis, illam pro qua ille contendit quinque annorum habitationem efficere poſſe, ut Charan terra Abrahæ vocaretur. Multo enim longius ad hoc requirebatur commorationis in ea tempus: cujuſmodi ſervatoris noſtri erat in Nazaretha, ut ea patria ipſius haberetur. Unde & Judæi aliam ante hanc in Charanem Abrahami migrationem confinxerunt, ut in Joſephobt cap. 1. עבודה זרה & principio Cabbalæ hiſtoricæ R. Abrahæ Levitæ, videre licet: a qua rediiſſe eum volunt ætatis anno 52. exacto, qui juxta ipſorum calculum (ad 70. Tharæ annum nativitatem Abrahami referentium) ſecundum annorum Mundi millenarium complet, & ſpatium quod תהו ſive *Inane* appellant, terminat. Poſt 18. vero exinde annos Abrahamum iterum in Charanem profectum fuiſſe perhibent (ut Scriptura Geneſ. XII. 13. narratur) ibique per quinquennium eſſe commoratum. Quorum ſententiam non ſatis aſſecutus Gerardus Mercator, & eum ſecutus Henricus Buntingus, in Chronologia ſua, Abrahamum ex Ure Chaldæorum cum patre ſuo Thara egreſſum fuiſſe exiſtimavit, quum annos ætatis 52. compleviſſet: petiiſſe tum eum Charanem (& in ea conſequenter per totos 22. annos permanſiſſe) exiſtimans, quo tempore a Charane eum receſſiſſe Judæorum ferebat traditio. Sed ut Judaicas omittamus fabulas: terra ad quam Abraham ſervum ſuum proficiſci jubebat, *Meſopotamia* erat (Geneſ. XXIV. 4. 10.) in qua & Urem Chaldæorum, & Charanem ſitam fuiſſe ad XI. caput Geneſeos docet Abarbinel. Quam ſententiam veriſimilem eſſe agnoſcit Manaſſes Ben Iſrael in Conciliatore ſuo, quæſtione 40. in Geneſin; & eſſe omnino veram, nos mox pluribus comprobabimus. Ad argumenta enim pro principali cauſſa adducta,

jam

jam progrediamur; quibus D. Pius, & alii evincere conantur, ab anno Abrahami 70. & vocatione ex Ure Chaldæorum, peregrinationis ipſius & poſterorum ejus initium eſſe deducendum, quorum

Primum, hoc ipſum eſto. Peregrinatio Abrahami ab eo tempore eſt inchoanda, quo ille terram & natale ſuum ſolum reliquit. At quamprimum ex Ure Chaldæorum exceſſit, non quum ex Charane demum eſt egreſſus, Abrahamus terram & natale ſuum ſolum reliquit. Itaque illud Geneſ. XII. 1. *Exi ex terra tua, & ex loco nativitatis tuæ*, inquit in Elencho Pareano (pag. 49.) Joſephus Scaliger, (licet & ipſe nobiſcum a 75. Abrahami annos peregrinationis dinumeret) *non poteſt referri ad Charran. Non enim natus eſt in Charran, ſed in Ur Chaldæorum.* Et Thomas Pius ſimiliter. *Abrahamus* (inquit) *juſſus eſt egredi e nativo ſuo ſolo, ſive terra nativitatis ſuæ; quæ non fuit Charran, ſed Chaldæa: atque ibi Abrahamus incipit peregrinationem ſuam; ab ipſa nimirum terra* in qua natus fuerat. (Geneſ. XXIV. 7.) & Conradus Pawellus, in Scopulo ſuo 4. *Hæc deſcriptio loci, non convenit alteri loco, quam Uri Chaldæorum, certe non Charani, ubi ipſe cum patre & familia ſua tota, peregrinus erat. Reſp.* Aliud eſt ארץ מולדתך aliud ארצך ומולדתך cum conjunctione interpoſita. Prius terram *nativitatis* denotare poteſt; ut in Geneſ. XI. 28. videre licet: poſterius vero *terram & cognationem* ſemper ſignificat. Unde & in hoc ipſo loco, Geneſ. XII. 1. editionem vulgatam Græcam reddidiſſe videmus, ἔξελθε ἐκ τῆς γῆς σου, καὶ ἐκ τῆς συγγενείας σου, & Latinam, *Egredere de terra tua, & de cognatione tua.* Quod quidem *Charani* convenire, quis melius nos docuerit quam ipſe Abrahamus; ſervum eo ſuum cum hoc mandato ablegans? Geneſ. XXIV. 4. אל־ארצי ואל־מולדתי תלך *Ad terram & cognationem meam proficiſcaris.* Nam & Nachor ſenior ipſius frater cum familia ibidem manſerat, & Charan æque ac Ur in eadem Meſopotamiæ regione eſt poſitum; ut ex Abarbinele, (omnium inter Judæos acutiſſimo Scripturarum interprete) jam eſt dictum.

Et *Charanem* quidem (quæ Carræ illæ ſunt clade Craſſi nobilitatæ) in Meſopotamia fuiſſe ſitam, nullus dubitat. Eam Scriptura in [a] *Aram naharajim*, id eſt, *Syria duorum fluviorum* collocat; & in [b] *Padan Aram*, quæ in vulgata editione Græca & Latina *Meſopotamia*, & *Meſopotamia Syriæ* (licet illud *Syriæ* in Græca ſub aſteriſco fuiſſe additum, in lib. locutionum in Geneſin Auguſtinus monuerit) eſt reddita; atque a Tremellio & Junio ea pars Meſopotamiæ fuiſſe exiſtimatur, quam Ptolemæus vocat Ancobaritida, & Chaborras fluvius in Euphratem labens diſſecat. Tota igitur quæſtio de *Urr Chaldæorum manet*: quam *Ur caſtellum*, vocat Ammianus Marcellinus, libro 25. *Uram Chaldæorum* Joſephus lib. 1. Antiquit. cap. 7. (qui & Haranis fratris Abrahami ſepulchrum ad ſua uſque tempora ibi oſtenſum memorat) LXX. Interpr. χώραν τῶν χαλδαίων, *regionem Chaldæorum*, Eupolemus in libro de Judæis, *Uriam & Camarinam*: Abrahamum enim natum fuiſſe dicit, ἐν πόλει τῆς Βαβυλωνίας Καμαρίνῃ, ἥν τινας λέγειν πόλιν Οὐρίην, εἶναι δὲ μεθερμηνευομένην, Χαλδαίων πόλιν, *in urbe Babyloniæ Camarina*; *) quam nonnulli urbem Uriam dixerint) quod interpretatum Chaldæorum urbem ſignificet*: ut ex eo refert Alexander Polyhiſtor, apud Euſebium, lib. 9. de Præparatione Evangelica cap. 17. ad quem locum Græco-Latini Euſebii editor Franciſcus Vigerus (ex Joſepho Scaligero, in notis ad fragmenta Veterum operi ſuo de Emendatione temporum adjecta) *Chaldæorum urbem* nominis *Camarinæ* hic potius, quam *Uriæ* vel *Uræ* continere explicationem aſſerit: ut per *Chaldæos*, Eupolemus *non tam populum, quam ſacerdotes, ſeu philoſophos intelligat, quos Hebræi* כמרים *Chaldæi* כומריא *vocabant; quibus hæc urbs propriè attributa ſit, ideoque Camarinæ dicta.* Cemarim enim vocabulum *Atratos* ſignificans, idololatricos Sacerdotes pullis veſtibus incedentes denotat. (4. Reg. XXIII. 5. Hoſ. X. 5. Zeph. I. 4. Et *Chal. Paraph.* Geneſ. XLVII. 22.

[a] Gen. 24. 10.
[b] Gen. 25. 20. cum 27. 43. & 28. 5. 6. 7.

Sacerdotes autem apud Chaldæos, uti apud Ægyptios, Aſtrologiæ divinatrici præcipue vacabant: quam Chaldaicam Aſtrologorum nationem, in Babylonia ad Meſopotamiam pertinente fuiſſe collocatam, in notis ad Act. VII. indicavit doctiſſimus Camerarius. Eam vero hoc tempore negant Hebræi a *Caſdim* ſive *Chaldæis* fuiſſe habitatam: quippe quos non ab Arphaxad Semi filio, eum Joſepho, (quod minus eſſe veriſimile, docet [c] Salianus) ſed a *Ceſed* Nachoris (fratris Abrahami) filio, (Geneſ. XXII. 22.) originem duxiſſe exiſtimant; ut ex Hieronymi traditionibus Hebraicis in Geneſin; & R. Saadia Gaone in cap. 2. Danielis intelligimus. Unde Aben Ezra in Geneſ. XI. 28. *Ur Caſdim*, ſive *Urem Chaldæorum* per anticipationem a Moſe dictam fuiſſe putavit; quod ipſius tempore ita vocaretur. Verum quum ipſum quoque Deum ad Abrahamum dixiſſe Moſes referat; *Ego ſum Dominus, qui eduxi te de Ure Chaldæorum*: (Geneſ. XV. 7.) dicendum potius fuiſſet, vocabulum *Caſdim*, non gentis hic eſſe proprium, ſed appellativum hariolos & magos denotans, quos a שדים denominatos Hebræi volunt, quod *dæmonum* opera divinationes ſuas & præſtigias illi perficiant. Nam & in ipſa Chaldæa, *Caſdim* hoc nomine notos eos fuiſſe, in Annalibus noſtris (ad ann. Mund. 2083.) ex Daniele oſtendimus: & apud exteros, *Chald.* nomen obtinuiſſe eſt notiſſimum. De quo videndus Druſius, in notis ad illud Sev. Sulpicii, in libro 1. hiſtoriæ ſacræ, de Pharaone; *Facientibus ſimilia Chaldæis, magicas eſſe artes quæcumque per Moyſen fierent, potius quam Dei virtutem, pronuntiabat; donec ſuperductis ſciniphibus terra oppleta eſt, Chaldæis fatentibus majeſtate divina iſta fieri.*

[c] Salian. an. Mun. 2137. num. 84.

Babyloniæ autem partem aliquam, immo & Babylonem ipſam, intra Meſopotamiæ terminos fuiſſe comprehenſam, docet Plinii ille locus, libro 6. cap. 26. *Babylon Chaldaicarum gentium caput, diu ſummam claritatem obtinuit in toto orbe: propter quam reliqua pars Meſopotamiæ Aſſyriæque Babylonia appellata eſt.* Et paullo poſt. *Sunt etiamnum in Meſopotamia oppida, Hipparenum, Chaldæorum & hoc, ſicut Babylon, juxta flumen Narragam, qui dedit civitati nomen. Muros Hipparenorum Perſæ diruere. Orcheni quoque tertia Chaldæorum doctrina, in eodem ſitu locantur, ad meridiem verſi.* Orchoen autem Tremellius & Junius Urem noſtram fuiſſe exiſtimant. Ipſam vero *Meſopotamiam ab Oriente Tigri, ab Occaſu Euphrate, a Septentrione Tauro, a Meridie mari Perſico incluſam*, in ejuſdem libri capite 27. refert idem Plinius: ita videlicet, ut non inter duo flumina tantum incluſa, ſed etiam ad eorum ripas appoſita omnia, Meſopotamiæ deputanda intelligantur. quod illa ejuſdem, in præcedente capite, ſatis oſtendunt. *Eſt etiamnum oppidum Meſopotamiæ in ripa Tigris circa confluentes, quod vocant Digbam. Item Meſopotamia tota Aſſyriorum fuit vicatim diſperſa, præter Babylona & Ninum: Macedones eam in urbes congregavere.* Cumque Euphrates *Babylonem, quondam Chaldææ caput, mediam permeet*; (ut apud eumdem legitur, libro 5. cap. 26.) ut Babylonem ipſam, ita quicquid ultra orientaliorem Euphratis ripam Babylonicæ ditionis erat, non minus, (immo etiam magis) ad Meſopotamiam, quam ad Chaldæam fuiſſe referendum, nemini poteſt eſſe dubium. ne quis Urem in terra Chaldæorum ſimul & in Meſopotamia fuiſſe poſitam, deinceps miretur: quum de ipſo Chaldææ capite Babylone, vere hoc dici potuiſſe, Plinius nos docuerit.

Et

Et certe de Ure, ante illum, clariſſime hoc ipſum nos docuit protomartyr Stephanus, Act. VII. 2. dicens: *Deus gloriæ apparuit patri noſtro Abrahæ, cum eſſet in Meſopotamia, prinſquam moraretur in Charan; & dixit ad illum: Exi de terra tua, & de cognatione tua, & veni in terram quam monſtravero tibi. Tunc exiit de terra Chaldæorum, & habitavit in Charan.* Ex quibus verbis manifeſtum eſt, terram illam Chaldæorum, quæ terra ſeu patria Abrehami eſt dicta, in ipſa Meſopotamia fuiſse poſitam. Quo ſpectant & Joſephi, libro I. Antiq. cap. 8. de eodem Abrahamo, iſta. Χαλδαίων τε καὶ τῶν ἄλλων Μεσοποταμιτῶν στασιαζόντων πρὸς αὐτὸν, μετοικεῖν δοκιμάσας κατὰ βούλησιν καὶ βοήθειαν τοῦ Θεοῦ, τὴν Χαναναίαν ἔσχε γῆν. *Cum Chaldæi & Meſopotamitæ ceteri contra ipſum inſurgerent, conſilium migrandi cepit, & voluntate ac favore Dei fretus, terram Chananæam tenuit.* Quæ ille non ſcripſiſſet, ſi non Chaldæos illos Meſopotamitarum portionem aliquam fuiſſe crediſſet.

Secundum argumentum, ex protomartyris jam dictis verbis, a D. Pio ita deducitur. „ S. Stephanus, „ Act. VII. affirmat peremptorie, celebre illud לך־לך „ Geneſ. XII. 1. conſignatum, [*Egredere de terra tua,* „ *& de cognatione tua, &c.*] Abrahamo fuiſſe dictum, „ antequam veniſſet in Charan: qnod & ipſe Moſes „ ſufficienter inſinuat, cap. XI. 31. Affirmans Abrahamum cum Thara ex Ure veniſſe, ut iret in Chananæam. *Reſp.* Quum Abrahamum ex Ure in Chananæam a Deo vocatum fuiſſe, tum ex obſcuriore illa inſiouatione, Geneſ. XI. 31. tum ex clarioribus Scripturæ teſtimoniis, Geneſ. XV. 7. Joſu. XXIV. 2. 3. & Nebem. IX. 7. B. Stephanus intelligeret, & Verbis aliquibus ſignificatam illam vocationem fuiſſe non dubitaret, verba quidem & ipſe (ut ſæpius in Pſalmis David) ex ipſo argumento deducta, Deo attribuit; quæ ad Moſaica illa, Geneſ. XII. 1. quibus eamdem vocationem iteratam exprimi viderat conformanda eſſe cenſuit. Nec idcirco tamen, vel peremptorie, vel omnino verba illa Geneſ. XII. 1. Abrahamo dicta fuiſſe affirmat, antequam veniſſet in Charan: neque vero affirmare potuit; quum ipſe Moſes, vocationis verbis, eo in loco citatis, immediate ſubjecerit. *Egreſſus eſt itaque Abraham ſicut præceperat ei Dominus, & fuit cum eo Lot: & LXXV. annorum erat Abraham cum egrederetur de Charan.* Non præcepit autem illi in Chaldæa Dominus, ut exiret de Charan, in quam nondum ingreſſus fuerat: ut recte a [a] Saliano eſt hic notatum. Quod adeo clarum eſt, ut ipſe Salomo Jarchius a recepta ſuorum ſententia recedere hic cogatur, & verba vocationis, Gen. XII. Abrahamo dicta fuiſſe fateri, quum eſſet in Charan.

[a] Salian. ann. Mundi 2114. num. 2.

Tertium argumentum, præcedenti hypotheſi falſæ innixum, a D. Pio ita proponitur. S. Paullus *Galat.* „ III. 8. 14. 17. Stephano ſe adjungit, & omnia pla„ na reddit: aſſerens, Legem fuiſſe datam 430. an„ nis poſt promiſſionem. Illam videlicet de benedi„ cendis io Chriſto, (ab Abrahamo orituro) omni„ bus tribubus terræ; Eam vero dictam fuiſſe Abra„ hamo, qnando e terra ſua egredi eſt juſſus, docet „ Moſes: (Geneſ. XII. 3.) idque fuiſſe antequam „ Abrahamus habitaret in Charan, affirmat Stepha„ nus. Reſp. Id Stephanus minime affirmat: qui priorem tantum Abrahami vocationem ex Ure Chaldæorum exponit; idque verbis, nudum egreſſionis præceptum continentibus. (Act. VII. 3.) Moſes vero alteram ex Charane vocationem explicat: in qua, præcepto Promiſſionem illam adjunctam fuiſſe docet; (Geneſ. XII. 3.) quam ante Legiſlationem 430. annis factam fuiſſe Paullus aſſerit. (Galat. III. 17.) Sed Pio noſtro ignoſcendum eſt, qui ſemel tantum vocatum fuiſſe Abrehamum eſt opinatus. Harwillæo vero quid facias? qui duplice nobiſcum, *ex Scriptura & claris auctoribus* (ut ille agnoſcit) Abrahami vocatione conſtituta, *omnem rationem dictare* ait, Promiſſionem illam in priore vocatione ipſi pariter fuiſſe factam; atque hoc poſito, annos 430. promiſſioni tributos, *Gal.* III. ab illa promiſſione, ut primitus facta, computandos eſſe concludit. Et omnis ſane dictat retio, ut quæ ad præcepti de migratione ſubſtantiam ſpectant omnia, utrique pariter ſint communia: ſed ut illa de beoedicendis in Chriſto omnibus gentibus, Promiſſio, ad Vocationem ipſam per ſe nihil attinens, ſed ſecundo migrationis præcepto appendix addita, abſque omni Scripturæ ſacræ teſtimonio, atque ex imaginatiooe ſolum propria, primo itidem præcepto appoſita non credatur ſolum; ſed etiam pro computationis Chronologicæ fundamento ſupponatur; haud ſcio an quiſquam retionis ſatis compos perſuaderi ſibi patiatur.

Quartum argumentum, illud eſſe poterit, quo uſus eſt D. Pareus in commentario ad *Gen.* XII. 1. ut probaret oracnlum illud non in Charane accepiſſe Abrahamum, ſed in Ure Chaldæorum, dum pater adhuc viveret. Jobetur enim ibi exire *e domo patris ſui*. Patrem ergo adhuc ſuperſtitem habebat: inquit Pareus. Qui tamen a Nicolao Lyrano, in eumdem locum ſcribente, diſcere potuiſſet: *bene denominari domum ab aliquo, etiam poſtquam mortuus eſſet, ut patet ex ſcriptura, in pluribus locis.* Et nominatim, in Geneſ. XXIV. 67. ubi Iſaacus ſponſam ſuam Rebeccam introdnxiſſe dicitur in tentorium *Saræ matris ſuæ*; quæ tamen ante triennium vitam ſuam finierat. Ita Thara in Charane mortuo, & patrimnnio inter ejus filios Nachorem & Abrahamum diviſo; Abraham Deum vocantem ſecutus in Chananæam migravit, ſenior vero frater Nachor, veteri idololatriæ adhæreſcens, cum ſua & paternæ familiæ majore parte, in Charane permanſit. Indeque in capite illo XXIV. Geneſeos urbs Charan & *civitas Nachoris*, etiam tum defuncti, in commate 10. invenitur appellata; & in commate 38. (quod ad rem præſentem unice facit) *domus Tharæ*, quem tum tamen fuiſſe mortuum agnoſcunt omnes. Unde & alii ex iiſdem vocationis verbis colligunt, in Ure eam non fuiſſe factam: quia tum, non *ex domo patris*, ſed cum *domo patris* ſui ille exierit; & illud לך־לך *Vade tibi*, non tam, *pro utilitate tua vade*, ſignificet, (ut cum R. Salomone Lyranus expoſuit) quam *vade tumet ipſe*, independenter ſcilicet a patre, qui in priore illa ex Ure profectione, itineris dux & princeps fuerat.

Quintum argumentum, e teſtimonio Achjoris Ammonitæ, in libri Judithæ capite V. eſt petitum. „ Achjor, (inquit D. Pius) qui *mendacium de ore* „ *ſuo non exiturum* proteſtatur, evidentiſſime orditur „ παροικίαν & peregrinationem ab Abrehami itinere „ ex Chaldæa io Meſopotamiam: & totius peregrina„ tionis tres facit partes, vel παροικίας diſtinctas tres; „ nnam in *Charane*, alteram in *Chananæa*, in *Ægy*„ *pto* tertiam. *Reſp.* De Ammonita hoc verum eſt illud, quod de Servatore noſtro a Phariſæis falſo eſt dictum [b] *tu de te ipſo teſtaris, teſtimonium tuum non eſt firmum.* Ecce enim in primo ſtatim orationis ſuæ limine ille impingit, primis Hebrææ gentibus apoſtaſiæ quamdam notam inurens, quod noluerint *ſequi deos Patrum ſuorum qui erant in terra Chaldæorum.* (Judith. V. 7. 8.) quaſi *Eber*, *Phaleg*, *Ragau*, & ceteri (recta linea) Patres ad *Tharam* uſque (quem in illo alienorum deorum cultu a Patrum religiooe deſciviſſe, ex Joſu. XXIV. 2. novimus) ſtercoreos illos Chaldæorum deos colniſſent. Quænam vero ipſius Achjoris verba fuerint, (cujuſcumque tandem auctoritatis illa ſint) vix ſatis conſtat: quum de commoratione Abrahami in Meſopotamia, non eadem, in editione vulgata Latina ab Hieronymo ex Chaldaico, & in vetuſtiore Itala ex Græco converſa, reperiantur

[b] Joh. 8. 13.

* E poſita;

poſita; ut ex ſubjecta utriuſque collatione poteſt perſpici. Ita enim ſe habent Achjoris ad Holophernem verba, ex textu.

GRÆCO.	CHALDAICO.
5. *Audiat Dominus noſter verbum de ore pueri ſui, & referam tibi veritatem de populo qui habitat juxta montana hæc: & non exibit mendacium de ore ſervi tui.*	5. *Si digneris audire Domine mi, dicam veritatem in conſpectu tuo de populo iſto, qui in montanis habitat: & non egredietur verbum falſum ex ore meo.*
6. *Hæc enim progenies populi Chaldæorum eſt.*	6. *Populus iſte ex progenie Chaldæorum eſt.*
7. *Et antea habitaverunt Meſopotamiam, quia noluerunt ſequi deos patrum ſuorum, qui fuerunt in terra Chaldæorum glorioſi.*	7. *Hic primum in Meſopotamia habitavit, quoniam noluerunt ſequi deos patrum ſuorum, qui erant in terra Chaldæorum.*
8. *Sed declinaverunt de viis patrum ſuorum, & adoraverunt Deum cœli, quem cognoverunt: & projecerunt eos a facie deorum ſuorum, & fugerunt in Meſopotamiam & a habitaverunt ibi dies multos.*	8. *Deſerentes itaque ceremonias patrum ſuorum, quæ in multitudine deorum erant, unum Deum cœli coluerunt.*
9. *Dixitque illis Deus eorum ut exirent b de habitatione ſua, & irent in terram Chanaan: & habitaverunt ibi, &c.*	9. *Qui & præcepit eis ut exirent inde, & habitarent in Charan.* [ubi niſi *Charan*, vel interpretis vel primorum librariorum incuria, pro

a παρῴκησαν.

b ἐκ τῆς παροικίας.

Chanaan irrepſiſſe dicatur; peregrinationis Hebræorum in terra Chanaanis nullum hic reperietur veſtigium.]

Tranſlatio ex Græco exſtat apud Auguſtinum, libro 16. de Civitate Dei cap. 13. Qui licet ibi inde colligat, *manifeſtum eſſe domum Tharæ perſecutionem paſſam fuiſſe a Chaldæis pro vera pietate, qua unus & verus ab eis colebatur Deus:* tamen in eo quod ad rem noſtram potiſſimum ſpectat, verborum illorum auctoritate nihil permotus, diuturnam Abrahamo moram in Meſopotamia non attribuit, ſed in capite 16. eodem anno Abrahami & ex Ure Chaldæorum & ex Charane profectionem factam fuiſſe exiſtimat. Cujus hac in re ſententiam c Henricus Philippi Jeſuita amplexus, ad objectum Achjoris teſtimonium, inter alia reſpondet; *eum gentilem fuiſſe, & ſic in ſua narratione facile errare circa quaſdam circumſtantias potuiſſe*. Et ad Auguſtini ſententiam confirmandam, Joſephi illum locum citat, lib. 1. Antiquit. capite 8. ſcribentis Abrahamum annos natum 75. reliquiſſe *Chaldæam*. quod verum eſſe non potuiſſe ait, ſi non eodem anno & Ure Chaldæorum & Charane ille deceſſiſſet. Cui addere potuit & Philonis locum in libro de Somniis, Abrahamum *οὐ πολλοῦ χρόνου non multum temporis* moræ in Charane tribuiſſe confirmantis. Quid autem poſteriores Judæos moverit, ut toto quinquennio eum in Charane detinerent ſequens argumentum declarabit.

c Hen. Philippi quæſt. Chronol. in Gen. cap. 12.

Sextum enim hoc affertur argumentum. Annorum 75. erat Abraham quando relicta Charane in Chananæam eſt profectus: (Gen. XII. 4.) centum, quando natus ei eſt Iſaac. (Gen. XXI. 5.) unde liquet, a diſceſſu Abrahami ex Charane uſque ad nativitatem Iſaaci exactos eſſe annos 25. Abrahami *ſemen peregrinum futurum in terra non ſua per annos quadringentos*, a Deo eſt prædictum: (Geneſ. XV. 13.) qui anni a nativitate Iſaaci incipiunt (Act. VII. 6. 8.) & in exitu poſterorum ejus ex Ægypto deſinunt. Quum igitur a diſceſſu Abrahami ex Charane uſque ad diſceſſum poſterorum ipſius ex Ægypto, 425. tantum annorum ſpatium interceſſerit; & totius peregrinationis anni fuerint 430. (Exhod. XII. 40.) ut integræ ſummæ conſtet ratio, quinquennio ante profectionem Abrahami ex Charane horum annorum calculus eſt ineundus; & ad illud tempus profectio Abrahami ex Ure Chaldæorum referenda. Reſp. A nativitate Iſaaci uſque ad exitum Iſraelitarum ex Ægypto, anni fuerunt 405. quos uſitato omnibus more, Scriptura pleno & rotundo 400. annorum numero potuit exprimere. *Quadringenti ſane dicuntur anni propter numeri plenitudinem, quamvis aliquanto amplius ſint:* inquit Auguſtinus, libro 16. de Civitate Dei cap. 24. & quæſtione 47. in Exhodum: *Quia ſcriptum eſt*, in Iſaac vocabitur tibi ſemen, *ex anno nativitatis Iſaac uſque ad annum egreſſionis ex Ægypto computantur anni 405. Cum ergo de 430. detraxeris 25. quæ ſunt a promiſſione uſque ad natum Iſaac, non mirum eſt, ſi 405. annos, ſumma ſolida 400. voluit appellare Scriptura; quæ ſolet tempora ita nuncupare, ut quod de ſumma perfectioris numeri paullulum excreſcit, aut infra eſt, non computetur*. Qua ratione & populi Iſraelitici numerum 600000. Moſem facere videmus: (Numer. XI. 21.) neglecto minori numero excreſcentium 3550. (Num. I. 46. & II. 32.) & *Centumviros* a Romanis fuiſſe dictos, qui numero erant CV.

Quod ſi 400. horum annorum numerum ut præciſum & exactum accipere hic libeat, & ex retrograda ſupputatione, horum exemplo, eventus alicujus, cujus annus alias in Scriptura non habeatur expreſſus, certum tempus eruere liceat: quid ni, ablactato Iſaaco & a fratre Iſmaele irriſo, ejectum fuiſſe ancillæ filium annos 19. & filium liberæ annos 5. jam natum, promiſſionis ſemen fuiſſe declaratum, dicamus? atque a ſollemni hac utriuſque ſeminis diſcretione 400. annos peregrinationis promiſſi ſeminis in terra non ſua, poſſe deduci exiſtimemus? Quo facit & Hieronymi ille locus, in traditionibus Hebraicis in Geneſim. *Inter Hebræos varia opinio eſt: aſſerentibus aliis quinto anno ablactationis tempus ſtatutum, aliis duodecimum annum vindicantibus. Nos igitur, ut* d *breviorem eligamus ætatem, poſt decem & octo annos Iſmael ſupputavimus ejectum eſſe cum matre*. Et illo Bedæ, in cap. 7. Act. Apoſt. *Poteſt & ſic intelligi; quod a quinto Iſaac anno, quo per filium ancillæ cœperit affligi, labor quadringentorum comprobetur* (vel *computetur*) *annorum*, Et luſum quidem, ſive illuſionem & irriſionem illam, cujus in Geneſ. XXI. 9. ut ſeminis promiſſi *perſecutionem* interpretetur Apoſtolus, Galat. IV. 29. Sed cum univerſum illud 400. annorum ſpatium, *peregrinationem* ſeminis reſpiciat, eaque illius pars quæ *ſervitutem* & *afflictionem* conjunctam habebat, e in terra Ægypti eventum ſortita fuerit: (ut ex illis vaticinii verbis liquet, Geneſ. XV. 14. *& gentem illam cui ſervies ego judicabo; & egredientur ipſi cum facultatibus multis:*) a determinatione ſeminis illius quod peregrinaturum fuerat in terra non ſua, potius quam ab afflictione aliqua quæ in terra Chananæa illi obvenerit, horum annorum epocham deducere magis convenit. Atqui ante ſeparationem hanc, (f inquiunt,) & ſemen Abrahæ erat Iſaac, & peregrinum in terra non ſua. *Reſp.* Iſmael quoque ante ſeparationem hanc, & ſemen erat Abrahæ, & peregrinabatur in terra non ſua. Tum demum vero, quum ejecto Iſmaele ſolus in Abrahæ familia maneret Iſaac, pronuntiatumque illi eſſet a Deo; *In Iſaaco vocabitur tibi ſemen:* (Geneſ. XXI. 12.) effectum eſt, ut ad ſolum Iſaacum & ejus progeniem, neutiquam vero omnino ad Iſmaelem & ejus poſteros, ſpectare intelligeretur oraculi illius ſententia; *Peregrinum futurum eſt ſemen tuum in terra non ſua, & ſubjicient ſervituti & affligent, 400. annis*. Ut illud Sanctii (in

d Quinque annorum. Vide Salian. ad ann. Mundi 2141.

e Vid. Harvillæd, Sect. 43 col. 471. 472.

f Harvil. ibid. pag. 464. Henric. Philip. quæſt. Chron. in Gen. 15. 13.

Act. 7.

Digitized by Google

Act. 7.) adjicere non fuerit neceſſe: quod pueri ante quinquennium vix advertant, an ſint peregrini nec ne; quinquennes autem peregrinationis incommoda diſcere incipiant. *At Iſaacum ablactatum fuiſſe anno ætatis ſuæ quinto, quamvis opinetur Hieronymus & poſt eum Beda, verumtamen res non eſt valde certa; nedum aliquod habens indicium in Scriptura:* inquit Harvillæus. (*col.* 464.) *Quis autem probet epocham adeo celebrem aſſignari anno ſic incerto?* Reſp. Non minus, & multo etiam magis (propter rationem in conſideratione quarta redditam) eſt incertum, Abrahamum tantummodo 70. annos fuiſſe natum quum exiit de Ure Chaldæorum, & habitaviſſe 5. annis in Charan. Et huic tamen incertitudini ſic objectæ reſpondit Harvillæus; (*col.* 485.) *incertum non debere dici, quod colligitur ex Scriptura, quantum probabilius aliquid poteſt ex ea colligi.* Multo vero probabilius ex Scriptura colligi poſſe dicunt alterius ſententiæ patroni, 430. peregrinationis Hebræorum annos, ab ineunte anno 76. Abrahami quo relicta Charane in terra Canaanis peregrinari ille cœpit, eſſe dinumerandos; & cum inde ad natum Iſaacum annos tantum 25. effluxiſſe conſtet, 400. annos peregrinationi *ſeminis* ipſius præfinitos, ſi ſtricte illi fuerint accipiendi, ab ineunte anno Iſaaci 6. neceſſario eſſe inchoandos; & per conſequens (quantum probabilius aliquid ex Scriptura poteſt colligi) eo tempore utriuſque Abrahami ſeminis diſcretionem, & ejecto Iſmaele electi ſeminis (ad quod oraculum illud pertinebat) in ſolo Iſaaco determinationem contigiſſe. *Vide Torniellum, anno Mundi* 2118. *num.* 16. *ann.* 2144. *num.* 1. *& ann.* 2329. *num.* 16.

In hac vero ſententia expendenda diutius ſumus immorati, quod non Judæorum modo communis ea fuerit, ſed etiam in multorum Chriſtianorum animis locum habere cœperit. In ſequentibus igitur, quæ paucos habent aſſertores, breviores erimus: quarum prima eſt R. Moſis Latiph Hieroſolymitani, in concionibus ſuis, 430. annorum calculum ab anno 76. Abrahami deducentis; quia tunc deſcendit ille ad peregrinandum in Ægyptum, poſt ipſius ex Charane exitum. (referente R. Azaria, in *Meor enajim* cap. 35.) & inter Chriſtianos, Johannis Benedicti, in annotationibus ad Exhod. XII. 40. ſcribentis, *illos* 430. *annos computandos eſſe a primo anno repromiſſionis Abrahæ in valle illuſtri, ſecundo anno poſt egreſſum de Haran, cum cœpit peregrinari in Ægyptum.* At eodem quo ex Harane, ſive Charane migratum eſt anno, illa Abrahamo in valle illuſtri, ſive planitie Mamræ, a Deo facta eſt promiſſio; *Semini tuo dabo terram hanc* (Geneſ. XII.) quam eamdem cum illa ab Apoſtolo, Galat. III. 16. 17. commemorata, Benedictus fuiſſe ſtatuit; & ad alterum ab illa migratione annum retulit, quo prius eam cum peregrinatione Abrahami Ægyptiaca conjungeret. Quam ipſam quoque peregrinationem [a] Laurentius Codomanus ad eumdem annum, qui ætatis Abrahami 77. numerabatur, retulit: atque ab ea etiam, ut *haud longa intervallo poſt promiſſionem*, Geneſ. XII. 3. & Galat. III. 17. cœpta, exorditur 430. annos peregrinationis illius, *propter quam, illis ipſis 430. annis, titulus menſionis Iſraelitarum in Ægypto aſſignatur.* [Exhod. XII. 40.] Rectius vero in Chronologia ſua Gerardus Mercator, intra ejuſdem anni Abrahami 76. ambitum, & adventum ipſius in Chanaan contigiſſe exiſtimat, & profectionem ejuſdem Ægyptiacam; ad quam locum illum Exhod. XII. 40. referendum eſſe putat. *Velle enim Moyſem* [ille ait] *non continuam habitationem ſignificare, ſed totum tempus quo habitata eſt Ægyptus comprehendere; quod hinc uſque ad egreſſum exacte* 430. *annos continet.* Eodemque Abrahamum anno & ex Charane egreſſum, & in Ægyptum eſſe ingreſſum, ab Hebræis quoque in Seder Olam Rabb. cap. 1. habetur traditum.

[a] Codomanus Chronol. lib. 2. quæſt. 12.

Utcumque autem res ſe habeat, inter noſtram, & hanc Benedicti atque Codomani ſententiam, unius tantum anni intercedit differentia: cum proxima, (Davidi Pareo viro clariſſimo probata,) toto decennio a noſtris rationibus recedat. Ille enim in oratione Chronologica anno 1605. Heidelbergæ habita, Chronologiæ ſacræ Synopſin proponens, ſuam hac de re ſententiam de horum 430. annorum principio hunc in modum explicat. *Chronologi uno prope conſenſu id numerant ab egreſſu Abrahami ex Harane cum eſſet annorum* 75. *Hoc vero cum loco Apoſtoli* Galat. III. 17. *ſtare non poteſt: ubi expreſſe dicitur* διαθήκην προκεκυρωμένην, *pactionem cum Abrahamo ſancitam eſſe ante legem latam annis* 430. *Atqui incipiendo ab egreſſu ex Haran, lex non* 430. *ſed* 440. *annis poſt fœdus confirmatum lata fuiſſet: quia egreſſus ab Haran fœderis confirmationem decennio anteceſſit. Teſtante enim Moſe, fœdus cum Abrahamo pepigit, & fœderali ritu confirmavit Deus, non in egreſſu ex Haran, anno ætatis* 75. *ſed decennio poſt, anno ætatis ejus* 85. *Sic enim ibi expreſſe Moſes:* Illo die pepigit Jehova fœdus cum Abrahamo, dicendo; Semini tuo dabo terram hanc, &c. (Geneſ. XV. 19.) *Neque ante id tempus, ulla fœderis initi aut confirmati cum Abrahamo, legitur facta mentio.* Indeque 430. hoſce annos inchoandos eſſe concludit, ab oraculo illo de ſemine per annos 400. in terra altera peregrinaturo, & pactione cum Abrahamo ſolemni ritu ſectionis hoſtiarum, [הבתרים Hebræi, Διχοτομήματα Græci appellant] confirmata, Geneſeos capite XV.

Et ne ſolus hic incedere putaretur, in Chronologicæ hujus Synopſeos defenſione ex Paulo Fagio, R. Salomonem, ſententiæ ſuæ teſtem advocat. Et quidem non ſolius R. Salomonis, (in Exhod. XII.) ſed communis fere cæterorum Hebræorum eſt opinio, ab eo tempore 430. annorum initium eſſe capiendum, quo inter diſſectas hoſtias Abrahamo Deus eſt locutus; ſic tamen, ut quinquennio ante, non decennio poſt Abrahami ex Charane profectionem id factum fuiſſe ſimul exiſtiment: quemadmodum ex Chaldaica paraphraſi (quæ Jonathani tribuitur) in Exhod. XII. 40. Seder Olam Rab. cap. 1. & initio Cabbalæ hiſtoricæ R. Abrahæ Levitæ, inter ſe collatis, intelligere licet. Etſi enim poſt relictam ab Abrahamo Urem Chaldæorum, viſionem hanc ipſi fuiſſe exhibitam, verba illa Dei ſatis indicent; *Ego ſum Dominus qui eduxi te de Ure Chaldæorum:* (Geneſ. XV. 7.) ibidem tamen colloquium hoc cum Patriarcha fuiſſe habitum, quum ſeptuagenarius inde evocaretur, Judæi ſomniant. In temporum quodam Canonio, [b] Nicephori Conſtantinopolitani Patriarchæ Chronographiæ temere inſerto, *ἀπὸ τῶν διχοτομημάτων ἕως τῆς τελευτῆς Ἀβραὰμ ἔτη οϛ'. a victimis dimidiatis uſque ad finem Abrahami ann.* 76. numeratos invenio. Unde eſt conſequens ex hujus quidem Chronologi (non magnæ ſane auctoritatis) ſententia, ab Abrahami obitu ducendum eſſe 430. iſtorum initium; facta vero fuiſſe διχοτομήματα, quum annorum ille 99. fuiſſet: quo tempore fœdus cum Abrahamo fuiſſe inſtauratum, & inſtituto circumciſionis Sacramento obſignatum, ex Scriptura conſtat. (Geneſ. XVII. 1. 2. 10.) Unde & in 99. iſto Abrahami anno, Henricus Swyetzerus, verbi divini in agro Tigurino miniſter, 430. noſtrorum annorum caput conſtituiſſe dicitur.

[b] Edit. Græc Joſ. Scaligeri, pag. 309. & Græco-latin. Jac. Goar, pag. 404.

Sed & hunc, & Pareum pariter duo iſta in errorem induxerunt. I. Quod ad fœdus (cum Abrahamo vel initum vel confirmatum) tantum reſpexerint, nulla initii peregrinationis ipſius ratione habita; quod utique in anno illius 85. vel 99. fruſtra ab ipſis fuiſſet quæſitum. At non a fœdere aliquo, ſed a cœpta Hebræorum peregrinatione, vel habitatione in terra non ſua, horum annorum epocham deducendam fuiſſe Moſes ſignificaverat: cum qua fœdus quo-

que [Geneſ. xii.] conjunctum fuerat, ab illo etiam uſque ad legiſlationem per legitimam conſequentiam annos 430. effluxiſſe Paullus intulit. (Galat. III. 17.) II. Quod διαθήκην & ἐπαγγελίαν, *fœdus* & *promiſſionem* a ſe invicem illi diſtinxerint: quum unam & eamdem rem, utroque illo nomine fuiſſe ſignificatam, ex Pſal. CV. 8. 9. 10. 11. & aliis Scripturæ locis manifeſtum eſt. Ut minus conſiderate a D. Pareo illud urgeatur: nullam fœderis initi & confirmati cum Abrahamo legi factam mentionem, ante illam Geneſ. XV. 18. *Illo die pepigit Jehova fœdus cum Abrahamo, dicendo: Semini tuo dabo terram hanc*. Quid enim aliud fuit *fœdus* illud quam *promiſſio?* & quidem *promiſſio*, jam ante Geneſ. xii. 7. iiſdem verbis edita? *Semini tuo dabo terram hanc*, & quid amplius quærimus cum in loco illo Galat. III. 17. cui D. Parei Argumentum eſt ſuperſtructum, διαθήκην προκεκυρωμένην ἀκυροῦν, *fœdus prius ſancitum facere irritum*, per τὸ καταργῆσαι τὴν ἐπαγγελίαν, *vacuam reddere promiſſionem*, ab ipſo Apoſtolo explicatum videamus. De quo conſulantur, quæ ad eum locum in præcedente pluribus diſſeruimus. Ut illud præterea non urgeamus, (quo fundamentum totius argumenti ex Paullo deducti Pawellus ſubruiſſe ſe exiſtimat) Geneſeos XV. *per totum caput, inter Deum & Abrahamum tantum tractatum fuiſſe de ſucceſſore in temporalibus, qui a ſuo ſemine illi promittitur, cum ſpe ſucceſſionis, vel poſſeſſionis totius iſtius Regionis. De promiſſione Evangelii, & de ſemine benedicto, ne jota quidem in eo capite toto reperiri.*

Tigurini vero miniſtri ſententia, Pareanam in eo longe ſuperat, quod certum principium in anno Abrahami 99. a Scriptura determinatum habeat, unde 430. annorum ſupputatio deduci queat: quum diſfinitus annus fœderis cum Abrahamo per diſſectas victimas ſanciti, ex ſacris litteris nulla ratione poſſit elici. In Oratione quidem ſua Pareus mira quadam confidentia, *Moſem id expreſſe produdiſſe* aſſerit verbis illis Geneſ. xvi. 3. *In fine decem annorum, ex quo habitare cœperat Abraham in terra Chanaan*. Et quaſi res extra omnem controverſiæ aleam eſſet poſita, ſubdit etiam; *hoc decennium ab omnibus Chronologis* [*quaſi dicis cauſſa Scriptum eſſet*] *ſecure eſſe præteritum, manifeſto errore*. Quum nihil tamen poſſit eſſe manifeſtius, quam a Moſe, hiſtoriæ de Hagara ancilla a Sara Abrahamo in Uxorem tradita, hanc temporis notam eſſe appoſitam, non illi de fœdere cum Abrahamo a Deo inito, quæ in capitulo præcedenti explicata fuerat. Nam quod in defenſione ſua ait Pareus, *immediate cohærere illa duo capita*, nimis leve eſt. Hoc enim modo (ut inquit in Elencho Scaliger) Joſeph Patriarcha fuerit annorum XXX. Geneſ. XL. quia capite XLI. 46. totidem annorum eſt. Illud vero probandum fuerat, capita iſta duo temporum ordine ἀμέσως cohærere: quod tantum abeſt ut probari poſſit, ut ex eorum collatione poterat potius contrarium. In capite enim XV. Promiſerat Abrahamo Deus, filium eum eſſe geniturum qui ipſi futurus eſſet hæres; & multiplicandum eſſe ſemen ipſius, ſicut ſtellas cœli. Credidítque Abra-
„ ham Deo; & imputatum eſt ei ad juſtitiam. Ideo
„ proculdubio (inquit in reſponſione ad D. Pareum
„ Sethus Calviſius) ne videretur in Deum peccare
„ & promiſſioni diffidere, exſpectavit annum unum
„ vel alterum, vel etiam plures, an fortaſſis ex con-
„ juge Sarai filium ſuſcipere poſſet, Cum textus poſt
„ illam promiſſionem expreſſe dicat Saram, quum
„ videret ſe a Domino concluſam eſſe ne pareret,
„ tum demum quæſiviſſe concinnam interpretationem
„ ſive δύνασιν promiſſionis illius de prole futura, &
„ ut ſuſciperet Abraham liberos, dediſſe ipſi ancil-
„ lam in uxorem. Eodem ipſo certe anno, quo de ſeminis multiplicatione promiſſionem accepit, Abrahamum ad ancillam ſe recepiſſe, non eſt credibile.

Nec quicquam rem juvat, quod in Defenſione profert Pareus; ante ſciviſſe Abrahamum, Saram fuiſſe ſterilem. Nam [ut recte [a] Johannes Bohemus reponit] ex divina illa promiſſione, externo ritu confirmata, & id ſcire Abraham potuit, Deum iſtam Saræ νενεκρωμένην τὴν μήτραν, omnipotenti modo vividam reddere potuiſſe. Et de Pareana quidem ſententia hactenus.

[a] Johan. Bohem. Chronol. lib. 2. tit. 5 cap. 7.

Ab eo tempore quo Abrahamo, 100. annorum exſiſtenti, natus eſt Iſaac, annos 430. ſupputat [b] R. Chananiel: (ut refert R. Bechai, in eumdem locum) & Abarbinel, in locis a R. Azaria citatis [in *Meor enajim*, cap. 35.] Et quia ab eo tempore 400. anni peregrinationi ſeminis Abrahæ a Deo leguntur attributi, (Geneſ. XV. 13.) annos 30. additos iis poſtea fuiſſe, Gerundenſis & Abarbinel (in Exhod. X.) exiſtimant, ob Iſraelitarum in Ægypto peccatum; uti etiam in deſerto detenti iidem fuerunt, propter exploratorum iniquitatem. Licet aliter quoque minorem illum numerum ſub majore comprehendi potuiſſe, Procopius Gazæus ſignificet; ad verba illa Geneſ. XV. ita annotans. *Non pugnat hic locus cum eo quem in libro Exhodi habemus; ubi dicitur poſt 430. annos populum Hebræum egreſſum fuiſſe ex Ægypto. Non enim hoc loco dicitur, ſtatim decurſis expletiſque 400. annis, Judæos ex Ægypto egreſſuros; ſed ſimpliciter traditur, eos poſt annos 400. egreſſuros eſſe, quibus verbis reliqui etiam 30. anni comprehendi poſſunt*. Quod clarius noſtro tempore Gulielmus Langius, [libro 2. de annis Chriſti cap. 10. a nativitate Iſaaci annorum 430. exordium deducendum eſſe contendens] proponit dicendo, *annos quadringentos numeraviſſe Deum, non exacte, ſed ſicut Hiſtorici ſolent, numero rotundo uſum*. Hic enim (cum Rabbinis illis) a nativitate Iſaaci annorum 430. epocham deducens, eorumque finem, non autem initium [cum iiſdem & Grotio] in Ægypto actum fuiſſe ſtatuens; orationem Exhod. xii. 40. ellipticam eſſe vult, atque ita ſupplendam. *Habitatio filiorum Iſrael, qua habitarunt in Ægypto, fuit* עד *uſque ad annum* CCCCXXX.

[b] R. Moſes Gerundenſis in Exhod. XII. 40.

Et ſi quidem in loci illius Geneſeos Codicibus aliquibus, ſicut in alterius inde traducti Act. VII. 6. rarioribus quibuſdam Latinæ editionis exemplaribus, anni 430. pro 400. ſcripti reperirentur: ellipſis iſta [quam *in ſcripturis frequentiſſimam* eſſe, juvenis ille eruditus nimis facile ſibi perſuaderi eſt paſſus] aliquo hic modo ferri potuiſſet. Verum quum ibi, & in textu Hebræo, atque Samaritico, & in antiquis omnibus verſionibus, Græca, Latina, Chaldaica, Syriaca, Illyrica, Perſica, Arabica, *tricenarii* illius numeri nullum compareat veſtigium: neque numeri rotundatio, neque de mutato poſtea Dei conſilio Rabbinicum illud commentum efficere valet, ut 430. anni in Exod. [illegible] interpretationem ſuam mutuari debeant ex annis illis 400. in Geneſi. Deinde quum Iſaaci nativitas nullam divinam promiſſionem conjunctam ſecum attulerit: quomodo cum Pauli explicatione, [Galat. III. 17.] annos hos 430. a promiſſione Abrahamo de Chriſto facta dinumerantis, interpretatio iſta conveniat? Reſpondet Langius; *fœdus a Deo confirmatum eſſe in Chriſtum*, [juxta Apoſtoli ſententiam] cum Iſaac natus eſt, de quo ſcriptum eſt: *In Iſaac vocabitur tibi ſemen:* hoc eſt, [ut ille exponit] *quamvis multi alii tibi filii ſint, per quos ſemen tuum multiplicabitur; tamen nobiliſſimum illud ſemen, in quo omnes generationes terræ benedicentur, non ab alio quam Iſaaco proveniet*. Indeque concludit; *quando Iſaac diu & maximo deſiderio exſpectatus in lucem prodiit, pactum & promiſſionem Dei confirmata fuiſſe*. Sed, præterquam quod ab ipſa promiſſione Abrahamo facta, non a promiſſionis confirmatione, numerationem ſuam inſtituiſſe Apoſtolum, jam ante oſtenderimus: ut Iſaaci aut Jacobi, (a quo Chri-

ſtus

ſtus oriturus erat,) ipſa nuda nativitas, pro confirmatione promiſſionis de benedicendis in Chriſto gentibus, fuerit habenda, nullam omnino veri præ ſe fert ſimilitudinem. A Judæorum vero illorum ſententia qui propter peccata filiorum ſupra annos 400. additos fuiſſe 30. ſunt opinati, tam alienum ſe fuiſſe oſtendit Chaldæus Paraphraſtes in Cantic. II. 8. ut propter merita patrum & juſtitias matrum annos 190. illis detractos fuiſſe dixerit; peregrinationi Ægyptiacæ, cum vulgo Hebræorum, annos 210. tribuens.

CAP. X.

Annorum 430. peregrinationis Hebræorum, in duas æquales partes diſtributio; & , 215. in Chananæa a Patriarchis peractorum declaratio: in qua Jacobi & poſterorum ejus tempora, uſque ad deſcenſum in Ægyptum deſcribuntur; & Benjaminem cum decem filiis, Judam cum duobus nepotibus [Heſrone & Hamule] eo ſimul deſcendiſſe, oſtenditur.

EX tot ſententiis de initio 430. annorum peregrinationis Hebræorum, a nobis hactenus productis, ut veriſſima, ita & communiſſima ea eſt, quæ ab exitu anni LXXV. Abrahami illud arceſſit. De quo, in Chroniro ſuo Georgius Syncellus [pag. 117.] Ἡ τῶν υλ' ἐτῶν ἀπαρίθμησις τῆς ἐν γῇ Χαναὰν παροικίας τοῦ Ἰσραήλ, [ubi nota, ſub *Iſraelis* nomine ab ipſo quoque Georgio comprehendi & Abrahamum & Iſaacum] καὶ ἐν Αἰγύπτῳ, κατὰ τὴν πρὸς Ἀβραὰμ τοῦ Θεοῦ πρόῤῥησιν, κατὰ τὴν πάντων ἐμφαίνεται ἑρμηνευτῶν καὶ ἱστορικῶν, ἀπὸ τοῦ ο. καὶ ε. ἔτους ἀρξαμένη. *Supputatio 430. annorum peregrinationis Iſraelis in terra Chanaanis & in Ægypto, juxta prædictionem Dei Abrahamo factam, communi cum Interpretum tum Hiſtoricorum ſuffragio, a 75. Abrahami anno ducit exordium.* Et Joſephus Scaliger, in Canonum Iſagogicorum lib. 3. part. 2. cap. 2. *Quia a deſcenſu Kabath vix dimidium annorum* CCCCXXX. *colligi poteſt, propterea vetuſtiſſimi Judæi, tam ante quam poſt Chriſtum, item Paullus Apoſtolus ad Galatas, Joſephus, interpretes Chriſtiani, omnes uno ore, ab anno promiſſionis [qui eſt ſeptuageſimus quintus Abrahami] illos* CCCCXXX. *annos ordiuntur. Adverſus tot ſententias aliter pronuntiare, id fuerit, ut Lyricus dicebat,* ὁμόσε χωρεῖν τῇ χειρί, *cum rationibus temporis manum conſerere: ne addam, hoc facto verbum divinum contumeliæ exponi, & libidini furioſorum, ſtolidorum, impudentiſſimorum interpretum vexandum objici. Quare contenti ſimus hac ſimpliciſſima interpretatione, quæ auctoritate, non demonſtratione nititur. Qui negant Paullum Apoſtolum in illo celebri ad Galatas loco, initium annorum 430. ab anno promiſſionis deducere, [ne, quo digni ſunt audiant] fruantur ſuo ſenſu,* εἰ δέ τις δοκεῖ φιλόνεικος εἶναι, ἡμεῖς τοιαύτην συνήθειαν οὐκ ἔχομεν, οὐδὲ αἱ ἐκκλησίαι τοῦ Θεοῦ. [I. Corinth. XI. 16.]

Pari quoque conſenſu, non Euſebius ſolum & alii Chriſtiani Chronographi, ſed etiam Joſephus Judæus, & ex exteris ante Chriſti tempora Demetrius, eumque ſecutus Alexander Polyhiſtor, (in libro de Judæis ab Euſebio in libro 9. Præparationis Evangelicæ citato) horum 430. annorum ſpatium in duo æqualia partiuntur intervalla: prioribus 215. annis, peregrinationi Hebræorum in terra Chanaanis, (ſimul etiam comprehenſa breviore illa Abrahami in Ægypto mora) poſterioribus 215. peregrinationi eorum in terra Ægypti aſſignatis. Joſephi, de egreſſu ipſorum ex Ægypto agentis, in libro 2. Antiquit. cap. 6. verba ſunt iſta. Κατέλιπον δὲ τὴν Αἴγυπτον μηνὶ Ξανθικῷ, πεντεκαιδεκάτῃ κατὰ σελήνην, μετὰ ἔτη τριάκοντα καὶ τετρακόσια ὃ τὸν πρόγονον ἡμῶν Ἄβραμον εἰς τὴν Χαναναίαν ἐλθεῖν· τῆς δὲ Ἰακώβου μεταναστάσεως εἰς τὴν Αἴγυπτον γενομένης, διακοσίοις πρὸς τοῖς δεκαπέντε ὕστερον ἐνιαυτοῖς. *Reliquerunt Ægyptum menſe Xanthico, luna quintadecima, annis quadringentis & triginta poſtquam ſator noſter Abrahamus in Chananæam venit: poſt migrationem vero Jacobi in Ægyptum annis ducentis & quindecim.*

Alexander vero Polyhiſtor, ex Demetrio refert, ἀφ' οὗ ἐξελέγη Ἀβραὰμ ἐκ τῶν ἐθνῶν, καὶ ἦλθεν ἐκ Χαῤῥὰν εἰς Χαναάν, ἕως οὗ εἰς Αἴγυπτον οἱ περὶ Ἰακὼβ ἦλθον, ἔτη σιε'. *Ex quo electus eſt e gentibus Abraham, & ex Charan in Chanaanem venit, uſque ad Jacobi in Ægyptum adventum, annos fuiſſe CCXV.* Annis deinde 17. poſt Jacobi adventum in Ægyptum, Levin genuiſſe Caathum, Caathum quum eſſet 40. annorum genuiſſe Amramum, Amramum quum 78. eſſet annorum genuiſſe Moſem. Qui παιδογονίας anni, licet pro libitu excogitati, ut legitimi admitti non debeant, additi tamen annis 80. quos tempore Exodi Moſem egiſſe Scriptura indicat, (Exod. VII. 7.) numerum 215. annorum complent; quem Hebræorum commorationi in Ægypto fuiſſe tributum, non eſt dubium. A Demetrio, inquam: non (uti [a] Johannes Morinus & Nicolaus Abramus putarunt,) Phalereo illo, qui ſub ſecundo Ptolemæo cum LXX. divinæ legis interpretibus eſt converſatus; ſed juniore altero, quem Ptolemæi quarti in ſcripto ſuo meminiſſe docuit nos, in 1. Stromatum ſuorum libro Alexandrinus Clemens.

[a] Joh. Morin exercit. Bibl. & N. Abram. in Appen. lib. 1. Phari V. Teſt.

Prioris vero 215. annorum ſummæ, a Demetrio commemoratæ, partes ſingulares diſerte in Scriptura habentur explicatæ. Quum enim 75. annorum fuerit Abraham quum ex Charane in Chananæam eſt profectus; (Gen. XII. 4.) & 100. quum natus eſt ei Iſaac. (Gen. XXI. 5.) colliguntur

A profectione Abrahami in terra Chananæam uſque ad nativitatem Iſaaci, anni	25.
A nativitate Iſaaci, uſque ad nativitatem Jacobi, (Geneſeos 25. 26.)	60.
A nativitate Jacobi, uſque ad deſcenſum ipſius cum tota familia in Ægyptum. (Geneſ. 47. 9.)	130.
Summa	215.

Jacobi filius Joſephus, 30. erat annorum, quum Pharaonis ſomnium exponens, ſeptem primum annos ſaturitatis, ac totidem deinde famis inſtare prædixit. [Geneſ. XLI. 46.] Ineunte vero anno famis tertio, Jacob cum familia ſua deſcendit in Ægyptum: [cap. XLV. 6.) quum filius Joſephus jam eſſet annorum 39. ut ab Auguſtino etiam in libro 16. de Civitate Dei cap. 40. eſt notatum. Quibus 39. ab annis, quos tunc agebat pater 130. deductis, relinquontur 91. quot annorum Jacobum eſſe oportebat, quando ei natus eſt Joſephus. In lucem autem editus eſt Joſephus, quum finiti eſſent anni illi 14. quibus Jacobus avunculo ſuo Labani ſervivit pro duabus ſuis uxoribus (cap. XXX. 25. 26.) Quos ipſos 14. annos ſi a 91. iterum ſubduxeris manebunt 77. quæ Jacobi ætas erat, quum in Meſopotamiam veniens, Labani ſervire cœpit; ductis in ipſo ſervitutis initio, duabus illius filiabus, Lea & Rachela: quemadmodum in Annalibus noſtris, ad annum Mundi 2245. eſt oſtenſum. Neque aliud certe innuunt verba illa, Geneſ. XXIX. 20. *Ita ſervivit Jacob pro Rachela Septem annos; qui viſi ſunt in oculis ejus tamquam dies pauciſſimi, propterea quod amabat eam.* Inde enim (ut a Lydiato noſtro in Adverſariis ſuis eſt notatum) apparet, *eum potitum eſſe amata: alioquin enim viſi eſſent plures non pauciores. Nam deſiderium facit ut quæ revera ſunt momentanea, videantur diuturna: quemadmodum apud nos quoque vulgari proverbio dicitur, iis qui alicujus rei deſiderio tenentur, unumquemque diem videri annum, donec potiantur.* Et Prov. XIII. 12. *Spes protracta ægrum efficit animum*, Ideoque Quod in commate 21. Statim ſequitur, *Et dixit Labani Jacob, Da mihi uxorem meam;* per conjunctionem cauſalem & verbum temporis pluſquam perfecti (Quo Hebræi carent) rectius exprimeretur:

Dixe-

Dixerat enim Labani Jacob, Da mihi uxorem meam. ut oſtenderetur quo pacto, jam inde a ſervitutis initio, Jacobus Lea ſimul & Rachela potitus fuerit: quod in ſubſequente hiſtoria plenius explicatur.

Datam vero fuiſſe Jacobo utramque uxorem, quum reſtaret adhuc peragendum ſeptennium ſervitutis alterum, conſentiunt omnes fere Interpretes: illod commatis. 27. *Imple hebdomadem hujus*, cum Hieronymo in Traditionibus Hebraicis & Auguſtino quæſtione 89. in Geneſim, de ſeptem diebus nuptialia convivii interpretantes. Sed in prioris itidem ſeptennii exordio æque id fieri potuiſſe, minus advertentes, in unius ſeptennii ſpatium 12. liberorum Jacobi natalia conjicere coacti ſunt, quum ipſa Lea continuatis partubus *Rubenem*, *Simeonem*, *Levim & Judam*, enixa fuerit: & quum parere deſiiſſet, Rachelæ ſororis exemplo incitata Zelpham ancillam marito ſubſtituerit; quæ *Gadem* primo, & ſequente anno *Asherem* illi peperit; ipſaque iterum Lea, *Iſſacharem* primum deinde *Zabulonem*, ac poſtremo *Dinam* filiam pepererit. Quas novem conceptiones & partus, ſi non alio quam 40. dierum puerperii [ex more, Levitic. XII. 2. 4.) interpoſito intervallo, ſe ſe invicem ſubſecuti, & novem menſium Solarium ſpatio, unumquemque fœtum in utero materno geſtatum fuiſſe poſuerimus; ipſum ſeptennium, tot liberis in lucem producendis, non ſuffecturum deprehendemus. At Scriptura, præter Joſephum ultimo in loco a Rachela in lucem editum, *Danem* quoque & *Naphtalim*, ex ancilla ipſius Bala prius ſuſceptos, commemorat. Quibus Jacobus Salianus, (nihil neceſſe eſſe putabat ad ſeptimeſtres partus, cum Chronico Hebræorum & Genebrardo, hic confugere) ut locum commodum invenire poſſet, jam tum, quum Lea gravida incederet, ancillam ipſius Zelpham ad Jacobi lectum denuo admiſſam, indeque Asherem ancillæ, poſt Iſſacharem Dominæ filium, natum fuiſſe ſtatuit: quemadmodum in ejus Schemate nativitatis Patriarcharum, anno Mundi 2283. ſubjecto, videre licet. Quod incommodum Dionyſius Petavius ut evitaret, & ordinem natalium Patriarcharum in Hiſtoria præmonſtratum, conſervaret; paullo poſt admiſſam ſecundo Zelpham, ipſam quoque Leam concepiſſe vult: indeque, [a] *anno XIII ſervitutis natum fuiſſe ex Zelpha Asher, e Lea vero Iſſachar ineunte anno, & exeunte Zabulon*. Verum ſacra Hiſtoria natalium non ordinem ſolum, ſed interſtitium quoque ſimul nobis exhibet. Quis enim dubitet, Si Lea eodem ferme quo Zelpha tempore partui fuiſſet vicina, quin ſuo potius, quam ancillæ filio, *Asheris* nomen indidiſſet? Dicebat enim; *Beate eſt mihi, nam beatam prædicabunt mulieres*: ideoque vocavit nomen ejus Asher: (cap. XXX. 13.) Et interpoſita inter natum Asherem & conceptum Zabulonem, de mandragoria a Rubene primogenito in agro invectis & ad Leam allatis narratio, non modo interſtitium jam dictum confirmat, ſed etiam grandioris tum Rubenem ætatis fuiſſe evincit, quam Petavianæ rationes cum fuiſſe patiantur; quæ annorum tantum trium cum dimidio eum conſtituunt, quum abiens in agrum, flores illos colligeret.

[a] Petav. doct. tem. lib 9. c. 19 & l. 13. ad ann. mun. 2927.

A nativitate Joſephi uſque ad Jacobi reditum in Chananæam, anni fuerunt VI. in quibus Labani ille ſervivit pro mercede. (Gen. XXXI. 41.) A Jacobi in Chananæam adventu uſque ad ortas inter Joſephum (annorum 17. exſiſtentem cap. XXXVII. 2.) & fratres inimicitias, anni fuerunt XI. atque inde uſque ad Jacobi & ſuorum in Ægyptum deſcenſum [quando annorum 39. fuiſſe Joſephum, eſt oſtenſum] anni XXII. Quo tempore cum Benjamin decem filiorum fuerit pater; (cap. XLVI. 21.) etiamſi eorum aliquos gemellos fuiſſe ponamus, (polygamiæ enim ſuſpicionem ætatis ejus ratio vix admiſerit) plurium tamen quam XXII. annorum eum tum fuiſſe oportuit, & quinquennio circiter, ante medii intervalli finem in lucem editum; quum Jacobus pater 104. fuiſſet annorum, frater Joſephus 13. Ante nativitatem Benjaminis, raptus Dinæ & Sichimitarum cædes accidit: [cap. XXXIV.] eamque mox ſecuta Jacobi in Bethele habitatio; [cap. XXXV. 1. 16.] quam Hebræi, in Seder Olam Rabba cap. 2. ſex tantum menſium fuiſſe dicunt. Neque diuturnam hic moram, hinc nativitas Benjaminis, illinc Simeonis & Levi ætas, ad perpetrandam Sichimitarum cædem idonea, facile eſt admiſſura. In apocrypho XII. Patriarcharum Teſtamento, Levi ſe quaſi annorum vigiuti fuiſſe ait, quando cum fratre Simeone Sichimitas cæcidit. Alexander Polyhiſtor ex Demetrio (apud Euſebium libro 9. Præparationis Evangelicæ) eumque Petavius & Salianus ſecuti, Levin tunc annorum 20. cum dimidio, Simeonem annorum 21. menſium 4. fuiſſe volunt. Quæ ætas ad tam audax facinus aggrediendum minus videtur fuiſſe idonea. Sed hi, integro licet decennio poſt Jacobi in Chananæam reditum, Sichimitarum cædem peractam ſtatuant, fratrum tamen natalia in ſecundum ſervitutis ſeptennium conjiciunt: quum ex noſtra ſententia, horum natalia ad primum referente, Sichimitarum cædem ſexennio poſt Jacobi reditum factam ſupponente, a Levi annum ætatis 24. & Simeone annum 25. agente, cædem illam fuiſſe peractam conſequatur.

Porro eorum, qui cum Jacobo deſcenderunt in Ægyptum, numerus, a Moſe in Geneſ. XLVI. 26. 27. ita habetur explicatus. *Omnes animæ quæ ingreſſæ ſunt cum Jacobo in Ægyptum, egreſſi e femore ejus, præter uxores filiorum Jacobi, omnes animæ ſexaginta ſex erant. Filii autem Joſephi qui editi ſunt ei in Ægypto, ſunt animæ duæ: ſic omnes animæ domus Jacobi, quæ venit in Ægyptum, ſunt ſeptuaginta*. De quo Hieronymus, in Traditionibus Hebraicis in Geneſin. *Manifeſtum eſt, omnes animas, quæ ingreſſæ ſunt Ægyptum de femoribus Jacob, fuiſſe ſeptuaginta: dum ſexaginta ſex poſtea ingreſſæ ſunt, & repererunt in Ægypto tres animas, Joſeph ſcilicet cum duobus filiis ejus; ſeptuageſimus autem ipſe fuerit Jacob*. Sed cum ſcripſiſſet Moſes, Joſephum *vidiſſe Ephraimi filios uſque ad tertiam generationem; & filios Machiris filii Manaſſis, in genibus ſuis ſuſcepiſſe*, cap. L. 23. editionis vulgatæ Græcæ, quæ LXX. interpretibus tribuitur, auctori placuit iſta hujus XLVI. capitis Geneſeos commati 20. adjicere. *Fuerunt autem filii Manaſſis, quos ei peperit concubina Syra, Machir. Machir autem genuit Galaad. Filii autem Ephraim fratris Manaſſis, Suthalaam & Taam. Filii autem Suthalaam, Edom.* & quinque hiſce catalogo Moſaico additis, commate 27. concludere; *omnes animas, quæ cum Jacob ingreſſæ ſunt in Ægyptum, fuiſſe ſeptuaginta quinque*.

Quandoquidem vero quinque iſti ſuperadditi in rerum natura *nullo modo eſſe potuerunt, quando Jacob in Ægyptum venit, & filios Joſeph, nepotes ſuos avos iſtorum, minores quam novem annorum pueros invenit*: Auguſtinus, libro 16. de Civitate Dei, capite 40. vera Scripturæ verba iſta fuiſſe exiſtimans, ad violentam illam expoſitionem hic ſe recipere eſt coactus; *introitum Jacob in Ægyptum, quando eum in ſeptuaginta quinque hominibus Scriptura commemorat, non unum diem vel unum annum, ſed totum illud eſſe tempus quamdiu vixit Joſeph per quem factum eſt ut intrarent.* Quam tamen ob alias quaſdam difficultates occurrentes, ad ipſam quoque Hebraicam veritatem, eamque hic ſecutam editionem vulgatam Latinam, accommodandam cenſuerunt, Abulenſis, Pererius, Delrius, Cornelius a Lapide, Bonfrerius, Menochius, Tirinus, in Geneſ. cap. XLVI. Salianus, ad annum Mundi 2329. num. 11. & alii: ex ipſis illis 70. a Moſe in textu originali commemoratis, eo

quo

Digitized by Google

quo in Ægyptum deſcendit Jacobus tempora, nondum natos fuiſſe defendeotes. Quorum ſententiam diligenter expendit & refellit Torniellus, ad annum Mundi 2329. a num. 4. ad 8.

a Abram. in Pharo Veter. Teſtam. lib. 9 cap. 27.

Verum alios hic omnes [a] Nicolaus Abrahamus longe ſuperat. Illa enim commatis 8. verba; *Hæc ſunt nomina filiorum Iſrael qui ingreſſi ſunt in Ægyptum*, non de 70. illis Jacobi poſteris, ſed de filiis proprie dictis intelligenda eſse aſserit. *Qui autem*, [inquit] *e filiis ejus propagati recenſentur, non ideo nominantur, quod jam nati fuerint, & cum Jacobo in Ægyptum deſcenderint* [*neque enim uſpiam id Scriptura dicit*:] *ſed occaſione filiorum commemorantur præcipui quique, qui partim cum ipſo venerunt, partim poſt ejus deſcenſum nati ſapientiæ laude rerumque geſtarum gloria, præ ceteris floruerunt*. Atque in hoc commento adeo ille ſibi placet, ut ſic demum rem concludat. *Hic explicandi modus, ſi alium* [*præter me*] *auctorem haberet, ceteris anteponendus videretur: quod nullam vim adſerat Scripturæ, nec aliter verba ſumat, quam ut pure ſonant*, [*quod potiſſimum in hiſtoria ſacra ſpectandum eſt*] *& omnes difficultates exſolvat*, quibus *intricantur ii, qui aliam ineunt rationem*. Præclare ſane: quum illud ipſum, in quo primarius difficultatis nodus conſiſtit, omnino non attingat: qua ratione *ſeptuagenarius*, animarum in Ægyptum intrantium numerus ſalvari poſſit, ſi plures vel pauciores eo ingreſſæ fuiſſe dicantur. Septuagenarius enim ille numerus in tribus diverſis locis a Moſe diſerte legitur expreſſus.

Eorum peimus ille eſt, quem ex Geneſeos XLVI. 27. jam produximus; *Omnes animæ domus Jacobi, quæ venit in Ægyptum, ſunt Septuaginta*. Secundus habetur in ipſo libri Exbndi initio. *Hæc ſunt nomina filiorum Iſraelis qui venerunt in Ægyptum: venerunt autem cum Jacobo, quiſque cum domibus* (vel *familiis*) *ſuis*. tum, recenſitis Jacobi filiis propeie dictis, in commate 5. ſubjicitur. *Erant omnes animæ eorum qui egreſſi ſunt de femore Jacobi Septuaginta*. Tertius ille eſt, Deuteronom. X. 22. *In ſeptuaginta animabus deſcenderunt patres tui in Ægyptum: & ecce nunc multiplicavit te Dominus Deus tuus ſicut aſtra cæli*. Ex quo videre licet, eos qui certum & definitum Iſraelitarum numerum, re ipſa in Ægyptum deſcendentium, in ſeptuagenario iſto Calculo nolunt agnoſcere, non modo vim Scripturæ verbis inferre, ſed etiam ipſum Moſis ſcopum plane evertere; qui noo alius erat, quam ut, ex quam paucis in Ægyptum deſcendentibus, quam multi deinceps orti fuerint, dilucidius intelligeretur: juxta illam confeſſionis formulam, primitias offerentibus a Deo præſcriptam, Deuter. XXVI. 5. *Syrus periens erat pater meus, qui deſcendit in Ægyptum hominibus paucis, ut peregrinaretur illic; evaſit autem illic in gentem magnam, robuſtam, & amplam*.

Ex tribus vero exemplis, quibus Nicolaus cum aliis adſtruere eſt conatus, aliquos ex 70. illis a Moſe commemoratis, nondum fuiſſe natos, quum Jacob in Ægyptum deſcenderet, [*Er* enim & *Onan* in Chananæa pridem mortui, & Joſephi nepotes *quinque*, in Græca editione ſuperadditi, ad numerum hunc ſeptuagenarium non pertinent) primum a numero filiorum Rubenis eſt petitum quod ab illo ſic urgetur.
„ Ruben duos tantum liberos ante migratiooem ſu-
„ ſceperat, ut probat Saliaous ex illis Rubeni ver-
„ bis, Geneſ. XLII. 37. *Duos filios meos interfice, ſi*
„ *non reduxero illum tibi*, qui ſi jam plures liberos ſu-
„ ſtuliſſet, non dixiſſet, *duos filios meos*, *ſed*, *duos*
„ *e filiis meis interfice*. Ejus tameo filii quattuor, Ge-
„ neſ. XLVI. 9. in Jacobi familia numerantur. *Reſp*.

b Salian. ann. Mun. 2329. nu. 7.

Non probat hoc Salianus, [b] ſed ut *ſuſpicionem* proponit, paraphraſi illa Philonis (io libro de Joſeph) ſuffultam. *Ἐν ὁμηρείαν σοὶ δύο μὲν δίδωμι, οὓς ἢ μόνους ἐγείνησα, τούτους ἀπόκτεινον. Do tibi duos filios obſides, quos ſolos genui: hos interfice, niſi, &c.* Simul tameo monet, Abulenſem contendere quattuor illos jam tum fuiſſe genitos; & duos Rubenem dixiſſe filios, ut eos uni opponeret. *Et forte ſatius eſt ita dici; ne difficultates hoc loco ſine neceſſitate augeamus*: inquit ipſe Salianus. Et verba bunc in modum reddidit Tremellius: *Hos duos filios meos morti tradito*. ac ſi ex quattuor filiis duos tantum, qui tunc præſeotes aderant, pater indicaſſet.

„ Secundum exemplum eſt filiorum Benjaminis;
„ de quo Nicolaus idem. Beojamin, (inquit,) vix
„ ad tertium ac viceſimum ætatis annum pervene-
„ rat; jam tamen undecim [decem volebat dicere]
„ in ejus familia recenſentur, quorum aliquos ejus
„ nepotes fuiſſe, Septuaginta viri tradiderunt. Sed
Benjaminem vix ad XXIII. ætatis annum tum perveniſſe, probari non poteſt; quum Scripturæ rationes (ut jam vidimus) XXVII. eo tempore illum fuiſſe annorum facile patiaotur: qua ætate, liberorum decem potuiſſe illum eſſe patrem, nihil impedit. Ex his quidem editio vulgata Græca, (quæ Septuaginta illis verbis tribuitur,) tres tantum immediatos Benjaminis facit filios, e reliquis, ſex nepotes, & unum pronepotem conſtituens. Ita enim ea habet. *Υἱοὶ δὲ Βενιαμὶν, Βαλὰ, &c. Filii autem Benjamin, Bala, & Bochor, & Asbel. Fuerunt autem filii Balæ, Gera, & Noeman, & Anchis, & Rhos & Mamphim, & Ophim*. [quod nomen in Romana editione eſt omiſſum] *Gera autem genuit Arad*. Quæ nepotum bic diſtinctio, non minus quam quinque Joſephi nepotum ſuperadditio, Auguſtinum ad duriorem illam explicationem confugere compulit [c] *Quia in filiis ſuis plerumque appellatur Jacob, hoc eſt in poſteris ſuis; & per Joſeph cum conſtat in Ægyptum intraſſe: introitus ejus accipiendus eſt, quandiu vixit Joſeph, per quem factum eſt ut intraret. Toto quippe illo tempore naſci & videri potuerunt omnes qui commemorantur, ut 75. animæ compleantur uſque ad nepotes Benjamin*. c Auguſt. quæſt. 173. in Geneſ.

In textu vero Hebraico; ſicut etiam in Chaldaicis paraphraſibus Onxeloſii & Jonathanis, verſione Syra, editione vulgata Latina, & Joſepho libro 2. Antiquit. cap. 4. omnes iſti decem, ut immediati Benjaminis filii recenſentur. Tremellius tamen in notis ad I. Chronic. VIII. 1. & Bonfrerius ad Geneſ. XLVI. 21. etiam nepotes in filiorum numero promiſcue hic recenſeri exiſtimant: qnod in Numeror. XXVI. 40. Ard & Naaman, & in I. Chronic. VIII. 3. 4. Gera & Naaman, filii Belæ eſſe dicantur. Sed nihil obſtat, quominus dici poteſt tres filios habuiſſe Belam, patruis ſuis cognomines. In loco certe Chrooicorum, textus Hebræus duos ejuſdem nominis habet Geras: textus vero Syrus, duos Geras ſimul & Naamanes; alteros Benjaminis filios, alteros ejuſdem ex filio Bela, vel Bala nepotes.

Tertium exemplum eſt Heſron & Hamol nepotum Judæ Patriarchæ ex filio Phares: *qui cum hoc deſcenſus tempore vix primum annum exegiſſet ætatis ſuæ, non poſſunt filii ejus geniti eſſe, niſi poſt viginti circiter annos, nedum ingreſſi eſſe Ægyptum cum avo & proavo*. Ita [d] Salianus: probatioois ſuæ fundamentum a Geneſeos cap. XXXVIII. 1. deducens; ubi *Scripturam aperte docere aſſerit, Judam accepiſſe uxorem eodem tempore quo Joſeph abductus eſt in Ægyptum*. Et cum Auguſtinus quæſtione 128. in Geneſim, difficultati huic emergenti aliquatenus occurreret, dixiſset, fortaſse Moſem hic recapitulatione uſum, poſterius narraſse, quæ ante aliquot annos facta eſsent; admittendam eſse hanc ἀνακεφαλαίωσιν, [e] ille negat: tum quia Scriptura dixerit id factum בעת ההוא *in tempore ipſo* (vel *illo* potius) tum quia, ſi hoc conjugium venditionem anteceſſiſset, nihil erat cauſæ, cur non etiam ante venditionem narraretur, ne præcipua Joſephi

d Salian. ad ann. Mundi 2329. nu. 10.

e Id. ad ann. Mun. 2306. nu. 45.

ſephi hiſtoria inutiliter interrumperetur, quod fuſius ab Abulenſi contra Aben Ezram diſputatum eſſe monet.

Et Aben Ezra quidem, quem multo (ſed irrito) conatu Abulenſis hic ivit oppugnatum, recapitulationem ſive hyſteroſim hanc non obſervavit ſolum, ſed etiam exceptionibus adverſus eam a Saliano jam allatis ſtudioſe ſimul occurrit. Cauſſam enim interſertæ hoc in loco hiſtoriæ reddit iſtam; ut magis inde elucesceret, quam longe aliter ſe Joſephus geſſerit in negotio heri ſui, quam frater ipſius Judas hic ſe geſſerit: locutionem autem iſtam, *in tempore illo*, eodem modo in Deuteronom. X. 8. uſurpari notat; quomodo & ab aliis eſt obſervatum, *in die illo*, ſine determinata aliqua temporis notatione, ſedecies in vetere & novo Teſtamento eſſe poſitum. Hocque ipſo in loco, *in tempore illo*, non ad illud, quo in Ægyptum venditus eſt Joſephus, ſed quo ipſe Judas in Chananæam cum patre advenit, referendum eſſe defendimus. Ex noſtra vero hypotheſi, primi paternæ ſervitutis ſeptennis anno quarto natus Judas, ætatis 18. egiſſet annum, quo tempore in Chananæam primum eſt ingreſſus: ſub finem videlicet æſtatis, exeunte anno Mundi, juxta noſtras rationes 2265. Mox ibi uxore ducta *Chananitide*, in anni 2266. æſtate, *Erem*; in 2267. ſub veris exitum, Onanem; & in anno 2668. poſt veris initium *Selam*, ſuſcipere ex ea potuiſſet.

Apparens deinde Jacobo Deus, eamdem fœcunditatis benedictionem ſoboli ejus impertiit, quam antea Noachi filiis communicaverat, (Geneſ. X. 1. 7.) dicendo; *Creſce & multiplicare, Gens & cœtus gentium erit ex te* (cap. XXXV. 11.) Unde, ut tunc apud primos Orbis renovati inſtauratores (quemadmodum in V. operis hujus capitulo a nobis eſt oſtenſum) ſic & nunc apud Jacobi poſteros; ut ſtatim ab ineunte pubertate opera liberis daretur, in uſu eſſe cœptum videatur. Ita ſub exitum veris anni 2280. *Eri*, annum ætatis decimum quintum & pubertatis primum ingreſſo, ſimiliterque ſub exitum veris, anni 2281. Onani uxorem Thamaram dare pater potuiſſet. Mox vero Onane ob ſcelus a Deo morte affecto, edixit Judas Tamaræ nurui ſuæ, ut tantiſper vidua in domo patris maneret, Donec Sela tertius filius adoleſceret. Quo paullo poſt initium veris anni 2282. pubertatem aſſecuto, Judah a morte uxoris ſeſe conſolaturus, Thimnam, ad tondendum gregem ſuum, ſub æſtatis ſequentis initium abiit. Ibi Thamara, ſoceri mente de filio Sela ipſi non dando ſatis percepta, ſcortum ſe ſimulans, ex ipſo Juda duorum liberorum mater eſt effecta. Hac ratione ſub finem hyemis anni 2283. gemelli illi Phares & Zara in lucem fuerint editi: annis 15. cum quadrante, prius quam Jacob cum ſua familia in Ægyptum deſcenderet. Ita ſub initium anni 15. Pharesi naſci potuit Heſron, ſub finem Hamul; vel, ſi gemelli fuerunt, ſub finem ambo; & infantes ſimul cum patre in Ægyptum ingredi. Qua in re tota cum nihil ſit quod vel naturæ vel rationi repugnare deprehendatur; æquo lectori relinquimus judicandum, an non hæc potius admittenda fuerit, quam ſententia illa altera, quæ Heſronem & Hamulum, licet longe poſtea in Ægypto natos, a Moſe tamen inter eos qui cum Jacobo deſcenderunt in Ægyptum, numeratos, fuiſſe ſtatuit?

CAP. XI.

De annis 215. peregrinationis Iſraelitarum in Ægypto. Argumenta pro diuturniore eorum mora allata ſolvuntur: in quibus, de B. Jobi & Jobabi Idumæorum regis temporibus, ac Joſuæ genealogia agitur. Anni exhodi incerti characteres.

A Profectione Abrahami ex Charane, uſque ad Jacobi deſcenſum in Ægyptum, annos 215. peregrinationis Hebræorum in terra Chanaanis effluxiſſe Scripturæ teſtimoniis comprobatum eſt. Quibus ex integræ 430. annorum peregrinationis ſumma ſubductis; æqualis 215. annorum relinquitur numerus, Ægyptiacæ ipſorum peregrinationi aſſignandus. Quo vero tempore in Ægyptum Jacobus deſcendit, filium ejus Joſephum 39. fuiſſe annorum, eſt oſtenſum: quos ſi a totius vitæ 110. annis, (Geneſ. L. 22.) ſubtraxeris, ſupererunt

A deſcenſu Jacobi in Ægyptum, uſque ad mortem Joſephi, anni	71
Inde ad Moſis nativitatem uſque,	64
A nativitate Moſis uſque ad exitum Iſraelitarum ex Ægypto, (Exhod. VII, 7.)	80
Summa,	215.

Anni 71. & 80. quos ex Scriptura habemus, ſimul juncti, 151. efficiunt: qui ex 215. totius peregrinationis Ægyptiacæ deducti, 64. relinquunt annos, interſtitio, inter Joſephi obitum & Moſis ortum, tribuendos. Judæi, quinquennio ante Abrahami profectionem ex Charane 430. annorum initium collocantes, moræ Iſraelitarum in terra Ægypti, 210. tantum annos tribuunt: quos Chaldaica quæ Jonathani tribuitur paraphraſis cum Hieroſolymitana in Exhod. XII. 40. per תלתין שמטין רשרין *triginta ſabbata ſive hebdomadas annorum* exprimit. Ejus annorum numeri ſignum in Pirke Eliezer cap. 48. & paſſim apud Rabbinos eſt vox רדו *Deſcendite*; qua ad filios uſus eſt Jacobus, Gen. XLIII. 2. poſterorum ſuorum in Ægypto moram, annorum 210. (quot litteræ illæ conficiunt) futuram fuiſſe innuens; ut notat ad eum locum R. Salomo Jarchi, interpres Talmudicis nugis plus nimio deditus. In Seder Olam Rabbah. cap. 3. Job, patientiæ illud exemplar, natus fuiſſe dicitur, quum Iſraelitæ deſcenderunt in Ægyptum, & mortuus quum inde aſcenderunt. & cum poſt flagella, annos illum 140. exegiſſe, & quicquid ipſi fuerat duplo Deum auxiſſe, ſit ſcriptum. (Job. 10. 16.) ante hæc annos 70. & in univerſum, annos 210. (quanta fuerit Iſraelitarum mora in Ægypto) vixiſſe illum, inde colligitur.

Et quidem in Synopſi Athanaſiana, paſſum etiam fuiſſe Job legimus, cum eſſet annorum 70. quod etiam ex ipſo textu Græco, Job XLII. 16. colligitur, ut quidem Romana eum editio nobis exhibet; in qua Job poſt plagas annos 170. in univerſum autem annos 240. vixiſſe dicitur. Cum qua exacte quadrat ille calculus Heſychii, vel quicumque auctor fuit, ineditarum in libros quos Sapientiales vocant Hypotheſium; ὢν ἑβδομήκοντα. ἐπέζησε δὲ μετὰ τὰς πληγὰς ἔτη ρο. οἱ δὲ πάντες ζῆσαι αὐτὸν ἔτη σμ. *Paſſus autem eſt* Job, *quum eſſet annorum 70. ſupervixit vero poſt plagas, annos 170. ita ut fuerint omnes vitæ ipſius anni 240.* quamquam & hujus textus duæ aliæ reperiantur lectiones: ratior una, in B. Hieronymi ex Origenica editione verſione. *Vixit autem Job poſt plagas centum quadraginta annis: —— & omnes anni vitæ ejus fuerunt 248.* Cum qua conſentit & Græca editio Complutenſis (in Bibliis polyglottis, tum Antuerpianis tum Pariſienſibus, retenta:) priore membro uti in Hebræo inveniebatur expreſſo; altero, (quod in eo non erat & idcirco præfixo obelo ab Origene notabatur,) penitus prætermiſſo. Altera vero, communis & ab omnibus maxime recepta lectio, non in Aldina ſolum editione, & Germanicis omnibus, ſed etiam in antiquiſſimo Alexandrino [quem in Anglia habemus] codice, reperitur. *Vixit vero Job poſt plagam annos 170. omnes annos vixit 248.* Anni 170. ex 248. deducti, relinquunt 78. quot Jobum, quum primum pateretur, egiſſe ait auctor commentariorum in Job, quos Origeni perperam adſcriptos Latine vertit Perionius. Annorum 170. (quos poſt paſſionem

Job

Digitized by Google

Job hic vixiſſe dicitur) pars dimidiata eſt 85. Cum igitur Jobo poſt tentationem duplicia reddita fuiſſe referantur omnia, (in quibus & anni fuerint numerandi) 85. eum fuiſſe annorum quum certamina finiit, iiſque ad 170. quos poſtea vixit additis, univerſæ vitæ annorum ſummam 255. exſtitiſſe, Olympiodorus (vel quis alius in Catena ad Job. XLII. 16.) colligit. Quod autem in textu, vitæ illius anni 248. tantum commemorantur, eo ſeptem paſſionis ipſius annos myſtice innui aſſerit; quos in vitæ annis non recenſitos arbitratur ille, *διὰ τὸ ἐν τῷ πάθει εἶναι τέ-κνον*, quod ærumnoſa vita mors eſſet potius quam vita exiſtimanda. Neque alia fuit *ſeptennii*, Jobi calamitatibus tum temere aſſignari ſoliti, aut origo aut ratio. De quo vide, (ſi placet) Salianum in anno Mundi 2398. num. 1. & 2544. num. 751. 752. ubi in priore loco, nota obiter; non (ut ille opinatur) apud Origenem Perionii 70. pro 78. ſed apud Cyrillum Anaſtaſii, num. 78. pro 70. eſſe reponendum.

Ut igitur de ætate Jobi certius aliquid ſtatuatur, primo ante exitum Iſraelitarum ex Ægypto, (ex ætate Eliphazi Themanitæ ſodalis ejus) oſtendendum eſt, non eorum in Ægyptum ingreſſu, & conſequente ipſius Ægyptiacæ peregrinationis tempore, certaminum Jobi hiſtoriam contigiſſe. Et primum, ante Legem a Deo Moſi traditam, Jobum exſtitiſſe, manifeſtum eſſe docet Chryſoſtomus, *ἀπὸ τοῦ μακροβιώτατον τοῦτον γεγονέναι, καὶ ὑπὲρ τὰ διακόσια ἔτη βεβιωκέναι· οὐδεὶς γὰρ μετὰ τὸν νόμον τοσαῦτα ζήσας εὑρίσκεται. Ex eo quod longævam vitam vixerit, & ſupra ducenteſimum annum provogaverit. Poſt legem enim qui tamdiu vixerit, de nullo memoriæ eſt proditum.* Ætate hominum ordinaria, ad 70. vel 80. annos redacta: quemadmodum in Pſalmo XC. 10. ipſe Moſes confirmat. Ad-

a Codom. Chronol. lib.4. cap. 85. dunt alii, a hiſtoriam hanc accidiſſe ante, quam inſignia Dei miracula, quæ in Exhodo ſcripta ſunt, Iſraelitis exhiberentur & paſſim celebrarentur: quia alias hæc intra cetera Dei opera, quæ in Jobi libro prædicantur, etiam recenſerentur. Præſertim autem Deus ipſe nequaquam capite quidem XXXVIII. *maris*, XL. autem *Jordanis*, ita mentionem faceret, tamquam inauditum fuerit quod homines ſuper eorum fundo ambulaſſent. Et quoniam Dominus cap. 29. inquit ad Jobum; *Quis præparat corvo eſcam ſuam, quando pulli ejus clamant ad Deum vagientes, eo quod non habeant cibos?* Haud dubie interrogaſſet, quis Iſraelitis quadraginta annos victum præbuit in deſerto: niſi hiſtoria Job vetuſtior eſſet actis Exhodi. Neque ulla hic uſquam legis, niſi per manus traditæ, mentio: & quæcumque hic veterum hiſtoriarum attinguntur, antiquorum ſunt temporum. Ex eo quoque

b Tremel. & Jun. in Job. 2. 1. hoc eliciunt b quod poſt latam legem nemini licuit alibi, quam coram arca vel tabernaculo Dei ſacrificare, ſine mandato ſingulari: ideoque Job, aut non feciſſet contra præſcriptum Legis ſacrificans, (c. I. & XLII.) aut Scriptura non commendaſſet illius ſacrificia, ſi veniſſet contra legem.

Porro frater Jacobi Eſau, quum eſſet 40. annorum, uxorem duxit Baſmatham, ſive Adam filiam Elonis Hittæi, atque ex ea ſuſcepit Eliphazum, patrem Themanis; (Geneſ. XXVI. 34. & XXXVI. 2. 4. 11.) a quo Eliphaz Themanites, qui cum Jobo eſt collocutus, duxit originem. Subductis annis 40. Eſavi ſive Jacobi (gemelli enim fuerant) ab 130. quot Jacobus agebat, quando cum familia ſua in Ægyptum eſt profectus; (Geneſ. XLVII. 9.) reſtant 90. inter primas Eſavi nuptias & Iſraelitarum deſcenſum in Ægyptum, interpoſiti. Unde colligere licet, Eliphazum Themanitem, (a Themane, Eſavi ex filio primogenito Eliphazo nepote oriundum) eodem vixiſſe tempore quo in Ægypto peregrinati ſunt Hebræi: maximeque eſſe probabile, Jobi (æqualis ipſius) hiſtoriam poſt Joſephi mortem [tempore inter Geneſin & Exhodum interjecto] contigiſſe; quando ipſis Iſraelitis ad Ægyptiacorum idolorum cultum deficientibus (Joſu. XXIV. 14. Ezechiel. XX. 8.) de univerſa terra peragrata & ſibi ſubdita, Satanæ gloriandi data eſt occaſio (Job. I. 7. II. 11.) Ipſo vero ingreſſus Iſraelitarum anno, natum fuiſſe Jobum, & egreſſus denatum, Judaicum commentum eſt.

Hæc de ætate Jobi quæſtio, ex eo diligentius a no-

c Abram. Phar. Vet. Teſtam. lib.9. cap. 22. bis eſt tractata; quia ex ea c Nicolaus Abramus moram Iſraelitarum in Ægypto neque 210. neque 215. ſed 430. fuiſſe annorum probare nititur: ſed hoc ſatis debili ſubſtrato fundamento; quod *Job* idem fuerit cum *Jobab* Zaræ filio, ſecundo Idumæorum rege, cujus meminit Moſes in Geneſ. XXXVI. 33. ubi & Zaram hunc, ex Idumæorum Ducibus unum, filium facit Rehuelis, filii Eſavi & Baſemathæ, ſororis Nabajoth, & filiæ Iſmaelis (*comm.* 3. 10. 17.) Hanc vero Nabajoth (Nabathæorum patris) ſororem Iſmaelis filiam, Baſematham & Mahalatham dictam, Eſavum eo tempore uxorem duxiſſe idem refert, quo frater Jacobus, accepta patris benedictione, ex Chananæa in Meſopotamiam eſt profectus: (cap. XXVIII. 6. 9.) a quo, uſque ad Jacobi & familiæ ipſius deſcenſum in Ægyptum, annos decurriſſe 53. oſtendimus. Unde, & ſub id tempus, Jobabum natum fuiſſe Nicolaus colligit: quod vix ante annum ab inito matrimonio quinquageſimum, ad pronepotes ſoleat, ac generationem tertiam perveniri. Conſiderandumque poſtea nobis ille proponit, quomodo ſex poſt Jobabum Idumææ Reges, alios aliis morte ſublatis ſuffectos, Moſes numeraverit; eo præſertim ævo, quo mortales vitam diutius propagabant, & poſt hanc Regum ſeriem Duces undecim recenſuerit, quos ex I. Paralip. I. 51. ſatis conſtat non ſub Regibus, ſed poſt eos Reipublicæ gubernacula tenuiſſe.

At certe anni 215. commorationis Iſraelitarum in Ægypto, & 40. fere in deſerto, tempus ſuppeditabunt ſatis amplum, quod & octo illis Regibus, qui regnaverunt in Idumæa, *antequam haberent Regem filii Iſrael*, (Geneſ. XXXVI. 31.) id eſt, (ut exponit doctiſſimus Grotius) priuſquam Iſraelis poſteri terram Chananæam ac vicinas ſunt adepti, ante quod tempus regem ipſis facere non licuit; (Deuteron. XVII. 14.) & undecim etiam Ducibus recipiendis ſuffecerit: ſi modo duo iſta admittamus; quibus non admiſſis, ne 430. quidem anni habitationi Iſraelitarum in Ægypto attributi, illis capiendis eſſent ſuffecturi. I. Cum Reges iſtos ex diverſis fuiſſe civitatibus Moſes memoret; non jure hæreditario regnum eos obtinuiſſe, (ex quo contingere poterat, ut adoleſcens regnum adeptus, in longæva illa hominum vita, ad centum annos illo potiretur) ſed vel populi ſuffragiis, vel vi armorum (uti Eſavo a patre Iſaaco fuerat prædictum. Geneſ. XXVII. 42. *Gladio tuo vives*) ad Regium faſtigium fuiſſe evectos: at jam ætate ſeniores, & uſu rerum inſtructi eo pervenientes, non ita diuturnum in imperio tempus neceſſario exegerint. II. Eos, qui ſub Regibus ſingularium provinciarum duces exſtiterunt, ſed ſupremo illo imperio ſubditi, ſublatis poſtea Regibus iiſdem provinciis liberam & *αὐτοκράτορα* poteſtatem obtinuiſſe: ita ut undecim illi a Moſe memorati Duces, non (ut in Regibus factum) alii aliis ordine ſucceſſerint, ſed ſimul omnes & eodem tempore provinciarum ſuarum adminiſtrationem obiiſſe. Atque hinc Moſes, quum in ipſo ex Ægypto exitu, *Ducum* Idumææ in Cantico ſuo meminiſſet; (Exhod. XV. 15.) poſt annos tamen 39. ſub *Regio* adhuc imperio Idumæam fuiſſe indicat. [Num. XX. 14. Judic. XV. 17.] ex quo ulterius colligimus 1. Regem illum, qui Iſraelitis tranſitum per terram ſuam denegavit, fuiſſe *Hadarum*, poſtremum Idumæorum regum a Moſe memoratorum. 2. Idumæorum erga fratres ſuos Iſraelitas in-

humanitatem hanc cito Deum fuiſſe ultum: eodem anno & Rege per mortem, & ipſo regno per politiæ mutationem ſublato. 3. Moſem, anno 40. poſt exitum ex Ægypto, librum Geneſeos vel ſcribentem vel ſaltem interpolantem, undecim illorum Ducum ex ſtirpe Eſavi ortorum, qui Regibus in ſummo imperio ſucceſſerunt, nomina recenſuiſſe, *Secundum familias ſuas, & ſecundum habitationes in terra poſſeſſionis ſuæ;* (Geneſ. XXXVI. 40.43.) utpote diverſis provinciis in eadem Idumææ regione, eodem tempore, (uti dictum eſt) præfectorum.

Sed hypothetice hic diſputat Nicolaus Abrahamus. Si Jobabus Idumæorum rex idem fuerit cum B. Jobo, quem poſt tentationes ſuas 140. annos vixiſſe Scriptura teſtatur; intra anguſtias 215. annorum, moræ Iſraelitarum in Ægypto & 40. in deſerto, non poſſe contineri quatuor illorum regum tempora, quos Jobabo in regno, ut & illis alios in Ducatu, antequam a Moſe liber Geneſeos conſcriberetur, ſucceſſiſſe apparet. Quæ conſequentia vera ſi fuerit: non diuturniorem, quam 215. annorum Iſraelitarum in Ægypto fuiſſe moram, inde probabitur. Sed falſitas illius hypotheſeos, quæ Jobum eumdem facit & Jobabum, inde convincetur, quod duo illa argumenta, quibus hypotheſeos hujus patroni veritatem ejus oſtendere ſunt conati, alterum a nominum Jobi & Jobabi ſimilitudine, alterum ab auctoritate *appendiculæ* [ut loquitur Abrahamus] *quam LXX. Seniores libro Job velut laciniam attexuerunt*, petitum, jamdudum a Nicolao Lyrano ſunt ſoluta; ad cap. 1. Jobi, ita ſcribente. *Nec motivum aliorum valet, de ſimilitudine nominis Job & Jobab, quia frequenter contingit duos homines valde diverſos non modo ſimili, verum etiam prorſus eodem appellari nomine. Supponitur etiam falſum, quod prædicta nomina ſint valde ſimilia: cum ſecundum ſcripturam Hebraicam, ſint multum diſſimilia, Hoc enim nomen Job, in Hebræo incipit per Aleph* [איוב] *nomen vero Jobab per Jod.* [יובב] Deinde, de lacinia illa reſpondet, quæ in Bibliis Græcis ad finem libri eſt adjecta, & cujus pars in Latinis (ex Jobo, ab Hieronymo e Græca lingua tranſlato, deſumpta) in libri initio, *Argumenti* loco, inter Hieronymi Prologos poni ſolebat. *Similiter additio qua allegata eſt non valet: quia, ſicut dicit Hieronymus in libro de Hebraicis Quæſtionibus, non eſt in Hebræo, & ideo non eſt ei adhærendum ſecundum ipſum; dato quod inveniatur aliquando in fine libri Job. Et ex hoc patet, quod ſi ponatur in fine Prologi Hieronymi, non eſt hoc de intentione ſua; ſed hæc additio & conſimiles, ab aliquibus minus expertis in hiſtoriis & genealogiis Hebræorum, appoſita ſunt: propter quod de ipſis non eſt curandum.*

Et certe appendiculam hanc eſſe *apocrypham*, in libro 1. de Verbo Dei cap. 20. Cardinalis Bellarminus confirmat. Cui fruſtra auctoritatem ex eo conciliare nititur Abrahamus; quod LXX. *quæ ad calcem libri Job addiderunt, ſe non ſuopte finxiſſe ingenio, ſed de codicibus Syriacis (unde quidam ab ipſo Moſe librum Job in Hebraicam linguam translatum putant) deprompſiſſe teſtentur.* Quaſi verba illa in calce libri, Οὗτος ἑρμηνεύεται ἐκ τῆς Συριακῆς βίβλου, *Hic interpretatus eſt ex Syriaco libro*, ad ſequentem appendiculam referenda eſſent, & non ad librum ipſum, qui præceſſerat: & quaſi res eſſet extra omnem poſita plane controverſiam, Syriacum hic ſermonem diſtinctum fuiſſe ab Hebraico; in Græca [a] Catena contrarium obſervandum inveniamus. Συριακὴν νῦν, τὴν Ἑβραΐαν (vel Ἑβραίων,) διάλεκτον καλεῖ διὰ τὸ γειτνιάζειν ταύτην τῇ τῶν Σύρων, (al. τὴν διάλεκτον τῶν Σύρων τῇ Ἑβραΐδι) καὶ εἰκοσιδύο στοιχεῖα ἔχειν, καθάπερ οἱ Ἑβραῖοι· καὶ Συρίαν δὲ τὴν Ἰουδαίαν, καὶ Σύρους οἱ πολλοὶ τοὺς Παλαιστίνους ὀνομάζουσι· *Hebraicam dialectum hoc loco Syriacam vocat: quia Syrorum lingua proxime ad eam accedit, & viginti duabus litteris Hebræi & Syri pariter utuntur; Judæam etiam Syriam, & Palæſtinos plerique Syros appellant.* Hæc Olympiadorus, vel quicumque alius in Catena illa: cum quo & auctor Commentariorum in Job conſentit, quos falſo Origenis nomine Latine a ſe converſos edidit Perionius.

Pro nobis vero faciunt Hebræi, tum antiqui (apud Hieronymum, in Epiſt. 126. ad Evagrium, & Traditionibus Hebraicis in Geneſ. cap. 36.) tum poſteriores omnes, Iſaacide [quomodo R. Salomonem Jarchi, ab Iſaac ono e majoribus, fuiſſe cognominatum, a Judæis ſe didiciſſe refert [b] Scaliger] uno excepto: de quo Aben Ezra, ad Geneſ. capite 36. גם יובב בן זרח איננו איוב אשר אמר היצחקי המהביל *Etiam Jobab filius Zerach, non eſt Ijob, quemadmodum dixit Iſaacides, vane ſeu fatue agens.* Pro nobis quoque ex Latinis facit Hieronymus, in Quæſtionibus ſive Traditionibus in Geneſ. cap. 22. & poſt eum Philippus Presbyter, atque Beda [falſo creditus Hieronymus] libri Jobi interpretes; cum Ruperto Tuitienſi, lib. 6. Comment. in Gen. c. 34. Petro Trecenſi (Hiſtoriæ Scholaſticæ auctore) cap. 5. ſuper librum Geneſis, & recentioribus aliis. Neque enim audiendus hic vel Petavius, [c] *ſatis exploratum* eſſe objiciens, *quæ in Traditionibus Hebraicis ab* Hieronymo *memoriæ prodita ſunt, magis ex Hebræorum mente, quam ex ſententia ſua plerumque proferri;* vel Abrahamus, *alios ſola Hieronymi auctoritate permotos*, hanc ſententiam eſſe amplexos affirmans. Ex propria enim ſententia locutum hic fuiſſe Hieronymum, verba hæc ipſius clariſſime oſtendunt. *Male igitur quidam æſtimant Job de genere eſſe Eſau, ſiquidem illud quod in fine libri ipſius habetur, eo quod de Syro Sermone tranſlatus eſt, & quartus ſit ab Eſau, & reliqua quæ ibi continentur, in Hebræis voluminibus non habentur.* Alios autem ut in eamdem concederent ſententiam, non tam auctoritas Hieronymi, quam ratio ab ipſo allata, permovit; quod Appendix illa, cujus præſumpta auctoritate Veteres in errorem ſunt inducti, *in Hebræis voluminibus non haberetur*, & Canonicam conſequenter auctoritatem haud quaquam obtineret.

Quæ eadem ratio & Græcorum quoſdam permovit, ut eam Appendicem rejicerent: de quibus ita Polychronius. [d] Παραγράφονται τὴν ἐν τῷ τέλει γενεαλογίαν, ὡς μὴ ἐμφερομένην ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ, οὐδ᾽ εἶναι ὅρον ἔχειν τί, καὶ ἐτελεύτησεν Ἰὼβ πρεσβύτερος καὶ πλήρης ἡμερῶν. οὐκ ἀπεικός, φασί, γενομένης ἀπὸ τῆς ὁμωνυμίας τῆς ἐν Γενέσει φερομένης εἰς τὴν κατὰ τὸν Ἡσαῦ γενεαλογίαν, ἔνθα μέμνηται Ἰωβάβ, ὑπό τινων ἐσχολιογραφῆσθαι· καὶ λοιπὸν ὕστερον τῷ χρόνῳ εἰς ὕφος τοῦ παντὸς βιβλίου ἀναγνωσθῆναι τὰ παραγεγραμμένα. *Genealogiam quæ in fine eſt rejiciunt, quia in Hebræo non reperitur: & liber iis verbis clauditur;* Et mortuus eſt Job ſenior & plenus dierum: *nominis autem ſimilitudinem in Genealogia Eſau, quæ in libro Geneſeos exſtat, ubi Jobabi mentio fit, anſam erroris & hujuſmodi ſcholii quibuſdam præbuiſſe; tractuque temporis poſtea, quæ margini adſcripta erant, in libri textum ab aliis aſſumpta eſſe aſſerunt;* Et Olympiodorus, in Protheoria capitis 33. & ultimi libri Job; ut quidem Græci capita diſtinguunt. Φασὶ μέν τινες μὴ εἶναι τῆς ἱερᾶς ταῦτα γραφῆς, ἀλλὰ παραγεγράφθαι τῷ βιβλίῳ τὰ ῥήματα. Ἡμεῖς δὲ ἐν πᾶσι τοῖς Ἑλληνικοῖς ἀντιγράφοις οὕτως εὑρηκότες γεγραμμένην τὴν βίβλον, πάντα τὰ ἐγγεγραμμένα οὕτω δεχόμεθα ὡς παρὰ τῶν πατέρων παρειλήφαμεν. Quæ in fine libri ſunt, *dicunt quidem nonnulli non eſſe ſacræ hujus Scripturæ, ſed libro huic aſſuta & adſcripta eſſe verba. Nos vero cum in omnibus Græcis exemplaribus librum ſic ſcriptum invenerimus, ita omnia quæ in eo ſcripta ſunt recipimus, prout a patribus nobis tradita ſunt.*

Argumentum, quod a rebus geſtis Aſſyriorum deducit [e] Nicolaus Abrahamus, nos omnino non ferit. Neque enim contra nos probat, longius quam 215. anno-

[a] Caten. in Job per Patricium Jonium. pag. 612.

[b] Scalig. Canon. Iſagog. lib. 3. part. 2. cap. 1.

[c] Petav. doctrin. temp. lib. 9. cap. 20.

[d] Proœm. Caten. Græc. in Job.

[e] Abraham. ut ſupr. cap. 19.

annorum ſpatium Ægyptiacæ Iſraelitarum peregrinationi eſse tribuendum; ſed Amraphelem tantum, Sennaaris ſive Babylonis regem, longe ante Nini tempora, ab Abrahamo Patriarcha profligatum fuiſse demonſtrat: quod nos libentiſſime concedimus. In Aſsyriorum enim imperii duratione Herodoti rationes Cteſianis & Euſebianis præferentes [quas & jure præferendas, in libro *6.* quem *Nearchum*, ſive de *regna Aſſyriorum* inſcripſit, ipſe agnoſcit Nicolaus] Abrahami illam victoriam 645. annis ante Nini exordium, in Annalibus noſtris collocavimus: ut ad hoc efficiendum, Iſraelitarum in Ægypto commorationem, ad annos 430. extendere, nihil nobis fuerit neceſse.

a Id. ibid. cap. 14. At poſse (putat Nicolaus) [a] *ex annis Caath demonſtrari, moram filiorum Iſrael in Ægypto fuiſſe plus quam* 215. *annorum.*

Sed quomodo hoc ille demonſtret, videamus. Cum fuerint *anni Caath centum triginta tres*, ut Exhodi VI. 18. dicitur: *quamvis cum jam puberem faciamus, cum Ægyptum ingreſſus eſt, neceſſe tamen eſt, ut in Ægypto annos centum & viginti præterpropter exegerit. qui ſi* 80. *Moſis annis* [*cap. VII.* 7.] *accedant, ducentorum annorum ſummam colligent. Aut igitur Iſraelitæ pluſquam* 215. *annis in Ægypto manſerunt, aut quindecim dumtaxat annorum ſpatium inter Caathi mortem & Moſis exortum interfuit. Hoc autem poſterius dici non poſſe, liquet ex iis quæ cum inter illius obitum & hujus ortum geſta narrentur, haudquaquam tamen, tam anguſta temporis intercapedine, claudi potuerunt.* Atque inter hæc, Iſraelitarum multiplicationem & oppreſſionem, ſimul cum Amrami & Jocabedæ matrimonio reponit: & ex eo quod Moſis infantuli ſoror העלמה vocetur, (cap. II. 8.) adoleſcentulam & nubilem eam fuiſse colligit; indeque *Amrami & Jocabedæ nuptias, multis licet annis ab obitu Caathi, non paucis tamen ante Moſis exortum, fuiſſe contractas* concludit, *& audiendos non eſſe qui moram Iſraelitarum in Ægypto* 215. *annorum anguſtiis circumſcribuat.*

Nos vero eam de Caathi in Ægyptum deſcendentis prima pubertate hypotheſin, quam pro libertate ſua videri ille vult ultro nobis eſſe largitus, nos minime recipimus. Cum enim juxta rationes noſtras, inter nativitatem Levi patris Cahati & migrationem in Ægyptum, anni 50. interceſſerint, (ut in Annalibus videre licet:) quid obſtat, quominus Cahathus in Ægyptum deſcendens non modo pubertatis, ſed etiam virilis ætatis annos attigiſſe poſſet putari? ita ut 30. annorum eo ingreſſus 103. annos ibi exegerit, & 32. ante natum Moſem annis vitam finierit. Nam potuiſse hoc fieri, ſatis fuerit nobis oſtendere, qui reſpondentium hic partes ſuſtinemus; factum non fuiſse, niſi certo aliquo indicio demonſtrator noſter oſtenderit, in quindecim illorum anguſtias impellere nos non poterit; quibus ſublatis, ſimul & totam argumentationis illius vim concidere neceſſe eſt.

Certe quæ in ſacra Hiſtoria, de ſervitute & afflictione Iſraelitarum ante Moſis nativitatem, referuntur, intra 32. annorum ſpatium potuiſſe peragi, mihi non eſt dubium. Multiplicationem vero populi Iſraelitici, vivente adhuc Cahatho, conſpicuam & maxime potuiſſe eſſe obſervabilem, res ipſa monſtrat. Nam Amrami & Jocabedæ nuptias, poſt Pharaonis de ſubmergendis Hebræorum infantibus edictum, fuiſſe initas, non aliunde habetur quam ex duobus illis verbulis, *poſt hæc*, Exhodi II. 1. in editione vulgata Latina additis: quæ in textu Hebraico, Græco, Chaldaico, Syriaco, Perſico, & Arabico, nuſquam apparent. Quin & ipſam multiplicationem Iſraelitarum tam obſervabilem, eamque inſecutam ſervitutem eorum & afflictionem duriſſimam, Cahathi morte fuiſſe poſteriorem, non aliunde quam ex eadem Latina verſione loci, Exhod. I. *6.* colligitur. *Quo* [Joſepho] *mortuo, & univerſis fratribus ejus, omnique cognatione illa, filii Iſrael creverunt, &c.* quum in textu originali Hebraico, pro *cognatione*, legatur דור quæ vox non ſanguinis propinquitatem, ſed generationem hic denotat, id eſt hominum, [Ægyptiorum præſertim] univerſitatem qui Joſepho & fratribus ejus ætate æquales exſtiterunt. Ita *ætas* & *progenies* in Horatianis illis ſumitur:

> [b] *Ætas parentum, pejor avis, tulit*
> *Nos nequiores, mox daturos*
> *Progeniem vitioſiorem.* b Horat. Carm. lib. 3. Od. 6.

Et *generatio*, *in Pſal. LXXVIII.* 3. 4. *Quæ patres noſtri narraverunt nobis, non celabimus filios eorum, generationem alteram:* & commate 5. *6.* *Mandavit patribus noſtris, nota ea facere filiis ſuis ut cognoſcat generatio altera, filii naſcituri; exſurgenteſque enarrent filiis ſuis:* ubi, quum filii alteram conſtituant generationem; ad paternam non magis hic referendus fuerit Cahathus, quam ſoror ejus Jocabeda, Levi ipſius filia, (ut in capite VIII. ex Numer. XXVI. 59. eſt oſtenſum) quam perſecutione maxime ſæviente Moſem peperiſſe conſtat. Unde & Hebræi in Seder Olam cap. 3. non a Cahathi obitu ſervitutis Ægyptiacæ tempus deducunt, ſed a morte patris ejus Levi: a qua ad nativitatem Moſis annos 48. in Annalibus noſtris numeratos invenies; ſpatium iis omnibus quæ ad hanc hiſtoriæ partem pertinent capiendis ſufficientiſſimum.

A Latinæ quoque editionis auctoritate potiſſimum dependet argumentum illud alterum a Nicolao ex Joſuæ genealogia deductum: quæ in ea, I. Chronicor. VII. 25. hunc in modum habetur propoſita. *Porro filius ejus Rapha, & Reſeph, & Thale, de quo natus eſt Thaan, qui genuit Laadan. Hujus quoque filius Ammiud, qui genuit Eliſama; de quo ortus eſt Nun, qui filium habuit Joſue.* Cui nos integrum poſterorum Ephraimi catalogum ſubjiciemus, prout in textu Hebræo legitur.

Ephraim.

Shuthelah, Beriah.	*Sheerah filia. Rephah* בנו
Bered בנו	*Reeph.*
Tahath בנו	*Tela* בנו
Eladah בנו	*Thaan* בנו
Tahath בנו	*Laadan* בנו
Zabad בנו	*Ammihud* בנו
Shuthelah בנו	*Eliſhama* בנו
Ezer.	*Nun* בנו
Elead.	*Jaſua* בנו

His, qui in prima ſerie ſunt nominati, a viris Gath interfectis, Ephraimo natum fuiſſe Beriam, ex ſacra quum Nicolaus confirmaſſet hiſtoria, de cladis hujus tempore, quod in Scriptura reticetur, ſubjicit. *Quo ſane tempore, ut res ipſa docet, annus ab ingreſſu Jacobi in Ægyptum, ſaltem ſeptuageſimus quartus effluxerat, ſupererantque ad Exhodum* 140. *dumtaxat anni; ſi* 215. *tantum annis filios Iſrael in Ægypto verſatos eſſe ſtatuamus.* Deinde, ut confeſſum ſumens, tres primos in ultima ſerie nominatos, Beriæ fuiſſe filios, Joſuam octavum ab Ephraim, ſeptimum a Beria fuiſſe colligit. Tum ex Joſu. XXIV. *29.* Joſuam annos 110. vixiſſe addit: quum poſt Moſis obitum rempublicam adminiſtraſſet annis 10. ut placet Melchiori Cano & Cajetano, aut 14. ut putat Pererius, aut 17. ut Beda & alii tradiderunt. Juxta quam poſtremam ſententiam, cum ex Ægypto egreſſus eſt, Joſua annorum fuiſſet 53. *quos* 53. inquit Nicolaus, *ſi ab* 140. *deduxerit, invenies inter Beriæ & Joſuæ exortum* 87. *dumtaxat annos intereſſe, qui præcoci quadam fœcunditate ſeptem aut octo generationibus tribuantur, ut ſinguli Joſuæ majores, liberos duodecimo circiter ætatis*

anno, ſuſceperint; undecimo generarint. Quæ ſi merito diſpliceant; certe præſtabat tempus manſionis in Ægypto producere, quam tot generationum capita, tam arctis temporum limitibus cohibere. Ita ille.

Nos vero dicimus Hebraicum בני quod toties in hac genealogia occurrit, tum *filium ejus*, tum *filium ejuſdem* denotare: & priore modo ſub finem, poſteriore in principio & medio genealogiæ accipi. In prima enim ſerie articulum non ad præcedentem perſonam, ſed ad primum ſtirpis auctorem, ipſum Ephraimum eſſe referendum; neque Nicolaus negat; & ſi negaret, eamdem vel etiam majorem fœcunditatis præcocitatem hic agnoſcere cogeretur, quam in noſtra ſententia tantopere improbat. Nam cum Joſephus ex filii ſui Ephraimi progenie, tres tantum generationes vidiſſet; (Gen. L. 23.) ipſe Ephraimus hac ratione viſurus fuiſſet decem, & quidem novem ex iis aptas armis ferendis, quod niſi prole ante annum 12. ſuſcepta, ægre credere poſſimus contigiſſe. In ultima quoque ſerie, ubi Repha dicitur בני *filium ejuſdem*, Ephraimi ſcilicet, ſimiliter accipiendum eſſe contendimus: tum quia nomen proxime antecedens erat fœminæ, quum ſi affixum reſpexiſſet, בנה dicendum fuiſſet, non בני, tum quia *Tahan* tertius in eadem ſerie nominatus, inter immediatos Ephraimi filios a Moſe recenſetur (Numer. XXVI 35.) Tantumque abeſt, ut cum Nicolao filium Beriæ Rephiam conſtituamus, ut & Rephiam & Tahanem, ante ipſum Beriam in Lucem fuiſſe editos, exiſtimemus. Neque enim primos illos, a Scriptore ſacro idcirco primo in loco nominatos fuiſſe putandum eſt, quod reliquis ſeniores exſtitiſſent, ſed quod communem ab hominibus Gathi cladem pertulerint, per eam patri Ephraimo nomen *Beriæ* proximo filio imponendi occaſionem dederint: quod in afflictione ille fuiſſet propter familiam ſuam. (I. Chronic. VII. 23.)

Quod ſi *Tahans* non in prima, ſed in tertia poſt Ephraimum generatione [quam & Joſeph, Gen. L. 23. vidiſſe dicitur] ſedem aſſignare cuiquam magis placeat: ne ſic quidem ad Chronologicas noſtras rationes aliquod accederet detrimentum. Si enim Ephraimum, annis 22. poſt deſcenſum Jacobi in Ægyptum, Tahanis avum procreaviſse, & Joſuam annos 53. natum, ex Ægypto exceſſiſse, admiſerimus; & Septem (inter Ephraimum & Joſuam interpoſitarum) generationum parenti cuique annos ætatis viginti, quum filium ſuum ſuſciperet, ſimul tribuerimus: tota ſumma 215. annorum numerum non eſt exceſsura. Ut ad præcocem illam fœcunditatem reſtringi hic nos non fuerit neceſse, quam Nicolaus ſibi fingit. Quem interim meminiſse oportuerat, in hac eadem Ephraimi genealogia, filiæ ipſius Sheeræ mentionem fuiſse factam, quæ Beth-horon inferiorem & ſuperiorem ædificavit, [I. Chronic. VII. 24.] ideoque poſt 7. annum Joſuæ, quo terra Chananæa Iſraelitis eſt diviſa, ſuperſtes fuerit. Eam, etſi 130. patris anno genitam fuiſse dicamus, plures tamen quam 140. ut ipſa vivendo exegerit neceſſe eſt; moræ Iſraelitarum in Ægypto 215. tantum annis aſſignatis; quod etſi mirum, incredibile tamen non eſt habendum. Sed ut plures illam quam 355. vel ſaltem 333. annos vixiſse credamus, quod Nicolai poſtulat hypotheſis; neſcio qui ſtomachus poſſit concoquere.

Supereſt adhuc argumentum, a multiplicatione filiorum Iſrael in Ægypto petitum: *quod ſine miraculo, quod ſane fingere neceſſe non eſt, vix potuerint in tantam multitudinem excreſcere, ut cum in egreſſu ſeptuaginta capita cenſa fuerint, ducentis poſt annis armatorum ſexcenta millia numerarent*. Ita [a] Nicolaus, paullo diffidentius; cum ante eum [b] Stapletonus multo confidentius: *fieri non potuiſſe abſque ingenti miraculo, ut 210. ann. ſpatio 72. homines, qui in Ægyptum deſcenderunt, ſic multiplicarentur, ut ex illis* [c] *ſexcenta millia hominum armatorum (præter innumerabilem aliorum multitudinem) invenirentur quum Ægyptum exirent*. Quod B. Auguſtino tamen mirum non eſt viſum, quæſtione 47. in Exhodum, hac de re ſcribenti. *His annis quantum multiplicari potuerint Hebræi, ſi fœcunditas hominis conſideretur, adjuvante illo qui eos voluit valde multiplicari, reperietur non eſſe mirum, quod & ſexcentis millibus peditum egreſſus eſt populus ex Ægypto: excepto cetero apparatu, ubi & ſervitia erant & ſexus muliebris, & imbellis ætas.* His vero additis, ad 1800000. vel 2000000. numerum excreſcere potuiſſe cenſet [d] Bonfrerius: quod ille tamen adeo non miratur; ut potius ſibi mirum videri dixerit, quod non plures exſtiterint. Hoc vero ut oſtendat, ex deſcendentibus in Ægyptum non 70. ſed 50. tantum ſumens, ipſorumque & poſterorum unicuique tres liberos maſculos dumtaxat aſſignans; maſculos 150. oriri potuiſſe colligit, ex ſecundo 450. ex tertio 1350. ex quarto 4050. ax quinto 12150. ex ſexto 36450. ex ſeptimo 109350. ex octavo 328050. ex nono 984150. in ultimo 2952450. qui numerus, maſculorum dumtaxat, fere tertia parte ſuperat numerum 2000000. ſupra aſſignatum, maſculos ſimul & fœminas comprehendentem.

Sed non ſatis ille conſideravit, decem hunc vicenariorum ab eo poſitum calculum conſiſtere non poſse, niſi intra quemque vicenarium tres ſuos filios, cum pari ſaltem filiarum [ſuo tempore maritis conjungendarum] numero fuiſse progenitos, conceſserimus: quod neque admitti oportet, nec ipſius Bonfrerii hypotheſi eſt conſentaneum, qua *ætatem generationi idoneam, eam quæ viginti annorum eſt, conſtituere voluiſſe*, hic ſe docet. A qua ætate ſi generandi initium deduxiſſet, ſeptem potius tricenariorum, quam decem vicenariorum annorum ordines, hic ab eo fuiſsent reponendi. Et in tot quidem tricenarios, Iſraelitarum in Ægypto more annos 210 [e] Torniellus diſtribuit: verum in unoquoque tricenario ſeptem maſculos totidemque fœminas ſuſceptas fuiſse ſtatuens, eorum aliquos, ante annum ætatis parentum viceſimum, in lucem fuiſse editos, admittere & ipſe cogitur.

Id autem ſi evitare libeat, Bonfrerii hypotheſi ex Johanne Temporario (quem ille ducem potiſſimum hic eſt ſecutus) aliquantulum correcta, ſupponere liceat; ex deſcendentibus in Ægyptum 50. viros, annis 20. natu majores, primi poſt deſcenſum decennii annis ſingulis, liberos ſingulos procreaviſse; eorumque continuo ordine poſteros maſculos, exacto ætatis viceſimo, intra proximum quodque decennium, totidem liberorum patres exſtitiſse: neque 3. cum Bonfrerio, neque 7. cum Torniello, ſed medium inter utrumque 5. marium numerum cuique tribuente: hac ratione ex primis illis 50. procedere potuerunt, annis poſt deſcenſum in Ægyptum.

X maſculi.	250.
XL.	1250.
LXX.	6250.
C.	31250.
CXXX.	156250.
CLX.	781250.
CXC.	3906250.

Ab anno CXC. uſque ad annum CCXV. quo ex Ægypto eſt migratum, anni interceſſerunt 25. Ex quo apparet abſque ullo miraculo, mares eo tempore ex genere Iſraelitico, ab anno 25. & ſic deinceps, uſque ad 34. natos, numero 3906250. &, ſimul additis tribus poſtremis progreſſionis hujus ordinibus, mares 4843750. ſimul viventes exiſtere potuiſſe: quum tamen ex Ægypto egreſſi circiter 600000. (Exhod. XII. 37.) vel 603550. ab anno ætatis vicenario tantum numerentur; (Exhod. XXXVIII. 26. & Numer. I. 46.) præter Levitas, quorum mares, (ab ætate uſque menſtrua recenſiti) numerum 22000. confecerunt (Num. III. 39.)

Quod

[a] Abram, ut ſupr. c 12.
[b] Stapleton anti. dot. i. Act. 7. 3.
[c] Exhod. 12. 37.
[d] Bonfrer. in Exhod. 1. 12.
[e] Torniel. ann. Mun. 2129. num. 20.

Quod ſi quis objiciat, Geneſ. XLVI. 26. omnes animas quæ cum Jacobo deſcenderunt in Ægyptum numero fuiſſe 66. *præter filiorum Jacobi uxores*; indeque colligat, deſcenſus illius tempore, ſolos Jacobi filios uxores habuiſſe, ideoque a nepotibus ejuſdem intra proximum decennium, liberos decem (quod a nobis eſt poſitum) ſuſcipi non potuiſſe: ſcire illum oportet, uſitato ſcripturarum more, *filiorum* nomine comprehendi & *nepotes*. Cumque hic & Pharesi filii Judæ, & Beriæ filii Asheris liberi, inter 66. illos habeantur connumerati, non omnes Jacobi nepotes cœlibes in Ægyptum deſcendiſſe, ſatis apparet. Quamquam etiam, ſi decem tantum ipſius Jacobi filios, (prætermiſſis Levi & Joſepho) proximo decennio, eorumque deinceps poſteros in ſequentibus ſex annorum tricenariis, quinque maſculos totidemque femellas, juxta præcedentem hypotheſin, ſigillatim procreaviſſe admiſerimus: juxta eam quoque rationem, tempore egreſſionis marium major exſurgeret numerus, quam ille ſuperior a Moſe memoratus; ut ex præcedentis progreſſionis tabella, a radiee 50. ad 10. hunc in modum reducta, licet perſpicere.

Anno.	
X.	50. naſcerentur maſculi.
XL.	250.
LXX.	1250.
C.	6250.
CXXX.	31250.
CLX.	156250.
CXC.	781250.

Hæc enim (ut vides) ratione, egredi ex Ægypto potuiſſent mares 781250. quorum minimus 25. maximus 34. ætatis annum ageret. Quibus ſi majores nato, ætatis tamen annum 94. non excedentes, adjicere etiam libeat: poſtremis tribus ſummis ſimul junctis, exſurget numerus 968750.

Quod ſi iterum quis hic objecerit, nullo modo eſſe probabile, a decem illorum Patriarcharum ſingulis intra proximum a deſcenſu in Ægyptum decennium, ſimiliterque ab eorum poſteris, intra unamquamque inſequentium annorum triacontadem, quinque filios, paremque filiarum numerum fuiſſe progenitum: conſiderandum illi ſimul erit, quicquid in admiſſa hypotheſi reperiatur improbabilitatis, id omne ex aliis in eadem omiſſis, ſatis ſuperque eſſe compenſatum. Nam & poſt primom ab intreta Ægypto decennium, patres omnes exacto ætatis anno triceſimo, a liberis procreandis ceſſaviſſe ſupponuntur; quum iſto ævo etiam ſeptuagenarii & octogenarii gignere conſueverint: & in 10. ſolummodo Jacobi filiis radix Progreſſionis eſt fixa; nulla 55. nepotum illius ratione habita, quos catalogus deſcendentium in Ægyptum a Moſe propoſitus ſimul exhibet.

Neque in ullas nos Thaddæus Dunus hic conjicit anguſtias; ex Exhod. I. 6. 7. objiciens, poſt mortem demum Joſephi & fratrum ejus, totiuſque ætatis illis coævæ, multiplicationem hanc eſſe factam. Cum enim ex noſtra ſententia, inter Joſephi obitum & Moſis nativitatem, 64. tantum annorum intervallum interceſſerit; in tam brevi ſpatio, tam immenſam populi multitudinem exoriri potuiſſe, concedendum eſſe non exiſtimat. Verum in ſcriptura illa, juxta eorum qui in Ægyptum deſcenderunt proportionem, Iſraelitas ante Joſephi exceſſum creviſſe, Moſes non negat: licet poſt illud tempus in eum numerum auctos eos fuiſſe doceat, ut *terra impleretur ipſis*; indeque novus Rex de iis duræ ſervitoti ſubjiciendis, ac de infantibus eorum e medio tollendis, conſilium ceperit. Nam ſi in primis illis annis XVII. quibus in regione Goshenis Jacobus vixit, filii & nepotes illius *fætificaviſſe* dicantur, *& aucti fuiſſe valde* (Gen. XLVII. 27. 28.) quis, niſi progreſſionis arithmeticæ plane ignarus, annis 54. proximis, (quibus patri Joſephus fuit ſuperſtes) dubitaverit, eadem propagationis ratione ſervata, numeroſam prodire potuiſſe ſobolem, ut ſtirps tam copioſa, intra annos 64. longe pluribus producendis ſufficeret, quam ad Moſaicæ narrationis veritatem ſtatuendam, foret neceſſarium? Ita in 12. deſcendentium in Ægyptum hypotheſi, anno poſt deſcenſum 70. (qui proxime anteceſſit Joſephi obitum) 1250. & poſt 60. annos (id eſt, quadriennio ante ortum Moſis) 31250. mares prodire potuiſſent; quibus additus intermedius 6250. numerus 38750. maſculos exhiberet; præter parem fœminarum numerum, quæ quarto ante natum Moſem anno, ſimul cum eis exiſtere potuiſſent. Juxta alterem vero 50. generantium hypotheſin, ad 193750. numerus ille maſculorum exſurgeret; [ex trium numerorum 6250. & 31250. & 156250. additione confectus:] quem, totidem fœminarum adjectione auctum, Ægyptiis non immerito ſuſpectum eſſe potuiſſe, nemo dubitaverit.

Concludamus igitur tandem, Iſraelitarum moram in Ægypto, neque 430. annorum fuiſſe, ut Genebrardi & Stapletoni, neque 431. ut Tichonii; neque 408. ut Thaddæi Duni, & Nicolai Abrami; neque 240. ut Guliel. Langii, & Rabbinorum quorumdam; neque 239. ut Henrici Suizeri; neque 225. ut D. Parei; neque 216. ut Jo. Benedicti & Laur. Codomani; neque 210. ut communior Hebræorum, ſed 215. ut Chriſtianorum Chronologorum fert ſententia. Hi 215. anni (juxta noſtras retiones) iu medio anno mundi 2513. juxta Scaligeri & Petavii, (qui non 130. ſed 70. tantum annos inter natales Tharæ & Abrahæ conſtituunt) in 2453. quem pro certo anno Exhodi eſſe habendum, Scaliger [cum ſuis aſſeclis, Setho Calviſio & Johanne Bohemo] ex characteriſmis quibuſdam demonſtrare conatur; quos tamen nullius eſſe momenti, ipſe oſtendit Petavius, libro 9. de doctrina Temporum, cap. 23. & 25. cujuſmodi & illi ſunt Characteres, quibus Philippus [a] Lansbergius ſuadere nititur, annum Mundi 2449. pro vero Exhodi anno eſſe agnoſcendum: quorum incertitudinem ipſa horum utrorumque mutua inter ſe collatio, ſatis maniſeſtaverit. Ex eo enim, quod dies exitus ex Ægypto fuerit feria hebdomadis quinta, & quod annus poſt illum quadrageſimus ſextus, Jubilæus pariter & Sabbaticus fuerit, Scaliger ſupponit: ex eo vero quod dies ille in ſeptimam feriam inciderit, & ipſe exitus annus Sabbaticus ſimul & Jubilæus extiterit, Lansbergius ſuum Mundi annum, pro genuino & certo eſſe agnoſcendum, confeciſſe ſe exiſtimat, quum de neutre illa feria quidquam ex Scripturis conſtet: neque ante Iſraelitarum in terram promiſſam ingreſſum, annorum Sabbatieorum, atque inde naſcentium Jubilæorum, ullam rationem fuiſſe habitam, oſtendi poſſit, quemadmodum ſupra iu 3. capite monuimus.

[a] Lansberg. Chronol. ſacr. lib. 1.

CAP. XII.

Quartæ ætatis mundi ſpatium annorum 479. fuiſſe oſtenditur. Integritas numerorum 480. in lib. Regum & 450. in Actis Apoſtolorum integritas, & inter ſe conſonantia, aſſeritur. Libri Judicum ordo & diſpoſitio proponitur; annorumque quietis terræ ſupputandorum ratio exponitur. Davidicæ genealogiæ in fine libri Ruthæ [b] tribuſque aliis pariter conſentientibus ſcripturæ locis explicatæ, perfectio defenditur; poſteriorum hominum, etiam ad noſtra uſque tempora, non minore quam horum patrum longævitate demonſtrata.

[b] 1. Chronic. II. 11. 12. Mat. I. 5. Luc. III. 32.

AD *quartam* Mundi ætatem jam perventum eſt: cujus ſpatium, in prioris Regum libri (qui

alias

aliis tertius numeratur) capitis VI. initio, a Spiritu ſancto ita habetur expreſſe definitum. *Factum eſt quadringenteſimo & octogeſimo anno egreſſionis filiorum Iſrael de terra Ægypti, in anno quarto (menſe Zivo, ipſe eſt menſis ſecundus) regni Salomonis ſuper Iſrael, ut ædificare inciperet domum Domino.* Quum enim menſis primi die 15. ex Ægypto egreſſi fuerunt Iſraelitæ, & menſie ſecundi die 2°. (ut II. Chronic. III. 2. legitur) in anno 4. Salomonis, Templi jacta ſint fundamenta; annos 479. & dies 17. interceſſiſſe liquet, non integros annos 480. quemadmodum in hujus operis cap. III. contra Job. Funccium ſupra eſt oſtenſum. Severus vero Sulpicius, in priore ſacræ ſuæ Hiſtoriæ libro, 588. fere annos inter utrumque hunc terminum interjectos fuiſſe exiſtimans, *non dubitare ſe* [addit] *librariorum potius negligentia, præſertim tot jam ſeculis intercedentibus, veritatem fuiſſe corruptam, quam ut propheta erraverit.* Noſtris quoque temporibus, Nicolaus Serarius (in III. Reg. VI. 1.) 680. pro 480. Nicolaus Raimarus Urſus [in ſcripto Chronologico Germanice ann. 1596. edito] & Ludovicus Cappellus [*in Chronol. ſacr. tabul 9.*] 580. pro 480. in ſacrum textum irrepſiſſe cenſuit. *Cajuſmodi in deſperatis Chronologiæ quæſtionibus, uti in perditis civitatibus χρεῶν ἀποκοπαί, extremi eſſe ſolent exitus:* inquit, in lib. 9. de doctrina Temporum cap. 32. Dionyſius Petavius: cui merito *hæc nimis effrænata graſſandi in Scripturam licentia coercenda, & repudianda videtur.*

Melchior Canus, lib. XI. locorum Theologic. cap. 5. quum primo ſignificaſſet, ſe *non exiſtimare, aut fidei aut religionis quæſtionem eſſe, num 480. ille annorum numerus, qui in codicibus pervulgatis reperitur, librariorum vitio ſcriptus ſit, an potius idem ab auctore ſacro in ſuo exemplari poſitus*, atque ſentire ſe deinde declaraſſet, interregnorum annos, ſeorſim a temporibus Judicum, eſſe ſupputandos: poſtea ſubjicit. *Joſephus, quoniam non ea ſolum tempora quibus Judices præfuere, computare voluit, ſed illa etiam quæ in interregnis ſine Judicibus fluxerunt, vere ſummam* 590. *confecit annorum. At auctor libri Regum, interregnorum annis omiſſis, eos tantum redegit in numerum, quos intellexit, dum Judices adminiſtrarent, interceſſiſſe. Anni ergo plures ab eo, quo Iſrael exceſſit ex Ægypto, ad templi initia fluxere: ſed ducum, judicum, & regum, non fluxere, niſi* 480. Quam ſententiam, in ſuis ad illum Regum locum Notulis, etiam Emmanuel Sa eſt amplexus. Verum, *hoc eſſe Scripturæ ridiculam & inſulſam aſſertionem imponere*, recte in commentariis ad caput ultimum Joſuæ pronuntiavit Jacobus Bonfrerius. [a] *Etenim quadringenteſimo octogeſimo anno ab exitu filiorum Iſrael, templi fundamenta eſſe jacta; quid aliud apud prudentem, neque ſtudio tuendarum partium occupatum lectorem ſonat, quam totum illud interjectum ab exitu tempus totidem annis, neque pluribus paucioribusve, contineri?* Ex quo ſequeretur Joſephi ſupputationem, ſacri ſcriptoris calculo, longe hic fuiſſe præferendam: dicendumque foret, non jam (cum Sulpicio) *librariorum negligentia veritatem fuiſſe corruptam*, ſed ipſum hic *Prophetam erraviſſe.* Ad aliud igitur effugium Laurentius [b] hic ſe recipiens, putavit, *non inepte pronuntiari poſſe quod* I. Reg. VI. *tempus exitus ex Ægypto complectatur totam peregrinationem Iſraelitarum, quæ a primo Paſchate ſumens initium, duravit, donec ſingulæ tribus occupaſſent ſuam promiſſæ terræ ſortem, cujus cauſſa* [*mandante & mirabiliter adjuvante Deo*] *profectionem ex Ægypto ſuſceperant.* Et ne novum cuiquam videretur, *ex eo loco unde eximus denominari totam profectionem quantumvis longinquam & diuturnam, quæ durat donec perveniatur ad locum cujus adeundi cauſſa iter ſuſcipiebamus, etiamſi obiter incidant impedimenta moram efficientia:* duo ad hoc confirmandum Scripturæ teſtimonia producit. Unum ex Deuteronom. IV. 45. ubi *Moſes dicitur ſuum quintum librum prælegiſſe Iſraelitis* בצאתם *in exeundo, vel in exitu ex Ægypto: cum tamen id fieret anno* 40. *poſt tranſitum maris rubri, quo adhuc verſabantur in itinere ex Ægypto verſus terram promiſſam ſuſcepto.* Alterum ex Pſalmo CXIV. 3. narrante, *in exitu Iſraelitarum ex Ægypto, Jordanem retro verſum conſtitiſſe, quod anno* 41. *poſt tranſitum maris rubri factum eſt.* Itaque arbitratur, in I. Reg. VI. 1. *ſcripturam reſpicere ac definire tempus illud alias indefinitum, quo tribus* DAN Judic. XVIII. *dicitur hereditatem ſibi quæſiviſſe, Tunc enim primum,* (inquit) *finita eſt peregrinatio, quam filii Iſrael ex Ægypto ideo ceperant, ut quæque tribus ſuam hereditatem in promiſſa terra occuparet: nec tamen affirmari poteſt, quando id factum ſit, niſi forte* 480. *anni a templi Salomonici abſolutione* [vel prima fundatione potius] *retro numerati nobis oſtendant, quando ceſſaverit filiorum Iſrael exitus ex Ægypto, id eſt, tota peregrinatio quam ſuſcipiebant; non habitura finem, donec cuilibet tribui ſua ſors in terra promiſſa obtigiſſet.* Euſque autem a diſceſſu ex Ægypto annos 118. effluxiſſe ille autumat, inter diſceſſum illum & jacta Templi fundamenta, annorum 598. intervallum conſtituens. Eamdem quoque interpretationem in tabulis ſuis Chronologicis ſecutus eſt Michael Mœſtlinus: a diſceſſu tamen ex Ægypto, ad Daniticam illam expeditionem, annos 112. ad Templi vero fundationem annos tantum 592. dinumerans.

Sed quam ridiculum illud ſit, ſacrum libri Regum ſcriptorem, non ipſius fundati Templi epocham, ſed terræ a Danitis poſtremum occupatæ tempus, deſignare voluiſſe, quis non videt? Et [ut Johannem [c] Bohemum præterea contra Codomanum hic differentem audias] *quis tempus illud quo una tribus ſibi poſſeſſionem quæſivit, quodque anni ratione nobis ignotum, nominaret Exitum filiorum Iſrael ex Ægypto? quis a termino ignoto Epocham figeret? Monſtrum opinionis, præſertim cum jam ante tribus Dan ſuam poſſeſſionem habuerit, ut ex* Joſu. XIX. 40. *videre eſt: verum ſat anguſtam. Bona namque terræ pars ei tribui per ſortem data, per Chananæos & Amoræos ei erepta;* Judic. I. 34. *Ideo tribus hæc, ſequentibus (nobis tamen annorum ratione ignotis) temporibus, excurrit ad ampliorem ſibi ſedem quærendam.*

Alii, (cum Codomano) per *exitum ex Ægypto*, non tempus illud præciſe quo extra fines Ægypti pedem Iſraelitæ extulerunt denotare, ſed aliquammultorum intervallum annorum comprehendere hic exiſtimant, verum intra modeſtiores aliquanto limites, temporis illud ſpatium coercendum eſſe cenſent. [d] Dionyſius Petavius, & eum ſecutus [e] Petrus Poſſinus, *exitum ex Ægypto*, tempus illud interpretantur, quo Iſraelitæ 40. annis in deſerto oberrantes, ad itineris metas terminumque pervenerunt, & trajecto Jordane in terram Chananitidem introjerunt. Quæ interpretatio, ſi aliquo modo admitti poſſet, in diſcrepantia numerorum inter Hebræos & Græcos codices concilianda, uſum fortaſſe haberet aliquem. Licet enim tam in Complutenſi editione, quam in Græco MS. Arundelliano, eodem quo in textu Hebræo modo, anno ab Exhodo 480. Templum ædificari cœptum fuiſſe legatur: in Romana tamen, & Aldina, & Germanicis editionibus, ut etiam in codice Alexandrino, & apud Luciferum Calaritanum, Sulpicium Severum, atque Oecumenium (in Act. VII. cap. 8.) 440. tantum annorum habetur numerus: quæ diverſitas utcumque componi potuiſſet, ſi ab initio exhodi 480. a fine vero 440. annum illum fuiſſe habendum, dicere nobis liceret. Verum ex ſcriptura nullum adhuc productum eſt teſtimonium, quod nomine Exhodi vel exitus ex Ægypto, etiam annum a migratione illa quadrageſimum ſignificari nobis

bis

[a] Petav. doctrin. temp. lib. 9. c. 33.

[b] Codom. Chronol. lib. 1. c. 17.

[c] Bohem. Chronol. manuduct. tit. 3. c. 6.

[d] Petav. Doctrina temp. lib. 9. cap. 33.

[e] Poſſin. dialect. genealog. Chriſti. c. 19.

Digitized by Google

bis perſuadeat, Nam ad loca quæ ad hoc coofirmaodum proferuntur, reſpondere nos docuit [a] ipſe Petavius: quum monet apud Hebræos ב litteram nonoumquam eſſe idem atque *poſt*, ut in Gen. XXXV. 9. Exhod. II. 23. Numer. XXVII. 26. Sic igitur Deuteron. IV. 45. ubi præcepta Domini Moſes Iſraelitis propoſuiſſe dicitur בצאתם *quum exruiſſent ipſi* ex Ægypto, & in ſequente ſimiliter verſiculo, ubi Moſes & Iſraelitæ, Sihonem Amoræorum regem percuſſiſſe referuntur בצאתם *quum exruiſſent* ex Ægypto: *poſt* egreſſionem facta iſta fuiſſe Moſes tantum ſignificat, nequicquam vero tempus quo iſta vel facta vel dicta ſunt (utcumque *manifeſtum* id eſſe dixerit Petavius) egreſſionem vocat ex Ægypto. Neque alia io Pſal. CXIII, vel CXIV. Prophetæ mens fuit, quam ut *præſentia Dei*, quam in populo ſuo, ex Ægyptiaca ſervitute liberando, mirabiliter ille declaraverat, commotum mare, *Mare fugiſſe*, & *Jordanem converſum eſſe retrorſum* indicaret: neutiquam autem (quod Poſſinus addidit) ut exitus de Ægypto, *duos utrinque extremos aſſignaret terminos*; & *plane declararet Exhodum*, [*ſive exitum*] *aut Egreſſionem de terra Ægypti, nomina eſſe toti peregrinationi deſerti quadragenariæ convenientia.*

[b] Nicolaus vero Abramus, Pſalmiſtam his finibus exhodum circumſcripſiſſe negat: LXX. Senio-res etiam ulterius eos extendiſſe admonens: ubi [c] cum Joſua ſepultos fuiſſe dicunt lapideos cultellos quibus circumcidit filios Iſrael io Galgalis, ὅτε ἐξήγαγεν αὐτοὺς ἐξ Αἰγύπτου, *quando eduxit eos ex Ægypto.* Unde probabiliter poſſe dici ille exiſtimat, *egreſſionem filiorum Iſrael eo demum tempore fuiſſe terminatam, cum Arca, quæ hactenus per vaſtiſſimas Arabiæ ſolitudines conducta fuerat, & egreſſos hactenus comitata, in Silo requievit; quaſi tum denique longæ peregrinationis metam attigiſſet*; Anno videlicet Joſuæ circiter ſeptimo. Johannes Woltherus denique, ut prioribus quidem illis, vocem *Exitus* de tranſitu Iſraelitatum per Jordanem interpretatur; ſed ſimul etiam cum Nicolao Raimaro uumerum illum 480. toto centenario cenſet eſſe diminutum: a relicta Ægypto ad Templi initium, annos 620. ea ratione conſtituens.

Verum temerariam iſtam ſacri textus correctionem, cum alii, tum Johannes Bohemus manuductione ſua Chronologica, & Jacobus Bonfrerius in ſuis ad poſtremum Joſuæ caput commentariis, & Nicolaus Abramus in Pharo Vet. Teſtam. lib. 10. cap. 18. ſatis refutarunt; & a nativa vocis *Exitus* ſignificatione nemo abduci ſe patietur, quin prudenter conſideraverit aliud de illis Scripturæ locis eſſe ſeotieodum, in quibus בצאת (cum præpoſitione caſus ablativi indice) nude ac ſimpliciter habetur poſitum; aliud de illis, in quibus לצאת (cum præpoſitione caſum genitivum denotante) menſis aut anni deſignatione ſimul appoſita. In illis enim, tempus *poſt exitum* generatim tantum & indefinite eſſe deſignatum; in his, præciſe & determinate ab ipſo illo primo, quo ex Ægypto diſceſſum eſt, menſe, ut a certa & nota epocha, ſupputationem eſſe deductam, res ipſa indicat. Hoc certe a Moſe diligenter obſervatum fuiſſe videmus, Exhodi, XVI, 1. Iſraelitas in deſertum Sinis veniſſe ſcribente, *quinto decimo die menſis ſecundi* לצאתם, *egreſſionis ipſorum de terra Ægypti*; & cap. XIX. 1. *menſo tertio* לצאת *egreſſionis Iſraelitarum de terra Ægypti*, veniſſe eos in deſertum Sinai. & Numer. XXXIII. 38. mortuum eſſe Aaronem *anno quadrageſimo* לצאת *egreſſionis Iſraelitarum de terra Ægypti, menſe quinto, primo die menſis*. Neque aliam quam Moſaicam epocham, ſacrum libri Regum ſcriptorem uſurpaſſe, quum 480. *anno* לצאת *egreſſionis Iſraelitarum de terra Ægypti, menſe ſecundo*, templum Salomonicum exſtrui cœptum fuiſſe tradentem, jure ullo dubitare poſſumus.

Quæ vero ad deſperata hæc remedia viros doctos perpulerunt, ut aut Scripturæ textum ipſum immutarent, aut violeota ioterpretatione diſtorquerent, duæ fuerunt rationes præcipuæ: altera ex Paullina oratione *Act.* XIII. 20. eſt deducta; altera a numeris annorum io libro *Judicum* expreſſis, qui longius quam 480. annorum, inter exitum ex Ægypto & poſita Templi fundamenta, intervallum neceſſario poſtulare videantur. Ac primo, *vel mendum eſſe in illo numero* 480. *annorum, qui eſt* I. Reg. VI. 1. pronuntiat Ludovicus Cappellus, *vel mendum eſſe in loco* Act. XIII. 20. *ubi Deus dicitur Iſraeli dediſſe Judices per annos* 450. *uſque ad Samuelem. Neceſſe* enim eſſe aſſerit, *alterutrum horum numerorum eſſe falſum; neque poſſe ſimul conſiſtere.* Quam opinionem Cajetanus quoque, Lutherus, Funccius, Mercator, Buntingus, Temporarius, Perkioſius, Pius, Lidyatus, Lansbergius, & alii ita ſunt amplexi; ut in Actorum tamen locum mendum potius irrepſiſſe cenſuerint, numero 450. pro 350. poſito; quod in Græco longe facilius τριακοσίοις in τετρακοσίοις quam in Hebræo ארבע in חמש vel שש mutari potuiſſe exiſtimarent.

Verum non in numeri 450. mutatione, (quem in omnibus libris, Græcis, Latinis, Cyriacis, Æthiopicis, Arabicis, conſtanter retentum videmus) Apoſtolici & Prophetici calculi recoociliatio ab iis fuerat inquirenda; ſed a loco potius ejuſdem atque ordine, qui io variis editionibus varius habetur & diverſius. In vetere enim vulgata Latina tranſlatione verba Apoſtoli, ita leguntur reddita. *Sorte diſtribuit eis terram eorum, quaſi poſt quadringentos, & quinquaginta annos: & poſt hæc dedit Judices*, quomodo & in quibuſdam manuſcriptis Græcis codicibus, ſe ſcriptum inveniſſe Johannes Mariana teſtatur, pro editione vulgata cap. 15. κατεκληροδότησεν αὐτοῖς τὴν γῆν αὐτῶν ὡς μετὰ τετρακόσια καὶ πεντήκοντα ἔτη, καὶ μετὰ ταῦτα ἔδωκε κριτάς. In [d] Petri Taxardi Marchionis Veleſii, videlicet MSS. quos ad textum Latinum & hic & alibi paſſim de induſtria fuiſſe conformatos magna eſt ſuſpicio.

His vero longe antiquius Alexandrinum, quod in Anglia habemus exemplar, majuſculis litteris exaratum, ita legit. κατεκληρονόμησεν, αὐτοῖς τὴν γῆν αὐτῶν ὡς ἔτεσι τετρακοσίοις καὶ πεντήκοντα καὶ μετὰ ταῦτα ἔδωκεν κριτάς. Quod ipſum quoque inter diverſas illas lectiones reperitur, quas Novo Teſtamento Pariſiis ann. 1568. Græce a ſe excuſo, Robertus Stephanus ſubjiciendas curavit: conſentiente quoque codice quodam Græco alio Pariſiis item edito, & a Beza in annotationibus ad hunc locum producto; & Novi Collegii apud Oxonienſes exemplari manuſcripto altero, niſi quod hoc abſit pronomen αὐτῶν poſt γῆν, in illo addatur αὐτοῖς poſt verbum ἔδωκε. In quibus omnibus, annos illos 450. non ad Judicum durationem, ſed ad tempus partitionis Terræ referri manifeſtum eſt.

Sed & illam *temporum circumſcriptionem, ad antecedentia pertinere, doctiſſimi quidam viri* (ut refert [e] Fr. Junius) *memoria noſtra putaverunt*; etiam vulgata Græcorum codicum lectione retenta. ſic videlicet, ut commodum aliquod participium ſubintelligendum judicarunt: tamquam ſi ita legeretur. *Et poſt hæc annis quaſi quadringentis & quinquaginta, dedit Judices*: circa annum videlicet quadringenteſimum. Καὶ μετὰ ταῦτα ὡς ἔτεσι τετρακοσίοις καὶ πεντήκοντα (γενομένοις) ἔδωκε κριτάς, *Et poſt hæc annis quadringentis & quinquaginta*, (peracta) *dedit Judices*. Cujuſmodi participii ellipſim in Chriſti Genealogia, Matt. I. 11, ſupplendam volunt; ubi vel Joſias vel Joakim genuiſſe dicitur Jechoniam & fratres ejus, ἐπὶ τῆς μετοικεσίας Βαβυλῶνος. non quod tum primum geniti, ſed quod eo tem-

[a] Petav. ut ſup. cap. 32.

[b] Nic. Abram. in Pharo Vet. Teſtam. l. 10. cap. 27.

[c] Joſu. 24. 30.

[d] Lodov. de la Cerda, Adverſar. ſacr. c. 91.

[e] Jun. Parallel. ſacr. lib. 1. ſect. 95.

eo tempore ſuperſtites illi fuerunt, quo facta eſt Babylonica deportatio: ac ſi in Græco legeretur, *τοῖς ἐπὶ τῆς μετοικεσίας Βαβυλῶνος γεγονόσι*.

Hac ratione, principium hujus ſupputationis a primis illis orationis Apoſtoli verbis pendebit, commate 17. *De populi hujus Iſrael elegit patres noſtros.* Quum autem Abrahamo (filium adhuc non habenti) *ſemini* ipſius terram Chananæam ſe daturum Deus promiſiſſet; (Gen. XII. 7. Act. VII. 5.) poſtea, excluſo Iſmaele primogenito, in Iſaaco Patrum ab eo facta eſt electio: juxta illud; *In Iſaaco vocabitur ſemen tuum*. [Gen. XXI. 12.] Porro a nato Iſaaco, uſque ad egreſſionem poſterorum ejus ex Ægypto, anni defluxerunt 405. ut antea eſt oſtenſum: quibus additi anni 46. cum dimidio, qui inde ad partitionem Terræ decurrerunt, [ut in ſequente capitulo oſtendetur,] annos 451. cum dimidio conficiunt; qui Paullo, *ὡς* vel *quaſi* 450. anni ſunt dicti.

Ad libri *Judicum* calculum jam accedimus: quem, in priore Hiſtoriæ parte, per *quietis terræ* intervalla; in poſteriore, per *præfecturæ Judicum* ſpatia inſtitutum eſſe animadvertimus. Primo enim in loco, oppreſſionum & liberationum populi Iſraelitici continuata ſeries, in Judic. cap. II. 14.— 19. ſummatim expoſita, ſpecialem deinde in ſex ſequentibus capitibus, temporum notis appoſitis, hunc in modum habetur explicata.

I. Iſraelitæ a *Cuſhane* Meſopotamiæ rege per 8. annos oppreſſi, (cap. 3. 8.) ab *Othoniele* liberati ſunt: & quievit terra annis 40. (cap. 3. 11.)

II. Ab *Eglone* Moabitarum rege per annos 18. oppreſſi; (cap. III. 14. ab *Ehude* liberati ſunt: & quievit terra annis 80. (cap. 3. 30.)

III. A *Jabine* rege Chananææ per 20. annos oppreſſi, (cap. 4. 3.) a *Debora* & *Barako* liberati ſunt: & quievit terra annis 40. (cap. 5. 31.)

IV. A *Midianitis* per annos 7. oppreſſi; (cap. 6. 1.) a *Gideone* liberati ſunt: & quievit terra annis 40. (cap. 8. 28.)

Judæi, populum numquam *Judice* caruiſſe arbitrati, (ut ad I. Sam. XIII. 1. ab Abrabanele eſt annotatum) annos quieti terræ hic ſubjectos, Judici ibidem nominato attribuunt: in quibus & opprimentium alienigenarum annos, (ut ſub eorum præfectura & cœptos & finitos) comprehenſos eſſe exiſtimant. Eorum ſententiam in Chronico ſuo ſecutus eſt Euſebius, & poſt eum plerique omnes Chriſtianorum Chronologi. Ita enim de prima oppreſſione ſcribit Euſebius. *Μετὰ τελευτὴν Ἰησοῦ κρατοῦσιν Ἑβραίων ἀλλόφυλοι ἔτη η. ἃ καὶ συνάπτεται τοῖς τοῦ Γοθονιὴλ χρόνοις κατὰ τὰς Ἰουδαίων παραδόσεις. Poſt mortem Jeſu, ſubjectos tenuerunt Hebræos alienigenæ annis octo: qui junguntur Gothonielis temporibus, ſecundum Judæorum traditiones.* Ac ſi Scripturæ hic fuiſſet ſenſus: [a] Othoniele principe (qui annis 40. judicavit,) pacem fuiſſe & otium, tyranno Judicis auſpiciis & virtute ſuperato.

[a] Je. Temporar. Chronologicar. demonſtr. lib. 2.

Illud vero incommodi Euſebio hic accidiſſe ſcribit Melchior Canus, [b] *quod cum interregna omnia poſteriorum Judicum temporibus includeret, videretque ibi quædam antecedentia ineptiſſime ſequentibus copulari; eam rem traditionibus Hebræorum attribuit, ne ipſe rei perabſurdæ primus eſſe auctor videretur.* Nihil enim ille abſurdius eſſe arbitratur, *quam ut interregnorum anni, in eos redigi* dicantur *& contrahi*, *quibus ſub Judicibus terra a prœliis dicitur quieviſſe:* quum in illis *interregnis, aut perpetuum Judæis bellum contra inimicos fuerit, aut ſervitus ſine Judice miſera, res afflictæ, turbata omnia, nulla quies.* Cujuſmodi incommodis, etiam a [c] Laurentio Codomano, [d] Dionyſio Petavio, [e] Petro Boſſino, [f] Nicolao Abramo & aliis, premi hanc ſententiam videmus. A quibus ut nos expediamus, belli quidem & ſervitutum tempora, a pacis & quietis temporibus ſecernenda eſſe libenter

[b] Can. loc. Theolog. lib. 11. c. 5.
[c] Codom. Chronol. lib. 12. quæſt. 16.
[d] Petav. doct. tempor. lib. 9. cap. 12.
[e] Poſſin. diallact. genealog. cap. 19.
[f] Abram. in Pharo. Vet. Teſtam. lib. 10. cap. 5.

agnoſcimus: ſed annorum notatione, *quieti terræ* appoſita, quietis illius initium, non autem vel ipſius quietis vel præfecturæ Judicum durationem; deſignari ſtatuimus. Itaque illud ותשקט *quievit*, idem eſſe dicimus quod *quieſcere cœpit*, quemadmodum in Geneſeos capite V. 32. & capite XI. 26. ויולד nobis eſt, *gignere cœpit*; 1. Reg. capite VI. 1. יבן eſt *ædificare cœpit*: atque ubi toties in Scriptura Rex aliquis tot vel tot annorum fuiſſe dicitur במלכו *quum regnare inciperet*, illud ſignificare nemo dubitat. Cumque numerorum in temporum notatione ea ſit ratio, ut interdum *quando* res aliqua contigerit, indicat interdum *quamdiu* ea duraverit: (quæ duo Græci & Latini caſuum, [quibus Hebræi carent] variatione ſæpius ſolent diſtinguere:) in annis Oppreſſorum poſteriorem explicationem, in annis Quietis terræ, priorem hic accipiendum cenſemus; ut ſub Othoniele, (verbi gratia) 40. non *annos*, ſed *annis* terra quieviſſe intelligatur, id eſt, a præcedente aliqua epocha *anno quadrageſimo*. Quod, licet cum verſione vulgata Latina non conveniat, tamen *cum verbis Hebraicis ſatis congruere* [g] Fr. Ribera oſtendit: Hebræorum conſuetudinem eſſe docens, ut ab uno ad decem aliquando, a decem vero & ulterius ſemper *numeris Cardinalibus utantur pro Ordinalibus*. Certiorem vero nullam epocham, a qua primæ ſub Othoniele quietis terræ ſupputatio deducatur, invenire poſſumus, quam celeberrimam illam terræ quietem, quam, (devictis Chananææ regibus, qui junctis viribus & totis copiis adverſus Iſraelitas inſurrexerunt) a Joſua conſtitutam, & partitioni terræ præviam factam Spiritus ſanctus memorat: Joſu. XI. 23. & XIV. 15. Superatis igitur Meſopotamienſibus [qui poſt illos alienigenarum primi univerſæ terræ Iſraeliticæ bellum intulerunt] quies (annis poſt prioris illius initium *quadraginta*) reddi cœpta eſt: victore deinceps Othoniele, uſque ad mortem, Rempublicam adminiſtrante, & populum in veri Dei cultu continere ſatagente, quod præcipuum horum Judicum opus fuiſſe, ex cap. II. 17. 18. 19. (ubi hujus partis hiſtoriæ ſummam propoſitam fuiſſe diximus) intelligitur.

[g] Ribera de Templo. lib. 1. cap. 1.

In ſequente deinde hiſtoria, per ipſorum Judicum annos temporum ſeries hunc in modum habetur diſpoſita.

Abimelech, ann. 3.	cap. IX. 22.
Tola, ann. 20.	cap. X. 2.
Jair, ann. 22.	cap. X. 3.
* *Philiſtæi* & *Ammonitæ* oppreſſerunt Iſraelem ann. 18.	cap. X. 8.
	cap. X. 8.
Jephthe, ann. 6.	cap. XII. 7.
Ibſan, ann. 7.	cap. XII. 9.
Elon, ann. 10.	cap. XII. 11.
Abdon, ann. 8.	cap. XII. 14.
* *Philiſtæi* oppreſſerunt Iſraelem ann. 40.	cap. XIII. 1.
Samſon, ann. 20. judicavit Iſraelem, in diebus Philiſtæorum.	cap. XV. 20. & XVI. 31.

Ubi notandum, duarum illarum oppreſſionum priorem in Jairis, poſteriorem in Samſonis tempora incurriſſe: quemadmodum in ſequente capite declarabitur. Reliqua adhuc eſt libri Judicum appendix duplex, altera in quinque poſtremis hujus libri capitibus, altera in Ruthæ libello (quem Hebræos in librum Judicum compegiſſe, in Galeato ſuo Prologo confirmat Hieronymus) comprehenſa. Prior, idoli Micæ, (cap. XVII.) Daniticæ expeditionis & idololatriæ, (cap. XVIII.) nefarii ſtupri, a civibus urbis Gibeæ Levitæ cujuſdam concubinæ illati, (cap. XIX.) & belli Benjaminitici, (cap. XX. XXI.) hiſtorias comple-

plecti-

plectitur: quæ omnia temporibus illis contigiſse referunt, quibus *non erat rex in Iſraele*, ſed *quiſque quod rectum videbatur in oculis ſuis faciebat* (cap. XVII. 6. & XVIII. 1. XIX. 1. XXI. 25.) ideſt, quum nullus eſset magiſtratus ſummo præditus imperio, qui populum io officio ſuo contioeret: cujuſmodi ἀναρχία inter mortem Seniorum qui Joſuæ ſuperſtites fuerunt & primam ſub Cushane populi ſervitutem exſtitit: quo temporis intervallo Iſraelitas in terra habitantes a vero Dei cultu primum defeciſse, & idololatria ſeſe polluiſse, Scriptura indicat. (Jud. II. 7. 14.) Eodem itaque tempore Benjaminiticum illud bellum geſtum fuiſse, Joſephus (lib. 5. Antiquit. cap. 2.) recte retulit, quo & Phineaſum Eliazari filium, Aaronis nepotem, ſummo Sacerdotio functum fuiſse ipſa Scriptura diſerte exprimit; (Jud. XX. 28.) quem ſub Joſua & illis ſuperſtitibus ſenioribus claruiſse conſtat. (Joſu. XXII. 31. & XXIV. 33.)

Ruthæ hiſtoria temporibus illis accidiſse legitur, quibus *judicabant Judices*. (Ruth. I. 1.) *Ehud* nimirum, ut ab Hebræis in Seder Olam. cap. 12. habetur traditum; vel *Samgar* potius, qui *poſt hunc ſervavit & ipſe Iſraelem*; [Jud. III. 31.] licet ejus

(*) annos.

temporis * Hebræi in loco citato in *Ehudis annis* incluſerint. Poſt ingreſsum enim Iſraelitarum in terram promiſsam, *Salmon genuit Booz ex Rahab, Booz Obedum ex Rutha, Obedus Jeſſem, Jeſſe Davidem regem*. [Matth. I. 5. 6. Ruth. IV. 21. 22.] E quibus *Boozum* ſeniorem fuiſse cum Rutham duceret, ipſius ad eum verba [Ruth. III. 10.] ſatis innuunt: de *Jeſſe* vero in [1. Samuel. XVII. 12.] expreſse legitur; והאיש בימי שאול זקן בא באנשים Καὶ ὁ ἀνὴρ ἐν ταῖς ἡμέραις Σαοὺλ πρεσβύτερος ἐληλυθὼς ἐν ἀνδράσιν. quod Hebræis, qui ad comparationis gradus deſignandos peculiares flexiones habent nullas, aliud nihil ſonat; quam virorum omnium, qui Saulis Temporibus vixerant, maximum natu illum fuiſse habitum. Et omnes ſane memoratos illos Patres admodum ſenes fuiſse oportet, quum filios ſuſciperent. Cum enim incunte anno ab exitu ex Ægypto 480. & regni Salomonis 4. jacta Templi fundamenta fuerint: [1. Reg. VI. 1.] demptis inde 40. annis in deſerto actis, 70. annis vitæ Davidis, [II. Sam. V. 4.] & 3. regni Salomonis; reliqui erunt, ab ingreſsu in terram ad nativitatem Davidis, ann. 366. uti etiam ab Aben Ezra ad poſtremum Ruthæ capitulum eſt obſervatum. Eos annos ita nos commodiſſime diſtribui poſse exiſtimamus: ſi Rachabam primo in loco annis poſt Iſraelitarum ingreſſionem in terram XLII. Boozum peperiſse ponamus; deinde ipſi Boozo CII. Obedo CXI. totidemque Jeſſæ annos ante παιδογονίαν attribuamus. Quam gignendi ætatem qui per ſe ſatis ſuperque longam eſse conſideraverit; quo majoribus acceſſionibus ea accreverit, eo minus eam in ſe habituram probabilitatis atque veriſimilitudinis, non poterit non animadvertere, cujuſmodi augmentorum gradus eorum ſententias conſequi neceſse eſt, qui Salomooici Templi ſtructuram non 480. cum ſacro textu, ſed vel 520. cum Dionyſio Petavio, & Petro Poſſino, vel 527. cum Nicolao Abramo, vel 580. cum Nicolao Raimaro, vel Ludovico Cappello, vel 592. cum Michaele Mæſtlino, vel 598. cum Laurentio Codomano, vel 620. cum Johanne Walthero, vel 680. cum Nicolao Seratio, poſt Exhodum anno cœptam fuiſse volunt.

a Salian. An. Mundi 2741. num. 26.

At in noſtra quoque hypotheſi a Jacobo Saliano abſurdum eſse videtur, *quaſi dedita opera tam tardas, in una eademque familia, ponere generationes*, quum *ad miraculum ſine neceſſitate recurrere, & quidem quater in eadem familia iteratum*, ſibi *profecto non placere* profiteatur: Quod ut effugiat, ad ridiculum illud de tribus Boozis commentum mavult ſe recipere: quod omni ſacræ Scripturæ teſtimonio deſtitutum, a Nicolao Lyrano [in capite 2. Ruth] ex apocryphis neſcio quibus Doctoribus, ita habetur propoſitum. *Dicunt Doctores noſtri*, & bene *ut videtur*, *quod tres fuerunt Booz, ſibi ſuccedentes; quorum primus fuit avus, ſecundus filius, tertius nepos. Primus fuit filius Salmon quem genuit de Rahab; & tertius fuit iſte, qui genuit Obed ex Ruth*. Verum, ut in horum Patrum longævitate non parum *raritatis*, atque in ejuſdem [ad tres vel quatuor generationes] continuatione, divinæ fuiſse *benedictionis* plurimum, fatemur libentiſſime; ita hic aliquid fuiſse *miraculi*, quod naturæ ordinem & vires ſuperaret, agnoſcere omnino non poſsumus: quum in poſterioribus quoque ſæculis homines, qui his in longævitate nihil concederent, exſtitiſse nullum ſit dubium.

Rachaba certe, ſi vicenaria [quum in Chananæam ingrederentur Iſraelitæ] exſtitiſset, & poſt 42. deinde annos [quod noſtra fert hypotheſis] Boozum peperiſset; annum ætatis 62. non exceſſiſset: poſt quem anicularum noſtro etiam ſæculo parientium non deſunt exempla. Ad longævitatem vero quod attinet: Jehojadem Pontificem longe poſt hæc tempora CXXX. annos vixiſse Scriptura confirmat, [II. Chronic. XXIV. 15.] b *In Tmolo montis cacumine, quod vocant Tempſin, CL. annis vivere, Mutianus auctor eſt: totidemque annos cenſum, Claudii Cæſaris cenſura, T. Fullonium Bononienſem idque collatis cenſibus, quos ante detulerat, vitæque argumentis [etenim id curæ Principi erat] verum apparuit*. c In cenſu vero a Veſpaſianis Imperatoribus acto, *centum viginti annos, Parmæ tres edidere, Brixelli unus. CXXV Parmæ duo. CXXX Placentiæ unus. CXXXI Faventiæ una mulier. CXXXII Bononiæ L. Terentius Marci filius, Arimini vero M. Aponius, C & L. Tertulla CXXXVII. circa Placentiam, in oppida Velleiacia CX annos ſex detulere; quattuor CXX; unus CXL. In regione Italiæ octava, centenum annorum cenſi ſunt homines LIV; centenum denum homines LVII; centenum vicenum quinum homines duo; centenum tricenum homines quattuor; centenum tricenum quinum aut ſeptenum totidem, centenum quadragenum homines tres*.

b Plin lib. 7. cap. 48.

c Id ibid. cap. 49.

Atque ut ad noſtra tempora propius accedamus: Thomas Ravennas in quinto capite libri *De vita hominis ultra CXX. annos protrahenda*, ad Julium III. Pontificem ſcripti, inter alia, anno Chriſti 1536. Zaconum quemdam ex Lacedæmone, annis fere CXXX. & alium ex eadem urbe ultra annos CXXX. ſupervixiſſe; & in Ægæo mari viros duos CXXX. annorum viſos fuiſſe confirmat. d In prœlio Flodonenſi Dux Anglus Jacobus Wenſton, Preſtonæ in Weoſton-daile apud Eboracenſes ortus, anno Domini 1600. annos CXXXI. natus vitam finiit. In Hibernia Deſmoniæ Comitiſſa, Edovardo IV. in Anglis regnante, Comiti marito nupta, meo tempore & viva fuit & vivida; circa annum demum vitæ CXL. defuncta. Laurentium quemdam Scotum anno ætatis CXL. piſcatum prodiiſse, * ex Buchanano refert, [in primæ orationis Chronologicæ D. Paræi Elencho] Joſephus Scaliger: de ſuo inſuper adjiciens. *Nos poſſumus producere, quos CXX. CXXV. CXXX. annos vitæ expleſſe ſcimus, vidimus, meminimus. Unus etiam ſenex amicis noſtris miraculo fuit Lutetiæ, anno Chriſti 1584. qui miles pugnæ Montis Leberii interfuerat ſub Ludovico XI. Is major annorum CXL. omnibus membrorum officiis integris Lutetiam ſeſe contulerat liticulæ cujuſdam perſequendæ cauſſa*. Quibus & illa addantur Jacobi Bonfrerii Jeſuitæ, in Ruth cap. 1. *Ante annos paucos in finibus Sylvæ Thuringiacæ repertus eſt ſenex unus, qui Confirmationis Sacramentum a ſuffraganeo Epiſcopi Bambergenſis accepit annos natus 150. qui jam filios haberet centenarios, nepotes ſeptuagenarios, [ut noſtrorum litteris accepimus] aliique ducenti, qui annum centeſimum exceſſerunt*. Et ut

d Vid. And. Melvin.

* D. Gualter. Raleigh. Hiſtor Mundi lib. 1. c. 5. ſect. 5. Fr. Bacon. de long. vita & L. Cork. genealog. Deſmon. & Buchanan. rer. Scoticar. lib. 8a.

* G tandem

tandem concludamus. Thomas Parrus Johannis filius Winningtoniæ in agro Sallopienſi quamdiu ille vixit, cum eo manſit: ipſeque demum, anno Chriſti 1483. natus, quum 80. eſſet annorum primam uxorem duxit: cum qua 32. annos vixit; & ſub qua commiſſi cum alia adulterii convictus, 105. annorum ſenex publicam in Eccleſia Alberburienſi egit pœnitentiam. Quum annorum deinde fuiſſet 122. ſecundam accepit uxorem, quæ quamdiu ille vixit, cum eo manſit: ipſeque demum, nobiliſſimi Thomæ Arundelliæ & Surriæ Comitis cura & ſumptibus in Lectica Londinum perductus, ſub finem Septembris ann. 1635. & magnæ Britanniæ regi Carolo eſt exhibitus; quum ann. 152. & menſes aliquot vivendo peregiſſet; de quo præterea dici poſſit, quod poſt annos duos ædibus Arund. mortuus eſt; & qui ſi aere patrio frui liceret, aliquot plures annos eum vivere potuiſſe eſt probabile. Ex his igitur ſatis apparet, ad noſtra uſque tempora nonnullos ultra annos non modo CXX. aut CXL. ſed etiam CL. vitam produxiſſe: quos nemo miraturus eſt in tanta longævitate poſt annum CXI. prolem, ex adoleſcentibus præſertim fœminis ſuſcipere potuiſſe.

CAP. XIII.

Annorum 479. inter Exodum & Templi Salomonici exordium intercedentium ſumma in membra ſua integrantia dividitur: tempuſque peregrinationis in Deſerto, partitionis Terræ & primi anni Sabbatici, cum annis Judicum & primorum Regum Iſraeliticorum, ſpeciatim explicatur & confirmatur.

UT Intervalli, inter Exitum ex Ægypto & jacta Templi fundamenta interjecti, ſpatium diſtinctius poſſit intelligi; in quatuordecim illa membra, (ſimul integram 479. annorum ſummam conſtituentia) diſpertiri libuit.

	Anni.	*menſes.*
I. Ab exitu Iſraelitarum ex Ægypto uſque ad tranſitum ab eis Jordanem.	40.	
II. Inde ad finita bella, & quietem terræ per Joſuam datam.	6.	4.
III. Inde ad quietem per Othonielam, (debellato Cushane Meſopotamiæ rege) terræ reſtitutam.	40.	
IV. Inde ad quietem per Ehudem, (occiſo Eglone Moabitarum rege) terræ reſtitutam.	80.	
V. Inde ad quietem per Deboram & Barak, (profligato Jabinis Regis Chananæorum exercito) terræ reſtitutam.	40.	
VI. Inde ad quietem per Gideonem (Midianitis devictis) terræ reſtitutam.	40.	
VII. Inde ad initium regni Abimelechi filii Gideonis,	9.	2.
VIII. Abimelechi, Tolæ & Jairis, anni	48.	
IX. Jephthæ.	6.	
X. Ibſanis, Elonis & Abdonis	25.	
XI. Eli & Sampſonis,	40.	
XII, Samuelis,	21.	
XIII. Saulis regis,	40.	
XIV. A morte Saulis ad jacta fundamenta Templi Salomonici,	43.	
Summa ann. 479.		

Primum membrum peregrinationis Iſraelitarum in deſerto annos illos 40. complectitur, quorum toties in Scriptura fit mentio; Exhod. XVI. 35. Deuteron. II. 7. VIII. 2. XXIX. 5. Joſu. V. 6. Pſal. XCV. 10. Nehem. IX. 21. Amos. II. 10. V. 25. Act. VII. 36. XIII. 18. quamquam in loco illo, Joſu. V. 6. Græca editio annos habeat XLII. Ita enim cum Auguſtino, quæſtione 6. in Joſuam, legit codex noſter Alexandrinus, itemque Romana editio atque Aldina, eamque ſecutæ Germanicæ omnes: licet in Complutenſi editione, ad textum Hebraicum hic conformata, verba illa (ἔτη δύο) reſecta hic fuerint, & in Origenica, [ab Andr. Maſio ex Syriaco ſuo exemplari expreſſa) ut in Græco textu ſuperaddita, obelo ſignata conſpiciuntur. Addita vero illa putantur, ex Numer. XIV. 33. 34. ubi (reverſis ex Chananæa poſt diem quadrageſimum exploratoribus) anni ab exitu ex Ægypto ſecundi murmurantibus Iſraelitis moræ in deſerto 40. annos biſce verbis a Deo decretos fuiſſe legimus. *Filii veſtri erunt vagi in deſerto annis quadraginta, & portabunt fornicationes veſtras; donec conſumantur cadavera veſtra in deſerto, juxta numerum quadraginta dierum, quibus conſideraſtis terram, annus pro die reputabitur; & quadraginta annis recipietis iniquitates veſtras.* Et ex decreti illius complemento, a Moſe ibidem cap. XXXII. 13. ſic expoſito. *Iratus Dominus adverſus Iſrael, circumduxit eum per deſertum quadraginta annis; donec conſumeretur univerſa generatio, quæ fecerat malum in conſpectu Domini.* Inde enim in Chronologiæ ſuæ libro 1. cap. 6. colligit Henricus Wolphius, *anno ſecundo* poſt exitum Iſraelitarum ex Ægypto, addendos eſſe hos *annos quadraginta quibus juſto Dei judicio in deſertum reducti & mortui ſunt.* Verum quum non hujus ſolius offenſæ, ſed etiam ᵃ ceterarum *iniquitatum & fornicationum* ſuarum pœnam hac quadraginta annorum mora in deſerto luituros peccatores illos Deus dixerit; atque inter eos maxima, & quam vindicaturum ſe Deus ſignificaverat quum novi peccati occaſione populus eſſet puniendus, (Exhod. XXXII. 34.) Vituli aurei adoratio fuerit, intra alterum ab egreſſu eorum ex Ægypto menſem admiſſa: ab ipſo ex Ægypto exitu 40. horum annorum ſupputationem eſſe deducendam res ipſa poſtulat. Quum certum omnino ſit a die 15. menſis primi quo patres [Moſe ducente] reliquerunt Ægyptum, (Numer. XXXIII. 3.) uſque ad ejuſdem menſis diem 10. quo eorum filii (Joſua duce) tranſierunt Jordanem, [Joſu. IV. 19.] ipſis annis 40. complendis quinque defuiſſe dies.

ᵃ Vid. Deut. IX. 18. . . . 24.

Quum enim paullo ante eductos ex Ægypto Iſraelitas, Moſes 80. & Aaron eſſet 83. annorum (Exhod. VII. 7.) anno ab Exitu 40. menſis 5. die 1. Aaron mortuus eſt, annos 123. natus, in monte Hore vita exceſſit. (Num. XXXIII. 38. 39.) Quem per 30. dies Iſraelitæ in ea ſtatione luxerunt; priuſquam caſtrametati ſunt ad torrentem Zeredi (*ibid.* cap. XX. 28. 29. *cum* XXI. 4. —— 12.) quem tranſierunt 38. annis poſt relictam Kadeshbarneam (unde exploratores in Chananæam miſerant;) quum confecta jam eſſet tota illa virorum ætas, quos in deſerto occubituros Dominus juraverat (Deuteron. II. 14.) Unde 40. annos pro 38. dictos ſenſit ᵇ Georgius Syncellus, rotundo videlicet numero poſito pro diminuto: quomodo etiam in loco illo *Amos*. V. 25. accipiendos eos eſſe docet ᶜ Torniellus.

ᵇ Georg. Syncellus Chronic. pag. 137. 142.

ᶜ Torniel. ad ann. Mund. 2545. n. 66.

Eodem quoque anno illo ab exitu 40. menſis 11. die 1. Moſes Deuteronomium populo proponere cœpit: quum (Deuter. I. 3.) & die 1. ſequentis menſis [ut vult Joſephus lib. 4. Antiquit. cap. ultimo] mortem obiit, 120. fuiſſet annorum; [Deuteron. cap. XXI. 2. & cap. XXXIV. 7.) Cui quum populus per 30. dies parentaſſet (Deuter. XXXIV. 7. 8.) ex ea ſtatione (caſtris motis) ad Jordanis ripas pervenit: ubi triduo conſiſtens, menſis demum primi die 10. alveum ejus ſiccis pedibus tranſiit. [Joſu. III. 1. 2. & IV. 19.] Cum igitur ante exitum ex Ægypto Aaron 83. Moſes 80. annorum fuerit; & currente anno ab exi-

tu

Digitized by Google

tu quadrageſimo, Aaron 123. Moſes 120. annos natus vitam finierit; intra annum quadrageſimum commorationem filiorum Iſraelis in deſerto eſſe concludendam dubitare non licet, ac proinde, aliud nihil in illo numerorum loco Deum ſtatuere voluiſſe, quam totam Iſraelitarum in deſerto peregrinationem ad annos 40. eſſe extendendam; quemadmodum quadraginta dierum ſpatio terram exploratores luſtraverant.

Secundi membri ſpatium, ex verbis illis Calebi ad Joſuam colligitur, Joſu. XIV. 7. *Quadraginta annos natus eram quando miſit me Moſes ſervus Domini de Kedesh-barnea ad explorandum terram*, & comm. 10. *Quadraginta & quinque anni ſunt, ex quo locutus eſt Dominus verbum iſtud ad Moſem, quando ambulabat Iſrael per ſolitudinem; & nunc ecce ego hodie natus ſum octoginta quinque annos.* Cum enim *quieviſſet terra a Bello*, partitus eſt eam Joſua tribubus Iſraelis cis Jordanem conſtitutis, initio a tribu Judæ facto (Joſu. XI. 23. *cum* XIII. 7. XIV. 1. 2. & XV. 1.) Quo tempore ex ea tribu Calebus [oratione hac ad Joſuam habita] Hebronem a Moſe ſibi promiſſam, poſſidendam obtinuiſſet: ut prius cap. XI. 23. ita hic denuo cap. XIV. 15. (ne celebris hic *quietis* terræ epocha ignoraretur) a Spiritu ſancto eſt repetitum; והארץ שקטה ממלחמה *Quieta vero fuit terra a bello*. 46. anni ſecundo migrationis ex Ægypto menſe 5°. quo Kadesbo-Barnea ad luſtrandam terram exploratores fuiſſe miſſos, in Annalibus noſtris eſt oſtenſum, numerati anni 45. in anno ab Exitu 47. menſe 5. deſinunt; & a tranſitu Jordanis annos 6. cum menſibus fere 4. principatus Joſuæ relinquunt, cœptæ & quietis & partitionis terræ epocham, illis Calebi verbis præmonſtratam. Hebræi in Seder Olam, cap. 11. Bellis Joſuæ uſque ad partitionem terræ *ſeptem* annos attribuunt: Joſephus vero (lib. 5. Antiquit. cap. 1.) non plures quam *quinque*. Terræ enim explorationem *biennio* poſt exitum ex Ægypto factam ponentes, eique 45. Calebi annos addentes, ab Exitu ad hoc uſque tempus annos 47. numeraverunt. Moræ vero in deſerto auctor Seder Olam, 40. tantum annos attribuens, iis ex 47. deductis, *ſeptem* annos ſubjugationi terræ reliquit: Joſephus vero, (ut videtur,) juxta aliorum rationes, (de quibus in præcedente membro eſt dictum) errorem in deſerto, 42. annorum fuiſſe exiſtimans, eo numero ex 47. ſubducto, annos *quinque* tantum reliquos factos invenit.

Sexto poſt tranſmiſſum Jordanem die, poſtridie Paſchatis, comedentibus Iſraelitis de annona terræ, ſequente die Manna ceſſavit: [Joſu. V. 11. 12.) Quum igitur, ut proximo autumno agriculturæ ab iis opera daretur res exigeret: tum primum ab eis obſervari cœptum eſt præceptum illud, Levitici XXV. 2. 3. 4. *Quum ingreſſi fueritis in terram quam ego do vobis, tum ſabbatizabit terra Domino. Sex annis ſeminabis agrum tuum, & ſex annis putabis vineam tuam, & colliges proventum illius. Anno vero ſeptimo Sabbathum ceſſationis erit ipſi terræ, Sabbathum Domino: agrum tuum non ſeminabis, & vineam tuam non putabis*. Itaque ut autumnus primi ab ingreſſu anni agriculturæ anno primo, ita autumnus anni ab ingreſſu ſeptimi, primo anno Sabbatico initium dedit; ille ipſe videlicet autumnus qui cœptam quietem & partitionem terræ proxime eſt inſecutus: atque ut ab autumno illo annorum Sabbaticorum, ita ab hoc Jubilæorum epocha eſt deducenda. Ut enim ab ingreſſu terræ, (juxta illam Levitici legem) Sabbaticorum initur ratio, agriculturæ communis [ante ſuas cuique tribui portiones aſſignatas) ad victum ſuppeditandum requirebat neceſſitas: & ut a terræ *poſſeſſione*, *ejuſque* inter ſingulas tribus partitione, Jubilæorum penderet calculus, peculiare illis ſupra alios annos Sabbaticos annexum privilegium poſtulabat; quod neminem, illis advenientibus, extra propriam poſſeſſionem eſſe permittebat, quandoquidem ad annum Jubilæum reſpectu habito, contractus omnes ita temperari oportebat, ut annus quinquageſimus alienatis poſſeſſionibus quemque denuo reſtitueret (Levit. XXV. 8.—16. Numer. XXXVI. 4.) A primo autem anno Sabbatico ad ſeptimum, atque ita deinceps numeratione facta, utroque (ut moris eſt) incluſo termino, & ſeptem annalibus hebdomadibus in medio relictis, Jubilæus exſurgebat; quemadmodum in ſingulari de *Sacris Hebdomadibus* tractatu, ſi Deus vitam & facultatem dederit, plenius declarabimus.

Tertium interim præſentis ſupputationis membrum ex verbis illis Judic. III. 11. deſumimus; *Et quievit terra quadraginta annis*: non quod poſt devictum ab Othoniele Cushanem Riſathaim regem Meſopotamiæ, per tot annos pace fruerentur Iſraelitæ: ſed quod quieſcere cœperit terra anno quadrageſimo poſtquam quies in ea per Joſuam conſtituta fuerat; (uti in ſuperiore capite eſt oſtenſum) intra illud ſpatium, non octo ſolum annis quibus Iſraelitæ Cushani ſervierant, ſed etiam annis quibus poſt partitionem terræ ſupervixit Joſua, & quibus Seniores *prolongarunt dies ſuos poſt Joſuam*, (Joſu. XXIII. 31.) id eſt, Joſuæ ſuperſtites fuerunt, comprehenſis. Etſi enim poſt quietem Iſraeli a Deo datam, Joſuam ימים רבים *multis diebus*, ſive *longo tempore* ſuperfuiſſe legamus; [Joſu. XXIII. 1.] ſimili tamen prorſus modo & bellum quoque eumdem antea cum Chananææ regibus ימים רבים *longo tempore* geſſiſſe legimus: [Joſu. XI. 18.] quum omnia tamen cum iis commiſſa prœlia, intra 6. annorum & 4. menſium ſpatium peracta fuiſſe, in 2. capitis hujus membro jam demonſtratum viderimus. Ut intra 32. poſt cœptam Terræ partitionem annos confecta ea fuerint omnia, & quæ ſub Joſua [in decem poſtremis libri illius capitibus] & ſub ſenioribus illi ſuperſtitibus (in primo libri Judicum capitulo, & ſub *ἀναρχίᾳ* inſecuta [in quinque poſtremis ejuſdem libri capitibus] contigiſſe referuntur.

Quæ vero in fine commatis 11. capit. III. libri Judicum leguntur verba, ad proxime ſequentem verſiculum referenda hunc in modum ſunt. *Et mortuus eſt Othoniel Kenazi filius: atque iterum fecerunt filii Iſrael quod malum erat in oculis Domini*. quomodo de iiſdem ſcriptum legitur ſupra cap. II. 19. *Poſtquam mortuus eſſet Judex, revertebantur & multa faciebant pejora quam fecerant patres eorum, ſequentes Deos alienos & ſervientes eis*. Et infra, cap. IV. 1. *Et filii Iſrael iterum fecerunt malum in oculis Domini, quum mortuus eſt Ehud*. Neque enim novum eſt, ut quæ ad eamdem pericopen pertinent, in noſtris libris a ſe invicem disjuncta conſpiciantur. Quod ne mirum cuiquam videatur; ſciendum eſt, Biblicorum verſuum diſtinctionem a primis Maſorethis traditam, diverſam multis in locis ab ea fuiſſe, quam a poſterioribus Maſorethis hodiernus uſus retinet; indeque factum, ut [a] ab illis medius legis verſus in והתגלח (*Levit. XIII. 33.*) ab his in וישם עליו את־החשן (*Levit. VIII. 8.*) eſſet deſignatus. Indeque [b] R. David Kimchi in 2. Chronic. XXX. vocem בעד a fine verſus 18. ad initium verſus 19. transferre non veretur; בעד כל לבבו הכין *Pro omni qui cor ſuum paravit*. Aliaque varia Scripturæ loca clariſſimus [c] Rainoldus annotat: in quibus *accentus, qui periodum & comprehenſionem terminatam indicat, ſæpe omiſſus quum addendus erat, ſæpe additus quum omittendus*. Quibus addere etiam liceat; quod Eſaiæ capite LIII. in fine commatis 9. legitur, cum ſequentis commatis principio ſic eſſe conjungendum. *Quamvis non fecerit violentiam, neque fuerit dolus in ore ejus: Deo tamen placuit conterere ipſum, &c.*

Quartum membrum in loco illo, Judic. III. 30. habetur expreſſum. *Et quievit terra octoginta annis*:

[a] Talmud. Babylonic. in Tract. קדושין cap. 1.
[b] Eliah Præfat. 3. Maſoreth. hamaſoreth.
[c] Rainold. Prælect. 246. de lib. Apocryph.

non quod per tot annos Iſraelitis Ehud præfuerit, (quod ab omni veriſimilitudine eſt alieniſſimum) ſed quod occiſo per Ehudem Eglone Moabitarum rege, cui per 18. annos Iſraelitæ ſervierant, quieſcere cœperit terra anno octogeſimo poſt priorem pacem ab Othoniele illi reſtitutam.

Quintum in illo, cap. V. 41. *Et quievit terra quadraginta annis*. Quo ſimiliter ſignificatur, per Deboram & Barakum profligato exercitu Jabinis regis Chananis, qui per totos 20. annos Iſraelitas oppreſſerat, quieſcere cœpiſſe terram, anno quadrageſimo poſt priorem quietem ab Ehude illi redditam: intra illud ſpatium comprehenſo etiam Samgaris tempore, qui poſt Ehudem Iſraelem vindicavit, percuſſis ſexcentis Philiſtæis ſtimulo bovis. (cap. III. 31.)

Sextum in illo, cap. VIII. 28. *Et quievit terra in diebus Gideonis annis quadraginta*. quorum verborum eadem etiam eſt ſententia: per Gideonem debellatis Midianitis, quibus per ſeptennium Iſraelitæ ſervierant, anno quadrageſimo poſt quietem a Debora & Barako terræ redditam, quieſcere eam denuo cœpiſſe in diebus Gideonis.

Septimi membri ſpatium in Scriptura non exprimitur; ſed reliquorum omnium numerorum ex integra 479. annorum ſumma ſubductione colligitur. Ut enim qui a morte Joſuæ primos *quietis terræ* annos dinumerant, & in ſequentium Judicum exceſſu terminant, ex hujuſmodi deductione, 16. vel 17. annos Joſuæ præfecturæ tribuendos eſſe concludunt: ita & nos qui meliore (ni fallimur) ratione, a quiete ad quietem annorum ſupputationem inſtituendam eſſe cenſemus, ſex primorum & poſtremorum membrorum numeris ex numero 479. ſubductis, annos 9. cum menſibus 2. ſpatio inter victoriam a Gideone de Midianitis partam & exordium regni Abimelechi filii ejus interpoſito tribuendos, relinqui invenimus. Quod ſic tamen accipi volumus, ut reliquorum membrorum annos omnes plenos fuiſſe ponamus. Nam quantum cuique anno ad perfectionem defuerit, tantumdem membri hujus ſpatio addendum eſſe intelligimus.

Octavi membri ſpatium, ex *Abimelechi* annis 3. (cap. 9. 22.) *Tolæ* 23. [X. 2. & Jairis 22. [X. 3.] conficitur; Ubi notandum, idololatriæ Iſraelitarum, ſub Abimelecho cœptæ, ſub Jaire demum pœnas Deum repetiviſſe, immiſſis in eos Philiſtæis & Ammonitis. Etſi enim ante horum oppreſſionem mors Jairis in Scriptura commemoratur [c. X. verſ. 5. 6. 7.] tamen per prolepſin hoc fit; ut deinceps, ordine non interrupto, de cauſſis, duratione & fine ſervitutis Ammoniticæ, a Jephta demum ſublatæ, ſimul ageretur, cujuſmodi ὕστερα πρότερα in ipſo ſequentis XI. capitis initio, in Geneſeos capite XI. & alibi paſſim occurrunt. Ideoque quum Hebræi unico ſuo præterito, aliorum etiam pluſquam perfectum comprehendant; locus præſens, Jud. X. 6. ita reddi poſſet: *Et filii Iſrael iterum fecerant quod malum erat in oculo Domini*, &c. Jam inde videlicet a morte Gideonis ad idolorum cultum reverſi. (cap. VIII. 33.) Itaque ad annum Jairis 5. referendum oppreſſionis hujus initium: ad 22. vero & ultimum, quod poſtea ſequitur, cap. X. 8. *Hi autem confregerant & conquaſſaverant Iſraelitas anno hoc*, inquam decimo octavo, *omnes Iſraelitas, qui* erant *trans Jordanem*, &c. illud vero, cap. XI. 4. ad priora principatus Jephtæ: *Fuit autem poſt annos illos* (octodecim ſc. jam dictis, uti exponit Tremellius) *cum bellum gererent Ammonitæ contra Iſraelitas* &c. In Euſebiano quidem Chronico ita annotatum hic legimus: *poſt Jair Hebræos in ditionem redigunt Ammonitæ annos* 18. *qui cum temporibus poſteriorum Judicum computantur, ſecundum Judæorum traditionem*. Verum eas cum Verbo Dei ſcripto parum convenire comperimus. Nam in eo, calamitatis hujus anno 18. & ultimo, Jephtha poſteriorum Judicum primo principatum nondum adepto, Iſraelitis reſipiſcentibus & Deos alienigenarum e medio ſui removentibus, miſertus eorum Deus fuiſſe legitur, (cap. X. 16.) Deinde, debellatis a Jephta Ammonitis & viginti eorum civitatibus captis, Ammonitæ plaga magna admodum percuſſi, & a facie Iſraelitarum depreſſi fuiſſe dicuntur, (cap. XI. 33.) unde manifeſtum eſt, ad conſequentium Judicum tempora Ammoniticæ oppreſſionis annos iſtos 18. referri non poſſe. Denique ex diſſidio illo, quod poſt depreſſos Ammonitas, inter Ephraimitas & Jephtham capite XII. ortum fuiſſe narratur, in quo Ephraimitarum ad Jordanem jugulata ſunt 42. Millia, colligitur, Iſraelitas priſtina libertate recuperata tum ab Ammonitarum tum a Philiſtæorum ſervitute fuiſſe immunes: quippe qui alias non contra ſe invicem, ſed junctis viribus contra communes hoſtes fuiſſent depugnaturi. Vide *Maſſæum in 5. libro Chronic. Mercatorem in Demonſtrat. temporum methodi cap. 1. Salianum initio anni Mundi* 2832. *libro 9. Harvillæum in 4. temporis periodo, ſect. 53. difficult. 8. Bonfrerium in Judic. X. 8. & Henricum Philippi in lib. Judic. quæſt.* 7. Et Jephtam, cum Ammonitis congreſſurum, objeciſſe illis legimus; Iſraelitas per *annos trecentos* in terra Galaaditica habitaviſſe. [cap XI. 26.] quum ab occupata ab hiis terra illa anno 40. poſt exitum ex Ægypto uſque ad hoc tempus, non plures quam 264. anni juxta noſtras rationes interceſſerint. Ad quod recte cum aliis reſpondent ᵃ Torniellus & Bonfrerius; non curaviſſe Jephtam numerum aſſignare cui nihil deeſſet aut ſupereſſet, ſed potius majorem numerum aſſumpſiſſe; ſive cauſſam ſuam juvaret, ſive quia modus loquendi vel Scripturæ vel hominum paſſim id ferebat.

ᵃ Torniel. an. Mundi 2591. num. 18. & 2849. num. 1.

Nonum membrum ex 6. annis Jephthæ conſtat. [Jud. XII. 7.] Eum trecentos dixiſſe perfecto & rotundo uſum numero, propterea quod magis ad trecentos quam ad ducentos is numerus accederet. Quum autem temporis præſcriptione (in poſſeſſionibus ſuis tuendis) contra adverſarios utentibus, amplificare eam potius quam diminuere in more ſit poſitum: ſuam potius quam noſtram hic evertunt hypotheſin, qui hoc adverſus nos argumento pugnantes, indeque evincere ſe poſſe putantes, Oppreſſionum annos in majoribus aliis non eſſe includendos, ipſi ſuo calculo plures quam 300. annos Jephthæ præſcribendos hic relinquunt.

Decimum membrum ex *Ibſanis* annis 7. [cap. XII. 9.] *Elonis* 10. [XII. 11.] & *Abdonis* 8. [XII. 14.] conſtituitur. Eos Judices Galaaditis tantum & tribubus Tranſamnanis, per Jephtham ab Ammonitarum ſervitute liberatis præfuiſſe ᵇ Nicolaus Abramus cenſet; *Eli* interim Pontifice aliis tribubus, Philiſtæorum jugo adhuc preſſis, jus dicente. Sed licet Jephthe, devictis Ammonitis, ex pacto cum ſuis inito Galaaditicam ſolum præfecturam conſecutus fuerit; [cap. XI. 9. 10.] cæſis tamen poſtea XLII. Ephraimitarum millibus, [cap. XII. 6. 7. & *poſt eum* Ibſan Bethlehemita itemque Elon Zebulonita & Abdon Ephraimita, *Iſraelem judicaviſſe* dicitur; [ibid. 8. 14.] totum utique, non illius portionem, a maxima & potiſſima Iſraeliticæ terræ parte [Jordane intercurrente] ſecluſam. Nam & eodem loquendi genere ante Jephtham, tam Tola quam Jair *Iſraelem judicaviſſe* leguntur: [cap. X. 2. 3.] neque alias juſta aliqua reddi poterit ratio, quare poſt Jephtham Galaaditæ non tribulium ſuorum aliquibus potius, quam aliis ex tribu Judæ, Zebulonis & Ephraimi delectis, ſe ſe regendos permitterent.

ᵇ Abram. Phar. Vet. Teſt. l. 10. cap. 12.

Hic etiam præterea eſt notandum, *Elonis* Judicis annos 10. ab Euſebio eſſe prætermiſſos; tamquam in LXX. Interpretum editione non repertos. Sic enim ille, in Chronico, *Poſt Eſebon* [ita *Ibſanem* ille appellat]

Digitized by Google

pellat] *in libro Hebræorum fertur Judex Elon rexiſſe populum ann. 10. qui non habetur apud LXX. Interpretes*, & eum ſecutus Beda, in libro de Temporibus: *Hic cum annis decem ſuis in LXX. Interpretibus non habetur*. Contra tamen Anianus Alexandrinus monachus Euſebium hic incuſans, *Ἀὼδ ὃν τὸν κριτὴν ἐκ ἀντιχείμενον, κρίναντα τὸν Ἰσραὴλ ἔτη δέκα· οἱ δὲ ἑβδομήκοντα ἑνδέκατον ἐνδέκατον κριτὴν αὐτὸν ἔταξαν.* (Geor. Syncell. Chro. pag. 36.) *Præterea Aodon Judicem non recenſuit, Iſraelem decem annis Judicantem: LXX. vero Interpretes undecimum eum Judicem poſuerunt*; ubi *Aodi* nomine *Elonem* intellectum fuiſſe conſtat: non Aodum ſive Ehudem, ſecundum Judicem Eglonis interfectorem, ut falſo ſibi hic perſuaſit, a Scaliger. (a Animad. in Euſeb. num. 613.) Et ſane Ælonem (cum ſuo decennio) non noſtri ſolum libri Græci omnes habent, ſed illi etiam quibus uſus eſt antiquiſſimus ſcriptor Theophilus Antiocheous, in libro 1. ad Autolycum, atque ii etiam, (quod mireris) quos in libro 10. de Præparatione Evangelica, cap. 14. ſecutus eſt ipſe Euſebius. E quorum idcirco, calculum eo modo augentium, numero Georgius Syncellus. Nam Clementis Alexandrini corruptus ille locus eſt, libro 1. Stromatum. *Ἀβαθθὰν ἔτη ζ. ἔπειτα Ἐβρὼν ὁ Ζαβουλωνίτης, ἔτη ὀκτώ· ἔπειτα Ἐγλὼν Ἐφραΐμ ἔτη ὀκτώ. Ἔνιοι δὲ τοῖς τοῦ Ἀβαττὼν ἔτεσιν ἑπτὰ, συνάπτουσι τὰ Ἐβρὼμ τεσσαράκοντα ἔτη.* *Abadthan* [is Ibſan eſt] *annis 7. Deinde Ebron* [is Elon eſt] *Zobulonites, annis* 8. *Deinde Eglom* [Abdon ille eſt] ex *Ephraim, annis* 8. *Nonnulli vero cum Abattonis* (ſive Ibſanis) *annis ſeptem conjungunt Ebronis* [ſive Elonis] *annos* 40. vel 4. potius; ut in Latina ſua verſione Gentianus Hervetus emendavit. Nam vel 4. vel 3. [quot annos Egloni ſive Eloni in Nicephori Conſtantinopolitani Chronologia tributos videmus] hic legi oportere, illud arguit, quod numerus ille ab aliis in alterius ſeptenario, tamquam majore numero, incluſus fuiſſe, ſignificetur: quod perinde eſt, ac ſi Elonis annos illi cum Euſebio prorſus præteriiſſent. De commentitio enim illo [quem hic ſibi b Scaliger finxit,] *χιασμῷ* ſive trajectione, (b Id. ibid. num. 832.) nihil opus eſt ut lectorem admoneam, Ex quibus omnibus liquet, quam incerta olim, ut alibi, ita & hic editionis, quæ LXX. Interpretibus tribuitur lectio: aliis eum cum annis ſuis plane prætermittentibus; aliis 10. aliis 3. vel 4. annos illi aſſignantibus; nonnullis *Αἰλὼν* vel *Αἰλὼμ* [ut apud * Theophilum] eum nuncupantibus, aliis *Ἐγλὼν* (ut apud Nicephorum CP. aliis *Ἐβρὼν* ut apud Clementem, & aliis *Ἀώδ*, [ut apud Anianum.] neque hujus generis aliud quid eſt quod hic adjiciam, quam quod a * Georgio Syncello eſt notatum; Abdoni Judici Julium Africanum annos tribuiſſe 20. pro 8. errore, ex Græcorum numeralium *η* & *κ* ſimilitudine, facillime orto.

Ad *undecimum* membrum referuntur *quadraginta* illi anni quibus *Philiſtei* oppreſſiſſe dicuntur Iſraelem; cap. XIII. 1.

Digitized by Google

CHRONOLOGIÆ SACRÆ
PARS POSTERIOR
DE ANNIS REGUM
ISRAELIS ET JUDÆ.

UT Regum Judæ & Iſraelis annorum calculum, qui admodum perplexus eſt, commodius aſſequamur: duæ Periodi diſtinctæ ſunt conſiderandæ, in quarum capite utriuſque regni Principum initia concurrunt. Prior eſt, a principio *Rehoboami* Regis Judæ & *Jeroboami* Iſraelis, uſque ad *Achaziæ* Judaici & *Jehorami* Iſraelitici exitum: poſterior, ab initio *Athaliæ* quæ Judæ, & *Jehu* qui Iſraelis regnum invaſit, uſque ad Regni Iſraelitici excidium, quod in fine anni ſexti *Ezechiæ* regis Judæ contigit. Quumenim (ex II. Regum IX. eodem tempore *Achaziam* & *Jehoramum* a *Jehu* occiſos conſtet: cum illorum exitu ipſius *Jehu* & *Athaliæ* ſimul conjunctum eſſe initium, manifeſtum eſt. Et licet inter mortem *Salomonis*, quam ſtatim excepit regni *Rehoboami* initium & diſtractionem regni Iſraelitici, *Jeroboami* dominatui principium dedit, bimeſtre fere temporis ſpatium intereeſſerit, Scriptura tamen regnum *Rehoboami*, in Juda, & *Jeroboami* in Iſraele ab eodem deducit principio. Cum enim 17. annos Hieroſolymis regnaviſſet *Rehoboam*; ei defuncto filius *Abia* anno 18. *Jeroboami* ſucceſſiſſe memoratur (I. Reg. XIV. 21, 31. cum XV. 1. ſimiliterque, II. Chronic. XII. 13. 16. cum XIII. 1.) quod recte dici non potuiſſet, ſi ab altiori termino *Rehoboami* quam *Jeroboami* numeratum fuiſſet exordium.

In priori igitur periodo, ſequentibus Regibus hoſce annos ſacra tribuit Hiſtoria.

JUDÆ.	ISRAELIS.
I. *Rehoboam*, ann. 17.	I. *Jeroboam*, ann. 22.
II. *Abia*, 3.	II. *Nadab*, 2.
III. *Aſa*, 41.	III. *Baaſa*, 24.
IV. *Jehoſaphat*, 25.	IV. *Ela*, 2.
V. *Jehoram*, 8.	V. *Zimri*, 7. dies.
VI. *Achazia*, 1.	VI. *Omri*, ann. 12.
	VII. *Achab*, 22.
	VIII. *Achazia* 2.
	IX. *Jehoram*, 12.

Ubi, quum paria deberent eſſe ſpatia: Regum *Judæ* tamen numeri 95. tantum annorum; *Iſraelis*, annorum 98. & dierum 7. ſummam exhibent. Quare ut propior adhuc fiat exæquatio, utrorumque inſtituenda eſt collatio, quam ex libris Regum ita delineare poſſumus.

JUDÆ.			ISRAELIS.
Rehoboam, ann. 17. (1. Reg. XIV. 21.)	1	1	*Jeroboam* ann. 22. (1. Reg. XIV. 20.)
	2	2	
	3	3	
	&c.	&c.	
	16	16	
	17	17	
Abiah, ann. 3. incipiens 18. *Jeroboami* [1. Reg. XV. 1.]	1	18	
	2	19	
	3	20	
* *Aſa*, ann. 41. incipiens 20. *Jeroboami* (cap. XV. 9. 10.) deſinente ſcilicet.	1	21	
	2	22	1. *Nadab*, ann. 2. incipiens 2. *Aſæ*, [c. XV. 25.]
	3	1	2. *Baaſa*, ann. 24. incipiens 3. *Aſæ*, (c. XV. 33.)
	4	2	
	5	3	
	6	4	
	&c.	&c.	
	24	22	
	25	23	
	26	24	1. *Ela*, ann. 2. incipiens 26. *Aſæ*, (cap. XVI. 8.)
	27	1	2. *Zimri*, 7. diebus: anno *Aſæ* 27. (cap. XVI. 10. 15.)
			* *Omri*, anno 31. *Aſæ* regnare cœpit, & 12. an. regnavit. [c. XVI. 23.]
	28	2	
	29	3	
	30	4	
	31	5	
	32	6	
	33	7	
	34	8	
	35	9	
	36	10	
	37	11	
		12. 1.	*Achab*, ann. 22. incipiens 38. *Aſæ*, (c. XVI. 29.)
	38		
	39	2	
	40	3	
* *Jehoſaphat* ann.	41	4	

25

25. incipiens 4. *Achabi* (c. XXII. 41. 42.) ad finem vergente ſc.				
		1	5	
		2	6	
		3	7	
		&c,	&c.	
		16	20	
		17	21	1. *Abaziah*, ann. 2. incipiens 17. *Jehoſaphati*, (c. XXII. 51.)
		18	22. 2.	
		19	1	* *Jehoram*, ann. 12. incipiens 18. *Jehoſaphati*, (2. Reg. III. 1.) deſinente ſc.
		20	2	
		21	3	
		22	4	
Jehoram, ann. 8. incipiens 5. *Jorami* Iſraelitici. (2. Reg. VIII. 16, 17.)	1.	23	5	
	2.	24	6	
	3.	25	7	
		4	8	
		5	9	
		6	10	
		7	11	
Abazia, ann. 1. incipiens *Jorami* Iſraelitici 12. [c. VIII. 25 26]	1.	8	12	

In iſto diagrammate, Regum principia [quæ præcipue hic ſpectanda] ad eumdem regis *συγχρόνου* annum referri vides, qui in ſacra Scriptura habetur expreſſus: quattuor tantum exceptis locis, quos appoſito aſteriſco prænotavimus. Eorum præcipuus ille eſt, qui *Omrin* regem ſpectat, Samariæ conditorem. Cum enim in I. Reg. XVI. 23. anno 31. *Aſæ* regnaviſſe dicatur, & anni 12. ei aſſignentur: non a 31. ſed a 27. *Aſæ* deducendos eos eſſe communis Chronologorum eſt ſententia: quandoquidem alias, *Aſa* [qui 41. regnavit annos] ſuperſtes fuiſſet *Omri*, eoque adhuc regnante principatum iniiſſet *Jehoſaphat*, quum tamen filius & ſucceſſor *Omri*, *Achabus* anno 38. *Aſæ*, atque *Jehoſaphatus* anno 4. *Achabi*, regnare cœpiſſe memorentur. (1. Reg. XVI. 29. & XXII. 41.]

Ita igitur res ſeſe habuit. Sublato *Zimri*, anno 27. *Aſæ*, in partes populus Iſraeliticus eſt diviſus: *Thibnin* una, *Omrin* altera parte ſequente. [1. Reg. XVI. 15. 21.] *Æmulo* deinde *Thibni* mortuo ſolus imperavit *Omri* anno *Aſæ* 31. ita tamen ut in legitima annorum ſerie continuanda, annorum illius 12. numerus non a monarchia hac, ſed a primo ipſius dominio ſit repetendus. Quod & in Latina ſua verſione ita exprimendum cenſuit Tremellius. *Anno trigeſimo primo* completo *Aſæ regis Jehudæ*, [*regnavit enim Homri ſuper Iſraelem duodecim annis*] *Thirtzæ* * *regnabat ſexto anno; quum emit montem Schomronis a Schemero duobus talentis argenti*. Quæ tamen verborum translatio nobis omnino eſſe videtur coactior.

* (vel regnaverat)

Tres loci reliqui minus habent difficultatis: ut qui ſupponant tantum, numerum annorum Regis, cum quo alterius initium comparatur, prope completum fuiſſe; re ipſa illud poſtulante. Et cum in annorum ſerie recte digerenda, id in primis curandum ſit ut anni abſoluti ab incompletis diſtinguantur: in hac Periodo eſt obſervatum, extremos Regum annos pleroſque omnes, *Judæ* quidem plenos, *Iſraelis* vero inchoatos eſſe accipiendos. Cum enim *Rehoboamus* una cum *Jeroboamo* annis 17. regnaviſſe dicatur, eidemque *Abiah* filius anno 18. *Jeroboami* in regno ſucceſſiſſe: & 17. *Rehoboami* illos plenos fuiſſe, & *Jeroboami*, 18. inchoatum facile intelligitur. Deinde cum per triennium regnans *Abiah*, ſucceſſorem habuiſſe *Aſam* anno *Jeroboami* 20. memoretur: & *Abiæ* tertium, & *Jeroboami* illum viceſimum prope completum fuiſſe, a diligentioribus Chronographis eſt notatum; ita ut *Aſa* primus cum viceſimo *Jeroboami* aliquot tantum dies, cum proximo vero annum pene integrum communem habuerit. Aliter enim *Nadabus* ſtatim poſt *Jeroboamum* patrem mortuus fuiſſet: cum tamen poſt illius mortem regnum eum accepiſſe, & ultra integrum annum illud tenuiſſe, ex 1. Reg. XIV. 20. collat. cum XV. 25. appareat.

Sic & *Aſæ* quoque annos 41. integros tribuentes, initium filii & ſucceſſoris ejus *Jehoſaphati* in anno quarto *Achabi* ad finem tendente collocamus. Alioqui ipſius *Achabi* filius & ſucceſſor *Achazia* patri vel non omnino, vel per paucos tantum dies fuiſſet ſuperſtes, quæ eadem etiam nos movit ratio, ut *Jehorami*, in regno Iſraelitico fratris *Achaziæ* ſucceſſoris initium ad *Jehoſaphati* annum 18. pariter deſinentem referremus. Et quidem ex attenta ſacri contextus conſideratione colligi poſſe videtur, *Achabum* & *Jehoſaphatum* eodem fere tempore filios ſuos Proreges conſtituiſſe, conſilio [ut a * viro prudente eſt obſervatum) ab *Achabo* profecto, qui ſuo forraſſe exemplo affinem regem ad eumdem honorem filio *Jehoramo* deferendum invitare voluerit: ut eo ſplendidior genere, & eum eo *Athaliæ* filiæ ſuæ conditio atque ſtatus eminentior obtingeret. Hinc *Abazia*, *Achabi* filius anno *Jehoſaphati* 7. cœpiſſe, & biennio ſuper *Iſraelem* regnaviſſe legitur. [1. Reg. XXII. 51.] cujus biennii ut majorem partem vivente patre *Achabo* fuiſſe exactam, ſynchroniſmi ratio dubitare nos non ſinit: ita & reliquam, qua mortuo patre non vicariam jam, ſed abſolutam poteſtatem obtinebat, undecim dierum (ut Codomano placuit] aut ejuſmodi minutulo temporis ſpatio non eſſe cohibendam, illud ſuadet. Quod ſocietatem cum *Jehoſaphato* in *Ophiritana* expeditione primum negatam ac ulteriore demum ſollicitatione obtentam, inierit, & claſsem ſimul cum eo *Ezione Geberis* paraverit; [1. Reg. XXII. 49. 2. Chronic. XX. 36.] deinde membrorum contuſione quam ex caſu contraxerat, laborans, ab *Elia* propheta tertia vice accerſito reſponſum acceperit, ex lecto non eſſe deſcenſurum, ſed ex ægritudine illa tandem omnino moriturum, [2. Reg. I.]

* D. VValter. Raleigh. hiſt. Mund. lib. 2. c. 20. parag. 1.

Illi vero mortuo, frater *Jehoramus* in regno Iſraelitico ſucceſſiſſe dicitur, anno ſecundo *ὁμωνύμου Jehorami* filii *Jehoſaphati* Regis Judæ: [2. Reg. I. 17.] quod commodius explicari non poteſt, quam illa admiſſa hypotheſi, quæ eodem illo anno 17. *Jehoſaphati*, *Jehoramum* ejus filium Judæ Proregem conſtitutum fuiſſe, ejuſque vicariæ poteſtatis anno 2. [*Jehoſaphati* patris deſinente 18.] mortuo fratri *Achaziæ* ſucceſſiſſe in regno Iſraelitico *Jehoramum* alterum, ex Prorege jam Regem factum. Cujus deinde ita regnantis anno 5. *Jehoramum* quoque Judæ Proregem a vivente patre *Jehoſaphato*, jam ſeniore, regni factum fuiſſe conſortem, & quaſi ex *Cæſare* creatum Auguſtum, locus ille 2. Reg. VIII. 16. clare indicat. *Anno quinto Jorami filii Achabi regis Iſraelis Jehoſaphato* exiſtente *tunc rege Judæ*, *regnavit Jehoram filius Jehoſaphati rex Judæ*.

Sic & ipſum *Jehoramum* Judaicum, inteſtinorum incurabili morbo laborantem filium *Abaziam* Proregem conſtituiſſe anno *Jehorami* Iſraelitici 11. ex 2. Reg. IX. 29. colligimus: qui, patre deinde mortuo, regnum adierit anno ejuſdem *Jehorami* 12. & per anni fere ſpatium illud adminiſtreverit. [2. Reg. VIII. 25.] Cum enim aliquam partem 12. anni *Jorami*

Iſraeli-

Iſraelitici 8. (licet incboatus) annus *Jehorami* Judaiei occupaverit, [poſito, cum Scriptura 2. Reg. VIII. 16. in anno 5. Iſraelitici *Jorami* regni ipſius exordio:] initium *Abaziæ* nullum locum in 11. *Jehorami* Iſraelitici habere poterat, niſi aliquod ille imperium vivente patre obtinuiſſet. Unde ſimul cum patre *Jehoſaphato* triennio *Jehoramum*, & poſt patris mortem, tum ipſum tum *Abaziam* filium quinquennio, regnaviſſe concludimus. Ita igitur anni Chronologici regum Judaicorum hujus periodi eorumque initia ad annos Mundi accommodata repræſentari poterunt: ab Iſraelitici regni diſtractione [quam circa 3. menſis diem 23. contigiſſe ſupra oſtendimus] ducto principio.

A. M. 3029. (circa menſis 3. diem 23.) *Rehoboam*, ann. 17.
3046. (circa menſis 3. diem 23.) *Abiah*, ann. 2. menſ. 11. dies 17.
3049. (circa menſis 3. diem 10.) *Aſa*, ann. 41.
3090. (circa menſis 3. diem 10.) *Jehoſaphat*, ann. 25.
3115. (circa menſis 3. diem 10.) *Jehoram*, ann. 4. menſ. 1. circiter.
3119. (circa menſis 2. diem 10.) *Abazia*, menſis 11.
3120. [circa menſis 3. diem 10.] Principium ſequentis Periodi.

Summa eſt annorum 90. menſ. 11. dier. 17.

Ad quam Iſraeliticorum regum anni hoc conformandi ſunt modo. Ab initio *Rehoboami* ad 18. *Jehoſaphati* prope completum quo *Jehoramum*, poſtremum hujus periodi regem Iſraeliticum, imperare cœpiſſe diximus; annos fere 79. effluxiſſe vidimus. At ſex primorum Regum Iſraeliticorum anni in Scriptura expreſſi, *Jerobeami* 22. *Nadabi* 2. *Baaſæ* 24. *Ela* 2. *Omri* 12. & *Achabi* 22. ſummam annorum 84. conſtituunt: præter ſeptem dies *Zimri*, & tempus illud quo *Abaziam* patri *Achabo* ſuperſtitem fuiſſe oſtendimus. Poſtremi ergo anni ſex illorum regum inchoati tantum fuiſſe ſupponantur: ſic ut dimidiatus ſere menſis pro poſtremo cujuſque anno computetur, & octo circiter menſes *Abaziæ* poſt patris mortem tribuantur: ea tamen lege, ut ſiquid ſupra ſemeſtre ſpatium ultimis Regum illorum annis foret addendum, tantumdem ab *Abaziæ* tempore detrahendum fuiſſe intelligatur. Quod cum ſciri omnino non poſſit, & ut ſciatur non multum admodum interſit: aſſignato ελατιαῖς cuique Regum ſemeſtri iſto, eamdem annorum 90. menſium 11. & dierum 17. ſummam exhibens, Chronologicorum annorum hujuſmodi exſurget diſpoſitio, & ad annos Mundi applicatio.

A. M. 3029. [circa menſis 3. diem 23.] *Jeroboam*, ann. 21. dies 15.
3050. [circa 4. menſis diem 8.] *Nadab*, ann. 1. dies 15.
3051. [circa 4. menſis diem 23.] *Baaſa*, ann. 23. dies 15.
3074. [circa 5. menſis diem 8.] *Ela*, ann. 1. dies 15.
3075. [circa 5. menſis diem 23.] *Zimri*, dies 7.
3075. [circa 5. menſis diem 30.] *Omri*, ann. 11. dies 15.
3086. [circa menſis 6. diem 15.] *Achab*, ann. 21. dies 15.
3107. [circa 6. menſis diem 30.] *Abazias*, menſ. 8. dies 10.
3108. [circa menſis 3. diem 10.] *Jehoram*, ann. 12.
3120. [circa menſis 3. diem 10.] Principium ſequentis Periodi.

Vid. hac de re Laurent. Codoman.

Cum enim verno tempore, *quo ſolent reges ad bella procedere* [2. Sam. XI. 1.] & *Jehoramus* Iſraelis & *Abaziah* Judæ rex, ad bellum cum *Hazaele* gerendum, Ramothas Giliadis profectus fuiſſet, & vulnerato *Jehoramo* uterque domum rediiſſet; *Jehu*, cum reliquis copiarum principibus & toto Iſraele, ad urbem adverſus *Hazaelem* cuſtodiendam, relictus eſt, [2. Reg. VIII. 28, 29. & IX. 14, 15.] Ubi quum in Regem Iſraelitarum, juxta Dei mandatum, fuiſſet unctus, & *Jehoramum* qui æger ibi decumbebat; & *Abaziam* qui ad illum inviſendum eo venerat, e medio ſuſtulit; vere [ut hiſtoriæ ſeries patefacit] jam adulto; in quo & hujus Periodi exitum, & ſequentis initium, eam ob cauſſam reponimus: circa 10. videlicet menſis 3. diem; ut infra mox declarabimus.

Interim, quum *tres eſſe difficultates in Regum hiſtoria* [a] *Matthæus Beroaldus* affirmet, *quæ egent ſapientiæ cæleſtis afflatu, ut aperiri & intelligi poſſint*; earumque priores duæ ad hanc ſpectent Periodum: harum explicationem, in parte hujus capitis reliqua, prius placuit abſolvere. Sic igitur ille; *Baaſa rex Iſrael dicitur muro circumdediſſe Rama*, anno 36. regis *Aſæ*; 2. Chronic. XVI. 1. *At obiiſſe Baaſam* 26. anno *Aſæ colligitur*, ex 1. Reg. XVI. 6. 8. *ubi eo anno Ela, patre Baaſa defuncto, regnum Iſraeliticum cœpiſſe dicitur*. Hunc nodum [b] *Cajetanus*, [c] *Lucidus* & [d] *Canus*, cum ſolvere non potuiſſent diſſecuerunt: exemplaria Hebræa, Græca, & Latina, tum in hoc, tum in loco eodem genuino 2. Chron. XV. 19. corrupta eſſe pronuntiantes; gravi & prudenti *Abulenſis* illa præmonitione rite prius non expenſa. [e] *Iſta eſt periculoſa ſolutio, quia ſi in uno loco Scripturæ corruptionem eſſe fateamur; de omnibus aliis locis dubitabimus, an corruptio ibi ſit: ſicut dicit Auguſtinus*, [& habetur in Decretis diſtinct. 9. cap. Si ad Scripturas ſacras] *quod ſi aliquod mendacium in ſacra Scriptura confitemur, nullam auctoritatem inde relinquemus. Ideo*, inquit, *aliam ſolutionem cogita, ſi occurrat*. Occurrit vero facilis iſta ſolutio, quam dat *Tremellius*, quum regna modo a populis denominentur, modo a perſonis regnantibus; regnum *Aſa* hic appellari regnum Judæ, a diviſo populo quod tunc obtinebat *Aſa*. Cum enim confecto bello Æthiopico, Hieroſolymam rediiſſe dicatur *Aſa*, anno regni *decimo quinto*, 2. Chronic. XV. 10. in poſtremo ejuſdem capitis verſiculo ſubjicitur: *Bellum enim non fuerat, uſque ad annum trigeſimum quintum regni Aſa*. Ad annum vero *Aſæ* 15. additis annis *Rehoboami* 17. & *Abiæ* 3. exſurgit annus 35. regni Judaici ab Iſraelitico ſejuncti.

[a] Beroald. Chron. l. 3. cap. 3.

Aliam dat Paludan. p. 242. 243. Vid. Harvill. & Mendoz.

[b] Cajetan. in 2. Paralip. c. 15. 16.

[c] Jo. Lucid. lib. 2. tempor. cap. 9.

[d] Melch. Canus Loc. Theologic. l. 11. cap. 5.

[e] Toſtat. in 2. Paralip. 16. quæſt. 3.

Poſterior longe majore difficultate premitur locus; 2. Chronic. XXII. 2. *Filius quadraginta duorum annorum erat Abaziah, quum regnaret ipſe, & anno uno regnavit Hieroſolymis: & matri ejus nomen Athalia filia Omri*. At *Joram* patrem *Achaziæ* vixiſſe tantum annos quadraginta colligitur ex 2. Chronic. XXI. 20. ubi dicitur *Joram* triginta duorum annorum fuiſſe quum regnare cœpiſſet, & octo annis regnaſſe *Hieroſolymis*. Atque hic etiam poſt alios, noviſſime *Dionyſius Petavius*, [f] *Neceſſe eſſe in Hebrais codicibus* [quibus & *Latinos* ſuos addere poterat] *numerum eſſe corruptum aſſerit &* [ex 2. Reg. VIII. 26.] *pro 42. legendum* 22. quæ ſane ſolutio ut ob lapſus facilitatem magis probabilis, ita & ob codicum quorumdam conſenſum minus temeraria eſt cenſenda quam *Melchioris Cani* illa ſuperior, quæ in ann. 35. & 36. regni *Aſæ* omnia Bibliorum exemplaria, quæ exſtant, falſi inſimulare eſt auſa. In litterarum enim numeralium כב ſcriptione, adeo proclivis eſt mutatio כ in מ ut etiam abſque librarii culpa, fibra vel lineola aliqua in ipſa membrana prominente, accidere illa poſſet: quemadmodum eruditiſſimum & amiciſſimum *Joſephum Medum* diſſerentem aliquando me audire memini. Nec ſolum in Græcis aliquibus MSS. [nam in *Sixtiana editione LXX. interpretum*, quam ſolam produxit Petavius, 20. hic anni

[f] Petav. Rationar. temp. par. 2. l. 2. c. 11.

Ut Nor. Nobilius & Mss. Oxon. Cantabr. & F. Junii.

ni tantum leguntur] ſed etiam in Bibliis Syriacis, quibus a primævis temporibus Eccleſia Antiochena eſt uſa, non ex LXX. interpretum lacunis, ſed ex ipſo Hebræo fonte traductis, idem hic qui in 2. Reg. VIII. 26. expreſſus habetur numerus. Conſulto enim apographo, quod ex Antiocheni Patriarchæ exemplari magno pretio deſcribendum curavi, & ſuperiora illa de 35. & 36. regni *Aſæ* eadem, & pro 42. *Achaziæ* annis 22. hoc loco poſitos reperi.

Quod ſi minus tamen tuta iſta exiſtimetur reſponſio: de idiotiſmo illo cogitandum erit, in *Saule* בן שנה *filio anni*. 1. Sam. XIII. 1. a doctis ita expoſito; ut ea loquendi formula, non anni ſemper intelligantur a nativitate deducti, ſed etiam ab epocha aliqua alia, quocumque modo ſpectante ad eum qui tot annorum filius fuiſſe dicitur. Quam hic quidem extra verſiculum propoſitum non opus fuerit quærere; in quo matri *Achaziæ* nomen fuiſſe refertur *Athalia filia Omri*. Neque enim vel *Achaziam* ipſum, vel univerſi regni Judaici ſtatum quicquam propius attingebat, quam ortus *Athaliæ*; fœminæ non mariti ſolum & filii, ſed etiam ad totius Reipublicæ & regii in primis ſeminis perniciem natæ: quippe quæ & illos conſiliis ſuis perdiderit, & poſt illorum exceſſum, tota fere exſtincta domo regia, dominatum in terram Judæ ipſa ſibi arripuerit. Ubi quum ſtatim poſt *Achaziam*, & multo quam ille diutius, Judaici regni ſolium occupaverit: ut illius natalis (more in aliis regibus ſervari ſolito) in 2. Reg. VIII. 26. aperte; ita quoque & matris ipſius, in 2. Chron. XXII. 2. involute ſignificatus fuiſſe videatur.

Quæ non mea ſolius, ſed etiam M. Paludani conjectura fuit; qui in Regum temporibus diriguendis pen aliis operam navavit.

Et hic quidem in Hebræo textu trajectionem eſſe obſcuriorem *Tremellius* notavit, cujuſmodi in 1. Sam. XX. 19. Ezræ X. 17. & Nehemiæ XII. 22. eſſe ait; atque ita locum interpretandum eſſe cenſuit. *Cujus matri nomen Athalia nata Homri; agentis quadrageſimum ſecundum annum quum Achazia regnaret, qui anno uno regnavit Jeruſhalamis*. Quæ trajectio ſi a genuini textus ſimplicitate cuipiam non videatur alienior: mutato tantum caſu, in loco (*agentis*) reponatur (*agens*) & ad ipſam *Athaliam*, non avum illius *Omrin*, ſequens anni 42. notatio referatur; eamdem ipſam, quam nos propoſuimus exhibebit ſententiam. Et convenit certe magis, tam cum verborum proprietate, ut *Athalia* ætatis, quam ut *Omri* regni ſui ann. 42. egiſſe hic intelligatur; quam cum rei ipſius natura; quæ non ab *Omri*, ſed ab *Achabo* ea mali ſemina traxiſſe *Athaliam* nos edocet, quæ conatu tam improbo per Judæam univerſam diffundere nefaria fœmina laboravit, ut patris *Achabi* & matris *Jezebelis* filiam poſſes agnoſcere, unde neque maritum illius *Jehoramum*, neque filium *Achaziam* eo nomine inſimulatos legimus; quod peccato *Omri*, ſed quod *Achabi* ſcelere & ſe, & regna ſua pollueriot. Unde poſt verba citata, textus ſacer de *Achazia* ſtatim ſubjicit. *Hic etiam ambulavit in viis domus Achabi: nam mater ejus erat conſiliaria ejus ad improbe agendum. Itaque fecit quod malum* videtur *in oculis Jehovæ ſicut domus Achabi: ipſi enim erant ei conſiliarii poſt mortem patris ejus, adeo ut perdiderint eum*. 2. Chronic. XXII. 3. 4. & in 2. Reg. VIII. 27. *brevius, ambulavit in via domus Achabi, fecitque quod malum* videtur *in oculis Jehovæ ſicut domus Achabi; quia gener domus Achabi erat*. Hoc enim diſcrimen inter peccatum *Omri* & *Achabi* erat: quod ille in via *Jeroboami* filii *Nebati* ambulaverit; hic vero inſuper, accepta uxore *Jezebele* regis Sidoniorum filia, in illius gratiam, cultum *Baalis* introduxerit. (1. Reg. XVI. 26. 31.) *Athaliæ* vero opera, non *Omri* avi, ſed *Achabi* patris idololatria, non vitulorum *Jeroboami* (quos Juda non agnovit) ſed *Baalis* Sidoniorum cultus longe tetrior in regnum Judæ eſt invectus, & a filiis ejus ſtudioſe propagatus. *Athalia enim improbiſſime ſe gerente, filii ejus perruperunt in domum Dei; etiamque omnes res conſecratas domui Jehovæ aptaverunt Bahalimis*: ut in 2. Chron. XXIV. 7. ſignificanter commemoratum legimus.

In ſecunda Periodo, ut primam *Athaliam* in regno Judaico annos *ſex Completos* ſimul cum *Jehu* Iſraelitico: ita & poſtremum *Ezekiam* cum poſtremo Iſraeliticorum regum *Hoſea*, *totidem Completos* annos exegiſſe comperimus. Quum enim *Joasb*, *Achaziæ* legitimi regis filius in Templo Dei latitare coactus fuiſſet *ſex annos, quibus Athalia regnavit ſuper terram; anno ſeptimo mittens Jehoiada* [ſummus ſacerdos, & amitæ *Joasbi* maritus] *aſſumpſit centuriones, primores & curſores, ac ingredi juſſit eos ad ſe in domum Domini: quibuſcum pepigit fœdus*; De perdenda videlicet *Athalia*, inſtituendo *Joasbo*, tollenda idololatria & reſtituendo cultu Dei; quo tempore Iſraelitæ mares conveniebant ex lege, (Exhod. XXIII. 17.) ad colendum Deum: quemadmodum ad locum hunc, ex 2. Reg. XI. 4. productum, recte annotat *Tremellius*. Cumque adulto jam vere (ut in præcedente pag. oſtendimus) *Jehu* & *Athalia* regnare inceperint, idemque & primi & ſeptimi eorum anni initium fuiſſe oporteat: circa 10. menſis 3. diem, vel in ſeptimanæ *Pentecoſtes* dierum aliquo alio, contigiſſe iſta ſtatuimus. Ubi nec illud prætereundum; in quibuſdam editionis Græcæ exemplaribus, & nominatim Romano, ἐν ἔτει τῷ ὀγδόῳ hic legi, (2. Reg. XI. 4. & 2. Chron. XXIII. 1.) non ἑβδόμῳ, ut in aliis cum Hebraica veritate conſentientibus, quod idcirco obiter notandum duxi, ut ratio intelligeretur, quare in *Euſebii Cæſarienſis*, & *Nicephori Conſtantinopolitani Chronico*, & Maximi Monachi computo, *ſeptem Athaliæ* tribuantur anni, in *Clementis Alexandrini* libro primo Stromatum, *octo*: & *Joaſo* puero *ab avia prereptum imperium, poſt octo fere annos per Sacerdotem & populum depulſa avia redditum*, in priore ſacræ ſuæ Hiſtoriæ libro ſcribat *Severus Sulpitius*.

Vid. LXX. MS. & Aldin. At. Lucif. Calar. Jornand. Caſſiodor.

Samaritani ſive Iſraelitici regni exitus in 2. Reg. XVIII. 9. 10. ſic habetur expoſitus; *Fuit anno quarto regis Ezekiæ, is eſt annus ſeptimus Hoſeæ filii Elæ regis Iſraelis; ut aſcendens Salmanaſar rex Aſſyriæ contra Samariam obſideret eam. Deinde cepit eam in fine tertii anni, anno ſexto Ezekiæ; is annus erat nonus Hoſeæ regis Iſraelis quo capta fuit Samaria*. Ex quo colligimus. I. Annos illos commemoratos *Ezekiæ* atque *Hoſeæ*, & completos fuiſſe, & æqualiter fere ſibi invicem reſpondiſſe: alioqui *ad finem tertii anni* producta non fuiſſet obſidio. II. Quum regnum cœpiſſe dicatur *Ezekias, anno tertio Hoſeæ* (2. Reg. XVIII. 1.) de anno illo deſinente id intelligendum eſſe. Aliter enim *Ezekiæ* 4. Hoſeæ 7. & illius 6. hujus 9°. nequaquam reſpondiſſet. Unde & *Joſephus* lib. 9. Antiquit. cap. XIII. *quarto* anno regni *Oſeæ Ezekiam* Hieroſolymis regnum adeptum, & in ſequente capite, *ſeptimo Ezekiæ* Samariam captam fuiſſe ſcribit; annos illos inchoatos, pro *tertio* & *ſexto* deſinentibus, in Scriptura expreſſis, ſubſtituens.

Vid. Paludan. pag. 206. 207.

Integræ vero annorum ſummæ regibus Judæ & Iſraelis adſcriptorum, longe major in hac quam ſuperiore Periodo apparet inæqualitas. Hoc enim modo eorum annos ſacra numerat Hiſtoria.

JUDÆ.	ISRAELIS.
VII. *Athalia*, ann. 6.	X. *Jehu*, ann. 28.
VIII. *Joasb*, 40.	XI. *Jehoachaz*, 17.
IX. *Amaſias*, 29.	XII. *Joas*, 16.
X. *Uzzias*, ſive *Azarias*, 52.	XIII. *Jeroboam II.* 41.
	XIV. *Zacharias*, menſes 6.
XI. *Jotham*, 16.	XV. *Shallum*, menſ. 1.
XII. *Achaz*, 16.	XVI. *Menachem*, ann. 10.
XIII. *Ezekias*, 6.	XVII. *Pekahjah*, 2.
	XVIII. *Pekah Remaliæ F.* 29.
	XIX. *Hoſea*, 9.

Summa annorum Regum Judæ, 165. Iſraelis, 143. annorum eſt & menſium 7. unde annorum 21. & menſium 5. inter horum Regum ſpatia, quæ æqualia eſſe debebant, exſurgit differentia. Ad quam tollendam ex libro Regum Secundo, (quem quartum alii nominant) ejuſmodi utrorumque formari poterit comparatio.

JUDÆ.			ISRAELIS.
Athalia, ann. *6.* (2. Reg. XI. 3. 4.)	1.	1	*Jehu*, ann. 28. (2. Reg. X. 36.)
	2	2	
	3	3	
	4	4	
	5	5	
	6	6	
Joaſh, ann. 40. incipiens 7. *Jehu*. (cap. XII. 1.)	1	7	
	2	8	
	3	9	
	&c.	&c.	
	21	27	
	22	28	
	23	1	*Jehoachaz*, ann. 17. incipiens 23. *Joaſhi*, (cap. XIII. 1.)
	24	2	
	25	3	
	&c.	&c.	
	35	13	
	36	14	
	37	15	
	38	16	1. *Joaſh*, ann. 16.
	39	17	2. incipiens 37. 38.
Amaſias, ann. 29. 1. incipiens 2. *Joaſhi* (c. XIV. 1. 2.) regis Iſraelis deſinente ſc.	40	3	*Ioaſhi* regis [cap. XIII. 10.] deſinente ſc.
	2	4	
	3	5	
	4	6.	I. *Jeroboam II.* a patre *Joaſo* ad bellum Syriacum profecturo, in regni conſortium aſſumptus fuiſſe videtur.
	5	7.	*II.*
	6	8.	*III.*
	7	9.	*IV.*
	8	10.	*V.*
	9	11.	*VI.*
	10	12.	*VII.*
	11	13.	*VIII.*
	12	14.	*IX.*
	13	15.	*X.*
	14	10.	*XI.*
	15	1.	*XII. Jeroboam II.* an. 41. incipiens 15. *Amaziæ* (cap. XIV. 23.)
	16	2.	*XIII.*
	17	3.	*XIV.*
	&c.	&c.	
	28	14.	*XXV.*
	29	15.	*XXVI.*
Uzzias, ſive *Azarias*, an. 52. incipiens 27. *Jeroboami* (c. XV. 1. 2.)	1	16.	*XXVII.*
	2	17.	*XXVIII.*
	3	18.	*XXIX.*
	&c.	&c.	
	25	40.	*LI.*
	26	41.	*LII.*
	27	1.	* Interregnum ann. 11. menſ. 6.

JUDÆ.			ISRAELIS.
	28	2	
	29	3	
	30	4	
	31	5	
	32	6	
	33	7	
	34	8	
	35	9	
	36	10	
	37	11	
	38	12	*Zacharias*, menſes *6.* *Azariæ* 38. [cap. XV. 8.]
	39		*Shallum*, menſ. 1. *Uzziæ* 39. (c. XV. 13.) * *Menachem*, menſ. 11. (deinde regno a Pule Aſſyriorum rege confirmato quies ann. 10. a 39. *Azariæ*, (c. XV. 17.) deſinente.
	40	1	
	41	2	
	42	3	
	43	4	
	44	5	
	45	6	
	46	7	
	47	8	
	48	9	
	49	10	
	50	1	*Pekahia*, ann. 2. incipiens 50. *Azariæ*, (cap. XV. 23.)
	51	2	
	52	1	*Pekah*, ann. 20. incipiens 52. *Azariæ*, (cap. XV. 27.)
Jotham, ann. 16. incipiens 2. *Pekah*, [cap. XV. 32. 33.]	1	2	
	2	3	
	3	4	
	4	5	
	5	6	
	6	7	
	7	8	
	8	9	
	9	10	
	10	11	
	11	12	
	12	13	
	13	14	
	14	15	
	15	16	
	16	17	
Achaz, ann. 16. incipiens 17. *Pekah*, (c. XVI. 1. 2.) deſinente.	1	18	
	2	19	
	3	20	
	4	1	* *Hoſea*, anno 20. *Jothami*, (c. XV. 30.) id eſt, 4. *Achazi*, occiſo *Peka* regnum occupavit: ſed variis ſeditionibus obortis, res ad *9.* annorum quaſi interregnum redacta eſt.
	5	2	
	6	3	
	7	4	
	8	5	
	9	6	
	10	7	

JU.

JUDÆ.			ISRAELIS.
	11	8	
	12	9	
	13	1	Idem, domeſticis turbis demum pacatis, ann. 9. a 12. *Achazi* [cap. XVII. 1.] deſinente ſc.
	14	2	
	15	3	
Ezekias, ann. 29. 1. incipiens, 3. *Hoſea*, [cap. XVIII. 1. 2.] deſinente.	16	4	
	2	5	
	3	6	
	4	7	
	5	8	
	6	9	

Qua io parte ſucceſſinnis regum Iſraelis inferendi ſint anni illi, qui ad eam eum regum Judæ temporibus exæquandam neceſſario requiruntur, ex veſtigiis in ſacro contextu relictis nnn difficile fuerit conjicere. Quum enim ab anno 15. *Amaziæ regis* Judæ *Jeroboamus* II. Iſraeliticus, annos 41. [2. Reg. XIV. 23.] & poſt eum filius ipſius *Zacharias* menſ. 6. anno 38. *Azariæ* ſive *Vzziæ*, deinda *Shallum* menſem 1. anno ejuſdem *Vzziæ* 39. (cap. XV. 8. 13.) regnaſſe ſcribatur: ut iſta pnſſint conſiſtere, interregni annnrum 11. & menſium 6. interpoſitin efficiet: ſi poſt mnrtem *Jeroboami* variis turbis & ſeditionibus Rempublicam Iſraeliticam tanto temporis ſpatio ad *ἀναρχίαν* fuiſſe redactam admittamus.

Alii tamen, & inter eos, ab annn *Vzziæ* 39. *Menachem* ann. 10. in Iſraele regnaviſſe dicitur; & poſt eum *Pekahja* annos 2. ab annn 50. *Azariæ* ſive *Vzziæ*; ſuccedente illi *Peka*, anno ejuſdem *Azariæ* 52. [cap. XV. 17. 23. 27.] Quæ recte omnia ſe habebunt: ſi *Menachemum* anno 39. *Azariæ* regnum, dubie [nt dictum eſt] per menſ. 11. tenuiſſe; ſub finem vero illius anni, a Pule Aſſyrio, regno ipſi confirmato, [c. XV. 19.] per annos deinceps 10. pacate & quiete illud poſſediſſe, admittamus.

Poſtremus vero Iſraelitarum rex *Hoſea*, primn quidem, cæſn *Peka Remaliæ* filio, annn 20. *Jothami* filii *Vzziæ*, illius loco regnaviſſe dicitur. 2. Reg. XV. 30. id eſt, 4°. annn *Achazi* filii *Jothami*. Sed quia *Achazi* nullam adhuc mentionem Hiſtoriæ ſacræ ſcriptor fecerat; a regno cœpto *Jothami* temporis antatinnem deducendam eſſe cenſuit; licet annis non amplius 16. eum regnaviſſe, tertio ſtatim poſt hunc verſiculo, commonefaciendum lectorem idem curaverit, [c. XV. 33.] Deinde vern, in XVII. capitis principin ſubdit ipſe idem; *anno duodecimo Achazi regis Judæ regnaviſſe Hoſeam filium Ela Samaria ſuper Iſraelem novem annis*. Quod quidem dupliciter poteſt accipi: ut vel a primo ſun exordio uſque ad illud tempus *novem annis* (vel *novo anno*, *ut Tremellius* reddidit) ille regnaverit; vel ab illo tempore, uſque ad ipſius ſimul & regni Iſraelitiei exitum. Horum enim utrumque verum eſt. Nam & ab annn 20. ex quo regnare cœperat *Jothamus*, uſque ad finem anni 12'. *Achazi*, anni numerantur *novem*, qui ad temporum utriuſque regni cnæquatinnem perficiendam deſiderantur; & a fine 12'. *Achazi* uſque ad finem *Hoſeæ*, totidem alii; quos annorum *Ezekiæ* ſynchroniſmus neceſſario poſtulat. *Matthæus Beroaldus*, *Hoſeam* primis ſuis annis tributarium regis Aſſyrii Salmanaſaris nec vere Regem fuiſſe exiſtimat: excuſſo vern jugn regis Aſſyrii, quod tum ſui juris eſſet, dici regnare cœpiſſe, annn 12. regis *Achazi*. Cnntra, *Tremellius*, *Brochtonus*, & alii, duplex regni *Hoſeæ* initium ita potius diſtinguendum cenſent; ut prius meri & liberi fuerit imperii; poſterius tributarii a fine 12. anni *Achazi*, qun Salmanaſari ſervus factus fuerit, deductum. At ſi ſeries ſacri contextus, [2. Reg. XVII. 1. 2. 3.] attentius ennſideretur, non modo poſt prius, ſed etiam poſt poſterius hoc principium, *Hoſeam* Salmanaſari factum fuiſſe tributarium pateſaciet: nnſtrn quoque temporum Aſſyriacnrum calculn conſentiente, qui poſt utrumque *Hoſeæ* principium *Nino* juniori, ſive *Tiglath-pileſeri* Salmanaſarum regnn ſucceſſiſſe ſtatuit. Ut igitur *Jeroboamo* II. defunctn, filius ejus *Zacharias* pro eo regnaviſſe dicitur. [2. Reg. XIV. 29.] quia regnum illi tum jure hæreditario, tum ex Dei promiſſione. (2. Reg. X. 30. cum XV. 12.) debebatur; licet, turbis & ſeditinnibus intervenientibus, ante annum 12. illud poſſidere non poterat: ita *Peka* interempto, *Hoſea* pro en regnaviſſe legitur, quia regnum tunc occupare ille conatus eſt; licet aliis eum en de principatu (qui nihil ad eum attinebat) contradicentibus, & ad anarchiam Reſpublica perducta, niſi poſt novem annns dnmeſticis turbis ſedatis regno demum pacifice potitus ille fuerit, quæ etiam de interregno hie admittendo tum alinrum, tum *Petri Trecenſis*, tum *Laur. Codomans*, fuit ſententia. Vid. Codom.

Ad hoc vero poſterius principium habito reſpectu, quum annn *Hoſeæ* 3. deſinente (ut nſtenſum eſt) *Ezekias* regnare cœperit, niſi ſimul & a *deſinente* 17. *Peka* Iſraelitici, annos *Achazi*, & a 12. *Achazi* initium hnc *Hoſeæ* deduceremus; ſequeretur, vel 10. annis poſteriorem hunc *Hoſeæ* duraviſſe principatum, vel ex 16. qui *Achazo* tribuuntnr annis, 14. tantum pro Chronnlogicis eſſe habeodos, qunrum prius a nullis recipitur, (quia 9. tantum annos *Hoſeæ* huic regno ſcriptura 2. Reg. XVII. 1. attribuit) poſterius a *Tremellio* & aliis cnmpluribus admittitur; vel [cum *Brougthono* & *Petavio*] primum *Achazi* annum patri, poſtremum filio communem facientibus, vel (cum *Beroaldo*) & duos primns *Ezekiæ* annos una cum patre *Achazo* exactos fuiſſe arbitrantibus. Vid. Harvillaum.

Duos vero ſimul annos cum patre non tranſegiſſe *Ezekiam*, & ne unum quidem integrum, illud argumento fuerit; qund *anno primo regni ſui*, *menſe primo*, *aperuiſſe fores domus Domini* ille dicatur, [2. Chrnnic. XXIX. 3.] quas pater primus *occluſerat*, (cap. XXVIII. 24.) unde liquet, impin patre jam defunctn, Dei cultum reſtituere cœpiſſe *Ezekiam*, anno primo regni ſui (cujus partem primam cum patre exegerat) ad finem jam vergente. Quod nnn animadvertentes alii, & inter eos vulgatæ Latinæ Biblinrum interpretatinnis auctor, *primo anno & primo menſe regni ſui*, *Ezekiam* Templum aperuiſſe crediderunt: in eumdem cum illis incidentes errorem, qui anno ſexcenteſimo vitæ *Noachi* menſe 2. die menſis 17. Diluvium cœpiſſe. (Geneſ. VII. 11.) & ſecundn die 2. menſis in 4. annn regni *Salomonis* jacta Templi fuiſſe fundamenta. (2. Chronic. III. 2.) legentes; menſem eum 2. vel vitæ *Noachi*, vel regni *Salomonis* fuiſſe ſunt opinati: quum currentis anni, qui tunc in communi uſu fuerat, ſecundus ille extiterit. Ut igitur menſis ille *ſecundus*, in Diluvii quidem hiſtnria *Bul*, ſive *Marheſuan*, in ſtructura templi *Zir*, ſive *Ijar*, fuit: ita & *Abib* ſive *Niſan* eſt *primus* intelligendus tum hic, tum in narratinnis progreſſu, ubi juſſu *Ezekiæ* ſacerdntes templum ſanctificare cœpiſſe dicuntur *primo* die *menſis primi*; (2. Chron. XXIX. 17.) non utique *eodem die quo rex conſtitutus eſt ille*, [ut ad eum locum *Tremellius* annotavit] ſed poſt 9. demum menſes, patre jam vita functo, qui profanatinnis Templi præcipuus auctnr fuerat. Vid. 70. Chal. & Syr.

Quod ſi ratinnem quoque ad extremum quis a nobis poſcat; eur *Joaſi* regis Iſraelis initium in fine 37. anni *Joaſi* regis Judæ, itidemque *Amaſiæ* regis Judæ principium in exitu ſecundi anni *Joaſi* regis Iſraelis repoſuerimus: ſciat is, dun nos inde ſimul Vid. Seder Olam Rabba.

eſſe conſecutos: & ut juſtum 15. annorum inter mortem *Joaſi* Iſraelitici & *Amaſiæ*, bis in Scriptura commemoratum. [2. Reg. XIV. 17. & 2. Chronic. XXV, 25.] reperiretur ſpatium; Et ut ab eodem 17. anno, ex 2. Reg. XIII. 10. Iſraelitici *Joaſi*, biennio ſimul cum patre regnantis 16. anni dinumererentur: quum anno quidem illo 17. regni paterni participem factum illum fuiſse, Lidyatus noſter agnoſcat; ſed annos tamen ipſius 16. a morte patris deducendos eſſe cenſeat. Ut tandem concludere liceat; Regibus hujus Periodi Chronologicos annos 163. eſse tribuendos: eorum initiis ad annos Mundi hunc in modum adaptatis.

Vid. Harvil. Petav. [in magno opere.]

JUDÆ.

A. M.
3120. *Athalia*, ann. 6.
3126. *Joash*, 39.
3165. *Amaſias*, 29.
3194. *Vzzias*, ſive *Azarias*, 52.
3246. *Jotham*, 16.
3262. *Achaz*, 15.
3277. *Ezekias*, 6.
3283. Regnum Iſraeliticum finitum.

ISRAELIS.

A. M.
3120. (circa menſis 3. diem 10.) *Jehu*, ann. 28.
3148. *Jehoachas*, 15.
3163. *Joash*, 16.
3179. *Jeroboam* II. 41.
3220. interregnum, ann. 11. menſ. 6.
3232. (circa menſis 9. diem 10.) *Zacharias*, menſ. 6.
3232. (circa menſis 3. diem 10.) *Shallum*, menſ. 1.
3232. [circa menſis 4. diem 10.] *Menachem*, ann. 10. menſ. 11.
3243. (circa menſis 3. diem 10.) *Pekahja*, ann. 2.
3245. *Peka*, 20.
3265. *Hoſea*, in ſtatu rerum turbulento, inſtar interregni annis 9. & domeſticis ſeditionibus demum ſublatis, annis 9. aliis.
3283. (circa menſis 3. diem 10.) Regnum Iſraeliticum finitum.

Primarius tamen adhuc reſtat ſcrupulus, qui interpretes & Chronologos noſtros tantopere exercuit. Cum enim juxta rationes propoſitas anno 16. *Jeroboams II. Vzzias* ſive *Azarias* in Juda regnare cœperit: in (II, Reg. XV. 1.) ad 27. *Jeroboam* annum, initium ejus referri videtur. Licet ad tempus quo lepra percuſſus ille fuit, referet *Tremellius*: intermediis illis longa ſatis parentheſi ſic incluſis. *Anno viceſimo ſeptimo Jeroboami regis Iſraelis, regnabat Hazaria filius Amatziæ, rex Jehudæ: (natus fuerat annos ſexdecim quum regnare inciperet, & quinquaginta duobus annis regnavit Jerushalaimis; cujus matri nomen Jecolia e Jerushalaimis; Feceratque quod rectum* videtur *in oculis Jehovæ, omnino prout fecerat Amatzia pater ejus: Sed excelſa non amota fuerant; adhuc populus ſacrificabant & adolebant in excelſis.) Quum plaga afficit Jehova regem, qua fuit leproſus uſque ad diem mortis ſuæ, ideoque habitabat in domo ſemota; Jotham vero filius regis præerat domui, jus dicens populo regionis*, Et quia nondum natum fuiſse *Jothamum*, ex verſic, 33. ſequente appareat: eum quoque diſtinctione interpoſita, ita explicandum cenſuit, *Natus viginti quinque annos, quum regnare inciperet. i. e.* Quum regni adminiſtrationem iniit propter lepram patris: *& ſexdecim annis regnavit*, a morte patris.

Alii minore textui adhibita violentia, annorum *undecim* [quot inter 16. & 27. *Jeroboami* decurrerunt] inter regnum *Amaſiæ* & *Uzziæ* interpoſitione, iſta conciliant. Et cum ea ratione totidem annis augeatur differentia annorum regis Judæ ſupra annos regum Iſraelis in Scriptura notatos; ad exæquationem reſarciendam, *undecim* quoque annos ad interregnum in regno Iſraelitico poſitum coguntur adjicere; *ἀναρχίας* inter *Jeroboamum* II. & filium ejus *Zachariam* 22. annorum conſtituta. Quod minus neceſſarium ſacræ Chronologiæ augmentum admittere nolentes alii, ubi Scriptura refert, *Uzziam* ſive *Azariam* 16. annos natum regnare cœpiſſe, & 52. annos regnaviſſe; ita ut 68. annos in univerſum vixiſſe videretur (unde & *Joſephus*, libro IX. Antiquit. cap. XI. *anno ætatis 68. regni 52. obiiſſe* illum tradidit:) 52. quidem regni annos a morte patris *Amaſiæ* deducunt, ſed infantem vix 4. annorum tunc relictum fuiſſe eum ſupponentes, per 12. fere annos a Tutoribus regnum adminiſtretum fuiſſe volunt; donec 27. *Jeroboami* Iſraelitici anno, 16. ætatis annum aſſecutus, per annos deinceps 36. propria auctoritate ipſe regnum gubernaverit, 56. demum ætatis anno vita functus.

Reliquum jam eſt ætatis 5. membrum poſtremum, a fine regni Iſraelitici ad finem regni Judaici, annorum 133. & menſium fere 2. menſura definitum; quam anni regum Judæ, ſimul cum annis Mundi, hic ſubjecti ita conficiunt.

A. M. 3283. [circa menſis 3. diem 10.] *Ezekias*, poſt excidium regni Iſraelitici, regnavit in Juda annos 23.
3306. XIV. *Manaſſes*, ann. 55. (2. Reg. XXI. 1. 2. Chron. XXXIII. 1.)
3361. XV. *Amon*, ann. 2. (2. Reg. XXI. 19. 2. Chron. XXXIII. 21)
3363. XVI. *Joſias*, ann. 31. (2. Reg. XXII. 1. 2. Chron. XXXIV. 1.)
3394. XVII. *Joachaz*, menſib. 3. (2. Reg. XXIII. 31. 2. Chron. XXXVI. 2.)
3394. XVIII. (circa 6. menſis diem 10.) *Eliakim*, qui & *Jehojakim*, ann. 11. (2. Reg. XXIII. 36. 2. Chron. XXXVI. 5.) pro quibus, annos 10. menſes 6. & dies 15. ſumimus.
3405 XIX. (circa menſis 12. diem 25.) *Jehojakin* ſive *Jechonias*, menſ. 3. (2. Reg. XXIV. 8.) & dieb. 10. (2. Chron. XXXVI. 9.)
3405. XX. (menſ. 4. die 10.) *Sedekias*, ann. 11. [2. Reg. XXIV. 18. 2. Chron. XXXVI. 11. Jerem. LII. 1.)
3416. (menſis 5. die 10.) Templi *Salomonici* & urbis Hieroſolymitanæ excidium; Jerem. LII. 12. 13.) poſt. captum *Sedekiam* menſe integro,

Nonnulla, ſed reriora, Græcæ Bibliorum editionis exemplaria ab Hebraica veritate alicubi hic diſſenſiſſe deprehenſa ſunt. Atque hinc in Chronico ſuo *Euſebius*, 12. annos Amoni tribuit, LXX. interpretum teſtimonio ad illud confirmandum ſic producto. Ἀμὼν ἐβασίλευσεν κατὰ μὲν τοὺς ό ἔτη ιβ, κατὰ δὲ τοὺς Ἑβραίους ἔτη β. *Amon ſecundum LXX. Seniorum interpretationem XII. annos regnavit; ſecundum Hebræos, annis duobus*, de quo *Georgius Syncellus*, ſatis immodeſte, τὸν Ἀμὼς γὰρ Μανασσῆ ἔτη ιβ Εὐσέβιος λέγει βασιλεῦσαι κατὰ τοὺς ο, ψεύδεται δέ, *Amon filium Manaſſis 12. annos ſecundum LXX. regnaviſſe dicit Euſebius; ſed mentitur:* quum dicendum potius fuiſſet; in editione Vulgata, quæ Κοινὴ vocabatur, annos 2. in ea vero quam ex Alexandrina Bibliotheca Hexaplis ſuis inſeruit Origenes, & ut puram τῶν ό. amplexatus eſt *Euſebius*, annos 12. fuiſſe poſitos.

Severus Sulpitius, in priore ſacræ ſuæ Hiſtoriæ libro communem editionem ſecutus, *Amonem ultra biennium*

nium regno potitum fuiſſe negat: verum, mendoſo uſus codice, filium ejus *Joſiam* annos XXI, regnaviſſe affirmat; *poſt triennium fere*, a Paſchate *octavo & decimo imperii anno celebrato*, interamptum. In edita, Nicephori Conſtantinopolitani Chronologia, *Amoni* ἔτη ιβ. adſcribuntur; cum in Londinenſis Bibliothecæ MS. β. tantum legatur. Quod vero ibidem deinde ſequitur, poſt XXXI. *Joſiæ* annos [pro quibus XXXII. perperam poſuit *Euſebius*] Interregnum ann. XXX. ſecundum Septuaginta interpretes, vel VIII. (ſive L. ut in Londinenſi habetur codice] ſecundum Hebraicum: plane commentitium eſt. Ejuſmodi enim *ἀναρχίας* neque in Græcia, neque in Hebraicis ullum omnino exſtat veſtigium: & ne ulla omnino anni alicujus interpoſitione ſacri hic calculi violari poſſit, *Jeremiæ* Prophetæ prohibet auctoritas, qui, 4. *Jehoiakimi* annum, miniſterii ſui 13. *Joſiæ* anno cœpti 23. eſſe diſerte aſſerit, (Jerem. XXV. 1. 3.) Chronographo, qui anno 13. *Alexandri Severi* ſcripſit, *Amoni* adſcripti leguntur anni 2. & *Ezekiæ* 25. verum librarii eſſe mendum locus ille ejuſdem auctoris evincit, in quo, *poſt Ezekiam*, *Joſias annis* CXIV. *Paſcha celebraviſſe* dicitur. Quod conſiſtere non poſſet: niſi & *Amoni* 12. tribuerentur anni, juxta LXX. ab *Euſebio* citatos, & *Ezekiæ* 29. juxta coſdem cum Hebraica veritate conſentientes 2. Reg. XVIII. 2. & 2. Chron. XXIX. 1.

Vid. edit. Raderi.

Tom. 2. Antiqu. lect. H. Caniſii, pag. 595.

Ut autem a 29. illius annis deducti 6. integri, quos ante averſum regnum Iſraeliticum exegiſſe illum oſtendimus 23. relinquunt ad hujus intervalli exordium referendos, ita ab anni tempeſtate, qua & 7. & reliquos regni ſui annos ille inchoavit, quattuor ipſum ſubſequentium Regum initia omnino dependent. Cum enim tempora eorum in Scriptura ſimpliciter exhibeantur, non [ut in regno Judæ & Iſraelis hactenus factum fuerat] cum aliorum regum initiis comparata: relictum nullum eſt argumentum, cujus ductu ab annis propoſitis menſes aliquos (ſine temeritatis nota) liceat nobis ſubducere, indeque regum initia in alias atque alias anni partes ſummovere. Ut ſi a menſis primi die primo, verbi gratia, *Ezekiæ* annos deducamus: ſub idem quoque tempus *Joſiam* regnara cœpiſſe dicamus neceſſe eſt; niſi interpoſitos *Manaſſis* 55. & *Amonis* binos annos, propria auctoritate vel augere libeat, vel diminuere. *Michael Paludanus* tamen qui cum vulgato interprete Latino, [a] priorem recipit hypotheſin, ab eodem primo menſe [b] *Joſiæ* annos arceſſendos eſſe jure pernegat: Quandoquidem magnam partem anni ejus 18. in templi inſtauratione, idololatriæ exterminatione, & legitimi Dei cultus reſtitutione, tranſactam fuiſſe conſtet, ante Paſcha 14. primi menſis die, in eodem 18. anno, celebratum (2. Reg. XXII. 3. ad XXIII. 23. & 2. Chronic. XXXIV. 8. ad XXXV. 19.) quum noſtra ſententia, quæ annos *Joſiæ* pariter & *Ezekiæ* circa 10. menſis 3. diem incboat, & verſus finem anni primi *Ezekiæ* unum, & verſus finem 18. *Joſiæ* alterum *Paſcha* promovendum eſſe poſtulet.

a Pag. 177. & 179. b Pag. 219. [unde reponenda hic illius verba.]

Cum trium vero poſtremorum ragum Judæ temporibus habemus annos *Nebuchadneſaris* Babylonii in Scriptura comparatos; quorum collatio nos docebit *Jehojakimum* non integros annos undecim, ſed ſupra annos 10. menſes circiter 6. cum dimidio in ragno exegiſſe; adeoque *Jeojachimum* circa 6. menſis diem 10. & ante tres menſes *Joachazum* ipſius fratrem circa 3. menſis diem eumdem regna ſua iniiſſe. Unde veritas quoque hypotheſeos noſtræ patebit; quæ 31. annorum *Joſiæ* tam principium quam exitum circa menſis 3. diem 10. collocandum eſſe ſtatuit. Quod ut plenius percipiatur, rarum ad bos tres rages ſpectantium tempora ſequentibus theſibus explicanda eſſe duximus.

THES. I.

Initium regni Sedekiæ deducendum eſt a 10. die 4. menſis; juſtis undecim annis ante captivitatem ejuſdem Sedekiæ, & unico menſe Salomonici Templi excidium; quod in 10. diem 5. menſis incidit.

PRophetaviſſe *Jeremias* dicitur, *donec abſolveretur undecimus annus Sedekiæ filii Joſiæ regis Judæ, & donec deportaretur Hieroſolyma menſe quinto* (Jerem. 1. 3.) Anno vero *undecimo Sedekiæ*, 4. menſis die 9. perrupta civitate & a Babyloniis occupata, noctu res aufugiens ab inſequentibus Chaldæorum copiis in campeſtribus *Jerichuntis* captus eſt. (Jer. XXXIX. 2. 5. & LII. 4. 9.) Sequentis deinde menſis 5. die 10. Templo & Urbe deſtructis, in captivitatem Hieroſolymitani ſunt abducti. (Jerem. LII. 12. & 15.) Ex quibus inter ſe collatis, colligimus; & *undecimum Sedekiæ* annum fuiſſe completum, (non X. tantum ſolidis annis illum regnaviſſe; ut aſſerit [c] *Scaliger*) & inter captivitatem illius & templi conflagrationem menſis ſpatium interceſſiſſe: atque quod inde eſt conſectarium, circa 4. menſis diem 10. regnare eum cœpiſſe. Ubi enim de fine conſtat, de initio dubitari non poteſt: quum in anni circulo principium & finem communi contineri termino nemo ignoret. Cumque inter captum *Sedekiam* abſoluto anno regni ſui undecimo, & deportatum populum integer menſis (ut dictum) fuerit interpoſitus: *ἐν τῷ δωδεκάτῳ ἔτει τῆς Σεδεκίου βασιλείας*, *duodecimo anno regni Sedekiæ* calamitatem illam accidiſſe, in libro primo Stromatum *Clemens Alexandrinus* retulit, rectius quam *Joſephus* Templum incenſum fuiſſe ſcribens *anno regni Sedekiæ undecimo:* (libro X. Antiquit. cap. XI.) quum ante menſem is captus annum ragni ſui undecimum compleverit,

c Scaliger. Animadv. Euſebian. pag. 82. & Canon. Iſagog. pag. 327.

THES. II.

Obſidio Hieroſolymitana cœpta anno Sedekiæ 9. menſis 10. die 10. & interventu exercitus Pharaonis poſtea interrupta redintegrata eſt anno Sedekiæ 10. menſis 3. die 15. & per dies 390. uſque ad captam Urbem continuata: Ita ut ab obſidionis primo principio uſque ad captam urbem in fine anni 11. Sedekiæ, menſis 4. die 9. menſium 30. uſque ad eamdem incenſam menſis 5. die 10. menſium 31. ſpatium interceſſerit.

ANno 9. *Sedekiæ*, menſis 10. die 10. *Nebuchadneſarem* Hieroſolymam obſidere cœpiſſe, ex 2. Reg. XXV. 1. Jerem. LII. 4. & Ezech. XXIV. 1. 2. &, Pharaonis exercitu adventante inde receſſiſſe, ex Jerem. XXXVII. 5. 11. & XXXIV. 21. 22. intelligimus. Anno 10. menſe 10. die 12. contra Pharaonem & Ægyptios prophetavit *Ezekiel*; quod fuiſſent *baculus arundineus domui Iſraelis* (Ezech. XXIX. 1. 6.) Pharaonis enim exercitu ra infecta domum reverſo; ad Urbis oppugnationem denuo Chaldæi redierunt, prout a *Jeremia* prædictum fuerat. (Jerem. XXXVII. 7. 8.) ann. eodem *Sedekiæ* 10. qui *Nebuchad-reſaris*, ſive *Nebuchadneſaris* fuit 18. (cap. XXXII. 1. 2.) Ut, quum in *fine anni* 11. *Sedekiæ* a Babyloniis Hieroſolyma occupata fuerint; (ut in priore Theſi eſt oſtenſum:) ultra annum obſidionem hanc poſteriorem continuatam fuiſſe appareat, nec ſupra dies 25. tamen: quantum ex Ezechiel. IV. 5. 8, colligere poſſumus; ubi in typo, dies 390. obſidioni Hieroſolymitanæ aſſignatos invanimus, Qui ab anno 11. *Sedekiæ*, menſe 4. die 9. quo Urbs perrupta fuit, [Jerem. XXXIX. 2.] retro numerati, ad menſis 3. diem 15. in anno *Sedekiæ* 10. nos perducunt: quod redintegratæ obſidionis ſtatuitur a nobis initium. Undę error detegitur, tum *Fl. Joſephi*, libro X. Antiquit. cap.

10.

Digitized by Google

10. & 11. (edit. Græc.) qui oon ſolam ſecundam baoc obſidionem 9. *Sedekiæ* anno & meoſis 10. die 10. eodem quo oos primam, incepiſſe affirmat; ſed etiam inde uſque ad captam urbem anoo *Sedekiæ* 11. menſis 4. die 9. menſes tantum 18. (pro 30.) bis dinumerat: tum *Severi Sulpitii*, qui in Sacræ ſuæ hiſtoriæ libro priore, *triennio*, duraviſſe obſidionem ſignificat; quanto tempore Samariam, ante regni Iſraelitici excidium, a *Salmeneſero Aſſyrio* fuiſſe obſeſſam, ex ſacris litteris [2. Reg. XVII. 5.) didicimus. Neque audiendus hic *Johannes Druſius*, qui pro *triennio* in Sulpitio, *biennio fere* reſcribendum eſſe pronuntiat: quum ſupra biennium etiam anoi dimidium, uno die minus, a cœpta primum obſidione uſque ad civitatem ab hoſtibus occupatam, accuratior noſter calculus hic exhibet.

THES. III.

Circa menſis 4 diem 5. facta eſt Jechoniæ deportatio, 5. circiter ante regni Sedekiæ initium diebus.

ANno a deportatione regis *Jojacinis* ſive *Jechoniæ quinto*, menſis *quarti* die *quinto*, *Ezekiels* Prophetæ omnium prima exhibita eſt viſio. (cap. I. 1. 2.) Poſt quam, cum apud populares ſuos deportatos toto *ſeptiduo*, quaſi ſtupore quodam perculſus deſediſſet; [cap. III. 15. 16.) continuus 390. dierum in publico omnium conſpectu, cubatus a Deo illi imperatus eſt. (cap. IV. 4. 5.) Exacto deiode aono uno & menſibus duobus, poſt primam, ſedenti domi ſuæ eum ſenioribus Judæ, nova oſtenſa eſt viſio; anno deportati *Jechoniæ ſexto, menſis ſexti die quinto*. [cap. VIII. 1.] A 397. deducta dierum 365. quantitate aooua, relinquuntur dies 32. ut intervallo, inter utramque viſiooem interpoſito complendo, ſpatium uoico menſe minus hic tantum deſit. Unde concludimus, circa ipſum ann. 5. captivitatis *Jechoniæ* viſionem primam eſſe factam: ac proinde circa *quintum* menſis *quarti* diem captivitatem illam incepiſſe. In illo ipſo vero *quinto* die potius quam in aoteriorum aliquo ejus epocham ideo ſtatuendam cenſemus; quod hac ratione inter eam & regni *Sedekiæ* ioitium (quod ad ejuſdem 4. menſis diem 10. in prima Theſi eſt relatum) *quinque* tantum dierum iotercedat ſpatium; neque vero multo longius ſacræ hiſtoriæ admittat ſeries, quæ abducto in captivitatem *Jechonia*, *Nebuchadneſarem* ante diſceſſum ſuum loco ipſius patruum *Sedekiam* regem conſtituiſſe indicat. (2. Reg. XXIV. 15. 17.)

THES. IV.

Finis regni Jehojakimi, & initium filii ejus Jehojachinis ſive Jechoniæ, circa menſis 12. diem 25. ſunt reponenda.

IN Hebraica Bibliorum editione pater יהויקים filius יהויכין in Græca prior Ἰωακεὶμ poſterior Ἰωαχεὶμ, indeque *Joſepho* alter Ἰωάκιμος, alter Ἰωάχιμος, eſt appellatus. Sed lenis & aſpiratæ litteræ diſcrimine poſtea neglecto, ut uterque communi nomine Ἰωακεὶμ vel Ἰωαχεὶμ nuncuparetur, uſu tandem eſt receptum. Unde in libro primo ſacræ hiſtoriæ, *Severus Sulpitius*, *Joachim exactis in regno annis undecim, filioque ejuſdem nominis locum feciſſe* ſcribit: & qui in textu ſacro *Jehojakin*, (2. Reg. XXIV. 6. 8. 2. Chronic. XXXVI. 8.) *Coniah*, (Jerem. XXII. 24. 28. XXXVII. 1.) & *Jeconiah*, [1. Chron. 3. 16. Jerem. XXIX. 2.] nominatur, *Theophilo Antiocheno* Ἰωακεὶμ ἕτερος, *Clementi Alexandrino* patri ὁμώνυμος Ἰωακεὶμ appellatur. *Ambroſius* libro tertio Commentar. in Luc. cap. 3. & Faſtorum Siculorum auctor, utrumque & *Joachim* & *Jeconiam* dictum fuiſſe volunt. In Paſchali tractatu, quem ineditum habeo, anno *quinto Gordiani*, *Ariano & Papo Conſulibus*, id eſt, anno æræ Chriſtianæ CCXLIII. conſcripto; regnaviſſe traditur *Joachim annis* XI. *item Joachim filius ejus, qui & Jechonia dictus eſt, diebus centum*: quod ſane rectum eſt. Poſitis enim menſibus τριακονθημέρων [Lunares enim, alternis plenos & cavos, e Babylonia demum reduces, una cum Chaldaicis menſium nominibus, Judæi in terram ſuam induxerunt] *dies centum* menſes conſtituunt *tres* & dies *decem*: quot in ſacra hiſtoria, 2. Chronic. XXXVI. 9. *Jechoniæ* regno adſcriptos legimus. Qui a menſis *quarti* die *quinto*, [quo captivum eum abductum fuiſſe in præcedente Theſi declaravimus) ſubducti, in 12. menſis diem 25. recidunt: circa quem & cœpiſſe ipſum, & patrem *Jehojakimum* regnare deſiiſſe, io præſenti Theſi aſſeruimus.

THES. V.

Circa 6. menſis diem 10. Jehojakimus regnum iniit: quod non integris undecim annis obtinuit, ſed annis 10. menſibus 6. & diebus 15. circiter. Sub finem vero anni illius tertii, circa 5. menſis diem 15. regnare cœpit Nebuchadneſar; ante templi conflagrationem annis 19. quinque circiter diebus minus.

ANno *tertio Jehojakimi* regis Judæ, aſcendiſſe *Nebuchadneſarem* Regem Babyloniæ, contra Hieroſolymam, in ipſo libri Danielis initio; & *primum* hujus eſſe *quartum* illius, in principio cap. XXV. *Jeremiæ* legimus. Uode, incidiſſe primum *Nebuchadneſaris* anoum in deſinentem annum tertium *Jehojakimi*, & ineuntem quartum recte concludit *Tremellius*. Regnaſſe dicitur in univerſum *Jehojakim annos undecim*. (2. Reg. XXIII. 36. 2. Chronic. 36. 5.) & poſt eum filius ipſius *Jechonias*, antequam deportaretur Babylonem, *menſes tres & dies decem*. [2 Chronic.. XXXVI. 9.] iiſque exactis a rege Babylonis captus fuiſſe *anno octavo regni ſui*. (2. Reg. XXIV. 12.) Ex quibus inter ſe collatis, duo emergunt iſta: 1°. Annum *undecimum Jehojakimi* non fuiſſe integrum, nedum XII. annos eum Siculorum Faſtorum auctore & Nicephoro Patriarcha C P. eſſe illi aſſignandos. Quum enim aote finem anni ipſius *tertii* regnare *Nebuchadneſar* cœperit, ſi ſuperfuiſſent *Jehojakimo* anoi adhuc *octo* integri; *nonum* ille ingreſſus fuiſſet annum, quo tempore *Jechoniam* patri in regno ſucceſsorem dedit. Atqui *quarto* poſtea menſe, *Jechonia* capto, *octavum* adhuc numeratum fuiſse *Nebuchadneſaris* annum, ex 2. Reg. XXIV. 12. manifeſtum eſt. II°. Inter 25. diem menſis 12. quo *Jechoniam* cœpiſse io theſi IV. & 5. menſis 4. quo eumdem deſiiſse, in theſi III. oſtendimus, *Jehojakimi* initium collocari non poteſt; Alias enim *Nebuchadneſar* [cujus annus 1. initium 4. *Jehojakimi* aliquanto tempore præceſſit] capto *Jechonia* 9. regni ſui ſimiliter egiſset annum, in 8. tantum adhuc verſatum eum fuiſse, ex 2. Reg. XXIV. 12. jam audiverimus. Reliquum igitur eſt, ut inter menſis 4. diem 5. & menſis 12. diem 25. regni *Jehojakimi* exordium ſit indagandum.

Ex tribus feſtis in quibus omnes mares coram Domino comparere tenebantur, [Deut. XVI. 16.] Tabernaculorum ſollemnitas io hujus temporis ſpatium iocidit: ad quam idcirco, locum illum Jerem. XXVI. 1. 2. ſine controverſia referendum eſſe judico. *Principio regni Jehojakimi filii Joſiæ regis Judæ, fuit verbum hoc a Domino dicendo. Sic ait Dominus; Sta in atrio domus Domini, ut eloquaris ad omnes civitates Judæ venientes ad incurvandum ſe in domo Domini, omnia verba quæ præcipio tibi eloqui eis.* Ante feſtum igitur Tabernaculorum, in medio 7. menſis celebratum, tempore aliquo inter menſis 4. diem 5. & illud interpoſito

to

Digitized by Google

to [& quidem ad 7. quam ad 4. menſem propius accedente] principium regni *Jehojakimi* reponendum eſſe colligo: indidemque *diem jejunii*, quo verba Domini in templo ejus audientibus omnibus Judæis qui eo confluxerant ex civitatibus ſuis e ſcripto recitare juſſus eſt Baruc, *anno quarto Jehojakimi*, [Jerem. XXXVI. 1. 6.] de ſollemni illo jejunio menſis 7. die 10. Lege imperato [Levit. XVI. 29.] quod *Jejunii* nomine κατ' ἐξοχὴν [Act. XXVII. 9.] ſignificatur, intelligendum eſſe concludo; non de conceptivo illo, quod *anno quinto Jehojakimi*, *menſe nono*, indictum fuiſſe [eodem cap. XXXVI. 9.] poſtea legitur, uti Tremellius exiſtimat. Si enim *ſub finem anni quarti* [uti ille vult,] datum hoc fuiſſet præceptum, & *anno quinto*, *menſe nono*, executioni mandatum; ſequeretur, paullo ante *nonum* menſem ſtatuendum fuiſſe *Jehojakimi* exordium: quod cum iis quæ ſuperius ſunt diſputata non poteſt conſiſtere.

Ut hinc igitur, ante menſis 7. diem 10. ita alio argumentum poſt 5. menſis diem 10. initium *Nebuchadneſaris* & *Jehojakimi* eſſe quærendum; ſic oſtendo. Annus decimus *Sedekiæ*, a menſis 4. die 10. (ut 1. Theſis docuit) inchoatus, erat *Nebuchadneſaris decimus octavus*, [Jerem. XXXII. 1.] uno ſaltem menſe poſt *decimum* illum *Sedekiæ* incipiens. Si enim ipſo 10. menſis 4. die regnum ſuum *Nebuchadneſar* cœpiſſet; quando Templum fuit incenſum, menſis 5. die 10. [integro poſt *Sedekiam*, deſinente anno regni ſui undecimo, captum menſe] annum regni ſui *viceſimum* ille fuiſſet ingreſſus: At *decimum nonum* illius adhuc cucurriſſe, ex Jerem. LII. 12. conſtat. Unde inter menſis 5. & 7. diem 10. annorum, *Nebuchadneſaris* primo, deinde & *Jehojakimi*, initium locandum eſſe, conſequitur. Quod cum ſuperius poſita deſcriptione recte convenit; quæ *Jehoachazo*, trimeſtre ſuum regnum a menſis 3. die 10. inchoanti, *Jehojakimum* 6. menſis, die 10. ſucceſſiſſe ſtatuit. Inde ad initium *Jechoniæ* circa 25. diem 12. menſis collocatum, menſes numerantur 6. cum dimidio, quot tantum, ſupra annos decem, integro *Jehojakimi* regno hypotheſis hæc attribuit; ab undecimo illius anno detractis 5. menſibus & unius dimidio. Qui quidem conficient; ſi *Nebuchadneſarem* annum ſuum *primum* diebus 25. ante finem tertii anni *Jehojakimi* inchoaſſe, & ad complementum *octavi* ſui anni, præter 100. dies *Jechoniæ*, & 5. interregni 35. quoque primos ſuccedentis *Sedekiæ* dies aſſumpſiſſe admiſerimus. Qua ratione Natali imperii *Nebuchadneſaris* in medio 5. menſis conſtituto; & 1. illius annus reſponſurus eſt *Jehojakimi* 4. [diebus tantum 25. illo anterior] juxta Jerem. XXV. 1. & 18. anno *Sedekiæ* 10. (diebus 40. hujus initio poſterior] juxta Jerem. XXXII. 1. eruntque ab initio ejus, ad deportationem quidem *Jechoniæ* [menſis 4. die 5.] anni 7. menſes 10. dies 20. ad Templi vero excidium (menſis 5. die 10.) & captivitatem populi illud ſubſecutam, anni 19. diebus 5. minus.

THES. VI.

Nebuchadneſar, a vivente patre in conſortium regni aſſumptus, annos 43. poſt mortem illius imperavit ſolus; in univerſum vero, annos 44. menſes 7. & dies 10. circiter.

ANno *Jehojakimi* 3. deſinente circa 15. menſis 5. diem, regnare cœpiſſe *Nebuchadneſarem*; ante deportationem *Jechoniæ*, menſis 4. die 5. factam, annis 7. menſibus 10. & diebus circiter 20. in præcedente Theſi eſt oſtenſum. His additi anni 36. menſes 8. & dies 20. [qui a deportatione illa, ad annum quo *Evil-merodach* regnare cœpit, effluxerunt] longiſſimum regni *Nebuchadneſaris* tempus exhibebunt, annorum 44. menſium 7. & dierum 10. circiter. Filius enim & ſucceſſor ipſius proximus *Evil-merodach* ad regiam dignitatem in aula ſua *Jechoniam* evexiſſe fertur, *anno a deportatione* ipſius 37. *menſe* 12. *die menſis* 25. eodem *quo regnare cœpit anno*. [Jerem. LII. 31. 32.] qui quidem 25. dies Imperii videtur fuiſſe Natalis; quo de evehendo *Jechonia* conſilium ille iniit: quum ipſum evectionis diem 27. ejuſdem 12. menſis ex 2. Reg. XXV. 27. fuiſſe appareat.

Beroſus quidem in 3. Chaldaicæ ſuæ hiſtoriæ libro, *Joſephus*, lib. X. Antiquit. cap. 11. col. 12. & *Ptolemæus* in Regum Babylonicorum Canone, 43. tantum annos *Nebuchadneſari* tribuunt, ſed a morte patris numeratos: quum in *Jeremia* & ſacra Regum hiſtoria, ab expeditione ejus in Syriam & Judæam vivente patre ſuſcepta, principatus ejus epocha deducatur. Quo tempore regni paterni factum illum fuiſſe participem, *Beroſus* [apud *Joſephum* libro X. Antiquit. cap. 11. lib. 1. contra Apionem] ſatis aperte ſignificat. A *Nabopolaſaro* enim cum exercitu adverſus rebelles miſſus, eorum regionem (ut ille ſcribit) ὑπὸ τῇ αὑτῶ vel αὑτοῦ (ſic enim in lib. 1. contra *Apion.* & *Georgii Syncelli* Chronico citatum legitur) βασιλείαν ἐποιήσατο, *regno ſuo ſubjecit* poſt illius demum obitum κρατήσας ἐξ ὁλοκλήρου τῆς πατρικῆς ἀρχῆς, *paterno principatu in ſolidum potitus*; quem antea ſcilicet diviſum cum patre geſſerat. Unde & Daniel, licet *Nebuchadneſarem* quum primam adverſus Judæos expeditionem ſuſciperet, anno 3. *Jehojakimi*, *Regem Babyloniæ*, propter regni cum patre tum vivente ſocietatem appellet: [cap. I. 1.] annorum tamen regni numerationem more Chaldæorum, apud quos agebat, ab obitu patris & mero ipſius imperio deducit; anno illius *ſecundo*, ſomnium ipſius a ſe expoſitum ſignificans, [cap. II. 1. 31.] exactis jam *tribus* captivitatis ſuæ annis, quibus privatim in litteris & lingua Chaldæorum eſt inſtitutus, priuſquam in Regis aſpectum eſt adductus, [cap. I. 4. 5. 18. 19.] quod nullo modo ad 2. regni annum quod cum patre communicavit; ſed ad finem 2. anni monarchiæ ſive ſolitarii regni commodiſſime referri poterit.

Et recte quidem hoc obſervavit [a] *Scaliger*, ſed vitioſa lectione loci *Beroſi* [apud *Joſephum* lib. 1. contra *Apionem*] deceptus, quæ 29. regni annos pro 21. *Nabopolaſaro* tribuit ineunte anno regni ſui 30. & communicati cum filio imperii 13. mortem illum obiiſſe putavit; ac proinde annum illum, *Nebuchadneſaris ſecundum*, Daniel. II. 1. ab obitu patris numeratum 14. illius in Syria 2. in Babylonia, *Sedekiæ* vero 6. fuiſſe pronuntiavit. *Clemens Alexandrinus* lib. 1. Stromatum, ad *Sedekiæ* captivitatem Beroſi hiſtoriam referens, anno regni illius 12. (eum enim tum ingreſſus is fuiſſet, ſi liber permanſiſſet) hoc contigiſſe ſenſit: qua ratione 19. ſimul cum patre *Nebuchadneſar* regnaviſſet annos. *Joſephus* lib. X. Antiquit. cap. XI. eamdem hiſtoriam ad 23. *Nebuchadneſaris* annum, quo poſtrema Judæorum facta eſt deportatio, [Jerem. LII. 30.] referendam eſſe cenſuit. Tunc enim cum magnis copiis Cœleſyriam eum invaſiſſe ſcribit, eaque ſubacta bellum geſſiſſe contra Ammonitas & Moabitas; & his quoque perdomitis, Ægyptum hoſtiliter ingreſſum, repertos ibi Judæos rurſum captivos Babylonem abduxiſſe: deinde, poſt Ægypti populationem exacto *biennio* mirandam illam viſionem, Danielis II. expoſitam, objectam illi fuiſſe ſubjicit. Cujus etiam hic inſiſtens veſtigiis *Hieronymus* [licet pro *Joſepho*, *Beroſum* ille nominet] viſionem hanc anno *Nebuchadneſaris* 25. factam fuiſſe ait. Ita vero ſimul cum patre 23. ille regni annos exegiſſet; & anno captivitatis *Jechoniæ* 15. Ægyptus ab eo fuiſſet occupata: quod tamen ante 27. illius annum non factum, ex Ezech. XXIX. 17. rectiſſime animadvertit *Franciſcus Junius*. Eo igitur *Beroſi* hiſtoriam ſpectare [b] ille exiſtimans, undeci-

mo

[a] Scalig. Prolegomen. in lib. de Emend. Temp. p. 13. 14. & not. in fragment. p. 10. 11.

Vid. Hieron. & Perer. in Dan. 2. 1.

[b] Jun. in Ezech. 30. 1. & Dan. 2. 1.

Digitized by Google

no ante mortem ſuam anno *Nebuchadneſarem*, audito patris obitu & conſtituta Ægypto, Babyloniam repetiviſſe vult, ut regnum iniret ſolus; quod per 34. annos hoc admiſſo calculo, [qui *Nabopolaſſaro* 54. pro 21. *Nebuchadneſari* 10. pro 43. aſſignat annos] ſimul cum patre jam geſſiſſet. Indeque a vero monarchiæ illius initio conſtituendo tantopere aberrans, duriorem illam *Tremellii* ſui interpretationem in *Daniele* admittere cogitur. *Anno ſecundo*, nempe *regni Nebuchadneſaris, ſomniavit Nebuchadneſar ſomnia*. Anno ſecundo ab eo tempore numerato, non quo *Nebuchadneſar* mortuo patri in imperin ſucceſſit, ſed quo pueri quattuor adducti ad regem ſteterunt coram eo [Daniel. I. 18. 19.]

CAP. I.

Difficultates nonnullæ, ad Nebuchadneſaris, & regum Judæ, qui ſub illius imperio vixerunt, tempora ſpectantes explicantur: & 70. annorum ſervitutis Babylonicæ, per Jeremiam prædictorum, initium a jugo Babylonico, anno 4. Jehojachimi primum a Judæis ſuſcepto, non a poſteriorum deportationum aliqua deducendum eſſe oſtenditur.

NEbuchadneſaris & trium poſtremorum, [qui illius imperio fuerunt obnoxii,] Regum Judæ temporibus ita conſtitutis, difficultates nonnullæ, ad eadem pertinentes, explicandæ jam veniunt: quarum prima tres illas deportationes ſpectat, ſub finem LII. capitis Jeremiæ, hunc in modum commemoratas. *Iſte eſt populus quem deportavit Nebuchadneſar; anno 7. Judæi 3023. anno 18. Nebuchadneſaris; deportavit Hieroſolymis animas 832. anno 23. Nebuchadneſaris; deportavit Nebuzaradan præfectus ſatellitum e Judæis, animas 745. Omnes animæ 4600. ſunt*. Ubi *Rabanus* ter Judæos a *Nebuchadneſare* captos ſcribit; harumque trium captivitatum numerum hic a propheta cenſeri. Primam ponit in tranſmigratione *Joakimi* filii *Joſiæ*; de qua 2. Paralip. XXXVI. ſecundam in tranſmigratione *Jechoniæ*; de qua 2. Reg. XXIV. Tertiam in Urbis ac Templi excidio, ſub *Sedekia*; de qua 2. Reg. XXV. *Quæ ſi vera ſententia eſt; tres numeri mutandi ſunt: ut pro ſeptimo anno in prima captivitate ſcribatur, Primo; in ſecunda pro octavo decimo ſcribendum ſit, Octavo; pro viceſimo autem tertio in captivitate poſtrema legi oporteat, Undecimo*, inquit *Melchior Canus*, lib. XI. locor. Theolog. cap. V. At quis prudens non potius judicaverit falſam eſſe ſententiam *Rabani*; quam falſatos eſſe omnes Bibliorum codices, Hebræos, Chaldæos, Syros, Græcos, & Latinos. Multo igitur modeſtius Emanuel Sa, in Notationibus ad hunc locum: *Quidam*, inquit, *putant eſſe errorem in numeris; & legendum pro 7. 1. pro 18. 8. pro 23. 19. ut ut patet ex* IV. Reg. XXIV. & XXV. & II. Paral. XXXVI. *Ego id non auſim dicere: potius dicerem, de aliis hic translationibus agi quam* IV. Reg. Et ſane quidvis potius dicendum fuerat quam ad hoc deſperatum remedium recurrendum.

Rectius igitur multo *Jacobus Cappellus* in Chronologia ſua (ad annum Mundi 3398. & 3414.) deportationum alias majores, alias minores fuiſſe aſſerit: prioris generis tres, anno *Nebuchadneſaris* 1. 8. & 19. factas; poſterioris item tres, quæ *Jeremiæ* LII. anno *Nebuchadneſaris* 7. 18. & 23. commemorantur factæ. Cum enim *Jehojakimus*, poſt triennii ſervitutem adverſus *Nebuchadneſarem* rebellaſſet: immiſſus eſt contra eum exercitus, ex Chaldæorum, Syrorum, Moabitarum & Ammonitarum turmis conſtans. Quod ex præſtituto Domini factum fuiſſe Scriptura notat; ut Judæos perderet, & amoveret a facie ſua: ſecundum verbum quod locutus fuerat per ſervos ſuos Prophetas. (2. Reg. XXIV. 1. 2. 3.) Ab hoc igitur *Nebuchadneſaris* exercitu, anno illius quidem 7. *Jehojakimi* vero 10. deportati ſunt Judæi illi 3023. quod & a Faſtorum Siculorum auctore eſt animadverſum; anno Regis hujus *decimo, Nabuchodonoſorem regem Babylonis, ſeptimo anno regni ſui ſubacta Judæa 3023. Judæos captivos abduxiſſe*, memorante.

Factum hoc, non quidem biennio, (ut erronea illius ſtatuit hypotheſis, quæ 12. annos regno *Joakimi tribuit*) ſed integro anno ante grandem illam deportationem, ſub ejus ſucceſſore *Jechonia* factam, ad quam [non ad illam ſub *Joakimo*) *Tremellius* & *Deodatus* primam in hoc Jeremiæ loco propoſitam referendam eſſe judicant. Quamquam enim captus fuiſſe dicatur *Jechonias* anno *Nebuchadneſaris* octavo, & captivi decies mille cum eo abducti: (2. Reg. XXIV. 12. 14.) iſta tamen inter ſe conciliari poſſe *Deodatus* exiſtimat, ſi in fine ſeptimi & initio octavi contigiſſe; & *Jeremiæ* 3000. Hieroſolymitani, reliqui 7000. ex diverſis Judææ partibus milites fuiſſe admittantur. Verum, quum ab initio *Nebuchadneſaris* ad *Jechoniæ* captivitatem, præter annos 7. pluſquam 10. menſium ſpatium interceſſiſſe, in V. Theſeos fine oſtenderimus: illa 7. deſinentis & 8. ineuntis conſideratio locum hic habere non poterit; Et quum e tribus deportationibus hic memoratis, media tantum *Hieroſolymitanorum*, duæ reliquæ *Judæorum* fuiſſe dicatur: illa primæ ad *Hieroſolymitanos* reſtrictio minus ad mentem ſacri ſcriptoris facere videatur. Quin & in magna illa *Jechoniæ* deportatione (quæ una longe plures captivos habuit, quam tres illæ, de quibus nunc agimus, ſimul ſumptæ) ipſorum *Hieroſolymitanorum* multo majorem quam 3000. numerum fuiſſe apparet. Sic enim locum huc ſpectantem, 2. Reg. XXIV. 14. reddidit *Tremellius*. *Et deportavit rex e totis Jeruſchalaimis cum omnes præfectos, tum omnes valentes robore, decies mille captivos, omneſque fabros lignarios & fabros ferrarios.* Sed, *e totis Jeruschalaimis*, per Synecdochen ille explicat, *e toto regno*; & in numero *decies mille captivorum*, e tribu Juda 3023. illos [Jerem. LII. 28.] fuiſſe cenſet; reliquos 7000. quorum 2. Reg. XXIV. 16. fit mentio) ex urbe Hieroſolymitana deportatos fuiſſe ſubindicans. Contra Deodatus, (illa *Tremellii* Synecdoche ut nimia fortaſſe catachreſtica minus probata) *tota Hieroſolyma, majorem & meliorem partem populi*, interpretatur: ex Urbe 3023. [quæ certe major Hieroſolymitanorum pars eſſe non poterat] abductos fuiſſe conjiciens, ceteros vero 7000. ex tota regione reliqua deportatos fuiſſe, intelligendum relinquens. Sed verius omnino eſt; numerum illum 3023. in *Jeremia* poſitum, ad deportationem ſub *Jechonia* factam nihil omnino attinere.

Secundam μετοικεσίαν captivorum 832. Hieroſolymis decedentium, non (ut *Rabanus*)de *Jechoniæ*, ſed de *Sedekiæ* tranſmigratione, poſt expugnata & diruta Hieroſolyma *Tremellius* & *Deodatus* accipiunt, ſub finem anni 18. & initium 19. anni *Nebuchadneſaris* factam eam fuiſſe opinati. Et licet ex Jerem. LII. 12. 13. manifeſtum ſit incenſum fuiſſe templum anno *Nebuchadneſaris* 19. (*Joſephus* tamen tum in lib. X. Antiquit. cap. XI. tum in libro I. contra *Apionem*) ad 29. ejuſdem (ut videtur) capitis verſiculum reſpiciens, anno ejuſdem 18. hoc factum fuiſſe ſcribit: numero tamen 832. deportatorum, ibidem expreſſo, ad captivitatem ſub *Jechonia* factam, relato; cum quo, præter *decem millia*: [2. Reg. XXIV. 14. commemorata] 832. etiam alios abductos fuiſſe aſſerit. (Antiq. lib. X. cap. IX.) *Laurentius* vero *Codomanus* etiam anni tempeſtatem, qua *Nebuchadneſar* regnum iniit, ex hoc ita conatus eſt eruere. Anno 10. *Sedekiæ*, durante obſidione Hieroſolymitana, ingreſſus eſt *Nebuchadneſar* annum regni

18.

18. [Jerem. XXXII. 1. 2.] Anno 11. *Sedekiæ* menſe 4. die 9. Chaldæi captam urbem ingreſſi ſunt. (Jerem. XXXIX. 2. 3. LII. 5. 6. 7.) Needum deſiit annus 18. *Nebuchadneſaris*: quo 832. Judæos Hieroſolymis captivos ab illo abductos Scriptura teſtatur. (Jerem. LII. 29.) At vero annum 19. regoi ſui attigit *Nebuchadneſar* menſis 5. ſequentis, die 7. quo *Nabuzaradan* Hieroſolymam ingreſſus eſt, ut eam flammis perderet, & ſolo æquaret. (2. Reg. XXV. 8.) Ergo inter 9. diem menſis 4. anni 11. *Sedekiæ* & menſis 5. diem 7. initium 19. anni (& conſequenter reliquorum omnium annorum) *Nebuchadneſaris* ſtatueodum eſt. Et quia initio huic aſſignandus erat vel 7. dies menſis 5. vel aliquis 27. dierum præcedentium: ne is relinqueretur in dubio,
a Codom. Chronol. lib. 5. cap. 22.
pro eo menſis 5. kalendas aſſumere [a] *Codomano* placuit.

Verum nimis debili tota hæc ſtructura nititur fundamento: non potuiſſe 832. illos Judæos Hieroſolymis abduci, priuſquam Hieroſolymis Chaldæi eſſent potiti. Nam deportati Hieroſolymitani duorum fuerunt generum: ut liquet ex 2. Reg. XXV. 11. Jerem. XXXIX. 9. & LII. 15. Alii partim metu, partim Jeremiæ prophetæ ſuaſione (Jerem. XXI 9. & XXXVIII. 2.) inducti, ab urbe obſeſſa defecerunt ad Babylonios: alii in Urbe remanſeruot. Quum igitur anno 10. *Sedekiæ*, Ægyptiaco exercitu adventante, Chaldæi obſidionem intermittere fuiſſent coacti, anno ante captam urbem altero, [ut in II. Theſi eſt oſtenſum: Hieroſolymitanos illos 832. qui ad eos defecerant, in Babyloniam abducendos curaverunt; anoo *Nebuchadneſaris* 18. quem 10. *Sedekiæ* reſpondere ſcriptura diſerte aſſerit. [Jerem. XXXII. 1.] non ita quidem exiliter, ut 18. illius primos 9. ſuos dies communes tantum habeat cum 10. hujus,
b Codom. Annal. ad an. Mund. 3333. a.
ut [b] *Codomano* viſum fuit; ſed ut 10. hujus 35. dierum ſpatio 18. illius antevertens 330. reliquis diebus cum eodem paria faciat: quemadmodum in V. Theſi declaravimus. Quare nec anni 18. deſinentis, & 19. incuntis remedium quicquam hic prodeſt: 832. vero deportatorum numerus plurimum etiam obeſt. Everſa enim urbe & civibus vacuata (Jerem. XXXIX. 8. 9.) non plures inde captivos abductos fuiſſe, nemo prudens opinabitur.

Quod io minore 745. numero multo magis locum habet in tertia deportatione commemorato; quam ad tranſmigrationem populi ſub *Sedekia* factam, contra omnium aliorum ſententiam, *Rabanus* accommodat. Quum enim migraviſse tum dicatur Juda e terra ſua, vinitoribus tantum & foſsoribus in ea relictis: [2. Reg. XXV. 11. 21.] tantillum captivorum numerum tranſlatum inde fuiſse, nullus [opinor] ſanus ſomniaverit. Neque juſta aliqua ratio afferri poteſt, cur ante 23. *Nebuchadneſaris* annum, in textu expreſſum, tranſlationem hanc factam fuiſse arbitraremur. Etſi enim longe maxima Judæorom pars, qui poſt urbis excidium in terra remanſerant, per proditionem occiſo eorum duce Gedalia in Ægyptum (nequicquam reclamante Jeremia) migraverit: multos tamen ibi ſubſtitiſse vel ex unico illo *Ezekielis* teſtimonio, tribus poſt cædem Gedaliæ menſibus edito, (ſiquidem menſe *ſeptimo* illum ſublatum conſtat, Jerem. XLI. 1. hoc vero prolatum eſſe decimo; Ezech. XXXIII. 21.] intelligitur. *Qui habitant vaſtitates iſtas in terra Iſraelis, loquuntur dicendo. Unus erat Abraham qui hæreditario jure poſſideret hanc terram, nos autem multi; nobis tradita eſt hæc terra in hæreditatem.* (Ezek. XXXIII. 24.) Neque enim tales erant illi, qui in Ægyptum conceſſerant, Jerem. XLIII. quales hic propheta deſcribit: ut a *Chriſtiano Maſſæo* in 6. Chronicorum libro, recte eſt animadverſum. *Illi manere noluerunt; iſti voluerunt. Illis promiſſa ſecuritas, ſi manerent:* (Jerem. XLII. 10. 11. 12.) *iſtis dicitur, quod peſtilentia, fame, gladio caderent.* (Ezech. XXXIII. 27, 28.) *Illos occidit Nebuchadonoſor in Ægypto: iſtos partim cæſos in Judæa, partim tranſlatos a Nebuzaradan conſtat anno domini ſui 23. qui fuit 4. deſolationis Hieruſalem.* (Jerem. LII. 30.) quod noo animadvertens *Joſephus*, lib. X. Antiq. cap XI. *quinto poſt excidium Hieroſolymitanum anno, qui fuit regni ipſius Nabuchodonoſori vigeſimus tertius*, (anno enim illius 18. ut dictum, noo 19. Templum & Urbem exciſa fuiſſe ille cenſuit) Judæos hoſce ex Ægypto captivos Babylonem abductos fuiſſe credidit, quum ante 27. deportati *Jechoniæ*, qui fuit regni *Nebuchadneſaris* 35. Ægyptum ab eo occupatam non fuiſſe, ex Ezechiel. XXIX. 17. ſub præcedentis Theſis finem jam audiverimus.

Sequitur locus longe difficilior, Jerem. XXVII. 1. *In principio regni Jehojakimi filii Joſiæ regis Judæ, fuit verbum hoc ad Jeremiam a Domino.* Ubi pro *Jehojakimi* oomine, *Sedekiæ* reponendum *Joſephus Scaliger* contra *Pareum*, *Jacobus Salianus* ad aon. Mundi [c] 3426. c Parag. 18. 19 20. 21. tom. 4. pag. 659. 660. & 718.
Johannes [d] *Boemus*, & alii aliqui exiſtimant; licet *Hippolytus Portuenſis*, vel quicumque auctor fuit [e] Chronici anno XIII. *Alexandri Severi* conſcripti, & *Epiphanius* in 1. *Panario*, [pag. 15. edit. Græc. Baſil.] d Pag. 245. 246.
Sedekiam etiam *Joakimi* nomine appellatum fuiſse, e Tom. 2. Antiq. lect. H. Caniſii, pag. 594. [Vid. Hacvillæum, col. 952. 985. 986. item Syr. MS. LXX. & Hieron.]
ſenſiſſe videantur. In verſu vero 3. illius *Jeremiæ* capituli, *per legatos qui venturi erant Hieroſolymo ad Sedekiam regem Judæ*, Dei voluntatem finitimarum gentium Regibus ſignificare Propheta jubetur, ut *Nebuchadneſaris* Regis Babyloniæ jugo colla ſua ſubmitterent. Deinde verſ. 12. *etiam Sedekiam regem Judæ allocutum ſe fuiſſe ſecundum omnia verba iſta*, Jeremias ſubjicit: in principio capitis ſequentis, hanc quoque temporis [illegible] porro adjiciens. *Et factum eſt in anno illo in principio regni Sedekiæ regis Judæ; in anno quarto, in menſe quinto* [Jerem. XXVIII. 1.] Unde & oova exoritur difficultas, unde in *principio regni Sedekiæ* factum dicatur, quod quarto illius anno contigit.

Porro prophetiam illam in anteriore medietate, ſive 11. primis verſiculis capitis XXVII. comprehenſam, in principio regni *Jehojakimi* a Deo primum revelatam Jeremiæ fuiſse, cenſent *Tremellius*, *Codomanus*, *Brochtonus*, *Deodatus*, & alii: (trienoio ſcilicet aotequam *Nebuchadneſar* io Babylonia, & 11. annis priuſquam *Sedekias* in Judæa regnare cœpiſset:) quæ in poſteriore vero medietate, & 11. reliquis verſibus continentur, ipſius *Sedekiæ* demum temporibus Regi, & Sacerdotibus, & toti populo a Propheta fuiſse propoſita. In priore igitur parte, comparare ſibi vincula & lora io tempus illud quo regnaturus eſset *Sedekias*, juſsum fuiſse Prophetam exiſtimant. *Sic enim auctoritatem conciliatam prophetiæ, & omnem male de Propheto ſuſpicandi occaſionem ſublatam*, affirmat
Tremellius. Creditque [f] *Codomanus*, *propterea undecim* f Codom. Annal. ad an. Mund. 3512.
annis ante regnum Sedekiæ factum eſſe ad Jeremiam verbum Domini, de jugo quinque regibus mittendo per legatos ad regem Sedekiam miſſos, ut Propheta ſciret ſuæ vitæ non metuendum eſſe ab impio rege Jojachimo; quo defuncto, jugum traditurus eſſet legatis mittendis ad novum in ejus regno ſucceſſorem, Sedekiæ nomen habiturum.

Ad alterum autem locum, Jerem. XXVIII. 1. quod Pag. 216.
attinet: duram eſſe exiſtimat illam *Maldonati* expoſitionem [g] *Paludanus*; annum 4. *Sedekiæ* dici principium regni ejus, quia fuit ante medietatem illius, g An. 3439. Parag. 17. (pag. 714. & 718.)
quamquam regni *Sedekiæ* undecim tantum exiſtentibus, ut eorum 4. ad principium regni ejus referatur, neque Anglo-Duacenſibus noſtris interpretibus,
neque *Jacobo* [h] *Saliano*, durum omnioo eſſe videtur. h Vid. Sal. Jacobi.
Alii, ex profectione vel legatione *Sedekiæ* anoo regni ſui 4. in Babyloniam inſtituta, (Jerem. LI. 59.) eum de novo in Regem a *Nebuchadneſare* fuiſse confirmatum colligunt; indeque in quarto illo anno no-

vum *principium regni Sedekiæ* conſtituit, quæ *Nicolai Lyrani* in Jerem. XXVII. 3. & *Auguſtini Tornielli* ad annum Mundi 3439. Parag. 4. eſt ſententia. Alii priora iſta (*Et factum eſt in anno illo, principio regni Sedekiæ regis Judæ.*) ad ſuperiora referre malunt, atque a poſterioribus ſeparare. (*In anno quarto in menſe quinto:*) quæ cum ſequentibus nectenda eſſe

a Tom. 2. pag. 162. cenſent. Quod probabile judicat a *Dionyſius Petavius:* & multo eſſet probabilius ſi *Tremelliana* loci illius verſio reciperetur. *Quum autem fuiſſet* (vel *accidiſſet*) *illud anno ille, principio regni Sedekiæ regis Judæ: anno quarto menſe quinto, allocutus eſt me Hanania.* q. d. Quum illa quæ præceſſerant, a verſu 12. ad finem cap. XXVII. *anno illo*, ideſt, *in principio regni Sedekiæ* edixiſſem: anno demum poſt *quarto, menſe quinto*, iis quæ dixeram contradicens *Hananias*; ita me eſt allocutus.

Supereſt adhuc trium illarum difficultatum poſtrema, quas ſapientiæ cæleſtis afflatu egere *Beroaldus* putavit, ut poſſint intelligi. *Jehojakin*, ſive *Jechonias*, quum regnare cœpiſſet, dicitur fuiſſe annorum octodecim. 2. Reg. 24. 8. at octo tantum. 2. Chr. 36.

b Matth. Beroald. Chr. l. 3. cap. 5. 9. b Pro 8. autem annis, multum ille facere exiſtimat locum illum Matth. I. 11. ut in veteribus codicibus legitur. Ἰωσίας δ' ἐγέννησε Ἰωακείμ, Ἰωακεὶμ δ' ἐγέννησε Ἰεχονίαν, καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ ἐπὶ τῆς μετοικεσίας Βαβυλῶνος. *Joſias autem genuit Joakim, Joakim autem genuit Jechoniam, & fratres ejus in tranſportatione Babylonica.* Octavus enim *Jechoniæ* ab undecimo & poſtremo patris *Joakimi* ſubtractus ad deſinentem 3. & ineuntem 4. *Joakimi* annum nos perducit: quo tempore Daniel initio Hiſtoriæ ſuæ notat *Nebuchadneſarem*, capta Hieroſolyma, vaſa ſacra, & primariæ nobilitatis florem in Babyloniam deportaſſe. Quam ſententiam propugnat etiam c *Jacobus Cappellus* in Chronico ſuo.

c Cappel. Chr. adan. Mund. 3394.

Contra vero *decimum octavum* potius ætatis annum *Jechoniam* tunc egiſſe, argumento eſt, quod *malum feciſſe* dicitur *in conſpectu Domini, omnino prout fecerat pater ejus*; & quod *uxores* ejus (*fœminas* Tremellius reddidit) ſimul cum eo deportatæ memorentur: (2. Reg. XXIV. 9. 15.) quæ in *octo* annorum puerum minus competunt. Unde Cajetanus ad locum illum Chronicorum, Canus (lib. XI. locor. Theolog. cap. 5.) & Jo. Mariana (pro edit. vulgata cap. 21.) 8. pro 18. errore ſcriptorum irrepſiſſe in textum aſſerunt. Pro quibus facit & editio Syriaca: quæ in loco illo Chronicorum etiam 18. annorum numerum nobis exhibet. *Nimirum Hebraico codice*, (ut ait Mariana) *a librariis vitiato, is error in Græcos codices & Latinos inde manavit, & ſcribentis peccatum interpretis vitium factum eſt.*

Sed ante illos, d Abulenſis ſacri textus corruptelam nullo modo hic admittendam eſſe præmonuit. Primum quia *iſta poſitio* [ut ille loquitur] *eſt nimis ſcandaloſa*; quia eodem modo ſcripturam *poterimus dicere in omnibus locis eſſe corruptam: vel ſaltem non erit nobis firmum, aliquam partem ejus eſſe veram.* Deinde quia *de jure humano eſt regula, quod in ipſis juribus vitanda eſt correctio; & numquam ſunt jura corrigenda quamdiu poſſunt tolerari, ſed expedit jura juribus concordare: ut patet* de elect. lib. 6. c. cum expediat. *A fortiori ergo in ſacra ſcriptura* [*in qua nihil debet concedi devians a veritate*] *debet laborari pro concordia ejus, & ſic quamdiu potuerint partes concordari, non eſt dicendum quod aliqua pars ſit corrupta. Et tamen poſſunt concordari iſtæ partes ſacræ Scripturæ:* inquit ille, nempe, ſi 8. annorum dicatur fuiſſe Jechonias, quando cœpit regnare vivente patre; 18. vero, quando regnavit ſolus mortuo patre. Ejuſque in regni conſortium cooptationis, ex prophetia illa Jeremiæ XXVII. jam expoſita, rationem etiam aliquam e Codomanus ita conatur reddere. *Joakimus audito Jeremiæ vaticinio, metuit ne per illud populus moveatur, ut Sedekiam aliquem* (frater enim ipſius non *Sedekias*, Sed *Mattanias* eo tempore dicebatur) *præferat ſuo filio Jechoniæ. Quamobrem eumdem, annos tantum octo natum, curat regem deſignari: ut ſic prophetia Jeremiæ fiat irrita; nec filius olim experiatur fortunam paternam*, [ipſi enim Joakimo minor frater Joachazus a populo prælatus fuerat] *& ad alium transferri videat regnum jure hereditatis ſibi debitum.*

d Alph. Toſtat. in 4. Reg. 24. q. 8.

e Codom. Annal. ad an. Mundi 3313.

Alii aliter iſta inter ſe conciliant. Tremellius enim, & eum ſecutus Brochtonus, locum 2. Chronic. XXXVI. 9. ſic interpretatur. *Natus octo annos, quum ILLE regnare inciperet*: non ipſe videlicet, ſed pater ejus; cujus in proxime Præcedentibus facta fuerat mentio. Rectius vero (juxta locutionis illius ſententiam primum uſurpatam initio regni Saulis primi Iſraelitarum Regis) octavum ille annum egiſſe dici poterit, non ætatis, ſed ſervitutis Babylonicæ, cui ipſe cum populo ſuo tunc erat obnoxius. Quidquid enim de loco illo Matthæi I. 11. demum ſtatuatur: quo tempore patri ſucceſſit in regno Jechonias, a captis anno Jehojakimi 4. Hieroſolymis *octavum* numeratum fuiſſe annum non eſt dubium.

JACOBI

Digitized by Google

JACOBI USSERII
ARMACHANI

DE

MACEDONUM
ET ASIANORUM
ANNO SOLARI

DISSERTATIO:

CUM GRÆCORUM ASTRONOMORUM PARAPEGMATE,

AD MACEDONICI ET JULIANI ANNI RATIONES

ACCOMMODATO.

Digitized by Google

Digitized by Google

JACOBI USSERII ARMACHANI

De Macedonum & Aſianorum anno Solari

DISSERTATIO.

CAPUT I.

De menſibus Solaribus a Macedonibus Græciæ dominatu jam potitis, Lunarium loco in uſum civilem introductis; & iiſdem Aſiæ imperium poſtea obtinentibus, a Syromacedonibus & Aſiæ proprie dictæ incolis varie uſurpatis.

PHILIPPUS Rex Macedonum ab Amphictyonibus, ex quibus commune Græciæ conſtabat Concilium, [a] Belli ſacri contra Phocenſes Dux conſtitutus, ad Peloponneſiorum magiſtratus ſcripſit literas, a Demoſthene in oratione de Corona recitatas: in quibus mandatum ipſius, hiſce verbis expreſſum legitur. Ἔτι συναντᾶτε μετὰ τῶν ὅπλων εἰς τὴν Φωκίδα, ἔχοντες ἐπισιτισμὸν ἡμερῶν τεσσαράκοντα, τοῦ ἐνεστῶτος μηνὸς Λώου, ὡς ἡμεῖς ἄγομεν· ὡς δὲ Ἀθηναῖοι, Βοηδρομιῶνος· ὡς δὲ Κορίνθιοι, Πανέμου. *Quare armati nobis occurrite in Phocide, allato commeatu quadraginta dierum, hoc menſe Loo, ut nos agimus: ut autem Athenienſes, Boedromione; ut Corinthii, Panemo.* Ubi, ut *Boedromionem* Atticum Lunarem Metonicum fuiſſe conſtat: ita ejuſdem generis & Macedonicum *Loum* & Corinthiacum *Panemum* tunc exſtitiſſe, ipſa prudentiæ militaris ratio, cujus callentiſſimum Philippum fuiſſe nemo dubitat, plane exigere videtur. [b] *Si enim tuba* illius *incertum dediſſet ſonum; quis præparaviſſet ſe ad prœlium?* Si Atticus *Boedromion* fuiſſet, ut erat, *Lunaris*; Macedonum vero *Lous*, aut Corinthiorum etiam *Panemus*, Solaris: incertum omnino fuiſſet, quando in Phocide armatus Philippo occurrere teneretur Peloponneſiorum exercitus.

In Alexandri autem Vita docet *Plutarchus*, Macedonas *Loum* menſem appellaviſſe eum, qui Athenienſibus erat *Hecatombæon*: menſeque *Dæſio* ſuperatas ab eis ad Granicum fuiſſe Regis Perſarum copias; quod menſe Athenienſium *Thargelione* factum, confirmat *idem* in Camillo. Quum enim Darii duces in trajectu Granici fluvii ingentem ſuam aciem inſtruxiſſent; a quibuſdam Alexandro, ne [*] cum illis congrederetur, religionem menſis objectam fuiſſe narrat. Δαισίου γὰρ οὐκ εἰώθασιν οἱ βασιλεῖς τῶν Μακεδόνων ἐξάγειν τὴν στρατιάν. *Menſe enim Dæſio non erat moris regum Macedonum educere exercitum.* Quod correxit ille, ἐκέλευσε δεύτερον Ἀρτεμίσιον ἄγειν, *edicens ut ſecundum agerent Artemiſium.* Menſis vero *Thargelionis* die *ſexto* [qui, juxta noſtrum calculum, in Julianæ Periodi anno 4380. Maji 20. fuit] pugnam illam commiſſam fuiſſe; ex illis *Æliani*, in II. Variæ hiſtoriæ libro cap. xxv. colligimus. Πέρσαι δὲ ἐνικήθησαν τῇ ἡμέρᾳ ταύτῃ, *Perſæ hoc die clade affecti ſunt.* Et poſt: Ἀλέξανδρον δὲ τὸν Μακεδόνα, τὸν Φιλίππου παῖδα, καὶ πολλὰς μυριάδας τῶν βαρβάρων φθεῖραι, καὶ αὐτὸν λέγουσιν ἕκτῃ ἱσταμένου, (ὅτε καὶ Δαρεῖον καθεῖλεν Ἀλέξανδρος) καὶ ὁμολογοῦσι τὸν αὐτὸν μῆνα πάντες. *Alexandrum vero Macedonem, Philippi filium, multas Barbarorum myriadas fudiſſe dicunt die ſexto (quando & Darium proſtravit Alexander:) & de eodem menſe magnus omnium eſt conſenſus.* Ut enim ad menſem *Thargelionem*, de quo inſtitutus ab eo fuerat ſermo, ita ad primam hanc a Perſis reportatam victoriam, referenda iſta eſſe dubitare non poſſumus; ſi prœlium ad *Iſſum* menſe *Mæmacterione*, ad *Gaugamela* menſe *Boedromione* fuiſſe factum, ipſumque tandem Darium menſe *Hecatombæono* cæſum a Beſſo fuiſſe, meminerimus. Sed & ad eumdem *ſextum* ejuſdem *Thargelionis* menſis diem, Alexandri quoque mortem referri, *Ælianus* ſubjicit: quam ſub fine Macedonici *Dæſii* contigiſſe, ex Diariis Regiis & Ariſtobulo, ſuo in loco declarabimus.

Ex quibus inter ſe collatis liquet, in Philippi quidem litteris *Loum* Macedonicum *Boedromioni* Attico reſpondiſſe; ſuccedente vero tempore, Macedonicum *Loum* in *Hecatombæonem*, ac *Dæſium* in *Thargelionem* incurriſſe: &, quod inde eſt conſequens, in univerſi anni diſpoſitione hanc inter priores & poſteriores menſes interceſſiſſe differentiam.

[a] Diodor. Sicul. lib. 16. ad an. 2. Olymp. 108.

[b] I. Corinth. 14. 8.

[*] Non cum Thebanis, fallente eum memoria, ad annum Mundi 3665. Jacobus Cappellus tradidit.

MENSES.

Lunares Attici.	Lunares veteres Macedonici.	Solares novi Macedonici.	
Pyanepſion.	*Gorpiæus.*	*Dius.*	Autumnales.
Mæmacterion.	*Hyperberetæus.*	*Apellæus.*	
Poſideon.	*Dius.*	*Audynæus.*	
Gamelion.	*Apellæus.*	*Peritius.*	Brumales.
Antheſterion.	*Audynæus.*	*Dyſtrus.*	
Elaphebolion.	*Peritius.*	*Xanthicus.*	
Munichion.	*Dyſtrus.*	*Artemiſius.*	Vernales.
Thargelion.	*Xanthicus.*	*Dæſius.*	
Scirrhophorion.	*Artemiſius.*	*Panemus.*	
Hecatombæon.	*Dæſius.*	*Lous.*	Æſtivi.
Metagitnion.	*Panemus.*	*Gorpiæus.*	
Boedromion.	*Lous.*	*Hyperberetæus.*	

Inter Olympiadis igitur CVIII. annum *ſecundum*, quo ſcriptæ a Philippo ad Peloponneſios ſunt litteræ, [vel illius Olympiadis *primum*, ſi in eo finem bello Phocico Philippus fecerit, ut in libri X. initio tradidit Pauſanias] & CXI. *ſecundum*, quo ad Granicum

eum a filio ejus eum Perſis eſt pugnatum; Macedones Lunares ſuos menſes in Solares commutarunt: quos & deinceps retinuerunt, eo quo propoſuimus modo, Lunaribus Athenienſium aliqua ſui parte reſpondentes. Neque ut ab hoc recedamus, aliquid nos movet ἐπιγραφὴ illa, quæ apud Joſephum [libro XIV. Antiquit. cap. XVI.] Athenienſium Decreto, in gratiam Hyrcani Judæorum Pontificis & Etnarchæ edito, præfixa, cernitur. *Ἐπὶ ἀρχιερέως καὶ ἱερέως Διονυσίου τοῦ Ἀσκληπιάδου, μηνὸς Πανέμου πέμπτῃ ἀπιόντος, ἐπεδόθη τοῖς στρατηγοῖς ψήφισμα Ἀθηναίων, ἐπὶ Ἀγαθοκλέους ἄρχοντος, Εὐκλῆς Μενάνδρου Ἀλιμούσιος ἐγραμμάτευε, Μουνυχιῶνος ἑνδεκάτῃ τῆς πρυτανείας, ἐκκλησίας γενομένης ἐν τῷ θεάτρῳ τῶν προέδρων. Sub judice & Sacerdote Dionyſio filio Aſclepiadis, menſis Panemi deſinentis die quinto, traditum eſt Ducibus decretum Athenienſium, archonte Agathocle. Eucles Menandri Alimuſius ſcriba retulit, Munychionis undecimo die Prytaniæ, habito Præſidum Concilio in theatro.* Unde nonnulli, *Panemi* Macedonici diem XXVI. ſive quintum deſinentis, cum *Munychionis* Attici die XI. concurriſſe colligunt. Verum, quemadmodum in Codice, Conſtitutionibus Imperatoriis menſium notationes diverſas videmus appoſitas [ut alia, exempli gratia, dicatur. [a] *Data XV. Kalend. Jul. Theſſalonicæ; item rurſus Conſtantinop. XIII. Kalend. Januar.* alia [b] *Data Idibus Auguſt. Arelato; propoſita idib. Octob. Thebeſte.* alia, [c] *Data* ſimul & *propoſita Kalend. Jul.*] ita nihil obſtat, quo minus & Athenienſium hoc Pſephiſma ſcriptum quidem *Munychionis* XI. Ducibus vero poſtea XXVI. *Panemi* die fuiſſe traditum, exiſtimemus.

[a] l. Quicumque rem. C. de litigioſis. [b] l. Ea ill. C. de Appellationibus. [c] l. 51 poſt Tyſtam. C. depoſit. humis hæred.

Ut vero Athenienſes, a neomenia Solſtitium Æſtivum proxime ſubſequente, primum menſem Lunarem, ita Macedones ab Autumnali Æquinoctio, primum menſem Solarem deduxerunt; a *Dio* annum ſuum inchoantes, & cum *Hyperberetæo* terminantes. *Παρὰ γὰρ Μακεδόσιν ὁ τελευταῖος μὴν τοῦ ἐνιαυτοῦ Ὑπερβερεταῖος ἀναγέγραπται. Apud Macedones enim ultimus anni menſis Hyperberetæus deſcriptus eſt:* inquit Zenobius in Proverb. Centur. VI. num. 30. ubi ὑπερβερεταῖοι appellationem ἐπὶ τῶν ὑστεριζόντων, *de intempeſtivis & cunctatoribus*, proverbialiter uſurpari oſtendit. Solares autem fuiſſe novos hoſce Macedonum menſes, & ad Solis ingreſſum in ſigna cæleſtia adaptatos; partim ex veteribus Indiculis cognoſcimus, [d] in quibus Zodiaci dodecatemoriorum nomina hiſce menſibus reperiuntur impoſita: partim ex Galeni primo ad primum Epidemiorum Hipocratis librum Commentario; in quo, civilium menſium nominibus retentis, ab Autumnali æquinoctio *Dii*, a Brumali ſolſtitio *Peritii*, a Vernali æquinoctio *Artemiſii*, & ab æſtivo ſolſtitio *Loi* principium ille repetit. Verba, quia emendatione indigent, adſcribam integra.

[d] Vid. fin. cap. 4. & init. 5.

Ἐὰν προμάθῃ τις κατὰ τὴν ἀρχὴν τοῦ Δίου μηνὸς καὶ φθινοπωρινὴν γίνεσθαι ἰσημερίαν, εἴσεται τὴν μὲν χειμερινὴν τροπὴν εἰς μετὰ τρεῖς μῆνας ἐσομένην ἐν ἀρχῇ τοῦ καθ' ἑαυτὸν τετάρτου μηνός, vel potius, *τοῦ κατ' ἐκείνους Περιτίου μηνὸς (οὕτω γὰρ ὀνομάζουσι κατὰ Μακεδόνας) τὴν δὲ ἐαρινὴν ἰσημερίαν Ἀρτεμισίου, καθάπερ γε καὶ τὴν θερινὴν (τροπὴν) τοῦ Λώου. Κατὰ γὰρ τὰς ἀρχὰς τῶν εἰρημένων μηνῶν αἵ τ' ἰσημερίαι καὶ αἱ τροπαὶ γίνονται κατὰ Μακεδόνας ἀριθμούντων τε καὶ ὀνομαζόντων τοὺς μῆνας. Ὁ τοίνυν ταῦτα μαθών, εἰ προσεπιμάθοι, τὸν μὲν Ἀρκτοῦρον ἐπιτέλλοντα πρὸ ἡμερῶν ὡς δώδεκα τῆς φθινοπωρινῆς ἰσημερίας, Πλειάδας δὲ δυομένας ὡς μετὰ πεντήκοντα, γνώσεται πόσῃ τοῦ καθ' ἕκαστον ἔτους* (lege *ἐνιαυτοῦ*) *μηνὸς ἑκάτερον τῶν ἄστρων ἐπιτέλλει· παραφυλάξει τε βουλόμενος Ἱπποκράτει ἑπόμενος, τὰς μεταβολὰς τὰς περὶ τὸν ἀέρα κράσεως, ὁποῖαί τινες ἐγένοντο. Si quis didicerit, in principium menſis Dii autumnale incidere æquinoctium; intelliget, brumale quidem ſolſtitium poſt tres circiter menſes futurum, ineunte quotannis menſe Peritio, (nam hoc nomine denotatur apud Macedonas) vernum vero æquinoctium Artemiſio, ſicut & æſtivum ſolſtitium Loo. Nam circa initia dictorum menſium æquinoctia & ſolſtitia contingunt iis qui, ſecundum Macedonas, menſes numeraverint & nominaverint. Hæc qui perceperit, ſi ante autumnale æquinoctium duodecim circiter diebus oriri Arcturum inſuper didicerit, vergilias vero poſt dies circiter quinquaginta occidere: ſciet, quoto menſis cujuſque anni die utrumque ſidus exoriatur; obſervabitque ſi ſequi Hippocratem velit, cujuſmodi acciderit aeri temperamenti mutatio.*

Admonitionem deinde hanc Galenus ſubjicit. *Χρὴ δὲ δηλονότι τοὺς μῆνας οὐ πρὸς σελήνην ἀριθμεῖσθαι, καθάπερ ἐν ταῖς πλείσταις νῦν τῶν Ἑλληνίδων πόλεων, ἀλλὰ πρὸς Ἥλιον (ὡς) καὶ ἐν ἁπάσαις τε τῶν ἀρχαίων* (lego, *Ἀσιανῶν*) *καὶ ἐν πολλαῖς τῶν ἐθνῶν ἀριθμοῦνται. Ceterum non ſunt ad Lunam menſes numerandi, quod multis jam Græciæ civitatibus eſt ſollemne: ſed ad Solem, ut & in Aſianorum omnibus, & in gentium compluribus civitatibus numerantur.* Tum, de menſibus Romanorum Solaribus & Lunaribus Palæſtinorum aliis interjectis, demum concludit, ab his, qui Lunares ſequuntur rationes, præſtari hoc non poſſe, ſed ab eis qui ad Solem annum ſuum agunt; *ὥσπερ ἡμεῖς ὑπό τε Ῥωμαίων, καὶ Μακεδόνων, Ἀσιανῶν τε τῶν ἡμετέρων, καὶ πολλῶν ἄλλων ἐθνῶν. Id quod a Romanis dixi, & Macedonibus noſtratibuſque Aſiaticis, & vero etiam aliis nationibus obſervari non paucis:* quemadmodum Hermannus Cruſerius locum reddidit. Unde apparet, & veram fuiſſe emendationem noſtram, qua Ἀσιανῶν pro ἀρχαίων ſubſtituimus; &, ex Galeni [qui hoc ignorare non potuit] ſententia, non ſolum a *Macedonibus* Solares annos fuiſſe receptos, ſed etiam ab *Aſianorum* ſuorum civitatibus omnibus. ſive eo nomine Aſiæ proprie dictæ [quod vero eſt ſimilius] univerſas, ſive Lydiacæ ſolum in ea Aſiæ urbes intelligat, intra Lydiæ Mediterraneæ & litoralis [hoc eſt, Ioniæ & Æolidis] terminos comprehenſas.

Quare autem Galenus *Macedonum* menſes exempli gratia, potius quam *Romanorum*, penes quos eo tempore erat Imperium, proponendos cenſuerit: ea cauſſa videtur fuiſſe potiſſima, quod a *Pergamenis* ſuis, non univerſi ſolum Macedonici anni rationem (uti a reliquis *Aſianis* omnibus) ſed eamdem etiam ſingulorum menſium appellationem retentam fuiſſe animadverteret. Neque enim omnes qui in Aſia (ſive majore ſive minore, ſive proprie dicta ſive Lydiaca) novam hanc Solaris anni formam receperunt, illos a Galeno memoratos menſes ab æquinoctiis & ſolſtitiis ſimiliter deducendos cenſuerunt. Nam ut aliqui ordinem, ab Europæis Macedonibus receptum, intactum illibatumque conſervaverunt: ita non defuerunt alii, quis commune ab autumno initium, & reliquam Macedonici anni diſpoſitionem ſic retinuerunt; ut primum tamen ſuum menſem poſtremi Macedonum *Hyperberetæi* nomine, ceteroſque deinceps antecedentis cujuſque Macedonici menſis appellatione deſignarant. quod in honorem primæ illius ad Granicum de Perſis partæ victoriæ, quæ viam Macedonibus in univerſam Aſiam patefecerat, obſervatum credibile eſt. Poſt hanc enim victoriam, *majorem partem Aſiæ* (proprie dictæ) *defeciſſe* ad Alexandrum, ex Trogo, libro XI. narrat Juſtinus: indidemque Darii everſionem non ſolum Ælianus, ſed etiam Strabo arceſſit, in fine libri XVI. ita de eo ſcribens. *Τοῦτον δὲ καταλύσας ὁ Ἀλέξανδρος, αὐτὸς ἦρξε δέκα ἢ ἕνδεκα ἔτη. Hunc autem evertens Alexander, per decem vel undecim annos imperavit ipſe.* Inter hoc enim prælium & exceſſum Alexandri, juſtum *undecim* annorum poſitum eſt interſtitium: intra quod, & quidem non totorum *decem* annorum ſpatio, (ut in Cæſaribus ſcribit Julianus) tum Perſas tum Indos imperio ſuo ille ſubjugavit. Sicut igitur, quum primaria illa ad Granicum eum Perſarum copiis facta eſt congreſſio, quis in Macedonia erat *Deſius*, Alexandri juſſu (ut audivimus) in Aſia dictus eſt *Artemiſius*: ita, ad futuram tantæ vi-

ctoriæ

ctoriæ memoriam, in compluribus novorum colonorum civitatibus uſu receptum fuiſſe videtur ut, *Hyperberetæi* poſtremi menſis nomine ad primum deſignandum traducto, circumeunte quoque anno Macedonum ea ratione *Dæſius* perpetuo *Artemiſii* gauderet nomine.

Id in proprie dicta Aſia a *Smyrnæis* factum fuiſſe, ex [a] Actis Polycarpi colligo; quæ Smyrnæ paſſum eum fuiſſe narrant, *menſis Xanthici die ſecundo, ſeptimo Kalendas Apriles, in magno Sabbato*: id eſt, ſub Solis in Arietem ingreſſum; neutiquam vero in Piſces, ut in Xanthico fieri ſolet Macedonico: quum in eadem tamen Aſia ab *Epheſiis* & *Pergamenis* Macedonum Europæorum nomenclaturam retentam hic fuiſſe, inde animadverterim; quod illorum *Peritium* in antiquis [b] ſchedis D. Henrici Savilii cum *Januario*, horum *Hyperberetæum* a Galeno cum *Septembri* Romanorum conferri viderem. Galeni in libro IV. de ſanitate tuenda, cap. VIII. de Abiete verba hæc ſunt. Ἐςὶ μὲν ἀκμαιότατον τὸ σπέρμα περὶ τὴν ἐπιτολὴν τοῦ Ἀρκτούρου. ὅτε καλεῖται ἐν Ῥώμῃ μὲν ὁ καλούμενος μὴν Σεπτέμβριος, ἐν Περγάμῳ δὲ παρ' ἡμῖν Ὑπερβερεταῖος, Ἀθήνησι δὲ Μυστήρια. *Eſt igitur ejus pulcherrimum* [vel, maxime maturum) *ſemen circa Arcturi emerſum: quo tempore, Romæ quidem September vocatus menſis eſt, apud nos vero Pergami Hyperberetæus, Athenis autem Myſteria*. Duodecim vero circiter diebus ante Autumnale æquinoctium, & initium primi Macedonum menſis *Dii*, Arcturum oriri, ex eodem Galeno jam antea audivimus. Unde conſequitur, poſtremum Macedonum ſimul & Pergamenorum menſem fuiſſe *Hyperberetæum*: cui in ſuperiori Indiculo *Boedromionem* Atticum vidWhen demus appoſitum; in quo magna illa Eleuſinia *Myſteria* ab Athenienſibus celebrari fuiſſe ſolita, cum ex aliis, tum ex Plutarcho in Alexandri, Camilli & Phocionis vitis intelligimus.

Eumdem Macedonicorum & Pergamenorum menſium conſenſum Oribaſius quoque confirmat, Juliani τοῦ παραβάτου Medicus: *Pergamenus* & ipſe, quemadmodum in ejus Vita docet Eunapius; non *Sardianus*, ut a [c] Philoſtorgio, eumque ſecuto Suida, habetur traditum. Ille enim, libro IX. Collect. Medicin. cap. VIII. quum dixiſſet, quod totidem verbis ante ipſum [d] Galenus dixerat; Ἡ μὲν γὰρ ἰσημερία κοσμικόν τι πρᾶγμά ἐστι, οἱ δὲ μῆνες ἑκάστων καθ' ἕκαστον ἔθνος. (*Eſt enim Æquinoctium mundana quædam res, Menſes vero uniuſcujuſque gentis proprii*.) de ſuo ſtatim ſubjicit. Μηνὸς Λῴου φθίνοντος πέμπτῃ δ' ἀνατέλλοντος ἡλίου, ὁ Κύων ἐπιτέλλειν παρ' ἡμῖν ἐν Περγάμῳ πεπίστευται. Ἐγὼ δὲ ἔγνων ἔκ τινος μεθόδου μετὰ δεκάτην ἡμέραν τῆς προειρημένης γινόμενον. *Menſis Loi deſinentis quinta* (ſive, die XXVI.) *oriente Sole, Canem exoriri apud nos Pergami creditur. Ego vero methodo quadam poſt decimam ab hac præſcriptione diem id fieri comperi*. Menſis Loi πέμπτῃ φθίνοντος (quod VI. *Kalendas Loi*, peſſime hic reddidit Latinus interpres) in Ephemeride Diſſertationi huic annexa, *Julii* Juliani dies XX. reſpondere cernitur: quo & Canis ἐπιτολὴ a Diophane Bithyno, in libris de re Ruſtica quos Dejotaro regi miſit, [e] relatam notavimus, in Geoponicorum libro I. cap. 8. referri videmus. Oribaſius vero, ex methodo a Galeno ſuperius præſcripta [unde & illum de Æquinoctio & Menſibus ἀνέχεια locum deſumpſerat] poſt decimum abhinc diem eam fieri collegit. In *Loi* enim Macedonici initium Solſtitium æſtivum incidiſſe, Galenus ibi docuerat. Poſt Solſtitium vero illud *triginta* circiter diebus Caniculæ exortum contingere, ab [f] Hipparco Bithyno eſt traditum: in Rhodio nimirum climate; quemadmodum a Gemino etiam, in XV. Iſagoges ſuæ capite, eſt annotatum. Atque hinc, non ad Julii diem XX. eique reſpondentem XXVI. *Loi* Pergameni æque ac Macedonici, ſed ad Julii XXX. vel XXXI. Heliacus Canis ortum fuiſſe referendum Oribaſius concluſerat.

[a] Vid. infra, c. 2.
[b] Infra, cap. 4.
[c] Philoſtorg. Hiſtor. Eccl. l. 7. fin.
[d] Galen. Commen. 1. in l. 3. Epidemios. Hippocrat.
[e] Conſtantin. Geoponic. l. 1. cap. 8.
[f] Hipparchus in Arati Phænomen. pag. 26. edit. Florentin.

Septembris Juliani proleptici dies XXIV. omnibus, qui Macedonicam formam receperant, commune erat anni principium: cum quo & Syri Antiocheni, ante anni rationem a Julio Cæſare conſtitutam, eorumque poſtea exemplo Romanorum Imperatores, *Indictionum* circulum inchoarunt. Sed primum ſuum menſem, Macedonum Europæorum more, Antiocheni, [ut Epheſii & Pergameni] *Dium* nominaverunt; quem Syromacedonum alii (cum Smirnæis) *Hyperberetæum* appellare maluerunt. Quod de Antiochenis, ex Juliani Miſopogone colligimus, qui decimum eorum menſem *Loum* fuiſſe indicat: de ceteris, ex Euthalio Diacono (ſive quis alius ſcriptor [g] Martyrii B. Paulli fuerit, anno Domini CCCXCVI. exarati) qui capite truncatum Paullum Apoſtolum fuiſſe tradit, πέμπτῃ ἡμέρᾳ κατὰ Συρομακεδόνας Πανέμου μηνὸς, ὃς ἂν λέγοιτο παρ' Αἰγυπτίοις Ἐπιφὶ, παρὰ Ῥωμαίοις τῇ πρὸ τριῶν καλανδῶν Ἰουλίων, μηνὶ Ἰουνίῳ κθ. *Quinto die juxta Syromacedones Panemi menſis, qui apud Ægyptios dici poteſt Epiphi; apud Romanos vero tertio Kalendarum Julii, nempe viceſimo nono menſis Junii*. Initio Syromacedonici *Panemi* in xxv. die Junii poſito.

Ubi tamen & illud tenendum, tum Antiochenos, tum reliquos etiam Syros atque Palæſtinos, ſub Romanorum imperio viventes, præter menſes ſuos proprios etiam Julianos uſurpaſſe; ſed nominibus ad Syromacedonum, non ad Macedonum Europæorum, menſes proxime conformatis expreſſiſſe. Quum enim a XXV. Auguſti die, hi quidem *Hyperberetæum*, illi vero *Gorpiæum* ſuum inchoarent, Septembri Juliano *Gorpiæi* nomen eſt adaptatum, eademque in ceteris ſervata ratio: ut in Joſephi de Bello Judaico libris poſterioribus, Anatolii Laodiceni Epiſcopi [h] Canone Paſchali, Concilii Antiocheni [anno CCCXLI. habiti] XX. Canone, & aliis videre licet. Atque ita, paullatim, obliterata Macedonici anni forma, non apud Syros ſolum reliquos, ſed apud ipſos etiam *Antiochenos*, ejuſmodi menſium Julianorum uſus eſt retentus. Indeque XXI. *Martii* diem, ad quem Nicænum refertur æquinoctium, κατὰ Σύρους, Ἀντιοχεῖς, καὶ Μακεδόνας, *Dyſtri* eſſe XXI. in Prologo Paſchalis ſui laterculi, circa annum CCCLXXXVIII. Theodoſio Auguſt. dicati, Theophilus Alexandrinus aſſerit: neque alios quam hujuſmodi menſes cum æra *Antiochena* Johannem Malelam & Evagrium Scholaſticum conjunxiſſe animadvertimus.

[g] Præfat. Oecumenii ſcholiis in Acta Apoſt.
[h] Apud Euſeb. lib. 7. hiſt. Eccl. cap. 26.

CAP. II.

De communi menſium Macedonicorum & Aſianorum, a numeris ordinalibus ducta, denominatione: ubi & de Epiphania quinto die Januarii celebrata, Hieronymi; & de Paſchalis feſtivitatis tempore a Montaniſtis in Phrygia obſervato, Sozomeni locus illuſtratur.

QUomodo in proprie dicta Aſia, ab *Epheſiis*, *Pergamenis* & *Smyrnæis*, Macedonicæ menſium appellationes retentæ fuerint, jam vidimus. *Magneſiæ* vero in eadem ad Mæandrum incolæ, menſe *Lenæone* cum *Smyrnæis* fœdus ineuntes (inter Arundelliana marmora a Seldeno noſtro editum) Jonicis potius uſos ſe fuiſſe ſubindicant. *Jonum* enim proprium hoc fuiſſe vocabulum docet Proclus, ad illud Heſiodi:

Μῆνα δὲ Ληναιῶνα κάκ' ἤματα, βουδόρα πάντα.

Quum in eadem igitur anni forma, non eadem a Macedonibus & Aſianis omnibus menſium uſurparentur nomina; ipſæque Macedonicæ menſium appellationes non modo ab *Aſianis*, ſed etiam ab *Arabiis*, *Chaldæis*, *Tyriis*, & *Gazenſibus* [ut de *Julianis* menſibus ab eiſdem denominatis non dicam] ad alia at-

que

que alia tempora denotanda applicatæ fuerint: conſenſui inter Macedones & Aſianos omnes inducendo, & confuſioni [ex tanta menſium ἀνωμαλίας ortæ] devitandæ hoc excogitatum eſt remedium, ut a numeris, communem & ab omnibus [tam Aſianis quam Macedonibus] receptum menſium ordinem exprimentibus, iidem denominarentur; a primo autumnali menſe ducto numerationis principio. Hoc enim commune fuiſse non Macedonibus ſolum [quod in capite præcedente eſt oſtenſum] ſed etiam τοῖς περὶ τὴν νῦν καλουμένην Ἀσίαν, in librum quintum Phyſicorum Ariſtotelis ſcribit Simplicius; ut circa Autumnale æquinoctium annum ſuum inciperent.

Hinc in *Timothei* Actis Polycrates [cum aliis Sanctorum Vitis Lovanii anno 1485. editus] ab Epheſiis occiſum eum fuiſse narrat, *in feſtivitate eorum quam vocabant Scitagiorum* [vel *Catagogiorum* potius] *quæ eſt ſecundum Aſianos quidem* [quarti] *menſis triceſima, ſecundum Romanos autem menſis Januarii XXII. die; regnante Nerva.* Ubi numerum menſis, qui librarii negligentia exciderat, ex aliis ejuſdem Timothei Actis a Petro Halloixio [in Notationibus ad cap. VII. Vitæ Polycarpi] citatis ſupplevimus: in quibus ita ſcriptum legebatur. Ἐτελειώθη δὲ ὁ ἅγιος καὶ ἔνδοξος Ἀπόστολος, ὁ Πατριάρχης, ὁ μάρτυς τοῦ Χριστοῦ Τιμόθεος, μετὰ τρεῖς ἡμέρας τῆς καλουμένης Καταγωγίων. ἥτις ἐστὶ κατὰ Ἀσιανοὺς μηνὸς τετάρτου τριακάς, κατὰ δὲ Ῥωμαίους μηνὸς Ἰανουαρίου εἰκάδι δευτέρᾳ. βασιλεύοντος μὲν τῆς Ῥωμαίων βασιλείας τοῦ προειρημένου Νερούα, ἀνθυπατεύοντος δὲ τῆς Ἀσίας Περεγρίνου. *Obiit autem ſanctus & glorioſus Apoſtolus & Patriarcha & Martyr Chriſti Timotheus, poſt tres dies feſtivitatis eorum, quæ* Catagogiorum *nomen obtinet; qui dies ſecundum Aſianos menſis quarti eſt triceſimus, juxta Romanos autem viceſimus ſecundus Januarii: imperante Romanis jam dicto Nerva, Proconſulatum vero Aſiæ gerente Peregrino.* Ex qua collatione intelligimus, a Romani Decembris die XXIV. Aſianorum quartum menſem iniiſſe.

Eadem quoque denominandorum menſium & *Macedonas* & *Aſianos* uſos fuiſſe formula, ex Arriano obſervavimus: initium navigationis, ab Indi fluvii oſtiis in ſinum Perſicum, a Nearcho & ſociis inſtitutæ, biſce temporum characteriſmis in Indicis ſuis deſignante. Ὡς δὲ οἱ ἐτήσιοι ἄνεμοι ἐκοιμήθησαν (οἳ δὴ τοῦ θέρεος τὴν ὥρην πᾶσαν κατέχουσι, ἐκ τοῦ πελάγεος ἐπιπνέοντες ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ταύτῃ ἄπορον τὸν πλοῦν ποιοῦντες) τότε δὴ ὥρμηντο, ἐπὶ ἄρχοντος Ἀθήνῃσι Κηφισοδώρου, εἰκάδι τοῦ Βοηδρομιῶνος μηνὸς, καθότι Ἀθηναῖοι ἄγουσιν, ὡς δὲ Μακεδόνες τε καὶ Ἀσιανοὶ, * * τὸ ἑνδέκατον βασιλεύοντος Ἀλεξάνδρου. *Ut autem Eteſii venti ceſſarunt* [*qui æſtatis totam tempeſtatem occupabant*, [e] *ex mari in terram ſpirantes, atque ita navigationi viam præcludentes*] *tum vero propere ſolverunt, archonte Athenis* Cephiſodoro, *die viceſimo menſis Boedromionis, quemadmodum Athenienſes agunt tempora, ut autem Macedones & Aſiani,* * * *undecimo eo quo Alexander regnabat anno.* Ubi tamen in archontis Athenienſis nomine errorem eſſe commiſſum, certum eſt. Cum enim, Alexandro vivente, & cœptam & peractam fuiſſe navalem iſtam expeditionem conſtet: non ante proximum poſt obitum illius annum, in archontum ἐπωνύμων Catalogo *Cephiſodorus* locum aliquem obtinet.

[e] Vid. eund. Arrian. de reb. Alexandri, l. 6. p. 137. edit Græco-Lat.

Scribit autem *Nearchus* ipſe [Strabone, in libro 15. Geographiæ ſuæ, referente] ἤδη τοῦ βασιλέως ἀνύοντος τὴν ὁδὸν, αὐτὸς μετόπωρον κατὰ Πλειάδος ἑσπερίαν ἐπιτολὴν ἄρξασθαι τοῦ πλοῦ, μήπω μὲν τῶν πνευμάτων οἰκείων ὄντων. Alexandro *rege iter jam peragente, ſe in autumno ſub Veſpertinum Pleiadum exortum navigationem cœpiſſe, cum nondum apti venti ſpirarent.* Jam, ſi Ephemeridem noſtram conſulas; ad menſis primi [Aſiani æque ac Macedonici] octavum, & *Octobris* Juliani diem primum, ex Gemini Parapegmate, videbis annotatum, *Euctemoni veſpertinas apparere Pleiades*: cum quibus diebus & Attici *Boedromionis* εἰκάδα, Olympiadis CXIII. anno 3. concurriſſe invenimus. In anni enim illius Olympiadici *Boedromione* & *Dio*, iniiſſe regni Alexandri Macedonici annum *undecimum*; ex iis quæ de Alexandri Temporibus alibi a nobis ſunt diſputata, intelligitur. Jam vero quum illo in loco, quem mutilum eſſe, aſteriſcis appoſitis indicavimus; τῷ Α μηνὸς ὀγδόῃ ἱσταμένου ſcripſiſſet Arrianus: librarius primam illam alphabeti litteram numeralem eſſe neſciens, & num *Apellæum*, an *Audynæum*, an *Artemiſium* ea ſignificaret, ignorans, totum hoc comma, ut minime a ſe intellectum, negligendum putavit. Hæc certe de lacuna iſta conjectura mea fuit: quam prudentiorum Criticorum calculo vel probandam vel improbandam lubens relinquo.

In tomo quinto Operum Chryſoſtomi, numquam ſatis laudatæ editionis D. Henrici Savilii, inter ſermones Panegyricos dubiæ fidei, habentur in *Paſcha* orationes ſeptem: quarum poſtrema tamen *octavæ* titulum præfert, non ſolum in Gabrielis Archiepiſcopi Philadelphiæ, quo ille uſus eſt, Manuſcripto, ſed etiam in Barocianæ Bibliothecæ [ad Bodleianam nunc translatæ] altero; quomodo & a Theodoro Balſamone citatum notavimus, in commentariis ad ſeptimum Apoſtolorum canonem huc nos ita remittente. Ζήτει καὶ τὸν η΄ λόγον τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου Χρυσοστόμου, ὃν συνεγράψατο εἰς τὸ Πάσχα. *Quære etiam octavam orationem ſancti Patris noſtri Joannis Chryſoſtomi, quam ſcripſit in Paſcha.* In noſtris enim codicibus penultima videtur deſiderari oratio; cujus, in ultimæ principio, non obſcuram factam mentionem licebit animadvertere.

In poſtrema vero hac homilia, *Theophania* peragi refert auctor, ἡμέρᾳ ὡρισμένῃ τρισκαιδεκάτῃ τοῦ τετάρτου μηνὸς κατ' Ἀσιανούς, *die certa & definita; decima tertia* nimirum *quarti menſis, ſecundum Aſianos.* A viceſimo quarto vero [ut jam audivimus] Decembris die incipiebat *quartus* Aſianorum menſis, maxima ſui parte Romano Januario reſpondens: cujus die *quinto* Theophania apud illos celebrata fuiſſe, hinc colligimus; non, ut apud alios, die *ſexto*. Quod Hieronymi loco lucem non modicam præfert in Commentariis ad cap. I. Ezechielis: ubi tempus viſionis illius, *anno triceſimo, die quinto quarti menſis* exhibitæ, ad Chriſtum, anno ætatis *triceſimo* in Theophaniis vel Epiphaniis baptizatum, ita per anagogen accommodat. *Illud intelligendum, quod in triceſimo ætatis ſuæ anno Dominus ad baptiſma venerit: in quarto menſe, qui apud nos vocatur Januarius, & eſt in anni primus exordio; præter Niſan menſem novorum, in quo Paſcha celebratur. Apud Orientales enim populos, poſt collectionem frugum & torcularia, quando decimæ deferebantur in Templum, October erat primus menſis, & Januarius quartus. Quintam autem diem menſis adjungit, ut ſignificet baptiſma, in quo aperti ſunt Chriſto cæli, & Epiphaniorum dies hucuſque venerabilis eſt (non, ut quidam putant, Natalis in carne: tunc enim abſconditus eſt, & non apparuit) quod huic tempori congruit, quando dictum eſt; Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui.*

De Montaniſtarum quoque hæreſi, in Aſiæ proprie dictæ regione Phrygia commorantium, Paſchalis noſtræ homiliæ auctor [qui & ipſe Aſianus fuiſſe videtur] verba faciens; τεσσαρεσκαιδεκάτην inquit, μηνὸς τοῦ πρώτου φυλάττει, τουτέστι, μηνὸς ἑβδόμου κατ' Ἀσιανούς, οὐ τεσσαρεσκαιδεκάτην δὲ σελήνης. *Decimam quartam primi menſis obſervat, hoc eſt, menſis ſecundum Aſianos ſeptimi, non decimam quartam Lunæ.* De Paſchatis celebratione loquitur: in qua τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην ἀπὸ τοῦ ἡλιακοῦ μηνὸς, οὐκ ἀπὸ τοῦ σεληνιακοῦ, *a Solari menſe* [qui Aſianis in uſu] *non a Lunari quartam decimam* ſuam deſumpſiſſe iſtos narrat. Quod ipſum pluribus, in Eccleſiaſticæ ſuæ hiſtoriæ libro VII. cap. 18. Sozomenus hunc in modum explicat.

d by Google

Μοντανισταὶ, οὓς Πεπουζίτας καὶ Φρύγας ὀνομάζουσι, ξένην τινὰ μέθοδον εἰσαγαγόντες, κατ' αὐτὴν τὸ Πάσχα ἄγουσι. τοῖς μὲν γὰρ ἐπὶ αὐτῷ τὸν τῆς σελήνης δρόμον πολυπραγμονεῖν καταμέμφονται. φασὶ δὲ χρῆναι μόνοις τοῖς ἡλιακοῖς ἕπεσθαι κύκλοις τοὺς ὀρθῶς αὐτὸ κανονίζοντας· καὶ μῆνα μὲν ἕκαστον εἶναι ἡμερῶν τριάκοντα, ἄρχεσθαι δὲ τὴν πρώτην ἀπὸ τῆς ἐαρινῆς ἰσημερίας, ἣ ῥηθείη ἂν κατὰ Ῥωμαίους, πρὸ ἐννέα καλανδῶν Ἀπριλλίων· ἐπειδὴ, φασὶν, οἱ δύο φωστῆρες τότε ἐγένοντο, οἷς οἱ χρόνοι καὶ οἱ ἐνιαυτοὶ δηλοῦνται· ἐξ ὧν δείκνυται, τὴν σελήνην δι' ὀκταετηρίδος τῷ ἡλίῳ συνιέναι, καὶ ἀμφοῖν κατὰ ταυτὸν νουμηνίαν συμβαίνειν. καθότι ὁ ὀκταετηρικὸς σεληνιακὸς δρόμος πληροῦται ἐννέα καὶ * (ἐνενήκοντα μησὶν, ἡμέραις δὲ δισχιλίαις ἐννακοσίαις εἴκοσι δύο,) ἐν αἷς ὁ ἥλιος τοὺς ὀκτὼ δρόμους ἀνύει, λογιζομένου ἑκάστῳ ἔτει τριακοσίων ἑξήκοντα (πέντε) ἡμερῶν, καὶ προσέτι τετάρτου ἡμέρας μιᾶς. Ἀπὸ γὰρ πρὸ ἐννέα καλανδῶν Ἀπριλλίων, ὡς ἀρχῆς ἡλίου κτίσεως, καὶ τοῦ πρώτου μηνὸς ἀναλογίζονται τὴν εἰρημένην ταῖς ἱεραῖς γραφαῖς τεσσαρεσκαιδεκαταίαν· καὶ ταύτην εἶναι λέγουσι τὴν πρὸ ὀκτὼ ἰδῶν Ἀπριλλίων, καθ' ἣν ἀεὶ τὸ Πάσχα ἄγουσιν, εἰ συμβαίη, καὶ τὴν ἀναστάσιμον αὐτῇ συνδραμεῖν ἡμέραν· ° (εἰ δὲ μὴ,) ἐπὶ τῇ ἐχομένῃ Κυριακῇ ἑορτάζουσι. γέγραπται γὰρ, φασὶν, ἀπὸ τεσσαρεσκαιδεκάτης μέχρις εἰκοστῆς πρώτης.

* Incluſa hæc, in Genevenſi editione Græco-Latina, Typographi negligentia deſiderentur.

° Alioqui. Illa verum interpres, Epiphanius Scholaſticus; in Hiſtor. tripartit. l. 9. c. 39. ex quo, incluſas iſtas particulas interpoſuimus; quas & ipſe ſenſus neceſſario poſtulabat.

Montaniſtæ, quos Pepuzitas & Phrygas appellant, peregrinam quamdam rationem commenti ſunt, ſecundum quam Paſcha celebrant: ſiquidem eos, qui in hoc negotio Lunæ curſum curioſe obſervant, reprehendunt: ac dicunt ſolos eſſe Solares circulos iis ſequendos, qui iſta recte ordinare volunt. Et menſes quidem ſingulos eſſe triginta dierum ſtatuunt: incipere autem diem primam ab æquinoctio verno, quæ Romanorum more dicatur nona Kalendas Apriles: quandoquidem, inquiunt, duo iſta Luminaria tum creata ſunt, quibus & tempora & anni declararentur. Idque eo demonſtratur, quod Luna elapſo unoquoque octennio cum Sole conjungatur; & utriſque eodem tempore, novilunium [ſive novi menſis principium] *contingat. Siquidem octennii ſpatium in curſu Lunari nonaginta novem menſibus, diebus vero bis mille nongentis viginti duabus completur: intra quas Sol octo curſus abſolvit, deſtinatis unicuique anno diebus trecentis ſexaginta* (quinque,) *cum quarta inſuper unius diei parte. Etenim a nona Kalendas Apriles, ut ab exordio creationis Solis ac primi menſis, ſupputant memoratam in ſacris litteris decimam quartam diem: & hanc eſſe dicunt octavam Idus Aprilis, in qua Paſcha perpetuo celebrant; ſi cum hac die dies reſurrectionis forte concurrat. Alioqui ſequenti Dominica feſtum peragunt. Scriptum eſt enim, inquiunt, A decimaquarta die uſque ad vigeſimam primam.*

Exod. 12. 18.

In qua narratione duo mihi videntur ab ipſo Sozomeno commiſſa fuiſſe errata: atque ut ea ſibi conſentanea redderentur, a librariis admiſſa fuiſſe totidem alia. Unum quidem, quod *Phryges* ſive *Pepuzitæ*, iſti (a *Phrygiæ* vico *Pepuza* ita denominati) menſes ſingulos triginta dierum numero definiverint: quum Aſianorum menſium, utpote Solarium, alii XXX. fuerint dierum, alii XXXI. ut in ſequente capite videbimus. Quandoquidem vero menſes duodecim τριακονθήμεροι 360. tantum dies conficiebant, numerum πέντε ſuperadditum temerarii correctores ſubduxerunt: quem tamen & Nicephorus (in XII. Eccleſiaſticæ ſuæ hiſtoriæ libro, cap. 32. ex Sozomeno ſua mutuatus) diſerte expreſſit, & *quadrantis* diei ſubjecta mentio, totiuſque Octaeteridis epilogiſmus, adjiciendum neceſſario flagitat. Dies enim Octaeteridis 2922. in annos octo diſtributi, unius anni quantitatem, dierum $365\frac{1}{4}$ relinquunt.

Alter Sozomeni videtur fuiſſe error, quod *decimum quartum* diem menſis Paſchalis Montaniſtarum (quem *decimum quartum ſeptimi Aſianorum menſis* fuiſſe, ex Paſchali homilia jam audivimus) cum *Octavo Id. Aprilis* comparaverit; *octavo* (dierum ratione negligentius fortaſſe ſubducta) poſito pro *ſeptimo*. Et ut calculus iſte ſibi conſtaret, primum Paſchalis illius menſis diem in *nonum Kalend. Aprilis* a correctoribus fuiſſe transformatum, vel inde non levis oritur ſuſpicio, quod *octavum Kalend. Aprilis*, in Tripartitæ hiſtoriæ libro IX. capite trigeſimo nono retentum hic videamus ab Epiphanio Scholaſtico, vetuſtiſſimo Sozomeni Latino interprete.

Etſi enim, quarto quoque anno (ut videbimus) propter diverſum diei intercalaris in utroque anno ſitum, ſeptimi ſive Paſchalis Aſianorum menſis Kalendæ in *nonum Kalend. Aprilis* Juliani anni inciderint: cum *octavo* tamen (ut, ex Actis Polycarpi, in ſequente capite, docebimus) ordinarie concurrebat; quo & æquinoctium & principium Mundi contigiſſe, Cæſareenſis Synodi ſub Theophilo habitæ Epiſcopi (ſi qua fides vulgatis illius Concilii Actis ſit adhibenda) definiverunt: ad quod comprobandum importuna illa *Octaeteridis* deſcriptio a Sozomeno huc eſt inducta. Phryx nimirum iſte, a quo is hæc acceperat, quum in VIII. vel IX. kalend. April. novilunium forte incurriſſe animadvertiſſet, & nono quoque anno redeunte ſimilem eo die ab initio Solis & Lunæ factum fuiſſe concurſum ſibi perſuaſiſſet (ratus, octo annorum periodo confecta, exactam futuram utriuſque ſideris ἀποκατάστασιν) hoc ut ἡμέρας σημαντικῆς argumentum homo imperitus arripiebat. Alias enim Octaeteridis, in Paſchate conſtituendo, a Montaniſtis, Lunarem omnem calculum hinc abdicantibus, nullam omnino rationem fuiſſe habitam exploratum eſt.

CAP. III.

Tempus, quo paſſus Polycarpus & comprehenſus eſt Pionius, ex Aſiani anni ratione patefactum. Diei magni & Sabbati magni differentia explicata.

EX Smyrnenſis Eccleſiæ, de Martyrio Polycarpi, epiſtola encyclica excerpta quædam hiſtoriæ ſuæ Eccleſiaſticæ (lib. IV. κεφ. ιε.) inſeruit Euſebius: in quibus comprehenſus ille fuiſſe traditur, ὄντος σαββάτου μεγάλου, *cum eſſet dies magni Sabbati*. Juxta rationes hodierni Computi Judaici, anno Mundi 3927. die XV. menſis Adar, hoc eſt, æræ Chriſtianæ CLXVII. die XXII. menſis Februarii, feſtum Purim cum die Sabbati concurrebat: quem idcirco *magnum Sabbatum* fuiſſe dictum ſcripſit, in Chronologia nondum edita, vir doctiſſimus Edovardus Liveleius. Atque hoc die captum fuiſſe Polycarpum ille exiſtimat, ſequente vero paſſum; die nimirum XXIII. Februarii, qui in Græcorum Menologiis pro illius Natali commemorandus proponitur.

Verum ut omittam, Judaicum iſtum Computum Polycarpi temporibus recentiorem eſſe, & in ipſo Sabbato paſſum fuiſſe Martyrem, non die proximo: illud maxime huic ſententiæ officit, quod non a Judæis Martyrii hujus Acta deſcripta habeamus, ſed ab hominibus Chriſtianis, quibus cum feſto Purim nihil erat commune, quique aliud nullum *magnum* agnoſcebant Sabbatum, quam quod Paſcha proxime antecedebat. nempe vel immediate, quod illi faciebant, qui, juxta Patrum Nicænorum decretum, Paſcha die Dominico ſemper agentes *diei Paſchalis vigiliæ* (ut eam in epiſtola 19. ad Hieronymum Auguſtinus appellat) *magni Sabbati* titulum conſtanter tribuebant: vel diebus aliquot interdum interjectis, quod illis uſu veniebat, qui eodem cum Judæis tempore Paſcha celebrabant, in quamcumque hebdomadæ feriam dies ille incidiſſet. In quorum numero & Polycarpus ipſe fuit (ut ex Irenæi ad Victorem epiſtola manifeſte conſtat) & Smyrnenſis Eccleſia, quam ille rexit, quæque in magno Sabbato ipſum paſſum fuiſſe litteris ſuis eſt teſtata.

In integræ vero epiſtolæ Smyrnæorum exemplari

(quod brevi, Deo volente, ſimul cum antiqua Latina ejuſdem metaphraſi, ſum editurus) martyrium ſubiiſſe Polycarpus dicitur, *μηνὸς Ξανθικοῦ δευτέρᾳ ἱσταμένου, πρὸ ἑπτὰ καλανδῶν Μαΐων σαββάτῳ μεγάλῳ, ὥρᾳ ὀγδόῃ*: quod vetus noſter Interpres reddidit: *menſe Aprilio*, VII. *Kalend. Maii*, *majore Sabbato*, *hora octava*. Obſervaverat nimirum ille in ſcriptis Eccleſiaſticis, juxta Antiochenorum & Syromacedonum morem, *Aprili* Romano *Xanthicum* ſemper reſpondiſſe; ideoque ſecundum menſis illius diem, quem *ſeptimo Kalend. Maii* reſpondere non potuiſſe noverat, in verſione ſua prætermittendum putavit: nec conſideravit tamen, VII. illum Kalend. Maii non modo cum ſecundo Aprilis, ſed nec cum *magno Sabbato* concurrere umquam potuiſſe. Conſtantinopolitanus Chronographus, Faſtorum in Sicilia repertorum auctor (quos Græce Scaliger *Caſauboniani*, Græce & Latine Raderus *Alexandrini* Chronici titulo evulgavit) correctiore Smyrnenſis epiſtolæ uſus exemplari, *πρὸ ἑπτὰ καλανδῶν Απριλίων, τῷ μεγάλῳ σαββάτῳ, ὥρᾳ ὀ.* Polycarpum paſſum retulit: vera VII. *Kalendarum Aprilium* lectione nobis conſervata. Sed quia nec illum menſis Romani diem cum ſecundo Antiocheni Xanthici conciliare poterat; *μηνὸς Ξανθικοῦ δευτέρᾳ ἱσταμένου*, pariter omittendam cenſuit.

Qui Græcis auctor fuit in XXIII. *Februarii* Polycarpi Natalem conjiciendi, ad Europæorum Macedonum annum, in primaria Aſiæ urbe Epheſina receptum, reſpexiſſe videri poſſet: in quo *ſecundus Xanthici* cum illo *Februarii* die, concurrebat. At nos *Xanthici* nomen, ab Macedonibus *ſexto* Solari ſuo menſi impoſitum, Smyrnæos ad *ſeptimum* tranſtuliſſe, cumque a *Martii* die XXV. inchoaſſe, in ſuperiore capite declaravimus. Et quidem anno æræ noſtræ Chriſtianæ CLXIX. Cyclo Solis X. Dominicali littera B. exiſtente, terminus Paſchalis Alexandrinus fuit Martii die XXIX. Calippicus Mart. XXX. vel XXXI. quo & juxta hodiernum Judæorum calculum Paſcha fuiſſet celebrandum. Sabbatum quod præceſſit Lunam hanc XIV. (qua Polycarpus cum Aſianis ſuis Paſcha agere erat ſolitus) in Martii diem XXVI. incurrit, hoc eſt in VII. *Kalendas Apriles*, quo paſſum fuiſſe Polycarpum, Conſtantinopolitanum jam nos docuit Chronicon.

Eodem etiam anno & die Tabulæ Periodi 84. annorum Judaicæ ab Ægidio Bucherio conſtructæ, Lunam Hebræorum XV. exhibent, ſive primam Azymorum: quam ob hunc concurſum [a] is *Sabbatum magnum* appellatam cenſet, ut illam tempore Paſſionis Chriſti, Johan. XIX. 31. Sed (ut de Bucherianarum Tabularum fide nihil hic dicam) notandum eſt, aliud apud Judæos fuiſſe *diem magnum*, aliud *Sabbatum magnum*. In tribus enim [b] רגלים, quibus maſculi omnes quotannis comparere tenebantur coram Domino, quinque illi dies feſtivi, in quibus ſacri jubebantur haberi conventus (primus videlicet & ſeptimus Azymorum, dies Pentecoſtes, primus & octavus Tabernaculorum) ab Hebræis ימים טובים ab Helleniſtis *μεγάλαι ἡμέραι* dicebantur; ſive in Sabbatum illi incidiſſent, ſive in ſeptimanæ diem quemvis alium. Unde קרא מקרא *convocationem cœtus*, Eſaiæ I. 13. Græci *μεγάλην ἡμέραν* reddiderunt: quo & Tertulliani illud ſpectat, in libro 5. adverſus Marcionem: *Dies obſervatis, & menſes, & tempora, & annos; & Sabbata, ut opinor, & cœnas puras & jejunia, & dies magnos*. Ideoque in Evangelio ſuo Johannes, non ſolum Sabbatum, paſſionem Domini proxime inſecutum, in *μεγάλην ἡμέραν* incidiſſe notat, cap. XIX. 31. ſed etiam poſtremum feſti Tabernaculorum diem, Sabbati nulla conſideratione habita, *ἡμέραν τῇ μεγάλῃ τῆς ἑορτῆς*, cap. VII. 37. ſimiliter appellat. At שבת הגדול *Sabbatum magnum* unoquoque anno recurrebat unicum; idque non cum ipſa Paſchalis agni feſtivitate conjunctum, ſed illam antecedens proxime: de quo in tractatu *Schulchan Aruch* inſcripto legimus. שבת שלפני הפסח קורים אותו שבת הגדול *Sabbatum quod proximum eſt ante Paſcha, Sabbatum magnum vocant*. de quo etiam nos commonefecit in Synagogæ ſuæ Judaicæ capite 12. Judaicorum rituum ſcientiſſimus Johannes Buxtorfius. quorum plane ignarus Acron, homo ethnicus, [c] Horatii *triceſima Sabbata* exponens, *Sabbatum magnum in renovatione Lunæ a Judæis hodie celebrari retulit*.

In Aſianorum Martyrum Actis, quæ in unum codicem redacta olim circumferebantur, ſimul conjunctæ legebantur binæ Smyrnenſis Eccleſiæ epiſtolæ: de Polycarpi martyrio, cujus hactenus meminimus, una; de *Pionii*, altera. quæ, propter omiſſam fortaſſe poſterioris epiſtolæ *ἐπιγραφὴν*, quum pro una continuata eſſent acceptæ; erroris inde data eſt occaſio, ut eodem anno uterque martyr Smyrnæ paſſus fuiſſe exiſtimaretur: idque imperante, vel *Decio* [ſub quo Pionium vitam finiiſſe Acta illius docent, & quouſque Polycarpum vitam non protendiſſe ætas ipſius evincit] ut in Menæis ſuis Græci volunt; vel *M. Aurelio Antonino* (ſub quo Polycarpum exceſſiſſe conſtat) ut, tum in Chronico, tum in Eccleſiaſtica ſua hiſtoria (lib. IV. *κεφ. ιε.*) ſenſit Euſebius: quem (præter Pſeudo-Dextrum, & Latinorum alios) Beda & Ado hic ſunt ſecuti, tam in Martyrologiis [ad Kalendas Februarias] quam in Chronicis etiam ſuis.

Altera hæc de *Pionii* certamine Smyrnenſis Eccleſiæ epiſtola ab Euſebio, una cum aliis Martyrum Actis, olim eſt edita: ex qua, in ea quoque quæ apud Simeonem Metaphraſtam de Pionio hodie leguntur, tranſlata eſſe aliqua, vel unicus ille locus fidem fecerit. *Cum ignis extinctus eſſet, nos qui præſentes eramus, talem ipſum vidimus, quale vigentis ornatique pugilis corpus exiſtit*. In hiſce vero quæ habemus Actis, *pridie natalis diei S. Polycarpi prævidiſſe* dicitur Pionius *ſe poſtridie comprehenſum iri*. quod ipſum argumento eſt, alio quam Polycarpum anno Martyrium eum ſubiiſſe: ut de diverſis Aſiæ Proconſulibus, *Statio Quadrato* ſub quo Polycarpus, & *Proclo Quintiliano* ſub quo paſſum Pionium Acta indicant, nihil hic dicere neceſſe ſit. In Metaphraſta vero deinde ſequitur; Pionium, poſtquam *Sabbato ſanctum panem & aquam cepiſſet*, captum & per urbem ductum fuiſſe. *Impletum* autem eſſe *totum forum & ſuperiores porticus tum viris Græcis atque Judæis, tum etiam mulieribus*: quia, *cum magnum eſſet Sabbatum, feriabantur*. Ex quibus colligimus, nobile illud Polycarpi Martyrium, quod in inſignem Sabbati magni diem incidit, eodem die recurrente, annua memoria ab antiquis illis Chriſtianis fuiſſe celebratum: ita ut Natalis illius non inter fixas, ſed inter mobiles feſtivitates connumeraretur. quomodo & hodie *Alenæ* virginis memoriam *Foreſti*, Dominica die ante natalem Johannis Baptiſtæ, celebrari notavit, in Natalibus Sanctorum Belgii, Johannes Molanus. Anno enim æræ Chriſtianæ CLXIX. quo Polycarpus paſſus eſt; Sabbatum magnum in Martii XXVI. incurriſſe oſtendimus: quo die, in Decii imperio, ſub quo agonem ſuum peregit Pionius, id eſt, anno ejuſdem æræ CCL. vel CCLI. neque Sabbatum magnum, neque ullum omnino Sabbatum fuit.

In vitiatis quidem hiſce Actis [d] Pionius dicitur *comprehenſus (XXIII. menſis Februarii die) cum Sabbatum magnum inſtaret; natali ſcilicet beati martyris Polycarpi, vigente Decii Imperatoris perſecutione*. Ubi, vel a Metaphraſta, vel a ſciolo aliquo alio, de die XXIII. Februarii illud, ex recepta Græcorum Menæorum ſententia, additum fuiſſe videatur: quum certiſſimo conſtet, neque in Polycarpi natali, neque in Pionii comprehenſione, neque omnino umquam

fieri

[a] Bucher. Tractat. de Paſchali Judæor. Cyclo, cap. 8.

[b] Exhod. 23. 14.

[c] Sermon. lib. 1. Satyr. 9.

[d] Tomo 7. Lipomani, fol. 2. edit. Venet.

fieri potuiſſe, ut magnum Sabbatum cum XXIII. Februarii die concurreret. Ait quidem Jacobus Cappellus, in ſuis Epocharum thematiſmis, anno Dom. CCLI. captum fuiſſe Pioninm, *nocte quæ interceſſit inter Februar. XXII. & XXIII. Adar XIII. & XIV. feriam VII. & I. additque μέγα σάββατον hic dici, diem Judæis duplici nomine ἐπίσημον: vel primum Sabbatum τῆς τεσσαρακοστῆς. Paſcha enim eo anno celebratum Martii XXX.* Atqui ex Actis manifeſtum eſt, non nocte quæ inter feriam ſeptimam & primam, ſed die præcedente, Judæis Smyrnæ in magno ſun Sabbato clara luce feriantibus, captivum per urbem ductum fuiſſe Pionium. Deinde & illud certum, neque XIII. diem Adar, (qui, ob Nicanoris cædem, in 2. Maccab. 15. 36. obſervandus præſcribitur) neque XIV. (quo Purim ſive Sortium dies prior, Eſtheræ 9. 21. celebrandus ſtatuitur) multoque minus Chriſtianæ Quadrageſimæ Sabbatum primum (in cujus calculum, a Cappella poſitum, inquirere hic non liber) *magni Sabbati* nnmen umquam obtinuiſſe: quem Sabbati Paſcha proxime antecedentis, & apud Judæos & apud Chriſtianos proprium fuiſſe jam oſtendimus. Anno vero Domini CCLI. qui cyclum ſolarem VIII. litteram Dominicalem E habebat, Paſchati Smyrnæorum (& reliquorum Aſiannrum, qui cum Judæis *decimum quartum* Lunaris menſis diem conſtanter obſervabant) proximum Sabbatum, in Martii XXII. incidit: cujus die XXV. etiam juxta hodiernum Judæorum Computum, Paſcha fuiſſet celebrandum.

Eo anno Conſulatum geſſerunt, *Meſſius Quinctus Trajanus Decius Aug.* III. & filius ejus *Quinctus Etruſcus Decius Cæſar.* quum anno præcedente Conſules fuiſſent, idem *Meſſius Quinctus Trajanus Decius Aug.* II. & *Annius Gratus.* qui ad Actorum Pionii marginem fortaſſe ab antiquarin aliquo annotati (ex Faſtis Conſularibus, qui hoc in loco ſunt perturbatiſſimi) in textum poſtea recepti, & cum alteris illis temere commixti, ineptam illam temporis notationem nobis reliquerunt, quæ in hodiernis libris cernitur. *Hæc acta ſunt, Julio Aſiæ Proconſule, Proclo Quintiliano magiſtratum gerentibus, Conſule tertium Meſſio Quinto Trajano, & Delio Grato ſecundum, Trajano Decio Auguſto: ante* IV. *Idus Martias, more Romanorum; Aſiæ autem more, ſeptimi menſis undecimo, die Sabbati, hora decima.* Ubi, non *Julium* ſolum, ſed etiam *Proclum* & *Quintilianum* pro uno & eodem Aſiæ Proconſule eſſe accipiendum ex Conſtantinopoſitano Chronographo intelligimus; qui in Faſtis Siculis, ſub Decio Imperatore paſſum Pionium fuiſſe notat, ἐν Σμύρνῃ τῆς Ἀσίας, ἐπὶ Πρόκλου Κυντιλλιανοῦ ἀνθυπάτου τῆς Ἀσίας πρὸ δ' εἰδῶν Μαρτίων ὅ ἐστι κατ' Ἀσιανοὺς, μηνὶ ἕκτῳ ιά σαββάτῳ ὥρᾳ δεκάτῃ. Ubi, ex Actis numerus menſis Aſianorum in Faſtis eſt reſtituendus, VII. pro VI. & ex Faſtis rurſus, dies menſis XI. in Actis reponendus pro XII. licet IV. *Iduum Martiarum* error utrobique ſit admiſſus: quem menſis Rumani diem, neque anno hoc neque in toto Decii imperio, cum Sabbatica feria concurriſſe certo certius eſt.

Ad eum itaque errorem corrigendum; Jacobus Cappellus, vel (*ante V. Idus Martias, Aſiæ autem more, ſeptimi menſis undecimo,*) legeodum exiſtimat, & *Sabbatum vocaſſe Acta Proconſularia diem Judæis ἐπίσημον, nempe neomeniam Niſan* (Martii die XI. feria III. hoc anno factam;) vel (*ante* VIII. *Idus Martias, Aſiæ autem more, ſeptimi menſis*, id eſt, Phamenoth, *duodecimo.*) Atqui prius captum, quam paſſum fuiſſe Martyrem oportuit: ante XI. vero kalendas Aprilis, in quem *magnum Sabbatum* eo anno incidit, comprehenſum eum non fuiſſe declaravimus. Deinde, ut Judæi neomeniæ Niſan Sabbati appellationem tribuerint: quid hoc ad *Acta Proconſularia*, quæ *Sabbati* nomen bic omnino non habent; aut Sanctorum paſſiones a Chriſtianis deſcriptas, qui *neomeniarum* Judaicarum nulla religione tenebantur, ſpectabat? & licet verum ſit, Phamenoth, *Alexandrinorum* menſis ſeptimi, diem duodecimum in Sabbatum hebdomadicum incidiſſe: ad *Aſianos* tamen quid illud attinebat? quorum menſes ad Eccleſiæ *Antiochenæ* & *Conſtantinopolitanæ*, potius quam *Alexandrinæ*, calculum, juſtiore ratione fuiſſent exigendæ.

Atque ita quidem res ſe habuit. Cum in Epiſtola Eccleſiæ Smyrnenſis facta hæc fuiſſe dicerentur, κατ' Ἀσιανοὺς μηνὸς ἑβδόμου δωδεκάτῃ, *more Aſianorum menſis ſeptimi die duodecimo;* & horum quæ habemus Excerptorum auctor non alios Aſianorum menſes cognoviſſet, quam Conſtantinopolitanorum, qui a *Gorpiæi* ſive *Septembris* Juliani kalendis novi ſui anni & Indictionis initium deducebant: ad IV. *Idus Martias*, id eſt, diem *Martii* ſeptimi ipſorum menſis *duodecimum*, referenda iſta fuiſſe exiſtimavit. Ad quam normam & *Acta Proconſularia* conformanda fuiſſe ratus; hunc in modum correcta, vel corrupta potius, eo nobis exhibuit. *Ante IV. Idus Martii, Quintilianus Proconſul, ſedens pro tribunali, ſic interrogavit.* quum in authentico exemplari *Nonas Apriles* fuiſſe poſitas, & Smyrnæorum reliquorumque Aſianorum *menſis ſeptimi dies duodecimus* exacte illis reſpondens, & *Sabbati* cum eis feria pariter concurrens, plane nobis perſuadeat. Ut concludere tandem nibil verenmur, anno Domini CCLI. cum ſociis paſſum fuiſſe Pionium, *Aſiæ Proconſule Julio Proclo Quintiliano magiſtratum gerente, Conſule tertium Meſſio Quinto Trajano Auguſto, & Decio Cæſare; Nonis April. more Romanorum, Aſiæ autem more, ſeptimi menſis duodecimo, die Sabbati, hora decima.*

CAP. IV.

De Græcorum & Macedonum menſibus varie ab Epiphanio uſurpatis. De Cypriorum & Bithynorum menſibus ad anni Macedonici formam accommodatis. Variorum menſium & inter ſe & cum Julianis comparatio.

MAcedonicorum menſium appellationes quatuor modis ab Epiphanio uſurpatas animadverto: quorum unum tantum κατ' Μακεδόνας, reliquos vero καθ' Ἕλληνας ille nuncupat; *Græcorum* nomine non eis ſolum qui in Græcia, ſed etiam qui in Syria & Aſia proprie dicta babitabant, attributo. Quum enim in hæreſi XI. de Sebuæis agens, Græcorum *Apellæum* cum Romanorum *Auguſto* & Ægyptiorum *Meſori* confert; *Achivorum* rationes ſpectaſſe videatur: quos Macedonicis biſce menſium nominibus fuiſſe uſos, ab auctoribus illis eſt traditum, quos, in ſcholiis ad caput IX. libri Bedæ de Temporibus, Joannes Noviomagus eſt ſecutus. *Achaja* vero proprie dicta, Ptolemæo Peloponneſiaca illa eſt, *Sicyoniæ* conrermina: cujus Duci Arato Sicyonios (qui, eo ſuaſore, in nomen & Rempublicam tranſierant Achaicam) *quintum menſis Dæſii diem, quem Athenienſes Antheſterionem nominant*, dicaviſſe, in illius Vita narrat Plutarchus. Quod ſi Athenienſium *Antheſterion* Achivorum *Dæſio* reſponderit, atque ita in Romanorum *Februarium* inciderit: ut *Athenienſium* quoque *Metagitnioni* Achivorum *Apellæus* reſpondeat, & in Romanorum *Auguſtum* uterque incurrat, pariter conſequetur.

Anni æræ Seleucidarum, quæ in *Syria* maxime obtinuit, *Græcorum* anni in libris Maccabæorum appellantur: quemadmodum & in Ulug-beigi (Samarcandæ Principis & magni Tamurlani nepotis) Aſtronomia Perſica, non *Græcorum* ſolum ea epocha, ſed etiam menſes, quibus cum ea ad hunc uſque diem utuntur *Cyri* Juliani quidem, ſed Syriacis deſignati

nominibus, *Græcorum* menſes nuncupantur. Ita & Epiphanius, in hæreſ. 51. Macedonicis hic, Antiochenæ & Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ more, adhibitis nominibus, octavum Romani Novembris diem, κατ' Ἕλληνας octavum eſſe *Dii* notat; & ſextum *Audynæi* κατὰ Σύρους, ἤτοι Ἕλληνας [*Secundum Syros ſive Græcos*] Januarii itidem ſextum.

Idem Epiphanius, in libro de ponderibus & menſuris, Valentinianum juniorem Aug. *Arcadio* II. & *Rufino* Conſulib. ſepultum fuiſse refert, ipſa *Pentecoſtes* die; quæ tum fuerit, *ſecundum Ægyptios Pachon* XXI. κατὰ δὲ Ἕλληνας Ἀρτεμισίου τρίτῃ καὶ εἰκάδι, [*ſecundum Græcos Artemiſii* XXIII.] *ſecundum Romanos vero* XVII. *Kalendas Junias*. Et quidem anno æræ Chriſtianæ CCCXCII. hic deſignato, Maii die XVI. Dominica Pentecoſtes contigit: die Artemiſii XXIII. ſi *Smyrnæorum* calculum conſulamus: quos, cum reliquis Aſianis ſub Ἑλλήνων nomine comprehenſos, vel unicus ille Galeni locus oſtenderit, libro 1. de alimentorum facultatibus cap. 3. Οἱ μὲν πλακοῦντας ὀνομαζόμενοι παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς, παρ' ἡμῖν δὲ τοῖς κατὰ τὴν Ἀσίαν Ἕλλησι ταγηνῖται, σκευάζονται δι' ἐλαίου μόνου. Placentæ, *quas Attici quidem* πλακοῦντας, *nos autem Græci qui Aſiam incolimus* ταγηνίτας, *appellamus, ex ſolo oleo parantur*.

Atque ut hoc *Smyrnæorum*, ita & illud *Macedonum* annali rationi a nobis declaratæ conſentaneum eſt; quod in jam citata hæreſi XI. Romanum menſem *Auguſtum* cum *Gorpiæo* Macedonico, & in LI. *ſextum Idus*, id eſt, *octavum Novembris* diem cum *decimo ſexto Apellæi* κατὰ Μακεδόνας confert Epiphanius. Ubi clariſſimus Scaliger, libro V. de Emendatione Temporum, in diatriba de morte Valentiniani junioris, non alios quam puros putos Julianos menſes ob oculos habens, miratur *decem dies ſupra formam Julianam* numeratos hic eſſe, &, in ſuperiore de exceſſu Valentiniani loco, *ſeptem*: atque iſta ſe *non intelligere*, profitetur ingenue. quum tamen hic, non *decem*, ſed *octo* tantum dierum deprehendatur differentia: [neque enim *ſextum* ſimpliciter, ſed *ſextum Iduum* Novembriarum diem Epiphanius commemorat:] & de integro mente movenda potius fuiſſet quæſtio; unde factum, ut cum Novembri *Apellæus* hic componatur, qui cum Decembri comparari debuiſſet, ſi Majus cum *Artemiſio*. Quorum utrumque Macedonici & Smyrnenſis anni rationes a nobis jam deſcriptæ expediunt: quæ tanto dierum intervallo horum menſium initia Julianis fuiſſe anteriora, Macedonumque *Apellæum* & Smyrnæorum *Dium* per omnia ſibi reſpondiſſe, atque in Romanum Novembrem incurriſſe, declarant.

A Patribus fuiſſe conſtitutum refert in *Barnabæ* encomio Alexander monachus, ut anniverſaria Apoſtoli illius celebraretur memoria *tertio Idus Junii*, *ut Romani numerant; ut vero Cyprii Conſtantienſes, die undecimo ejuſdem menſis, qui ab illis dicitur Meſori & decimus numeratur; ut autem Aſiani homines vel Paphii numerant, decimo nono menſis, qui Plethubipatus* [vel *Plethypatus* potius] *dicitur, & nonus numeratur*. Unde apparet, in *Cypro* inſula duas receptas fuiſſe annorum formas: a *Paphiis* unam, quæ eis cum *Aſianis* fuerit communis, eodem ab utriſque retento menſium ordine, licet ſub appellationibus diverſis; a *Conſtantienſibus* alteram, quæ menſes cum *Alexandrinis* habuerit communes, ordine tamen alio diſpoſitos. Qui enim Conſtantienſibus *Meſori* menſis erat *decimus*, & a Kalendis Juniis inchoabatur; idem Alexandrinis *duodecimus*, & a XXV. die Julii ducebat initium.

Plethypatus menſis *nonus* numerabatur a *Paphiis*: qui, cum *Aſianis* & *Macedonibus*, a XXIV. die *Septembris* annum ſuum exorſi, primum habebant menſem *Aphrodiſium*, a Latino interprete Euſebii, libro IV. de Præparat. Evangelic. cap. 16. cum noſtro *Martio* perperam comparatum. Verba, ex *Porphyrii* περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων libro II. ab Euſebio eo in loco citata, hæc ſunt. Ἐν τῇ νῦν Σαλαμῖνι, πρότερον δὲ Κορωνίδι, (Κορωνείᾳ, apud Euſebium) ὀνομαζομένῃ μηνὶ κατὰ Κυπρίους Ἀφροδισίῳ, ἐθύετο ἄνθρωπος τῇ Ἀγραύλῳ τῇ Κέκροπος καὶ νύμφης Ἀγραυλίδος. *In ea quæ nunc Salamina, prius Coronis appellabatur, menſe juxta Cyprios Aphrodiſio, Agraulo Cecropis nymphæque Agraulidis filia homo mactabatur.* Ex quibus fortaſſe quis collegerit, Porphyrii ætate *Paphiorum* menſes hoſce, non reliquis ſolum *Cypriis*, ſed ipſis etiam *Conſtantienſibus* ſive *Salaminiis* fuiſſe communes: atque in tota illa Inſula non aliam eo tempore in uſu fuiſſe anni formam, quam Macedonicam illam, tum a Syro-macedonibus ceteris, tum ab Antiochenis quoque ac Aſianis (licet variatis menſium nominibus) uſurpatam.

Verum ubi poſtea inter Antiochenum Syriæ Patriarcham & Conſtantienſem Cypri Metropolitam de πρωτείας lis eſſet orta: ne, ut anni formam, ita & Metropolitæ dignitatem a ſede Antiochena Conſtantienſis accepiſſe argueretur, Alexandrinorum potius & menſibus τριακονθημέροις & menſium nominibus uſus ille fuiſſe videri poſſet; ordine tamen immutato, ne ad αὐτοκεφαλίαν, quam ſibi vendicabat, minuendam, vel illud etiam in argumentum trahi poſſet. Sed quæcumque differentiæ hujus cauſſa fuerit; illud certum eſt, Epiphanii Conſtantienſis epiſcopi tempore, alio *Conſtantienſes* anni genere fuiſſe uſos, *Paphios* alio. Novembris enim Juliani diem XVI. *Salaminiorum ſive Conſtantienſium* ſuorum *tertii* menſis *Chœac* diei *ſexto*, *Paphiorum* vero *Apogonici* diei *decimo ſexto*; pariterque VI. Januarii diem, *Cypriorum ſive Salaminiorum* menſis *quinti* diei *quinto*, *Paphiorum* vero *Julii* diei *quarto decimo* reſpondiſſe, in hæreſi 51. ille confirmat.

Ubi duo hæc obſervare fuerit operæ pretium. I. *Chœac* Salaminiorum *tertium* fuiſſe menſem, & a tertio Novembris die incepiſſe: quum idem apud Alexandrinos *quartus* ordine fuerit, & a 27. vel 28. ejuſdem Novembris die inierit. II. Licet & Paphii & Aſiani a XXIV. Decembris quartum ſuum menſem inchoaverint; in XIII. tamen menſis illius die Aſianos, in XIV. Paphios Theophaniorum feſtivitatem collocaſſe: quia illi (ut in II. capite notatum eſt) *quinto*, hi, (receptiſſimo aliarum Eccleſiarum more) *ſexto* Januarii die, eam celebrare conſueverunt. Apud Epiphanium quidem hoc in loco (ſect. 24. edit. Græco-Latin.) πέμπτῃ τοῦ Ἰανουαρίου μηνὸς, ſed rectius poſtea [ſect. 27.] ἕκτῃ Ἰανουαρίου μηνὸς, ſcribitur: quam veram eſſe lectionem, & Romanorum VIII. *Id. Januar.* ſimul connotatus evincit, & *undecimus* dies fixi Ægyptiorum ſive Alexandrinorum menſis *Tybi*; quem *quinto* Januarii numquam reſpondere certum eſt. Neque aliquid in eo mendo *myſterii* cum diligentiſſimo Animadverſore nos cernere, neque *Conſtantinopolitanos poſtea* V. *Januarii die Baptiſmum Chriſti celebraviſſe*, vel ex *Manuelis Novella de feriis*, vel ex *Curopalata*, colligere poſſumus.

Anno Domitiani XII. menſis *Metroi* ſecundum Bithynios die VII. hora 2. noctis incipiente, anno a Nabonaſſaro 840. Tybi die 2. Agrippa Aſtronomus Lunam auſtrali ſuo cornu cum auſtrali ſuccedente Vergiliarum conjunctam in Bithynia obſervavit: Ptolemæo, in magnæ ſuæ Syntaxeos libri 7. cap. 2. referente. Factum hoc, anno æræ Chriſtianæ XCII. Novembris die 29. Unde ſequitur, *Metroum* Bithyniorum, 23. Novembris Juliani incepiſſe: & tertii menſis *Bithyniorum* idem fuiſſe initium, quod tertii menſis Macedonum & Aſianorum. In veteri enim manuſcripto ª Henrici Stephani, Græco Johannis Criſpini lexico, & Johannis Noviomagi ſcholiis ad Bedæ de temporum ratione cap. IX. inter *Bithyniorum* menſes tertio in loco ponitur Metrous: ſicut inter *Cypriorum*

ª Append. Theſauri linguæ Græcæ, col. 225.

Digitized by Google

priorum (& in eis *Paphiorum*) in ſecundo recenſetur *Apogonicus*, & in quarto *Julus*; licet apud Criſpinum & Noviomagum *Junios* per errorem nuncupetur. A XXIV. Decembris ſumebat ille initium, a vigilia nimirum Natalis Dominici; quem *Jule day*, id eſt, *Juli diem*, in Borealibus Britanniæ partibus adhuc appellitant. Antiqui enim Anglorum populi (ut in XIII. nominati libri capite notavit Beda) *incipiebant annum ab octavo Kalendarum Januariarum die, ubi nunc natale Domini celebramus; & ipſam noctem, nunc nobis ſacroſanctam, tunc gentili vocabulo* Modre-necht, *id eſt*, *Matrum noctem* (vel potius, *Matrem noctium*) *appellabant*: menſibusque *Decembris* & *Januaris*, *a converſione ſolis in auctum diei* (*quam unus eorum præcedit, alius ſubſequitur*) nomen *Giuli* tribuebant.

Neque prætereundum, quod inter aliarum gentium & civitatum menſes, Cypriorum etiam Ἰουλι & *Bithyniorum* Διονύσιος, cum Romanorum *Januario* in vetere fragmento Saviliano, ita compoſitus reperiatur

Ῥωμαίων,	Ἰανουάριος.
Ἀλεξανδρέων,	Τυβί.
Ἑλλήνων,	Αὐδυναῖος. (legend. Αὐδυναῖος.)
Τυρίων,	Ἀπελλαῖος.
Ἀράβων,	Αὐδυναῖος (Αὐδυναῖος.)
Σιδωνίων,	Δῖος.
Ἡλιοπολιτῶν,	Θώθ.
Λυκίων,	Δῖος.
a Ἀσίων,	Ποσειδεών.
Κρητῶν,	Μετάρχιος.
Κυπρίων,	Ἰούλιος.
Ἐφεσίων,	Περίτιος.
Βιθυνῶν,	Διονύσιος.
Καππαδοκῶν,	Δύτατη.

a Ἀδριανῶν, legendum

Unde hanc tandem diverſorum menſium, in eadem Macedonici anni forma receptorum, inter ſe collationem (ſimul cum eorum uniuſcujuſque dierum numero & initiis, in ſequente capite deinceps explicandis) ſub unum conſpectum viſum eſt proponere.

Ordo menſium Macedonibus, & Aſianis omnibus communis.	Signa cæleſtia, eos apud Macedones denominantia.	Macedonum Europæorum, Antiocheorum, Pergamenorum, & Epheſiorum, menſes politici.	Syromacedonum, & Smyrnæorum.	Cypriorum, & præcipue Paphiorum.	Bithyniorum.	Dierum numerus.	Menſium initia, in anno Romano.
I.	Ζυγός.	Δῖος.	Ὑπερβερεταῖος.	Ἀφροδίσιος.	Ἡραῖος.	30	Sept. 24
II.	Σκορπίος.	Ἀπελλαῖος.	Δῖος.	Ἀπογονικός.	Ἑρμαῖος.	30	Oct. 24
III.	Τοξότης.	Αὐδυναῖος.	Ἀπελλαῖος.	Αἰνικός.	Μητρῷος.	31	Nov. 23
IV.	Αἰγόκερως.	Περίτιος.	Αὐδυναῖος.	Ἰουλος.	Διονύσιος.	30	Dec. 24
V.	Ὑδροχόος.	Δύστρος.	Περίτιος.	Καισάριος.	Ἡράκλειος.	30	Jan. 23
VI.	Ἰχθύες.	Ξανδικός.	Δύστρος.	Σεβαστός.	Δῖος.	31	Feb. 22
VII.	Κριός.	Ἀρτεμίσιος.	Ξανδικός.	Αὐτοκρατορικός.	Βενδιδαῖος.	31	Mar. 25
VIII.	Ταῦρος.	Δαίσιος.	Ἀρτεμίσιος.	Δημαρχεξούσιος.	Στρατεῖος.	30	Apr. 25
IX.	Δίδυμος.	Πάνεμος.	Δαίσιος.	Πληθύπατος.	Ἄρειος.	31	Mai. 25
X.	Καρκίνος.	Λῷος.	Πάνεμος.	Ἀρχιερεύς.	Περιέπιος.	30	Jun. 25
XI.	Λέων.	Γορπιαῖος.	Λῷος.	Ἑστιεύς.	Ἀφροδίσιος.	31	Jull. 25
XII.	Παρθένος.	Ὑπερβερεταῖος.	Γορπιαῖος.	Ῥωμαῖος.	Δημήτριος.	30	Aug. 25

CAP. V.

Menſis cujuſque dierum numerus, & in anno Romano ſedes declaratur. Ex quattuor ſibi invicem ſuccedentium annorum Dominicis Paſchalibus cum tempore paſſionis Polycarpi comparatis, locus Intercalationis, Epocha, & ratio collationis cum Periodi Julianæ & æræ Chriſtianæ annis, eruitur.

EXſtat Græce in publica Oxonienſis Academiæ Bibliotheca Quæſitorum Reſponſorumque ſacrorum liber, quem Latine a ſe verſum, ſub *Anaſtaſii Nicæni* nomine, Gentianus Hervetus jam pridem edidit. In eo, Quæſtioni XCIII. ſubjicitur fragmentum Ἰωάννου Δαμασκηνοῦ, περὶ τῶν Μακεδόνων μηνῶν, ἐκ τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἐκδόσεων, ubi recenſentur Μῆνες κατὰ Μακεδόνας, α Ταῦρος, β Δίδυμος, & ſic deinceps: neque Eccleſiaſtici, neque etiam civilis Macedonici, ſed Georgici anni obſervato principio; de quo, in primo Georgicorum, Virgilius.

Candidus auratis aperit quum cornibus annum,
Taurus, & adverſo cedens Canis occidit aſtro,

Et in 4°. Aſtronomicon Manilius, ſimiliter de *Tauro* canens:

Ille ſuis Phœbi portat quum cornibus orbem,
Militiam indicit terris, & ſegnia rura
In veteres revocat cultus.

Neque enim in civilem uſum recepta umquam a Macedonibus iſta ſunt nomina: ſed ab iis qui rei ruſticæ operam dabant præcipue uſurpata; quibus Solis per ſigna cæleſtia tranſitus, atque cum eo conjunctus Stellarum inerrantium Ortus & Occaſus Heliacus, agendi opportunitates indicabat &

[b] Tempora quæ meſſor, quæ curvus arator haberet. [b] Virgil. Eclog.

Sequuntur deinde in Damaſceno Μῆνες κατ' Ἕλληνας [de quibus videnda quæ, in præcedente capite, ad Epiphanium diximus:] α Ξανδικός, β. Ἀρτεμίσιος, &c. Eccleſiaſticæ ἐκδόσεως ordine retento; quem in Pſeudo-Clementinis Apoſtolorum Conſtitutionibus confirmatum ille invenerat. In iis enim [c] *primus* nominatur menſis Xanthicus, [d] *duodecimus* Dyſtrus; in cujus etiam die XXII. vernale ſtatuitur Æquinoctium, ſicut in [e] XXV. menſis *noni* Natalis Domini, & in VI. *decimi* Epiphania: menſibus pure Julianis uſurpatis; ſed ab *Aprili* facto numerationis initio. Huic vero Damaſceni per omnia ſimilem & Hellenicorum & Macedonicorum menſium Indiculum, tum in alio ejuſdem Oxonienſis Bibliothecæ Manuſcripto invenimus, tum in illis ex quibus Cypriorum & Bithynorum menſium ſeriem jam deſcripſimus: niſi quod in hiſce omnibus, Macedonicorum menſium primus nominetur Αἰγόκερως, a Brumali ſolſtitio, more Romano, repetito anni principio; juxta Naſonis illud:

[c] Conſtitut. Apoſtol. l. 5. cap. 14. [d] Ibid. cap. 17. [e] Ibid. cap. 13.

[f] Bruma novi prima eſt, veteriſque noviſſima Solis:
Principium capiunt Phœbus & annus idem. [f] Ovid. Faſt. 1.

Ut autem numeri dierum & initii cujuſque menſis, in Tabella præcedente propoſiti, ratio nobis conſtet; adeoque totius anni cum Romanorum Juliano juſta inſtitui poſſit comparatio: a quo principio Epocha illius ſit deducenda, quo in anno intercalaris diei ſedes

des ſit figenda, & quibus anni menſibus dies illi *quinque ſupra* 12. *menſes* πενταεπαγόμεναι *excreſcentes*, adjiciendi ſint, diligentius inquirendum eſt.

Quo anno Paſchalis homilia, falſum Chryſoſtomi titulum præferens, eſt habita [a] XIV. Lunam *biduo ante æquinoctium* factam fuiſſe, auctor ſignificat: ideoque pro Paſchali termino proximam Lunam XIV. aſſumptam eſſe, quæ inciderit in menſis VII. diem XXVI. eamque Dominicam. Hoc autem contingere non potuit; niſi quum aureus numerus Dionyſianus eſſet VIII. littera Domicalis C. Numero enim aureo VIII. exiſtente, Luna XIV. in 19. Martii incidit (quod biduum eſt ante Nicænum æquinoctium) & terminus Paſchalis neceſſario incurrit in 18. Aprilis, littera C. inſignitam. Quod ſi 18. Aprilis Romani reſpondeat diei 26. ſeptimi menſis Aſiani: neceſſe eſt ut primus ejuſdem ſeptimi menſis diei 24. Martii eadem ratione reſpondeat. Cumque ob diei Dominicæ & termini concurſum, diem Paſchalem in ſequentem Dominicam tranſlatum fuiſſe auctor indicet: a die videlicet XXVI. menſis VII. ad diem II. menſis VIII. hoc eſt, ab Aprilis 18. ad 25: conſequens quoque eſt, primum menſis octavi Aſiani diem 24. Aprilis Juliani reſpondiſſe.

[a] Tom. 5. Chryſoſt. edit. Savil. pag. 948.

Porro inter annum Domini CXL, quo Montaniſtarum hic damnata hæreſis nondum emerſerat, & DCCCCXIX. quouſque duraſſe eam non eſt veriſimile, quattuor tantum occurrunt anni, in quibus aureus numerus VIII. & littera Dominicalis C. ſimul concurrunt: annus nimirum æræ Chriſtianæ CCCLXXXVII. CCCCLXXXII. DLXXVII. & DCLXXII. in quibus omnibus Paſcha ἀναστάσιμον Aprilis die 25. eſt celebratum; quem ſecundum octavi menſis auctor nominat: ut octavum menſem a 24. Aprilis tunc incepiſſe, nullum ſit dubium. Sed in trium ſequentium Paſchatum continuatione, aliqua contingit variatio. Nam poſt annum CCCLXXXVII. Dominica Paſchalis in tribus annis conſequentibus occupavit Aprilis diem 9. 1. & 21. poſt annum CCCCLXXXII. Aprilis 10. 1. 21. poſt annum DLXXII. Aprilis 10. 2. 21. poſt annum DCLXXII. Aprilis 10. 2. 22. quibus omnibus, propter diverſum intercalationis in anno Juliano ſitum, illa convenire poteſt auctoris notatio. Νῦν μὲν γίνεται δευτέρα ὀγδόου ἡ ἀναστάσιμος. εἰς δὲ τὸ ἑξῆς ἑπτακαιδεκάτη ἑβδόμου μηνὸς γίνεται, καὶ πάλιν εἰς τὸ ἑξῆς ἐννάτη ἑβδόμου μηνός. καὶ ἄλλη εἰς τὸ τρίτον ἔτος, εἰκάδι ἐννάτῃ τοῦ μηνὸς ἡ ἀναστάσιμος ἐπιτελεσθήσεται. *Nunc quidem ſecunda octavi menſis dies exiſtit Reſurrectionis; ſequente vero anno decima ſeptima ſeptimi menſis erit; atque iterum proxima nona menſis ſeptimi: & rurſus anno tertio, viceſima nona menſis Reſurrectionis dies celebrabitur.*

Dies omnes notati, cum Paſchales fuerint, in primam feriam incidere neceſſe eſt: ex quorum collatione manifeſtum fit, ſub finem primi anni [quo iſta habita eſt oratio] diei intercalationem eſſe factam, ſequentes vero tres fuiſſe ordinarios dierum 365. Si enim eo anno, dies XXVI. menſis VII. & II. menſis VIII. & ſequente anno, XVII. & conſequenter XXIV. dies menſis VII. inciderit in diem Dominicam, [ut auctor confirmat;] neceſſe eſt ut prior annus intercalaris fuerit, ſequens ordinarius: alioqui fieri non potuit, ut priore anno in diem XXVI. poſteriore in XXIV. feria prima incideret. Sed, licet in quadrienniis illis quæ jam nominavimus quattuor, primus quiſque annus juxta Aſianorum rationes fuerit intercalaris: in Julianis tamen, eis reſpondentibus, ſubinde mutatum eſſe intercalationis ſitum, ſequens Tabella demonſtrat; quæ in unaquaque Tetraeteride quis annus fuerit biſſextilis, & cui diei Juliano primus dies menſis Aſianorum *ſeptimi*, in 16. Chriſtianæ æræ annis propoſitis, reſpondeat, oculis ſpectandum exhibet.

A.C.	I.		III.
387	Mart. 24. fer. 4.	577	Mart. 24. fer. 4.
388 *Biſſ.*	Mart. 24. fer. 6.	578	Mart. 25. fer. 6.
389	Mart. 24. fer. 7.	579	Mart. 25. fer. 7.
390	Mart. 24. fer. 1.	580 *Biſſ.*	Mart. 24. fer. 1.
	II.		IV.
482	Mart. 24. fer. 4.	672 *Biſſ.*	Mart. 24. fer. 4.
483	Mart. 25. fer. 6.	673	Mart. 25. fer. 6.
484 *Biſſ.*	Mart. 24. fer. 7.	674	Mart. 25. fer. 7.
485	Mart. 24. fer. 1.	675	Mart. 25. fer. 1.

Ex his videndum jam, an tempus elici poſſit quo Paſchalis iſta prolata fuerit Oratio; &, quod cum eo eſt conjunctum, quænam Tetraeteris, ex iſtis quattuor, pro Aſiani anni Canone ſit aſſumenda. Et quidem ſi verum illud eſſet, quod Theodorus Balſamon credidit, Johanni ipſi Chryſoſtomo Sermonem hunc fuiſſe tribuendum: non alio haberi potuiſſe anno certum eſſet, quam 387. cujus tam diu dilati Paſchatis occaſione, & ante quinquennium celebris illa ab Ambroſio Mediolanenſi ad epiſcopos per Æmiliam conſtitutos miſſa eſt Epiſtola, & proximo [niſi me fallo] poſt eum anno, a Theophilo Alexandrino Epiſcopo ad Theodoſium ſeniorem Paſchale 95. annorum ſcriptum eſt Laterculum, ac deinde ab Aniano & Panodoro magnus 532. annorum Cyclus, juxta Alexandrinorum calculum (quem & hujus Sermonis auctor ſequitur) primum eſt editus. Verum & totum tractandi genus a Chryſoſtomi conſuetudine maxime eſt alienum, & impurior dicendi character ſequioris ævi fœtum eſſe arguit.

Neque primam hanc Tetraeteridem Aſiani anni rationibus convenire, vel illud argumento eſt, quod juxta eam omnes *ſeptimi* menſis Kalendæ a 24. die Martii eſſent deducendæ: quum tamen in anno æræ Chriſtianæ 169. quo Polycarpus paſſus, in 25. Martii eas incidiſſe docuerimus. Qui annus, cum primus a biſſexto fuerit, & ejuſdem tamen ordinis annus 485. in ſecunda, & 577. in tertia Tetraeteride, eaſdem menſis *ſeptimi* Kalendas ab eodem 24. Martii die repetant: pro anni Aſiani norma Tetraeteris ſolum quarta aſſumenda relinquitur. ex qua colligimus, & anno 672. orationem hanc fuiſſe habitam; & quandocumque in anno Juliano ante 24. Februarii biſſextus fuiſſet incertus, ante 24. ſequentis Septembris in fine anni Macedonici & Aſiani ſimilem diei intercalationem fuiſſe obſervatam. Quod etiam annus obitus Valentiniani confirmat: in quo Dominicam Pentecoſtes in Maii Romani diem 16. Græcorum vero Artemiſii, ſive menſis Aſianorum *octavi* diem 23. incidiſſe, ex Epiphanio didicimus. Nam cum annus ille intercalaris eſſet, utpote Chriſtianæ æræ 392. *octavi* menſis Kalendæ in eo, non minus quam in anno 672. cum Aprilis 24. concurrebant. In omni enim anno intercalari, poſteriorum ſeptem anni Macedonici & Aſiani menſium Kalendæ dies initiales Tabellæ menſium a nobis appoſitos [propter biſſexti in Februario interpoſitionem] uno ſemper die antevertebant.

Atque ex hoc diei intercalaris ſitu inſuper colligimus, in quarto Olympiadis cujuſque anno, primum poſt intercalarionem annum quemque ſedem ſuam hic obtinuiſſe. Cujuſmodi annus Olympiadicus cum ante prœlium ad Granicum [cujus tempore novum hunc annum a Macedonibus receptum fuiſſe declaravimus] in regni Alexandri initiis occurrat nullus: a poſtremo patris Philippi, & Olympiadis CX. anno 4. id eſt, ab ipſo Macedonici Imperii exordio, primam Macedonici & Aſiani noſtri anni Tetraeteridem deducendam eſſe concludimus. Tunc enim Græciæ Dominus factus *Philippus, omnium civitatum legatos, ad formandum rerum præſentium ſtatum, evocari Corinthum juſſit: ubi pacis legem univerſæ Græciæ pro meritis ſingularum civitatum ſtatuit, conciliumque omnium veluti*

unum

Digitized by Google

unum Senatum ex omnibus elegit; uti ex Trogi Pompeii lib. 9. refert Juſtinus. communibus denique Græcorum [præter Lacedæmonios] ſuffragiis, Imperator eorum contra Perſas eſt electus; quemadmodum in libro Bibliothecæ ſuæ 16. ad 4. hunc Olympiadis illius annum, narrat Diodorus Siculus. In hoc igitur termino, anno videlicet ante æram Chriſtianam 337. Periodi Julianæ 4377. Septembris die XXIV. feria VI. Macedonici & Imperii & Anni novi, a Philippo conſtituti, παράπηγμα figendum fuiſſe cenſuimus.

Reſtat jam, ut de dierum illorum initialium & a quo illi maxime dependent, cujuſque menſis dierum numero, aliquid dicamus: & de quinque dierum, qui ex τριακονθημέρων 31. dierum menſes efficerent, diſtributione, quod promiſimus, exſolvamus. In prioribus exemplis, ex 51. apud Epiphanium hæreſi, ab Octobris 24. ſecundum; ex Agrippæ aſtronomica obſervatione, a Novembris 23. tertium; & ex Actis Timothei, a Decembris 24. quartum menſem iniiſſe docuimus: unde ut ſecundum illum 30. ita tertium 31. fuiſſe dierum, concludimus. Qui Xanthici diem ſecundum, quo paſſum fuiſſe Polycarpum declaravimus, cum 23. Februarii contulerunt, ſextum noſtrum menſem a 22. Februarii die incepiſſe crediderunt; ut veriora ejuſdem Acta, quæ ad 26. diem Martii certamen ejus retulerunt, a Martii 25. ſeptimum deduxerunt: inter quos 31. dies intercipiuntur, menſi illi ſexto aſſignandi. Anno quidem intercalari, in 24. Martii principium menſis ſeptimi incurriſſe oſtendimus: quod eo anno contigit, quo toties citata illa Paſchalis homilia eſt habita: quando & Lunam XIV. in menſis ſeptimi diem 26. incidiſſe auctor indicat, &, quod ea Dominica eſſet, in Dominicam proximam Paſcha fuiſſe translatum; nempe in octavi menſis diem ſecundum, quem 25. fuiſſe Aprilis, ex Cycli Paſchalis ratione demonſtravimus. Et cum menſem *ſeptimum* a 24. Martii, & *octavum* a 24. Aprilis inchoatum tunc fuiſſe conſtet: ut dies 31. haberet menſis ſeptimus, omnino neceſſe eſt. neque fieri potuit, ut die 26. menſis *ſeptimi*, & ſimiliter die 2. menſis *octavi*, ageretur dies Dominica; niſi tot dierum menſis *ſeptimus* exſtitiſſet.

Alexander monachus Natalem Barnabæ in Julii Romani diem XI. & Aſianorum *noni* menſis diem XIX. Euthalius Diaconus exceſſum Paulli in Junii XXIX. & Syromacedonum Panemi ſive menſis Aſianorum *decimi* diem V. confert: qua ratione *nonus* a XXIV. Maii, *decimus* a Junii XXV. die incepiſſet.

Sub Nerone martyrium ſubiiſſe Paullum, anno a Nativitate Domini LXIX. a Paſſione XXXVI. ſcribit Euthalius, annum vulgaris æræ Chriſtianæ LXVII. ea ſupputatione indicans. Sequente enim anno LXVIII. qui intercalaris fuit, ante Junii diem 29. martyrio Paulli aſſignatum, vitam Neronem finiiſſe certum eſt. Inter 25. vero Junii, a quo *decimum* menſem hoc anno cœpiſſe notatum eſt, & Aprilis 25. a quo, in ſimili anno communi, menſis *octavus* ducebat initium, dies numerantur 61. in *octavum* & *nonum* menſem diſtribuendi. Si jam annum exceſſus Barnabæ, quo a 24. Maii *nonus* menſis inierit, communem fuiſſe ſuppoſuerimus: menſis *octavus*, ab Aprilis 25. in conſimili anno incipiens, 29. fuiſſet dierum; & conſequenter *nonus* 32. cujuſmodi numeri, utcumque a menſibus Solaribus Aſtronomicis alieni non fuerint, [ut in Parapegmate, quod Iſagogæ ſuæ in Phænomena ſubjecit Geminus, videre licet] in Solaribus tamen politicis locum non habent. Etſi enim antiqua Romanorum ſuperſtitio, a Numæ ducta temporibus, Februario dies 28. tribuens, non quinque jam ſed ſeptem dies inter menſes ſuos Solares partiendos reliquit: maluit tamen Cæſar ſeptem menſes 31. dierum conſtituere, quam 32. dierum numerum, qui in menſibus uſu civili receptis omni carebat exemplo, alicui eorum adſcribere. Quod ſi annum, quo a Cyprius cæſus eſt Barnabas, intercalarem fuiſſe admiſerimus (quam hypotheſin ne admittamus, nulla nos cogit ratio) & a Maii 24. *nonus*, & ab Aprilis 24. *octavus* menſis inchoabitur: atque ita, & menſi *nono* 31. dierum conſtabit numerus, & *octavo* menſi 30. quot illum revera habuiſſe, non 29. tantum, Ariſtobuli (apud Plutarchum) evincit auctoritas, qui *τριακάδι Δαισίου μηνὸς Dæſii*, octavi Macedonum menſis, die *triceſimo*, Alexandrum Magnum deceſſiſſe tradidit.

Ex diebus noſtris *quinque*, unus adhuc ſupereſt diſponendus: quem & in poſtremo trimeſtri, (ne brumalis quadrans anni alias æſtivo fieret productior) & in medio ejuſdem menſe, id eſt, *undecimo*, collocandum judicavimus. Si enim in poſtremum anni menſem dies 31. contuliſſemus; quarto quoque anno, die intercalari ad eum accedente, diebus conſtaret 32. quod in anno civili hactenus inauditum fuiſſe diximus. *Decimum* vero menſem 30. tantum fuiſſe dierum, ex hiſtoria captæ ab Alexandro Tyri deprehendimus. Cum enim menſis illius, quo urbem haud dubie capiendam Ariſtander aruſpex prædixerat, extremus jam adeſſet dies; de eventu adhuc dubius Alexander (licet eodem urbs poſtea expugnata ſit die) *οὐκέτι ἐκέλευσε τριακάδα τὴν ἡμέραν ἐκείνην, ἀλλὰ τρίτην φθίνοντος ἀριθμεῖν non trigeſimum, ſed vigeſimum octavum menſis illum diem numerari præcepit*: ut in Vita ejus Plutarchus narrat. Archonte autem Atheniis *Aniceto* (qui *Nicetas* Dionyſio Halicarnaſſeo, *Niceratus* Diodoro Siculo eſt, Olympiadis CXII. anno I.) menſe *Hecatombæone*, occupatam ab Alexandro fuiſſe Tyrum, in II. de geſtis illius libro confirmat Arrianus. Erat is Cycli Metonici 6. in quo cum 20. Julii die Kalendas *Hecatombæonis*, & cum quinto conſequenter Attici illius menſis die *Loi* menſis Macedonici *decimi* diem *trigeſimum*, eumdemque ultimum, concurriſſe invenimus. Atque hiſce ducti rationibus, *quinque* iſtos dies per totum annum ita diſpertivimus; ut in priore ſemeſtri binos quoſque τριακονθημέρους unus exciperet 31. dierum menſis; in poſteriore vero, 31. & 30. dierum menſes alternatim diſpoſiti cernerentur.

CAP. VI.

Anni totius Macedonici & Aſiani diſpoſitio atque Methodus exponitur. Cycli Solaris & Lunaris, & Chriſtiani Paſchatis, in eo indagandi ratio. Veterum Parapegmatum ad eumdem accommodatio.

RESTAT jam, ut anni Macedonici & Aſiani methodum univerſam exponamus: quam ſequentibus hiſce Regulis licebit comprehendere.

I.

Dato anno Periodi Julianæ, vel æræ Chriſtianæ, annum congruentem epochæ Macedonicæ invenire.

A dato anno Periodi Julianæ ſubductis 4377. ad datum vero annum æræ Chriſtianæ additis 336. exſurget annus epochæ Macedonicæ, in cujus *quarti* menſis diem *nonum* Kalendæ Januariæ illius anni incurrunt; ſequente 24. Septembris ejuſdem anni die novum Macedonicum annum inchoaturo.

Exempli gratia. A dato anno Periodi Julianæ 4391. ſubductis 4377. relinquitur Macedonicæ epochæ annus 14. a menſis 4. die 9. Kalendis illius Januariis reſpondens, cum 24. ſequentis Septembris die, 15. Epochæ Macedonicæ anno poſt inituro. Item, ad datum annum æræ Chriſtianæ 672. additi 336. annum Macedonicæ epochæ 1008. exhibent; a menſis 4. die 9. Kalendis illius Januariis reſpondentem; a 24 Septembris ſequentis anno Macedonico 1009. deinde inituro.

II.

Digitized by Google

II.

Dato Macedonici anni menſe & die, menſem & diem Julianum illi reſpondentem deprehendere.

Macedonicæ epochæ anno dato per quaternarium diviſo [millenariis, ſi placet, centenariis & vicenariis, compendii cauſſa, prætermiſſis] ſi quid ultra integros oumeros ſuperfuerit, ordinarium; ſi nihil, intercalarem eſſe annum indicat, & ad finem 12. menſis diem ex quadraotibus confectum eſſe adjiciendum. Inſpecta igitur anni Macedonici & Aſiani Ephemeride: menſes & dies anni Juliani e regione poſiti ita ſunt cum eis conferendi; ut io anno intercalari ex linea extima poſtremorum 7. menſium dies aſſumantur, non ex interiore, ut alias fieri par eſt.

Anno Periodi Julianæ 4391. Δαισίε τρίτῃ φθίνοντος, ſive menſis Macedonici 8. die 28. Alexandrum M. vitam finiiſſe in Aonalibus noſtris oſtendimus. Erat ille, [juxta præcedentem Regulam] Macedonicæ epochæ annus 14. qui per 4. diviſus, in Quoto ultra 3. integros numeros etiam $\frac{2}{4}$ exhibet. Quod cum anni ordinarii ſit indicium; ex interiore linea 22. Maii diem, ut 28. diei menſis 8. Macedonici reſpondentem, aſſumendum eſſe pronuntio.

Jam ſi in anno æræ Chriſtianæ 672. quæratur, cui diei Juliano dies 2. menſis 8. Macedonici ſive Aſiani reſpondeat: eſſe eum Macedonicæ epochæ annum 1008. (ex eadem præcedente Regula) intelligo. Is numerus [millenario, ſi libuerit, neglecto] per 4. diviſus, ultra oumerum integrum, partem nullam in Quoto relinquit. Quæ cum anni intercalaris certa nota ſit: ex linea extima 25. diem Aprilis quæſito diei Macedooico vel Aſiano reſpondere aſſero.

III.

Dato anno Macedonico, Cyclum Solarem invenire.

Diviſo per 28. Macedonicæ epochæ anno dato: ſi quid ultra integros numerus in Quoto reliquum fuerit, Cycli Solaris index erit; ſin nihil ſuperfuerit, 28. pro quæſiti anni Cyclo erit aſſumendus.

Ita in exemplis præcedentibus; anous epochæ Macedonicæ 14. per ſe indicat eſſe ipſum Cycli Solaris 14. annus vero 1008. per 28. diviſus, in Quoto 36. exhibet, integrum numerum, ſine fractione ulla adjecta. Fuit igitur Cycli Solaris 28. & ultimus.

IV.

Dato Cyclo Solari, litteram diei Solis ſive Dominicam, & per eam ferias hebdomadicas totius anni Macedonici ſive Aſiani, invenire.

Litteram diei Dominicæ, ſive primæ feriæ Hebdomadicæ, in Macedonica Ephemeride indicem, cuivis Cycli Solaris anno congruentem, ſequens monſtrat Tabella: a littera C. inchoata; quia, primo anno Macedonico a feria *ſexta* incipiente, tertius ejuſdem die, in Ephemeride littera C. ſignatus, in feriam *primam*, ſive diem Solis incidit. Quartus vero quiſque Cycli anous, io Tabula hic notatos, Intercalaris eſſe intelligitur.

1.	C.
2.	B.
3.	A.
4.	G.
5.	E.
6.	D.
7.	C.
8.	B.
9.	G.
10.	F.
11.	E.
12.	D.
13.	B.
14.	A.
15.	G.
16.	F.
17.	D.
18.	C.
19.	B.
20.	A.
21.	F.
22.	E.
23.	D.
24.	C.
25.	A.
26.	G.
27.	F.
28.	E.

In anno Macedonicæ epochæ 1008. qui (per præcedentem Regulam) Cycli Solaris 28. inventus eſt, dies 2. menſis 8. Dominica Paſchalis fuit. Anno Cycli 28. littera E. reſpondet: quæ eadem diem 2. menſis 8. in Ephemeride Macedonica & Aſisna appoſita, feriam primam ſive diem Dominicum eum eſſe indicat.

Polycarpum anno æræ Chriſtianæ 169. menſis Aſianorum 7. die 2. in magno Sabbato; Pionium anno æræ ejuſdem 251. menſis Aſianorum 7. die 12. eodemque Sabbati, martyrium ſubiiſſe, in cap. III. declaravimus. Ad annum æræ Chriſtianæ 169. additis (juxta primam Regulam) 336. exſurgit Macedonicæ epochæ anous 505. qui per 28. diviſus [ex tertiæ Regulæ præſcripto] in Quoto, ultra iotegrum numerum 18. etiam 1. exhibet; anni 1. Cycli Solaris, & cum eo litteræ Dominicalis C. in Tabula conjunctæ, indicem. Inſpecta deinde anni Macedooici & Aſiani Ephemeride, 7. menſis diei 2. litteram B. appoſitam invenio: quæ cum in circulo hebdomadico locum a C. ſeptimum obtineat, feriam ſeptimam ſive Sabbati diem eſſe illum ſignificat.

Similiter, ad annum æræ Chriſtianæ 251. additis 336. prodit Macedonicæ æræ annus 587. qui per 28. diviſus, præter numerum integrum 20. etiam $\frac{27}{28}$ in Quoto relinquit: quod indicio eſt, eſſe annum illum Cycli Solaris 27. cui littera Dominicalis F. reſpondeat. Inſpecta vero Ephemeride, menſis 7. dies 12. littera E. ſignatus reperitur: quæ cum in ſerie hebdomadica ab F. feriæ 1. iodice, ordine ſit 7. feriam quoque 7. ſive Sabbaticam diem eſſe illum confirmat.

V.

Dato anno Macedonico ſive Aſiano, Cyclum Lunarem invenire.

Dividatur annus datus per 19. ſi præter iotegros Quoti numeros relictus fuerit aliquis alius, is Cycli Luoaris quæſitus erit numerus: ſi oullus, 19. erit. Ita annus ille Macedonicæ epochæ 1008. per 19. diviſus, præter integrum numerum 53. etiam 1. in Quoto exhibet. Ut igitur Cycli Solaris erat ille poſtremus, ita Cycli Lunaris deprehenditur eſſe primus. Enneadecaeteridis, inquam, ab æræ Macedonicæ exordio numeratæ, primus; Alexandrinæ vero, ab æra Diocletiani deductæ, *octavus*.

VI.

In dato anno Macedonico vel Aſiano Paſchalem Dominicam, & Montaniſtarum & Alexandrinorum, deſignare.

Mootaniſtis, Solares rationes tantum ſpectantibus, ſeptimi menſis [quem illi primum appellabant] vel 14. dies ſemper Paſchalis erat, ſi is eſſet Dominicus, vel primus Dominicus dies qui eum ſequebatur: quemadmodum in II. capite declaravimus. Qui vero proprie dictam Aſiam incolebaot Orthodoxi, Lunari quoque calculo adhibito, cum reliquis Orientalibus Paſchales Alexandrinorum Terminos reſpiciebaot: Lunas videlicet 14. quæ vel io *Martii* diem 21. (quo vernum Æquinoctium, ex Nicænorum Patrum ſententia, fieri credebatur) iocurrebant, vel eum proxime inſequebantur. Ejuſmodi, in annis ordinariis, menſis VI. & VII. dies illi erant, quos, ſimul cum hebdomadicis ſuis litteris ex Ephemeride deſcriptis, unicuique Lunaris Cycli anno io ſubjecta Tabula appoſuimus: nam in intercalaribus, dies notatum proxime ſequens eſt ſemper aſſumendus.

Aſianæ Enneadecaeteridis Paſchales Termini.

Cycl.	Menſ.	Dies.	
1.	VII.	25.	D.
2.	VII.	14.	G.
3.	VII.	3.	C.
4.	VII.	22.	A.
5.	VII.	11.	D.
6.	VI.	31.	G.
7.	VII.	19.	E.
8.	VII.	8.	A.
9.	VI.	28.	D.
10.	VII.	16.	B.
11.	VII.	5.	E.
12.	VII.	24.	C.
13.	VII.	12.	E.

Auctor Homiliæ Paſchalis, anno æræ Chriſtianæ 672. Macedonicæ 1008. habitæ, Lunam 14. in diem 26. ſeptimi menſis Aſianorum tum incidiſſe; & quod ea Dominica eſſet, in proximam Dominicam, ſive menſis octavi diem 2. Paſcha fuiſſe dilatum, ſignificat. Annus ille 1008. (ut ex præcedentibus patuit) Cycli *Solaris* erat poſtremus, litteram Dominicalem habens E. *Lunaris* vero primus, ad quem in præſente Tabula,

14.	VII.	1.	A.
15.	VII.	20.	F.
16.	VII.	9.	B.
17.	VI.	29.	E.
18.	VII.	17.	C.
19.	VII.	6.	F.

la, menſis ſeptimi diem 25. littera D. ſignatum vides. Sed quia annus intercalaris hic erat, dies proximus cum ſua littera, nempe VII. 26. E. pro Luna 14. ſive Termino Paſchali, ex Regulæ præſcripto eſt aſſumendus. Et quia E. anni hujus littera Dominicalis eſt, & in Luna 14. ſive ipſo Termino Paſcha celebrari ſanctio Nicæna vetat; in proximo E. proximo diei Dominici indice, quærendum Paſcha eſt, id eſt, in menſis 8. die 2. quem littera item E. notatum in Ephemeride videre licet.

Ut autem hoc anno, menſis 8. die 2. ita in tribus ſequentibus, menſis 7. die 17. 9. & 29. Dominicam Paſchalem celebrandam fuiſſe, auctor ſubjicit. Annus 1009. cum cycli *Solaris* primus ſit, litteram Dominicalem C. & cum *Lunaris* ſecundus, Terminum Paſchalem habet VII. 14. G. ideoque in proximo C. ſive menſis VII. die 17. Dominica Paſchalis conſtituenda eſt. Annus 1010. Cycli *Solaris* 2. litteram Dominicalem B. Lunaris 3. Terminum VII. 3. C. indeque in ſequente B. hoc eſt, in menſis 7. die 9. Dominicam Paſchalem habet. Annus 1011. Cycli Solaris 3. litteram Dominicalem A. Lunaris 4. Terminum VII. 22. A. adſcriptum habet. Quia igitur Dominica in Terminum incidit (quod concurſus ille A. oſtendit) in ſequente A. id eſt, in menſis VII. die 29. Dominica Paſchalis eſt hic figenda.

Atque ita quadriennii hujus Paſchata ab Orthodoxis, juxta Alexandrinum calculum ſunt celebrata. Montaniſtæ vero, diem 14. menſis VII. littera G. ſignatum, ut unicum ſuum Canonem reſpicientes, in ſequentibus E. C. B. A. quæ quattuor horum annorum [ut vidimus] litteræ erant Dominicales, hoc eſt, in 19. 17. 16. & 15. menſis die, Paſchales ſuas Dominicas obſervabant.

Quandoquidem vero in cap. I. Galenum nos docentem audivimus, qua ratione ortus & occaſus ſiderum, & cum eis conjunctæ tempeſtatum in orbem recurrentium vices, in anno Solari Macedonum inveniri poſſent: præclaro hoc additamento Macedonicum noſtrum Hemerologium locupletare viſum eſt; collectis undique tamquam ex naufragio, quæ reperiri poterant, hujuſmodi tabularum reliquiis; de quibus, in Aratum, ita ſcribebat olim Theon Alexandrinus. Οἱ μετὰ Μέτωνα ἀστρονόμοι καὶ πίνακας ἐν ταῖς πόλεσιν ἔθηκαν περὶ τῆς τοῦ ἡλίου περιφορᾶς τῆς ἐννεακαιδεκαετηρίδος. ὅτι καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν τοιόσδε ἔσται χειμὼν, καὶ τοιόνδε ἔαρ, καὶ τοιόνδε θέρος, καὶ τοιόνδε φθινόπωρον, καὶ τοιοίδε ἄνεμοι, καὶ πολλὰ πρὸς βιωφελεῖς χρείας τοῖς ἀνθρώποις. *Poſt Metonem aſtronomi etiam tabellas in urbibus poſuerunt de Solis in XIX. annorum periodo circuitibus: quod per unumquemque annum ejuſmodi futura eſſet hyems, & ejuſmodi ver, & ejuſmodi æſtas, & ejuſmodi autumnus, & ejuſmodi venti, & ejus generis multa humanæ vitæ uſibus accommoda.* Et quia Tabellæ iſtæ publicis affixæ locis, omnium oculis ſpectandæ proponebantur, *Parapegmatum* inde nomen eis eſt impoſitum. Vitruvius, libro IX. cap. 7. *Siderum occaſus & ortus, tempeſtatumque ſignificatus, Eudoxus, Endemon,* (Euctemon,) *Calliſtus*, [Calippus], *Melo*, [Meto,] *Philippus, Hipparchus, Aratus, ceterique ex Aſtrologia Parapegmatorum diſciplines invenerunt, & eas poſteris explicatas reliquerunt. Quorum ſcientiæ ſunt hominibus ſuſpiciendæ; quod tanta curæ fuerunt, ut etiam videantur divina mente tempeſtatum ſignificatus poſt futuros ante pronuntiare: quas ob res hæc eorum curis ſtudiiſque ſunt concedenda.* A Laertio quoque, ex Thraſyllo, inter *Democriti* ſcripta Παράπηγμα recenſetur: cujus, ut & aliorum illorum a Vitruvio commemoratorum (præter *Aratæa*, quæ integra ſuperſunt) etiam in noſtra hac Tabularum congerie fragmenta licebit recognoſcere.

De eiſdem, in Iſagogæ ſuæ cap. XV. doctiſſimus Geminus. Αἱ δὲ γινόμεναι προῤῥήσεις τῶν ἐπισημασιῶν ἐν τοῖς παραπήγμασιν, οὐκ ἀπό τινων ἀναγκαίων ἀφορμῶν γίνονται, οὐδὲ τέχνῃ τινὶ μεθοδευόμεναι κατηναγκασμένον ἔχουσι τὸ ἀποτέλεσμα, ἀλλ' ἐκ τοῦ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ γινομένων διὰ τῆς καθ' ἡμέραν παρατηρήσεως τὸ σύμφωνον λαμβάνοντες, εἰς τὰ παραπήγματα κατεχώρισαν. *Prædictiones autem ſignificationum quæ in Parapegmatibus ſive tabulis affixis fiunt, non fiunt ex quibuſdam certis præceptis, neque arte quadam traduntur, ut habeant neceſſarium effectum: ſed qui ex eo quod plerumque fit, per quotidianam obſervationem, quod erat conſonum ceperunt, in Tabulis illud diſpoſuerunt.* Οἱ γὰρ ἀπ' ἀρχῆς παρατηρήσαντες, καὶ συντιθέμενοι τὰ παραπήγματα, ἐξετάσαντες τοὺς τόπους τοῦ ζωδιακοῦ κύκλου, ἐν οἷς ὡς ἐπίπαν αἱ μεταβολαὶ τοῦ ἀέρος γίνονται, ἐπεσκέψαντο κατὰ τοὺς χρόνους τούτους τίνα τῶν ἄστρων ἀνατέλλει ἢ συγκαταδύνει, καὶ τὰς τούτων ἐπιτολὰς καὶ δύσεις σημεῖα ἐχρήσαντο εἰς τὴν πρόγνωσιν τῶν προειρημένων. *Nam qui e principio obſervaverunt, & Parapegmata illa compoſuerunt, exploratis locis Zodiaci circuli, in quibus ut plurimum mutationes aeris fiunt; conſideraverunt, quæ aſtra temporibus illis orirentur aut ſimul occiderent, atque horum ortibus & occaſibus pro ſignis ſunt uſi ad prædictionem prædictorum.*

In XI. ejuſdem operis capite ἀφορισμοὺς quoque ea appellat. Ἐν τοῖς ἀφορισμοῖς, inquit, αἱ φαινόμεναι τῶν ἄστρων ἐπιτολαὶ προλέγονται. αἱ μὲν γὰρ ἀληθιναὶ ἀθεώρητοί εἰσι καὶ ἀπαρατήρητοι, αἱ δὲ φαινόμεναι καὶ προλέγονται καὶ παρατηροῦνται. *In judiciis, apparentes aſtrorum ortus prædicuntur. Nam veri ortus ſunt inviſibiles atque inobſervabiles: apparentes vero & prædicuntur & obſervantur.* Ubi notandum tamen, Veteres aſtronomos in Parapegmatibus ſuis, quibus Plinius & ipſe Geminus quoque uſus eſt, Ortus quos appellant Coſmicos, utcumque ἀθεωρήτους, locum conceſſiſſe; non quidem ut notis temporum conſpicuis, ſed ut ἐπισημασιῶν occultis indicibus: quippe qui ſiderum ortus & occaſus, non cum Gemino ſimpliciter ut ſigna, ſed etiam ut cauſſas tempeſtatum & variarum aeris mutationum, in meteorologicis ſuis obſervationibus conſideraverint. quamquam in ſuo Ptolemæus, non ſolum ſtellarum omnium ortus Coſmicos & occaſus Acronychos, ut plane ἀθεωρήτους καὶ ἀπαρατηρήτους, conſulto prætermiſerit; ſed etiam ipſas *Sagittæ, Plejadum, Hædorum, Vindemiatoris, Delphini*, ἐπιτολὰς καὶ κρύψεις Heliacas, διὰ τὸ δυσδιακρίτους καὶ δυσκαταλήπτους εἶναι παντάπασι τὰς τῶν ἔτι σμικρῶν ἀστέρων ἀρχὰς καὶ πρώτας φαντασίας.

Ptolemæi autem nomen præſerentia, quattuor vidimus Parapegmata. *Primum*, hoc ipſum & illius proprium, hujuſmodi prænotatum titulo. Κλαυδίου Πτολεμαίου φάσεις ἀπλανῶν ἀστέρων, καὶ συναγωγὴ ἐπισημασιῶν. Ubi ἐπισημασίας ex veterum tabulis, φάσεις vero, ſuo tempori congruentes, ex proprio calculo exhibet; ſecundum diverſitatem climatum, quæ, horarum maximæ in unoquoque diei numero appoſito, deſignat. Hujus exemplar Græcum integrum communicavit nobis D. Henricus Savilius: cujus partem tantum, eamque ipſam admodum mutilam & depravatam, Græco-Latina Dionyſii Petavii continet editio; licet XXXVIII. ante illum annis, Federicus Bonaventura Urbinas totum Latine a ſe verſum in lucem emiſerit.

Secundum, falſo Ptolemæi nomine venditatum Parapegma, vulgatus ille eſt de ſtellarum inerrantium ſignificationibus libellus, qui ex Græco per Nicolaum Leonicum in Latinum tranſlatus fuiſſe dicitur: cum vel ab ipſo Nicolao, vel ab alio aliquo rerum harum imperitiſſimo, Ex Ovidio & aliis Latinis auctoribus, nullo judicio, fuerit congeſtus. *Tertium*, & brevius & nullius plane momenti, anno 1345. Aſtrologicæ ſuæ Summæ inſeruit Johannes Eſchenden. *Quartum*, ſubjectum habebatur *Iſagogico Aſtrologiæ Ptolemæi, ex Arabico ab Abrahamo de Balmes converſo*: quod non aliud eſt quam *Gemini* Iſagoge in Phænomena; cujus editionem ex codice, quem Viennæ a Johanne Sambuco Savilius noſter nactus eſt, expreſſam, non

ſolum cum Arabico iſto Iſagogico, ſed etiam cum alio manuſcripto Græco & Vaticani exemplaris Εἰσα-γωγῆς (ab eodem præſtantiſſimo viro acceptis) diligenter contulimus. quod ideo monendum duximus, ne quis erratum putaret, ſi quid a libro edito varians in noſtra Ephemeride deprehenderet: in qua, ex *Gemino* deſumpta ea omnia intelligenda ſunt, quæ *Plinii* & *Ptolemæi* & *Aetii*, non habent nomen appoſitum.

CAP. VII.

Cœleſtium menſium diſparilis menſura, in Parapegmatum deſcriptionibus a Metone, Eudoxo, & Chaldæis adhibita. Ortuum & occaſuum ſtellarum ipſarum, pro varia temporum & locorum ratione, diſcrepantia: locorumque & temporum, quibus diverſorum auctorum Parapegmata ſunt adaptata, deſignatio.

CÆleſtium menſium, ad Solis in ſigna Zodiaci ingreſſum conformatorum, quum Macedonicus noſter annus a rege Philippo primum reciperetur, apud Græcos duo præcipua fuerunt genera: a *Metone* & *Euctemone* ante annos XCV. introductum unum, ab *Eudoxo* noviter excogitatum alterum. Hoc vero an illud ipſius Solis in cælo motui rectius reſponderet; conſiderandum ſibi propoſuit Calippus Cyzicenus, qui [a] cum populari ſuo atque Eudoxi familiari Polemarcho Cyziceno primum, deinde cum Ariſtotele communicato conſilio; in integra anni Periodo conſtituenda *Eudoxi*, anno Tropico dies 365. & quadrantem aſſignantis, [detracta diei parte 76. quam Meton & Euctemon inſuper adjecerant] in anni vero Quadrantum partitione, *Metonis* & *Euctemonis* ſententiam præferendam fuiſſe ſtatuit. Cum enim Eudoxus unius tantum Sphæræ, idem cum Terra centrum habentis, circumvolutione Solem per totam Zodiaci longitudinem periodicum ſuum motum conficere, &, quod cum eo connexum eſt, borealem & auſtralem illius ſemicirculum pari temporis ſpatio percurrere, ſtatuiſſet: duas præterea alias homocentricas ſphæras neceſſario hic adhibendas contendit Calippus, τὰ φαινόμενα εἴ τις μέλλει ἀποδώσειν, *ſi quis apparentia ſalvare velit*; ut in libro 12. Metaphyſicorum habet Ariſtoteles. vel ut in Hiſtoria ſua Aſtronomica, ex ipſo Calippo, refert Eudemus; εἴπερ αἱ μεταξὺ τῶν τροπῶν καὶ τῶν ἰσημεριῶν χρόνοι τοσαύτην διαφορὰν ἔχουσιν, ὅσον τῷ Εὐκτήμονι καὶ τῷ Μέτωνι ἐδόκει, *ſi inter æquinoctia & ſolſtitia temporum tanta ſit differentia, quanta Euctemoni & Metoni viſa fuit.*

[a] Vid. Simplic. in Ariſtot. l. 2. de Cælo, fol. 120. a. & 123. init.

Exſtat inſignis hic Eudemi locus apud Simplicium, in libro ſecundo de Cælo: ſed hactenus minus animadverſus, quod ut in Vitruvio *Eudæmonis* & *Melonis*, in Arabum verſionibus *Octimonis* & *Matheonis*, ita & hic Ἀλκμαίωνος ac Μέμνωνος nomen, pro *Euctemonis* & *Metonis*, ſcriptorum vitio irrepſerit. quorum utrumque nos, non ex nuda conjectura, ſed ex clariſſimi Savilii apographo, (quod ex Jo. Vincentii Pinelli exemplari deſcriptum, ſi memoria non fallit, ille nobis indicavit) integritati ſuæ reſtituimus, Atque ut ex eo Calippum, Euctemonis obſervationibus ſimpliciter acquieviſſe, & ad earum normam Eudoxi hypotheſes emendaſſe, intelleximus: ita ex Gemino quoque in Parapegmate ſuo Calippum cæleſtes Euctemonis menſes adhibuiſſe, atque ad eos ipſum Geminum tam Eudoxi quam aliorum Aſtronomorum differentia Parapegmata reduxiſſe, animadvertimus. Hinc ad diem 15. id eſt, medium Scorpionis ſus Geminus ex Euctemone annotat. Ὠρίων ἄρχεται καὶ μεσοῦντι καὶ λήγοντι ἐπιχειμάζει: per Orionem in medio & fine menſis, tam Euctemonici quam ſui, futuras tempeſtates ſignificari innuens. Ad Zygonis 1. Εὐκτήμονι ἰσημερία μετοπωρινή, & Καλίππῳ ἰσημερία μετοπωρινή, ab Euctemonis ſimul & Calippi *æquinoctio autumnali* menſe inchoato. ad Ægonis item 1. Εὐκτήμονι τροπαὶ χειμεριναὶ & Καλίππῳ τροπαὶ χειμεριναί, a brumali ſolſtitio tum Euctemonis, tum Calippi principio menſis ſimiliter deducto. Unde, cum ad primum Crionis, Calippi ἰσημερία ἐαρινή, & ad primum Carcinonis, ejuſdem τροπαὶ θεριναί, appoſitæ ibidem cernantur: quin Euctemonis quoque & *æquinoctium vernum* & *ſolſtitium æſtivum* eodem ſint referenda, nullum eſt dubium. A *Metone* vero & *Euctemone* obſervatum fuiſſe *ſolſtitium æſtivum* Athenis archonte *Apſeude*, menſis *Phamenoth* ſecundum Ægyptios die 21. ſub finem videlicet anni 4. Olympiadis LXXXVI. Junii noſtri proleptici die 27. ex Ptolemæi libro 3. μεγάλης Συντάξεως didicimus. Unde hujuſmodi naſcitur Kalendarum menſium cæleſtium Metonis, Euctemonis & Calippi, in Gemini Parapegmate, ad Julianorum noſtrorum menſium dies accommodatio.

Carcinon, *dier.* 31.	Jun. 27.	di. 92.
Leonton, *di.* 31.	Juli. 28.	
Parthenon, *di.* 30.	Aug. 28.	
Zygon, *di.* 30.	Sept. 27.	di. 89.
Scorpion, *di.* 30.	Oct. 27.	
Toxon, *di.* 29.	Nov. 26.	
Ægon, *di.* 29.	Dec. 25.	di. 89.
Hydron, *di.* 30.	Jan. 23.	
Ichthyon, *di.* 30.	Feb. 22.	
Crion, *di.* 31.	Mart. 24.	di. 95.
Tauron, *di.* 32.	April. 24.	
Didymon, *di.* 32.	Mai. 26.	

Euctemonem occaſum matutinum Vergiliarum XLVIII. diei poſt æquinoctium autumni tribuere, in naturalis ſuæ hiſtoriæ lib. 18. cap. 25. ſcribit Plinius: Cæſareum utique æquinoctium, in 24. Septembris a Soſigene collocatum, intelligens. Eſt vero ille dies Novembris 10. Scorpionis Euctemonici & Calippiei 15. ad quem, in Gemini Parapegmate, ſimiliter annotatum invenimus; Εὐκτήμονι πλειάδες δύνουσι. *Euctemoni Pleiades*, ſive Vergiliæ, *occidunt*. Ortus vero & occaſus ſiderum, quos in *Attica* fieri idem notavit Plinius, Tempus a Gemino ex *Euctemone* aſſignatum uno plerumque die antecedunt, aliquando etiam & ſequuntur. Aprilis enim 15. Hyades, & 25. Canis, *Euctemoni* apud Geminum occultantur: quæ apud Plinium die 16. & 26. *Atticæ* occidunt veſperi. Contra, Septembris 5. apud Plinium *Atticæ Arcturus matutino exoritur*, *& Sagitta occidit mane*: quum die 6. *Euctemoni*, apud Geminum, ἐπιτέλλει ἀρκτοῦρος & οἰστὸς δύνει ὄρθρου. quod idem etiam in Ephemeride noſtra, ad Octobris diem 2. & 3. Decembris 30. & 31. Aprilis 2. & 3. Julii 23. & 24. obſervare liceat. Quin & Julii die 5. Plinio, *Atticæ Orion totus exoritur*; ubi die 7. Εὐκτήμονι Ὠρίων ὅλος ἐπιτέλλει· quæ *biduo* differentia eſt, vel, ſi manuſcripta Gemini exemplaria ſequi libeat (ad diem 13. Carcinonis ortum iſtum referentia) etiam *quatriduo*.

Ad *Eudoxi* vero Parapegma ſpectat ille Plinii locus, lib. 2. cap. 47. *Omnium quidem* [*ſi libeat obſervare minimos ambitus*] *redire eaſdem vices quadriennio exacto Eudoxus putat; non ventorum modo, verum & reliquarum tempeſtatum magna ex parte. Et eſt principium luſtri ejus ſemper intercalari anno Caniculæ ortu*: non vero & ἀληθινῷ, ſed apparente & Heliaco; a quo, cum ab aliis, tum a *Galeno* (commentario 1. in lib. 1. Epidemiorum Hippocratis, & commentario 3. in ejuſdem librum de Humoribus) *Opora* deducitur principium. de qua (in commentariis ad lib. 1. Meteororum Ariſtotelis) *Olympiodorus*. Τὸ θέρος εἰς δύο διαιροῦσι· εἰς θέρος, ὀπώ-

ὅλως

θέρος, ὅτε ἐν Καρκίνῳ καὶ Παρθένῳ, καὶ εἰς ὀπώραν, ὅταν ἐστὶν ὁ ἥλιος ἐν Λέοντι· ὅτε ὁ Σείριος φαίνεται λαμπρὸς, ὃν καὶ ὁ Ποιητὴς διὰ τὴν ὀπώραν ὀπωρινὸν ἐκάλεσεν. *Æſtas in duo dividitur: in æſtatem* proprie dictam, *quando Sol eſt in Cancro & Virgine; & in Operam, quando Sol in Leone eſt: quando Sirius præterea apparet, quem & Poeta eam ob cauſſam Oporinum appellavit.* Homerum intelligit, qui in Iliad. ε. Sirium ſive Caniculam ἀστέρ' ὀπωρινῷ nominat.

A Solis igitur in *Leonem* ingreſſu, cæleſtium ſuorum menſium exordium deduxit Eudoxus: in Alexandrinorum *Meſori* die 5. ſive *Julii* noſtri 29. principium *Operæ*; & in Metonici *Ægonis* die 4. qui noſtri Decembris 28. eſt, τροπαὶ χειμεριναί, ſive ſolſtitium brumale collocans: quorum hoc Geminus, illud in Parapegmate ſuo nos edocuit Ptolemæus. Unde in *intercalari* illo anno, a quo luſtrum ſuum eſt exorſus, hujuſmodi orta eſt menſium diſpoſitio.

Leonton, *dier.* 30.	Juli. 29.	di. 92.
Parthenon, *di.* 31.	Aug. 28.	
Zygon, *di.* 30.	Sept. 28.	
Scorpion, *di.* 31.	Octob. 28.	di. 91.
Toxon, *di.* 30.	Nov. 28.	
Ægon, *di.* 31.	Dec. 28.	
Hydron, *di.* 30.	Januar. 28.	di. 92.
Ichthyon, *di.* 31.	Feb. 27.	
Crion, *di.* 30.	Mart. 29.	
Tauron, *di.* 31.	April. 28.	di. 91.
Didymon, *di.* 30.	Mai. 29.	
Carcinon, *di.* 31. in anno intercalari; ſed 30. tantum in ordinario.	Jun. 28.	

Homocentrica utique Eudoxi illa hypotheſis, quæ in ſeptentrionali & auſtrali Zodiaci ſemicirculo æqualem Soli moram tribuebat, ut æſtivum etiam ſemeſtre & brumale eodem temporis ſpatio conficeretur poſtulabat: quo ad dies integros reducto, in anno illo intercalari, quem [ut luſtri ſui primarium] in Parapegmate ſuo Eudoxus propoſuerat, menſes dierum 31, & 30. alternatim poſiti, in alterutro ſemeſtri 183. dies æquabiliter exhibebant. Unde, ut ex duodecim menſibus ἴσα καὶ 30. & 29. dierum, Lunaris annus dierum 354. ita ex totidem menſibus eadem alternata ratione 31. & 30. dierum conſtitutis, Solaris annus *366.* dierum enatus eſt: quot etiam naturali anno dies tribuiſſe *Ennium*, Cenſorinus auctor eſt. Quod ſi anno 3. Olympiadis CIII. Octaeterida ſuam in Ægypto Eudoxus conſcripſerit [quod, ut conceſſum, in libro 2. de Emendat. Temporum, aſſumit Scaliger] in intercalari ejus anno contigiſſet etiam biſſextus anni noſtri Juliani Proleptici. Et circa illam ſane Olympiadem claruiſſe Eudoxum, ex ipſius Γῆς περιόδῳ confirmat Laertius: ad tertium vero, vel illius vel præcedentis alicujus Olympiadis, quam ad annum quempiam alium, principium luſtri ejus & nos referre maluimus, quod mente Februario *29.* dierum ea ratione hic admiſſo, *Crionis* Kalendæ in Martii *29.* incurrerent; nempe in Metonici Crionis diem *6.* ad quem, in Gemini Parapegmate, Eudoxi ἐπισημασία cernitur appoſita.

Ex his quæ hactenus ſunt dicta ſatis apparet, neque Metonis & Euctemonis, neque Eudoxi menſes cæleſtes, in novo ſuo anno Solari ſecutos fuiſſe Macedones: ſed a quibus eos mutuati fuerint, non tam proclive eſt dicere. Ego certe quod huc faciat, aliud nihil afferre poſſum, quam quod a Columella lib. XI. cap. 2. annotatum reperio: *Nono Kalendas Januarias Brumale ſolſtitium ſicut Chaldæi obſervant, ſignificat.* In anno autem Macedonico, ab Aſianis item recepto, menſis quarti initium a *brumali ſolſtitio* fuiſſe deductum, capite I. ex Galeno; & a *nono Kalendas Januarias*, ſive XXIV. Decembris Juliani die, fuiſſe numeratum, capita II. ex Actis Timothei declaravimus. Unde & in reliquis pariter anni partibus ordinandis Chaldæos quoque ſecuti illi fuiſſe videantur, quorum hic opera rex Philippus fuerat uſus, & inter eos præcipue Ariſtoteles, quem, ut cæleſtium obſervationum, *ab Ægyptiis & Babyloniis a plurimis annis factarum*, non ignarum fuiſſe ex libro 2. de Cælo intelligimus: ita Parapegmata eum latuiſſe non eſt credibile, quorum uſum *ab Ægyptiis & Chaldæis ad Græcos* perveniſſe, in commentariis ad Aratum Theon Alexandrinus confirmat. *Ægyptiacum* quoque illud & *Chaldaicum* (eo nomine & [a] *Aſſyria*, & *Babylonia* comprehenſa,) inter alia Parapegmata, conſuluiſſe ſe Plinius indicat: de eorum inter ſe diſcrepantia, ita præfatus. *Addidere difficultatem & auctores diverſis in locis obſervando, mox etiam in iiſdem diverſa prodendo. Tres autem fuerunt ſectæ: Chaldæa, Ægyptia, Græca. His addidit quartam apud nos Cæſar Dictator, annos ad Solis curſum redigens; Soſigene perito ejus ſcientiæ adhibito.* Nos vero in ſequentem Ephemeridem, quæ ex *Chaldæa* & *Græca* ſupererant, conjecimus; *Ægyptia* & *Cæſarea* ſuum in locum ſepoſita, & ad Græcanicas præterea obſervationes, a Gemino & Ptolemæo commemoratas, aliis nonnullis ex Plinio adjectis: quem longe quam illos pluribus generis hujus ſcriptoribus fuiſſe uſum, tum ex auctorum, ex quibus liber 18. conflatus eſt, Indice clarum eſt; tum, ex capitis 31. ejuſdem libri, verbis illis. *Deinde conſentiunt, quod eſt rarum, Philippus, Calippus, Doſitheus, Parmeniſcus, Conon, Criton, Democritus, Eudoxus, Jon; IV. Kalend. Octobr. Capellam matutino exoriri, & III. Kalendas Hædos.*

[a] Plin. l. 18. c. 25.

Quod ita inter ſe auctores diſſenſerint, qui *diverſis in locis* obſervarunt, nihil eſt quod quiſquam miretur: quum in aliis atque aliis Terræ climatibus alios atque alios eorumdem ſiderum ortus & occaſus neceſſario fieri, Sphæræ ratio demonſtret. Τὸ γὰρ αὐτὸ παράπηγμα οὐ δύναται συμφωνεῖν ἐν Ῥώμῃ, καὶ ἐν τῷ Πόντῳ, καὶ ἐν Ῥόδῳ καὶ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ· ἀλλὰ ἀνάγκη ἐξηλλάχθαι τὰς παρατηρήσεις ὡς ἐν διαφόροις ὁρίζουσι. *Unum enim Parapegma non poteſt congruere in urbe Roma, & in Ponto, & in Rhodo, & in urbe Alexandrina; ſed neceſſe eſt, ut diverſæ ſint obſervationes in diverſis horizontibus:* quemadmodum, in capite περὶ ἐπισημασιῶν, confirmat Geminus. Nam *Canicula*, exempli gratia, in *Rhodo* quidem (ut ait ille) poſt æſtivum ſolſtitium diebus triginta oritur, in aliis vero locis quadraginta, & quinquaginta in aliis. Licet enim ad 400. fere ſtadia inſenſibilis fiat climatum varietas; in majori tamen diſtantia, προανατολὰς καὶ προδύσεις, *preortus & præoccaſus* notari, in præcedente capite idem præſtantiſſimus ſcriptor docuerat. Cujus mente non recte perſpecta, ſecundum Mathematicos ſingulis gradibus mutari ad ſenſum Meridianos, & cuique gradui 400. reſpondere ſtadia, minus conſiderate in Manilianis ſuis pronuntiavit Scaliger.

